

DOCTORIS ANGELICI

DIVI

THOMÆ AQUINATIS

SACRI ORDINIS F. F. PREDICATORUM

OPERA OMNIA

PARIS. — IMPRIMERIE V^e P. LAROUSSE ET C^{ie}

49, RUE NOTRE-DAME DES-Champs, 19

DOCTORIS ANGELICI
DIVI
THOMÆ AQUINATIS
SACRI ORDINIS F. F. PRÆDICATORUM
O P E R A O M N I A

SIVE ANTEHAC EXCUA,
SIVE ETIAM ANECDOTA; EX EDITIONIBUS VETUSTIS ET DECIMI TERTII SÆCULI CODICIEBUS RELIGIOSE CASTIGATA;
PRO AUTORITATIBUS AD FIDEM VULGATE VERSIONIS ACCURRATORUMQUE PATROLOGIE TEXTUM,
NUNC PRIMUM REVOCATA;
NOTIS HISTORICIS, CRITICIS, PHILOSOPHICIS, THEOLOGICIS, UNCAS ILLUSTRANTIBUS CONTROVERSIAS
OCCASIONE DOGMATUM SANCTI AUTHORIS EXORTAS, SOLICITE ORNATA,

STUDIO AC LABORE

STANISLAI EDUARDI FRETTE

Sacerdotis Scho'aeque Thomisticæ Alumni.

VOLUMEN DECIMUM-NONUM



COMMENTARIA IN ISAIAM PROPHETAM.
(CONTINUATIO)

IN JEREMIAM PROPHETAM EXPOSITIO. — IN THRENOS
JEREMIE EXPOSITIO. — COMMENTARIUM SUPER MATTHEEUM.
COMMENTARIUM SUPER JOANNEM.



PARISIIS
APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM
13, VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 13

M DCCC LXXVI

SANCTI

THOMÆ AQUINATIS

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTARIA.

(CONTINUATIO.)

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Taceant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem. Accendant et tunc loquantur, simul ad judicium propinquenum. Quis suscitavit ab oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? Dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit. Dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulum vento raptum arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparabit. Quis haec operatus est et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum. Viderint insulæ et timuerint, extrema terræ obstapuerunt, appropinquaverunt et accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, et fratris suis dicet: Confortare. Confortant faber aerarius percutiens malice eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutinum bonum est, et confortavit eum clavis, ut non moveatur. Et tu, Israel scrive meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei: in quo apprehendit te ab extremis terre, et a longinquo ejus vocavi te, et dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te. Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines quia ego Deus tuus. Confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei. Ecce confundentur et erubescunt omnes qui pugnant adversum te. Erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quares eos, et non invenies, viros rebeller tuos: et erunt quasi non sint, et veluti consumptio, homines bellantes adversum te: quia ego Dominus Deus tuus apprehendens matrem tuam, discensque tibi: Ne timeas, ego adiuxi te. Noli timere, vermis Jacob, qui mortui estis ex Israël. Ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus, et Redemptor tuus Sanctus Israël. Ego posui to quasi plastrum triturans novum, habens rostra serrantia. Triturabis montes et com-

minues, et colles quasi pulverem pones. Ventilabis, et ventus tollat, et turbo disperget eos, et tu exultabis in Domino, in Sancto Israël lataberis. Egeni et pauperes querunt aquas, et non sunt; lingua corum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israël non derelinquam eos. Aperiām in supinis colibus flumina, et in medio camporum fontes. Ponām desertum in stagnum aquarum, et terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudinem cōdrum, et spinam, et myrram, et lignum olivæ. Ponām in deserto abietem, idemnum, et buxum simul. Ut videant, et sciānt, et recognoscant, et intelligent pariter, quia manus Domini fecit haec, et Sanctus Israël creavit illud. Prope facite iudicium vestrum, dicit Dominus; afferte, si quid forte habebitis, dixit Rex Jacob. Accendant, et nuntient vobis quaenamque ventura sunt. Priora que fūnerū annuntiat: et ponamus cor nostrum, et sciāmus novissimam eorum: et que ventura sunt indicate nobis. Annuntiat que ventura sunt in futurum, et sciāmus quia dii estis vos. Bene quoque aut male, si potestis, facite; et loquamur, et videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, et opus vestrum, ex eo quod non est. Abominatio est qui elegit vos. Suscitavi ab aquilone, et veneti ab ortu solis. Vocavi nomen meum, et adducet magistratus quasi lutum, et velet pastores concileans humum. Quis annuntiavit ab exordio ut sciāmus, et a principio ut dicāmus: Justus es? Non est annuntiatis: neque praedicatis, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicit: Ecce adsum, et Jerusalēm evangelistam dabo. Et vidi, et non erat ex istis quisquam qui intret consilium, et interrogatus responderet verbum. Ecce omnes iniusti, et vanā opera eorum, et ventus et inane simulacra eorum.

Hie incipit eos confortare ad firmam expectationem ex Dei promittentis dilectione. Et dividitur in tres partes. In prima, ostendit divinam dilectionem ex beneficiois que patribus exhibuit; in secunda, ex Filio quem eis promisit, xlvi cap. : *Ecce servus meus, etc.*; in tercia, consolationes quasi inter diversas angustias predicti, xlvi cap. : *Et nunc haec dicit Dominus, etc.* Intendit autem per beneficia primo prestita, confirmationem Iudeorum et idolorum confutationem, qui talia suis cultoribus non exhibuerunt; et ideo dividitur prima pars in duas. In prima, disceptat contra idolorum cultores; in secunda, contra ipsa idola, ibi : *Prope facite iudicium vestrum.* Prima in duas : primo enim, per beneficia Iudaicæ prestita convincit adversarios; in secunda, per eadem confortat Iudeos, ibi : *Et tu Israel serve meus.* Circa primum tria. Primo, convocat gentes ad iudicium, prosequens judicii ordinem, ut tacentes audiant, et sic respondeant. *Mulent fortitudinem,* id est confortent se quasi renovati in fortitudinem ad disceptandum mecum. Mich., vi, 2 : *Audient montes¹ iudicium Domini, et fortiora fundamenta terre.* Secundo, narrat exhibitum beneficium : *Quis vocavit?* ubi narrat multitudinem beneficiorum quantum ad divinam electionem, ab oriente, scilicet Chaldaea, justum, Abraham. Genes., xi; Job, xxiii, 4t : *Vestigia ejus secutus est pes meus.* Jer., xii, 41 : *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi domum Israel.* Et quantum ad concessam potestatem : *dabit in conspectu ejus, scilicet quando liberavit Lot, pugnans contra quatuor reges;* Gen., xiv; Ps. 1, 4 : *Non sic impii, non sic; sed tanquam pulvis quem proicit ventus a facie terræ.* Quantum ad exequendi facilitatem : *transibit in pace,* scilicet sine labore; *semita in pedibus ejus non apparebit,* sicut qui leviter incedit, quasi vestigium non dereliquit; vel quia in pedibus est signum viae, cum derelictum est. Supra, xl : *Current, et non laborabunt.* Querit auctorem² : *Quis haec operatus est, et quis, vocans, æterna prescientia?* Infra, xlxi : *Dominus ab initio vocavit me.* Et ponit responsionem : *Ego Dominus.* Apocal., i, 8 : *Ego sum alpha et omega, principium et finis.* Alter ad litteram

Audiant fortia.

exponitur de Cyro, mystice de Christo. Tertio, ponit quasi gentilium responsum, in quo per idola se defendere credebat. Et primo tangit corum ad allegata mirabilia visa stupore : *Videbunt insulae.* Psalm. lxxvi, 17 : *Viderunt te aquæ, Deus; viderunt te aquæ, et timuerunt.* Accesserunt, ad resistendum. Secundo, ponit mutuam³ conformatiōnem : *unusquisque.* Job, xii, 8 : *Una uni adhæredit.* Tertio, ponit idolorum fabricationem : *Confortabit percutiens, ferrum malleo, qui cudebat, formabil figuram idoli, dicens : Glutino bonum est, ad consolidandum idolum;* Sap., xii, 15 : *In pariete ponens illud, et confirmans ferro, ne forte cedat.*

Nota super illo verbo : *transibit in pace,* quia Christus transivit in pace. Primo, in pace carnis ad spiritum, quam⁴ habuit. Job, v, 24 : *Sciens quod pacem habeat habitaculum tuum.* Secundo, in pace hominis ad proximum, quam⁵ docuit. Infra, lu : *Quam pulchri supra montes pedes annuntiantis et predicantis pacem!* Tertio, in pace mundi ad Dominum, quam⁶ fecit. Ephes., ii, 15 : *Faciens pacem, et reconcilians⁷ ambos in uno corpore Deo.*

Alteri

Scies.

Et tu Israel, serve meus. In parte⁸ ista confortat Iudeos ex eisdem beneficiis : et primo, ponitur præteriti beneficij repetitio in electione patrum Jacob et Abraham, quibus ab aliis distincti sunt universaliter. Jacob. Psal. civ, 6 : *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus.* Rom., xi, 11 : *Ut secundum electionem propositum Dei manaret, non ex operibus, sed ex vocante⁹ dictum est ei, quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Secundo, ponitur futuorum promissio : et primo, quantum ad immunitatem malorum, excludens timorem : *tum propter Dei presentiam : ne timeas;* Jerem., 1, 8 : *Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum;* tum propter patrum justitiam : *suscepisti te, quasi semen reprobissimum : justi mei, Abraham.* Vel suscepisti te, defendendum, justi, Cyri. Ps. xc, 12 : *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Et ponens etiam hostium amotionem quantum ad corum confusioneim : *ecce confundentur.* Jer., xvii, 18 : *Confundantur qui me persequuntur, et non*

¹ Al. : « actorem. » — ² Al. : « multam. » — ³ Al. : « quem. » — ⁴ Al. : « quem. » — ⁵ Al. : « qui. » —

⁶ Al. : « reconciliet. » — ⁷ Al. : « In pace. » — ⁸ Al. : « vocatione. »

confundar ego. Quantum ad destructionem : *erunt quasi non sint.* Supra, xxx : *Ad perpendas gentes in nihilum.* Et reparacionis impossibilitatem : *Quare eos.* Psalm. xxxvi, 33 : *Vidi impium superexaltatum ; et infra (ibidem) : Transivi, et ecce non erat.* Ostendens etiam destructionis rationem : *quia ego Dominus.* Ps. cxlii, 7 : *Emitte manum tuam de alto, erue me de aquis multis, et de manu filiorum alienorum.* Secundo, quantum ad abundantiam honorum : et primo, contra servitutem, ponens ipsum servitutis jugum : *Noli timere, vermis, quasi dicat :* Qui vel haberis vel calcaris sicut vermis, et pro mortuo computaris. Psal. xxi, 7 : *Ego sicut vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis.* Ponens etiam divinum auxilium. Infra, xlxi : *Ego auxiliatus sum tui.* Ponens etiam exaltationis beneficium, quantum ad hostium subjugationem : *Ego posui te.* Supra, xxv : *Et tritubabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleæ in plastro :* quod factum fuit tempore Machabœorum. Et quantum ad corum exaltationem : *Et tu exultabis.* Cant., i, 3 : *Lætabimur et exultabimus in te.* Secundo, contra paupertatem, ponens primo paupertatis incommodum : *egeni et pauperes.* Supra, xxx : *Erunt super montes rivi fluentium aquarum.* Et in locis desertis : *Ponam desertum, id est terram vestram primo desertam.* Psal. cxi, 33 : *Possuit desertum in stagna aquarum.* Et quantum ad pulchritudinem arborum : *Dabo in solitudinem.* Tertio, ponit beneficii fructum : *ut videant.* Eccli., xxxvi, 2 : *Ut cognoscant quoniam non est Deus nisi tu, ut enarrant magnalia tua.*

Nota super illo verbo : *Suscepit te, quia Christus suscepit nos primo quasi' victor captivum ad liberandum.* Gen., xlxi, 9 : *Ad prædam, fili mi, ascendisti, requiescens accusasti ut leo, et quasi leona.* Secundo, quasi medicus infirmum ad sanandum. Ps. ci, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Tertio, quasi advocatus reum ad excusandum. I Joan., ii, 1 : *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum.* Quarto, quasi fortis debilem ad defendendum. Infra, lxi : *Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.* Quinto, quasi sponsus sponsam ad congaudendum. Oscae, ii, 20 : *Sponsabo te mihi in justitia et fide.*

Prope facite judicium vestrum. Illic ponit disputationem contra ipsa idola : et primo, ponit disputationem ; secundo, sententiae determinationem, ibi : *Et videamus simul.* Circa primum duo facit. Primo, disputat contra idola rationibus naturalibus ; secundo, per rationem a quodam particulari facto sumptam, ibi : *Suscitavi ab aquilone.* Circa primum tria. Primo, convocat ad judicium : *prope, id est appropinquare ad me, ut simul judicemur ; vos idola, vel idolatriæ, afferte, id est allegate, si quid habetis,* ut prophetis vos Deo. Psal. lxxxii : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicavit.* Secundo, ponit argumentum duplex¹. Unum sumptum ex divina scientia, que plene omnia novit, praeterita et futura, quam idola non habent : *Priora que fuerunt.* Eccli., xxiii, 29 : *Domino enim Deo antequam creantur, omnia sunt agita.* Aliud est sumptum ex divina potentia, que potest punire et bene facere : *Bene quoque aut male, si potestis, facile.* Haruch, ult, 33 : *Negre si quid mali patiuntur ab ale, neque si quid boni, poterunt retribuere.* Tertio, concludit eorum defectum quantum ad causam materialem : *Ecce vos, idola, ex nihilo, ex materia creata ; quantum ad formalem : opus, id est artificialis forma, quae figurat in ipsis divinitatem, quæ non est ; quantum ad efficientem : abominatio, id est abominationis, vos artifices, opus vestrum, scilicet idola, qui elegit, cultores.* I Cor., viii, 4 : *Sciimus quia idolum nihil est.* Jer., x, 14 : *Confusus est omnis artifex.* *Suscitavi ab aquilone.* Illic sumit quoddam speciale factum : *ab aquilone, Chaldaeum ; ab oriente, Persam, qui subjugaverunt primo diversas terras et principes. Plastes, figulus, vel plasma, factura.* Mystice per eum qui ab aquilone, gentilem populum ; per eum qui ab oriente, Christum. Psal. xvii, 43 : *Ut lutum platearum delebo eos.* Secundo, ex hoc sub quæstione proponit argumentum, quod qui hoc potest dicere, est iuste dicens Deus, et qui non, non. *Quis annuntiarit?* Infra, xlvi : *Congregamini et audite.* Tertio, excludit ab idolis divinitatis judicium : *Non est annuntians, aliquis ex nobis diis, neque, aliquis cultorum, audiens.* Psal. cxiii, 5 : *Oculos habent, et non videbunt ; oures habent, et non audient.* Quarto, ostendit in vero Deo divinitatis signum. *Primus, id est singularis*

¹ Al. : « quia sicut. » — ² Al. : « duplicitate. »

Deus noster. *Ecce adsum, in auxilium, evangelistam, annuntiantem futura. Daniel, ii, 47 : Vere Deus vester Deus deorum est. Vel primus, primogenitus Dei filius. Ephes., iv, 11 : Dedit quosdam quidem prophetas, quosdam autem apostolos, alios vero evangelistas. Et vidi, et non erat ex ipsis quisquam qui iniret consilium.* Hic ex supra posita disputatione concludit sententiae determinatio nem, et per se patet.

Nota super illo verbo : *Quis annuntiavit?* quia movet ad annuntiandum et praedicandum, primo instinctus fidei. Psal. cxv : *Credidi, propter quod locutus sum.* Secundo, stimulus zeli. Jerem., xx, 9 : *Et factum est in corde meo verbum Domini, quasi ignis æstuans.* Tertio, magnitudo premii. Matth., v, 19 : *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Ecce servus meus, suscipiam eum; electus mens complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proficeret. Non clamabat, neque accipierat personam, nec audiebat vox ejus foris. Calamini quatissimum non conteret, et lumen fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium. Non erit frustis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, et legem ejus insulae expectabunt. Haec dicit Dominus Deus creans cœlos et extendens eos, firmans terram et que germinant ex ea, dans latum populo qui est super terram, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocavi te in iustitia, et apprehendi manum tuam, et servar te. Eu dedi te in fundis populi, in lucem gentium, ut apries oculos cœcorum, et educes de conclusione vinculum, et de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen meum; gloriari meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus. Quia prima fuerint, ecce venerunt; nova quoque ego annuntio; antequam oriuntur, auditis vobis faciam. Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ; qui descenditis in mare et plenitudo ejus, insulae et habitatores eaurum. Lietetur desertum et civitates ejus; in dominibus habitabit Cedar. Laudate habitatores petre, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiantib; Dominus sicut fortis egreditur, sicut vir prælator suscitabit zelum. Vicerabatur et clamabat, super inimicos suos

confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Dissipabo et absorbebo simul, desertos faciam montes et colles, et omne germinum eorum exciscabo. Ponam flumina in insulas, et stagna aesciam. Et educam cœcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam. Ponam tenebras eorum eis in lucem, et prava in recta. Haec verba feci eis, et non dereliqui eos. Conversi sunt retrosum: Confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflati: Vos dii nostri. Sordi, audite, et cœci, intuemini ad viveendum. Quis cœcus nisi servus meus, et surdus nisi ad quem nuntios meos misi? Qui cœcus nisi qui venientias est? Et quis cœcus nisi servus Domini? Qui videt multa, nonne custodes? Qui apertas habes aures, nonne audies? Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, et magnificaret legem et extolleret. Ipse autem populus direptus et vastatus. Laucus juvenum omnes, et in dominibus carcere absconditi sunt. Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat et asculpet futura? Quis dedit in direptionem Jacob, et Israel vastabitibus? Nonne Dominus ipse, cui peccavimus? Et poluerent in viis ejus ambulare, et non audierunt legem ejus. Et effudit super eum indignationem furoris sui et forte bellum, et combussit eum in circuitu, et non cognovit; et succendit eum, et non intellexit.

Hic ostendit divinam dilectionem ex filio quem promisit. Joan., iii, 16 : *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret.* Et primo, ex tanto beneficio ostendit Dei dilectionem; secundo, Iudaorum per versitatem, ibi : *Hæc verba feci eis.* Circa primum tria facilit. Primo, prædictit filii Dei adventum; secundo, malorum casum, ibi : *Dominus sicut fortis, et egredietur;* tertio, resurrectionem bonorum, ibi : *Et ducam cœcos in viam.* Luc., ii, 34 : *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel.* Circa primum tria. Primo, describit mittendi conditionem; secundo, prædictit missionem, ibi : *Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos et extendens eos;* tertio, invitat

ad gratiarum actiones, ibi : *Cantate Domino canticum novum.* Circa primum tria. Primo, ostendit gratias plenitudinem quantum ad gratiam unionis, ibi : *Suscipiam cum. Servus*¹, secundum humanam naturam. Luc., i, 54 : *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordie sue.* Quantum ad gratiam capitis: electus, ut sit caput Ecclesiæ. *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus:* Cant., v, 10. Psal. LXIV, 5 : *Beatus quem elegisti et assumpsisti. Complacuit;* Matth., iii, 17 : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quantum ad gratiam habitualem, quæ fuit in ipso singularis: *Dedi spiritum meum.* Supra, xi : *Requiesceret super eum spiritus Domini.* Secundo, ostendit

¹ Al. : « *euus.* »

judicis æquitatem, quantum ad tria: scilicet judicandi auctoritatem: *judicium gentibus*. Psal. lxxi: *Deus, judicium tuum regi da*. Joan., v, 22: *Pater omne judicium dedit Filio*. Cui adjungit mansuetudinem: *Non clamabit*. Secundo, ostendit judicis æquitatem: *Neque accipiet personam*. Rom., i, 41: *Non est personarum acceptio apud Deum*. Cui adjungit pietatem in subveniendo: *Nec audiatur foris*, Iudaem, verbum, predicationis ejus, ut prius subveniret illis ad quos missus erat. Matth., xv, 24: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel*. Psal. xciv, 8: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*. Et in dissimilando, *calumnum*, scilicet regnum Iudeorum, *linum*, sacerdotium. Ezech., xxxiv, 4: *Quod confractum fuerat non alligastis*. Tertio, ostendit judicii veritatem: *in veritate*. Psal. xcv, 13: *Judicabit orbem terræ iniquitate, et populos in veritate sua*. Cui adjungit jucunditatem: *Non erit tristis, in corde, turbulentus, in facie; semper enim hilaris jucundusque fuit, æqualitatem mentis servans, otsi quantum ad partem sensibilem fuerit propassio tristitia, non quidem necessitatibus, sed voluntatis*. Unde Matth., xxvi, 38: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Eccl., xxx, 2: *Jucunditas cordis sobrium facit animum*. Quarto, ostendit dominii potestatem: *Donec ponat judicium, ultimum, vel præceptum sum, prædicantibus apostolis; legem*, Evangelium. Genes., xlix, 10: *Ipse erit expectatio gentium*. Infra, ix: *Me enim insulte expectabunt*. Alii exponunt hæc de Dario rege Persarum, qui mansuetus, justus et quietus fuit, quem Dominus elegit ad liberandum Iudeos.

Nota super illo verbo: *Non clamabit*, quia est clamor primus devotæ orationis. Hebr., v, 7: *Cum clamore valido et lucrymis excavitus est pro sua reverentia*. Secundus attentæ predicationis. Joan., vn, 37: *Ultimo festivitatis die clamabat*. Tertius innixa intentionis. Supra, v: *Expectavi ut faceret uvas, et fecit lubruscas*.

Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos et extendens eos. Hic prædicit missionem; et primo, ponit mittentis potestatem quantum ad creationem celestium: *creans cœlum*; quantum ad dispositionem terrestrium, *firms terram*; quantum ad animationem vi-

ventium: *dans flatum, naturalis vitæ, spiritum, gratuitæ*. Zach., xi, 4: *Dominus extendens cœlum, et fundans terram, et creans spiritum hominis qui est in ipso*. Secundo, prædicit missionem, ponens missi exultationem: *Ego Dominus vocavi te, filium meum ab aeterno, prædestinando te ad unitatem divinae personæ in justitia³*, id est ut justus sim, implens promissa. Roman., i, 4: *Qui prædestinatus est filius Dei*. Apprehendi manum, quantum ad operationem; Joan., xiv, 10: *Pater in me manens ipse facit opera; et servavi, ne morte detinereris*. Psal. xv, 10: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Dedi te, quasi mediatorem. Gen., ix, 13: *Arcum meum ponam in nubibus, et recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum*. In lucem, quasi illuminatorem. Supra, ix: *Habitantibus in regione umbras mortis lux orta est eis*. Joan., i: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ostendit etiam officii utilitatem contra infidelitatem: *ut aperires*. Joan., ix, 38: *Ego in judicium in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, et qui vident cœci fiant*. Contra peccati servitutem: *ut educeres*. Zach., ix, 11: *Tu autem in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu*. Tertio, ex missione contra divinæ majestatis singularitatem, quantum ad potentiam: *Ego Dominus*. Ps. lxvii, 5: *Dominus nomen est illi*. Exod., vi, 3: *Nomen meum Adonai. Gloriam, qua Dominus dico*. Luc., ii, 14: *Gloria in excelsis Deo*. Et quantum ad scientiam: *qua prima fuerunt*. Infra, xlvi: *Et tunc prædixi illud*. Hæc etiam referunt ad Darium. *Cantate Domino canticum novum*. Ille invitad gratiarum actiones; et primo, indicit laudem. Supra, xxiv: *Audivimus gloriam justi*. Vel propter inclusionem maris; *qui descendunt, scilicet nauta, plenitudo ejus, scilicet maris*, id est omne illud quod impletur laudent Deum. Ps. cxi, 23: *Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo*. Vel propter conversationem in desertis; levet, vocem suam in laudem Dei, *desertum*, id est habitatores ejus, maxime quantum ad Israelitas, *in domibus*, more aliarum nationum, qui primo erant vagi per desertum. Cedar⁴, filius Ismaelis. Supra, xxxv: *Læta-*

* Testa-
menti
emisisti.

* Altis-
simi.

¹ Parm.: « Act., x. » Sed legitur Act., x, 34: *Non est personarum acceptor Deus*. — ² Al.: « ex-
pectavit. » — ³ Al.: « tristitia. » — ⁴ Al.: « vel
eadem. »

bitur deserta et invia, et exultabit solitudo. Vel propter habitationem in montanis : *Laudate habitatores petrae, illius civitatis in Palastina, que in petris posita est.* Vel eus-
juslibet montis. *Infra, xv : Montes et omnes colles cantabunt Domino.* Invitat hos de quibus minus videtur quod ad laudandum Deum convertantur. Secundo, praedicit di-
vina lauds divulgationem : *Ponent Domino gloriam, in aliis, non solum in scipsis.* In-
fra, ult. : *Mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, et ad Africanum et ad gentes quae non noverunt me.* Mystice totum hoc de con-
versione gentium ad fidem. *Dominus sicut fortis egreditur.* Ille prædictus per Christi
adventum futurum easum, et circa hoc
quatuor ponit. Primo, potentiam : *Dominus sicut fortis, ad impugnandum Iudeos per Romanos.* Exod., xv, 3 : *Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus.* Zelum, ulti-
onis. Prov., vi, 34 : *Zelus et furor viri non parcat in die vindictæ.* Secundo, ponit iram ;
vociferabitur, per tribulationes quas eis
immitet; contra id quod supra (ibidem)
dictum est. Non clamabit, primo cum man-
suetudine veniens. Et contemptibus in-
dignacionem ostendit. Job, xxxvii, 4 :
Tonabit vox magnitudinis suæ, et non investigabitur cum audita fuerit vox ejus. Tertio,
ponit justitiam, quia justum est ut cum diu
expectaverit imponentes, omnes simul
absorbeat : *Tacui, semper silui.* Job, iii, 26 :
Nonne dissimulavi, nonne silui, nonne quevi? Patiens sui. *Infra, xxx : Propterea expectat vos Deus, ut misereatur vestri.* Sicut parturiens, proferam dissimilatum dolorem, si-
cūl mulier conceptum infans. Vel *sicut parturiens dolebo de tam gravi poena.* Quarto, ponit poenam quantum ad homines : *Desertos faciam montes, maiores; colles, mediocres; germen, populares.* Ezech., xxxv, 7 : *Montem Seir desertum et desolutum dabo, et auferam de eo euntem et redeudentem.* Et quantum ad subtractionem omni doctrinæ
vel consolationis, *ponam flumina.* Ps. cxi, 33 : *Posuit flumina in desertum, exitus aquarum in sitim.* Potest etiam hoc referri ad destructionem hostium Iudeorum per Da-
rium et Cyrum. *Et educam cacos in viam quam nesciunt.* Ille ponit reparationem¹ bonorum quantum ad tria. Primo, quan-
tum ad reparationem visus : *Educam cacos, scilicet gentiles, in viam, Christum,* vel

legis præceptum, vel etiam Iudeos, secun-
dum aliam expositionem. Prov., iv, 11 : *Ducam te per semitam æquitatis.* Secundo, quantum ad illuminationem intellectus : *Ponam tenebras coram eis in lucem².* Luc., i, 79 : *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.* Tertio, quantum ad directio-
nem affectus : *prava.* *Sintra, xi. : Erunt prava in directa, et aspera in vias planas.*

Nota super illo verbo : *Ponam flumina,* quia est multiplex aqua. Prima effusa: lacryma. Jerem., ix, 1 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Secunda baptismalis munditiae. Joan., iii, 5 : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei.* Tertio, spiritualis gratiæ. Joan., vi, 38 : *Qui in me credit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Quarta divina sapientia. Eccl., xxiv, 40 : *Ego sapientia effudi flumina.* Quinto, internæ laetitia. Prov., v, 15 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta puite tui.*

Nota super illo verbo : *Dedi te in fœdus,* quia Christus dicitur datum in fœdus primo conservandæ salutis. Gen., ix, 13 : *Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis mei.* Secundo, explenda promissionis. II Corinth., i, 20 : *Quotquot promissiones Dei sunt, omnes in illo sunt.* Tertio, divine dilectionis. Joan., iii, 16 : *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret.* Quarto, cessatura logis. Ps. xxxix, 7 : *Hoc locasta et pro peccato noluisti³.*

Venundatus, in servum peccati pro dilec-
tione temporalis boni. III Reg., xxi, 25 :
Venundatus es ut faceres malum contra Deum. *Hæc verba feci eis.* Ille ostendit Iudeorum perversitatem; et primo, ponit eos ingra-
tos ad beneficia; secundo, duros ad præ-
cepta, ibi : *Surdi audite, et cacci intuemini ad videndum;* tertio, obstinatos inter flagella, ibi : *Qui est in vobis qui audiat hoc?* Circa primum duo. Primo, ostendit magnitudinem; hæc verba, scilicet prædicta beneficia. *Conversi sunt retrorsum, a me,* Jer., xv, 6 : *Tu dereliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti.* Secundo, imprecatur ei confu-
sionem; confundantur. Ps. xxiv, 4 : *Confundantur omnes iniqua agentes.* *Surdi audite, et cacci intuemini ad videndum.* Ille ostendit eos duros ad obediendum ad præcepta. Et primo, ostendit eorum duritiam, vocans eos

¹ Al. : « reserationem. » — ² Al. : « ponam te. »

— ³ Al. : « et pro peccato offeram tibi. »

* Illos. surdos, et cæcos in mente. *Excavavit eos* malitia eorum*, Sap., ii, 21, quamvis habeant oculos, et aures corporis apertas, qui apertas. Jerem., v, 21 : *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, et aures, et non auditis*. Supra, vi : *Excava cor eorum ne intelligent, et aures eorum aggrava, et oculos ejus clade, ne forte videat oculus, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum*. Secundo, ostendit induratorum stultitiam, propter hoc quod in præceptis eorum utilitatem Dominus intendebat. Unde ponit intentionem Domini : *Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, populum; et ipse populus magnificaret legem Dei, in corde suo custodiendo ipsam; et ut Dominus extolleret populum*. I Thess., iv, 3 : *Hec est, voluntas Dei sanctificatio vestra*. Secundo, ostendit eorum animi conditionem, quia in scipsis peccabant : *Ipse autem direptus, a demonibus per diversa peccata, et ideo vastatus, ab hostibus aliis qui¹ occasione in peccandi prestatabant, laqueus, id est occasio ad peccandum, juvenum, insipientium*. Osee, v, 4 : *Laqueus facti estis speculationi, et sicut rete expansum super Thabor*. Et quia peccata occultabant, in domibus carcerum, id est in secreto cordis. *In corde et corde locuti sunt*, Ps. xi, 3 : Tertio, ponit pœnam : *Facti sunt*

in rapinam, nec est qui eruat, bellorum opera, nec est qui dicat, orationis instantia. Eccli., ult., 10 : Circumdererunt me unique, et non erat qui adjuvaret. Vel incipit ibi pœnam, in dominis carceris, ut exponatur ad litteram. *Qui est in vobis qui audiat hoc?* Ille ostendit eos incorrigibiles per flagella, quia etiam causam flagellorum non recognoscunt, et circa hoc tria facit. Primo, inquirit recte sentientem, innuens paucitatem. *Futura, qui prænuntiet² de futuris suppliciis*. Oscae, ult., 10 : *Qui sapiens, et intelliget ista; intelligens, et sciit hoc?* Secundo, determinat veritatem quantum ad pœnam auctorem : *Quis dedit in direptionem Jacob³?* I Reg., ii, 6 : *Dominus mortificat et vivifcat, deducit⁴ ad inferos et reducit*. Secundo, quantum ad culpam : *Nonne Dominus ipse cui peccavimus⁵?* Baruch, iv, 3 : *Justitias ipsius nescierunt, neque ambulaverunt per viam mandatorum Dei*. Et quantum ad pœnam, et effudit. Ps. lxviii, 25 : *Effunde super eos iram tuam, et furor ire tue comprehendat eos*. Effusio abundantiam significat. Tertio, excludit veritatis cognitionem : *et combussit, scilicet materiali igne per hostium vastationem; non cognovit, se adeo pro peccatis suis punitur*. Ps. lxxi, 5 : *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Et nunc haec dicit Dominus, creans te, Jacob, et formans te, Israel : *Noli timore, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo. Mens es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te. Cum ambulaveris in igne, non conbureris, et flumina non ardebit in te: quia ego Dominus Deus tuus saeculus Israel salvator tuus. Dedi propitiacionem tuam Aegyptum et Ethiopiaem, et Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus, ego dilexi te. Et dabo homines pro te, et populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum. Ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni : Da; et austro : Noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terra. Et omnium qui invocat nomen meum in gloriam meam creavi eum, formavi eum, et feci eum. Edue foras populum eorum, et oculos habentem, surdum, et aures ei sunt. Omnes gentes congregata sunt simul, et collecte sunt tribus. Quis in vobis annuntiet istud, et que prima sunt audiire vos faciet? Deut testes eorum, et justificantur, et andiant, et dicant: Vero vos testes mei, dicit Dominus, et servus mens quem elegi, ut scias, et creditas mihi, et intelligatis quia ego ipso sum. Ante me non est formatus Dens, et post me non erit. Ego sum Dominus, et non est absque me salvator. Ego summiavi et salvavi, au-*

ditum feci, et non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, et ego Deus. Et ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat. Operabor, et qui avvertet illud? Hec dicit Dominus redemptor vester, Sanctus Israel. Propter vos emisi Babylonem, et detraxi veles universos, et Chaldaeos in navibus suis gloriante. Ego Dominus sanctus vester, et creans Israel, rex vester. Haec dicit Dominus, qui dedit in mari viam, in aquis torrentibus semitiam. Qui eduxit quadrigam et equum, azumen et robustum, solum obdormierunt, nec resurgent, et contriti sunt quasi linum, et extinti sunt. Ne memineritis priorum, et antiqua ne inbeatimini. Ecce ego facio nova, et nunc orientur, utique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, et in invio flumina: et glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones, quia dedi in deserto aquas, et flumina in invio, ut darem potum populo meo electo meo. Populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit. Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israel. Non oblitisti mihi irietem holocausti tui, et victimis tuis non glorificasti me. Non te serviro feci in oblatione, nec laborem tibi prebui in thure. Non emisti mihi argento calamum, et adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis, prebui mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum ipse qui

¹ Al. : « etiam. » — ² Al. : « que prenuntiat. » —

³ Al. : « quantum ad pœnam auctorem : Qui sedebit. »

— ⁴ Al. : « perducit. » — Al. : « ipse est cui »

deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, et judicemur simul; narra si quid habes, ut justificeris. Pater tuus primus peccavit, et interpretes

tui prevaricati sunt in me. Et contaminavi principes sanctos, dedi ad internectionem Jacob, et Israel in blasphemiam.

Hie ostendit eis divinam dilectionem per remedia quae eis inter angustias concessit. Et dividitur in partes tres. In prima, promittit futura remedia, ad ostendendum dilectionem; in secunda, commemorat praeterita beneficia, ad confirmandum promissionem, ibi : *Hec dicit Dominus: in tertia, excludit merita, ad tollendum presumpcionem, ibi : Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me Israel. Circa primum tria facit. Primo, ostendit in eos divinam dilectionis privilegium; secundo, ex promissis remediis excludit divinae potestatis consortium, ibi : Omnes gentes congregatae sunt simul; in tertia, ponit dilectionis significacionem, ibi : *Hec dicit Dominus redemptor vester. Circa primum promittit eis tria remedia. Primo, in pœnüs sustentationem, excludens timorem ex divina praesentia : creans te, quantum ad substantia principium; Deut., xxxii, 6: *Ipsa est pater tuus, qui possedit, et fecit, et creavit te; faciens, quantum ad formam quam dedit. Gen., ii, 7: Formavit Deus hominem de luto terra. Redemisti, a malis. Osee, xiii, 14: *De manu mortis liberabo eos, et de morte redimam eos. Et vocavi, ad gratiam. Rom., ix, 25¹: *Vocabo non plebem meam plebem meam. Ponit promissionem : Cum transieris per aquas, Ægyptias, flumina Chaldei; igne, Græci; flamma, Romani. Non enim ex toto sunt consumpti. Ps. lxxv, 12: *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Et assignat hujus rationem : Quia ego Dominus. Supra, xii: *Vere ipse Deus salvator noster. Secundo, promittit pœnarum commutationem ut scilicet alias loco ipsius puniat. Et ponit commutationem. Dedi propitiationem, id est ut propitiatur, quasi pœnis eos affligens qui te ad peccandum² sui auxili spe provocabant. Saba, civitas Æthiopæ. Prov., xi, 8: *Justus de angustia liberatus est, et tradetur impius pro eo. Et assignat rationem, scilicet ipsam dilectionem : ex quo honorabile, id est feci et reputavi te honorabilem. Pro te, pro liberatione tua. Jer., xxxi, 90: *Si filius mihi honorabilis Ephraim,*********

*si puer delicatus. Tertio, promittit eis a tribulationibus omniummodum liberationem, et circa hoc tria facit. Primo, promittit liberationis beneficium : *Noli timere ab oriente, quia undique dispersi erant. Supra, xi: Congregabit profugos Israel. Secundo, adducit liberationis meritum : *Et omnem qui invocat nomen meum, adducam, in gloriam meam, ut glorifiet me, et ut ipse gloriosus appaream. Joel, ii, 32: Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvis erit. Tertio, promulgat liberationis præceptum. Educ, o Cyre, foras, extra terram captivitatis, populum, scilicet Iudeorum. Jer., v, 21: *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, et aures, et non auditis³. Omnes gentes congregatae sunt simul. Hie excludit divinitatis consortium. Et primo, ostendit aliorum deorum falsitatem per modum judicii, pœnüs gentium ad idola consensum : congregatae sunt, in unum errorem. Ps. xiii, 3: Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; petens divinitatis signum⁴: *Quis ex vobis, id est, quis deorum vestrorum. Vel loquitur ad idola, et petit testimonium : Dent testes, et justificantur; juste dicantur dii; et testes audiant, ab eis futura, et dicant, pro vobis testimonium. Supra, xli: Non est annuntians neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Secundo, prædictat sua divinitatis veritatem; et primo, quantum ad scientiam; secundo, quantum ad potentiam, ibi : *Vos testes mei. Circa primum duo facit. Primo, dat testimonium : Vere vos testes mei, et servus meus, populus Jacob, vel Christus. Act., i: Eritis mihi testes in omni Judea et Jerusalem. Ponens cognoscendi modum, ut sciatis, quantum ad ea quæ per naturales rationes de Deo sciri possunt; et credatis, quantum ad ea quæ supra rationem sunt; et sic intelligatis, quia nisi credideritis, non intelligetis, supra, vii, secundum aliam litteram. Ponens etiam testimoniū dictum, quod ipse sit solus Deus : *Quia ego solus, sum, Deus. Ante me no. est formatus Deus⁵. Deut., xxxii, 39:*******

¹ Parv. : « Osee, ii. » Sed Osee, ii, 24, legitur : *Et dicam non populo meo : populus meus es tu. —*

² Al. : « precandum. » — ³ Al. : « et aures non auditis. » — ⁴ Al. : « signatum. » — ⁵ Al. : « formator. »

Videte quod ego sum solus, et non sit alius Deus praeter me. Et quod sit solus Dominus: Ego sum, singulariter, ego sum, et excellenter. Act., iv, 12 : Salus non est in aliquo alio. Secundo, dat divinitatis signum¹. Ego annuntiavi et non fuit, a quo scire possetis. Ps. lxxx, 9 : Israel, si me audieris, non erit in te deus recens, nec adorabis deum alienum.

Nota super illo verbo : *Cum ambulaveris in igne, non combureris, qui Deus liberalis suos ab igne multiplici. Primo, carnalis temptationis. Job, xxxi, 12 : Ignis est usque ad consummationem² devorans. Secundo, temporalis tribulationis. Ps. xvi, 3 : Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Tertio, aeternae damnationis. Matth., xxv, 41 : Ite³ maledicti in ignem eternum. Quarto, divine indignationis. Deut., xxxii, 22 : Ignis successus est in furore meo. Primo, igne utuntur lascivientes. I Cor., vii, 9 : Melius est nubere quam uri. Secundo impatienses. Supra, xii : Facies combusta vultus eorum. Tertio, impudentes. Ps. cv, 18 : Flamma combussit peccatores. Quarto, superbientes. Deut., xxxii, 22⁴ : Montium fundamenta comburet.*

Item super illo : *Cum transieris per aquas, tecum ero, quia Deus liberat ab aquis primo voluptatis. Prov., ix, 17 : Aquæ furtive dulciores sunt, in quibus suffocantur per luxuriam. Secundo, cupiditatis. Exod., xv, 10 : Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, in quibus suffocantur per avaritiam. Tertio, adversitatis. Psal. lxviii, 2 : Intraverunt aquæ usque ad animam meam, in quibus suffocantur per impatientiam. Quarto, mundanae potestatis. Apoc., xvii, 15 : Aquæ super quas sedebat⁵, in quibus suffocantur per superbiam.*

Vos testes mei, dicit Dominus, et ego Deus. Hie ostendit veritatem divinitatis quantum ad potentiam; et primo, dat testimonium: vos testes. Joan., viii, 25 : Ego principum, qui et loquor vobis. Secundo, dat potentia: signum in puniendo : Et non est qui de manu mea eruat. Deuter., xxxii, 39 : Non est qui de manu mea possit eruere. Et in operando: operabor. Supra, 14 : Dominus exercitum decrevit; et quis poterit informare? Ille dicit Dominus redemptor vester, Sanctus Israel. Hie ponit dilectionis signum, quia pro eis Babylonem in navibus gloriantes,

propter multitudinem aquarum, destruxit. Emisi, iram scilicet. Ille dicit Dominus qui dedit in mari viem, et in aquis torrentibus semitam. Ille commemorat beneficia preterita, quando egressi sunt de Ægypto, in eorum gubernatione. In mari, rubro, Exod., xiv : In aquis torrentibus, Arnon⁶. Numer., xxi : In Jordane, Josue, iii. Et quantum ad hostiim destructionem : Qui eduxit quadrigam, currus Pharaonis. Exod., xvi, 4 : Electi principes ejus subversi⁷ sunt in mari rubro. Quasi linum, in momento succensum. Secundo, promittit multo maiora, et circa hoc tria facit. Primo, ostendit futurorum beneficiorum magnitudinem ex priorum comparatione : Ne memineritis, quasi dicat : Non sunt digna ut in memoriam habeantur in comparatione futurorum. Ea qua retro sunt obliviscantur ex horum novitate : Ecce ego facio nova, inaudita. Apoc., xxi, 5 : Ecce nova facio omnia. Ex eorum deterioratione : Ponam in deserto, id est in terra Iudeorum, qua fuit prius deserta, viam, euntium ad festivitates; flumina, consolationis. Psalm. cxvi, 35 : Posuit desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum. Et si expounderantur haec ad litteram de liberatione de captivitate Babyloniae, dicuntur majora quam liberare de Ægypto, non propter majora miracula, sed quia reges de quorum potestate liberavit eos, potentiores Pharaone fuerunt, vel quia de loco magis distantii venerunt. Si autem referatur ad liberationem factam per Christum, constat quod nihil ita admirabile praecesserat in seculis præteritis. Secundo, ostendit beneficiorum utilitatem in gentibus : Et glorificabit me bestia agri, id est gentilis bestialiter vivens conversus ad Christum, vel videns quomodo Iudeos liberat. Psal. cxlviii, 10 : Bestiae et universa pecora, serpentes et volucres pennatae. Et in Iudeis, ut darem potum, doctrinæ et consolationis. Tertio, assignationem : Populum formari mihi, scilicet in laudem meam. Proverb., xvi, 4 : Universa propter semelipsum operatus est Dominus. Non me invocasti, Jacob. Hie excludit merita Iudeorum ac consequenda tanta beneficia, et circa hoc tria facit. Primo, excludit meritum; secundo, dat responsioni locum, ibi : Reduc me in memoriam; tertio, removet quemdam respondendi modum, ibi :

* Submersi.

¹ Al. : « signatum. » — ² Parm. : « Ps. xvii. » —

³ Parm. incepto : « Marou. »

Pater tuus primus peccavit. Circa primum tria facit. Primo, excludit meritum : *Non me invocasti, ut habe omnia darem; vel quia non toto corde Deo offerebant¹, sed partim Deo, partim idolis, vel quia Deo non offerebant, vel quia spe temporalis retributionis faciebant, vel quia post adventum Christi accepta non fuerunt.* Malach., 1, 3 : *Quis est in vobis qui claudat ostia, et incendat altare meum gratuito?* Psal. xlrx, 13 : *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Secundo, ostendit ipsorum reatum : *veruantem servire*, quasi dicat : Servilem me ostendistis, cum me offendentes nou puniebam. Supra, 1 : *Facta sunt mihi molestia; laboravi sustinens.* Loquitur more humano. Tertio, ostendit datum gratis beneficium : *ego sum.* Psalm. xxiv, 11 : *Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo.* Reduc me in memoriam. Hie responsioni dat locum. *Reduc*, quasi dicat : Recogita quae tibi fecerim; *narra si quid habes*, ad te excusandum, vel me accusandum, *ut justificeris*, id est ut videaris justus. *Pater tuus primus peccavit.* Hie removet quandam viam respondendi. Posset enim allegare patrum innocentiam, sed contra

hoc dicit. *Pater, Abraham petens signum do promissione Dei, quasi dubitans, Genes. xv : Interpretes, Moyses et Aaron ad aquas contradictionis, Nuin., xxvi : Contaminavi, id est contaminari permisi, ad internectionem, quia omnes in deserto mortui sunt, excepto Caleb et Josue. Psal. cv, 6 : Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniuriam fecimus.*

Nota super illo verbo : *Reduc in memoriam*, quia reducere debemus Deum in memoriam : primo, quantum ad mirabilia que fecit, ad venerandum. Psal. civ, 5 : *Memento mirabilium ejus que fecit.* Secundo, quantum ad beneficia que dedit, ad gratiarundum. Eccli., ult., 11 : *Memoratus sum misericordiae tue et operationis² tuae que a seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te, et liberas eos de manu angustiarum, Domine Deus noster.* Tertio, quantum ad tormenta qua sustinuit, ad compatendum. Thren., iii, 19 : *Recordare paupertatis meae, absynthii et fellis.* Quarto, quantum ad precepta quae dedit, ad observandum. Psal. cx, 18 : *Memores sunt³ mandatorum ipsius ad faciendum ea.*

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Et nunc audi, Jacob serve meus, et Israel quem elegi. Hie dicit Dominus faciens et formans te ab utero, auxiliator tuus : Noli timere, serve meus Jacob, et reclissime quem elegi. Ellundam enim aquas super sitientem, et fluenta super aridam. Ellundam spiritum meum semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam, et germinabunt inter herbas, quasi salices juxta praeterfluentes aquas. Iste dicit : Domini ego sum ; et ille vocabit in nomine Jacob ; et hic scribet manus sua Domino : et in nomine Israel assimilabitur. Hie dicit Dominus rex Israel, et redemptor ejus Dominus exercituum : Ego primus, et ego novissimus, et absque me non est deus. Quis similis moi? Vocet, et annuntiet : et ordinem exponat mihi, ex quo constitui mihi populum antiquum : ventura, et que futura sunt annuntiet eis. Nolite timere, neque conturbentur. Ex tunc audire te feci, et annuntiavi. Vos estis testes mei. Numquid est deus absque me, et formator quem ego non noverim? Plastis idoli omnes nihil sunt, et amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident neque intelligunt, ut confundantur. Quis formavit deum, et sculptile conflavit ad nihil utili? Ecce omnes participes ejus confundentur: fabri enim sunt ex hominibus : convenient enim omnes, stabunt et pavebunt, et confundentur simul. Faber ferrarius linea operatus est in prunis, et in malleis formavit illud, et operatus est in brachio fortitudinis sue. Esuriet, et deficiet, non bibet aquam, et lassescet. Artifex lignarius exten-

dit normam, formavit illud in runcina. Fecit illud in angularibus, et in circino tornavit illud, et fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Siccidit cedros, tulit illicem, et quercurum que steret inter ligna saltus. Plantavit pinum, quam pluvia nutrit, et facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis, et calefactus est, et succedit, et coxit panes; de reliquo autem operatus est deum, et adoravit, fecit sculptile, et curvatus est ante illud. Medium ejus combussit igni, et de medio ejus carnes cosit. Comedit pulmentum, et saturatus est, et calefactus est, et dixit : Vah, calefactus sum, vidi focum. Reliquum autem ejus deum fecit, et sculptile sibi. Curvatur ante illud, et adorat illud, et obsecrat, dicens : Libera me, quia deus meus es tu. Nescierunt, neque intellexerunt. Obliti enim sunt ne videant oculi eorum, et ne intelligant in corde suo. Non recognitant in mento sua, neque cognoscunt, neque sentiunt ut dicant : Medietatem ejus combusso igni, et coxi super carbones ejus panes, coxi carnes, et comedti, et de reliquo ejus idolum faciam, ante truncum ligni procidam⁴? Pars ejus cuius est. Cor insipiens adorabit illud, et non liberabit animam suam, neque dicit : Forte mendacium est in dextera mea. Memento horum, Jacob et Israel, quoniam servus meus es tu. Formari te, servus meus es tu, Israel, non obliviscaris mei. Delevi ut nubem iniuriantes tuas, et quasi nebulae peccata tua. Revertere ad me, quoniam redemi te. Laudate caeli, quoniam misericordiam fecit Dominus; jubilate extrema

¹ Al. : « offerebantur. » — ² Al. : « cooperationis. »

³ Al. : « sint. »

terre, resonare montes laudationem, saltus, et omne lignum ejus : quoniam redemit Dominus Jacob, et Israel gloriatitur. Hec dicit Dominus redemptor tuus, et formator tuus ex utero : Ego sum Dominus faciens omnia, extendens eculos solus, stabiliens terram, et nullus mecum ; irrita faciens signa divinorum, et ariolos in furorem vertens ; convertens sapientes retrorsum, et scientiam

erorum stultam faciens ; suscitans verbum servi sui, et consilium nuntiorum suorum compleps ; qui dico Jerusalem : Habibaberis ; et civitatem Iuda : Edificabitini, et deserta ejus suscitabo ; qui dico profundo : Desolare, et fluminis lata arafaciam ; qui dico Cyro : Pastor meus es, et omnem voluntatem meam complebis ; qui dico Jeruselem : Edificaberis, et templo : Fundaberis.

Hic tertio confutat eos ex idolorum vilitate, ne forte crederent quod per ea possent divinas promissiones impeditare. Et dividitur in duas. In prima, excludit timorem ; in secunda, ostendit idolorum vilitatem, ibi : *Hec dicit Dominus rex Israel*. Circa primum tria. Primo, excitat attentionem : *Audi Jacob quem elegi*, reprobatio Esau. Mal., 1 : *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. Secundo, excludit timorem : *Hec dicit Dominus formans te*. Infra, xlix : *Hec dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi*. Rectissime, quod sonat hoc nomen Israel, quantum ad nominis significationem ; sed quasi per etymologiam dicitur vir videns Deum. *Is vir, ra videns, el Deum*. Tertio, ponit promissionem : *effundam*. Et primo promittit divinum beneficium, quantum ad temporalia : *effundam aquas*, id est consolations. Ezech., xxxvi, 23 : *Effundam super vos aquam mundam*. Quantum ad spirituaria : *Effundam spiritum benedictionem*, quantum ad bonorum multiplicationem. Joel, ii, 28 : *Effundam de spiritu meo * super omnem carnem*. Secundo, ponit beneficii fructum quantum ad bona temporalia ; et germinabunt, id est multiplicabuntur ex abundantia prosperitatis, sicut arbor ad multitudinem aqua. Supra, xxxv : *Gernians germinabit, exultabit latetabunda et laudans*. Ponit etiam effectum honorum spiritualium. *Iste dicit Domini ego sum*, quia quilibet se Deo subiectum confitebitur : *Scribet, cantica, Domino*, id est ad honorem Domini. Vel *Domini ego sum* portans Scripturam, quod pertinet ad cultum Dei. Assimilabitur, alienigena in colendo Deum ; vel erit strenuus sicut Jacob. Jer., iii, 19 : *Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis*. *Hec dicit Dominus rex Israel*. Hie ostendit idolorum vilitatem, et circa hoc tria facit. Primo, ostendit idolorum defectum ; secundo, ex hoc revocat eos ad summum cultum, ibi : *Mementote horum, Jacob et Israel* ; tertio, promittit colentibus se libera-

* *Spiritu
tum
meum.*

tionis beneficium, ibi : *Hec dicit Dominus redemptor tuus*. Circa primum duo facit. Primo, arguit contra idola ex divina operatione ; secundo, ex idolorum formatione, ibi : *Quis formavit Deum?* Circa primum duo facit. Primo, proponit sue deitatis singularitatem : *Ego sum*. Apoc., i, 8 : *Ego sum alpha et omega, principium et finis*. Secundo, adhibet probationem : *Quis similis?* Et circa hoc tria. Primo, ponit divinum actum in annuntiando futura, et ordinem praeteritorum : *Non noverim, pradestinando*. Eccli., xxii, 29 : *Domino Deo nostro omnia sunt agnita, antequam fiant*. Secundo, assignat sue deitatis signum testibus confirmationi : *noli timere*, quasi dicat : Ne sollicitemini pro me, quasi deficiam prolatione mea divinitatis. Tertio, concludit idolorum defectum : *Numquid est?* Et primo ponit questionem : *absque me?* Deuter., xxxii, 39 : *Vide quod ego sim solus, et non sit alius deus prater me*. Secundo, ostendit testimonium inuidoneitatem : *plastæ idioli*, id est factores eorum, *nihil sunt, nullius potentia* ; vel quia intentionem suam non consequuntur, volentes suis maibus demm fingere ; vel etiam quia³ idolum nihil est. *Amantisima*, idola, que sunt vel magna et veneranda, vel ex pretiosiori materia. Tertio, ostendit testimonii falsitatem : *ipsi testes*, idolorum, *quia non vident*, et tamen dicunt ea esse deos. *Quis formavit deum?* Hie ostendit quod noui sunt dii ex eorum formatione, et circa hoc duo facit. Primo, proponit formationem ad excludendum divinitatem ; secundo, formationis modum ad ostendendam vilitatem : *faber ferrarius*. Circa primum duo facit. Primo, proponit formationem, intendens haec rationem. Quod factum est ab homine, noui est Deus, etc. *Quis?* quasi dicat, nullus ; *ad nihil*, alind, *utile*. Baruch, ult., 46 : *Ipsi qui ea faciunt non sunt multi temporis*. Secundo, praedit operantium confusionem : *Eece omnes principes ejus*, idolorum cultores, cum veneriunt

* Al. : « Deus ego sum. » — * Al. : « nec sunt ul-

lius potentiae. » — ³ Al. : « et sicut etiam. »

ad judicium, stabunt, quasi judicandi. *Ex hominibus*, id est de numero hominum. Ps. xcvi, 7 : *Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Faber ferrarius lima operatus est in prunis*. Ille ostendit eorum vilitatem, ut non solum non sint dii, sed etiam quedam vilia; et primo proponit modum quantum ad idola quae fiebant de metallis; *in brachio suo*, id est fortes ictus perculientis. *Esuri et defici*, quasi dicere: Deus quem facit non potest sibi succurrere, qui tamen factori suo maxime tenetur. Supra, xli : *Confortabit faber ferrarius percussiens mallo*. Secundo, quantum ad ea quae fiebant ex ligno¹. *Artifex lignarius*. Et primo ponit idoli vilitatem, ponens causam efficientem cum instrumentis suis; *normam*, regulam ad rectificandum ligna, *in runcina*, instrumentum recurvum ex latere ad curvandum ligna, *in angularibus*, id est in figura quadrangulata, vel est instrumentum ad hujusmodi figuratas facientes, *cincino*, id est tornio². Quantum ad causam formalem: *et fecit imaginem*; quantum ad materialem: *succidit cedros*, quibus³ etiam ad viles usus utuntur. Jerem., x, 3: *Lignum de sultu præcidit, opus manuum artificis*. Secundo, ostendit artificeis exercitatem: *nescierunt*. Pars ejus, ligui de quo factum est idolum, *cinis*, quia combustum. *Forte mendacium est in dextera mea*, id est in operatione. Sap., xiii, 17: *Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est*.

Nota super illo verbo: *effundum spiritum meum*, quia datur spiritus incipientibus primo in principium vivificationis. Ezech., xxxvii, 10: *Ingressus est in ea spiritus, et revixerunt*. Secundo, in lavacrum⁴ renovationis. Tit., iii, 5: *Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde*. Tertio, in privilegium adoptionis. Rom., viii, 15: *Non accepistis spiritum servitatis in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei*. Secundo, datur proficiensibus primo ad instruendum intellectum. Joan., xiv, 26: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*. Secundo, ad resciendum affectum. Eccli., xxiv, 27: *Spiritus meus super mel dulcis*. Tertio, ad adjuvandum actum. Rom., viii, 26: *Spiritus adjuvat infirmitatem*. Tertio, datur perfectis

primo in beneficium libertatis. II Cor., iii, 17: *Ubi spiritus Domini, ibi libertas*. Secundo, in vinculum unitatis. Ephes., iv, 3: *Solidi seruare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Tertio, in pignus hereditatis. Ephes., i, 3: *Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ*.

Memento horum, Jacob et Israel. Ille revoeat eos ad suum cultum; et primo assignat rationem, proponens servitutis debitum; *memento*, id est recognita vilitatem idolorum, *servus*. Jer., li, 19: *Non sicut hæc, pars Jacob, quia qui fecit omnia ipse est, et Israel sceptrum hereditatis ejus, Dominus exercitum nomen illi*. Et quantum ad praestitum beneficium, vel promissum: *Delevi ut numerum, et ut nebula, id est facile*. Sap., ii, 3: *Transiit vita vestra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur*. Secundo, ponit revocationem: *reverttere*. Jer., iii, 12: *Reverttere aversatrix Israel ad me, ait Dominus, et non avertam faciam meam a vobis*. Tertio, pro reversione invitat totam creaturam ad gratiarum actionem: *Jubilate extrema terra*. Ps. lxviii, 35: *Laudent illum caeli et terra, mare et omnia que in eis sunt*. *Hæc dicit Dominus redemptor tuus*. Ille revertentibus ad se, promittit liberationis beneficium, et circa hoc duo facil. Primo, ostendit liberationis beneficium, quod eis constituit: *Redemptor, a malis, et formator, in bonis*. Infra, xix: *Hæc dicit Dominus formans me ex utero servum sibi*. Quantum ad creaturem, quas fecit: *Ego sun Dominius*. Jerem., x, 12: *Fecit terram in fortitudine*. * Nostra.

Quantum ad sapientes, quos infatnavit, quorum quidam profitabantur se scire divina: *irrita faciens*. Jer., i, 36: *Gladius ad divinos ejus, qui stulti sunt; quidam de rebus mundanis: convertens sapientes*. I Cor., 20: *Nonne stultum fecit Deus sapientiam hujs mundi?* Etiam quantum ad promissorum impletionem. *Suscitans, implens; servi, prophetae vel Moysis vel Christi*. Secundo, promittit liberationem populi; et primo, quantum ad urbium reædificationem: *Qui dico Jerusalem: Edificaberis*. Ps. lxviii, 36: *Edificabuntur civitates Iuda*. Secundo, quantum ad hostium destructionem: *Qui dico profundo, id est mari, scilicet Babylonii*⁵. Unde supra, xxi: *Onus deserti maris*. Tertio, quantum ad liberationis exaltatio-

* Facit.

¹ Al. omittitur « ex ligno. » — ³ Al. : « torso. » — ⁵ Al. : « quas. » — ⁴ Al. : « lavacro. » — ⁵ Al. :

« maris Babylonis. »

nem : *Qui dico Cyro, Pastor meus es, pascens oves meas. Ezech., xxxiv : Et pascet eas ventus urens. Quarto, quantum ad templi reintegritationem : Qui dico Jerusalem : Fundaberis,*

quia ejus tempore sola fundamenta jacta sunt. Daniel., ix, 23 : *Ædificabitur iterum Jerusalem.*

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subjeciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum verlam, et aperiam coram eo januas, et portas non claudent. Ego anteibio, et gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus qui voca nomen tuum, Deus Israel proper servum inuenit Jacob, et Israel electum meum. Et vocavi te nomine tuo, assimilavi te, et non cognovisti me. Ego Dominus, et non est amplius. Extra me non est Deus. Accinxi te, et non cognovisti me, ut sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente, quoniam absque me non est Deus. Ego Dominus, et non est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Ego Dominus faciens omnia haec. Rorare cœli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet salvatorem, et justus oriarum simul. Ego Dominus creavi eum. Væ qui contradicunt fictori suo, testa de Sammis terre. Numquid dicit lumen figulo suo : Quid facis, et opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri : Quid generes; et mulieri : Quid parturis? **Hæc** dicit Dominus sanctus Israel, plastes ejus : Ventura interrogate me, super filios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, et hominem super eam creavi. Ego et manus meæ tendenterunt cœlos, et omni militiæ eorum mandavi. Ego suscitavi eum ad justitiam, et omnes vias ejus dirigam. Ipse adiicit civitatem meam, et captivitatem meam dimittit non in pretio neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum. **Hæc** dicit Dominus :

Labor Ægypti, et negotiatio Æthiopie, et Sabaim, viri sublimes ad te transibunt, et tu erunt. Post te ambulabunt, vinciti manici pergent, et te adorabunt, teque deprecabuntur : Tamen in te est Deus, et non Deus absque te. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator. Confusi sunt et erubuerunt omnes simul, abierunt in confusione fabricatores errorum. Israel salvatus est, in Domino salute aeterna. Non confundentini, et non erubescitis usque in seculum saeculi, quia hæc dicit Dominus creans cœlos. Ipse Deus formans terram, et faciens eam, ipse plastes ejus. Non in vanum creavit eam; ut habitaretur, formavit eam. Ego Dominus, et non est aliud. Non in abscondito locutus sum, in loco terra tenebrosa. Non dixi semini Jacob : Frustra querit me. Ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta. Congregomini et venite, et accedite simul, qui salvati estis ex genitibus. Nescierunt qui levant signum sculpture sue, et rogant dominum non salvatorem. Annuntiate, et venite, et consiliamini simul. Quis audiuimus fecit hoc ab initio, ex tunc predixit illud? Numquid non ego Dominus, et non est ultra Deus absque me? Deus justus, et salvans non est prater me. Convertimini ad me, et salvi eritis omnes fines terre, quia ego Deus, et non est aliud. In metemtupo juravi, egredietur de ore meo justitia verbum, et non revertetur : quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua. Ergo in Domino, dicet, meæ sunt justitiae et imperium. Ad eum venient, et confundentur omnes qui repugnant ei. In Domino justificabitur et laudabitur omne semen Israel.

Postquam confortavit eos ad summam expectationem promissorum divinorum, in parte ista incipit prosequi divinas promissiones, ad corum consolationem, et dividitur in duas. In prima, promittit liberacionem a malis; in secunda, promittit salvationem in bonis. **Hæc** dicit Dominus sanctus Israel, plastes ejus. Prima in duas. In prima, promittit eis liberationis beneficium; in secunda, excludit omne liberationis impedimentum, cap. L : *Hæc dicit Dominus : Quis est*, etc. Prima in tres. In prima, presignat eis liberatorem; in secunda, praedit captiavitum et detinentium destructionem, cap. XLVI : *Contractus est Bel*; in tertia, promittit etiam Judeorum liberationem, cap. XLVII : *Audite hoc domus Jacob*. Prima in duas. In prima, prænuntiat liberatorem; in secunda, ostendit consequentem utilita-

tem, ibi : *Hæc dicit Dominus sanctus Israel, plastes ejus*. Prima in tres. In prima, prædict liberatoris potestatem; in secunda, describit ipsius nativitatem, ibi : *Rorate cali desuper, et nubes pluant justum*: in tertia, refellit incredulorum contradictionem, ibi : *Væ qui contradicit fictori suo*. Circa primum duo. Primo, ponit fastigium ad quod exaltatus fuit, contra tria que solent evadere manus regis, vel propter multitudinem: et quantum ad hoc dicit : *Christo*, id est regi, non propter unctionem, sed propter regiam dignitatem: quia apud eos reges non ingebantur : *Apprehendi dexteram*, quasi auxiliator operum ipsius, gentes, diversas. Beuter., xxviii, 7 : *Dabit Dominus imicos vestros in manus vestras*. Vel propter fortitudinem; et quantum ad hoc dicit : *ante ibo¹, paraus victoria tuae locum, immi-*

¹ Al. : « annuntiabo. »

tendo terorem tuum adversariis : *gloriosos*, potentes supra alios, sicut Babylonios ; *portas arcas*, potentissimas civitates. Ps. cxi, 16 : *Contrixit portas arcas, et vectes ferreos confregit*. Vel propter absconsionem, et quantum ad hoc dicit : *Et dabo tibi thesuros, diversorum regnum, quorum civitates cepit*. Job, xii, 22 : *Revelat profunda de tenebris, et abscondita producit in lucem*. Secundo, ponit beneficii fructum ; et primo, in ipso ; secundo, in aliis, ibi : *Sciant hi qui ab oriente et qui ab occidente*. Circa primum duo. Primo, ponit potestatis fructum a Deo requisitus in Cyro, scilicet suae cognitio-
nis : *Ut scias quia ego*. Romi., iv, 17 : *Vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt* ; et populi liberationis : *Propter seruum meum*, ut scilicet liberes eum de captivitate. Se-
cundo, ostendit¹ illud beneficium ex parte ipsius Cyri, ex parte frustratum : *Et vocavi*, predicendo nomen tuum ; *assimilavi*, hoc in aliis sanctis meis, quorum nomina prius a Domino predicta sunt ; *non cognovisti me*, esse tantum Deum verum, permanens in idolis. *Accinzi*, fortitudine. Prov., i, 24 : *Vocavi, et remisisti, accipere disciplinam*. *Ut sciant hi qui ab oriente et qui ab occidente, quoniam absque me non est Deus*. Ille ostendit fructum in aliis ; et primo ostendit quod in aliis querit sue cognitionis fructum. *Qui ab oriente*, id est habitantes per totum mundum. Quod completum fuit in hoc quod Cyrus epistolis sui laudem Dei scripsit ubique ; vel quia omnes Deum collaudaverunt videntes Judeorum liberationem. Ps. lxxix, 19 : *Sciant quia nomen tibi Dominus ; tu solus Altissimus super omnem terram*. Se-
cundo, proponit sue divinitatis argumen-
tum, quod cognosci potest in hoc quod potest affigere et liberare : *Ego Dominus. Lucem*, diem in consolatione ; *malum*, peccatum. Amos, iii, 16 : *Non est malum in civitate quod Dominus non fecerit*. Eccli., xlvi, 23 : *Omnia fecit Dominus duplicita, unum contra unum. Rorate caeli desuper et nubes pluant justum*. Ille describit nativitatem Cyri sub metaphora fructus arboris, ad cuius generationem requiritur humor terra et pluvia et ros de celo ; ita in nativitate Cyri concurrevit divina misericordia, inten-
dens populum suum per eum liberare ; et inferior natura, quae significatur in terra. Unde tria facit. Describit enim ortum : *Ro-*

rate ; nativitatis fructum : *et justitia oriatur* ; et primum nativitatis principium : *ego Dominus. Pluant justum*, neutraliter vel masculine ; vel per celum et nubes, propheta et alii justi qui ipsum preannuntiando, et lacrymis a Deo² poscendo, quodcum modo ipsum pluerunt. Psal. lxxi, 6 : *Descendet sicut pluvia in vellus*.

Nota super illo verbo : *Israe electum meum*, quia sancti sunt electi primo per praedestina-
tionem. Ephes., i, 4 : *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*. Secundo, sunt formati per gratia infusionem. Gen., ii, 7 : *Formavit Dominus hominem, et inspiravit in eo spiraculum vitri*. Tertio, recti per dilectionem. Cant., i, 3 : *Recti diligunt te*. Quarto, servi per debitum operationis. Luce, xvii, 10 : *Servi inutiles sumus*.

Vx qui contradicit factori suo. Ille excludit infidelium contradictionem ; et primo sub metaphora artificis lutum fingentis, quia sicut lutum non contradicit signo, ita nec Judaei deberent Deo contradicere, non credentes posse consurgere qui Babylonios superarent. *De Samiis*, vasis fictilibus, quia hujus ars in Samos civitate inventa est : *absque manibus est*? quasi absque recta ope-
ratione manus, vel sicut lagene manus habent. Rom., ix, 20 : *Numquid dicet figura ei qui fecit illud* : *Quid me fecisti sic?* Sub metaphora patris generantis : *Vx qui dicit patri* : quia ego sum pater creans Cyrum, et sicut mater concipiens ipsum in proposito ; et ideo non debetis in hoc milii contradicere, sicut nec matri generanti. Infra, lxvi : *Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus*. *Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero?* Vel loquitur contra illos divinos qui ex ortu Cyri multa pranuntiabant mala futura, dicentes melius esse si non nasceretur. Vel contra illos de Judaeis qui dicebant : Ad quid generamus filios, ut in captivitate nascantur ? *Hec dicit Dominus sanctus Israel, plastes ejus*. Ille ponit liberatoris utilitatem ; et primo quantum ad liberationem Judaeorum ; secundo, quantum ad conversionem gentium, ibi : *Quia haec dicit Dominus creans caelos*. Circa primum tria. Primo, ostendit suam ad praedicendum futura auctoritatem : *Ego, scilicet Cyro, plastes, factor, filios meos*, Judaeos, liberatos, vel alios quoscumque volo nascituros, et non idola. Secundo,

Cognoscant.

Si erit.

¹ Al. : « liberet. » — ² Al. : « accipe. » — ³ Al. : « adeo. »

prædictit liberationem, ostendens suam potestatem, qui promittit : *Ego feci. Militie eorum, scilicet celorum, mandavi, præsignando sumum officium et naturam.* Supra, xi. : *Qui educit in numero militiam eorum.* Et exequentis directionem : *Ego suscitavi, ad dignitatem, eum, Cyrus* (præteritum pro futuro) *ad justitiam, faciendam de Chaldaeis.* Proverb., m, 6 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Et promittit liberationem : *Ipsæ, scilicet Cyrus, edificabit, promittens, et dans expensas ad aedificium.* Infra, lu : *Gratis venundati estis, et sine argento redimemini.* Hæc dicit Dominus : *Labor Ægypti.* Hic tertio promittit liberatorum exaltationem quantum ad tria. Primo, quantum ad alienorum adhæsionem : *Labor Ægypti, divitiae ipsorum, et ipsi quantum ad multos qui eos secuti fuerunt.* Vel loquitur de his qui adhaerent : *labor, in idolis cessabit. Negotiatione, terrena.* Et adhaerentium subjectionem : *post te ambulabunt, tibi subjecti : junctis manibus, id est vinculis manuum, quasi ita humiliant coram te sicut hi qui taliter, etc., vel vinculis præceptorum Christi.* Ponens etiam veritatis confessionem : *tantum in te, scilicet haec dicentes.* Absconditus, non visibilis sicut dii vestri ; *salvator, non imbecillus.* Psal. xvii, 12 : *Posuit tenebras latibulum suum.* Secundo, ostendit eorum exaltationem quantum ad hostium confusione : *Confusi sunt Michææ, ultim. : Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua.* Tertio, quantum ad Iudeorum perpetuam salutem : *Israel salvatus est usque in seculum.* Ubi sic canitur vel de spirituali Israeli. Soph., m, 45 : *Rex Israel Dominus in medio tui; non timebis malum ultra.* Quia hæc dicit Dominus creans celos. Hic ponit aliam utilitatem quantum ad conversionem gentium, et circa hoc tria facit. Primo, inducit quinque rationes inducentes ad conversionem, quarum prima sumitur ex rerum creatione : *ipse Deus;* Psal. clxv, 6 : *Qui fecit cælum et terram, mare et omnia que in eis sunt.* Secundo, et hominum dilectione, quia dedit eis terram in habitaculum (Psal. cxvi, 16) : *Cælum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Non in vanum. Tertio, ex veritatis prædicante manifestatione : *Non in abscondito, quasi ea que ratio naturalis dicta facienda, vel de prædicatione fidei christiana.* Joan., xvii, 20 : *Ego palam locutus sum mundo.* Quarto, ex præceptorum

utilitate : Psalm. xviii, 12 : *In custodiendis illis retributio multa.* Quarto, ex præceptorum aequitate : *Ego Dominus.* Infra, lxiii : *Ego qui loquor justitiam, et propagnator sum ad salvandum. Congregamini, et venite.* Hic secundo injungit Iudeis gentium vocationem, commemorans eorum salutem : *congregamini, quasi ad audiendum præceptum meum, qui salvati, liberati a captivitate gentium.* Infra, ult. : *Mittam eorum qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam et Lydiam.* Ponens etiam vocandorum errorem, scilicet gentium : *nescierunt.* Baruch, ultim. : *Videbitis in Babyloniam deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus.* Injungens suæ landis annuntiationem ; *annuntiate, in qua injungit officium, consiliamini, qualiter debeat is convertere.* Ps. xc, 3 : *Annuntiate inter gentes gloriam ejus. Quis audidit fecit hoc ab initio?* Hic ostendit in quo docet eos sua divinitatis argumentum, ad alios convertendum, scilicet ex præognitione futurorum, et ponit rationem, et conclusionem : *numquid?* Eccl., xlii, 19 : *Annuntiant quæ præterierunt.* Tertio, invitat gentes ad conversionem ; et primo, ponitur invitatio : *Convertimini. Zach., i, 3 : Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, et ego convertar ad vos.* Secundo, prædicat conversionem eorum, ponens signum adorationis : *in meipso, quia non habeo maiorem per quem jurem. Non revertetur, sine effectu.* Infra, iv : *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum.* Curvabitur, a christianis, qui est modus adorandi Redemptorem, secundum dictum Phil., ii, 10 : *In nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum.* Ponens etiam signum jurationis : *jurabit, quia uniusquisque jurat in Deo suo.* Psal. lxu, 12 : *Laudabuntur omnes qui jurant in eo.* Ponens etiam signum vera confessionis : *Ergo in Domino dicet, id est in persona Domini, me, scilicet Ecclesie Dei; vel me, scilicet Dei;* Apoc., i, 6 : *Ipsi gloria in seculo. Justitiae, non legis Iudeorum figura.* Tertio, prædicat inrecedorum confusionem : *Ad eum venient, quasi iudicandi.* Quarto, credentium salutem : *In Domino justificabitur omne semen, non solum secundum carnem, sed secundum fidei.* Ps. cxvii, 28 : *Qui insurgunt in me confundantur.* Mystice, *rorate cœli, de Christi nativitate.* In quo tria facit, scilicet nativitatis princi-

pium, nascensis ortum et nativitatis fructum. Principium est triplex. Primum cælum rorans, quasi principium effectivum, scilicet quia trium personarum, propter quod pluraliter dicitur : *cæli*. Pater Filium mittendo. Gal., iv, 4 : *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Filius carnem assumendo.* Phil., ii, 8 : *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Spiritus sanctus conceptionem faciendo.* Matth., i, 20 : *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Secundum principium est nubes pluens, quod est principium preparativum; in quo accipitur annuntiantis angelii officium. Job, xxxvii, 11 : *Nubes spargunt lumen suum; que lustrant cuncta.* Prophetarum vaticinium. Psal. xvii, 12 : *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Rom., i, 2 : *Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo. Justorum desiderium.* Psal. ciii, 3 : *Ponis nubem ascensem tuum.* Malach., iii, 1 : *Stabim veniet ad templum sanctum dominator quem vos queritis, et angelus testamenti quem vos vultis.* Tertium principium est terra germinans, quod est principium conceptivum, beata Virgo, do-

qua in Psal. lxxxiv, 13 : *Terra nostra dabit fructum suum.* Cujus aperiatur affectus ad inveniendum gratie privilegium. Luc., i, 30 : *Ne timeas, Maria. Prov., ult., 29 : Multæ filia congregaverunt divitias : tu supergressa es universas.* Intellectus, ad credendum angelii verbum. Luc., i, 45 : *Beata que creditisti, quoniam perficiuntur in te quæ dicta sunt tibi.* Uterus, ad concipiendum Dei Filium. Luc., i : *Ecce concipes in utero, et paries filium.* Sed ortus comparatur rori, pluviae, et germini. Quia Christus est ros ad refrigerandum. Supra, xviii : *Sicut nubes roris in die messis. Pluvia ad secundandum.* Psal. lxxi, 6 : *Descendet sicut pluvia in velutus. Germen ad fructificandum.* Jer., xxii, 5 : *Suscitabo David germen justum. Fructus est justitia, que cum illo oritur tripliciter : quam opere implevit. Matth., iii, 15 : Sic decet nos implere omnem justitiam ; quam sermone docuit. Infra, lxiii : *Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum ; quam pro munere dedit. I Cor., i, 30 : Factus est nobis sapientia et sanctificatio et justitia.**

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Contractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simbola eorum bestiis et jumentis. Onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem contabuerunt, et contrita sunt simul. Non poluerunt salvare portantem, et anima eorum in captivitate ibit. Audite me domus Jacob, et omni residuum domus Israel. Qui portamini a meo eterno, qui gestamini a mea vulva. Usque ad senectatem ego ipse, et usque ad canos ego portabo. Ego feci et ego ferum, ego portabo et salvabo. Cui assimilassis me et adsequaris et comparabis me et fecistis similem? qui confertis aurum de sacculo, et argentum statera ponderaris. Conducentes artificem ut faciat Deum, et procidunt, et adorant. Portant illum in humeris gestantes, et ponentes

in loco suo. Et stabit, ac de loco suo non movebitur. Sed et cum clamaverint ad eum, non audierit; de tribulatione non solvant eos. Memento istud, et confundamini; redite prevaricatores ad cor. Recordamini prioris saeculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mihi annuntians ab exordio novissimum, et ab initio que nedium facta sunt dicens. Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea sit. Vocans ab oriente aven, et de terra longinquo virum voluntatis meæ. Et locutus sum, et adducam illud : creavi, et faciam illum. Audite me duri corde, qui longe estis a justitia. Prope feci justitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam.

Hic prædictit destructionem hostium eos captivantum, scilicet Babyloniorum, quantum ad duo in quibus gloriabantur. Primo, quantum ad idolorum destructionem; secundo, quantum ad regni cessationem; infra xlvi : *Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon, sede in terra.* Prima in duas. In prima, prædictit idolis Babylonis destructionem quantum ad fractionem statuarum : *Confractus est. Ezech., vi, 4 : Demoliar*

aras vestras, et succidam lucos. El quantum ad asportationem metallorum, quia Persæ frustra auri et argenti secum detulerunt. Ponens ex parte asportantium, lassitudinis incommodum : *Bestiis et jumentis, scilicet equis et camelis, in quibus metalla gravia deferabant.* Vel cultoribus vestris, qui sunt bestie, imagines bestiaruin adorantes. Jer., xvi, 13 : *Servietis diis alienis, ligno et lapidi.* Ponens subventionis defectum ex parte

¹ Al. : « peragunt. »

idolorum; *contabuerunt*, id est defecrunt, scilicet idola. *Portantem*, scilicet bestiam, vel colentem hominem sc. Ponens etiam captivitatis opprobrium : *et anima eorum*, scilicet idolorum, metaphorice, id est numen eorum; vel gentilium, quia idola sicut animam suam amabant. Osae, x, 6 : *Siquidem et ipse in Assur delatus est, munus regi ulti*. Secundo, revocat Judeos ad suam venerationem, relictis idolis: *audite me*; et primo revocat eos ad suum cultum; secundo, revertentibus promittit liberationis beneficium, ibi : *Anuntians ab exordio novissimum*. Circa primum tria. Primo, ostendit eis suam dilectionem ex affectuosa suppertatione. *A meo utero*, id est, ita suppportavi in mea misericordia affectuose, in deserto, et in aliis locis in quibus contra me peccasti, sicut mater filium. Prov., xxxi, 2 : *Quid dilecta uteri mei?* Job, xxxviii, 29 : *De cuius utero egressus est glacies, et de celo gelu quis genuit?* Icchr., i, 3 : *Portans omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens.* Ex suppertationis continuata : *usque ad senectam, vestram, id est usque ad finem mundi.* Psal. lxx, 18 : *Usque ad senectam et senium, Deus, ne derelinquas me.* Ex suppertationis ratione: *ego feci*, dignum est ut qui fecit conservet. Deut., xxxii, 41 : *Expandit alas suas, et assumpsit eos, atque portavit in humeris suis.* Secundo, ostendit idolorum vilitatem, ostendens operantium idola fatuitatem, et quantum ad intentioem, quia volunt ex quo Deo facturam: *cui assimilastis?* et quantum ad operationem, quia conducebant artifices ad faciendum deum ex auro, quia sicut avari aurum in saeculis reposuerant: *qui confertis.* Jerem., x, 9 : *Opus manuum artificis* universa haec.* Ostendens etiam operum, scilicet idolorum ipsorum, imbecillitatem, quia per se nec moveri nec stare possunt: *portant illum.* Baruch, ult., 3 : *Videbitis in Babylone deos aureos et argenteos et lapideos.* Ostendens etiam eorum vilitatem: *Sed et cum clamaverint.* Sapient., xiii, 48 : *Pro vita quidem regal mortuum, et in adjutorem inutilem invocat.* Tertio, concludit revocationem: *mementote*, istud predictum de dilectione mea et vilitate idolorum, *prioris saeculi*, in quo multa beneficia vobis contulii. Psalmi. lxxvi, 6 : *Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in mente habui.* Anuntians ab exordio novissimum. Hie promittit conversis ad ipsum

liberationem a captivitate. Et circa hoc duo facit. Primo, promittit liberationem, ponens praenuntiantis potestatem: *annuntians novissimum*, quodcumque futurum in novissimi temporibus. Eccli., xii, 19 : *Annuntians que praeferunt et que superercent sunt, revelans vestigia occulorum.* Ponit etiam praenuntiationis firmitatem, dicens: *stabit, implebitur, voluntas, hujus placiti.* Eccli., xxi, 16 : *Consilium ejus sicut fons vite.* Psal. cxiii, 3 : *Omnia quicumque voluit fecit Dominus.* Et ponit liberationis ordinem. *Vocans, ab oriente, avem, Cyrum,* propter velocitatem victorie; vel Christum. Supra, xl : *Quis suscitavit ab oriente justum?* Secundo, ibi : *audite me*, promittit liberationis propinquitatem, ponens primo eorum indignitatem, ne suis meritis ascribatur; *duri corde, ad bene operandum, longe, propter multitudinem peccatorum.* Eccli., iii, 27 : *Cor durum male habebit in novissimo.* Secundo, predicit propinquitatem: *prope feci*, id est faciam (praeferit pro futuro) *justitiam*, de Babylonia pro vobis per Cyrum, vel *justitiam Christi.* Infra, lvi : *Juxta est salus mea ut veniat, et justitia mea ut reveletur.* Tertio, ponit loci determinationem: *Dabo in Sion gloriam, beneficia, unde glorus apparet, vel Christum, qui est gloria Patris.* Aggai, ii, 10 : *Magna est gloria hujus domus novissime, plusquam prima.*

Erit.

Nota super illo verbo: *Onera vestra pondere gravi*, quia peccatum quemadmodum onus fatigat primo propter sollicitudinem in exigitando. Prov., iv, 16 : *Non enim dormiant nisi male fecerint.* Secundo, propter laborem in execundo. Sap., v, 7 : *Lassati sumus in via iniquitatis.* Tertio, propter confusionem in recogitando. Rom., vi, 21 : *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* Quarto, propter frustrationem in expectando. Proverb., xi, 7 : *Expectatio sollicitorum peribit.*

Nota super illo verbo: *Redit pravaricatores ad eum*, quia debet homo redire ad eum primo quasi ad judicis solium, ut se discutiat. Psalmi. lxxvi, 7 : *Meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar, et scopulam spiritum meum.* Secundo, quasi ad vitam principium, ut se custodiat. Proverb., iv, 23 : *Omnis custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Tertio, quasi ad divina locationis auditorium, ut diligenter attendant. Osae, n, 14 : *Ducam eam in soli-*

tudinem, et loquar ad cor ejus. Quarto, quasi ad divinorum eloquiorum thesaurum, ut ipsum conservet. Psalm. cxvii, 11 : *In corde meo abscondi eloqua tua, ut non peccem tibi.* Quinto, quasi ad divinas pacis et

refectionis carnaculum, propter ejus opus-
tum de quibusdam dicitur Psalm.
xxvii, 3 : *Loquuntur pacem cum proximo
suo, mala autem in cordibus eorum.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra. Non est solium tibia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam, et mole farinam : denuda turpititudinem tuam, discopperi numerum, revela curas, transi flumina. Revelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum. Ultionem capiam, et non resistet nulli homo. Redemptor noster Dominus exercituum, nomen illius Sanctus Israel. Sedo taceus, et intra in tenebras tibia Chaldaeorum, quia non vocaberis ultra domina regnum, Istris sua super populum menin, contaminavi haereditatem meam, et dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. Super senem aggravasti jugum tuum valde, et distix : In sempiternum ero domina. Non posuisti haec super cor tuum, neque recordata es novissimi tui. Et nunc audi haec, delicata, ot habitans confidenter, que dicas in corde tuo : Ego sum, et nou est praeter me amplius. Non sedebi vidua, et ignorabam sterilitatem. Venient tibi duo haec subito, in die una, sterilitas et viduitas. Universa venerant super te

propter multitudinem maleficiorum tuorum, et propter duritiam incantatorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua, et distix : Non es qui videat me. Sapientia tua et scientia tua, haec decepit te. Et distix in corde tuo : Ego sum, et praeter me non est altera. Veniel super te in alium, et nescies ortum ejus, et irruet super te calamitas, quam non poteris expiere. Veniat super te repente miseria, quam nescies. Sit enim incantatoribus tuis, et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Dececti in multitudine consistoriorum tuorum. Steti, et salvent te augures ecoli, qui contemplabant sidera, et supplicabant incenses, ut ex eis amittirent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combusisti eos. Non liberabunt animam suam de manu flammæ : nou sunt pruna quibus calciant, nec focus ut sedent ad eum. Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraveras. Negotiatores tui ab adolescentia tua, unusquisque in via sua erraverunt. Non est qui salvet te.

Hic praedicit regni Babylonis destructio-
nem, et circa hoc tria facit. Primo, com-
minatur dejectionis penam; secundo, so-
tendit culpam, ibi : *Iratus sum super popu-
lum meum;* tertio, aufert evasionis fidu-
ciam, ibi : *Stet et salvent te augures
caeli.* Circa primum tria. Primo, praedicit
eorum dejectionem quantum ad gloriam,
quam amiserunt : *Descende, de altitudine
tuae potentiae, sede, sicut vilis et abjecta,
virgo,* quia non ante vastata; vel propter
teneritudinem deliciarum. *Solum,* dignitas
regia, mollis sicut regine solent esse. Esther,
penult., 6 : *Prae teneritudine corpus
suum sustentans.* Quasi dicat : Non eris
ulterius regina. Lue., i, 52 : *Deposuit po-
tentes de sede, et exaltavit humiles.* Secundo,
quantum ad ignominiam, quam incurrit :
Tolle molam, quod erat opus ancillarum,
quasi in collo ejus per significati actum,
denuda turpitudem, id est membra turpia,
vel ab libidinum hostium, vel transiens
pedibus tuis flumina. Osee, iv, 7 : *Gloriam
eorum in ignominiam dabo.* Et ostendit
hujus ignominia auctorem : *ultionem capiam,* quamvis potens. Redemptor noster,
vox populi de ejus servitute liberati. Su-
pra, xxxv : *Dominus ultionem adducet re-*

tributionis. Tertio, quantum ad confusionis
verecundiam : *sede tace,* sicut ille qui er-
bescit non audet loqui, nec coram homini-
bus apparere. I Reg., ii, 9 : *Impii in tenebris
conticescent.* *Iratus sum.* Hic ponit eorum
culpam, qua est causa talis pena : et ponit
tres species. Primo, dominii crudelitatem
contra Iudeos, ponens concessam potestati-
tem : *Iratus sum, propter peccata eorum,*
volens eos punire; *contaminavi,* a te con-
taminari permisi, *haereditatem, populum
Israel.* Supra, xix : *Haereditas mea Israel.*
Jarem., xii : *Reliqui domum meam, dimisi
haereditatem meam.* Et ponit potestatis abu-
sionem : *Non posuisti eis misericordias.*
Super senem, qui est etiam hostibus mise-
rendus. Thren., v, 12 : *Facies senum non
erubuerunt.* Secundo, cordis elationem : *Et
distixi,* ponendo superbam cogitationem :
In sempiternum ero domina. Apocalyps.,
xviii, 7 : *In corde suo dicit : Sedeo regina.*
Ponens etiam superborum fatuitatem, qui
non excoxitabant futura : *Non posuisti haec,*
qua tibi supervenient. Eccli., xi, 27 : *In
die bonorum ne immemor sis malorum.* Et
ibid., vii, 40 : *In omnibus operibus tuis me-
morare novissima tua, et in eternum non
peccabis.* Et ponit spei frustrationem. Nunc

* *Et
nimia
tenui-
dine...
ferre non
susti-
nens.*

* *Commu-
tabo.*

audi. Vidua, per privationem regni; sterilis, in amissione populi, qui punitus est. Subito, ex insperato. Supra, xxx : Subito dum non speratur veniet contritio ejus. Osee, ix, 44 : Da eis, Domine, vulvam sine liberis, et ubera arentia. Tertio, maleficiorum multitudinem : universa. Et ponit tria. Primo, maleficium quibus intendit, maleficium, quia hujusmodi arte abundabant. Deut., xviii, 41 : Non sit in te qui divinos consulat. Secundo, errorem quem ex his incurrit, scilicet paenam immunitatem ab his qui negabant divinam providentiam : et fiduciam, ut secure peccarent¹. Non est, Deus, qui videat me, peccantem ut puniat. Job, xxiv, 45 : Oculus adulteri observat caliginem. Et ponit aeternitatem a divinis, qui hoc promitebant. Sapientia tua, quantum ad eos qui de divinis se intromittebant; scientia², quantum ad illos qui do humananis. Jerem., x : Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Tertio, ponit paenam quam ex hoc promeruit : Veniet super te malum, et nescies ortum ejus; loquitur more astrologorum, qui docent considerare ortus regnorum secundum ortum planetarum. I Thessal., v, 3 : Cum

dixerint : Pax et securitas, tunc superveniet eis repentinus interitus. Sta cum incantatoribus tuis. Hic excludit evasionis fiduciam, et circa hoc duo facit. Primo, excludit spem de sapientibus, excludens eorum auxilium, quantum ad maleficos : Sta cum incantatoribus ab adolescentia, id est, a quo condita fuit, artibus magicis plena fuit. Et quantum ad astrologos : stent, contra hostes, si possunt; his enim artibus etiam abundabant. Jerem., x, 2 : A signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes. Et comminatur sapientibus incendum : ecce facti sunt quasi stipula, scilicet sapientes volubiscum. Non sunt pruna, quibus calefaciunt, sed quibus tota civitas comburatur, vel quia tempore frigoris combusta fuit civitas, ut simul frigore et igne punierentur. Vel non sunt in te prunæ divinæ sapientie. Eccli., xxi, 10 : Stupa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis. Secundo, excludit spem de negotiationibus : negotiatio, quibus etiam abundabant, vel magi, qui sibi mendacia pro veritate vendebant. Supra, xm : Unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Audite haec, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, et de aquis Juda existis, qui juratis in nomine Domini et Dei Israel recordamini, non in veritate, neque in justitia. De civitate enim sancta vocati sum, et super Deum Israel constabili sunt. Dominus exercitum nomen ejus. Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et addita feci ea; repente operatus sum, et venerunt. Scivi enim quia durus es tu, et nervus ferrous cervix tua, et frons tua aerea. Prædicti tibi ex tunc, antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceres: idola mea fecerunt haec, et scuptilia mea et confutalia mandaverunt ista. Que audisti vide omnia. Vos autem non annuntiasti. Audita tibi feci nova ex tunc; et conservata sunt quæ nescis, nunc creata sunt, et non ex tunc; et ante diem, et non audisti ea, non forte dicas: Ecce ego cognovi ea. Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperfa est auris tua. Scio enim quia prevaricantes prævaricaberis, et transgressores ex eterno vocavi te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum, et laude mea infrenabo te ne intercas. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino pauperatis. Propter me, propter me faciam ut non blasphemem, et gloriam meam alteri non dabo. Audi me, Jacob of Israel, quoniam ego voco. Ego ipso, ego pri-

mus et ego novissimus; manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est celos. Ego vocabo eos et stabunt simul. Congregamini omnes vos, et audiite. Quis de cœlo annuntiavit haec? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylonie, et brachium suum in Chaldaeorum. Ego, ego locutus sum, et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via ejus. Accedite ad me, et audiite hoc. Non a principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam herent ibi erant, et nunc Dominus Deus misit me, et spiritus ejus. Ave, dicit Dominus Deus redemptor natus, sanctus Israel. Ego Dominus Deus tuus docens te utilias gubernans te in viis quæ ambulas. Utinam attendesset mandata mea. Facta fuisset sic ut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena se-muui et stirps inter lui, ut lapilli ejus. Non interrisset, et non fuisset attritum nomen ejus a facio mea. Egredimini de Babylonie, fugite a Chaldeis. In voce extollitam annuntiante, auditum facite hoc, et efferte illud usque ad extrema terræ. Dicite: Redemnit Dominus servum suum Jacob. Non siterunt in deserto cum educeret eos. Aquam de petra produxit eis, et scidit petram, et fluxerunt aquæ. Non est pax impiis, dicit Dominus.

Hic promittit populi liberationem. Et dividitur in duas. In prima, promittit libe-

rationem; in secunda, exequitur liberationis ordinom, infra, xlax : *Audite insulæ, et*

¹ Al. : « peccantes. » — ² Al. : « scient. »

attendite populi de longe. Prima in duas. In prima, exicitat attentionem, commemorans tria in quibus gloriabantur, scilicet dignitatem generis, qua ex sanctis patribus : *de aquis*, id est semine. Contra quod Matth., iii, 9 : *Ne velitis dicere : Patrem habemus Abraham. Privilegium divinæ cognitionis : qui juratis, invocantes nomen ejus, recordamini, quantum ad cognitionem ejus¹, non in veritate, cordis, neque in justitia, operis.* Supra, xxix : *Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Cultum saecula religionis : De civitate sancta, scilicet Jerusalem, in qua cultus sacrificiorum, vocati, Jerusalem muri.* II Machab., v, 19 : *Non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Dominus.* Secundo, promittit liberationem : *Priora ex tunc unniuntiavi, et circa hoc duo facit. Primo, ostendit Dei promittentis majestatem ex prænuntiatione futurorum; secundo, ex creatione rerum, ibi : Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco. Circa primum tria. Primo, assignat prænuntiationis quorundam futurorum rationem, ponens ipsam prænuntiationem : priora, qua scilicet jam præterierunt, ex tunc, quando adhuc erant futura, repente, quantum ad alios quibus non sunt prænuntiata. Eccl., xlvi, 9 : Annuntians quæ præterierunt, et quæ superventura sunt; relvens vestigia occulorum. Ponens hujus rationem² que sumitur ex eorum conditione, quam primo ponit : *scivi enim, ab æterno. Durus ad risipendum a malis; cervix, id est cervicositas proprii sensus; nervus ferreus, qui non potest flecti, frons tua, propter invercundiam.* Act., vii, 31 : *Dura cervice, et incircuncisi cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis.* Deut., xxxi, 27 : *Ego scio contentionem tuam, et cervicem tuam durissimam.* Jer., iii, 3 : *Frons meretricis facta est ei, noluit erubescere.* Et deinde ex hoc elicit rationem, predixi, quasi dicit : Quia pronus eras ad idolatriam, predixi tibi, ne beneficia mea idolis ascriberes. Osea, ii, 5 : *Vadum post amatores meos, qui dant panes mihi.* Ponens prænuntiatorum manifestationem, quia audisti, a me prædicta tibi, vide, impleta. Psal. xlvi, 9 : *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum.* Secundo, assignat rationem absconsionis quorundam futurorum, ponens primo ipsam abscon-*

sionem. Sicut dictum est, quædam futura predixi; sed quedam futura conservata sunt, id est in mea præscientia, quæ nescio, quia non tibi revelavi. Nunc, id est in tempore, creata sunt, id est in effectum producta, et non ex tunc, quando præscivit ea; et ante diem, impletionis ipsorum, et non audisti, nec a me, nec ab idolis. IV Reg., iv, 27 : *Dominus celavit a me, et non indicavit mihi.* Assignat etiam hujus rationem, ne forte, quasi dicit : Ideo non revelavi ut sentires defectum tuum, et deorum tuorum, in hoc quod de futuris non potes sentire vel præscire, nisi quæ tibi revelabo. *Cognovi, propria industria, nec audisti, ab idolis, aperta a me.* Ps. lxiii, 7 : *Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus.* Ponit etiam eorum conditionem, ex qua dicta ratio elicetur : *scio enim. Ex ventre, id est a tempore quando portabam te per desertum sicut in ventre.* Exod., xxxii, 9 : *Cerno quod populus iste populus dure cervicis sit. Prævaricatorem ex utero vocavi te.* Tertio excludit quamidam objectionem, ibi : *propter nomen meum.* Posset enim aliquis querere : Ex quo tam duri sunt, quare ergo eis bona promittis, et fecisti? Et hujus objectionis primo ponit responsionem, commemorans tria beneficia eis exhibita : *Propter nomen meum, non propter meritum tuum, longe faciam, vel feci, liberando a pœnis.* Ezech., xxxvi, 22 : *Non propter vos faciam, domus Israel, sed propter nomen meum, quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. Et laude mea infrenabo te,* id est obligavi te ad cærementias et laudes meas, ne sacrificia idolis offerens interires. Psalm. xxxi, 9 : *In camo et freno maxillus eorum constringe, qui non approximant ad te. Ego excoxi, volens purgare per tribulationes, sed non quasi argentum, quod purgatur. Tu autem non correctus es.* Jerem., vi, 29 : *Frustra conflavit conflator. Elegi, purgans scilicet te per paupertatem, puniens te spoliatione rerum.* Gregorius : « Quos infirmitas rerum vulnerat, medicina paupertatis sanat. » Et hoc paternæ corrigendo. Secundo, ponit responsionis expositionem : *Propter me ... ut non blasphemer, ne dicar impotens salvare populum quem elegi mihi; et gloriam, ne scilicet idola me fortiora judicentur.* Supra, xlvi : *Gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam*

¹ Al. : « pius. » — ² Al. : « in hujus rationem. »

sculptilibus. Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco. Hic ostendit divinam majestatem ex creatione rerum. Proprium opus *vocabo*, imponens proprium nomen : *stabunt, parati ad obediendum.* Supra xi. : *Quis appendit molem terrae tribus digitis? congregamini omnes vos, et audite.* Ille prædictit ipsius prosperitatem; et primo, ostendit hujus facti alii absconsonem, *quis de eis? scilicet idolis; quasi dicat, nullus.* Supra, xii. : *Quis annuntiavit ab exordio, ut sciamus?* Secundo, ipse prædictit ipsius prosperitatem : *Dominus dilexit eum, scilicet Cyrus, promovens ipsum in regnum, in Babylonem, capiens ipsam, brachium, id est per virtutem meam interficiens eos.* Tertio, ostendit prosperitatis rationem ex divino auxilio : *Ego, ego locutus sum, et vocavi eum. Directa, non simpliciter, sed ad hoc quod Babylonem destrueret; alias non posset exponi de Cyro, sed tantum de Christo, nec de Jerusalem, quia ille idololatra fuit.* Ps., cvi, 7 : *Deducil eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis. Accidete ad me, et audite hoc.* Ille præmit liberacionem, et circa hoc tria facit. Primo, excitat attentionem, ponens divinam auctoritatem : *Non in abscondito, sed tunc populus audiobat voces,* Exod., xx. A principio, legis datae. *Ex tempore, præterito, antequam fuerint;* que prædicta sunt, *ibi eram, praesens illis futuris,* per idem nunc aeternitatis manens in tota successione temporis. Vel in persona filii, *ibi eram, scilicet in tempore, secundum divinitatem.* Ponens prophetæ veritatem; quia scilicet a Deo missus. *Et nunc me. Isaiam, vel me Christum hominem factum, Deus, Pater, misit, et Spiritus ejus :* unde tres personæ designatur. Infra, lxi. : *Spiritus Domini super me, eo quod unerit Dominus me: evangelizare pauperibus misit me.* Secundo, ibi : *Hec dicit Dominus, ponit capitativitatem rationem, ostendens ex parte Dei paratum auxilium. Docens, contra ignorantium, et gubernas te in via, operum, contra*

infirmitatem operandi. Psal. xxxi, 8 : *Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac quam ingredieris.* Ostendens etiam ex culpa Iudeorum damnum. *Utinam attendisses mandata mea, servans ea, sicut flumen, abundans, sicut gurgites.* Psal. lxxx. : *Si populus meus audisset me, et Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manus meam.* Tertio, ibi : *Egredimini de Babylone, prædictit liberationem, et circa hoc tria facit.* Primo indicit eis a captivitate exitum, ita certus de liberatione ac si esset praesens. *Egredimini, Apoc. : Egredimini de illa omnes qui habitatis in illa.* Et inducit quod annuntient Dei beneficium. *Annuntiate, Jer., i, 28 : Vox fugientium, et eorum qui evaserunt de terra Babylonis, ut annuntient in Sion ultionem Dei nostri.* Secundo, designat libertatis et consolationis præstitum beneficium, *non sileantur, id est, ita in omnibus eis Dominus providit vel providebit, sicut quando egressi sunt de Egypto.* Psal. lxxii, 20 : *Percussit petram, et fluxerunt aqua.* Tertio, auferit impia pacis solatum : *Non est pax.* IV Reg., ix, 18 : *Quid tibi et paci? respondit Jehu.*

Nota super illo verbo : *Elegi te in camino paupertatis, quia paupertas confert multa.* Primo, peccatorum recognitionem. Secundo, virtutum conservationem. Eeci., x, 33 : *Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum.* Tertio, cordis quietem. Tob., v, 25 : *Sufficiebat nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc quod videbamus, filium nostrum.* Quarto, desiderii impletionem. Psal. ix, 17 : *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Quinto, divinae dulcedinis participationem. Psal. lxvii, 11 : *Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.* Sexto, exaltationem. I Reg., ii, 8 : *Suscitans de pulvere egenum.* Septimo, celestem hereditatem. Matth., v, 3 : *Benti pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

* Susci-tut.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Audite insulæ, et attendite populi do longe. Dominus ab illo vocavit me, do ventre matris meæ recordatus est nomini mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus sua pro-

toxit me, et posuit me sicut sagittam electam. In pharætra sua abscondit me, et dixit mihi : Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriorab. Et ego dixi : In vacuum laboravi, sine causa, et vano for-

* Al. : « Deus, Pater. Unde tres personæ designantur, meminit; infra, lv : *Spiritus Domini super*

me, et spiritus ejus, evangelizare pauperibus misit me. »

titudinem meam consumpsi. Ergo, iudicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo. Et nunc haec dicit Dominus formans me ex utero servum sibi, ut reducam ad eum, et Israël nō in congregabatur. Et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixi : Parvus est ut si sit mihi cūrvis ad suscitandos tribus Jacob, et fūces Israel converendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis filius meus usquā ad extremitatem terrae. Hac dicit Dominus redemptor Israël, Sanctus ejus, ad contemptiblēm amīnam, ad dominatōrem cūtem, ad servum Dominiū : Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dominum, quia fideis est, et Sanctum Israël qui elec̄it te. Hac dicit Dominus : In tempore placiō exaudiū te, et in die salutis auxiliūtū sum tui. Et exsolvā te, et dedi te fūdūs populi, ut suscītās terrām, et possideres hīerētīdes d̄s tūtū, ut dices his qui vīcti sunt : Extē, et hīs qui sunt in tenebris : Revelāmī. Super vītū pascēntur, et in omnibus planīs pascērū. Non esūnt neque sīlēnt, et non percurrit̄ nō astus et s̄ol ; quia misericordia eorum rezeſt̄ eos, et ad fontes nūquā potabilis eos. Et ponant omnes nūcos in viam, et semīta mea exultabuntur. Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab aquilone, et mari, et isti de terra australi. Laudate colū, et exulta terra, jubilate, montes, laudem, quia consolatōr est Dominus populu suū, et pauperum suorū misericordib⁹. Et dixit Sion : Dereliquit̄ me Dominus, et oblitus est mei. Numquid obliisci potest mulier infans̄ suū, ut non misereat̄ uterī sui ? Et si oblitā illa fuerit, ego tamen

non obliiscar tui. Ecce in mīnibus meis descripsi te, mori tui coram oculis meis semper. Venerant strīctores tui, destriēntēs te, et disipantes a te exhibuit. Lovi in circuitu oculos tuos, et vide : omnes isti congregati sunt, venerant̄ tibi. Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestīris, et circumdabis̄ tibi eos quasi sponsa. Quis deserit̄ tua, et soliditudines tua, et terra rīnige tua nūc angusta erit, p̄e habilitatōris, et longe frigabitur qui absorbebat̄ te. Ad huc dicent in auribus tuis illi sterilitatis tuae : Angustus est mihi locus, fac spatiū mihi ut habitem. Et dices in corde tuo : Quis genuit mihi istos ? Ego sterili, et non pariens, transmigrata et capīta, et istos quis enutrīt̄ ? Ego desitūta, et sola, et isti ubi erant ? Hac dicit Dominus Deus : Ecce lavabo ad gentes manūm meā, et ad populos exaltabo signūm meū. Et alerent̄ filii tuos in ulnis, et filias tuas super humeros portabunt̄. Et erunt reges nūtrīti tui, et regīne nutrītes tue. Vultū in terra dimissō adorabunt̄ te, et pulvrem pedūm tuorum lingent̄. Et scies, quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant̄ eum. Numquid tolletur a forti prāda, aut quod captiu⁹ fuerit a robusto, salvum c̄-se poterit ? Quia huc dicit Dominus : Evidēt et captivitas a forti tolletur, et quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur. Eos vero qui judicaverunt̄ te, ego iudicabo, et filios tuos ego salvabo. Et cibabo hostes tuos carnib⁹ suis ; et quasi iustō, sanguine suo inebriabitur ; et scīt omnis caro, quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortilis Jacob.

In parte ista exequitur magis in speciali liberationis ordinem, et circa hoc duo facit. Primo, populus confitetur accepta beneficia; secundo, accipit promissionem defuturis, ibi : *Et ego dixi : in vacuū laboravi, sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi.* Circa primum qualitorum beneficiorum confitetur. Primo, privilegium divinae electionis; et continuatur ad id quod dixerat supra propheta populo, ut annuntiaret̄. Unde statim subiungitur vox populi annunciantis, et dicentis : *Audite. Ab utero, eligens me in ipsis patribus. Ps. xxi, 42 : De ventre matris mea Deus meus es tu, ne discesseris a me.* Secundo, efficaciam orationis : *et posuit os meum, orationem, quasi gladium, penetratorem usque ad aures Dei et viscera misericordiae. Ephes., ult., 17 : Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Tertio, auxilium divinarum protectionis : *in umbra, id est sub protectione potentiae sua, sicut sagittam electam, sagittarius ad conservandum. Psal. xvi, 8 : Sub umbra alarum tuarum protege me. Psal. xxvi, 5 : Abscondit me in tabernaculo suo, protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Quarto, gloriam divinarum virtutis : *Et dixit mihi : In te gloriabor, id est, per magnalia in te ostensa gloriōsus apparebo. Supra, xlviij : Omnis*

qui invocat nōmen meum, in gloriam meam creavi eum. Secundum alios hæc est vox Cyri, cuius nōmen prānuntiatum est ab Isaia antequam nasceretur, supra xlvi : cuius verba comminatoria quasi gladius erant, et protectus est ne avus suis cum interficeret, et servatus quasi electa sagitta ad tempus statutum; cui et¹ annuntiatum est, populūm Israēl Dei servum esse. Aliter exponit̄ur de Christo, cuius nōmen ab angelō prānuntiatum; verbum prādicationis gladius penetrat̄ corda; protectus secundum infirmitatem carnis a potentia divinitatis, et electus inter omnes ad salutem generis humani implendam. Et dicitur Israēl, quia ex populo Israēl secundum carnem natus est. *Et ego dixi : In vacuū laboravi, sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi.* Hic Dominus promittit futura beneficia : et primo, promittit propheta Isaiā exaltationem; secundo, populo liberationem, ibi : *Hec dicit Dominus, redemptor Israēl.* Circa primum duo. Primo, ponit̄ur prophetae allegatio proponentis labore suū in predicando, quamvis ex culpa audientium non sit fructus secentus; et concludit : *Ergo iudicium meum, pro me, cum Domino, coram ipso, et opus meum, quasi gratum ipsi. Jer., vi, 29 : Frustra*

¹ Al. deest et.

confavit confitor. Secundo, ponit Dei responcionem : *Et nunc huc dicit Dominus;* et primo, significatur allegationis attestatio; *et reducam, quasi dicat:* Ad' hoc mo ex ventre matris eligens, ut revocem populum suum ad ipsum. *Et congregabitur,* ad ipsum per meam prædicationem. *Et tamen glorificatus sum.* Habac., iii : *Dominus Deus fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi cervorum.* Secundo, ponitur ipsa responsio : *et dixit, quasi dicat:* Intantum ministerium tuum honorificabo ut non solum in Iudeis, sed in omnibus gentibus per te salus mea annuntietur. Rom., iii, 29 : *An Iudeorum tantum Deus?.... Ino* et gentium.* Hoc etiam plane de Christo exponitur, qui sua prædicatione et mortis consummatione non solum fructum in Iudeis fecit, sed gentes etiam illuminavit et salvavit. Similiter etiam de Cyro, licet magis extorte, quia per beneficia secundum intentionem Domini populum ad Dei cultum revocavit, cui a Deo datum est dominium super multas gentes.

Nota super illo verbo : *audite, quia verba Dei sunt audienda, quia sunt utilia primo ad intellectus illustrationem.* Prov., vi, 23 : *Mandatum lucerna, et lex lux.* Secundo, ad affectus dulcedinem. Ps. cxviii, 103 : *Quam dulcia fauicibus meis eloquia tua! Super mel ori meo.* Tertio, ad amoris ascensionem. Jer., xx, 7 : *Factum est verbum Domini in corde meo sicut ignis.* Ps. xi, 7 : *Eloquiu Domini eloquia casta, argentum igne examinatum.* Quarto, ad operis rectitudinem. Ps. xxxiv, 5 : *Dirige me in veritate tua.* Quinto, ad gloria adoptionem. Prov., iii, 21 : *Custodi legem atque consilium.* Sexto, ad aliorum instructionem. I ad Timoth., iii, 16 : *Omnis doctrina divinitus inspirata, utilis est ad docendum.*

Huc dicit Dominus redemptor Israel. Ille promittit liberationem, et circa hoc duo facit. Primo, promittit liberationem ; secundo, excludit eorum dubitationem, ibi : *Et dixit Sion.* Circa primum tria. Primo, ponit liberationem preecedentia, scilicet Iudaorum venerationem, quae fuit causa liberationis, et commemorat pristinam despectionem : *contemptibilem,* propter populi imbecillitatem, abominationem, propter cultus singularitatem, *servum,* propter subjectionem diversis gentibus. Supra, xvii :

Ad gentem divulsam mittam te. Et ponit ipsam venerationem : *reges videbunt magnalia mea que per te ostendam, et adorabunt,* sicut ad litteram, Nabuchodonosor Danielem, et Cyrus, et alii principes ejus honoraverunt Esdras. Aliud præambulum est regis liberantis exaltatio, scilicet Cyri : *in tempore placito,* quando placuit mihi salvare populum meum, *exaudiui, exaltans te in regnum,* secundum desiderium tuum. Et exaltationis fructum : *et servavi in fedus implendum populi mei.* *Revelamini,* id est illuminamini. Vel de Christo, qui fuit in passione contemptus, et quasi servus judicatus. Infra, lxxi : *Vidimus eum, et non erat aspectus;* et desideravimus eum, despctum, et novissimum virorum ; sed postmodum a regibus adoratus. Psalm. lxxi, 11 : *Adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei.* *In tempore placito,* scilicet tempore gratiae. II Corinth., vi, 2 : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Secundo, ponit liberationem consequentia, promittens liberatis bonorum copiam : *super vias pascentur,* id est, ita aliquid antea consolationibus perfruentur sicut oves in pastenis, quando etiam in via præter solitum inventenrur. Ezech., xxxiv, 14 : *Requiescent in herbis virentibus.* Quantum ad malorum parentiam, et defectus : *non esurient;* et nocturni illati, *estus, tribulationis, et sol, tyranni facientes* ipsam. Psalm. cxx, 6 : *Per diem sol non uer te, neque luna per noctem.* Et assignat utriusque causam. Quia miserator eorum teget eos... aquarum, consolationum. Psalm. xxii, 1 : *Dominus regit me, et nihil mihi deerit;* in loco pascue ibi me collocavit. Tertio, promittit ipsam liberationem, ponens tria : scilicet aliorum præparationem : *et pouam omnes montes,* id est, principes auxiliabunt vobis ad revertendum. Supra, xi : *Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur.* Ponens etiam captivorum reversionem : *ecce isti de longe venient,* id est ab oriente, mari, occidente. Jeremi. : *Adducam eos ab aquiloni.* Ponit etiam gratiarum actionem : *Laudate caeli.* Psalm. lxviii, 35 : *Laudent illum caeli et terra, mare et omnia reptilia in eis.* *Et dixit Sion:* *Dereliquit me Dominus, et oblitus est mei.* Ille excludit eorum dubitationem : et primo, illam quae oriebatur ex divina indignatione ; secundo, illam quae ex eo-

* Al. : « ox. » — * Al. : « facions. »

rum dejectione, ibi : et dices in corde tuo; tertio, illam que oriebatur ex hostium potestate, ibi : Numquid obliisci potest mulier infans suum? Circa primum duo. Primo, ponit dubitationem : dereliquit, sive auxilio; et ideo non possum sperare liberationem. Baruch : Derelicta sum sola. Secundo, excludit eam per similitudinem matris : Numquid obliisci potest mulier infans suum? Tertio, adhibet promissionem de civitatis instaurazione; et primo, quantum ad readificationem murorum, divinum propositum, ecce in manibus, quasi dicat : Ita teneo te in memoria sicut qui scribit, aut facit aliud signum in manu sua, ut sit ei memoria alieujus rei. Muri tui, quasi iam video readificationem murorum tuorum. Psalm. lxxxix, 4 : Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna que praeteriuit. Et explicationis modum : Venerunt structores, id est readificatores, scilicet Zorobabel, et Jesus, et alii, jani in oculis meis, dissipantes. Chaldaei. Zach., iv, 9 : Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, et manus ejus persicent eam; et scientes quia Dominus exercituum misit me ad vos. Secundo, quantum ad habitationem virorum, et circa hoc tria facit. Primo, praeedit civitatis rehabilitationem, ostendens quod habitabitur. Vivo ego, modus juramenti, velut ornamento vestieris, sicut sposa vestibus, sic urbs ornatur civibus. Infra, lxi : Indue te vestimento salutis. Ostendens quod habitatoribus implebitur : quia deserta, quantum ad habitatores; solitudo, quantum ad cultores; ruina, quantum ad muros destructos. Zach., ii, 4 : Absque muro habitabitur. Tertio, etiam ostendit quia ab hostibus vacuabitur : Longe fugabuntur qui absorbeant te. Tertio, praeedit habitatorum multitudinem. Ad hac

dicent filii sterilitatis, id est qui natu sunt quando te sterilem credebant, vacuatum habitatoribus. Infra, lvi : Dilata locum tenetori tui. Et dices in corde tuo? Ille excludit secundam dubitationem; et primo, ponit admirationem : et dices, pra admiratione; sterilis, quia non erant in me viri, qui filios generarent; destituta, divino auxilio. Infra, lxvi : Quis audivit unquam tale? Secundo, excludit dubitationem, ponens modum multitudinis habitatorum : Hec dicit Dominus, quantum ad tria. Primo, quantum ad divinam inspirationem : ecce levabo manus, quasi in signum, et ad populos exaltabo signum meum. Supra, xi : Levabit signum in nationibus. Secundo, quantum ad honorificam reductionem : et afferent filios tuos in ulnis, in quo significatur auxilium quod a gentibus haberunt. Reges nutriti, providentes tibi in necessariis. Baruch, v, 6 : Adducet Dominus illos. Tertio, assignat huius rationem : Et scies quia ego Dominus. Psal. xxx, 2 : In te, Domine, speravi, non confundar in eternum. Numquid tolletur a forti preda? Ille excludit tertiam dubitationem; et primo, ponit ipsam : a forti, Nahuchodonosor; secundo, excludit eam : quia haec dicit Dominus; primo, ponens liberationis beneficium, et captivitas, scilicet Iudeorum. Job, xxix, 17 : Contrebam molas iniqui. Secundo, liberationis modum, ponens hostium destructionem. Vos, scilicet Chaldeos, judicaverunt, injuste. Soph., iii, 19 : Ego interficiam omnes qui affligerunt te. Et ponit pœnae determinationem : et cibabo, vel propter dissensionem, sicut supra, ix : Unusquisque carnem brachii sui vorabit; vel propter mortuorum multitudinem, quia unus cadebat super sanguinem alterius, ac si vellet bibere; vel propter famem. Tertio, ponit liberationis fructum : Et sciit omnis caro. Supra, xi (aliis verbis) : Videbit omnis caro salutare Dei nostri.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Hec dicit Dominus : Quis est hic liber repudiavit vestre, quo dimisi eam, aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris vendidi estis, et in sceleribus vestris dimisi meum vestram : quia veni, et non erat vir; cœvi, et non erat qui audiiret. Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea, et non possum redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare,

ponam flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua, et morientur in siti. Induam eoscos tenerib, et saccum, ponam operculum eorum. Dominus dedit mihi lingua eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est, verbo. Erigit manus, manus erigit mihi aurem, et audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico, retrorsum non abiui. Corpus meum dedi persecutientibus, et genas meas vellenti-

bus. Faciem meam non averti ab increpantibus et conspicientibus in me. Dominus Deus auxiliator meus; et ideo non sum confusus; ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quoniam non confundar. Juxta est qui justificat me. Quis contradicat mihi? Stetus simul. Quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus. Quis est qui condemnat me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea

comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? Qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini, et innatuit super Deum suum. Ecce vos omnes accidentes ignem, accincti flammis, ambulante in lumine ignis vestri, et in flammis quas succenditis. De manu inca factum est hoc vobis; in doloribus dormietis.

Hic incipit removere impedimenta liberationis; et primo, removet impedimenta; secundo, apponit remedia, cap. lxxi : *Quis credidit auditui nostro?* Circa primum removet tria impedimenta. Primo, divinorum beneficiorum; secundo, abjectionem personarum, cap. li : *Audite me qui sequimini quod justum est;* tertio, copiam rerum, cap. lxi : *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion.* Circa primum tria. Primo, excludit impedimentum; secundo, ponit seipsum in exemplum: *Dominus dedit mihi linguam eruditam;* tertio, concludit salubre consilium, ibi : *Quis ex vobis timens Dominum?* Circa primum duo. Primo, excludit defectum divinorum beneficiorum ex parte divinae voluntatis; secundo, ex parte divinæ potestatis: *Nunquid abbreviata et parvula facta est manus mea?* Circa primum tria. Primo, excludit divinas voluntatis defectum, quasi non vellet ex seipso Deus benefacere; excludens duplum modum alienationis, scilicet modum alienandi uxorem, qui erat per libellum repudii, sicut dicitur Deut., xxiv: quod quidem eis permisum est ad duritiam cordis ipsorum, Matth., xix, ibi : *Quis est hic liber repudii matris vestrae quo dimisi eam?*

Sed contra, Jer., vi, 8 : *Pro eo quod mœchata esset Israel, dimissem eam.*

Et dicendum quod Dominus, quantum est in se, non repudiavit eos, sed ipsi per peccata sua Deum dimiserunt.

Excludit etiam modum alienandi possessionem : *aut quis est creditor meus, cui vendidi vos?* quasi dicat: Vos qui estis mea hæreditatis. Supra, xix : *Hæreditas mea Israel. Vendidi, quoniam potius salvavi.* Unde patet ex quo non alienavi vos a domino meo, quod paratus sum benefacere quantum ex me est⁴. Secundo, ostendit humanæ voluntatis peccatum. Psalm. i, 7 : *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Rom., vii, 14 : *Ego enim homo carnalis sum, venumdatus sub peccato.* Tertio, ponit argumen-

tum : *quia veni, per inspirationem; vocavi, per prophetas. Prov., i : Ucavisti, et renuisti accipere disciplinam. Numquid abbreviata?* Ille excludit defectum ex parte divinæ potestatis, excludens primo potestatis defectum : *abbreviata,* ut eliam longinquο non subjecere milii possim; *parvula,* contra potestates. Infra, lxi : *Ecce non est abbreviata manus Domini.* Secundo, ponit divinæ potentiae signum : *ecce.* Primo, in aquis : *increpatione,* id est jussione, faciam, si voluero, sicut feci in exitu Israel de Ægypto; Exod., xiv, de mari rubro. Psalm. cv, 9 : *Increpuit mare rubrum, et exsiccatum est. Ponam flumina, sicut Arnon, Numer., xxi, et Jordanem, Josue, iv : Computrescent pisces, sicut Exod., vii, quando aquæ versæ sunt in sanguinem.* Ps. civ, 29 : *Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.* Secundo, ostendit signa sue potentiae in cœlis : *induam cœlos, aereos, tenebris,* sicut in Ægypto factum est, ut habetur Exod., x. Ps. cxlv, 8 : *Qui operit cœlum nubibus. Dominus dedit mihi.* Ille ponit seipsum in exemplum; et primo, quantum ad beneficii percepti gratiam, tum quantum ad eloquentiam : *Linguam eruditam, ut sciam sustinare, confortationibus; Job, iv, 4 : Vacillantes confirmaverunt manus tue, et genua debilita roborasti;* tum etiam quantum ad sapientiam : *erigit, ad attendendum, mane, a principio prædicationis meæ, vel a principio atatis.* Vel quia tunc solitus erat orare. Psal. lxvi, 7 : *In matutinis meditabor in te. Aperuit, ad intelligendum.* Ps. lxxxiv, 9 : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Matth., xxv : *Magister vester unus est, Christus.* Secundo, ponit seipsum in exemplum quantum ad obedientiam : *Ego autem non contradico, sed recipio, et accepto ipsius inspirationem, retrorsum non abi, a hono proposito.* Supra, xlvi : *Fa qui contradicit factori suo.* Ponit etiam obedienti constantiam¹, quia obedientiam pro nullo periculo dimisit : *Corpus meum dedi;*

⁴ Al. : « conscientiam. »

id est, exposui me ut talia paterer. Vel forte ad litteram haec passus est. Sed in Christo plene impletum est; Matth., xxvi et xxvii, Ier., vii, 7 : *Dedi dilectum animam meam in manus inimicorum.* Tertio, ponit seipsum in exemplum quantum ad fiduciam quam in Deo habebat, primo ponens paratam defensionem : *Dominus Deus auxiliator meus.* Ier., xx, 11 : *Dominus tecum est tanquam bellator fortis.* Secundo, fiducie securitatem : *Et posui faciem meam ut petram durissimam,* ut timore vel rubore non moverer¹. Ezech., iii, 9 : *Ut adamantem et silicem dedi te.* Tertio, assignat securitatis rationem ex potestate adjuvantis : *Juxta est qui justificat me,* scilicet Deus. *Quis contradicet?* verbis. *Stenus simul.* Joh., xvii, 3 : *Pone me, Domine, juxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me.* *Adversarius,* factis. *Condemnet,* falsis iudiciis. Rom., viii, 33 : *Deus qui justificat, quis est qui condemnabit?* Iterum ex infirmitate impugnans : *Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, vetustate, in quo naturalis defectus, linea, in quo violentus.* Job., xiii, 28 : *Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a linea.* Ac si dicret : Ex omnibus his sicut ego post accepta beneficia Deo obedio, et in ipso confido, ita et vos. *Quis ex robis timens Dominum?* Ille concludit ex exemplo suo salubre consilium : et primo, ponit consilium; secundo, ponit consilii contemptum, ibi : *Ecce omnes vos accidentes ignem, accincti flammis.* Consilium autem dat ut in Deo confidant, nude tria facit. Primo, requirit confidentiam idoneitatem, qua^e est ex timore et obedientia : *servi, Isaiae, vel cuiuscunque alterius.* Ps. xxiv, 12 : *Quis est homo qui timet Dominum?* Secundo, ostendit confidentiae necessitatem : *qui ambulavit in tenebris, erroris, vel adversitatis.* Joan., xi, 10 : *Qui ambulavit in nocte, offudit.* Tertio, ponit ipsum consilium : *Speret in nomine Domini. Ecce omnes vos accidentes ignem, accincti flammis.* Ille

* Si ambulaverit in nocte.

ponit consilii contemptum, ponens tria. Primo, culpam : *accidentes, peccatis vestris, ignem,* vobis merentes, *accincti,* quasi ligati in peccatis vestris, vel expediti ad peccatum. Supra, i : *Erit fortitudo vestra ut favilla stupre.* Secundo, ponit penam : *ambulate,* quasi dicit, recipite penam. Ps. ix, 17 : *In laboribus manuum suarum comprehensus est peccator.* Tertio, ponit punientis potentiam, *de manu,* scilicet potentia Dei. *Dormietis, somno mortis.*

Nota super illo verbo : *In iniquitatibus venditi estis,* quia homo pro peccato vendit multa. Primo, animi virtutem. Thren., i, 11 : *Dederunt pretiosas quaque pro vili.* Secundo, earlestem hereditatem. III Reg., xxii, 3 : *Propitius sit mihi Dominus, ne vendam hereditatem patrum meorum.* Tertio, animas libertatem. Eccli., x, 10 : *Nihil est iniurias quam amare pecuniam.* Quarto, divini amoris honorem. Osee, iii, 3 : *Diligit Dominus filios Israel, et ipsi respiciunt ad deos alienos, et diligunt vinacia uavarum.*

Item super illo verbo : *Ego autem non contradico,* nota quod Deo contradictum primo infideles divinae veritati. Eccli., iv, 30 : *Ne contradicas verbo veritatis.* Secundo, impatientes divinae correcti. Job : *Quis contradixit ei, et pacem habuit?* Tertio, impudentes divinae bonitati. Osee, xi, 7 : *Populus meus pendebit ad redditum meum.*

Nota super illo verbo : *In doloribus dormietis,* quia peccatores dolent in morte primo propter corporalium amissionem. Job, xxvii, 19 : *Dives cum dormierit, nihil secum afferet.* Secundo, propter conscientiarum contradictionem. Sap., v, 3 : *Poenitentiam agentes, et pre angustia spiritus gententes.* Tertio, propter futurae gloriae desperationem. Thren., ult., 16 : *Cecidit corona cupitis nostri. Vt nobis, quia peccavimus.* Quarto, propter penae timorem. Psal. xlvi, 7 : *Ibi dolores ut parturientis : in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Audite me qui sequimini quod justum est, et queritis Dominum. Alterudite ad petram unde excisi estis, et ad cavernu luci de qua precisi estis. Attendito ad Abramam patrem vestrum, et ad Saram quem peperit vos. Quia unum vocavi eum,

et benedixi ei, et multiplicavi eum. Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus, et ponet desertum ejus quasi delicias, et soliditudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium et laetitia inueniatur in ea, gratiarum actio, et vox

laudis. Attendit te ad me popule meus, et tribus mea me auditio. Quia lex a me exiit, et judicium meum in lucem populorum requiescat. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populus judicabit. Me insula expectabunt, et brachia mea sustinebunt. Levate in cœlum oculos vestros, et videte sub terra deorsum, quia cœli sicut fumus liquefiant, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores ejus sicut haec intertribunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Auditte me qui scitis justum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum non metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos linea. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini. Consurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum mari viam ut transiret liberati? Et nunc qui redempti sunt a Domino, revertentur, et venient in Sion laudentes, et laetitia semperna super capita eorum. Gaudium et letitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus. Ego, ego ipso, consolabor vos. Quis tu ut times ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi fenum ita arescat, et oblitus est Domini factoris tui, qui tetendit cœlos et fundavit terram; et formidasti

jugiter tota die a facie furoris ejus qui te tribulabat, et paraverat ad perditionem? Ubi nunc est furor tribulantilis? Cito veniet gradiens ad apereendum, et non interficiet usque ad interencionem, nec deficiet panis eus. Ego autem sum Dominus Deus tuis, qui conturbare inane, et intundescunt fluctus ejus; Dominus exercitum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo et in umbra manus mea protexi te, ut plantes excolas, et fundes terram, et dicas ad Sion: Populus meus es tu. Elevere, elevere, consurge Jerusalem, que bibisti de manu Domini calicem iræ ejus. Usque ad fundum calicis soporis habibi, et potasti usque ad facies. Non est qui sustenteret eam ex omnibus filiis quos genuit, et non est qui apprehendat manus ejus ex omnibus filiis quos emittitur. Duo sunt quae occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te? Vestitas, et contritus, et famæ, et gladii. Quis consolabitur te? Filii tui projecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut orix illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Idecirco audi haec pauperula, et ebria non a vino. Hæc dicit dominator tuis, Dominus et Deus tuis, qui pugnavit pro populo suo. Ecce tulii de manu calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adjicies, ut bibas illum ultra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliaverunt, et dixerunt animis tuis: Incurvare ut transeamus; et posuisti ut terra corpus tuum, et quasi viam transcurrentibus.

Hic excludit secundum impedimentum, quod posset credi ex ipsa oppressione et humiliacione Iudeorum. Et dividitur in tres partes. In prima, excluditur impedimentum dejectionis ex eorum paucitate: in secunda, ex opprimentium potestate, ibi: *Audite me qui scitis justum;* in tertia, ex penarum gravitate, ibi: *Ego sum qui conturbo mare.* Circa primum tria. Primo, excitat attentionem, ponens eorum idoneitatem: *Qui sequimini, bonis operibus, et queritis,* recta intentione. Psal. lxx, 11: *Divites eguerunt et esurierunt; inquirentes autem Dominum non minnentur omni bono.* Secundo, excludit paucitatem timorem, ibi: *Quia unum vocavi cum.* Tertio, ponit promissionis firmitatem, ibi: *Levate in cœlum oculos vestros.* Circa primum tria. Primo, ponit exemplum: *Attendite ad petram*¹, scilicet Abraham, propter ejus senectutem, excisi, quasi violenter, non secundum cursum nature; cavernam, scilicet Sarum, cui desierant fieri muliebria. Gen., xviii, Rom., iv, 49: *Non consideravil corpus suum*, cum esset mortuum.* In quo ostenditur quod Deus potens est secundarie. *Quia unum vocavi.* Gen., xii. Et concludit divinae consolationis beneficium, *Consolabitur, quantum ad rededicationem civitatum, omnes ruinas.* Ezech., xiv, 22: *consolamini, super malo quod induxit**

in Jerusalem in omnibus. Quantum ad culturam agrorum: *Et ponet desertum, id est terram vestram, quæ prius erat deserta.* Et quantum ad latitiam hominum: *gaudium.* Supra, xxx: *Canticum erit vobis.* Tertio, executionis modum: *Attendite ad me.* Et primo ponit divinam intentionem, *lex, preceptum Cyri de liberatione populi, judicium, ex justitia Domini promulgatum, in lucem, consolationem.* Supra, ix: *Habitantibus in regione umbra mortis lux orta est eis.* Secundo, ponit judicii propinquitatem: *Prope est justus, scilicet Cyrus, vel Christus. Egressus, jam in praesentia mea.* Supra, xlvi: *Prope feci justitiam meam, et non elongabitur, et salus mea non morabitur.* Tertio, ponit judicii utilitatem: *brachia, potentes, mea, virtute,* Cyrus et Darius. *Inservi, diversagentes in me sperabant, videntes populi liberationem.* Supra, xlii: *Ponet in terra judicium. Levate in cœlos oculos vestros.* Hic ostendit divinae promissionis firmitatem per comparationem ad creaturarum mutationem. Unde primo ponit creature mutantilitatem, *lungescunt, quantum ad figuram et quantum ad substauitiam.* Et similiter dicendum de aliis. Psal. ci, 26: *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt carli.* Secundo, divinae promissionis firmitatem: *Salus autem mea in sem-*

* Al.: « patrum. »

*pitemur erit, quam promitto, vel quia hoc ex me nunquam deerit, cum¹ sin paratus salvare, et justitiam facere. Luc., xxi, 33 : *Caro et terra transibunt, verba autem mea non transitunt. audite me qui scitis justum.* Ille excludit impedimentum quod timeri poterat ex oppressione, quantum pertinet ad potestatum opprimentium, et circa hoc duo facit. Primo, ponitur Domini confortatio; secundo, propheta disceptatio, ibi : *Consurge, consurge.* Circa primum primo excitat attentionem : *Qui scitis justum, id est justitiam, quam in iudicis meis vobis revelavi. Psal. cxlvii, 20 : Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis.* In corde, in cognitione. Prov., iv, 21 : *Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui.* Secundo, excludit timorem : *Nolite timere opprobrium² hominum, qui vos contemptui habent, de sua potentia gloriante. Psalm. xxi, 7 : Ego sum vermis, et non homo; opprobrium hominum, et abjectio plebis.* Tertio, ostendit eorum fragilitatem : *Sicut enim vestimentum sic comedet vos vermis.* Job, xiii, 28 : *Qui quasi vestimentum quod comeditur a linea.* Quarto, divini auxillii firmatatem : *Salus autem mea in semperlervm erit.* Supra, xlvi : *Israel salvatus est; in Domino salus xterna.**

Nota super illo verbo : *Ponet desertum ejus quasi delicias,* quia sancti habent duplices delicias. Primas gloriae, que consistunt primo in plena Dei visione. Job, xxii, 26 : *Tunc super Omnipotentem delicias affles.* Secundo, in perfecta dilectione. Tertio, in copiosa refectione. Quarto, in eminenti auctoritate. Secundas gratiae, que consistunt primo in perceptione divini luminis. Psal. cxxxviii, 11 : *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Secundo, in proposito vel soliditudine boni operis. Eccl., v, 19 : *Non recordabor³ dierum.* Tertio, in ornata virtutum. Cant., vii, 6 : *Quam pulchra es, et quam decora in deliciis!* Quarto, in quiete cordis. Infra, lviii : *Vocaberis sabbatum delicatum.*

Consurge, consurge. Ille proponitur propheta ad Deum disceptatio, qua conqueritur quod hostes populi aliter quam divina fortitudine consumantur. Unde primo ponitur propheta petitio; secundo, Domini responsio, ibi : *Ego, ego ipse consolabor vos.* Circa primum duo. Primo, ponit suam pe-

titionem, in qua invocat divinae potentiae brachium : *brachium⁴ Domini, id est virtus Dei, consurge, quasi a somno.* Psal. xliii, 23 : *Exurge, quare dormis, Domine?* inducere, sicut miles arma bellica, ad hostes nostros impugnandum. Ps. xcii, 1 : *Induit⁵ Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute.* Job, xi, 4 : *Si habes brachium sicut Deus.* Allegat etiam divine fortitudinis signum in occisione Pharaonis : *Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem, Pharaonem in divisione maris.* Secundo, animavit populo sua petitionis exauditionem : *Et nunc, sicut fuit in exitu de Aegypto, qui redempti, de captivitate Babylonis : Ego, ego ipse consolabor vos.* Ille ponitur Domini responsio ad populum colloquenter; et primo promittit consolacionem : *consolabor.* II Cor., i, 3 : *Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Secundo, excludit hostium timorem, ponens eorum fragilitatem. *Quis es tu?* Quasi fenum. Supra, xl : *Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.* Tertio, Dei protegenit potestatem : *Et oblitus es Domini factoris tui.* Deut., xxxii, 18 : *Deum qui le genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui?* Quarto, hostis insultationem : *Ubi nunc est furor tribulantibus?* Nabuchodonosor vel Sennacherib. Job, xx, 6 : *Si ascenderit in cælum superbia tua, inde detrahant te.* Tertio, ostendit consolationis ordinem : *Cito veniet, scilicet Cyrus, ad aperiendum, carcere captivis, non interficiet vos, sicut alii reges Chaldeorum, nec deficient, vobis, panis, sustentationis ipsius.* Supra, xxxiii : *Panis ei datus est.* Supra, xlvi : *Dedi te in fædus populi mei. Ego autem sum Dominus Deus tuus.* Ille excludit impedimentum quod posset putari ex eorum dejectione quantum pertinet ad paenarum magnitudinem; et primo, ponit Dei confortantis potestatem : *Ego sum qui conturbavi mare, contra peccatores diversas tribulationem immittens.* Psal. x, 8 : *Quoniam⁶ justus Dominus, et justitias dilexit.* Secundo, propheta concessam auctoritatem : *Posui⁷ verba, o Isaías. Ut plantes cælos, id est ut prædictes⁸ majores de populo, terram, minores; vel plantes, tuis doctrinis.* Tertio, promittit a paenis liberata.

* Recor-
datibus.

¹ Al. : « quanto. » — ² Al. : « timorem. » — ³ Al. : « quasi conputentis. » — ⁴ Al. : « et brachium. » —

⁵ Al. : « sciant quoniam. » — ⁶ Al. : « posuisti. » — ⁷ Al. : « prædictas. »

* Obdor-
mis.
* Indutus
est.

* Usque
ad.

tionem : *elevare*, et circa hoc duo facit. Primo, ponit præteritam afflictionem; secundo, promittit liberationem, ibi : *Ecce tuli de manu tua calicem soporis*. Circa primum tria. Primo, ostendit pœna cumulum: *Usque ad fundum*, quasi ad ultimum poenarum perpessa; *soporis*, id est mortis. Psal. lxxiv, 9 : *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto*. Secundo, excludit omne humanum remedium, scilicet defensionis: *Non est qui sustentet*; liberationis: *Non est qui apprehendat*; compassionis: *Duo sunt quæ occurserunt tibi*. In rebus *vastitas*, cuius effectus est famæ; in persona *contritio*, cuius ultimum est gladius occidens. Jer., xv, 2 : *Qui ad gladium*. Et consolacionis: *Quis consolabitur?* Thren., i, 2 : *Non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus*. Tertio, ostendit hujus rationem: *Filii tui projecti*, a terra sua, *in capite viarum*, quasi existentes in via, quando ducebantur in captivitatem; *orix*, animal immundum, id est

mus aquaticus, vel animal multum dormiens, scilicet glis, vel quadam avis quæ est in Africa; vel orix origis, animal mundum simile capreo, de quo Deut., xv. Et septuaginta aliter legunt *bela*, quæ est quedam herba cito solis ardore deficiens, vel genus olerum vilissimum. *Idcirco audi hac paupercula, et ebria non a vino*. Hic promittit liberationem, et circa hoc duo facit. Primo, corum liberationem: *Inebriamini*, et non a vino, sed amaritudine pœnarum. Thren., iii, 45 : *Replevit me anaritudibus, inebriavit me absynthio. Qui pugnavit*, in exitu de Ægypto. Exod., xvi, 23 : *Dominus enim pugnavit pro vobis*. Secundo, hostium, punitio: *Et ponam illum*. *Dixerunt animæ tuae: Incurvare, sub potestate nostra, adeo te vilem tractantes, sicut lutum quod conculeatur*. Psal. xciii, 5 : *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et haereditatem tuam vexaverunt*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Consume, consume, indnero fortitudine tua, Sion; induere vestimentis glorie tuae, Jerusalem civitas sancti, quia non adjicit ultra ut pertransire per te incircumcisus et immundus. Executre de pulvere, consume, sede Jerusalem. Solve vincula colli tui, captiua filii Sion, quia haec dicit Dominus. Gratias venundatis estis, et sine argento redimemini. Quia haec dicit Dominus Deus: In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi, et Assur absque ulla causa coloniatus est enim. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatus ejus inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc scelit populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquerar, ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem, annuntiantis bonum, praedicantis salutem, dicentis: Sion, regnabit Deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Levaverunt vo-

cem, simul laudabant; quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion. Gaudete et laudate simul deserta Jerusalem; quia consolatus est Dominus populum suum redemit Jerusalem. Paravit Dominus brachium sanctum suum: in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri. Recedite, recedite inde, pollutum nolite tangere. Excite de melio ejus, immundamini qui fertis vasa Domini. Quoniam non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis. Praecedet enim vos Dominus, et congregabit vos Deus Israel. Ecce intelliget servus meus, exaltabitur et levabitur, et sublimis erit, valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorios erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum contingunt reges os suum. Quia quibus non est narratum de eo, viderunt; et qui non audierunt, contemplati sunt.

Hie excludit tertium impedimentum liberationis, quod poterat dubitari, ex¹ inopia rerum, promittens eis gratuitam liberationem. Et dividitur in duas partes: primo enim, praedit librationem Judæorum a Babylonis; secundo, librationem gentium a peccatis, ibi: *Ecce intelliget servus meus*. Circa primum duo. Primo, praedit librationem; secundo librationis ordinem, ibi: *Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*. Circa primum

tria. Primo, promittit librationem gratuitam; secundo, assignat librationis causam, ibi: *Quia haec dicit Dominus Deus, etc.*; tertio, indicit liberatis latitiam, ibi: *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem!* Promittitur autem eis libratio tribus modis. Primo, ab oppressione hostium quantum ad bona quæ reenperaverunt. *Consume*, a debilitate, qua hostibus resistere non poteras; et ideo dicit: *Inducere fortitudine*, sicut armis mi-

¹ Al. : « qui » — ² Al. : « et ex. »

litaribus, *Sion*, in qua erat arx ad defensionem civitatis. *Consurge*, a miseria quam incurristi, spoliavitibus hostibus; et ideo dicit : *Inducere vestimentis glorie tur*. Gloria civitatis est frequentia civium, pulchritudo viarum, opulentia rerum. Baruch, v : *Euge te, Jerusalem, stola luctus et vexationis tue, et induere decore et honore ejus que a Deo tibi est, sempiterna glorie*¹. Et quantum ad hostes quos evaserunt : *Quia non adjicet ut translat, quasi vastans ac dominans, incircumcisus, quantum ad hostes gentiles; immundus, quantum ad proditoris ex eodem populo*. Apoc., xxi, 27 : *Non intrabit in eam aliquid coquinatum*. Secundo, promittit liberationem a vilitate inhabitantium, quia derelicti sunt de pauperibus terrae, sicut dicitur IV Reg., ult., et Jer., ult. *Excutere de pulvere, vilitatis, consurge, resistens adversariis tuis, et tunc deinde sede, quieta*. I Reg., u : *Suscitans de pulvere egenum*. Tertio, promittit liberationem a detentione captivorum, precedentem liberationis beneficium. *Solve vincula*, id est exi de captivitate. Levit., xxvi, 13 : *Confregi catenas cervicum vestiarum ut ambularetis erecti*. Et ostendit liberationis modum : *Quia huc dicit Dominus : Gratis venumdati estis, quasi dicat : Nulla beneficia vobis presterant qui vos captivaverunt. Redimemini, a captivitate Babylonis per Cyrusum*. Psal. xliii, 13 : *Vendidisti populum tuum sine pretio. Quia huc dicit Dominus Deus*. Illic assignat liberationis duas causas, scilicet calumniam populi et blasphemiam Dei. Et primo, allegat calumniam : *In Aegyptum in principio, in patribus : Gen., xlvi et xlviu ; ut colonus, et ita aliquod jus habebant opprimendi eos ex beneficiis impensis*. Et Assur, sub quibus etiam Chaldaei includuntur, *absque ulla causa, nulla beneficia eis praestans*. Si ergo liberationem abegit, *quid mihi est?* id est, quid impedit quod modo non liberem *Jerusalem*? Secundo, sententiam pronuntiat : *Quia abiatus est, de terra sua. Dominatores, qui sibi dominium usurparunt, scilicet Chaldaei*. Et quoniam jugiter tota die nomen meum blasphematur, quasi non possim populum meum liberare. Ezech., xxxvi, 23 : *Sanctificabo nomen meum magnum, quod poluitum est inter gentes. Propter hoc in die illa, libe-*

rationis, qui loquebar, promittens, adsum, ad explendum. Baruch, iii, 38 : *Post hoc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est*. Hebr., i, 1 : *Multis annis multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, si exponatur mystice de adventu Christi. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem!* Illic indicit liberatis letitiam, et primo describit letitiam, quantum ad receptionem nuntiorum, qui venientes de Chaldaea eam numeraverunt. *Pulchri*, quia pulchrum et delectabile erat populo talia annuntiantes audire, *super montes, ut multi audiant, predicantis, publice, pacem, a Cyro restitutam, bonum, subsidii promissi, salutem*, a captivitate. *Regnabit*, quia ultra tantum Deus in te regnabit, quia ipsum coles in templo reparato. Secundo, describit latitudinem quantum ad inspectionem speculatorum, qui inde redeentes videbant, ponens exultationis vocem. *Vox, letitiae resonabit*. Act., iv, 24 : *Unanimiter elevaverunt vocem ad Deum*. Et latitiae rationem : *Quia oculo ad oculum videbunt, quasi oculis suis videbunt captivos venientes*. Supra, xxx : *Oculi tui videbunt, Jerusalem, præceptorem tuum*. Tertio, quantum ad adventum captivorum : *gaudete*. Supra, xxxv : *Lætabitur deserta, et exultabit solitudo*.

Nota super illo verbo : *Inducere vestimentis*, quia sancti habitent vestimenta virtutum de quibus gloriantur, et ista primo sunt ad protegendum. Infra, lxi : *Induit me Dominus vestimentis salutis, et indumento justitiae circumdedit me*. Secundo, ad calcificandum. Prov., ultim., 21 : *Non timebit domui suæ a frigoribus nivis; omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus*. Tertio, ad ornandum. Apoc., iii, 18 : *Vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tux*. Haec vestimenta primo debent esse candida in honestate operis. Eccl., ix, 8 : *Omni tempore vestimenta tua sint candida*. Secundo, munda in rectitudine intentionis. Supra, ix : *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustione, et cibus ignis*. Tertio, odorifera per famam divulgationem. Cant., ix, 11 : *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*.

Item super illo verbo : *Solve vincula,*

cedens. »

¹ Al. : « indu te decorum et honorem, que a Deo est tibi in sempiternam gloriam. » — ² Al. : « præ-

nota quod sunt vincula a quibus solvit Deus, primo mundane¹ sollicitudinis. Job, xxxix, 3 : *Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit?* Secundo, carnalis amoris. Eccle., vii, 27 : *Inveni amariorem morte mulierem, et vincula ejus plena sunt dolo.* Tertio, perverse actionis. Psalm. cvi, 14 : *Eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupti.* Quarto, pravae consuetudinis. Supra, v : *Vx qui trahitis iniquitatem ad iniquitatem, et quasi vinculum plaustri peccatum.* Item sunt vincula a quibus Deus non solvit : primo, caritatis. Oscaæ, xi, 4 : *In funiculis caritatis traxi eos.* Secundo, divine legis. Jerem., ii, 20 : *A seculo confregisti jugum.* Tertio divinae instructionis. Eccli., vi, 26 : *Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne accipiaris* in vinculis ejus.*

*Aedie-
ris.*

Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Illic exequitur liberationis ordinem; et primo, ponit manifestum Dei auxilium. Brachium, scilicet virtutem suam, quam omnes in hoc facto adverte potuerunt. Psalm. xcvi, 2 : *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.* Secundo, indicit captivis egressum : *recedite, scilicet de Babylonia, pollutum,* nolite inter eos pollutos conversari. Apoc., xviii, 4 : *Excite de illa populus meus.* Tertio, docet ogrediendi modum, quantum ad puritatem, mundanum, sacerdotes; quantum ad securitatem, *in tumultu exhibitis,* scilicet belli, sicut de Aegypto; quantum ad ductorem², *precedet, quasi dux, et congregabit,* quasi pastor. Ezech., xxxvi, 24 : *Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et reducam vos in terram vestram. Ecce intelligent servum meum.* Illic

prædictit liberationem gentium a servitute peccati, per Filium Dei factam; primo, describit liberatorem quantum ad gratiam eminentiam; *intelliget, quantum ad sapientiae plenitudinem;* servus, secundum naturam assumptam, Christus. Philip., ii, 7 : *Formam servi accipiens.* Prov., xiv, 33 : *Acceptus est regi minister intelligens. Exaltabitur, quantum ad virtutum operationem.* Psalm. xx, 14 : *Exaltare, Domine, in virtute tua. Elevabitur, quantum ad ascensionem.* Psalm. viii, 2 : *Quoniam elevata est magnificentia tua super caelos.* Ephes., iv, 10 : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit. Et sublimis, sedens ad dexteram Patris.* Supra, iv : *Erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terræ sublimis.* Et quantum ad passionis ignominiam; *sicut enim obstupuerunt, exemplis, miraculis et doctrinis;* Matth., xii, 23³ : *Stupebant omnes turbæ super doctrinam ejus, et miraculis quæ faciebat.* Inglorius erit, in passione, et forma, spiritus sui decor. Psalm. xxi, 7 : *Ego sum vermis, et non homo; opprobrium hominum, et afflictio plebis.* Secundo, prædictit liberationem, quantum ad peccatorum remissiōnem : *iste asperget, aspersione sanguinis et aqua baptismi.* Quantum ad ipsius generationem : *Super ipsum continebunt reges os suum, tacentes, ad anuscandum, non præsumentes ad secreta ipsius tractandum.* Job : *Principes cessabant loqui.* Et quantum ad veritas cognitionem : *quia quibus, scilicet gentibus, non est narratum⁴ per prophetas, viderunt, corde, audierunt ipsum personaliter prædicantem.* Infra, lxv : *Ecce ego ad gentes quæ nesciebant me et quæ non invocabant nomen meum.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Quis eredit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendit sicut virgultum cornu eo, et sicut radix de terra sicutient. Non est species ei neque decor. Et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despectum, et novissimum virorum, vires non dolorum, et scientem inimicitatem. Et quasi absconditus vulnus ejus et despectus; unde nec reputavimus eum. Vero lauges nos nostros ipsæ tuli, et doloros nostros ipso portavimus. Et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sclera nostra. Disciplina pacis nostra super eum, et livore ejus saepe suauis.

Omnis nos quasi oves erravimus, niusquisquo vivian suam declinavit; et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatis est quia ipse voluit, et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente et obmutescat, et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem ejus quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viventium. Propter seclus populi mei percussi eum. Et debuit impios pro sepultura, et divites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in inimicitate. Si posuerit pro peccato animos suos, videbit semem longevum, et voluntas Do-

¹ Al. : « mundæ. » — ² Al. : « adductorem. » —

³ Al. : « non erat. » — ⁴ Sensus est Matthei, non textus.

min in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit in una epus, videbat, et saturabatur. In scientia sua iusticabilis ipse justus servus meus mutatus, et iniuriantes eorum ipse portabat. Ideo dispiciam ei

plurimos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suum, et cum sceleratis reputatus est; et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit.

*Auditionem.

Hie incipit ponere remedia contra dicta impedimenta; et primo, contra peccatum promittit Christi passionem; secundo, contra depressionem promittit exaltationem, cap. lvi: *Lauda steriles que non paris;* tertio, contra paupertatem, gratuitam rerum fruitionem, ibi (cap. lx): *Omnis sicutientes venite ad aquas.* Cirea primum duo. Primo, ostendit altitudinem mysterii, quia nec auditui facile creditur. Auditui, de his quae de Christo a te audivimus. Habaeat, in, 2: *Domine, audiri auditum tuum, et timui.* Nec facile videtur: et *brachium,* scilicet Filius Dei, Dei virtus, Job, xi, 4: *Si habes brachium sicut Deus?* Secundo, prosequitur ordinem facti; et primo, proponens similitudinem, quantum ad ipsius exaltationem: et *ascendet,* ex ventre matris nascendo, ex morte resurgendo, de mundo in cœlum ascendendo, et in fidem gentium, *sicut virgultum,* quod in altum crescit, et in altum multiplicatur. Supra, xi: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet.* Et quantum ad ipsius humanitatem: et *sicut radix de terra sicuti,* id est de terra sine humore, que praeciseitate indecora videtur; sic etiam ipse ortus est de matre absque virili humore. Apoc., ult., 16: *Ego sum genus et radix David.* Secundo, ponit similitudinis expositionem, ibi: *Non est species ei, neque decor;* et primo, quantum ad humiliationem; secundo, quantum ad exaltationem, ibi: *De angustia et de iudicio sublatus est.* Cirea primum duo. Primo, describit Christi humilitatem; secundo, humiliati mansuetudinem, ibi: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Cirea primum tria. Primo, describit humilitatis officium; secundo, humiliati contemptum, ibi: *Et quasi absconditus vultus ejus, et despectus;* tertio, humiliationis fructum, ibi: *Ipse autem vulneratus es, propter iniquitates nostras.* Cirea primum duo. Primo, ostenditur ejus humilitas quantum ad absconzionem majestatis: *Non est ei species,* quantum ad affluentiam interiorum bonorum, *neque decor;* quantum ad affluentiam exteriorum; species enim proprie respicit pulchritu-

dinem quantum ad commensurationem membrorum, sed decor quantum ad convenientiam coloris, et aliorum circumadjacentiam. Habeat siquidem speciem, quia *speciosus forma pro filiis hominum,* Psalm. xiav, 3; sed latebat propter infirmitatem assumptam. Habebat decorem, quia *fortitudo et decor indumentum ejus,* Prov., ult., 25; sed latebat propter paupertatem servatam. Unde Cant., ii, 14: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, et facies tua decora.* Et ideo nos qui tunc increduli, et postea conversi, in quorum persona loquitur, *vidimus eum, corporaliter, et non erat aspectus, magnificus,* secundum quod dicitur quod species Priami digna est imperio. Secundo, ostenditur ejus humilitas quantum ad ostensionem infirmitatis: et *desideravimus eum,* cum desiderio expectantes quasi magnum redemptorem. Aggei, ii, 8: *Ecce veniet desideratus cunctis gentibus.* Et in dignitate, contra quod *vidimus eum despectum, inglorium, novissimum virorum,* propter turpissimum genus mortis. Sap., ii, 20: *Morte turpissima condemnemus eum.* Magnum etiam in prosperitate, contra quod invenimus eum *virum dolorum, quasi miserum, et doloribus plenum.* Thren., i: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus.* Magnum etiam in potestate, contra quod invenimus eum *scientem infirmitatem,* per experimentum. Il Cor., ult., 4: *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Et quasi absconditus vultus ejus et despectus. Illic ostendit humiliati contemptum; et primo, quantum ad majestatem absconsionis in subtractione honoris, *quasi absconditus,* latens majestas sub infirmitate carnis. Unde nec reputavimus eum, debitum honorem non impendendo, Supra, xlvi: *Vere tu es Deus absconditus.* Secundo, quantum ad infirmitatem ostensam, ponens infirmitates si-
guum: *vere, sicut verus homo, languores, infirmitates, sicut famem, sitiū, tulit, sustinuit, dolores, sensibiles in passione, et tristitiam, et languores, peccata, abstulit a nobis, vel loco nostri, poenas sustinuit.*

¹ Al.: « si. » — ² Al.: « vel. »

I Petr., ii, 24 : *Peccata nostra pertulit super lignum*. Ponens etiam contemptum : *et nos reputavimus eum quasi leprosum*, immun-dum et peccatorem, et ideo percussum a Deo, pro peccatis suis quantum ad poenas, et humiliatum, quantum ad ignominias. Job, xxii, 5 : *Propter malitiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas*.

Nota¹ super illo verbo : *Brachium Domini cui revelatum est?* quia Christus est brachium primo ad flagellandum daemones. Psal. lxxxviii : *In brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos*. Secundo, ad supportandum debiles. Supra, xl : *In brachio suo levabili aquos*. Tertio, ad defendendum fideles. Sap., v, 17 : *Dextera sua teget eos*.

Item super illo verbo : *virgultum*, quia Christus est virga primo ad percutiendum. Num., xxiv, 17 : *Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel et percutiet ducas Moab, vastabilque omnes filios Seth*. Secundo, ad sustentandum. Psalm. xxii, 4 : *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt*. Tertio, ad dirigendum. Psal. xliv, 7 : *Virga directionis, virgu regni tui*.

Item super illo verbo : *radix de terra*, quia Christus est radix primo propter abs-consemem. Eccli., i, 6 : *Radix sapientiae cui revelata est?* Secundo, propter nutri-menti ministracionem. Jerem., xvii, 8 : *Erit languidum lignum quod ad humorem mittit radices*. Tertio, propter totius arboris sus-tentationem. Rom., xi, 18 : *Non tu radicem portas*.

Ipse autem vulneratus est propter iniquita-tes nostras. Ille ponit humiliationis sive passionis fructum ; et primo, assignat rationem moventem : *Ipse autem, non sicut putavimus, est² vulneratus spinis, clavis, lancea, propter iniquitates nostras, tollen-das. Attritus, flagellis, alapis. Vel vulnера-tus, quantum ad id quod dixit percussum ; attritus, quantum ad id quod dixit humili-um*. Threm., iv, 20 : *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nos-tris*. Secundo, ostendit utilitatem conse-quentem in reconciliatione pacis : *disciplina pacis*, id est, ipse pro nobis disciplinam correctionis sustinuit, per quam pacem habemus accessum ad Deum. Rom., vi, 10 : *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo ma-gis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius*.

Et in restitutione perditae sanitatis, *livore*, quem ex virgis habuit. I Petr., ii, 24 : *Cu-jus livore sanati estis*. Psalm. cn, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas*. Tertio, osten-dit necessitatem imminentem ex parte nos-tra, quia omnes infirmi; unde omnes me-dico indigent, et nullus alias sufficiens remedium præbere poterat. Rom., iii, 23 : *Non enim est distinctio : omnes enim peccave-runt, et egent gloria Dei. Omnes nos quasi oves erruvimus*. I Petri, ii, 23 : *Erat ali- quando sicut oves non habentes pastorem. Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum*. Hic ostendit patientis mansuetu-nem, et primo, proponit ipsam mansuetu-dinem, et primo, quantum ad voluntariam sui oblationem : *oblatus est, Deo scilicet Patri pro nobis hostia, quoniam ipse voluit*. Psal. lxxi, 8 : *Voluntarie sacrificabo tibi*. Joan., x, 17 : *Ego pono animam meam, et iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso*. Secundo, quant-um ad patientem passionem : *et non aperuit os suum*, quasi contradicens, et contendens; unde etiam coram Herode nihil respondit, Luc., xxiii. Secundo, ponit similitudinem : *sicut ovis ad occisionem, quia sine resisten-tia occisus, et quasi agnus, sine contradic-tione injuriam passus*. Jerem., xi, 19 : *Ego quasi agnus qui portatur ad victimum*.

Item notandum super illo verbo : *novis-simum*, quia Christus fuit novissimus pro-poter doloris acerbitate. Threm., i, 12 : *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus*. Se-cundo, propter mortis turpitudinem. Sap., ii, 20 : *Morte turpissima condemnemus cum*. Tertio, propter impositi criminis magnitu-dinem. Prov., xxx : *Stultissimus sum viro-rum, et sapientia hominum non est mecum*.

Item super illo verbo : *virum dolorum*, quod Christus fuit plenus doloribus primo propter morbi acerbitatem³. Supra, i : *A planta pedis usque'nd verticem non est in eo sanitas*. Secundo, propter gratiarum efflu-sionem. Joan., i, 16 : *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratia*, etc. Tertio, propter nostram obligationem. II Cor., v, 13 : *In hoc C.ristus mortuus est ..., ut justificati per gratiam ipsius heredes simus secundum spem vitae eternae*. Tit., iii, 7.

De angustia et de judicio sublatus est.

¹ Al. : « Item nota. » — ² Al. : « sed. » — ³ Al. :

Posita humilitate passionis, hic incipit ponere exaltationis gloriam, quae est passionis premium, sicut dicitur Phil., ii, 9 : *Propter quod Deus exaltavit illum.* Et primo, quantum ad evasionem periculorum; secundo, quantum ad ultionem hostium, ibi : *et dabit impios pro sepultura;* tertio, quantum ad justificationem hominum, ibi : *Si posuerit,* etc.; quarto, quantum ad victorianam rebellum, ibi : *Ideo dispergiant,* etc. Circa primum duo ponit. Primo, ponit præmium : *de angustia,* passionis, *de iudicio,* injusto, quo ab aliis judicatus est, *sublatus est,* in resurrectione. Prov., xi, 8 : *Justus de angustia liberatus est.* Secundo, ponit meritum, ponens patientis dignitatem, ut ex conditione poene meritum passionis pensetur : *generationem,* aeternam qua de patre sine matre, vel temporalem qua de matre sine patre, *quis enarrabit?* quasi dicat : Nullus naturali ratione, etsi aliqualiter inspiratione divina. Eccli., xiiii, 35 : *Quis vidit eum et enarrabit?* Ponens etiam illatam passionem : *Quia abscessus est,* per mortem a Iudeis, *de terra viventium,* de hac vita. Jerem., xi, 49 : *Venite, mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra riveantium.* Ponebat etiam ex parte Dei Patris passionis acceptancem : *propter scelus percussi,* id est percuti permisi. *Et dabit impios pro sepultura.* Hic ponit secundum, scilicet vindictam persequendum; et primo, ponit præmium : *et dabit impios,* Judeos in manus Romanorum, *pro sepultura,* quia ipsum in sepulcro custodiri fecerunt. Secundo, ponit meritum quantum ad vita innocentiam : *eo quod iniquitatem non fecit,* quantum ad peccatum operis, *neque dolus in ore,* quantum ad peccatum oris. I Petr., ii, 22 : *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.* Et quantum ad mortis obedientiam : *et dominus, Pater, volunt.* Et ipse obediens fuit Patri usque ad mortem. Phil., ii, 8 : *Factus obediens usque ad mortem.* I Corinth., i, 25 : *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Si posuerit pro peccato animam suam. Hic ponit tertium, scilicet quod per ipsum completa est hominum justificatio; et

* Videbit.

primo, ponit præmium contra mortis dolorum : *si posuerit,* propria voluntate; Joan., x, 17 : *Ego pono animam meam;* videbit semen longum, usque ad finem mundi filios sibi regenerari ex virtute mortis ejus. Joan., xii, 24 : *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet;* si autem mortuum fuerit, multum fructum assert. Et voluntas Domini dirigitur, implebitur, in manu, in opere ejus. I Thess., iv, 3 : *Hic est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Et contra doctrinæ laborei : *Pro eo quod laboravit,* predicando et discurrendo, videbit, gentes ad se conversas, et saturabitur, quasi habens quod intendit, Joan., iv : *Cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Secundo, ponit meritum quantum ad exercitium præficationis : *in scientia,* id est doctrina. Rom., v, 1 : *Justificati gratis ex fide.* Joan., vi, 69 : *Domine, ad quem ibimus? Verba vita æternæ habes.* Et quantum ad tormentum mortis, *iniquitates,* id est poenas pro iniquitatibus. Supra, xlvi : *Ego feci, ego serum.* Ideo dispergiant ei plurimos, et fortium dividet spolia. Hic ponit quartum, scilicet victoriam de hostibus; et primo, ponit hostium subjectionem : *ideo dispergiam,* quasi partem suam ei dabo, plurimos, qui credent in ipsum, et spoliis fortium, id est captivos a daemonibus, dividet, discipulis suis, diversos diversis gentibus præponens. Osœa, xiii, 13 : *Ipsa diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.* Ps. lxvii, 13 : *Rex virtutum, dilecti dilecti, et speciei domus dividere spolia.* Secundo, ponit subjectionis rationem quantum ad mortem : *Pro eo quod tradidit,* et quantum ad genus mortis : *et cum sceletratis.* Luc., xxiii : *Et crucifixi sunt cum eo duo nequam*¹. Psalm. lxxxvii, 3 : *Æstimatus sum cum descendantibus in lacum.* Tertio, subiectorum salvationem. Non enim quasi tyrannus sibi subdit ad vexandum, sed ad salvandum. *Et ipsa peccata multorum, efficienter, quamvis omnium sufficienter, tulit, abstulit, et pro transgressoribus oravit.* Luc., xxii, 34 : *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* *Dimitte.

¹ Sensus est Luci, non textus.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Lauda sterilis quae non peris, decanta landem, et hinni quae non pariebas; quoniam multi filii duxeris magis quam ejus quae habet virum, dicit Dominus. Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parsas. Longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim et ad levam penetrabis, et semen tuum gentes haereditabilis et civitates desertas inhabebitis. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces; non enim te pudebit, quia confusio adolescentia tuae obliuisceris, et opproboris viduitatis tue non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te. Dominus exercituum nomen ejus, et redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terra vocabitur. Quia ut mulierem derelictam et marentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia objectam. Dixit Deus tuus : Ad punctum in iudicio dereliqueris te, et in miseratione tuae magis congregabero te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia semperlita misertus sum tui. Dixi redemptor tuus Dominus : Sicut in diebus Noe

istud, mihi est, cui juravi ne inducerem aquas diluvii ultra supra terram, sic juravi ut non irascar tibi, et non increpem te. Montes enim comminoventur, et colles contremiscunt; misericordia autem mea non recedet a te, et fœdus pacis meæ non movebitur, dixit miserator tuus Dominus. Paupercula, tempestate convulsa, absque illa consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in saphyrum. Et ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Universos filios tuos doctos a Domino, et multitudinem pacis, filii tuis, et in justitia fundaberis. Recede procul a calamitate, quia non timebis, et a pavore, quia non approquinabili tibi. Ecce accola veniet, qui non erat in eum; advena quondam tuus adjungetur tibi. Ecce ego creavi fabrum sufflantem in ligno primum, et preferenter vas in opus suum, et ego creavi interfectorem ad dispersendum. Omne vas quod factum est contra te, non dirigetur, et omnem linguam resistentem tibi in iudicio judicabis.

Hic contra rerum dejectionem promittit exaltationis remedium; et primo, promittit multitudinem contra paucitatem; secundo, honoris restitutionem contra confusione, ibi : *Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces;* tertio, prosperitatem contra pristinam adversitatem, ibi : *Paupercula tempestate convulsa.* Circa primum tria. Primo, praedit filiorum multitudinem, indicens gratiarum actionis laudem : *O sterilis, Jerusalem, quae non paris,* quia derelicta et deserta, *landa,* Deum pro concessis beneficiis. Laudantium jucunditatem : *deconta laudem,* est enim canticum, mentis exultatio in vocem prorupta ex juenitatis magnitudine; *hinni,* in modum equi præmagnitude vocem ad exprimendum formare non potens. Jer., xxi, 7 : *Exulta in letitia, Jacob.* Ps. cxlv, 4 : *Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.* Et promittens filiorum multitudinem, quoniam *multi,* quasi, magis multiplicabuntur filii tui, quamvis sis deserta, quam illarum civitatum quæ viros habent ad generandum. I Reg., ii, 5 : *Donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios infirmata est.* Secundo, exhortatur ad loci ampliationem sub metaphora tentorii : *dilata, locum,* quantum ad solum quo extenditur; *pelles,* quibus legitur; *funiculos,* quibus paxilli ligantur; *clavos,* quibus tabule conjunguntur, vel ipsos paxillos. Et haec leguntur fuisse in tabernaculo federis, Exod., xxvi

et xxxvi. Ac præ multitudine hominum oportet majorem habitationem querere, quam sit terra promissionis. Tertio, praedit exhortationis impletionem : *Ad dexteram enim, et ad levam penetrabis,* quasi, undique te dilatabis; quod impletum fuit tempore Machabeorum, quando apposita fuerunt quedam civitates de regione Samariae et de aliis regno Iudaorum. Gen., xxiv, 60 : *Possideat semen tuum portas immicorum suorum.* *Nolite timere, quia non confunderis, neque erubesces.* Hic promittit pristini honoris restitutionem, contra confusione quam prius sustinuerant. Secundo, promissionis firmatatem : *Sicut in diebus Noe.* Circa primum duo facit. Primo, promittit pristinam confusione oblivionem : *non confunderis, interius, non erubesces, exterius.* Non pudebit, ex consideratione tua turpitudinis; *oblivisceris,* præ abundantia gloriae; adolescentia quando peccasti in deserto; *viduitatis,* quando finisti a Deo separata in captivitate Babylonis. Supra, xix : *Non confundemini, neque erubescetis.* Sophon., iii, 11 : *In die illa non confundaris super omnibus ad inventionibus tuis.* Secundo, promittit pristini honoris restitutionem; et primo, ponit restitutionem quantum ad dominium : *quia dominabitur,* et quantum ad configum : *multorem derelictam.* Jerem., iii, 1 : *Si dimiserit vir uxorem suum, et alium duxerit, et recessens ab eo duxerit virum alterum,* *mutat u' re-*

vertetur ad eum ultra? Secundo, promittit honoris ampliationem quantum ad honorum multitudinem : *Dixit Deus : In modo, passa respectu corum que tibi miserendo tribuan.* II Corinth., iv, 17 : *Id enim quod in præsenti est, momentum est.* Et quantum ad Dei timorem : *in momento, quasi dicat : Brevi tempore iram meam sensisti respectu ejus quo tu miserebor.* Haec autem omnia que dicta sunt mystice expoununtur de vocacione gentium, quia gentilitas prius sterilis, postmodum multos filios congregavit, secundum *Glossam.* *Sicut in diebus Noe istud mihi est.* Hic ostendit promissionis similitudinem. *Juravi, id est firmiter statui, si tamen in præceptis meis permanenseris,* Gen., ix, 9 : *Statuum pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos.* Secundo, ex creaturam stabilium operatione : *Montes enim commovebuntur,* quasi dicat : Facilius est montes et colles immutari, quam verba mea cessare. Vel per montes et colles, mundi potentes. Ps. xlvi, 3 : *Non timebimus dum turbabitur terra.*

Nota super illo verbo : *lauda sterilis,* quia est sterilitas primo perversæ actionis. Job, xv, 34 : *Congregatio hypocrita sterilis.* Secundo, sacre contemplationis, Genes., xxix : *Rachel erat sterilis.* Tertio, temporaliis tribulationis, Supra, xlxi : *Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis.*

Item nota super illo verbo : *dilata tentrium,* quia dilatandum est cor primo propter hospitis magnitudinem. Jerem., xxii, 24 : *Nunquid non calum et terram ego impleo? dicit Dominus.* Secundo, propter innumerum multitudinem. Infra, ix : *Videbis, et afluxes, et dilatabitur cor tuum.* Tertio, propter viæ expletionem. Psalm. cxviii, 32 : *Viam mandatorum tuorum cœcurreris.*

Item nota super illo verbo : *in miserationibus magnis,* quia misericordia futuræ magnæ sunt, primo quia intrinsecæ. Rom., viii, 18 : *Existimo quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Secundo, quia æternæ. II Corinth., iv, 18 : *Quæ enim vindicentur, temporalia sunt; quæ autem non vindicentur, æterna.* Tertio, quia perfectæ. Luc.,

i, 48 : *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quarto, quia in plures extensiæ. Lue., xiv, 16 : *Homo quidam fecit canam magnum, et vocavit multis.* Quinto, quia integræ. Apocayl., xxi, 4 : *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum,*

Paupercula, tempestate convulsa, absque ulla consolatiōne. Hic promitti prosperitatem contra adversitatem, et commemorat adversitatem pristinam : *paupercula, Ierusalem spoliata bonis, tempestate, adversitate.* Supra, xviii : *Ad gentem convulsam et dilaceratam mittam te.* Secundo, promitti prosperitatē futuram, et quantum ad affluentium bonorum, proponens metaphoram : *ecce ego sternam, quasi in pavimento, lapides, pretiosos, significans homines virtutibus eminentes, per ordinem, innumquemque in ordine suo;* et explanans ipsam quantum ad scientiæ divinæ doctrinam, universos doctos. Jer., xxxi, 33 : *Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.* Quantum ad pacis abundantiam, multitudinem. Psalm. cxviii, 163 : *Pax multa diligentibus legem tuam.* Et quantum ad operum justitiam, et in justitia. Supra, i : *Sion in iudicio redimetur; et reducent eam in justitiam.* Secundo, quantum ad carentiam malorum, promittens primo periculorum evationem, *recede,* id est recedes, quia calumniam non patieris. P.s. lxxi, 4 : *Humilitabat calumniatorem.* Secundo, extraneorum accessionem¹. *Ecce accola,* quia multi adhæserunt de gentibus exœuntibus de captivitate. Infra, lvi : *Non dicat filius advena, qui adhæret Domino, dicens : Separatione dividet me Dominus a populo suo.* Tertio, promittens hostium destructionem. *Ecce ego.* Et primo, ostendit promittentis potestatem, proponens similitudinem, *fabi*rum, persecutorem qui sufflat in igne tribulationis vasa contraria² secundum voluntatem suam ; Job, xli, 12 : *Halitus ejus prunas ardere facit, et flamma de ore ejus egreditur;* et exponens ipsam, *ego creavi.* I Reg., ii, 6 : *Dominus mortificat et vivificat.* Secundo, ponit promissionem, *omne vas,* id est omnem filium dissipabit, quantum ad impugnantes verbis. Supra, xl : *Et erunt quasi non sint.*

¹ Al. : « occasionem. » — ² Al. : « contrarias. »

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Hæc est hæreditas servorum Domini, et justitia eorum apud me, dicit Dominus. Omnes sicuties venite ad aquas, et qui non habetis argenteum, properate, emite et comedite. Venite, emite absque argento et absque tula commutatione vinum et lac. Quare appenditum argenteum non in panibus, et labore in vestrum non in saturitate? Audite audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinata aurea vestram, et venite ad me; audite et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dodi eum, ducent ac preceptorem gentibus. Ecce gentes quam nesciobas vocabis, et gentes quæ non cognoverunt te, ad te current propter Dominum Deum tuum et sanctum Israel, quia glorificavi te. Quia Dominus dum inveniri potest, invoke eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Do-

minum, et miserebitur ejus, et ad Deum nostrum, quoniam nullus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestrae, neque viæ meæ, viæ vestrae, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltata sunt viæ meæ a viæ vestris, et cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de cœlo, et illic ultra non revertitur, sed incribat terram, et infundat eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti; sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non revertetur ad me vacuum, sed faciet quacunque volui, et prosperabitur in his ad quæ misi illud. Quia in latitudo egrediemini. Montes et colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliuncula ascendet abies, et pro urtica crescat myrtus. Et erit Dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur.

Hic adhibet tertium remedium, promittens eorum abundantiam contra pristinam penuriam. Et dividitur in duas partes. In prima, ponit promissionem; in secunda, ostendit promissionis firmatatem, ibi : *Et quomodo descendit imber et nix de cœlo.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit eorum quibus promittitur, conditionem : *Hæc est hæreditas, id est, hæc quæ sequuntur debentur servis Domini, qui et filii sunt, quasi hæreditario jure, et justitia, quasi justa merces.* Secundo, proponit promissionem, promittens fructum copiam in necessariis : *omnes sicuties,* id est vos ex Judais, qui prius præ inopia sicuties eratis, *emite, sine pretio, comedite, panem, et alia necessaria.* Joan., vii, 37 : *Si quis sit, veniat ad me, et bibat, et de ventre ejus fluerit aqua viva.* Et in deliciois : *Venite, emite, quasi, ac si emeretis accipite, absque argento, id est minus quam justo pretio, vinum et lac.* Can., v, 1 : *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Et commemorans pristinam inopiam. Quare appendit? quasi dicat : Quare haec tenetis argenteum dabatis, et panem emere non poteratis? Aggri, i, 6 : *Seminatis multum, et intulistis parum.* Hæc autem mystice exponuntur de aqua divina sapientia, quæ gratis sicutibus datur, secundum *Glossam.* Tertio, indicat præparationem ad consequendam dictam promissionem : *audite audientes, et primo, excitat attentionem; secundo, ponit exhortationem: Quarrite Dominum.* Excitat autem attentionem triplici promissione. Primo,

promittens attendentibus bonorum copiam fruitionem : *comedite, id est reficiamus vos diversis bonis, si mo audialis, in crassitudine, quantum ad copiam.* Supra, i : *Si volueritis et audieritis me, bona terra comedetis.* Secundo, promittens mortis evasionem : *in eternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.* Tertio, promittens potestatem. Et primo, ponit similitudinem : *Et feriam pactum sempiternum, sicut David veras promissiones feci, ut in sempiternum semen suum permaneret, sic et vobiscum faciam.* Secundo, explicat ipsam, ostendens quid David fecerit : *Ecce testem populis dedi eum, ducent ac preceptorem gentibus.* Psalm. xvii, 43 : *Populus quem non cognovi, servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi.* Et quid eis facturus sit, subdit : *Ecce gentes vocabis, ad preceptum tuum implendum, non tuis viribus, sed propter Dominum.* Supra, xlxi : *Adorabunt propter Dominum, quia fidelis; et sanctum Israel qui elegit te.* Quarrite Dominum dum inveniri potest. Hic indicat eis præparationem ad consequendam dictam promissionem: et primo, dat temporis congruitatem quarrendi divinum consilium : *Quarrite Dominum dum inveniri potest, antequam adversitas vel mors veniam.* Secundo, docet quarrendi modum : *Derelinquat impius, peccans in Deum, iniquus, peccatus in proximum.* Supra, i : *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Tertio, ponit reversionis fructum, scilicet misericordiam : *Et revertatur ad*

Dominum quoniam multus, id est multiplicis misericordie, ad ignoscendum. Joel, ii, 13 : Convertimur ad Dominum Domum vestrum, quia benignus et misericors est, patiens, et multe misericordia et probatibilis super malitia. Quis scit si convertatur et ignoscatur, et relinquat post se benedictionem? Quarto, excludit misericordia impedimentum : non enim cogitationes meae, cogitationes vestre, quasi dicat : Vos impii, ego pius; vos ultiōnō cogitatis, ego misericordiam. Ezech., xviii, 25 : Numquid via meæ non sunt recte, dominus Israel, et non magis via vestre prava sunt? Et¹ quomodo descendit imber et nix de celo. Hic ostendit promissio firmatatem; et primo, ponit divini verbi efficaciam : ad me vacuum, id est sine fructu. Osea, vi, 3 : Veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Secundo, ponit continentiam quantum ad lartam remissionem de Babylone : quia in letitia. Psal. civ, 43 : Eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in letitia. Quantum ad aliorum congratulationem : montes et colles, potentes et populares, laudantes in vobis Dominum. Vel est hyperbole. Terra vestra, vestra reversioni congratulans. Quantum ad honorum multiplicatam restituionem : pro saliuncula ascendet abies, id est, priora paucæ erant respectu futurarum. Aggai, ii, 40 : Erit gloria domus hujus novissima, plus quam prima. Saliuncula, a saliendo dicta, quæ*

* Via
mea
non
est
recta.

cardus leporinus dicitur. Tertio, ponit consequentem Dei gloriam : Et erit Deus nominatus, ubique² et semper gloriatus pro liberatione vestra, in signum aeternum, ad quem configunt sicut ad signum salutis. Supra, xlxi : Ecce ego levabo ad gentes signum meum.

Hec nota super illo verbo : Omnes sitiens, venite ad aquas, quod divina doctrina primo dicitur aqua; et hoc primo, quia infirmos sanat. Eccli., xv, 3 : Aqua sapientia potabit illum. Secundo, quia inquinatos mundificat. Ezech., xxxvi, 23 : Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Tertio, quia sitiens satiat. Joan., iv, 13 : Si quis bibitur ex aqua quam ego dabo ei, non siti in aeternum. Secundo, dicitur vinum; et hoc primo, quia pungit arguendo³. Supra, i : Vinum tuum mixtum est aqua. Secundo, quia incendit exhortando. Psal. civ, 19 : Eloquium Domini inflammat eum. Tertio, quia inebriat consolando. Infra, ult. : Inebriamini ab uberibus consolationis vestre. Tertio, dicitur lac; et hoc primo, propter pulchritudinem. Gen., penult., 21 : Nephtali cervus emissus dans eloquia pulchritudinis. Secundo, propter dulcedinem. Can., ii, 14 : Sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis. Tertio, propter sumendi facilitatem. I Petri, ii, 2 : Quasi modo geniti infantes lac concupiscite.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Hic dicit Dominus : Custodite judicium, et facite iustitiam, quia justa est salus mea ut veniat, et iustitia mea ut reveletur. Beatus vir qui facit hoc, et filius hominis qui apprehendet istud. Custodiens sabbatum, ne polluat illud; custodiens manus suas, ne faciat omnia inulum. Et non dicat filius adveniens qui adheret Domino, dicens : Separatione dividet me Dominus a populo suo. Et non dicat evanescens : Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis : Qui custodierint sabbata mea, et elegerint que ego volui, et tenuerint fodus meum, dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios adveniens qui adherent Domino, ut colant eum, et diligant nomen ejus, ut sint ei in servos; omnem custodientem sabbatum, ne polluat

illud, et tenentem fodus meum, adducam eos in montem sanctum meum, et latifaciebo eos in domo orationis meæ. Holocaustum corum et victimæ corum placebunt mihi super altari meo, quia dominus meus dominus orationis vocabulatio cunctis populis. Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel : Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus. Omnes bestie agri venite ad reverendum universæ bestie salutis. Speculatori ejus ecclœ omnes, nescient universi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia, et canes impudentissimi nescient saturitatem. Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinaverunt, inquisisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum. Venite, sumamus vinum, et implecamus orbiculatum, et erit sicut hodie, sic et cras et multo amplius.

Hic postquam promiserat liberationem a malis, incipit promittere salutem in colla-

tione honorum. Et dividitur in partes tres. In prima, ponitur salutis preparatio : in

¹ Al. : « ecce. » — ² Al. : « undique. » — ³ Al. :

« arguenda. »

secunda, salutis promissio, cap. lx : *Surge illuminare Jerusalem; in tertia, salutis collatae multa discretio, cap. lxiii : Quis est iste qui venit de Edom?* Prima in duas. In prima, ponitur præparatio ex parte salutem suscipiens; in secunda, ex parte ipsius salvantis, cap. lxi : *Ecce non est abbreviata manus Domini.* Prima in duas. In prima, dat præparationis salubre consilium; in secunda, excludit inane remedium, ibi (cap. lvii) : *Clama ne cesses, etc.* Prima in duas. In prima, ponit consilii recipientium diversitatem, quantum ad constitutionem præmiorum; in secunda, quantum ad evasioneum periculorum, cap. lvii : *Justus perit, et non est qui recognoscit in corde suo.* Prima in tres. In prima, ponit consilium; in secunda, in recipientibus consilii fructum, ibi : *Beatus vir qui fecit hoc;* in tertia, in contentientibus salutis defectum, ibi : *Omnes bestie ugri venire ad devorandum.* Circa primum duo. Primo, consulti debitam præparationem : *Custodite iudicium, vos prælati, quorum est judicare; facite justitiam, vos subditi,* id est omnem virtutem, secundum quod ad alterum conformatur præceptis legis. Michæv., vi, 8 : *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te. Utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Secundo, promittit salutis propinquitatem: *quia iuxta, id est prope est, salus mea,* quia a me salvabimini post captivitatem, et *justitia mea,* quantum ad hostes, de quibus vos vindicabo. Supra, xlvi : *Prope feci justitiam meam, et non elongabitur. Beatus vir qui facit hoc.* Illic ponit fructum consilii in his qui suscipiunt; et primo, ponit utilitatem, ponens impletionis fructum : *Beatus vir qui facit, opere explens, apprehendit, strenuus aggrediens.* Psal. cxi : *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis.* Et implendi modum, quantum ad ceremonialia: *custodiens sabbatum; sabbati namque observatio erat moralis quantum ad hoc quod quies in Deo ponatur, et quod aliquando divinis rebus vacet;* ab aliis abstinentia, sed ceremonialis quantum ad temporis determinationem. Fuit autem determinatus eis dies septimus, propter opus creationis, quo adhuc nullum dignius præcesserat. Nobis dies primus, sive octavus, propter mysterium resurrectionis, quo natura condita in melius reparatur¹. Exod.,

¹ Al. : « repetatur. » — ² Al. deest « secundo. »

xx, 8 : *Memento ut diem sabbati sanctifices.* El quantum ad moralia: *custodiens manus.* Psal. xxv, 6 : *Lavabo inter innocentes manus meas.* Secundo, ponit utilitatis universalitatem: *et non dicat;* et primo excludit quorundam, qui videbantur indigni, desperationem, vel propter defectum generis, quia non erant de genere Israel. *Quia adhæret,* servant præcepta ejus. *Separatione, non faciens me participem salutis promisse.* Roman., x, 12 : *Non enim est distinctio Judæi et Græci, nam idem Dominus omnium.* Vel propter defectum virtutis generandi : *Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, impotens ad generandum, sicut lignum aridum ad germinandum.* Prov., xi, 28 : *Justi quasi virens folium germinabunt.* Secundo, ponit promissionem : *Quia hæc dicit Dominus.* Et primo, ipsis specialiter quantum ad eunuchos : *Qui custodierint, quantum ad cultum religionis, elegerint, quantum ad obedientiam legis, tenerint, quantum ad observantiam promissionis abstinendi a malis; muris, habitationem in muris civitatis meæ, nomen melius, quod servi mei et sancti vocabuntur, a filiis, id est quasi multis filios generassent.* Et quantum ad extraneos: *et filios, id est dabo privilegia in quibus Judæi gloriantur, ut colant, quantum ad spiritualem cultum, et diligant, quasi filii, ut sint ei in servos, et glorientur in ipsis dominio.* Et hæc quidem fuerunt impleta in reversione populi de captivitate; secundo, pleniū² in conversione gentium ad fidem Christi, sicut expónit Glossa. Secundo, quantum ad omnes generaliter: *Omnem custodientem sabbatum, ne poluat illud.* Et circa hoc duo facil. Primo enim, ponit promissionem, qua promittit sacri loci restitutionem: *in montem sanctum.* Supra, ii : *Venite, ascendamus ad montem Domini.* Et quantum ad sacrificiorum acceptationem: *holocausta.* Malachi., iii, 4 : *Placebit Deo sacrificium Iuda et Jerusalem.* Secundo, ponit expletione ordinem; et primo, quantum ad templi venerationem: *quia domus mea.* Joan., ii, et Matth., xxi, 13 : *Domus mea domus orationis vocabitur.* Secundo, quantum ad populi congregacionem: *Ait Dominus Deus, Israel: Congregat, gentes ei adhaerentes.* Psal. cxlv, 2: *Adiœscens Jerusalem Dominus dispersiones Israelis congregabit.*

Nota super illo verbo: *et dabo eis nomen*

² Al. : « ad eum Israelem. »

melius, quod sancti habent nomen primo ex prædestinatione. Supra, xlix : *Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Secundo, ex divina adoptione. Iloan., iii, 1 : *Vide te qualem caritatem debet nobis Deus Pater, ut filii Dei nominemur et simus*. Tertio, ex gratia infusione. Apoc., ii, 13 : *Tenes nomen meum, et non negasti fidem meam*. Quarto, ex mentis renovatione. Apoc., ii, 17 : *Vincenti dabo mamma absconditum, et dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit*.

Nota quod nomen Dei est diligendum, primo quia magnum ad timendum. Malach., i, 11 : *Magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus*. Secundo, quia sanctum ad venerandum. Luce, i, 19 : *Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus*. Tertio, quia dulce ad meditandum. Supra, xxvi : *Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime*. Quarto, quia copiosum ad miserandum. Cant., i, 2 : *Oleum effusum nomen tuum*. Quinto, quia efficax ad impetrandum. Joan., xiv, 13 : *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Sexto, quia virtuosum ad salvandum. Act., iv, 12 : *Non est aliud nomen sub caelo, in quo oporteat nos salvos fieri*. Septimo, quia occultum ad sciendum. Prov., xxx, 4 : *Quod est nomen ejus, et quod est nomen filii ejus si nosti?*

Omnis bestie agri venire ad devorandum. Hic communatur contemptibus salutis defectum; et primo designat occisionis pœnam: Omnes bestiae ad devorandum, eorum cadavera; secundo, ponit culpam: et primo prælatorum quantum ad defectum in regime et prævisione¹ periculorum. Speculatores; positi sunt enim prælati ad

cavendum populo a periculis, sicut speculator ab hostibus: nescierunt, pericula prævidere. Matth., xv, 14 : *Sinete illos: ceci sunt et duces eorum*. In correptione vitiorum: universi cones. Latrare, contra vitia. Psal. xxxvii, 14 : *Ego autem tanquam surdus non audicham, et sicut natus non aperiens os sum*. In admonitione agendorum: videntes vanam, proumittentes eis prospera, cum imminenter adversa, et ita in peccatis nutrientes. Ezech., xxii, 28 : *Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento*. In spoliatione rerum: et canes impudentissimi; quasi, sine aliquo pudoris freno subditos bonis suis spoliantes, nunquam satiantur. Psal. lxxx, 7 : *Famem patientur ut canes*. Et quantum ad defectum in scientiae perfectione: *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam, legis et prophetarum*. Prov., i, 3 : *Intelligentia gubernacula possibilis*. Ps. lxxxi, 3 : *Nescierunt neque intellexerunt; in tenebris ambulant*. Secundo, culpam subditorum, vel communiter omnium: et primo, quantum ad propriam voluntatem, quod pertinet ad superbiam: *Omnis in viam declinaverunt*. Jerem., xvi, 42 : *Unusquisque ambulat in pravitate cordis sui malii, ut me non audiat*. Secundo, quantum ad eorum cupiditatem, quod pertinet ad avaritiam: *Unusquisque ad avaritiam suam*. Jer., vi, 13 : *A minore usque ad majorem omnes avaritiae student*. Tertio, quantum ad voluptatem, quod pertinet ad carnis concupiscentiam: *Venite, et erit*; id est, si hodie letamur in talibus, cras multo amplius. Supra, xxii : *Et ecce gaudium et letitia, occidere vitulos et jugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Justus perit, et non est qui recognitet in corde suo; et viri misericordia colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malitiae collectus est justus. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulavit in directione sua. Vos autem accedite huc, illi auguratrix, semen adulterum et fornicatorum. Super quem hisistis, super quem dilatatis os, et ejecistis linguam? Numquid non vos filii scelesti, semeni mendax? Qui consolamini in diis, subter omne lignum frondosum, immolantes parvulos in torrentibus, subter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, haec est sors tua. Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Numquid super his

non indignabor? Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum, et illuc ascendisti, ut immolares hostias. Et post ostium, et retro postem posuisti memoriale tuum: quia juxta me discoperiisti, et suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuum, et pepigisti cum eis fædus. Dilexisti stratum eorum manu aperta, et ornasti te regio unguento, et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, et humiliasti eos usque ad inferos. In multitudine vite tue laborasti, nec dixisti: *Quiescam. Vitam manus tue invenisti: propterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti? Quia mentita es, et mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo*,

¹ Al. : « provisionem. »

quia ego taceo, et quasi non videns; et me oblitus es. Ego annuntiabo justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi. Cum clamaveris, liberetur te congregati tui, et omnes eos auferet ventus, tolleret aura. Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, et possidebit montem sanctum meum. Et dicam: Viam facile, probate iter, declinate de semita, auferre offendicula de via populi mei. Quia haec dicit excelsus et sublimis habitans aeternitatem, et sanctum nomen ejus, in excelso et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, et vivificet cor contritorum. Non enim in sempiternum litigabo, nec

usque ad finem irascar, quia spiritus a facie mea egredietur, efflatus ego faciam. Propter iniquitatem avaritiae ejus iratus sum, et percussi eum. Abscondi a te faciem meam, et indignatus sum. Et abiit vagus in via cordis sui. Vias ejus vidi, et saevi eum, et reduxi eum, et reddidi consolations ipsi, et lugentibus ejus. Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, et qui prope, dixit Dominus, et sanavi eum. Impli autem quasi mare servens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculationem et lutum. Non est pax implois, dicit Dominus Deus.

Hic ostendit diversitatem obedientium divinis consiliis ab illis qui non obediunt, quantum ad evasionem periculorum; et primo, assignat diversitatem; secundo, ponit utriusque partis confirmationem, ibi: *Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram.* Circa primum duo. Primo, promittit justis a periculis quietem; secundo, auferet impiis evasionis spem, ibi: *Vos autem accedite huc, filii auguratrixis.* Circa primum duo facit. Primo, ponit justorum tribulationem, quia sine aliqua reputatione occiduntur: *colliguntur, a praesenti vita, et a terra sua captivi, ac si non essent justi, a facie malitiae, id est a praesentia malorum.* Habacuc, i, 43: *Quare respicias contemptores*, et taces conculcante** impio justiorem se?* Vel a facie malitiae, id est ne in malitia mutarentur. Sapient., iv, 11: *Raptus est, ne malitia immutaret cor ejus.* Secundo, promittit eis quietem: *Veniet pace in cubili, id est, in domo sua securus erit, vel quiete cordis sui.* Job, v, 24: *Scies quoniam* pacem habeat habitaculum tuum. Vos autem accedite huc, filii auguratrixis.* Hie auferet injustis evasionis spem; et primo, arguit ipsorum culpam; secundo, auferet evasionis fiduciam, ibi: *Ego autem annuntiabo justitiam tuam.* Circa primum duo. Primo, arguit peccati perversitatem; secundo, in peccato obstinationem, ibi: *In multitudine vie tue laborasti.* Circa primum duo. Primo, arguit in eis blasphemiam, ponens peccati consuetudinem, inquantum in hoc patres suos imitabantur¹: *filii auguratrixis, qua contra meum praeceptum auguriis intendebat, adulterio, inquantum, me derelici, adhaerebat alienis.* Osee., n, 2: *Judicate matrem vestram, judicate.* Ponens etiam peccati speciem: *Super quem lusisti?* quasi dicat super Deum, blasphemantes ipsum. Secundo, arguit in eis idolatriam;

et primo, ponit consuetudinem: *Nunquid non filii sclesti?* Supra, i: *Vt genti peccatrixi, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis.* Secundo, ponit peccati speciem: *qui consolamini.* Aggravat autem in eis peccatum idolatria ex tribus. Primo, ex locorum diversitate; secundo, ex divini federis violatione, quia *juxta me;* tertio, ex peccandi aviditate: *dilexisti stratum.* Diversitas autem locorum in quibus sacrificabant, ostenditur tripliciter. Primo, quantum ad loca amorna; secundo, quantum ad loca sublimia: *super montem;* tertio, quantum ad loca familiaria: *et post ostium.* Circa primum quatuor. Primo, describit locorum amenitatem, vel ex umbbris arborum: *qui consolamini.* Jer., ii, 20: *Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix; vel ex ubertate aquarum: immolantes parvulos in torrentibus, id est filios tuos.* Ezech., xvi, 20: *Tulisti filios tuos et filias tuas quas generasti mihi, et immolasti eis ad devorandum.* Secundo, peccati dilectionem: *in partibus torrentis pars tua, quasi dicat: Iloc sortem tuam reputasti.* Sap., ii, 9: *Ubique relinquamus signa letitiae nostrae: quoniam hoc est pars nostra, et hoc est sors nostra.* Tertio, sacrificii oblationem: *et ipsis effundisti libamen, quantum ad humida; sacrificium, quantum ad secca.* Supra, i: *Confundimini ab idolis vestris.* Justam Dei indignationem: *Nunquid super his non indignabor?* Jerem., v, 29: *Nunquid non super his visitabo? dicit Dominus.* Super montem. Hie ponit loca sublimia, in quibus immolabant. *Cubile:* loquitur ad similitudinem meretricis, qua se amatoribus prostituit. IV Reg., xvii, 10: *Fecerunt sibi statuas, et fornicati sunt in eis. Et post ostium, et retro postem posuisti memoriale tuum.* Hie designat loca familiaria, quia juxta introitum domorum idola ponebant,

* Non visitabo.

¹ Al.: « imitantur. »

• Zeli.

ut in magna memoria haberent, Ezech., viii, 3 : *Addu. cit me in Jerusalem in visione iuxta ostium interius, quod respiebat ad aquilonem, ubi erat statutum idolum colli* ad provocandum simulationem. *Quis iuxta me discoperiisti, et suscepisti adulterum.* Hic aggravat peccatum ex divini foderis violatione, quo Deo quasi sponsa conjuncta erat : et sibi loquitur sub similitudine viri cuius mulier adulterum suscepit, et cum eo facit pactum de contrahendo, dimisso viro, in quo significatur quod in templo idola coluit. Ezech., xvi, 32 : *Facta es quasi mulier adultera, que super virum suum inducit alienos. Dilexisti stratum eorum manu aperta.* Hic aggravat peccatum ex peccanti sollicitudine : et primo, quantum ad pronitatem peccandi : *manu aperta*¹, id est sine aliquo impedimento. Jer., iii, 3 : *Frons meretricis factu rist ei, noluit erubescere.* Secundo, quantum ad studium placendi, quia ornabat se : *et ornasti te, id est thymiana meum proponebas in eorum cultum.* Prov., vii, 17 : *Apersi cubile meum myrra, et aloë, et cinnamomo.* Tertio, quantum ad sollicitudinem invitandi : *misisti legatos*, quia etiam a longinquis terris diversa idola congregabat; et sic *humiliata es usque ad inferos*, id est usque ad profundum peccatorum. Ezech., xxiii, 5 : *Insanibil in amatores suos. In multitudine vite tua laborasti.* Hic ostendit in peccatis obstinationem. Primo, quia non revocabantur peccati labore : *in multitudine*, id est in multiplici cultu idolorum. Sap., v, 7 : *Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis.* Secundo, quia non revocabantur temporali prosperitate. *Vitum manus tuae invenisti*, id est, ad manum habebas unde posses vivere; et ideo *non rogasti me, sed sollicita*, pro divitiis² tuis, idola timuisti, mei oblitera. Job, xxi, 13 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Tertio, quia non es revocata divina expectatione : *Et mei non es recordatus.* Tacens, dissimulans, expectans te ad misericordiam. Sap., xi, 24 : *Dissimulans peccata hominum propter paenitentiam.* Supra, xli : *Tacui, semper silui, patiens fui. Ego autem annuntiabo justitiam tuam, quam faris, vel quam suscipere debes; opera, idola. Congregati, ex diversis gentibus.* Deut., xxxxi, 38 : *Surgant, et opitulentur vobis, et in necessitate vos protegant. Qui*

autem fiduciam habet mei, habitabit terram. Hic confirmat diversitatem; et primo, quantum ad justos; secundo, quantum ad injustos : *impiorum autem quasi mare servens.* Evasionem autem bonorum a periculis confirmat ex tribus. Primo, ex divina mansuetudine, promittens evasionem quantum ad patriae restitutionem. Qui confidunt in idolis, opera eorum non produrunt eis. *Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, promissionis.* Ps. xxxvi, 11 : *Monsueti autem hereditabunt terram.* Et quantum ad via expeditionem : *et dicam, scilicet principibus Medorum : Viam facite, liberando, prebeite, dando licentiam repatriandi, declinate, ut nos non impeditatis, auferete, ut nec alii.* Jerem., L, 26 : *Tollite de via lapides. Et in sancto habitans.* Ps. xxi, 4 : *Tu autem in sancto habitat laus Israel.* Et quantum ad divinam pietatem : *Et cum contrito et humili spiritu.* Psalm. L, 19 : *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies.* Et³ assignat rationem, ex culpe purgatione pronittens remissionem : *Non enim in sempiternum litigando.* Psalm. cu, 9 : *Non in perpetuum irascetur, neque in æternum communiciabitur.* Et subjungit rationem, ponens expletam in puniendo justitiam : *propter iniquitatem. Abscondi, ut non adjuvarem.* *Abiit vagus, quasi ovis sine pastore.* Job, n : *Nunquid timens arguit te, et veniet tecum in judicium, et non propter malitiam tuum plurimum, et infinitus iniquitates tuas?* Promittens in salvando misericordiam : *vias ejus vidi, oculo misericordiae, ipsi, quantum ad principes, lugentibus, quantum ad Iudeos, aut quantum ad advenas adjutores; vel quantum ad terram et habitatores.* Psalm. cu, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Tertio, confirmat ex prophetarum prænuntiatione : *creavi, quasi ex nihilo eos restituimus, labiorum, prophetarum qui haec prædixerunt, qui longe, in captivitate dispersi sunt.* Ephes., ii, 17 : *Et veniens evangelizavit pacem his qui prope, et his qui longe. Impiorum autem quasi mare servens.* Hic confirmat quod dixerat de malis per quandam similitudinem, et primo ponit ipsam. *Ferveens, id est semper fluctuans, redundat, ad littus ubi lutum faciunt, et conculeantur.* Et concludit propositum : *Non est pax impiorum, ut scilicet salventur.*

¹ Al. : « apta. » — ² Al. : « divinis. » — ³ Al. : « sed. »

Nota super illo verbo : *Justus perit, et non est qui recognitet*, quia in passione Christi homo debet recognoscere primo dilectionem, ad reamandum. Can., viii, 6 : *Pone me ut signaculum super cor tuum*. Secundo, amaritudinem, ad compatiendum. Thren., iii, 19 : *Recordare paupertatis et transgressionis mee, absynthii et fellis*. Tertio, fortitudinem, ad

fortiter patiendum. Hebr., xi, 3 : *Recognoscite eum qui talem pro vobis sustinuit a persecutoribus adversus semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes*. Quarto, utilitatem, ad gratias agendum. Can., viii, 8 : *Ascendam in palmarum, et accipiam fructus ejus*.

*Apprehendam.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Clama, ne cesses ; quasi tuba exalta vocem tuum, et annuntia populo meo scelera eorum, et domini Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, et scire vias meas volunt, quasi gens qua justitiam fecerit et iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia justitiae, et appropinquare Deo volunt. Quare jejunavimus, et non aspergisti ; humiliavimus animas nostras, et nescisti ? Ecce in die jejunii vestri inventur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repellitis. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percutitis pugno impie. Nolite jejuna sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est jejuniu[m] quod elegit per diem affligere hominem animam suam ? Numquid quasi contorque quasi circulum caput suum, et saccum et cincrum sternere ? Numquid istud vocabis jejuniu[m], et diem acceptabilium Domino ? Nonne hoc est magis jejuniu[m] quod elegit ? Dissolve colligationes inpietatis, solve fascinos depremitos. Dimittite eos qui confacti sunt liberos, et omne onus disrupite. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in dominum tuum ; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despiceris. Tunc erumpet

quasi manu lunam tuum, et sanitas tua citius orietur. Et anteib[us] faciem tuam justitia tua, et gloria Dominus colligit te. Tunc invocabis, et Dominus absuleris de medi tui catenam, et desieris extenderi digitum, et loqui quod non prodest, cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris : orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, et impletib[us] splendoribus animam tuam, et osca liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficit aqua. Et edificabuntur in te deserta saeculorum, fundamenta generationis et generationis suscitabis. Et vocaberis aedificator sepium, avertens semitas in quietem. Si averteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris sabbatum deliciatum, et sanctuum Domini gloriosum, et glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, et non inventur voluntas tua, ut loqueris sermonem, tunc delectaberis super Dominum, et sustollam te super altitudines terrae, et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

Hic excludit inutile remedium, quo se preparare ad salutem volebant ; et primo, indicit denuntiationis officium, ponens denuntiandi modum, ut alte et¹ sine timore deprimente : clama. Supra, xi : *Exalte in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Sizn.* Ut continue : ne cesses. Infra, lxii : *Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes ; tota die et nocte non tacebunt*. Ut clare et aperle : quasi tuba. Osea, viii, 1 : *In gutture tuo sit tuba*. Et denuntiationis verbum : annuntia scelera, quantum ad majora ; peccata, quantum ad communia. Supra, xvi : *His qui latentur super muros cocti latriss, loquimini plagas suas*. Secundo, propheta excludit in persona Domini inutile remedium : me etenim de die in diem querunt, et circa hoc duo facit. Primo, excludit remedium in quo confidebant ; secundo, horitur ad ea in quibus desiriebant, ibi : nonne hoc est magis jejuniu[m] quod elegit ? Circa primum duo. Primo, ostendit confidentiae eorum

præsumptionem quantum ad tria in quibus confidebant, scilicet in sacrae scientiae inquisitione : me etenim querunt, in Scripturis, vias ; præcepta et voluntates meas, quasi gens, id est ac si essent parati ad faciendum. Iterum in oratione : Rogant me iudicia, id est ut judicem pro eis contra adversarios, appropinquare, ore. Supra, xxix : *Appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me*. Iterum confidebant in jejuniiorum observatione : *Quare jejunavimus, et non asperisti, quasi gratum ; humiliavimus, quantum ad circumstantia jejuniuum, exteriori humiliatione, et nescisti, scientia approbationis*? Malach., iii, 14 : *Vanis est qui servit Deo ; et quod emolumenatum, quia custodivimus praesenta ejus*? Secundo, ostendit honorum dictorum reprobationem ; et primo, reprobationis causam, quæ est culpa voluptatis : *Ecce in die jejunii vestri inventur voluntas vestra, in his quæ carni placent*. Eccli., xviii, 30 :

¹ Al. doost & et. »

*Post concupiscentias tuas non eas. Item culpa crudelitatis : et omnes debitores vestros repetitis : ad litteram, ut diu possent insistere causis agendis, vel ad ejus consequentium. Item¹ culpa vanitatis : *Nolite jejunare ut audiatur*, propter laudem hominum. Matth., vi, 6 : *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora patrem tuum. Vel ut audiatur*, id est si vultis quod oratio vestra a Deo exaudiatur. Ps. ci, 2 : *Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat*. Secundo, ostendit bonorum ius sufficientiam : *Nunquid tale est jejuniu[m] quod elegi?* quia Deus non elegit per se prenam vestram, neque ad afflictionem carnis, quod tangit in hoc quod dicit : *Per diem, totam, affligere*. Neque quantum ad abjectionem exterioris humilitatis, quod tangit in hoc quod dicit : *quasi circulum; scilicet caput ad pedes inclinare, vel circumducere sicut monachi faciunt, non in quantum ordinatur ad virtutem mentis*. Matth., vi, 16 : *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes*. Joel, ii, 13 : *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. Nonne hoc est magis jejuniu[m] quod elegi?* Ille adhibet utile consilium : et primo, quantum ad studium pietatis in proximum; secundo, quantum ad cultum religionis in Deum, ibi, si averteris a sabbato pedem tuum. Circa primum duo facit. Primo, ponit pietatis consilium, ut cedant calumni : *Colligat[iones], falsas causas, quibus astute pauperes obligabant sicut usurarii, fasciculos, idem, deprimentes, quantum ad poenas ad quas obligabant. Qui confacti, longa servitute, onus, servitutis*. Matth., xxii, 4 : *Alligant onera gravia et importabilia; digitu autem suo nolunt ea movere*. Et ut intendant misericordiae, exhortans ad misericordiam quantum ad famelicos, frange; id est si modicu[m] habeas; quantum ad vagos, et egenos; quantum ad nudos, cum videris nudum. Et ponit exhortationis causam, et carnem, quia scilicet est ejusdem speciei tecum. Job, v, 24 : *Visitans speciem tuam non peccabis*. Secundo, ostendit consilii fructum : et erumpet. Et primo, quantum ad efficaciam meritorum. Tum quantum ad opera virtutum : *quasi mare lumen tuum, scilicet merita tua clare patebunt in primis, quae modo a Domino non aspecta conquereris. Colliget, de captivitate, vel in misericordiae**

protectione. Psal. xxxvi, 6 : *Educat quasi lumen justitiam tuam, et judicium tuum tanquam meridiem*. Tum quantum ad suffragia, tunc invocabis. Supra, xxx : *Ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi*. Secundo, quantum ad consecutionem honorum; et primo resumit ineritum : *Si abstuleris catenam, qua pauperes opprimis, digitum extendere, detrahendo et comminando; cum effuderis, per compassionem, repleveris, per necessariorum subventionem*. Secundo, promittit primum : *orientur in tenebris lux tua, id est adversitas in lucem prosperitatis, ignorantia in lucem scientiae mutabuntur, quantum ad spiritualia*. *Et requiem, quantum ad mala temporalia*. Multiplicationem vero honorum interiorum spiritualium : *implebit splendoribus, et osca tua, quantum ad corporalia*. Et honorum exteriorum : *Et eris quasi hortus, propter prosperitatem vel omnium honorum insufficientiam*. Num., xxiv, 5 : *Quan pulchra tabernacula tua, Jacob!* Secundo, quantum ad patriæ reædificationem : *et ædificabuntur, post redditum de captivitate, deserta seculorum, id est civitates, scilicet deserta in pristinis sæculis, suscitabis, superædificando antiquis fundamentis*. Supra, xliv : *Qui dico Jerusalem, habitaberis; et civitatibus Iudeæ, ædificabimini*. Tertio, quantum ad famæ restitutionem : *Et vocaberis ædificator sepium, id est imponentorum peccati, in quietem, vel in gentem, semitas, scilicet peccati, in quietem convertens*. Osee, ii, 6 : *Sepiam vias tuas spinis. Si averteris a sabbato pedem tuum*. Ille ponit consilium quantum ad cultum religionis in observatione sabbati; et primo, ponit consilium, *pedem, ne opera prohibita facias. Vocaberis sabbatum, id est celebrans hujusmodi sabbatum, quantum ad exercitium honorum operum*. Exod., xx, 8 : *Memento ut diem sabbati sanctifices. Alia littera habet vocaveris, et est sensus idem*. Secundo, ponit fructum : *Tunc delectaberis, quantum ad bona spiritualia; sustollam, reducendo in terram tuam, qua: montuosa est; cibabo, quantum ad frumentum bonorum terra*. Job, xxv, 26 : *Tunc super Omnipotentem deliciis afflues*.

Nota super illo verbo, *quasi tuba exalta*, quia prædicatio est tuba, primo quia excitat

¹ AL. : « et cum. »

ad vitæ statum. I Corinth., xv, 32 : *Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti.* Secundo, quia hortatur ad bellum. I Corinth., xiv, 8 : *Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?* Tertio, quia nuntiat viri incessum. Supra, xxvii : *Clangetur in tubis.* Quarto, quia vocat ad consilium. Osee, viii, 1 : *In gutture tuo sit tuba.* Quinto, quia invitat ad festum. Psal. lxxx, 4 : *Bucinate in neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestre.*

Item nota super illo, si abstuleris de medio tui calenam, quia est multiplex ca-

tena. Primo, pietatis. Ephes., ult., 20 : *Pro quo legatione fungor in catena ista.* Secundo, iniquitatis. Sap., xvii, 17 : *Una enim tenebrarum catena omnes erant colligati.* Tertio, paupertatis. Job, xxxvi, 13 : *Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.* Morietur in tempestate anima eorum, et vita eorum inter effeminas. Quarto, servitutis. Jer., xxviii, 13 : *Catenas lignae contrivisti, et facies pro eis catenas ferreas.* Quinto, carceris. Eccl., iv, 14 : *De carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Ecce non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus ut non exaudiatur; sed iniquitates vestre divisierunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis, non exaudiuntur. Manus enim vestra polluta sunt sanguine et digitis vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium, et lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui invocet iustitiam, neque est qui judicet vere; sed confidunt in nihil, et loquuntur vanitatem. Conceperunt laborem, et peperunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt, et telas araneas texuerunt. Qui considererit de ovis eorum morietur, et quod confotum est erumpet in regulum. Tele cornua non erunt in vestimentum, neque operentur operibus suis. Opera eorum opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem innocentes. Cogitationes cornua cogitationes iniustie. Vastitas et contrito in viis eorum. Vian pacis nescierunt, et non est iudicium in gressibus eorum. Semita eorum incurvata sunt eis; omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudicium a nobis; et non apprehendit nos iustitia. Expectavimus lucem, et ecce tenebrae; splendorum et in tenebris ambulavimus. Palpavimus sicut caci parem, et quasi absque oculis attractavimus: impiegavimus meritis quasi in tenebris, et in caliginosis quasi mortui. Ruggimus quasi ursi omnes, et quasi columbae meditantes gememus. Expectavimus iudicium, et non est; salutem, et

elongata est a nobis. Multiplicatae sunt enim iniquitates nostre coram Ie, et peccata nostra responderunt nobis. Quia sclera nostra nobiscum, iniquitates nostras cognovimus, peccare et mentiri contra Dominum: et aversi sumus non iremus post tergum Dei nostri, ut loquerearum calumniam et transgressionem. Concepimus, et locuti sumus de corde verba mendaciae. Et conversus est retrorsum iudicium, et iustitia longe stetit. Quia corruit in platea veritas, et sequitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in oblivione, et qui recessit a malo, prede patiuit. Et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis ejus, quia non est iudicium. Et vidit Deus quia non est vir, et aporitus est, quia non est qui occurrit. Et salvavit sibi brachium sum, et iustitia ejus ipsa confirmavit eum. Indutus est iustitia in lorica, et galea salutis in capite ejus. Indutus est vestimenta uitiosis, et opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictam, quasi ad retribucionem indignationis hostius suis, et vicissitudinem inimicis suis. Insuls vicem reddet. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini, et qui ab ortu solis, gloriam ejus. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit, et venerit Sion redemptor, et eis qui redirent ab iniquitate in Jacob. dicit Dominus. Hoc fecidit menem cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus qui est in te, et verba mea quae posui in ore tuo non recedent de ore tuo et de ore semini tui, dicit Dominus, amodo, et usque in sempiternum.

Hic ponit præparationem ad salutem percipiendam ex parte ipsius salvantis; et primo, ponit salutis necessitatem; secundo, præparationem, ibi : *Et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis ejus.* Circa primum duo. Primo, in persona Domini necessitatem salutis ostendit, miseriam populi ostendens; in secunda, respondet populus miseriam suam recognoscens, ibi : *propter hoc elongatum est iudicium a nobis.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit miseriae causam; secundo, ipsam miseriam, ibi : *Vastitas et contrito in viis eorum.* Circa primum duo. Primo, excludit causam

falsam, vel ex defectu virtutis Dei, vel ex defectu cognitionis ipsius, quia præceps non audiret : *Neque aggravata est auris ejus.* Supra, 1 : *Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea ut non possim redire;* aut non est in me virtus ad liberandum? Secundo, astruit causam veram, scilicet ipsorum culpam. Primo, tangens ipsam in generali : *Sed iniquitates, quantum ad majora, divisorunt, quasi murus,* vel nubes interposita, peccata, quantum ad communia. Dent., xxxi, 17 : *Ait: abscondam faciem meam ab eis.* Secundo, prosequitur in speciali : *Manus enim vestra, et tangit*

specialiter peccata in proximum; peccata enim in deum tetigerat supra lxxv, et peccata in seipsum supra lxi. Tangit autem primo injustitiam¹ per quam alios opprimebant, quantum ad operationem. *Manus vestra sanguine : innocentium*, quos occidistis, *digiti*, quantum ad minores injurias, vel quantum ad diligentiam operationis. Supra, i : *Manus enim vestre sanguine plena sunt*. Quantum ad locutionem: *Labia vestra locuta iniquitatem*, ut addatur justitiae deformitas. Job, vi, 30 : *Non invenietis in lingua mea iniquitatem*. Et quantum ad justitiae omissionem: *Non est qui judicet*², quantum ad pralatos, quorum est judicare. Jer., v, 1 : *Quarite in plateis ejus an inveniatis virum facientem judicium*. Secundo, tangit astutiam per quam deciebant: et primo, tangit ipsam, inquantum per astutiam intendebant sui promotionem: *Sed confidunt in nihilo*, in vanis consiliis, vel in idolis, et loquuntur, vanitatem cordis verbis exprimentes. Amos, vi, 14 : *Qui latamini in nihilo*. Et inquantum per ipsam intendebant aliorum oppressionem: *Concepunt laborem*, id est cum labore³ excoigitaverunt vias nocendi, vel alii laborem induixerunt⁴; *pepererunt*, expletione operis. Psalm. vu, 15 : *Concepit dolorem, et peperit iniquitatem*. Secundo, adaptat quamdam metaphoram; et primo, ponit ipsam quantum ad ipsam astutiam. Et quantum ad aliorum depressionem: *ova aspidum*, id est consilia venenosa ruperunt, in publico, opera scilicet producentes. Deut., xxxii, 33 : *Fel draconum, vinum eorum, et venenum aspidum insanabile*. Et quantum ad suam promotionem: *et telas*, id est cogitationes inutiles ad sui promotionem. Osea, viii, 6: *Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariae*. Ponit iterum metaphoram quantum ad effectum astutiae, quantum ad primum: *Qui comedenter, consentiens factis, de oris, consiliis, confotum*, diu preparatum sollicite, *in regulum*, quasi a longinquis etiam interficiet quodammodo volantem. Et quantum ad secundum: *telæ eorum*, id est sicut tela aranearum non valent ad vestimentum, ita eorum consilia ad nihil valent eis, nisi promoveantur. Supra, xix: *Confundent qui operabantur linum, plectentes, et lexentes*

¹ Al. : « *justitiam*. » — ² Al. : « *intocet*. » — ³ Al. : « *id est Ita laborare*. » — ⁴ Al. : « *inducendum*. » — ⁵ Al. : « *Confundantur qui operantur linum, plecten-*

*subtilia*⁵. Secundo, exponit; et primo, quantum ad operationem: *Opera eorum inutilia*, quantum ad miam partem, *opus iniquitatis*, quantum ad aliam. Supra, lxxv : *Opera eorum non proderunt eis*. Secundo, quantum ad cogitationes: *Pedes eorum*, id est affectiones quantum ad unam partem. Prov., i, 16 : *Pedes eorum ad malum currunt : cogitationes*, quantum ad aliam. Michæa, ii, 1 : *Vx qui cogitatis inutile*. *Vastitas et contrito in viis eorum*. Ille ostendit eis eorum miseriariam; et primo, ponit miseriae magnitudinem: *vastitas*, quantum ad damnum rerum, et *contrito*, quantum ad damnum personarum, *in viis eorum*, id est pro viis malis suis ab hostibus imminet eis. Secundo, miseriae aequitatem, ut scilicet talia patiantur qualia aliis faciunt: *viam pacis*, qua alios in pace ponent; *non est judicium*, rectum, et ideo *semitez eorum*, id est ea que cogitaverunt, *incurvate*, id est curvae eis factæ sunt, quia quod alii preparabant, ipsi patientur. *Omnis qui calcat*, prosequendo, *ignorat*, scientia experimenti. Psal. xiii, 3 : *Contrito et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt*. *Propter hoc elongatum est*. Ille populus constitutus; et primo, constitutur miseria quantum ad hostium opprimentium injustitiam: *Elongatum est judicium*, quia Deus non iudicat nos de nostris adversariis; contrarium supra, xlvi : *Prope feci justitium meum*. Quantum ad tribulationem angustiam, sub metaphora tenebrarum ponens ipsam tribulationis obscuritatem. *Expectavimus lucem*, divinam consolationem, *tenebrae*, tribulationis. Et consiliorum difficultatem, *palpavimus*, quasi nescientes quid facere. Supra, xlvi : *Quis cæcus nisi servus meus?* Et periculorum lesionem: *impeditus meridie*, in⁶ his in quibus erat clara via ad evadendum, in *caliginosis*, in *dubiis*. Job, v, 44 : *Per diem incurvant tenebras*. Constitutur etiam miseria quantum ad cordis tristitiam: *Rugiemus quasi ursi*, propter crudelitatem, quasi columbae, propter lasciviam. Nahum, ii, 7 : *Gementes ut columbe*. Et quantum ad salutis absentiam: *Expectavimus judicium*, pro nobis. Secundo, constitutur culpam; et primo, culpæ manifestationem quantum ad Deum: *Multiplicate coram te*, in evi-

tes, et lexentes, qui operantur subtilia. » — ⁶ Al. : « *et*. » — ⁷ Al. : « *miseria*. »

dentia tua. Hebr., iv, 13 : *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus. Et quantum ad ipsum : Et peccata nostra responderunt in paenit, nobiscum, quia non satisfecimus, nec correxi mus. Secundo, peccatorem diversitatem contra Deum : peccare, opere, mentiri, locutione, aversi, omissione. Et contra proximum locutione : ut loqueremur calumniam, contra proximum. Et contra legem. Transgressionem. Matth., xv, 49 : De corde exerunt cogitationes male. Et quantum ad operationem : *Conversum est retrorsus iudicium, Dei ad salvandum nos. In platea, in publico injusticias faciebant. Qui recessit : non enim solum faciebant mala, sed nolentes facere depradabantur. Sap., ii, 12 : Circumveniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris. Et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis ejus. Ille ponit salutis præparationem ex parte salvantis ; et primo, ponit præparationis ordinem¹ loquens de Deo secundum humanum modum, ponens ipsius compassionem : *Et vidit Dominus, oculo misericordiae, iudicium, alicuius salvantis. Vir, salvans Iudeos, aporiatus, contristatus vel angustiatus. Ponens etiam armorum assumptionem : Et salvabit sibi brachium, id est virtus, ut nihil contra papiatur, vel populum ad cultum suum : justitiae confirmavit, ut ultionem constanter execuat. Indutus est justitia : sicut enim miles confirmatur armis, ita opus suum confirmatur justitia, et proposito salvandi. Sap., v, 19 : Induct pro thorace justitium. Ponens etiam vindictas executionem : insulsi, diversis gentibus, vicem, pro malis quæ Judæis fecerunt. Dau., vi, 26 : Timeant et paveant omnes Deum Danielis. Secundo, ponit salvationis vel ultio nis ministrum². Cum venerit quasi fluvius, propter magnitudinem virtutis et fortitudinis, vel Christus minister. Psal. xl,v, 5 : *Fluminis impetus letat civitatem Dei. Tertio, firmitatis pactum : Hoc fædus meum,****

spiritus prophetæ. Seminis *tui*, quantum ad alios prophetas et apostolos in quibus ejus spiritus, quasi hereditas per successionem seminius vadens, Joel, ii, 28 : *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filie vestre.* Spiritum meum.

Nota super illo verbo : *Iniquitates vestræ divisorunt inter vos et Deum*, quia peccatum dividit primo a proximo per dissensionem. Luc., xi, 17 : *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Secundo, a scipso per contrariam affectionem. Osee, x, 2 : Divisum est cor eorum, nunc interibunt. Tertio, a Deo per aversionem. Jerem., ii, 13 : Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas. Quarto, a sanctorum collegio per dissimilitudinem. Supra, lvi : Separatione dividet me Dominus a populo suo.*

Nota super illo verbo : *Semita eorum incurvata, quod est curvitas primo culpæ. Supra, ii : Incurvare, ut transeamus. Secundo, miseriæ. Ps. xxxvii, 7 : Miser factus sum ego, et³ incurvatus sum. Tertio, tristitia. Baruch, ii, 48 : Anima qua est tristis super magnitudinem mali, et incedit curva. Quarto, fraudulentia, Eccli., xii, 11 : Si humiliatus⁴ vadal curvus, adjice animum tuum, et custodi te ab illo. Quinto, justitiae. Job, ix, 13 : Deus cui resistere nemo potest, sub quo curvantur qui portant orbem.* Curva tis.

Nota super illo verbo : *Quasi fluvius violentus, quod Christus est fluvius violentus primo propter aquarum multitudinem. Psalm. lxiv, 10 : Flumen Dei repletum est aquis. Secundo, propter amoris fervorem. Daniel., vii, 40 : Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus. Tertio, propter cursus velocitatem. Psal. xlv, 5 : Fluminis impetus letat civitatem Dei. Quarto, propter originis altitudinem. Apoc., xxii, 1 : Ostendit mihi fluvium aquæ vivæ splendidum tanquam chrystillum, procedentem de sede Dei et Agni.*

CAPUT SEXAGESIMUM.

Surgo, illuminaro, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenetis operient terram, et caligo populos : super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te vidobitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu ocul-

los tuos, et vide omnes isti congregati sunt, venerant tibi. Filii tui de longe venerunt, et filii tui de latere surgerunt. Tunc videbis efluentes, et mirabili tur, et dilatabitur cor tuum, quando conversus fuerit ad te multitudine maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii

¹ Al. : a diem. » — ² Al. : « mysterium. » — ³ Al.

deest « sl. »

Median et Ephra : omnes de Saba venient, aurum et thys deferentes, et ludente domino amittantates. Omne peccatum datur congregantibus tibi, inuenies Nubioth ministrambus tibi. Offertur super pacem calix alteri meo, et dominum, impensis meis glorificabo. Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbae ad festebras suas? Me cum insulae expectant, et nubes maris in principio, ut adducant filios tuos de longe. Argentum eorum et aurum eorum enim eis, nomini domini dei tui, et sancto Israhel, quia glorificavit te. Et edilellabunt filii peregrinorum nubes tuos, et reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussi te, et in reconciliatione mea misericordia sum tu. Et aperientur portae tue justitiae, die ac nocte non claudentur, ut alleretur ad te fortitudine gentium, et reges eorum adducantur. Genes enim et regnum quod non servieritis tibi, peribit, et gentes solitudine vastabuntur. Gloria Libani ad te veniet, abies et luxus et pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae; locum pedum meorum glorificabit. Et veniam ad te cervi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabant vestigia pedum tuorum omnes qui detrahabant tibi, et vocabunt te civitatem domini,

Ilie ponit salutis promissionem; et primo, quantum ad prosperitatem; secundo, quantum ad jucunditatem, cap. lxi : *Spiritus Domini super me;* tertio, quantum ad gloriae honorem, cap. lxu : *Propter Sion non tacebo.* Circa primum duo. Primo, ponit consolationem in generali sub metaphora luminis, ponens ipsius luminis ortum : *Surge, de pristina miseria, illuminare, id est lumine consolationis ejus resplende. Gloria Domini, beneficia in quibus appareat gloriatus.* Baruch, iv, 2 : *Ambula per viam ad splendorem ejus contra lumine ejus. Vel Jerusalem, Ecclesia; lunam, Dei Filius.* Ponens discretionem in percipiendo lumine iudicium : *Quia ecce tenebrae, tribulationis populos, Babylonis, et alios hostes; super te autem orietur, quasi sol illuminans te.* Sap., xvii, 20 : *Solis illis superposita erat gravis nox, et imago tenebrarum. Vel tenebrae, infidelitatis et peccatorum, populos, infideles. Orietur, quasi sol justitiae; vel ad litteram, ejus gloria, miracula ejus.* Ponit etiam luminis effectum : *Et ambulabunt gentes, ad cognitionem et devotionem Dei, videntes beneficia tibi a Deo data, in splendore ortus tui, quasi oriens, rutilans sicut stella.* Vel in lumine, id est in fide Christi. Secundo, exequitur consolationem per partes; et primo, promittit multiplicem prosperitatem; secundo, justitiam observationem, ibi : *Et ponam visitationem tuam pacem.* Circa primum duo. Primo, ponit prosperitatis statum; secundo, restitutionis modum, quo scilicet in prosperitatem restaurabuntur,

Sicut Sancti Israel. Pro eo quod fuisti derelicta et odio habita, et non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sacrorum, gaudium in generationem, et generationem. Et sages lac gentium, et manuilla regna facientes. Et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis Jacob. Pro vere alterum mirum, et pro ferio alterum argentum, et pro lignis tes, et pro lapidibus ferrum. Et ponam visitationem tuam pacem, et prepositos tuos justificationem. Non audierit ultra iniqualitas in terra tua, vastitas et contraria in terranis tuis; et occupant salus muros tuos, et portas tuas landato. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor luce illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempernam, et Deus tuus in gloriam. Non occidet ultra sol tuus, et lumen tua non minuitur: quia Dominus erit tibi in lucem sempernam, et complebitur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum haeretabunt terram, gerentes plantationis meae, opus manus meae ad glorificandum. Minimus erit in mille, et parvulus in genere fortissimus. Ego Dominus in tempore ejus subito faciam istud.

ibi : *Qui sunt isti qui ut nubes volant?* Circa primum tria. Primo, promittit prosperitatem quantum ad congregationem filiorum, qui primo in diversas partes pro captivitate dispersi erant. *Leva in circuitu ... de latere, de regionibus propinquis, lateribus. Baruch, v, 5 : Surge Jerusalem, et sta in excelso, et circumspice ad orientem, et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem.* Vel referendum est ad congregationem diversarum gentium sub unitate Ecclesie. *Filiis, in fide fortiores, filia, debiliores, de latere, Christi in cruce aperto, unde sacramenta salutis emanaverunt. Vel lac surgent, rudioris doctrinae.* Secundo, quantum ad servitium populorum : *Tunc videbis quando conversa, serviens tibi in mercimoniis, multitudine maris, scilicet negotiatores maris, fortitudo, reges et principes, tibi pacem ministrantes, et munera.* Vel de conversione gentium ad Ecclesiam. Job, xxii, 26 : *Tunc super Omnipotentem deliciis affiles.* Tertio, quantum ad copiam divitarum; et primo, quantum ad mercimonias ponens jumenta : *mundatio, id est abundantia ad similitudinem inundantis aquae, camelorum, quibus mercimonia cerebantur; in quibus mystice divites ad fidem conversi, qui onus divitarum projecterunt, et gibbum peccati : dromedarii*, animal camelo minus, sed velocius; in quo gentes ad fidem velociter converse : Median et Ephra, regiones ultra mare talibus abundantes. Ponit etiam pretiosa mercimonia : *omnes de Saba, civitas in extremis**

* Al. : « tribulationes. » — * Al. : « qui per onus

divitarum, et gibbum peccati » *dromedarii*, etc.

Aethiopiarum. Quod etiam impletum est tempore Christi : Matth., ii. Psal. lxxi, 40 : *Reges Tharsis et insulae munera offerent, reges Abraham et Saba dona adulcent.* Secundo, quantum ad munda animalia, secundum quod cedebant in usum ciborum : *onne pecus Cedar, filius Ismaelis,* unde terra nomen habet, pecoribus abundans, *Nabajoth,* alius filius, *ministrabant,* cedentes in usum tuum, venditi populo qui est in te. Et secundum quod cedebant in usum sacrificiorum : *Offerentur super placibili, in quo ego placer.* Per altare significatur fides ; per aristes dices gregis, apostoli et Ecclesiarum praelati, per pecus simplices. Aggai, ii, 8 : *Implebo domum istam gloria.*

Nota super illo verbo : *illuminare Jerusalem,* quia Ecclesia illuminatur lumine, primo sacrae doctrinae. Proverb., vi, 23 : *Mandatum lucerna est, et lex lux.* Secundo, spiritualis intelligentiae. II Cor., iv, 6 : *Deus qui dixit lumen de tenebris splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis Dei, in faciem Jesu Christi.* Tertio, gratia. I Joan., i, 7 : *Si autem in luce ambulamus sicut et ipse est in luce, societatem habemus ad invicem.* Quarto, gloriae. Psal. xxxv, 10 : *In lumine tuo videbimus lumen.* Quinto, letitia. Tobiae, v, 12 : *Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo, et lumen cari non video?* Sexto, divinae substantiae. I Tim., ultim., 6 : *Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem.*

Qui sunt isti qui ut nubes volant? Hic ostendit modum veniendi in dictam prosperitatem ; et primo, quantum ad civitatis restauracionem ; secundo, quantum ad populorum extraneorum subjectionem, ibi : *Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te;* tertio, quantum ad divitiarum multiplicationem : *Pro aere offeram aurum.* Circa primum duo ponit. Primo, restauracionem civitatis quantum ad adunationem habitatorum, ponens veniendi modum sub admiratione. *Ut nubes,* quia velociter sine impedimento, *et quasi columba ad fenestras,* id est ad foramina sua, propter idem. Vel referen-

dum est ad gentes quae ad fidem velociiter converse sunt. Psalm. liv, 7 : *Quis dabit mihi penas sicut columbae, et volabo, et requiescam?* Ponens etiam adveniendum auxiliur, quod a gentibus habuerunt : *Me et enim insulae, gentes diverse juxta mare, et etiam remotae, expectabunt, quasi subditae voluntatis arbitrio, in principio, loci in quo captivi detinentur :* quia forte aliqui per mare redierunt, vel Dominus sic eos reducere poterat. Vel mystice *insulae,* diversae gentes, *naves, Ecclesia,* in principio, sive. Ponens etiam venientium thesaurum, quem secum detulerunt, *argentum nominis,* id est ad gloriam et servitium nominis. Psalm. civ, 37 : *Eduxit eos cum argento et auro.* Mysticē *argentum,* eloquentia, *aurum,* sapientia conversorum ad fidem. Secundo, ponit restauracionem civitatis quantum ad aedificationem murorum, *et aedificabunt;* et primo quantum ad aedificia civitatis ; secundo, quantum ad aedificia templi, *gloria Libani.* Circa primum duo. Primo, ponit civitatis rea-dificationem : *Et aedificabunt, præbendo auxilium, reges, Cyrus et Darius, præbendo impensas, et licentiam aedificandi.* Mysticē gentiles Ecclesiæ Dei aedificant et reges Ecclesiæ serviant. Et adjungit rationem ex divina miseratione : *in indignatione percussi, captivavi, misertus, liberando.* Mysticē percussi per execrationem Judeorum, vel tribulationibus ; *misertus,* per conversionem gentium, vel in pace Ecclesie restituta. Supra, liv : *In momento indignationis abscondi parum per faciem meam.* Secundo, ostendit civitatis rea-dificatione securitatem, *et aperi-entur, cessante timore hostium,* et propter necessitatem venientium ad adorandum in Jerusalem ; et hoc est ut *offerentur.* Mysticē *portæ,* ministri qui alias in fidem et Ecclesiam introducunt, parati in prosperis et adversis ad recipiendum conversos ad fidem. Apoc., xxi, 25 : *Portæ ejus non claudentur.* Et assignat rationem. *Genus enim et regnum quod non serviriet tibi, peribit.* Hoc non videtur impletum ad litteram, nisi intelligatur, illos Judæos fuisse qui ejus dominium

¹ Al. : « in. » — ² Al. : « ut. »

³ Al. : « inveniendum. » — ⁴ Al. : « aedificium. »

recognoscabant, et propterea a populo Dei venerabantur; sed mystice sensus patet. *Gloria Libani ad te veniet.* Hie ponit reaificationem aedificiorum templi: *Gloria Libani*, que est *abies, locum*, scilicet templum, *pedum*, in quo adoror, sicut reges ad pedes. Mystice per locum Ecclesia, per diversas arbores diversi si deles conversi ad fidem. *Et venient ad te curvi filii corum qui te humiliaverunt.* Hie ostendit modum consequendi dictam prosperitatem quantum ad subjectionem populorum; et primo, ponit ipsam subjectionem, *et venient ad te:* quod impletum est temporibus Machabaorum, qui multos de vicinis hostibus subjugaverunt. Mysticæ filii tyraunorum quondam Ecclesiæ persequentiū, Ecclesiæ famulantr. Psalm. cix: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Secundo, ponit subjectionis rationem: *Pro eo quod fuisti, justum est ut post angustias consoleris, in superbiam, altitudinem, sæculorum, per multa saecula:* quod etiam mystice Ecclesiæ convenit. Tob., m, 22: *Post tempestatem tranquillum facit.* Tertio, ponit subjectionis utilitatem: *Et fruges, id est pinguedes terræ ad te in mercionis deferetur, et oblationibus, mammilla, defensione, in auxilio, regum, Tyri.* Per lac mystice simplicium doctrina, per reges Apostoli. Supra, xlxi: *Eruunt reges nutritiæ tui.* Et *pro wre afferam aurum.* Hie ponit modum restauracionis quantum ad restauracionem divitiarum, quia multo majora a regibus templo offerentur, quam per Nabuchodonosor ablata sint. Mysticæ, qui prius erant viiles, in Ecclesia efficiuntur pretiosi. Supra, lv *Pro saliuncula ascendit abies, et pro urtica crescit myrtus.* Et *ponam visitationem tuum pacem.* Hie promittit justitiae observationem; et primo in prælatis; secundo, in subditis, *et complebuntur dies luctus tui.* Cirea primum duo. Primo, consolatur eos ex prælatorum rectitudine, tangens justitiam prælatorum, *visitacionem*, visitatores et corretores. Mysticæ de Christo et apostolis. Jer., m, 45: *Dabo vobis pastores juxta cor meum,*

et pascent vos scientia et doctrina. Ponens etiam justitiae effectum quantum ad absentiam malitie: *Non audiatur iniqüitas, quia per aliquod tempus leges optime observabantur, II Mach., v: Vel iniqüitas, idolorum.* Mysticæ ad statum futuræ beatitudinis. Psalm. cn, 42: *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniqüitates nostras.* Et quantum ad absentiam misericordie: *vastitus, quantum ad agros; contrito, quantum ad homines ab hostiis sic collisos; portas, in quibus populus conveniebat ad judicia.* Hoc etiam mystice pertinet ad statum futuræ beatitudinis, quando sol multo clarior futurus est quam sit modo et luna, licet non sanctis, quia eorum splendore non egebunt¹. Apoc., xxi, 23: *Et civitas non egit sole negue luna ut lucet in ea, quia claritas Dei illuminabit eam, et lucerna ejus est agnus.* Ponit etiam gubernantis æternitatem: *Non occidet sol, qui est Deus.* Psalm. ci: *Tu autem idem es, et anni tui non deficient.* Et *complebuntur dies luctus tui.* Hoc quantum ad statum subditorum; et primo, ponit tristitiae cessationem: *Et complebuntur luctus, captivitas.* Mysticæ in futura beatitudine. Apoc., xxi, 4: *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum.* Secundo, ponit justitiae observationem: *Populus autem tuus omnes justi, ad glorificandum me.* Supra, xlvi: *Omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creaver eum.* In perpetuum, quamdiu in justitia permanent. Sed mystice planum est de sanctis beatis. Tertio, seminis multiplicationem: *Minimus erit in mille;* id est, ex uno tot per successionem nascentur, sicut ex Abraham una gens. Mysticæ unus de Ecclesia unigeniti, præficietur in prælatum. Sap., m, 8: *Judicabit sancti nationes.* In tempore ejus, id est Christi, vel præsinito tempore. *Subito*, quasi non prævisum, istud totum quod dictum est.

Nota super illo verbo: *Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columba?* quia apostoli dicuntur nubes primo propter terræ fertilitatem, scilicet *ex pluvia.*

¹ Al.: « agent. »

² Al.: « sicut columba. »

³ Al.: « ut. »

Job, xxxvii, 11 : *Frumentum desiderat nubes.* Secundo, propter luminis diffusione. Eodem : *Quæ lustrant cuncta per circuitum.* Tertio, propter divinæ voluntatis impletionem. Eodem : *Quocumque voluntas gubernantis duxerit.* Item dicuntur columbae primo propter cordis compunctionem. Nahum, ii, 7 : *Gementes ut columbae.* Secundo, propter vita sim-

plicitatem. Matth., x, 16 : *Estote prudenter sicut serpentes, et simplices sicut columbae.* Tertio, propter contemplationis altitudinem, vel velocitatem. Psal. liv, 7 : *Quis dabit mihi pennas sicut columbae et volabo, et requiescam?* Quarto, propter conscientiae puritatem. Cant., v, 12 : *Oculi tui sicut columbae.* Cant. iv, 4 : *Oculi tui columbarum.*

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM

Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captiuis indulgentiam, et clausis aperitionem; ut predicarem annum placabilem Domino, et diem ultoris Deo nostro; ut consolaret omnes lugentes, ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mororis. Et vocabuntur in ea fortes justitiae, plantatio Domini ad glorificandum. Et adiscalunt deserta a saeculo, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas et dissipatas, in generationem et generationem. Et stabunt alieni, et pascenti pecora vestra, et filii peregrinorum, agriculta et viutores vestri erunt. Vos autem sacerdotes Domini vocabimini; ministri Dei nostri, dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbiolis. Pro confusione vestra duplicit, et rubore, landabunt patrem eorum. Propter hoc in terra sua duplicita possidebunt, latitia semperiter erit eis. Quia ego Dominus diligens iudicium, et odio habens rapinam in holocausto. Et dabo opus eorum in veritate, et fodus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populum. Omnes qui viderint eos cognoscant illos, quia isti sunt semen eui benedictus Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimentis salutis, et indumento justitiae circumdabit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatum moniliis suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut horus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam et lamen coram universis gentibus.

Hic promittit populo jucunditatem. Et dividitur in duas partes. In prima, gaudium promittit; in secunda, populus propagationem suscipit, et gratias agit, ibi : *Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo.* Cirea primum duo. Primo officium ad annuntiandum gaudium accipit; secundo, gaudii ratio-

nem seu materiam prædictit : *et vocabuntur in ea fortes justitiae, plantatio Domini ad glorificandum.* Circa primum duo. Primo, tangitur prophetæ donum : *Spiritus Domini super me, Isaiam, unixerit, replens munere prophetæ.* II Petri, i, 21 : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Vel de Christo, de quo supra x : *Requiescerat super eum spiritus Domini.* Et Psalm. XLIV : *Unxit te Deus, Deus tuus oleum exultationis præ consortibus tuis.* Secundo tangitur prophetæ vel Christi actus, qui est duplex, scilicet bonis prædicere præmia, *Ad annuntiandum* : Jacoli 1, 21 : *In manus tuendis suscipe insitum verbum, quod potest salvare animas vestras :* et misericordia conseruo remedia. Quantum ad illos qui sunt pusillanimitate dejecti : *Ut mederer contritis corde, consolando, vel peccata remittendo, si de Christo.* Psalm. cxlvii, 3 : *Qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum.* Et quantum ad illos qui erant in captivitate detentii, quibus annuntiat liberacionis beneficium : *Et prædicarem captiuis, ad litteram ;* vel sub diaholo, et propriis erroribus. Supra xlxi : *Ut diceris his qui vincti sunt, Exite.* Et liberacionis tempus : *Et prædicarem annum placabilem,* quantum ad liberationem Iudaeorum, ultioris, quantum ad Chaldaeos. Vel tempus gratiarum, in quo do diabolo ultionem accepit¹ ejus potestatem reprimens. Joan. xii, 31 : *Nunc iudicium*

¹ Al. : « accipit. »

est mundi, nunc princeps mundi hujus exercitetur focus. Et quantum ad eos qui sunt tristitia absorpti, quibus annuntiat gaudium : *Ut consolarr omnes, generanter, ut ponarem Siam, specialiter.* Eccl. xlvi, 27 : *Spiritu magno vidit ultima Et gaudi signum, dum signa tristitia revertuntur in signa letitiae, et hoc¹ est, Et darem eis.* Supra xxvii : *In illa die erit Dominus corona glorie. Et vocabuntur in ea fortis justitiae plantatio Domini ad glorificandum.* Ille prædictit gaudiæ materiam : et primo quantum ad ædificiorum reparationem ponens reædificantium conditionem : *Vocabuntur in ea, scilicet Jerusalem, præcepto et permissione Cyri, fortis justitiae, ad faciendum justitiam constantes, non commoti comminationibus adversariorum ; vel Apostoli.* Et ædificiorum reparationem², et ædificabunt, prædicti viri vel Apostoli. Supra lvi ii : *Et ædificabuntur in te deserta sæculorum.* Secundo quantum ad possessionum conservationem. *Et stabunt alieni.* Illoc ad litteram potuit impleri, ut aliqui advenæ in his vilibus servitius occuparentur, sicut de Gabaonitis : vel mystice gentiles, vel prædicatores sancti Ecclesiæ, qui custodiunt et excolunt ipsam Ecclesiam meritis et doctrinis³.

Nota super illo verbo, *Unixerit me, quia Christum ungit Deus Pater primo oleo sacerdotalis dignitatis, quasi sacerdotem ad sacrificia offerendum.* Eccl. xlv, 18 : *Unxit eum oleo sancto.* Secundo regalis potestatis, quasi regem ad gubernandum. II Reg. xii, 7 : *Ego te unxi regem et principem populi mei.* Tertio immensæ fortitudinis, quasi pugilem ad pugnandum. II Reg. i, 21 : *Quomodo abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul et Jonathæ, quasi non sit unctionis oleo ?* Quarto eminentis jucunditatis, quasi liberalem ad misericordium. Psal. cxi, 5 : *Iucundus homo qui miseretur et commodat.* Psal. xliv, 8 : *Unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae præ consortibus tuis.* Item Christum nuxit servus devoutus primo lacrymis compunctionis. Matth.

vi, 17 : *Unge caput tuum, et faciem tuam lava.* Secundo unguentu devotionis. Luca vii, 46 : *Hoc autem unguento murit pedes meos.* Tertio oleo puræ intentionis. Eccl. ix, 8 : *Omnis tempore sint vestimenta tua candida, et olearum de capite tuo non deficiat.* Quarto oleo laudis et gratiarum actionis. Gen. xxviii, 18 : *Surgens Jacob mane sunapsit lapidem... et erexit in titulum, fundens olearum desuper.*

Vos autem sacerdotes. Ille prædictit materiam gaudiæ quantum ad hominum gloriam : et circa hoc tria facit. Primo ostendit gloriae perfectionem, quia gloriæ in spiritualibus, *Sacerdotes*, quasi vitæ sanctæ sacerdotio dignam ducentes. Sap. v, 5 : *Quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Gloriosi*, etiam in temporalibus : fortitudinem, idest resciemini ac sustentabimini fortitudine Persarum et Medorum. *Superbietis*, exaltabimini. Supra lx : *Quando conversa fuerit ad te multitudine maris, fortitudo gentium venerit tibi.* Mysticæ Apostoli sacerdotes, quasi gentium magistri, et fortitudine martyrum delectati. Et assignat perfectionis rationem : *Pro confusione* : ex defectu spiritualium et temporalium, confusione habuistis. *Laudabunt, vicini videntes, partem, recompensationem duplicitum honorum a Deo eis factam.* Zachariae ix, 12 : *Hodie quoque annuntians, duplicita reddam tibi.* Mysticæ Ecclesia præmia in bouis animæ et corporis recipit pro duplice confusione de gentium et Iudeorum infidelitate. Secundo tangit gloriae durationem, *Lætitia sempiterna.* Verum est quamdiu in justitia permanuerint, sicut exponitur Jerem. xviii. Supra xxxv : *Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium et exultationem obtinebunt.* Et assignat rationem : *Quia ego Dominus.* Et est sensus : per hoc quod Dominus diligit justitiam, dabit vobis ut sitis justis, ut sic placeatis⁴ sibi ; et faciet vobis eum pactum sempiternæ lætitiae. *A die* : Eccl. xxxiv, 24 : *Qui offert sacrificium ex substantia pau-*

• esset

¹ Al. : « hoc. » — ² Al. : « reputationem. »³ Al. : « vel mystice gentiles, prædicatores postea

simplices Ecclesiæ, et custodiunt etc. »

⁴ Al. : « placeat. »

peris, quasi qui victimat filium suum in conspectu patris sui. Fœdus perpetuum. Jer. xxxi, 31 : *Et feriam domui Israel et domini Iuda fœdus novum.* Tertio gloriae divulgationem, *Et scietur*; quod est referendum vel ad Judæos qui fuerunt famosi de cultu religionis, vel ad semen spirituale Apostolorum. *Gaudens gaudebo.* Ille populus promissionem suscepit, et gratias agit. Et circa hoc duo facit. Primo exprimit in persona populi, vel Ecclesiæ, cordis gaudium, *Gaudens.* Habac. iii, 48 : *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Iesu meo*¹. Se-

cundo confitetur divinum beneficium : et primo sub similitudine vestimentorum, et in quantum divina beneficia protegunt : *Quia induit me vestimentis solutis, a miseriis.* Supra iiii : *Induere vestimentis jucunditatis tuæ.* Secundo sub similitudine ornementorum, in quantum ornant : *Quasi sponsum, mystice quantum ad perfectos in Ecclesia vicem Christi agentes, sponsam, quantum ad imperfectos.* Tertio sub similitudine germinum, quantum ad fructum : *Sicut enim terra.* Supra iiii : *Germinans germinabit, et exultabit latetabunda et laudans.*

C A P U T S E X A G E S I M U M S E C U N D U M

Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur. Et videbunt gentes justum tuum, et enunci reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabatur amplius desolata; sed vocaberis. Voluntas mea in ea, et terra tua inhabitata : quia couplacuit Domino in te, et terra tua inhabitatur. Habitabit enim juvenis cum virgine, et habitabit in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus. Super muros tuos, Jerusalem, constitui estnodes; tota die et tota nocte in perpetuum non tacchent. Qui reminiscentur Domini, ne taceatis, et ne deatis silentium ei, donec stabilit, et donec ponat Jerusalem laudem in terra Juravit Dominus in dextera sua, et in brachio fortitudinis sua. Si dedero triticum tuum ultra cibum iniurie tuis, et si biberint filii alieni vinnum tuum in quo laborasti. Quia qui congregant illud, comedunt, et landabunt Dominum; et qui comportant illud, bibent in atris saeculis meis. Transite, transeite per portas, preparate viam populo, plaustrum facite iter, et eligit lapides, et elevate signum ad populos. Ecce Dominus auditus fecit in extremis terræ. Dicite illis Sion : Ecce salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo. Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti a domino. Tu autem vocaberis quasi civitas, et non derelicta.

Hic promittit populo gloriae honorem : et primo ponitur propheta: petitio; secundo Domini promissio : *Juravit Dominus.* Circa primum duo. Primo ipse petit secundo alios ad petendum inducit ibi qui reminiscensini Domini ne taceatis.

Circa primum duo. Primo ipse petit ad hoc salvatoris ortum. *Propter Sion,* scilicet utilitatem, vel amorem, *non tacebo*, a precibus apud Dominum : *salvator,* Cyrus : *ut splendor,* in gloria regni. Mystice *non tacebo*, a praedicatione Christi propter contradictionem; *Sion,* regis; *Jerusalem,* sacerdotum; *salvator,* Christians. Secundo ostendit adventus fructum. Primo quantum ad civitatis gloriam, promittens ipsam gloriam in tribus. In dignitate regis : *Et videbunt, admirantes et venerantes, justum, Christum vel Cyrus.* Ps. xcvi, 3 : *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* In novitate nominis, *Et vocabatur, more antiquorum,* qui ex novis eventibus nova nomina imponebant. Et hoc nomen postea exprimit. Mystice Ecclesia, qua prius Synagoga, in muninim divine protectionis : *Eris corona gloriae :* quia gloriabitur in te Deus tuus, sicut rex in corona regni² in manu, idest in protectione sua. Supra v : *Accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Domini :* Mystice Ecclesia quasi corona filii Dei, a patre coronatur. Et excludit ignominiam, in quo etiam nomen novum exprimit. *Nou vocaberis.* Secundo quantum ad habitantium latitudinem : et quantum ad pueros, *Habitabit*

¹ AL. : « nostro. »

² AL. deest : « regni. »

*juvenis; et quantum ad viros perfectos,
Et habitabunt; et quantum ad conjugatos, Et gaudebit. Mystice juvenis cum virgine, caste, sicut Maria cum Joseph; sponsus, Christus, sponsam. Ecclesiam. Tertio quantum ad aedificiorum diligenter custodiam, quæ exprimitur II Esdra iv : Una manu addiscabant, et alia pugnabant. Super muros... non tacebunt : loquitur secundum similitudinem vigilum qui custodiunt civitatem : vel per metaphoram designat diligentiam principum, qui populum gubernaverunt, vel prædictores in Ecclesia. Apoc. iv, 8 : Requiem dicentia non habebant clamantia : Sanctus, sanctus, sanctus. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis. Ille alios ad similem petitionem inducit. Ne taceatis, ab oratione¹ ei, Deo I Thess. v, 6 : Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Juravit Dominus in dextera sua. Ille Dominus promittit implere petitionem : et primo quantum ad hostium propulsionem, Si dedero : supple, non credatis mihi. Prov. xii, 4 : Qui operatur terram, satiabitur panibus. Secundo quantum ad captivorum liberationem. Quantum ad præparationem viae, Transite, vos nuntii Cyri et Darii ; Lepides, impedimenta. Jerem. i, 26 : Tollite de via lapes. Vel vos custodes murorum, prædictatores. Quantum ad concessionem letitiae, Elevate signum, crucis. Supra xi : Levavit signum in nationibus. Et quantum ad retributionem justitiae : Di-*

cite filię, plebi Iudaorum, salvator, Deus vel Cyrus, merces, ut vobis bona, et hostibus mala reddantur. Mystice de adventu Christi ad judicium. Tertio, ibi, Et vocabunt, ponit liberorum honorem, qui in magna fama sanctitatis habebantur, propter beneficia eis praæstata. Mystice de Ecclesia et populo Christiano.

Nota super illo verbo, Propter Sion non tacebo, quia sancti non facient primo propter ascensum desiderium. Jer.: *Et factum est in corde meo verbum Domini, quasi ignis eructans. Secundo propter evidens verum. Act. iv, 20 : Non enim possumus quæ vidimus non loqui. Tertio propter injunctum officium. I Cor. ix, 16 : Necessitas mihi incumbit : vx enim mihi est, si non evangelizavero. Quarto propter expectatum præmium. Gal. ult, 9 : Bonum facientes non deficiamus : tempore enim suo metemus non deficientes.*

Item nota super illo, Donec egredietur ut splendor justus ejus, quia Christus splendet primo Patris imagine. Heb. : *Cum sit splendor gloriae, et figura substantiae ejus. Secundo sanctorum lumine. Psalm. cix, 3 : In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Tertio gloriae plenitudine. Matth. xvii, 2 : Resplenduit facies ejus sicut sol. Quarto doctrinae rectitudine. Supra lx : Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendorc ore ortus tui.*

C A P U T S E X A G E S I M U M T E R T I U M

Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torenari? Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum. Calcavi eos in furore meo, et conculeavi eos in ira mea. Et aspersus est sanguis corum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultorius in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circumspexi, et non erat auxiliator; quæsivi, et non fuit qui adjuvaret. Et salvabilis milii brachium

meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est milii. Et conculeavi populos in furore meo, et inebriavi eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus que reddit nobis Dominus, et super multitudinem honorum domus Israel, que largitus est eis secundum indulgentiam suam, secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixi : Veritatem populus meus est filii non negantes : et factus est eis salvator. In omni tribulatione corum non est tribulatus, et Angelus faciei ejus salvabit eos. In dilectione sua et in indulgentia sua ipsa redemit eos, et portavit eos,

¹ Al. : « alta ratione. »

et elevavit eos cunctis diebus saeculi. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum sancti ejus. Et conversus est eis in inimicum, et ipse dehollavit eos. Et recordatus est dierum saeculi Moysi, et populi sui? Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Ubi est qui posuit in medio ejus spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis sue, qui scidit aquas ante eos, ut facerent sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingente, quasi animal in campo. Descendens spiritus Domini ductor ejus fuit. Sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen glorie. Attende de celo, et vide de habitaculo sancto tuo, et glorias tuae. Ubi est zelus tuus et fortitudo tua, multitudine viscerum tuorum, et miserationum tuarum? Super me continuuerunt se. Tu enim pater noster, et Abraham nescivit nos, et Israel ignoravit nos. Tu Domine, pater noster, redemptor noster, a secundo nomine tuum. Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis, industrasti nos nostrum non timeremus le? Covertere propter servos tuos, tribus hereditatis tuae. Quasi nibilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri, concuciverunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos.

Hic incipit tangere discretionem malorum a bonis in consecutione promissae salutis. Et dividitur in partes tres. In primo introdicit judicem, quasi ad discernendum; in secunda proponit petitionem, ibi, *Miserationum Domini recordabor*; in tertia judex pronuntiat sententialiter discretionem, 65 cap.: *Quæsierunt me, invenierunt qui non quæsierunt me*, Circa primum duo, Primo movetur quæstio de persona judicis; secundo de qualitate habitus, ibi, *Quare ergo rubrum est indumentum tuum?* Circa primum duo. Primo ponit quæstionem; secundo responsionem, ibi, *Ego qui loquor justitiam*. Sciendum autem, quod omnes sancti communiter hæc exponunt de Christo. Et quæstio ista est Angelorum, qui quidem ad plenum mysteria incarnationis Christi non intelligebant; et ideo quasi ignorantæ quæsierunt, secundum quod ostendit Illicronymus. Cujus contrarium videtur dicere Augustinus super Genes, ubi dicit, quod Angeli a principio creationis sua cognoverunt omnia que ipse erat facturus, sive rerum rationes semi-natales rebus indiderit, sive apud se tantum retinuerit ut fierent, quamvis rebus inesset ut fieri possent. Et sic videtur

quod hujusmodi mysteria cognoverunt. Ad quod respondet *Glossa Eph. iii*, super illud: *Mihi autem omnia sanctorum, etc.* Et dicit, quod majores cognoverunt; sed minores, quorum est vox ista, ignoraverunt. Dionysius tamen aliter videtur dicere, vii cap. *celest. Hier.*; vult enim quod haec quæstio sit supremorum Angelorum, qui a Deo immediate illuminatos recipiunt. Unde eis immediate responderetur a Deo: *Ego qui loquor;* quamvis ipsi propter reverentiam Christi, a se invicem quererent, sicut discipuli expectantes magistri responsionem. Quamvis autem supremi Angeli sciverint hujusmodi mysteria quantum ad substantiam facti, tamen quantum ad particulares circumstantias non perfecte sciebant. Unde quia melius videntur a superiori et perfectiori intellectu, scilicet divino, quam angelico, ideo super hoc magis illuminari quærebant, ut perfectius intelligerent.¹ Mirantur autem tria. Primo victoriosum adventum: *Qui venit, in celum, de Edom, mundo, interpretatur enim sanguineus, vel terrenus; de Bosra, inferno, prius munito custodia dæmonum. Bosra quandoque est nomen proprium ejusdem civitatis in terra Moab, quandoque nomen appellativum, et est idem quod terra vel urbs munita. Unde frequenter ponitur pro terra Idumaea munita montibus; hic autem pro Jerusalem, vel inferno. Vestibus, idest membris corporis, tinetis, sanguine passionis.* Supra xxxiv: *Ecco super Idumam descendet, et super populum intersectionis mex, ad judicium.* Secundo mirantur in ipso decorum aspectum: *Iste formosus, a forma; et sic dicitur formosus, propter figuram, idest debitam commensurationem membrorum, in stola, habitu humanitatis.* I Pet. i, 12: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Tertio mirantur² virtuosum incessum, *Gradus,* in celum, non auxilio angelico, sed sua virtute; quod haecenus fuit inauditum. Hebr. i, 3: *Portans omnia verbo virtutis sua. Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.* Hic ponit responsionem, et ostendit se judicem: *Qui*

¹ Al.: « Unde etiam melius videntur a superiori intellectu perfectiori, scilicet divino, quam angelico:

unde super hoc. »

² Al.: « cunctantur. »

loquor justitiam, id est qui habeo auctoritatem judicium gentibus proferendi : *Supra xliv : Ego Dominus loquens justitiam* : et salvatorem : *Et propagator*, contra dämones, *ad salvandam*, genus humatum. *Exod. xv, 2 : Fortitudo mea et laus mea Dominus*, et factus est mihi in saltem. *Eodem : Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus*.

Nota super illo verbo, *Iste formosus*, quia Christus est formosus, primo quia rutilans splendore divinitatis. *Heb. i, 3 : Cum sit splendor gloria et figura substancialis ejus*. Secundo quia signatus conformatate unionis. *Psal. xlvi, 3 : Speciosus forma quæ filius hominum*. Tertio quia distinctus diverso colore virtutis. *Cantic. v, 10 : Dilectus meus candidus et rubicundus... inter ubera mea commorabitur*. Quarto quia vestitus honestate conversationis. *Job. xi, 5 : Esto gloriosus, et speciosis induere vestibus*.

Quare ergo rubrum est vestimentum tuum ? Ille ponit secundam questionem de habitu : et primo ponit questionem, *Quare ergo ? ac si dicaret : Iujus sanguinis insignia non justi, sed iniqui defere consueverunt ; non salvatores, sed potius occisores. Quasi calcantium* : est enim viuum rubrum in partibus illis, quod tingit in modum sanguinis. Secundo ponit responsionem, *Torcular* : et primo assignat roboris rationem ; secundo prosequitur totum rei ordinem, ibi, *Dies ultionis in corde meo*. Cirea primum tria. Primo narrat singularem victoriam : *Torcular*, scilicet erucem in qua pondere ¹ passionis pressus, hostes, *calcari solus*, patiens, et vinecens ; et de gentibus non est vir mecum, in auxilium, quia eo relieto omnes fugerunt. Et dicit signanter, *Vir*, propter beatam Virginem, in qua fides nengquam defecit. *Can. i, 13 : Botrus Cypri dilectus mens mihi in vineis Engaddi*. Secundo tangit hostium vindictam : *Calcavi eos, dæmones, vel Judæos, in furore, ira accensa*. *Ps. xc, 13 : Super aspidem et basilicum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*. Tertio quasi concludit roboris causam : *Et aspersus est sanguis, meus, quia de corpore meo*

exiens, *corum*, quia eorum potestati concessus ad effundendum. Loquitur secundum similitudinem victoris, ejus vestes eade inquinantur. *Supra ix : Vestimentum militum sanguineum. Inquinari*, eorum reputatione. *Dies ultionis in corde meo*. Ille prosequitur totum rei ordinem : et primo ponit temporis congnitatem : *Ultionis*, quantum ad dämones *retributio-*nis, quantum ad iustos, quorum meres usque tunc dilata erat. *Supra xxxiv : Dies ultionis Domini*. Secundo proponit salutis necessitatem : *Circumspiri, et non erat auriliator*, mihi in cruce. *Job xix, 13 : Fratres mei elongaverunt a me, et noti mei recesserunt a me*. *Ps. cxli, 5 : Considerabam ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognosceret me*. Tertio salutis impletionem : *Et salvavit, id est salutem resurrectionis fecit mihi, vel salutem humani generis, brachium, virtus*. ² *Ps. xcvi, 1 : Salvavit sibi dexteru ejus, et brachium sanctum ejus*. Quarto vindicativa expositionem : *Et conculeavi populos, Judæos per Romanos, inebriavi, replevi afflictione, eorum, Judæorum, et dæmonum*. *Supra xxiii : Dominus exercitum cogitavit hoc, ut detraharet superbiam omnis gloriae* ; et ad ignominiam deducret unicversos inclitos terræ. Posset autem exponi totum ad litteram, ut induceretur Dominus metaphorice, quasi veniens ad delendos diversos populos hostes Judæorum, et præcipie Idumæos, secundum modum metaphoricum qui habitus est. *Supra lxi : Indutus est justitia ut lorica. Miserationum Domini recordabor*. Ille propheta judicii qui justitiam locutus est impletum venit, petitionem porrigit : et primo inclinat ipsum ad pietatem, commemorans pristina beneficia quæ defecerunt ; secundo pericula quæ incurserunt, ibi, *Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis ?* Cirea primum duo. Primo proponit intentum, *Qui reddidit*, pro nostris meritis, tam in bonis, quam in malis pœna, bonorum, quæ gratis dedit. *Ecli. ii, 11 : Memoratus sum misericordiae tue, Domine, et operationis³ tua quæ a seculo sunt*. Secundo prosequitur propositum : et primo commemorationem be-

¹ Al. : « scilicet erucem, quia pondere. »

² Al. : « virtutis. » — ³ Al. : « cooperationis. »

neficia, quantum ad evasionem periculorum, commemorans singularem electionem : *Et dirit, scilicet Deus : Verum tamen, quamvis ipsi contra me sint¹ non negantes, scilicet Abraham. Vel non negantes, quia saltem fidem meam tenent.* Exod. xv, 2 : *Fortitudo mea Dominus, et laus mea Dominus.* Et quantum ad diligentem protectionem, *In omni tribulatione.* Et ipse est tribulatus, tibi per compassionem : *vel non est, statim, sed distulit etiam tunc,² ut quasi videret si corrigerentur : et Angelum faciei, idest faciem meam videns, salvavit, quasi dux eorum per desertum.* Ps. xc, 11 : *Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Et quantum ad paternam dilectionem : *In dilectione redemit, ab Aegypto ; portavit, in deserto ; levavit, idest exaltavit super alios in terra missionis.* Secundo tangit beneficia quantum ad remissionem culparum : et primo ponit culpam : *Ipsi autem affligerunt spiritum ejus, scilicet Dei, vel sancti, Moysi, per diversa jurgia.* Ps. cv, 32 : *Et veratus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus.* Secundo ponit poenam : *Et conversus est in inimicum, scilicet Deus.* Thren. ii, 5 : *Factus est Dominus velut inimicus.* Tertio ponit indulgentiam : *Et recordatus, tandem Moysi, qui pro eis oravit.* Exod. xxxii, 32 : *Aut dimittis eis, aut dele me de libro in quo me scripsisti.* Ps. civ, 8 : *Memor fuit in sacerdotum testamento ejus, verbi quod mandavit in mille generationes.*

Nota super illo verbo, *Torcular calcavi,* quia ex torculari crucis fluxit primo sanguis ad redendum. I Pet. i, 18 : *Non corruptibilis auro vel argento redempti estis de vano vestra conversatione, sed pretioso sanguine Jesu Christi.* Secundo aqua ad emundandum. Ps. lxxvii, 46 : *Eduxit aquam de petra.* Ezech xxxvi, 25 : *Effundam super eos aquam mundam.* Tertio oleum ad sanandum. Job xxix, 6 : *Petra fundebat mihi rivos olei.* Quarto mel ad solidandum. Dent. xxxii, 13 : *Ut sageret mel de petra.* Quinto vinum ad confortandum. Prov. iii, 10 : *Vino torcularia redundabunt.*

Ubi est qui eduxit ? Hie plangit eadem beneficia eis subtracta : et primo plangit beneficiorum defectum : *Ubi est qui eduxit ?* Moyses, vel Deus, cum pastoribus. Maria et Aaron. *Ubi est qui posuit in medio ejus spiritum sancti sui ?* Moysi : quod legitur Numb. xi : *Ad dexteram, prospere. Qui scidit, ubi est spiritus ?* Ps. cxxxv, 13 : *Qui divisit mare rubrum in divisiones.* Et ubi est qui eduxit, quasi equum scilicet sine impedimento ? *Descendentes, in offuso curru, ejus, populi. Sapient. xix : Et in mari rubro ria sine impedimento.* Secundo inclinat judicis affectum : et primo petit audientiam : *Attende de celo.* III Reg. viii, 32 : *Tu exaudies de celo sancto tuo.* Secundo provocat ad misericordiam. *Ubi est zelus ?* quo dilexisti nos. Ps. lxxxviii, 50 : *Ubi sunt misericordiae tuae antique, Domine ?* Tertio proponit miserendi causam : *Tu enim pater noster, Et Abraham nescivit nos, adhuc vivus, quia nec nos tunc eramus.* Vel etiam modo, nolens orare pro nobis, quia non invocamus ipsum. Vel, secundum Augustinum, quia mortui, etiam sancti, nesciunt quid agatur erga vivos. Sed hoc intelligendum est quantum ad virtutem cognitionis humanae, non quantum ad irradiationem divini luminis. Dent. xxxii, 6 : *Ipse enim est pater tuis, qui possedit et fecit et crevit te. Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis ?* Hie proponit mala culpa. *Errare de viis, mandatis, fecisti, permittendo, non immitiens gratiam, et non corrigens, industrasti, permisisti.* Rom. ix, 18 : *Cujus vult miseretur, et quem vult industrat.* Secundo proponit mala poena : et primo petit misericordiam : *Converte, de ira ad misericordiam, propter servos, patres nostros.* Ps. lxxxix, 13 : *Converte, Domine, usquequo, et deprecabilis esto super servos tuos.* Thren. ult. 21 : *Converte nos Domine, ad te, et convertemur; innova dies nostros sicut a principio.* Secundo ponit miseriarn quantum ad servitatem : *Quasi nihilum, idest sine resistentia.* Suprad. xxvi : *Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te.* Quantum ad sanctorum profanationem. *Hostes nos-*

¹ Al. : « essent. »

² Al. : « nunc. »

tri; quantum ad honoris pristini amissionem, In principio, in Aegypto, vel etiam ante vocationem Abrahæ. Jer. :

Tu om̄em in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos : ne derelinquas nos, Domine.

CAPUT SEXAGESIMUMQUARTUM

Utinam dirumperes cœlos, et descenderes : a facie tua montes defluerent, sicut exstio ignis tubescerent, aquæ ardenter igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus. Descendisti, et a facie tua montes defluxerunt. A saeculo non audierunt, neque auribus percepserunt. Oculus non vidit, Deus, absque te quod preparasti expectantibus te. Occurristi latenti, et facienti justitiam ; in viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es, et peccavimus ; in ipsis fuimus semper, et salvabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi paucus menstruata universæ justitiae nostræ. Et ecclidimus quasi folium universi, et iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui invoke nomen tuum, qui consurgat, et teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis, et talis tuos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero latum ; et factor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris, Domine, sati, et ne ultra memineris iniquitatis nostræ. Ecce, respice, populus tuus omnes nos. Civitas sancti thi facta est deserta ; Sion deserta facta est. Jerusalem desolata. Dominus sanctificationis nostræ et glorie nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in extinctione ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te, Domine ; tacebis, et affliges nos vehementer ?

Hic porrigit petitionem et primo petit judicis präsentiam ; secundo petit misericordiam, ibi, *Ecce tu iratus es, et peccavimus*. Circa primum duo. Primo ponit petitionem ; secundo petitionis impletionem, ibi, *Descendisti, et a facie tua montes defluxerunt*. Circa primum duo. Primo petit judicis adventum, *Dirumperes* : figurative loquitur, quasi super cœlos habitanti ; vel exanimans temetipsum, deponeb¹s majestatem, et carnem assumeres. Ps. cxlii, 5 : *Inclina cœlos tuos, et descende*. Secundo ponit adventus effectum in creaturis sensibilibus, scilicet in montibus : *A facie tua montes* : quasi dicat non sustinentes präsentiam tuam, si tibi placaret. Vel montes, potentes, et superbii. Supra. : *Tabescent montes in forti-*

*tudine sua, in aquis, Aquæ ardentes, quia totus igneus es, si velles. Sapientia. : Quodam tempore aqua super virtutem ignis exardebat. Vel per aquas, populi. Apoc. xvii, 15 : Aquæ multæ, populi multi. Secundo effectum in hominibus : et primo in gentibus, *A facie tua*. Psal. lxiv, 9 : *Turbabuntur gentes, et timebunt*². Ad litteram, commovebentur. Vel referendum ad conversionem gentium post Christi adventum. Secundo in Iudavis : *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus*, idest nos, qui securi³ sumus, videre, et audire præ stupore ; sicut territi fuerunt, Exod. xx : *Vel non sustinebimus*, adventum, credentes etiam in visis miraculis. *Descendisti, et a facie tua montes defluxerunt*. Hic ponit petitionis impletionem : et primo quod ad adventum, *descendisti*, ad iudicandum nos : præteritum pro futuro. Vel in uterum virginis. Vel melius secundum litteralem sensum, ponit effectus probationem ; quasi dicat : Si modo descenderes, haec contingent que etiam contigerunt quando descendisti ut liberares populum tuum de Aegypto, Exod. iv Psal. xvii, 10 : *Inclinavit cœlos, et descendit, et caligo sub pedibus ejus*. Secundo quantum ad effectum. Primo in miraculis : *A facie tua montes defluxerunt*, scopolii Arnon, Num. xxi. Mysticæ Judai, vel dæmones. Secundo in beneficiis. Et primo ponit beneficiorum magnitudinem : *A saeculo non audierunt* : quia nunquam similia visa sunt vel auditæ, qualia Deus Iudeis fecit : et sanctis in gloria faciet. I Corinth. ii, 9 : *Oculus non vidit, auris non audivit, et in cor hominis non ascendiit, quæ preparavit Deus diligentibus se*. Secundo quantum ad benefaciendi prompti-*

¹ Al. : « despiciens. »

² Al. : « turbabuntur gentes a facie tua. »

³ Al. : « secuti. »

titudinem : *Occurristi latanti*, in auxilium, dum adiuvie erat in petendo, vel veniendo ad te : *latanti*, in te. *Mystice Simeoni*. *Lue. ii* : *Ecce tu iratus es, et peccavimus*. Illic ponit misericordiam : et primo ostendit petendi necessitatem ; secundo porrigit petitionem, ibi, *Et nunc, Domine, pater noster es tu*. Circa primum duo. Primo ostendit necessitatem ex imminentia mali quantum ad culpam ; tum ex malorum perpetratione : *Ecce tu iratus es, et peccavimus* : Präposterus ordo : ideo iratus, quia peccavimus : et omnes salvabimur, tua misericordia. Et quantum ad bonorum imperfectionem. *Et facti sumus. Universæ justitiae* : quia alii peccatis involuti. *Job. ix, 30* : *Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fuerint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea*. Et quantum ad penam, *Et cecidimus, intersecti* : vel a statu dignitatis. *Abstulerunt, a terra nostra. Job. xii, 25* : *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam*. Secundo ostendit necessitatem quantum ad effectum auxillii : et primo humani : *Non est qui invocet, et teneat te, pecibus*, *Cant. iii, 4* : *Tenui eum, nec dimittam*. Secundo divini : *Abscondisti faciem tuam, misericordiæ tuæ, in manu, idest in opere* ; juxta illud : *Mors et vita, in manu lingua* : *Proverb. xviii, 21. Deuter. xxxii, 20* : *Abscondam faciem meam ab eis, et considerabo novissima eorum*. *Et nunc, Domine, pater noster es tu*. Illic ponit misericordiam : et circa hoc duo facit. Primo petit misericordiam. assignans rationem : *Pater noster es tu*. *Jerem. xviii, 6* : *Sicut lutum in manu sigilli, sic nos in manu Dei. Job. x, 9* : *Me-*

mento, quæso, quod sicut lutum feceris me. Et porrigit petitionem : *Ne irascaris sati*, idest nimis, vel secundum quod merita nostra exigunt. *Ps. lxxviii, 8* : *Ne memineris iniuriam nostrarum antiquarum; cito anticipent nos misericordiæ tuxæ*. Secundo proponit miseriam : *Ecce, Domine, omnes nos; sumus, sancti, idest sanctuarii templi, scilicet Jerusalem. Thren. i, 10* : *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia*. Et miratur patientiam : *Numquid super his continebis te, Domine?* *Ilabae. i, 13* : *Quare respicias super iniquitates nostras?*

Nota super illo verbo, *Quæ preparasti diligentibus te*; quia Deus preparat sanctis primo locum aeternæ quietis. *Joan. xiv, 2* : *Si quominus dixisset vobis, quia vado parare vobis locum*. Secundo regnum aeternæ dignitatis. *Matth. xxv* : *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi*. Tertio mensam divinæ refectionis. *Psal. xxii, 3* : *Parasti in conspectu meo mensam*. Quarto lucernam aeterni lumen. *Ps. cxxxii, 17* : *Paravi lucernam Christo meo*.

Item nota super illo verbo, *Quasi panus menstruata universæ justitiae nostræ*, quia opus justitiae immundatur inquinamento, primo mortalis macula. *Ecli. xlvii, 22* : *Dediti maculam in gloria tua*. Secundo commissæ negligentiæ. *Jerem. xlviii, 10* : *Maledictus homo qui facit opus Domini negligenter*. Tertio intentiōnis perversæ. *Matth. v, 29* : *Si oculus tuus scandalizat te, absconde eum, et projice abs te*. Quarto insurgentis superbiae. Supra. *lvii* : *Omnes eos auferet ventus*.

C A P U T S E X A G E S I M U M Q U I N T U M

Quasierunt me qui ante non interrogabant, inventerunt qui non quasierunt me. Dixi : Ecce ego ad gentes, que non invocabant nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum inerendum, qui gradiliter in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad inerendum provocat me ante faciem meam semper ; qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres ; qui habitant in sepulcris,

et in delubris idolorum dormiunt ; qui comedunt carnem suillam, et jus profanum in vasis eorum. Qui dicunt : Recede a me, non appropinquies mihi, quia immundus es. Iste fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me : Non facio, sed reddam, ei retraham in simu corrum iniurias vestras et iniurias patrum vestrorum simul, dicit Dominus ; qui sacrificave-

runt super montes, et super colles exprobra-
verunt mihi; et remetier opus eorum primum
in sine corum. Haec dicit Dominus: Quonodo
si inveniatur granum in botro, et dicatur: Ne
dissipes illud, quoniam benedictio est; sic fa-
ciam propter servos meos, ut non disperdam totum.
Et edicau de Jacob semen, et de Iude possiden-
tem montes meos. Et hereditabunt eam electi mei,
et servi mei habitabant ibi. Et erunt equestris in
caudas gregum, et vallis Aehor in cubile armento-
rum populi meo, qui requiriuerunt me. Et vos qui
dereliqueritis Dominum, qui oblitis estis montem
sanctum meum, qui ponitis fortunam mensam, et
libatis super eam: numerando vos in gladio, et
omnes in eadem cornetis: pro eo quod vocavi, et
non respondistis; locutus sum, et non audistis; et
faciebatis malum in oculis meis, et que nolui
elegeris. Propter hoc haec dicit Dominus Deus:
Ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce
servi mei bibent, et vos sitiatis; ecce servi mei
lentabuntur, et vos confundemini; ecce servi mei
lamentabuntur pro exultatione cordis, et vos clamabitis
pro dolore cordis, et pro contritione spiritus ubi-
labilis, et dimittitis nomen vestrum in iuramentum
electis meis. Et interficiet te Dominus Deus, et ser-
vos tuos vocabit nomine alio: in quo qui benefi-
cius est super terram, benedictetur in Deo, amen:
et qui jurat in terra, jurabit in Deo, amen: quia
obligacione traditae sunt angustiae priores, et quia
abscondite sunt ab oculis meis. Ecce enim ego
creo caelos novos et terram novam, et non erunt
in memoria priora, et non ascendent super eam;
sed gaudebitis, et exultabitis usque in semperitum
in his quae ego creo. Quia ecce ego ero Ierusalem
exultationem, et populum ejus gaudium: et exulta-
bo in Ierusalem, et gaudebo in populo meo; et
non audiatur in ea ultra vox fletus et vox clamoris.
Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui
non impletat dies suos: quoniam puer centum
annorum morietur, et peccator centum annorum
maledictus erit. Et adificabunt domos et habita-
bunt, et plantabunt vineas, et comedent fructus
eumarum. Non adificabunt, et aliis habitatib; non
plantabunt, et aliis comedet. Secundum enim dies
ligni erunt dies populi mei, et opera manuum eoru-
rum inveterabunt. Electi mei non laborabunt fren-
stra, neque generabunt in conturbatione: quia
semen benedictiorum Domini est, et nepotes eorum
cum eis. Erupit, antequam clement, ego exaudi-
am; adhuc illis loquentibus ego audiam. Lupus
et agnus pascetur simul: leo et bos comedent
pablas, et serpenti pulvis panis ejus. Non nocebunt,
neque occident in omni monte sancto meo, dicit
Dominus.

Hic iudex, scilicet Deus, dat sententiam
de discretione malorum a bonis, in per-
ceptione salutis promissae. Et dividitur in
partes duas. In prima promittat senten-
tiam discretionis; in secunda determinat
modum executionis, cap. LXVI: *Hec dicit
Dominus etc.* Carea primum duo. Primo
promittit responsionem, ostendens res-
pondendi opportunitatem. *Quasi erunt;*
quasi dicat: Hactenus vos Iudei non
querebatis a me, sed ab idolis. Ex quo

quaeritis, respondebo. Mystice de conver-
sione gentium, Rom. x, 20: *Inventus
sum a non querentibus.* Et ponit promis-
sionem: *Dixi: Ecce ego ad gentem: respon-
derebo scilicet Iudeis, vel ad gentes
conversas convertar. Cant. vi, 2: Ego
dilecto meo, et dilectus meus mihi.* Secundo
sententiat discretionem, *Erpandi manus:*
et primo sententiat discretionem malorum
a bonis, propter peccata transgressionis;
secundo propter peccata omissionis, *Et
vos qui dereliquistis.* Prima in duas. In
prima comminatur malis supplicia; in
secunda promittit bonis praemia, ibi, *Hec
dicit Dominus: Quonodo si inveniatur
granum in botro etc.* Carea primum duo.
Primo arguit transgressionis culpam;
secundo comminatur poenam: *Isti fumus
erunt.* Culpa ipsorum arguit ex tribus.
Primo ex beneficiorum magnitudine:
Erpandi, dando multa beneficia, *tota die*,
toto tempore ex quo eos mihi assumpsi.
Mystice in cruce. Jerem. XVI, 12: *Unus-
quisque ambulat viam non bonam.* Secundo
ex peccandi continuitate: *Populus ante
faciem, quia omnia nuda et aperta sunt
oculis ejus.* Hebr. IV, 13. Vel quia in tem-
plo idolum ponebant. Deuter. XXXII, 21:
*Ipsi me provocaverunt in eo qui non¹ est
Deus.* Tertio ex peccatorum diversitate
vel gravitate, quantum ad quatuor. Pri-
mo quantum ad cultum idolorum: *Qui
immolant, idolis, in hortis, quia in locis
voluptuosis idola colebant, super lateres,*
super altaria ex lateribus constructa, ut
ignem sacrificii sustinere possent. Supra.
1: *Confundentur ab idolis suis.* Secundo
quo ad studium divinationum: *Qui am-
bulant in sepulcris;* ut habeant responsio-
nes a mortuis, et delubris, templis idolo-
rum a dilnendo dictis, quia putabant
omnia abhui. Vel propter fontes qui ibi
erant ad ablueandas hostias. Et sacerdotes
dormiant, super pelles hostiarum ad di-
vinandnm. Ezech. VI, 6: *Conterentur
delubra vestra.* Tertio quantum ad im-
munditiam ciborum: *Qui comedunt car-
nem suillam, et jus profumum, porcimum.*
Infra. ult: *Qui comedebant carnem suil-
lam, et abominationem et murem, simul
consumentur.* Quarto quantum ad con-

¹ AL.: « sacrificii. »

temptum justorum, *Qui dicunt, non¹ adorantibus; idola vel qui dicunt, Deo Recede.* Job. xxi, 11 : *Qui dicunt Deo : Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Isti fumus eruit in furore meo.* Ille comminatur poenam : et primo poenae diuturnitatem, *Fumus*; idest, sicut fumus igne consumentur, et incenduntur ira mea. Deut. xxxii, 22 : *Igitur succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.* Secundo punitionis certitudinem : *Ecce scriptum est : quia firmiter in memoria peccatum, et in præfinitione poena. Non tacebo, dissimulans.* Jerem. xvii, 1 : *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in unguem adamantino.* Supra xlii : *Tacui, semper silui.* Tertio poenarum multitudinem, quia pro omnibus peccatis patrum : *Sed reddam.* Exod. xx, 5 : *Ego sum Deum zelotes, visitans peccata patrum in filios.* Exprobaverunt, adorando in excelsis idola. Et pro peccatis etiam juventutis ipsorum, *Et remetiar, quasi commensurabo poenam culpa².* Supra. xl : *Recepit de manu Domini duplicita. Hoc dicit Dominus etc.* Ille promittit bonis praemia : et primo quantum ad conversationem a malis : *Granum, uva, benedictio,* idest placet Deo ut pro benedictione reservetur, *propter servos, patres vestros, totum, genus Iudeorum.* Supra. xvii : *Erit sicut congregans racemos in vindemia.* Secundo quantum ad promotionem in bonis : et primo quantum ad semiinis multiplicationem : *Et adducam de Jacob.* Supra. i : *Nisi Dominus exercitum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus.* Secundo quantum ad hereditatis paterna restitutionem, *Et hereditabunt.* Ezech. xxxvi, 12 : *Hereditate possidebunt te, et eris hereditas eorum.* Tertio quantum ad pascuorum libertatem : *Et erunt campstria... et vallis Achor, ab illo denominata, quia ibi lapidatus, Josue vii. Osee : Dabo eis vallem Achor ad apereiendam spem.* Et vos qui dereliquistis. Ille discernit malos a consolatione bonorum, propter peccata omissionis : et primo comminatur malis supplicia; se-

cundo bonis praemia, *Qui obliioni.* Circa primum duo. Primo comminatur eis quia Deum dereliquerunt, ponens culpam : *Et vos, Judæi, fortunæ, Deo Ægyptiorum, mensam : tangit ritum quo celebrabatur³,* quia in fine anni parabatur sibi mensa, omnibus cibis referta. Deut. xxxii, 15 ; *Dereliquerunt Deum factorem suum, et recesserunt a Deo salutari suo.* Ponens etiam poenam, *Numerabo;* quasi dicat : Ut nullus remaneat quin opprimatur. Jer. xliv, 12 : *Cadent in gladio et in fame.* Secundo quia revocati non obedierunt, ponens culpam : *Pro eo quod vocavi.* Proverbior. i, 23 : *Vocavi, et renuisti accipere disciplinam.* Et comminatur discretionis poenam primo in satietae corporis : *Propter hoc hac dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, et vos esurietis.* Psal. xxxii, 11 : *Divites equerunt et esurerunt, inquirentes autem Dominum non minuantur omni bono.* Secundo in laetitia cordis : *Ecce servi mei latabantur.* Tertio in diversitate nominis. Et primo ponit quale futurum sit nomen impiorum : *Et dimittetis juramentum, ut confirmit dicta sua, si non est ita, ita ut accidat mihi sicut illis.* Jer. xliv, 12 : *In gladio et fame morientur; et erunt in jusjurandum, et in miraculum, et in maledictionem, et in opprobrium.* Et deinde ponit quale sit futurum nomen bonorum : *Et servos suos vocabit nomine alio, scilicet nomine Jesus⁴.* Amen, fideliter. Supra lxii : *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit.* Quia obliioni traditæ sunt angustia priores. Ille promittit visa praemia. Et primo in generali quantum ad amotionem malorum, *Quia obliioni, non defectu cognitionis, sed successione bonorum.* Supra. lxxv : *Confusionis adolescentia tua obliisceris.* Et quantum ad restaurationem bonorum : *Ecce enim ego creo celos novos, nova : de celo auxilia, terrans novam, nova de terra beneficia.* Vel ad diem judicii, quando mundus ad gloriam sanctorum innovabitur. Apocal. xxxi, 4 : *Prima abierunt. Secundo in speciali : Quia ecce*

¹ Al. : « sive. »

² Al. *exprobaverunt*; adorando in excelsis. Et pro peccatis etiam idola juventutis etc.

³ Al. : « celebratur. »

⁴ Al. : « fructum. »

³ Al. et servos nomine, scilicet nomine Jesus est nomen.

Ego creo Jerusalem. Et primo quantum ad cordium jucunditatem, *Jerusalem*, terrestrem; sed magis celestem exultationem, emphaticae, ut tota gaudio sit absorpta. Supra xxxv : *Gaudium et latitum obtinebunt, et fugiet ab eis dolor et gemitus.* Secundo quantum ad vita diuturnitatem : *Non erit amplius qui non implat :* anto tempus non morieris, sed puer morietur centum annorum, idest quando perveniret ad talem utatem, et, si sit, peccator, quamvis tantum vixerit, maledictioni subjacebit. Gen. xxv, 8 : *Mortuus est Abraham in senectute bona.* Mystice, in celesti Jerusalem omnes dies suos implebunt, quia nullus morietur. *Puer centum annorum*, idest qui usque ad aetatem senectutis pueriliter vivit, morietur, morte aeterna. Sap. iv, 8 : *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata.* Tertio quantum ad

bonorum prosperitatem, tum quantum ad securitatem possessionum, *Et edificabunt Amos ult : Plantabunt vineas, et edificabunt domos.* Et assignat rationem : *Secundum enim dies ligni ;* idest, quia diu vivent sicut diu durat lignum arboris. *In veterabunt ;* idest, usque ad vetustatem in usum corum remanebunt. Psal. i, 3 : *Erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Tum quantum ad pacem filiorum : *Neque generabunt in conturbatione,* quasi generantes filios in servitutem hostium. Eccli. xliv, 11 : *Cum semine ipsorum perseverant bona.* Quarto permanenter quantum ad precum exauditionem : *Eritque antequam clament, ore.* Supra xxx : *Ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.* Quinto quantum ad pacis tranquillitatem, *Lupus et agnus :* quia qui prius tyranni et malefactores, pacifice cum aliis morabuntur, etc.

C A P U T S E X A G E S I M U M S E X T U M

Hæc dicit Dominus : Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Quia est ista dominus quam adificabis mihi, et quis iste locus requiescit mea ? Omnia haec manus mea fecit, et facta sunt universa ista, dicit Dominus. Ad quem autem respiciem, nisi ad pauperum et contributum spiritu et tremorem sermones meos ? Qui immolat bovinum, quasi qui interficit virum ; qui inactat pecus, quasi qui exerceret canem ; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat ; qui recordatur filiorum, quasi qui beneficat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde et ego eliam illusiones eorum, et quæ timebant adducam eis : quia vocavi, et non erat qui responderet ; locutus sum, et non audierunt : feceruntque malum in oculis meis, et que nolui elegerunt. Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum ejus. Dixerunt fratres vestri odientes vos, et adjicentes propter nomen meum : Glorificetur Dominus, et videbimus in laetitia vestra ; ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini redentis retributionem iniurias suis. Antequam parturiret, peperit ; antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quid audit unquam tale, et quis vidit huius simile ? Numquid parturiet terra in die una : aut parturiet genitrix simul, quia parturivit et peperit Sion filios suoi ? Numquid ego qui alias parere facio, ipse non pariam ? dicit Dominus : Si ego qui generationem ceteris tribuo sterilis ero ? aut Dominus Deus tuus. Letaniui euui Jerusalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudeite cum ea gaudio universi qui lugelis super eam, ut sugatis et repleamini ab ubere consolationis ejus, ut mulgeatis, et deliciis affluatis ab omnimoda

gloria ejus. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego delinabo super eam quasi fluvium pacis ; et quasi torrentem inundantem, gloriam gentium, quam sugetis. Ab ubera portabimini, et super genua blandietur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos et in Jerusalem consolidabimini. Videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt. Et cognosecetur manus Domini servis ejus, et indignabitur iniurias suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadriga ejus, reddere in indignatione furorem suum, et increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus dijudicabit, et in gladio suo ad omnem carnem et multiplicantur interficiunt a Domino. Qui sanctificabantur, et mundos se putabant in hortis post januam intrinsecus ; qui comedebant carnem suillam, et abominationem, et inurem, simul consumuntur : dicit Dominus. Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem eum omnibus gentibus et linguis : et venient, et videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam, in Lydiam, tenentes sagittam ; in Italiam et Graciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus domum Domini, in equis et in quadrigis, et in lecticis, et in mulis et in carrucis, ad montem sanctum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israel manus in vase mundo in domum Domini. Et assumans ex eis in sacerdotes et levitas, dicit Dominus : quia sicut cœli novi et terra nova, quæ ego facio stare eorum me, dicit Dominus Deus ; sic stabit semen vestrum

et nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro ut alorot coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, et videbunt cadavera virorum qui praevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carnii.

Hic determinat modum executionis dictae sententiae : et primo specialiter quantum ad Iudeos ; secundo universaliter quantum ad omnes, ibi, *Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis.* Prima dividitur in duas. In prima excludit falsam confidentiam ; in secunda proponit, et determinat datam sententiam, quantum ad modum executionis, ibi, *Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum ejus.* Circa primum duo. Primo excludit falsam fiduciam a templi sanctitate, ostendens templum non esse Dei locum : tum ex Dei magnitudine quia omnia implet. *Caelum sedes dicitur,* quia multum participat de bonitatibus ipsius, sicut sedes magnum partem sedentis habet ; *terra sebellum,* quia terra minimum participat de bonitatibus ipsius, sicut extrema pars ad sebellum pervenit : vel per cœlum sanctos, per terram terrenos. III Reg. viii, 27 : *Si caelum et cœli cœlorum non te capiant.* Jerem. xxiii, 23 : *Cælum et terram ego impleo..* Tum ex quiete, quia in loco quiescit unumquodque cuius est locus ; Deus autem non quiescit in aliquo, sed omnia in ipso sicut ab ipso facta. *Et quis est locus ?* Et dat utile remedium. *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum ?* idest humilem qui se parum reputat quantum ad presentia, *contritum,* de peccatis praeteritis, *trementem,* quantum ad propositum de futuri faciendis. Eccli. xv, 20 : *Oculi ejus ad timentes eum.* Secundo excludit confidentiam quam conceperant ex ritu sacrificiorum : et primo ponit ipsorum reprobationem : *Qui immolat bovem;* ac si diceret : Ita sunt abominabilia ipsorum sacrificia, ac si aliquid contra legem facerant; quia eadem idolis offerabant. *Qui benedicat, laudat et veneratur.* Supra i : *Ne offeratis ultra sacrificium frustra.* Secundo ostendit reprobationis rationem, primo ponens culpam : *Hæc omnia elegerunt, scilicet sa-*

cificia, ambulantes, In viis suis, malis. Prov. ii, 14 : *Lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* Secundo comminatur pena, *Unde et ego, Prov. iii, 14 : Illusores ipse deludet.* Job. iii, 25 : *Timor quem timebam evenit mihi, et quod verebar accidit.* Tertio arguit peccantium diritiam, *Quia vocavi. Prov. i : Vocavi et renuisti. Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum ejus.* Hic exequitur modum executionis dictæ sententiae : et primo quantum ad præmia bonorum ; secundo quantum ad supplicia malorum, ibi, *Et cognoscetur manus Domini servis ejus.* Prima in duas, Primo excitat attentionem : *Audite qui tremitis,* ex reverentia verborum ipsius. Eccli ii, 8 : *Qui timetis Dominum credite illi.* Secundo prosequitur promissionem : et primo quantum ad vindictam de irrisoribus, ponens eorum irrisione : *Dixerunt fratres vestri. Glorificetur,* quasi dicat, nunquam apparebit. Supra v : *Festinus velociter venet, et non est deficiens neque laborans in eo.* Et praedicent eorum confusionem : *Ipsi autem confundentur,* hoc modo. *Vox populi, timoris, vox Domini,* quantum ad hostium tumultus. Soph. i : *Vox diei Domini amara.* Secundo exequitur promissionem quantum ad bonorum abundantiam : Et primo quantum ad populi readmissionem, ponens promissionem, *Antequam parturiret;* idest, subito, et simul filii Ierusalem congregabuntur ad ipsam, sicut si mulier subito filium pararet, non praecedente parti. Supra. xxxvii : *Venerunt filii usque ad partum, et virtus non est pariendi.* Mystice exponitur de parte B. Virginis, et parti Ecclesie in conversione fidelium, et de parturitione aeternæ generationis. Et inducit admirativam questionem : *Quis audirit unquam tale, et quis vidit huic simile ?* Et primo posuit responsum ex persona Domini : *Nunquid ego non pariam ? congregans Iudeos, vel fideles convertens, vel filium ab eterno generans ? Simile Psalm. xcii. 9 : Qui plantavit aurem, non audiens; aut qui finxit oculum, non considerans ?* Et haec argumenta tenent, si illud quod perfectionis in creaturis, attributatur Deo, remoto omni eo quod imperfectionis est. Secundo promittit congregatis immensam

consolationem. Et primo invitat alios ad congratulationem : *Lactamini eum Ierusalem, et exultate in ea*, sicut in objecto gaudii, potens conditionem congratulationis quantum ad affectum, *Qui diligitis*, Cant. v, 4 : *Comedite amici, et bibite, et inebriamini carissimi*. Quantum ad affectus signum, *Qui lugent*. Matth. v, 5 : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Et congratulationis fructum quantum ad participations letitiae, vel pacis, *Ut sugatis*, Can. 1 : *Meliora sunt ubera tua vino*. Quantum ad participationem gloriae, *Ut mulgeatis*, quasi mulgentes lac. Job xxii, 26 : *Tunc supr̄ Omnipotentem delicias afflues*. Secundo promittit copiosam collationem pacis : *Quia haec dicit Dominus : Declinabo. Inundantem*. Et vocatur redundantia sicut fluvius descendens cum magno impetu venit, nec redundant. Et gloriae, *Et quasi torrentem*. Tertio promittit consolationis plenam perceptionem. Primo quantum ad gentium administrationem : *gloriam gentium, quam sugetis*¹, quia ipsi reges gentium consolabuntur, et sustentabunt vos. Unde sequitur, *Ad ubera*. Mystice loquitur de Apostolis, qui in gloria gentium velociter conversarum delectati sunt, et eas quasi ad ubera blandis admonitionibus portaverunt. Secundo quantum ad divinam protectionem : *Quomodo si cui mater*. Heb. xi, 5 : *Obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur dicens : Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo arqueris*. Tertio quantum ad bonorum fruitionem, *Videbitis, bona a Deo vobis data, ossa, vos qui in adversitate sicut ossa arida eratis*. Ezech. xxxvii, 4 : *Ossa arida audite verbum Domini*. Vel videbitis divinam essentialiam. Eccl. xi, 7 : *Dulce lumen, et delectabile oculi solem videre*. *Ossa vestra quasi herba germinabunt, in resurrectione*. Et cognoscetur manus Domini servis ejus. Ille promittit malis supplicia : et primo comminatur ponam, ponens judicis indignationem, *Manus, affligens impios in servis*. Vel manus, consolationis, in servis, per effectum. Supra

xxvi : *Indignatio non est mihi*. Ponit etiam ponit magnitudinem : *Quia ecce Dominus in iugis*, quo civitas comburenda erat, vel quo mundus purgandus. Psal. xvi, 3 : *Ignis ante ipsum procedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus*. *Quadrigr̄*, exercitus Chaldaeorum, in quo quasi venit Deus; vel Angeli qui cum ipso ad judicium venient. Ponit etiam plurimorum multitudinem, *Multiplicabuntur*. Supra xxxiv : *Victima enim Domini in Bosra, et intersectio magna in terra Edom*. Secundo impropperat culpam, *Qui sacrificabantur*² putantes se mundare ab immundis aquis, vel etiam sacrificiis idolorum, *in hortis*, in quibus idola colebant, vel voluntati se exercabant, una cum mulieribus more pecudum coeientes. Vel *post januam*, ad litteram, *nurem*, glirem, contra legem, Levit. xi : Supra lxv : *Comedent carnem suillam, et jus profanum*. Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis. Ille prosequitur modum discretionis³ quantum ad omnes communiter : et primo indicit universale judicium, *Opera et cogitationes, pro utrisque judicans, venio, in die judicii*. Vel diverse regna hostium vestrorum, et in vobis malos destruens. *Venient, in Jersalem post vestrum redditum, vel ad judicium, vel ad fidem*. Joel. iii, 7 : *Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos*. Secundo ponit citationem : *Et ponam in eis, idest Iudeis qui erunt cum Zorobabel et aliis ducibus, signum, edictum Cyri, ad gentes, ad quas dispersi erant Iudei, Lydiam, tenentes sagittam, quia sunt boni sagittarii : gloriam meam, quæ apparebit in vestra liberatione*. Supra xi : *Levabit signum in nationibus*. Vel signum crucis ponit in Apostolis, ut omnes ad Deum convertant, quasi ad judicium præparantes. Tertio ponit judicandorum præparationem : et primo quantum ad bonos ; secundo quantum ad malos : *Et egredientur et videbunt*. Prima in duas. Primo quantum ad Iudeos ponens honorificam reversionem : *Adducant in equis*, per quæ significantur sub-

¹ Al. : « quam sugetis in gloriam gentium. »

² Al. : « sacrificabantur, »

³ Al. : « descriptionis. » — ⁴ Al. : « inducit. »

illos sidia, quæ a gentibus reverentes habuerunt. Baruch v, 6 : *Adducet hos Dominus ad te.* Vel significantur diversæ conditiones eorum qui convertuntur ad fidem, sicut exponit *Glossa.* Secundo reversionis exaltationem primo quantum ad dignitatem, *Et assunam;* quod ad littaram impletum est in *Judaïs,* et etiam in *Apostolis.* Supra lxi *Vos sacerdotes Domini vocabimini, Ministri Dei nostri,* dicitur *vobis.* Secundo quantum ad semi-nis conservationem : *Quia sicut cœli novi, sic stabit, in perpetuum.* Jer. xxxi, 36 : *Si defecerint leges iste coram, me dicit Dominus, tunc et semen Israel deficiet.* Vel sancti stabunt in æternum innovati sicut cœlum et terra. Tertio quantum ad gloriae durationem, *Et erit mensis;* quasi, mensis mensi, et festum festo in vestra prosperitate succedit. Supra xxix : *Additus est annus ad annum, et solemnitates evolutæ sunt.* Mysticæ Ecclesiæ¹ post finem² et qui est spiritualis post carnalem. Secundo quantum ad gentiles, *Et venient omnis,* quia de diversis nationibus veniebant Jerusalem ad Dominum

adorandum. Ps. lxxxv, 9 : *Omnes gentes venient et adorabunt coram te, Domine.* Vel in die judicii : *Et egredientur, et videbunt cadavera eorum qui prævaricati sunt in me;* Ille ponit secundum judicium quantum ad malos : et primo poenæ emanationem : *Et egredientur, venientes Jerusalem, et videbunt, in monumentis antiquis, et in campis ossa mortuorum patrum.* Supra xxxiv : *Interfecti eorum proieciantur, et de cadaveribus eorum ascendet fætor.* Vel sancti videbunt damnatos in damnationem cadentes. Secundo ponit poenæ durationem : *Vernis eorum, conscientia, qua etiam mortui torquebuntur, et ignis, inferni.* Judith xvi, 21 : *Dabit ignem, et vermes in carnes eorum.* Tertio de peinis defecrationem, quantum ad viventes : *Et erunt usque ad satietatem visionis omni carni, idest sanctis.* Ps. lvi, 41 : *Lætabitur justus cum viderit vindictam.* A quibus peinis nos liberet, qui incipere, et consummare dedit, Jesus Christus Dominus noster : cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Al. : « scilicet triumphans. »

² Al. : « scilicet seculi. »

IN JEREMIĀM PROPHETAM EXPOSITIO

PROEMIUM S. THOMAE

Hic est fratum amator, et populi Israel; hic est qui multum orat pro populo et universa sancta civitate, Jeremias propheta Dei. n Mach. ult.

Verba ista sunt Onias summi Sacerdotis ad Judam Machabaum, in visione Jeremiam commendantis. Ex quibus quatuor possunt accipi circa præsens opus quod præ manibus habetur; scilicet auctor, materia modus, et utilitas. Circa auctorem tria designat præsens auctoritas; scilicet officium, affectum et actum. In officio ostenditur prophetalis dignitas: unde dicit: *Jeremias propheta Domini*. In affectu fraterna caritas: unde dicit: *Hic est fratrum amator*. In actu compassionis pietas: unde dicit: *Hic est qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate*. Dicitur autem propheta Dei ad differentiam aliorum qui non sunt prophetæ Dei. Sunt enim quidam prophetæ cœli, quidam prophetæ diaboli, quidam prophetæ Dei. Prophetæ cœli sunt qui ex figuris cœli in motibus siderum futura conjicere student; et de ipsis dicitur Isa. xlvi, 13: *Stent, et salvet te augures cœli, qui contempnabantur sidera, et suppatabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi*. Et ad hunc modum prophetiae reducitur omnis divinatio, quæ fit per aliquos causas vel signa in rebus naturalibus inventa. Prophetæ diaboli sunt qui ex revelatione dæmonum aliqua futura cognoscunt, quæ quidem, ut dicit Augustinus, ipsi dæmones cognoscunt experientia longi temporis, vel perspicacitate naturæ, vel revelatione supernorum spirituum. Et de ipsis dicitur infra

u: Prophetæ prophetaverunt in Baal, et idola scœti sunt. Prophetæ autem Dei sunt qui mediantibus Angelis, ut dicit Dionysius, de futuris a Deo illuminatiōnem accipiunt. Unde Cassiodorus dicit, quod prophetia est divina inspiratio rerum eventus immobili veritate denuntiatio. Et ideo dicitur Luc. 1, 76: *Tu puer propheta Altissimi vocaberis*, etc. Prima prophetia contemnenda est, quia vana: non enim habet immobilem veritatem. Effectus enim recipiunt contingentium a causis proximis, non necessitatē a causis primis. Et ideo dicitur infra x: *A signis cœli nolite metuere*. Secunda est fugienda omnino, quia deceptoria et perniciosa. Zach. xiiii, 2: *Pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra*. Tertia est sequenda et tenenda, quia illuminativa. II Petr. 1, 19: *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco*. Dicuntur autem isti sancti prophetæ, prophetæ Dei propterea. Primo quia a Deo inspirati. Joel. ii, 28: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filie vestre*. E contrario de falsis prophetis, qui per spiritum suum loquuntur, dicitur Ezech. xiii, 3: *Vx prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident*. Secundo quia a Deo missi. Matth. xxiii, 34: *Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribes*.

Isa. Et nunc misit me Dominus, et spiritus ejus. E contrario de falsis prophetis infra xxiii : Non mittebam eos, et ipsi curabant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. Tertio quia Deum testificati Act. x, 43 : Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent, etc. Isa. xlvi, 10 : Vos estis testes mei. Affectus autem ostendit servens fraterna caritate : unde dicit : Hic est fratum amator. Affectus autem proletiarum tripliciter variatur, Quidam enim sunt amatores lucri. Isa lvi, 41 : Dormientes, et amantes somnia : et canes impudentissimi nescierunt satritatem, etc. Quidam amatores favoris humani, de quibus Matth. xxiii, 6 : Amant primos recipitus in caenis. Sed tertii sunt amatores populi, implentes illud Apostoli ad Heb. ult, 4 : Caritas fraternalis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite obliuisci. Primi spoliahant divitiis. Michæl. iii, 5 : Haec dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus, et prædicant pacem. Ezech. xiii, 19 : Violabant me ad populum meum propter pugnillum hordei et fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, et viviscent animas quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendacis. Secundi decipiebant blanditiis. Ezech. xxii, 28 : Prophetæ ejus liniebant eos absque tempore, videntes vanam et divinantes eis¹ mendacium. Sed tertii instruebant veris doctrinis. Infra iii : Dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. In actu autem ipsius, ostenditur pia compassio ejus ad populum suum, ibi, Hic est qui multum orat. Est oratio ejus multa, sive magna tripliciter. Primo altitudine contemplationis. Infra xviii : Recordare quod steterim in cons-

pectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis. In conspectu ejus astare est per contemplationem presto esse. Secundo fuit magna ex magnitudine compassionis. Thren. ii : Conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra jecur meum. Tertio fluit magna assiduitate temporis, quia ante captiōnem, et post. Unde Jacobi ult, 16 : Multum valet deprecatio justi assidua. Et haec tria, scilicet prophetalis dignitas, fraternalis caritas, et compassionis pie-tas, necessaria sunt prophetæ. Cum ergo propheta constitutatur quasi medius inter Deum et populum, sicut dicitur Deut. v, 5 : Ego sequester et medius fui inter Deum et vos : oportet quod per donum prophetie conjungatur Deo, sicut dicitur Sapien. vii, 27 : Per nationes in animas sanctas se transfert ; et per caritatis vinculum jungatur populo. Ephes. iv, 3 : Solliciti servare unitatem spiritus in vin-culo pacis. Et sic orando causam populi referant ad Deum, et prædicando causam Dei ad populum. Ex his autem tribus statim apparent alia tria. Ex officio enim patet modus : procedit enim per simili-tudines et figurās, qui proprius modus prophetarum est. Num. xii, 6 : Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, et per sonnum loquar ad illum. Ex affectu patet utilitas : sicut enim dicitur Eccli. vi, 16 : Amicus fidelis medicamentum vitæ et immortalitatis. Est enim finis bene vivere, et ad immortalitatis gloriam pervenire. Sed materia apparet ex actu : est enim materia secundum sensum historiūm captivitas populi, que compassionis orationis excita-bat. Unde dicitur Baruch iii, 1 : Anima in angustiis et spiritus anxius clamavit ad te.

¹ Al. : « ei. »

PROLOGUS B. HIERONYMI PRESBYTERI IN JEREMIAM

Jeremias Prophet*a*, cum hic prologus scribitur, semone quidem apud Hebreos I*am et tunc*, et pibusdum aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensib*u* par est, quippe qui ex eadem spiritu prophetauerat. Porro simplicitas eloquii, de loco ei*n* in quo natus est, accedit: *tunc enim Antiochites;* qui est us*n* pro hodi*e* vien*u* tribus ab iudeisolymis di*cti*is milibus, sacerdos ex sacerdotibus, et in matris utero sanctificatus, virginitate sua evangelium vienn*u* Christi Ecclesia dedicatus, he vaticinari exorsus est puer, et captivitatem urbis atque iudeae non solum spiritu, sed et oculis carnis intuitus est. Jam decem tribus Israel, Assyrii in Medos transulerant, jam terras carnum colonie genitum

pos idebant. Unde in Iuda tantum et in Beniamino prophecatavit, et civitatis sue ruinas quadriglii planxit alphabeto, quod nos mensura metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Graecos et Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem corrensum. Librum autem Baruch notari ejus, qui apud Hebreos nec legitur nec habetur, prætermisso, pro his *omnibus* maledicta ab annulis præstolantes quibus me nesci*e* est per singula opuscula responderem. Et hoc patet, quia vos cogitis, Ceterum ad compendium luci, rectius fuerat modum furori eorum, silentio uno ponere, quam quotidie novi aliquid scriptitatem, invidorum insaniam provocare.

IN HUNC PROLOGUM EXPOSITIO THOMÆ

Ilie antem libro Jeremie*a*, qui librum de hebreo in latinum transtulit, præmit*a* tit proemium in quo more theoric*o* tria facit. Primo reddit attentos: secundo dociles facit, ibi, *Hic vaticinari exorsus est puer*; tertio benevolos, ibi, *Quod nos mensuræ metri versibusque reddidimus*. Reddit autem attentos dupliciter. Primo ex Scriptura profunditate; secundo ex seribentis auctoritate, ibi, *Sacerdos ex sacerdotibus*. Circa primum duo facit. Primo commendat profunditatem mysteri*u*, in quo aequaliter ipsum aliis prophetis, ibi, *Sed sensibus par*. Et causam ostendit, unitatem spiritus inspirantium, ibi, *Quippe qui eadem spiritu prophetarunt*. I Corin*th*, xiv, 2: *Spiritus est qui loquitur mysteria*. Job xxxi, 8: *Inspiratio Omnipotens dat intelligentiam*. Secundo excusat rusticitatem eloquii, ibi, *Porro simplicitas eloquii, de loco ei in quo natus est, accedit*. Et ideo ipse dicit infra 1: *Nescio loqui, quia puer ego sum*, Auctoritatem autem seribentis ostendit ex tribus. Primo ex genere simul et dignitate, ibi, *Sacerdos ex sacerdotibus*: unde snum erat docere legem. Malach. ii, 7: *Labia sacerdotis custodiunt, scien-*

tiam, et legem requiriunt ex ore ejus. Secundo ex privilegiata sanctitate: *Et in matris utero sanctificatus*. Unde dicitur cap. 1: *Antequam exires de vulva, sanctificari te*. Tertio ex carnis integritate, *Virginitate*, quae probatur ex hoc quod dicitur infra xvi: *Non accipies uxorem in loco isto, et non erunt tibi filii*. *Hic vaticinari exorsus est puer*. Ille reddit dociles, determinans tempus: *Captivitatem urbis non solum spiritu, futuram, sed et oculis carnis intuitus est, præsentem*: et determinans materiam, quia scilicet nou decem tribus, sed tantum duabus prophetauerat. *Jam decem tribus Israel, Assyrii in Medos transulerant*. iv, enim Reg. xvii, patet, quod decem tribus captivata sunt a rege Assyriorum tempore Achaz regis Iuda. *Coloniæ*, idest alienigenæ ad incolendam terram adducti. *Planxit*, in Threnis. *Quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus*. Ille reddit benevolos ex persona sua, tribus locis. Primo de bonis a se factis sine arrogantia, dicens: *Quod nos mensuræ, singulis scilicet versibus litteras ordinatim præscribentes, quantum ad Threnos; per ordinem, quantum ad ipsum librum*

¹ Al. : *a iam enia.*

Jeremie. Secundo crimen illatum diluit, excusans se de Baruch, quam prætermisit. *Librum autem Baruch notarii ejus, qui apud Hebraeos nec legitur, nec habetur, prætermisimus.* Tertio ostendit quæsibi difficultates instant ex contradictione æmolorum : unde primo pout eorum in-

vidiam. *Pro his omnibus :* secundo ponit assumpti laboris causam, *Ethæc patior, quia eos cogitis.* Ceterum : quasi dicat : Nisi essent preces vestre, poteram eorum rabiem nihil transferendo evadere.

JEREMIAE PROPHETAÆ

C A P U T P R I M U M

1. Verba Jeremie filii Helcicæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anatoloth, in terra Benianam.

2. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josie filii Amon regis Juda, in tertiodécimo anno regni ejus. Ex factum est in diebus Joakin filii Josie regis Juda usque ad consummationem undecimi anni Sedeckie filii Josie regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto.

3. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Prinsquem te formarem in utero, novi te ; et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi : A, a, a, Domine Deus : ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me : Noli dicere : Puer sum, quoniam ad omnia que mittam te, ibis, et universa quæcumque mandavero tibi, loqueris. Ne timas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum, et dixit ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut elevas et destruas et dispersas et dissipes, et adficies et plantes.

4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Quid tu vides, Jeremie ? Et dixi : Virgam vigilanteum ego video. Et dixit Dominus ad me : Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud.

5. Et factum est verbum Domini secundum ad me, dicens : Quid tu vides ? Et dixi : Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me : Ab aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terre. Quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnum aquilonis, nūl Dominus, et venient, et ponent manus quisque solium suum in introitu portarum Jerusaleni, et super omnes muros ejus in circuitu, et super universas urbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem militiam eorum qui dereliquerunt me, et libaverunt deis alienis, et adoraverunt opus mammum suarum. Tu ergo accinge humeros tuos, et surge, et loquere ad eos omnia que

ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum, ne enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem militiam, et in columnam ferram, et in murum arenum, super omnem terram, regibus Iuda, principibus ejus et sacerdotibus, et populo terra. Et bellabunt adversum te, et non prevalebunt, quia ego tecum, sum, ait Dominus, ut liberent te.

4. Iste liber more aliorum prophetarum in duas partes dividitur : scilicet in titulum, et tractatum, qui incipit ibi, *Et factum est verbum Domini ad me, dicens,* In titulo duo facit. Primo describit auctorem : secundo prophetæ tempus, ibi, *Quod factum est.* Describitur autem auctor tripliciter. Primo ex nomine, *Verba Jeremie* : supple, haec sunt. Et interpretatur excelsus Domino, quod competit eminentiae contemplationis. Secundo ex genere prophetali, *Fili Helcicæ* : secundum regulam enim Hieronymi¹ ubicumque prophetæ pater in titulo ponitur, ipse etiam propheta fuit. Et sacerdotali, *De sacerdotibus*, quorum erat seiri legem. Haggæi ii, 12 : *Interroga sacerdotem legem.* Tertio describitur ex habitatione proprii : *Qui fuerunt in Anatoloth.* Accepérunt enim Levite in singulis tribulibus aliquas villas in quibus morarentur, sicut dicitur Num. xxxv : De istis verbis dicitur Isa. lxx, 21 : *Verba mea*

¹ Al. deest : « enim. »

** recedunt non deficit. Sciendum est autem quod de ore tuo* quidam prophetæ intitulantur ab actu interiori : unde dicitur : *Visio Isaïr* (vel) *Visio Abdie* : quidam ab actu exteriori, et isti intitulantur per verbum : sicut hic : quidam a materia comminationis et sic intitulantur per Onus, sicut Habaene et Nahum.

2. Hic deseribit prophetæ tempus, quia sub tribus regibus prophetauit, de quibus habetur IV Reg. xx, et deinceps.

Sed cum supra dixerit, *Verba*, quare hic singulariter dicit, *Verbum*?

Ad quod dicendum, quod verba prophetalia sunt quidem multa in se, sed sunt unum in sua origine, quia a verbo increato originantur.

Sed cum illud verbum sit aeternum, ut dicitur Joan. i, quomodo dicitur factum?

Et dicendum, quod non dicitur factum simpliciter, sed ad aliquem ; non quidem mutatione facta in verbo, sed in eo cui per verbum fit revelatio : secundum quem modum dicitur Deus factus refugium nostrum.

Item queritur, quare non fit mentio de aliis duobus regibus, scilicet Joathan filio Josie, et de Joackim filio Joakim, qui et alio nomine Jechonias dicitur est.

Et dicendum, quod uteque istorum regnavit tantum tribus mensibus, ut dicitur IV Reg. xxiv. Et quia sacra Scriptura non curat minutias, computantur cum temporibus aliorum regum.

Mense quinto, quo fuit destructus, licet mense quarto capta, ut dicitur infra XXXIX.

Ilicincipit tractatus ipsius libri et primo injungitur Jeremie prophetandi officium ; secundo ponitur prophetæ iam constituti vaticinium, ibi, *Et factum est*, cap. ii. Prima in duas. In prima injungit officium ; in secunda ostendit executionis modum, ibi. *Tu ergo accinge*. Prima in duas, in prima constituitur in prophetali officio ; in secunda designatur sibi prophetæ suæ materia, ibi, *Et factum est verbum Domini ad me*. Prima in duas. In primo narratur prophetæ præparatio;

in secunda doni prophetalis collatio, ibi, *Et misit Dominus munum suum*. Prima in tres. In prima ponitur præparatio ex parte Domini ; in secunda ponitur contradictionis prophete, ibi, *Et dixi, A, a, a* ; in tertia contradictionis repulsio, ibi, *Et dixit Dominus*. Circa primum tria. Primo ponitur prophetæ præparatio : *Factum est verbum*, vel exterius per subjectam creaturam, vel interius per inspirationem. Psal. LXXXIV, 9 : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Te formarem* : in ipsa enim natura formante Deus operatur formam, scilicet sicut¹ causa prima in secunda. Job. x, 11 : *Pelle et carnibus vestisti me. Novi*, notitia approbationis. Isa. XLIX, 1 : *Dominus ab utero vocavit me de ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Secundo ponitur privilegiata sanctificatio, *Et antequam*. Eccli. XLIX, 9 : *Male tractaverunt illum qui a ventre matris consecratus est propheta, etc.* Tertio ponitur officii præordinatio. *Et prophetam dedi*, scilicet in mea ordinatione. Isa. XLIX, 6 : *Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ*.

Circa sanctificationem in utero quatuor videamus. Primo tempus. Et videtur quod ante infusionem animæ possit esse hujusmodi sanctificatio, per illud quod dicit *Glossa Ambrosii* Luc. i : *Nondum inerat spiritus vita, et jam inerat spiritus gratiae*. Præterea hic dicitur : *Priusquam te formarem in utero novi* : et intelligitur de spirituali notitia, quæ est approbationis : ergo ante formationem gratiam habuit. E contra videtur, quod non, antequam ex utero nascatur, quia dicit *Augustinus* : *Non potest renasci nisi jam natus* : nullus autem habet gratiam nisi renatus, quia per gratiam fit quis filius Dei : ergo nec gratiam sanctificationis.

Ad hoc dicendum, quod sanctificatio de qua loquimur, fit per gratiam, eujus subjectum est anima ; et ideo ante infusionem animæ non potest esse ; sed post infusionem, ante nativitatem ex utero, fit ex speciali privilegio. Ad primum dicendum, quod spiritus vitæ dicitur ibi

¹ Al. : « sine. »

ac exsternus, libere respiratus. Vel dicitur inesse spiritus vitæ, si de anima acceptipatur, quando innotescit. Ad aliud dicendum, quod intelligitur de notitia approbationis, quæ est secundum prædestinationem ad gratiam, et non dicitur secundum præsentem justitiam. Ad aliud dicendum, quod nullus potest renasci ex lege communis, regeneratione quæ est per sacramenta, antequam sit natus, quia nondum subjaceret potest operationibus ministrorum Ecclesiæ, per quos hujusmodi gratia dispensatur. Sed Deus potentiam suam non alligavit sacramentis; et ideo ipse potest speciali privilegio aliquem in utero sanctificare.

Secundo queritur, quibus conveniat sanctificationis ista. Et videtur quod Christo, de quo dicitur in *Glossa*, quod antequam de vulva exiret, sanctificatus est in utero. Sed contra Sanctificari est de non sancto fieri sanctum: sed ipse nunquam fuit non sanctus: ergo etc. Item videtur quod conveniat rebus inanimatis, per id quod dicitur in Psal. xlvi, 5: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*. In contrarium est quod hujusmodi non sunt susceptiva gratiæ.

Et dicendum ad primum, quod non sanctum dicitur duplíciter. Vel privative, et tunc requiritur existentia subjecti; et sic Christo non convenit: aut negative; et sic convenit Christo de non sancto fieri sanctum, quia antequam esset homo, non erat sanctus sanctitate creata. Ad aliud dicendum, quod sanctum dicitur uno modo cultui divino dicatum; et sic res animatae et inanimatae sanctificari possunt: aliquando autem sanctum dicitur firmum, vel mundum vel a peccato, vel a carnali actu; et talis sanctificationis est per gratiam, et tantum in hominibus possibilis. Cum autem omnis sanctificationis ordinetur ad illam sanctissimam filii Dei conceptionem, convenienter mater, in ejus utero celebrata est illa conceptionis, sanctificata fuit, et Joannes Baptista, qui adhuc clausus utero, clausum in utero ostendit, et Jeremias, qui inter alios expressus modum illius sautissimæ conceptionis disseruit. Infra xxi: *Creavit Dominus novum super terram: femina circumdabit virum*.

Quæritur tertio de effectu sanctificationis. Et sciendum est, quod sanctificationis ordinatur contra immunditiam peccati originalis, in quo est considerare reatum parentis divinae visionis ex parentia debita justitiae; et hinc totaliter amovit, quantum pertinet ad impedimentum personæ, licet nondum esset solutum premium quo amoveretur impedimentum nature. Est etiam considerare fomitem, qui est pronitas ad omne malum; et hic quidem manet, sicut habitus impeditus non inclinans ad id ad quod est: sed in aliis inclinabat ad veniale, quamvis non ad mortale; in beata autem Virgine ad neutrum horum.

Quarto queritur de comparatione gratiae sanctificationis ad gratiam sacramentalis. Et dicendum, quod simpliciter prævalet gratia sanctificationis, quia post gratiam sacramentalem manet inclinatio ad peccatum mortale. Sed secundum quid prævalet gratia sacramentalis, scilicet quod ad impressionem characteris et hujusmodi.

Et dixi. Hic ponitur prophetæ contradictionis: et primo ponit suum stuporem, *A*, propter defectum vita, *A* propter defectum scientiae, *A*, propter defectum eloquentiæ. Ezech. iv, 14: *Et dixi*, *A*, *a a*. Secundo ponit stuporis rationem: et allegat defectum eloquentiæ: *Ecce nescio loqui*. Exodi iv, 10: *Non sum eloquens ab heri et nudi tortius*. Et atatem pueritiae: *Quia puer ego sum*, unde non convenit actas mea prædicationis officio. Job xxxi, 7: *Sperabam*, quid artas prolixior loqueretur, et amorum multitudo doceret sapientiam. Eccli. xxxii, 4: *Loquere major natu, docet enim te*. Quare autem hic recusavit officium prædicationis, ad quod Isaías se obtulit, Isa. vi: ostendit Gregorius in *Glossa* illa: officium (inquit) prædicationis alii laudabiliter appetunt, ad quod alii laudabiliter coguntur, etc., quia hic ex amore quo ferebatur in Deum, damnam contemplationis timebat, et ille per dilectionem proximi, salutem proximorum cupiebat. Nec tamen ille aucto purgationem se obtulit, nec iste perfiditer recusavit. *Et dixit Dominus*. Repellit hanc contradictionem. Et quia ille allegabat pueritiam, promittit tria contra

tres defectus puerorum. Pueri enim sunt inconstantes; et contra hoc promittit constantiam: *Noli dicere, te excensato, ad omnia, exequendum.* Infra x : *Non est hominis via ejus, nec cirri est ut ambulet, et dirigat gressus suos.* Ps. iii, 6 : *In omnibus ruis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Item promittit eloquentiam contra hoc quod pueri sunt elingues, *Et universa.* Sap. x, 21 : *Sapientia operuit os mutorum, et linguis infantium fecit disertas.* Promittit audaciam contra timiditatem puerorum: *Ne timeas quia tecum sum, ut erum te, non quod augustis careas, sed quod omnia patienter feras.* Psal. xxn, 4 : *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et misit Dominus. Hic offert prophetiam donum per modum sacramenti. Unde primo ponitur actio *Misit Dominus, imaginaria visione, ut humana membra videns puer non expavesceret: per quam signatur liberalitas divinae bonitatis.* Psalm. cii, 28 : *Aperiens te monum tuum, omnia implebuntur bonitate.* Non autem purgatur ante ignito calculo, ut Isaías: quia propter pueritiam et sanctificationis gratiam peccata nulla habebat. Secundo ponuntur verba: *Et dirit ad me: qua tria continent. Primo exprimit donum, Ecce dedi.* Psalm. lxvn, 42 : *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.* Secundo ostendit gradum: *Ecce constitui super gentes, diversas, quibus prædicavit, quasi mediator inter ipsas et Deum.* Exod. vii, 1 : *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Psal. xvii, 44 : *Constitues me in caput gentium.* Tertio exponit officium: *Ut ecclias, mala quantum ad radicem, destruas, quantum ad malam ordinationis machinationem, disperdas, malorum adunationem, dissipes, mali defensionem, adifices bona quantum ad ordinem, plantes, quantum ad radicem.* Non enim indigent exteriori munimine quasi sepe. Eccl. xlxi, 9 : *Consecratus est propheta, evertere, eruere et perdere, et iterum adificare et renovare.*

4. Hie determinat materiam ad quam specialiter prophetandam constituitur: scilicet destructionem Ierusalem, et captivitatem populi. Et primo ostendit prophete-

tie certitudinem: secundo ostendit ipsam captivitatem ibi (cap. xxxii), *Et factum est.* Circa primum tria. Primo ponitur propheta excitatio¹ ad videndum. *Quid tu vides?* quasi dicat: Ex quo propheta es, tuum est videre. I Reg. ix, 9 : *Qui nunc dicitur propheta, olim dicebatur ridens.* Secundo ponitur visio, *Et dixi, Virgam, quasi virgam in manu Domini paratam ad percutiendum, video, imaginaria visione.* Thren. i : *Vigilavit jugum iniquitatum mearum; in manu ejus convolute sunt, et imposita collo meo.* Qui-dam intelligent virginem vigilantem, virginem latronum ad attrahenda spolia de dominibus per fenestras, dum ipsi vigilant alii dormientibus; sed primum melius. Tertio ponitur expositio: *Et dixit, Breve;* quasi dicat: Congruunt veritati. *Vigilabo, sollicitus ero.* Isa. lv, 11 : *Verbum quod egredietur de ore meo.*

5. Hie ponit ipsam destructionem civitatis: et primo ponitur excitatio ad videndum: *Quid tu vides?* ut supra. Secundo visio: *Et dixi: Ollam succensam, quod signat combustionem civitatis, et faciem, fundum, aquilonis, unde ignis accendebatur.* Ezech. xxiv, 11 : *Pone ollam super primas vacuam, ut incandescat, et liquefiat as ejus, et confletur in medio ejus inquinamentum ejus, et consumatur rubigo ejus.* Tertio ponitur expositio: *Et dixit Dominus,* Et primo exponitur in generali: *Ab aquilone, idest a rege Babylonis, qui ad aquilonem erat respectu terrae sanctæ, habitatores terræ, Ierusalem, vel aliarum adjacentium, quæ per ipsum vastatae sunt.* Infra. x : *Ecce veniet commotio magna de terra aquilonis, ut ponat civitates Iuda solitudines et habitacula draconum.* Secundo prosequitur totum rei ordinem. Et primo ponitur exercitus convocatio: *Quia ecce ego conveco ab inspirando, Regnum, subjectorum Nahuchodonosor.* Isaías v, 26 : *Locabit signum in nationibus procul.* Secundo ponitur civitatis obsidio: *Et veniet... solium, tentorium, in introitu portarum, quasi usque ad muros obsidebunt.* Isa. xxn, 7 : *Eques ponent sedes suas in porta, et revelabitur oportimentum Iudeæ.* Vel po-

¹ AL. : « exercitatio. »

nit ipsam captitatem urbis : et tangitur id quod habetur infra xxxix : *Ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, et sederunt in porta media.* Tertio ponitur habitantium punitio : *Et loquar iudicio,*
 ubi non verbis, sed manis. Ezech. xvi, 38 : * *Judicabunt te iudiciis adulterarum, et effundentiam sanguinum. Tu ergo accinge.* Ille docet exercendi modum : et primo ut prompte exequatur : *Accinge lumbos tuos,* quasi qui parat se ad velociter eundum. Job xxxviii, 3 : *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Secundo quod secure : et circa hoc primo excludit timorem. *Ne formides.* Ezech. iii, 9 : *Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est.* Isaia li, 12 : *Quis tu ut timeas ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi serum ita arescit, et oblitus es' Domini factoris tui, qui tetendit caros, et fundavit terram; et formidasti tota die a facie furoris ejus qui te tribulabat, et paraverat ad perdendum?* Ubi est nunc furor tribulantius? Secundo promittit fortitudinem ad residendum : *Ego quippe dedi te hodie in civitatem, ad alios insitendum, in columnam.* Isa. i, 4 : *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciā sustentare eum qui lapsus est, verbo, et ut in se non deficiat.* Et in murum aerum. Ezech. iii, 9 : *Ut adamantem et ut scilicet deli faciem tuam.* Tertio promittit hostium frustrationem : *Et bellabunt, et non pravalebunt, non poterunt te a veritate avertere.* Infra. xv : *Dabo te populo huic in murum aerum fortē;* et bellabunt adversum te, et non pravalebunt, quia ego tecum sum, ut saltem te et eruan te : dicit Dominus.

¶ Circa predicta sciendum primo, quod alienus Deus potest habere notitiam approbationis, ut dictum est. Pravisionis. Eccl. xxii, 29 : *Domino Deo antequam crearentur, omnia sunt agita;* sic et post perfectionem respicit omnia. Praedestinationis. II Tim. ii, 9* : *Norit Dominus qui sunt ejus.* Gratia infusionis. Ioh. x, 27 : *Cognosco oves meas et cognoscunt me me.* Specialis familiaritatis. Exod. xxxii, 42 : *Et te ipsum novi ex nomine, Glorificationis.* Eccl. xliv, 25 : * *Cognovit*

illum in benedictionibus suis, et dedit illi hereditatem.

Item notandum, quod aliquos tangit Dominus corripiendo. Job. xix, 21 : *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* A peccati mundo. Matth. viii, 3 : *Et Jesus tetigit eum, dicens : Volo mundare.* Gratiam infundendo. Cant. v, 4 : *Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus.* In gratia confortando. Dan. x, 10 : *Et ecce manus tetigit me, et crevit me super genua mea, et super articulos manuum mearum.* Fervorem excitando. Psal. cxlii : *Tange montes, et fumiabantur.*

Item notandum, quod anima peccatrix dicitur olla propter concupiscentia fervorem. Job xii, 22 : *Fervescere faciet quasi ollam profundum maris, et ponet quasi cum inuenta bullunt.* Propter operis carnalitatem. Mich. iii, 3 : *Ossa eorum confregunt, et considerunt sicut in latere, et quasi carnem in medio ollæ.* Propter maculae nigredinem. Nahum ii, 10 : *Facies omnium sicut nigredo ollæ.*

Item notandum, quod praedicta olla succenditur igne inordinati amoris. Psal. lxxix, 17 : *Iuventa igne, et suffossa ab incratione virtus tui peribunt.* Iræ, et contentionis. Isa. l, 11 : *Ecce omnes vos acercentes ignem accincti flammis.* Æternæ damnationis. Denter. xxxii, 22 : *Ignis successus est in furore meo, et ardedit usque ad infernum novissimum.*

Item notandum, quod diabolus dicitur aquilo propter tentationis impetum. Eccl. xliii, 18 : *Vox tonitruj ejus verberabit terram, tempestas aquilonis, et congregatio spiritus.* Quia impedit boni operis fructum. Cant. iv, 16 : *Surge aquilo, et veni auster perfla hortum murum, et fluent auronata illius.* Quia siccat lacrymarum fluvium. Prover. xxv, 23 : *Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem.*

Item notandum, quod minunit Ecclesia, vel anima, divino auxilio. Zach. ii, 5 : *Ego ero eis ignis in circuitu, et in gloriam ero in medio ejus.* Angelorum præsi-

dio. Isa. xxxiii, 16 : *Monumenta saecorum sublimitas ejus. Sanctorum Patrum exemplo. Cant. iv, 4 : Tarris David columnatum, quae adflicata est cum propugnaculis. Fratrum subsidio. Prov. xviii, 19 :*

Frater qui adjuvatur a fratre quasi civitas firma. Sacramentorum remedio. Cant. viii, 10 : Ego murus, et ihera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

C A P U T S E C U N D U M

1. *El factum est verbum Domine ad me, dicens : Vade, et clama in auribus Ierusalem, dicens : Hoc dicit Dominus : Recordatus sum tui misericordia adolescentiam tuam, et caritatem desponsationis tuae, quando secuta es me in deserto, in terra qua non seminatur. Sanctus Israel Dominus, primitus frugum ejus. Omnes qui devorant eos, delinquent; mala venient super eos, dicit Dominus.*

2. *Audite verbum Domini, dominus Jacob, et omnes cognationes domini Israel. Haec dicit Dominus : Quid invenerunt patres vestri in me iniurias? qui elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt. Et non dixerunt : Ubi est Dominus qui ascendere nos fecit de terra Egypti, qui transduxit nos per desertum, per terram inhabitalibet et inviam, per terram siti, imaginem mortis, et per terram in qua non ambulavit vir, neque habitavit homo? Et induxit vos in terram Carmel, ut comederetis fructum ejus, et bona illius. Et ingressi contaminatis terram meam, et hereditatem meam posuitis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt : Ubi est Dominus? et leviter legem nescierunt me, et pastores prevaricati sunt in me: et prophete prophetaverunt in Baal, et idole fecerunt sunt.*

3. *Propterea adhuc iudicio contendam vobissem, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo. Transsite ad insulas Cethim, et videite, et in Cedar militate, et considerate vellemus, et vide si factum est hujusmodi, si mutavit gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dii. Populus vero mens mutavit gloriam suam in idolum. Obstupescite coli super hoc, et porte ejus desolamini vellemus, dicit Dominus. Due enim mala fecit populus mens. Me dereliquerunt fontem aquae vive, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, que continere non valent aquas.*

4. *Nunquid servus est Israel, aut vernaulus? Quare ergo factus est in predam? Super cum rugierunt icones, et dederunt vocem suam, posuerunt terram ejus in soliditudinem. Civitates ejus existent sunt, et non est qui habitat in eis. Fili quoque Memphis et Taphneos constituerunt te usque ad verticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo duebat te per viam? El nunc quid tibi vis in via Egypti, ut liberas aquam turbidam? El quid tibi cum via Assyriorum, ut liberas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, et aversus tua incepabit te. Scito, et vide quia malum et inarum est reliquio te Dominum Deum tuum, et non esse timorem ejus apud te: dicit Dominus Deus exercituum.*

5. *A seculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti. Non serviam. In omni enim colle sublimi et sub omni ligno froudoso tu prosterneharis me retrix.*

6. *Ego autem plantavi te vineam electam, omnem semen verum. Quonodo ergo conversa es mihi in pravum, vinea aliena? si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam horrida, maculata es in iniuritate tua coram me, dicit Dominus Deus. Quonodo dicas: Non sum polluta, post Badum non ambulavi? Vide vias tuas in convalle, scito quid feceris. Cursor levis explicans vias suas, onager assutus in solitudine, in desiderio anime sua attraxit ventum amoris sui. Nullus avertit eam. Omnes qui querunt eam, non deficient; in mensbris ejus inventant eam. Prohibe pedem tuum a miditate, et guttur tuum a siti. Et dixisti: Desperavi, nequam faciam. Adamavi quippe alienos, et post eos ambulabam. Quonodo confunditur fur quasi deprehenditur, sic confusi sunt dominus Israel, ipsi et reges eorum, principes et sacerdotes et priopletorum, dicentes ligno, Pater mens es tu; et lapidi, Tu me genuisti. Verterunt ad me tergum et non faciem, et in tempore afflictionis sue dicent: Surge, et libera nos. Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi? Surgent, et liberent te in tempore afflictionis tue. Secundum numerum quippe civitatum tuarum erant dii tui, Iuda.*

7. *Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquerunt me, dicit Dominus. Frustra percussi filios vestros; disciplinam non repperunt. Devoravit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator generatio vestra.*

8. *Videte verbum Domini. Nunquid solitudo factus sum Israeli, ant terra serotina? Quare ego dixi populus mens: Recessimus, non veniens ultra ad te? Nunquid obliviscetur virgo ornatissima sui, et spousa fasciae pectoralis sua? Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.*

9. *Quid niteris bonam ostendere viam tuam, ad querendam dilectionem, que insuper et malitias tuas docent vias tuas, et in aliis tuis inventus est sanguis animarum pauperum et innocentium? Non in fossis inveni eos, sed in omnibus que supra memoravi. El dixisti: Absque peccato el-iunocens ego sum; et propterea avertitur furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixerit. Non peccavi. Quan vilis facta es nimis, iterans vias tuas!*

10. *Et ab Egypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam et ab ista egrediris, et manus tue erunt super caput tuum, quoniam obtrivit Dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum.*

11. *Hic incipit vaticinium ipsius Jeremiæ jam in prophetali officio constituti; et dividitur in partes tres. In prima prædictæ captivitatem futuram: in secunda plangit jam factam, in Threnis; in tertia inducit*

jam captivatos ad paenam in libro Baruch. Prima in duas. In prima prædictit captivitatem per modum prophetie; in secunda narrat eam per modum historiae, in cap. lxi: *Filius viginti et unius anni*. Prima in duas. In prima prophetat ad populum Iudeorum; in secunda ad diversos populos gentium, quia illis etiam propheta constitutus est, ut patet ex præcedenti parte; et hoc cap. 46, *Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes*. Prima in duas. In prima ponitur prophetia ad populum captivandum ante captivitatem; in secunda ad reliquias captivitatis post captivitatem, cap. xxxix: *Anno nono Sedecevæ regis Iuda*. Prima in duas. In prima ponitur Jeremias prædictio; in secunda audientium contradicatio, cap. xxxiv: *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino*. Prima in duas. Primo ponit communionem; secundo consolationem, cap. xxx: *Hoc verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens etc.* Prima in duas. In prima ponit veram communionem; secundo excludit falsam consolationem, in c. xxv. *In principio regni Joakim filii Josiae Regis Iuda*. Prima in duas. In prima ponitur comminatio ad populum universaliter; in secunda ad maiores specialiter, xx cap.: *Et audivit Phassur filius Emmer Sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem sermones istos*. Prima in duas. In prima ponit communionem; in secunda propheta quasi compatiens interponit snam orationem, cap. xiv: *Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus iactantibus*. Prima in duas. In prima per iudicium convincit culpam; in secunda revocat ad penitentiam, cap. iii: *Vidgo dicitur etc.* Prima in duas. In prima assignat tantæ dignationis rationem, eo scilicet quod non statim post culpam vindictam inferat, sed iudicio contendat, ut revocet; in secunda prosequitur iudicium ordinum, ibi, *Audite verbum Domini, dominus Jacob*. Circa primum duo. Primo sumit rationem ex Dei pietate: *Chama, aperte pronuntia, Ierusalem, habitatorem ipsius*. Et ponit tria quæ mouent ad pie-

tatem. Primum est puritas ætatis, *Adolescentium tuam*, in qua spouse vehementius amantur, quando secuta es¹ quando egrediebantur de Ægypto. Oseea ii, 15: *Et cauet ibi iuxta dies juventutis sue, et iuxta dies ascensionis sue de terra Ægypti*. Secundum est memoriam pristini amoris, *Et charitatis*, qua scilicet desponsavi te mihi in legislatione. Infra xxxi: *In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miseras*. Tertium est obedientia operis? Quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur; que seri² non potest. Unde nec difficultate itineris retrahabar, quamvis quidam murmurantes dixerint, Numer. xx, 5: *Adduxisti nos in locum istum pessimum, qui seri non potest, etc.* Secundo sumit rationem ex populi dignitate: unde primo ponit dignitatem populi, *Sanctus*, quasi dicatus ad cultum Domini, et Domino consecratus. *Primitiæ*, quia te elegit Dominus de cunctis populis, quasi primitas de frugibus. Dentur. vii et xxxii: *Pars autem Domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus*. Oseea ix, 10: *Quasi prima pomu siculue in cacumine ejus, vidi patres eorum*. Secundo excludit communionem hostis: *Onnes qui devorant eum: secundum legem que habetur Levit vii, quod primitas solis sacerdotibus comedere licet*. Ps. xiiii, 4: *Qui devorant plebem meum sicut escam panis*.

2. Ille prosequitur iudicii ordinem: et primo ponit accusationem: secundo repellit excusationem, ibi, *Ego te plantavi vineam electum omnium semen verum*. Prima in tres. Primo exaggerat culpas eorum ex beneficiorum ingratitudine; secundo ex facti enormitate, ibi, *Propterea adhuc iudicio contendam roboscum*; tertio ex mentis obstinatione, ibi, *Nunquid servus est Israel, aut vernaculaus?* Circa primum tria. Primo purgat se a culpa, ne in ipso³ videatur ingratitudinis causa: *Quid invenerunt patres vestri in me?* mali scilicet, quia nihil. *Elongarerunt, longo tempore recesserunt, vanitatem, idola, quæ non prosunt cultoribus*. Mich. vi, 3: *Popule mens quid feci tibi, aut quid mo-*

¹ Al. : « quiesciri » — ² Al. : « fieri »

³ Al. : « primo purgat a se culpam, ne in ipsa. »

Iestus fui tibi? Responde mihi. Secundo ponit beneficiorum abundantiam, praecepit tangens educationem de Egypto. Et tangit hoc beneficium tripliciter. Quantum ad locum unde eduxit : *Et non dixerunt, ubi est Dominus?* querentes me toto desiderio. Ascendere, propter situm terra. Infra xxvi : *Eduxi eos de terra Egypti.* Quantum ad viam per quam duxit : *Qui transducit per desertum... in originem mortis,* quia ipso aspectu mortem comminabatur. Deut. viii, 13 : *Duxerit tuus fuit in solitudine.* Et quantum ad terram in quam induxit : *Et induxi eos in terram Carmelitam,* propter similitudinem fertilitatis, non quod mons iste sit in terra promissionis. Num. xiv, 7 : *Terra quam cievirimus valde bona est.* Tertio ponit ingratitudinis culpam ; et primo quo ad omnes communiter : *Et ingressi cor' amnastis, idolis,* Psalm. cv, 39 : *Infesta est terra in sanguinibus, et contumacita est in operibus eorum.* Secundo quo ad prelatos specialiter. *Sacerdotes,* quorum est ducere in Deum ; *tenentes legem,* doctores ; *pastores principes,* quorum est ab idolatria revocare. Isa. lvi, 41 : *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam.*

3. Ille exagerat culpam eorum ex facti enormitate : et primo proponit quod intendit, scilicet iudicium : *Adhuc contundam,* super enormitate, sicut pro ingratitudinem, *cum filiis,* qui malitiam patrum imitantur. Mich. vi, 2 : *Judicium Domini cum populo sum, et cum Israel dijudicabitur.* Secundo exequitur propositorum, ostendens in iudicio peccati enormitatem : et primo ex comparatione cultorum : *Transite,* per considerationem, *Cethim,* occidentales ultra Cyprum, vel civitas nominis Cedar, ubi habitant Ismaelites. *Si mutuerit genus;* quasi dicat, non mutavit. Unde constat quod comparatione aliorum damnati sunt. Ezech. v, 6 : *Contempsit iudicia mea, ut plus esset impio quam gentes, et præcepta mea ultra quam terra qua in circuitu ejus sunt.* Secundo ex comparatione deorum prorumpens in stuporem, *Obstupescite :* quasi dicat : Si esset possibile, ecclii obstupescerent : vel

Angeli, qui in celis sunt, sicut civitas regis sui. *Porta ejus,* principaliores in Angelis, qui sunt quasi principes et judices aliorum. Simile Isa. i, 2 : *Audit, celi, et auribus percipe terra quamvis Dominus locutus est.* Secundo subiungit stuporis rationem. *Duo enim,* contra duas partes præcepti. Exod. xxv, 3 : *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti.* Non habebis deos alienos coram me, etc. Et iterum : *Nou facietis deus argenteos, nec deos aurios facietis vobis.* Fontem aquarum, qui veram consolationem eis dare possum. Psal. xxxv, 10 : *Apud te est fons vita.* Cisternas, idola, que salvare non possunt, *foderunt,* quia ipsi ea fecerunt. Psal. cxii, 4 : *Simulacra gentium, argenteum et aurum opera manuum hominum.*

4. Ille exagerat culpam ex mentis obstinatione : et primo quia peccatum non recognoscabant ; secundo quia multiplicabant, ibi, *4 seculo consregisti jugum meum.* Circa primum tria. Primo sumit ex penitis culpae argumentum, excludens servilem conditionem, ne propter hoc videatur juste in servitatem adducta. *Venardus,* qui nascitur in domo domini : quasi dicat, non. Joan. viii, 33 : *Semen Abraham sumus, et nemini servicinus unquam.*² Proponens penitumarum diversitatem quantum ad hominum captivitatem : *Quare ergo factus est in prædum?* Leone, principes Chaldaeorum, *coem,* præcepit vel bella. Quantum ad regionis vastitatem, Posuerunt. Isa. i, 7 : *Terra vesta deserta, civitates vestrae destructae sunt.* Quantum ad mulierum violationem : *Fili quoque, civitates Egypti, usque ad verticem,* contra naturam abentes, nulli parcentes membro. Vel spiritualiter per idolatriam usque ad firmos contaminantes. Thren. ult. : *Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Iuda.* Et concludens veram rationem : *non iustus factum est tibi, quoniam dereliquisti Dominum Deum tuum?* Duxbat, prospere. Non enim te dereliquit, sed tu ipsum. Dan. ix, 10 : *Quia recessivis a te, et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in lege ejus quam posuit*

¹ Al. : « imperfecta. »

² Al. : « ultra. »

nobis per servos suos prophetas... stillavit super nos maledictio. Secundo ponitur inutile remedium, quod contra huiusmodi paenas adhibeantur. Ex quo patet quod peccatum non recognoscabant sperantes in auxilio gentium: unde ponit auxilii inquisitionem, *Et nunc quid tibi vis?* quasi dicat: Non sic deberes pomas' vitare, sed Deum placando, *in via Agypti*, mittens pro auxilio, *aguam, Nili, fluminis, Euphratis*, qui est Assyriorum. Isa. xxx, 2: *Qui ambulatis ut descendatis in Agyptum, et os meum non interrogastis.* Contra predictae culpae recognitionem, Arguet, malitia, quando pro ea pomas sustinebis. Isa. vii, 9: *Agyptio vultus eorum respondebit eis, et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt.* Tertio adhibet utile consilium, ut peccatum recognoscant: *Scito malum, dishonestum, amarum, pœnosum.* Sophon. i, 14: *Vox diei Domini amari, tribulabitur ibi fortis.*

5. Hic ostendit, quod peccatum obstinata mente multiplicabant: et primo quantum ad diuturnitatem temporis. A *sæculo*; quasi dicat, a principio legis dæte. Isa. xlvi, 8: *Transgressorem ex utero vocavi te.* Job xxi, 15: *Quid est opus ut servianus ei, et quid nobis proderit, si oraverimus illum?* Secundo quantum ad multitudinem operis, *in omni colle*: in locis altis et amenis, idolis immolabant. Isa. lxi, 7: *Sacrificaverunt super montes, et super colles exprobaverunt mihi.* Amœna enim et excelsa semper idolis dedicantur.

6. Hic tollit excusationem: et primo quam possent² habere, proponendo cultoris negligentiam: contra quod, *Ego te plantavi electum³ ex electis patribus.* Isa. v, 1: *Vinea facta est dilecta mea in cornu filio olei etc.* Secundo quam possent habere negando culpam, ibi, *Si larvris.* Et primo convincit eos de culpa in Deum; secundo de culpa in proximum, ibi, *Quid nitoris horum ostendere viam tuam?* Circa primum duo. Primo convincit de culpa, ostendens negandi impossibilitatem.⁴ *Nitro*, quod calore solis condensatum, sicut

sald, sordes lavat: *berith*, quadam herba ad lavandum sordes: et est modus loquendi: quasi dicat: Tota aqua fluminis non facaret te mundum; idest nulla est tibi excusatio vel purgatio.⁵ Prov. xxx, 12: *Generatio, quia sibi mundu videtur, et tamen non est bona a sordibus suis.* Quomodo dicas: *Non sum polluta?* Prov. xx, 9: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Et ponit culpam purgationem, proponens dnas circumstantias. Primo locum: *Vide vias, opera, in convalle, filiorum Ennon*, ubi idola colebant. Illic locus Siloe fontibus irrigatur, et ibi erat delubrum Baal, secundum *Glossam*. Infra xxxi: *Dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti.* Et proponit peccati modum quantum ad peccandi sollicitudinem, *Cursor levis*, quasi expeditus ad peccandum. Prover. 1: *Predes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem.* Quantum ad concupiscentiae fervorem: *Onager in desiderio, scilicet coitus, attrahit ventum, pro percipit odorem feminæ sua, amoris rei amatae.* Infra xiv: *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones.* Quantum ad fortēm adhäsionem, *Nullus avertet, amovendo.* Et quantum ad peccandi promptitudinem, *Omnis qui gravavit eum:* quasi de meretricie loquitur, quia: eliam tempore menstruorum amasiis se exhibet. Ezech. xvi, 23: *Dixististi pedes tuos omni transiunt, et multiplicasti omnes fornicationes tuas.* Secundo convincit eos de mentis duritia: et primo quia non revocantur monitis: secundo quia non corrigitur flagellis, ibi, *Quid cultus mecum iudicio contendere?* tertio quia non flectuntur beneficiis, ibi. *Vide verbum Domini.* Circa primum tria. Primo ponit admonitionem, *Prohibe:* quasi dicat: Cessa a peccatis, pro quibus nudis pedibus et sitiens duceris in captivitatem sicut Isa. xx, 3: *Siue ambulavit serrus meus Isaias nudus et discalceatus, sic minabitur rex Assyriorum captivitatem Agypti, et transmigrationem Ethiopiae iuvenum et senum, nudum et discalceatum disrouperit natibus, ad ignominiam E-*

¹ Al. : « pomanum. » — ² Al. : « possunt. »

³ Al. : « elegi, electus. »

⁴ Al. : « possibiliter. »

⁵ Al. : « nunc excusatio vel purgatio. »

gypti. Secundo ostendit populi rebellio-
nem : *Et diristi : Desperavi, ne quaquam
faciam.* Alienos, idola. Infra xviii : *Dir-
erunt : Desperaverimus, post cogitationes
nostras ibimus, et unusquisque præstatum
cordis sui malo faciemus.* Tertio communi-
natur confusionem : et primo ponit con-
fusionis similitudinem : *Quonodo con-
funditur fur quando deprehenditur ; sic
confusi sunt, deprehensi in peccatis ; ligno,
idolo ligneo, pater, deus.* Psalm. xcvi, 7 : *Confundantur omnes qui adorant scul-
ptilia, et qui gloriantur in simulacris suis,*
Isa i, 29 : *Confundentur ab idolis suis.*
Secundo exponit confusionis ordinem, primo ponens divini auxiliū destitutionem, *Verterunt, quasi inobedientes.* Zachar. vii, 11 : *Aterterunt seculam recedente et
aures suas aggravavrum, ne audirent
legem. In tempore afflictionis.* Osee vi, 1 : *In tribulatione sua mane consurgent ad
me. Venite, et revertamur ad Dominum
etc.* Secundo ponit idolorum inutilitatem, *Ubi sunt dii?* Dent. xxxii, 37 : *Ubi sunt
dii eorum, in quibus habent fiduciam?* Tertio idolorum multitudinem : *Secundum
numerum quippe civitatum tuarum erant
dii tui Iuda.* Isa. ii, 8 : *Repleta est terra
eius equis, et innumerabiles quadrigæ
ejus.*

7. Hic ostendit duritiam, quia non cor-
riguntur flagellis. Et primo miratur execu-
tionem : *Quid vultis mecum iudicio
contendere?* Job ix, 3 : *Si voluerit con-
tendere cum eo, non poterit ei respondere
unum pro nille.* Secundo ostendit eorum incorrigibilitatem quantum ad flagella minorum : *Frustra percussi filios vestros ;* et majorem : *Devoravit gladius vester, ab
hostibus, vestris meritis, in occasionem
missus, prophetas vestros, falsos, scilicet
Baal, et ariolos : et quantum ad omnes
communiciter : Quasi leo vastator, sic vas-
tat ; vel quasi leo vastator, sic vastatur :
contra leonem enim omnes insurgunt ;
sic contra et lupum. Infra vi : *Frustra
conflavit conflator malitia enim eorum
non sunt consumptæ.* Argentum repro-
bum vocate eos, quia Dominus projectit illus.*

8. Hic ostendit duritiam, quia non
flectuntur beneficiis. Et primo proponit
beneficia quae pertinent ad vitam usum,
*Vide, intelligite. Numquid solitus fac-
tus sum Israel ? quia inimico sum vobis pro
civitate, et terra uberrima : quia vos de-
fendo, et fructus terrae tribuo.* Osea vi,
3 : *Veniet nobis quasi imber temporaneus,
et seratius terra.* Secundo ea quae per-
tinent ad ornatum : *Numquid obliviscetur
virgo ornamenti sui ?* Isa. lxi, 10 : *Indu-
mento justitiae circumdedi me.*

9. Hic convincit eos de culpa in prox-
imum : et primo probat culpam ; secundo
communitur confusionis peccatum, ibi, *Et
ab Ægypto confunderis.* Carea primum
tria. Primo ponit proximorum occisionem, admirans excusationem : *Ad qua-
rendam dilectionem ;* quasi per hac me
possis placare. Ponens occisionem spiri-
tualem : *Quæ insuper docuisti, malis
exemplis.* Infra xiii : *Tu docuisti eos adver-
sum te, et erudisti in caput tuum.* Et po-
nes occisionem corporalem, *In aliis, idest
in avibus : loquitur ad similitudinem avis
rapacis. Pauperum, quos idolis immolasti.* Zach. v, 9 : *Vidi, et ecce duas mulieres
egredientes, et spiritus in aliis carum, et
habebant alas quasi alas milvi.* Secundo
culpæ manifestationem : *Nom in fossis in-
veni eos, quasi occulti a latronibus occi-
sos : in omnibus, scilicet collibus, et locis
aemiosis.* Isa. lxx, 14 : *Corruit in plateau
veritas, et aequitas non potuit ingredi.* Et
*facta est veritas in obliuione, et qui recessit
a molo, prælia patuit.* Et miratur execu-
tionem. *Et dixisti.* Job. xi, 4 : *Dixisti :
Purus est sermo meus, et mundus sum in
conspicu tuo.* Tertio ostendit culpæ ite-
ratiolem, praemittens excusationis admira-
tionem, *Erece ego. Quam vilis facta es
nimis, iterans vias tuas ! peccata.* Thren.
i : *Vide, Domine, et considera, quoniam
facta sum vilis.*

8. Hic communitur eis confusionis pe-
ccatum : *Et ab Ægypto confunderis, de cu-
jus auxilio speras, ab Assur, quorum
auxilium contra decem tribus et Assyrios
quaesisti, iv Reg. xvi. Manus tuæ erunt
super caput tuum, in signum doloris.*

Isa. xxx, 3 : Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, et fiducia umbræ Egypti in ignominiam.

- Notandum, quod peccatum dicitur vanitas, quia phantasticum in eligendo. Ps. xxx, 3 : *Beatus vir cuius est nomen Dominus spes ejus, et non respergit in vanitates, et insanias falsas.* Quia transitiorum in permauendo. Psalm. lxxvii, 33 : *Defecerunt in vanitate dies eorum, et anni eorum cum festinatione.* Quia fallax in expectando. Eecli. : *Vana spes et mendacium viro insensato, et sonnia extollunt imprudentes.* Quia infruituosum in consequendo. Isa. xlix, 4 : *In vacuum labo-*

ravi, sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi.

Item notandum, quod est fons aquæ sacramentalis munditiae. Ezech. : *Postquam venerint illuc aquæ ista, sanabuntur et vivent omnia ad quæ venerit torrens.* Aquæ relientis doctrinae. Isa. lv, 1 : *Omnes sicutentes venite ad aquas; et qui non habetis argentum properate, emite et comedite.* Aquæ refrigerantis gratia. Joan. iv, 14 : *Fie in eo fons aquæ salientis in civitatem aeternam.* Aquæ nitentis gloriae. Apoc. ult, 2 : *Ostendit mihi fluvium aquæ viva splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et agni.*

C A P U T T E R T I U M

4. Vulgo dicitur : Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum alterum; numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta erit et contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostratis. In via sedebas expectans eos, quasi latro insidiatus in solidagine, et polluisti terram in formicationibus tuis et in malitia tuis. Quonobrem prohibita sunt stilte pluviarum, et serotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noctiusti erubescere. Ego saltuum amoedo voca me : Pater mens, dux virginitatis meæ tu es. Numquid trasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem?

5. Ecce locutus es, et fecisti mala, et potuisti. Et dixit Dominus ad me in diebus Josie regis : Numquid vidisti que fecerit adversatrix Israel?

3. Abiit sibimet super omnem montem exercitum, et sub omni ligno frondoso, et fornicata est ibi. Et dixi, eni fecisset hæc omnia : Ad me revertere; et non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Iuda, quia pro eo quod moechata esset adversatrix Israel, dimissemus eam, et dedicemus ei libellum repudii; et non timuit prævaricatrix Iuda soror ejus, sed abiit, et fornicata est etiam ipsa, et felicitate fornicationis sua contaminavit terram, et moechata est cum lapide et ligno. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Iuda in toto corde suo, sed in mendacio : ait Dominus. Et dixit Dominus ad me : Justificauis suam suam adversatrix Israel comparacione prævaricatrix Iude.

4. Vade, et clama sermones istos contra aquilonem, et dices : Revertere adversatrix Israel, ait Dominus, et non avertient faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascer in perpetuum. Verumtamen scito iniuritatem tuam, quia in Dominum Deum tuum tuum prævaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti : ait Dominus. Convertimini illi reverentes, dicit Dominus, quia ego vir vester.

5. Et assumum vos, unum de civitate, et duos de

cognitione, et introduceam vos in Sion. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Cumque multiplicati fueritis, et creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra, Area testamentum Domini, neque ascendet super eam, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fieri ultra. In tempore illo vocabunt Jerusalem solum Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimæ. In diebus illis ibit dominus Iuda ad dominum Israel, et venient simili de terra aquilonis ad terram quam dedit patribus vestris.

6. Ego autem dixi : Quomodo ponam te in filios et tribulam tibi terram desiderabillem, hereditatem preclarum exercituum gentium? Et dixi : Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis.

7. Sed quomodo si contemnatur amatorum sum, si contemptus me dominus Israel, dicit Dominus. Vox in viis audita est, ploratus, et ululatus filiorum Israel : quoniam iniquam fecerunt viam suam, et oblitii sunt Domini Dei sui. Convertimini illi reverentes, et sanquo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te : tu enim es Dominus Deus noster. Vere mendaces erant colles, et multitudo mortuum. Vere in Domino Deo nostro salus Israel. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum et armenta filios eorum et filias eorum. Dominicus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra : quoniam Dominus Deo nostro peccavimus nos et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad diem hunc, et non audiuvimus vocem Domini Dei nostri.

1. Ille revocat eos ad penitentiam : et primo ponit revocationem ; secundo revocationis obstinationem, cap. viii : *Et dices ad eos etc.* Prima in duas. In prima ponit revocationis monita : in secunda revocationis argumenta, cap. ix : *Si revertieris Israel, ait Dominus, ad me conver-*

ter. Prima in duas. In prima revocat populum; in secunda ponit responsionis fractum, ibi, *Sed quoniam si contemnunt mulier amatores suos.* Prima in duas. In prima revocat a culpa; in secunda a pena, ibi, *Vnde, et clama sermones istos contra aquilonem.* Prima in duas. In prima revocat monitis; in secunda exemplis, ibi, *Et dixit Dominus ad me in diebus Josie regis.* Circa primum duo facit. Primo revocat eos ex Dei clementia, ad quam probandum proponit vulgare proverbium: *Si dimiserit vir uxorem suam;* quod ortum habet Dentem, xxxii: *Si dimiserit vir uxorem.* Et loquitur secundum permissionem factam de libello repudii, propter duritiam cordis ipsorum, Matth. xix, et interdicebat reditus, vel ut non prout essent ad dimittendum, vel ne dolo postmodum recipiente, interficerent. Et ex hoc proverbio sumit divinae clementiae argumentum: *Tu autem fornicata es cum omotoribus, idolis.* Isa. ix, 7: *Revertatur ad Dominum, et miserebitur eus;* et ad Deum nostrum, *quoniam nullus est ad ignorandum.* Secundo revocat eos ex eorum culpa, primo propouens culpam, determinans locum: *Lera oculos in directum, recta consideratione, vel undique, ubi non,*¹ quasi ubique, *prostrata, sicut meretrix, idololatriæ.* Ezech. xvi, 24: *Fecisti prostibulum in cunctis plateis.* Et peccandi desiderium: *In ruis sedebas, sicut meretrix expectans amasios, et latro, expertans quos spoliaret.* Proverb. vii, 10: *Et ecce occurrit mulier cum ornato meretricio preparata ad drepicundas animas.* Osee vi, 8: *Galaad civitas operantium idolum, supplantata sanguine, et quasi fantes virorum latronum.* Et determinans peccati effectum: *Et polluisti terram.* Supra: *Contaminasti terram meam, et hereditatem meam posuisti in abominationem.* Et deinde pro culpa ponit pañam: *Quoniam prohibet sunt stillæ pluviarum, quarum virtute generatur pluvia vel imber.*² Isa. v, 6: *Mandabo nubibus ne pluant super vineam meam imbrem.* Et ostendit peccantium inver-

cundiam, *Fors.* Infra vi: *Quinimum confusione non estis confusi.* Secundo commindatur penitentiam: et primo hortatur ad recognoscendum beneficia, Ergo, quasi dicat: Suficit præteritum tempus etc. Pater per creationem, *dur virginitatis nux tu es;* quasi dicat: Quando duebas me per desertum; tamen virgo eram.³ Prov. ii, 17: *Reliquum ducem pubertatis sui.* Isa. lxiii, 14: *Spiritus Domini duxit eum.* Secundo hortatur ut petant misericordiam, et dicant haec: *Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem?* Ps. lxxxiv, 6: *Nunquid in perpetuum irasceris nobis, aut extenderis iram tuam a generatione in generationem?*⁴

Hic ostendit eorum contemptum quantum ad peccatum oris: *Ecce locuta es;* quod exponitur pro verbis superbias etc.: quantum ad peccatum operis, *Et fecisti;* cui respondet illud, *Implesi mala;* quantum ad peccatum cordis, *Et potuisti,* cui illud, *Et ostendisti;* quasi potentiam tuam in peccato jactasti. Verum hoc non est in hebreo, *Et pro verbis etc. nec in libris antiquis;* sed videtur expositiō Hieronymi. Job xxiv, 23: *Dedit ei Deus locum paenitentiae, et ille abutitur eo in superbiam.* Isa. v, 22: *Var qui potentes estis ad bibendum vinum, et vii fortes ad miscandam ebrietatem.*

3. Hic revocat eos exemplo decem tribuum: et circa hoc tria facit. Primo ponit exemplum ad culpam idolatriæ, *Abiit sibi metu,* sequens motus suos, non pracepta mea; et inobedientiæ, *Et dixi.*⁵ iv Reg. xvii, 40: *Fecerunt sibi statuas et lucos in omni colle sublimi et subter omne lignum nemorosum:* et adolcentib⁹ ibi incensum super aras in morem gentium. Et quantum ad pañam, quæ eis innotuit: *Et vidit prævaricatrix soror, quia ex eisdem patribus ortæ.* Dediſsem ei libellum: servat similitudinem meretricis, in qua ferditas invenitur.

Sed contra. Isa. i, 1: *Quis est hic liber repudii?*

Et dicendum, quod Deus non dimittit aliquem, quantum ad se pertinet; sed

¹ Al. : « non. »

² Al. : « stillæ. »

³ Al. : « erat. »

⁴ Al. : « in generationem et generationem. »

⁵ Al. : « posuisti. »

⁶ Al. : « dixit. »

homo peccans ipsum dimittit : unde *ibidem* : *In iniuritatibus vestris vendui estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.*

Secundo ponit contemptum : *Et non timuit prevaricatrix Iuda soror ejus. Cum lapide, idest idolo lapideo.* iv Reg. xvii, 19 : *Sed nec ipse Judas custodivit mandata Domini Dei sui; veruntamen erravit, et ambulavit in erroribus Israel quos operatus fuerat.* Tertio aggravat reatum : *Et dixit Dominus ad me: Justificavit, comparative, quia decem tribus posuam aliarum non viderant, nec corrigebantur.* Ezech. xvi, 51 : *Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.*

4. Hic revocat eos a pena captivitatis : el primo revocat ; secundo ostendit revocationis causam, ibi, *Ego autem dixi.* Circa primum duo. Primo ponit revocationem ; secundo revocatorum responsionem, ibi, *Et assumam vos, unum de civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion.* Circa primum duo. Primo revocat illos de decem tribibus, vocans ad revertendum, *Contra aquilonem, ubi captivi tenentur in terra Assyriorum.* Psal. cx, 9 : *Non in perpetuum irascetur, neque in aeternum communabatur.* Et ad peccata recognoscendum, *Veruntamen scito. Dispersisti vias tuas alienis, quasi multis idolis.* Supra n : *Vide vias tuas in convale, scito quid feceris.* Secundo illos de duabus tribibus *Convertimini, ponit tendo, revertentes, ad me.* Vel revertentes, a captivitate. Oseea n, 16 : *Et erit in die illa, dicit Dominus, vocabit me Vir meus, et non vocabit ultra Baalim.*

5. Hic ponit revocatorum responsionem : et primo duarum tribuum, promittens eis restitutionem patriæ : *Unum de civitate, quia dispersi erant, vel quia non omnes reversi.* Ezech. xxxvi, 24 : *Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram.* Et reintegracionem justitiae in emendatione prælatorum : *Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia, quantum ad fidem, doctrinam, quantum ad mores.* Isa. i, 26 : *Restituam judices tuos ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus.* Tertio

quantum ad augmentationem gloriae, quam signat ex preteritorum oblivione : *Cunque multiplicati fueritis... non dicent ultra : Area testamenti Domini : quasi pro nihilo computabant illud in quo modo gloriamini : quia area absconsa fuit nec inventa ; sicut dicitur II Mach. I Ex futurorum promissione : In tempore illo vocabunt Jerusalem, totam, quod complectum fuit in fama sanctitatis in qua habebatur, sicut dicitur I Mach. iii. Ezech. xlui, 7 : *Locus solii mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in aeternum.* Et quantum ad cultus ampliationem : *Et congregabunt omnes gentes, ex omnibus aliqui : undique enim veniebant orare in Jersalem.* Vel intelligitur de conversione gentium ad fidem Christi. lxxxv, 9 : *Omnes gentes quascunque fecisti, venient, et adorabunt corum te Domine.* Secundo ponit conversionem decem tribuum : *In diebus illis ibit dominus Juda ad dominum Israel : quia et ex illis qui redierint, duabus tribibus adjuncti sunt.* Quod notatur in hoc quod dicit : *Venient simul.* Infra L : *In diebus illis, et in tempore illo, ait Dominus, venient filii Israel, ipsi, et filii Juda simul, ambulantes et flentes properabunt, et Dominum Deum suum querent.* Quidam tamen exponunt totum hoc de ultimis temporibus.*

6. Hic assignat causam revocationis : et primo ponit questionem, *Quomodo?* idest, quid potest movere quod tot bona tibi conferam, cum in tot peccatis sis ? *In filiis, idest in multitudine filiorum, exercitum gentium,* idest ubi ab antiquo exercitus congregabantur, sicut usque hodie, propter ejus delicias. Psal. cx, 24 : *Pro nihilo haberunt terram desiderabilem.* Item Psalm. xv, 6 : *Funes eccliderant mihi in præclaris ; et enim hereditas mea præclara est mihi.* Secundo ponit responsionem, *Et dixi ;* idest, prævidens bona quae facies, haec tibi promitto. Psalm. lxxxviii, 27 : *Ipsse invocabit me : Pater meus es tu, Deus mens et susceptor salutis meæ.*

7. Hic ponit reversionis fructus : et primo dicit necessitatem revocandi quantum ad ipsorum culpam, *Amatorem, non virum.* Oseea m, 4 : *Vade, et diligere mu-*

tierem dilectam ad amico, et adulteram. Quantum ad penam, *Vox in viis.* Infra xxxi : *Vox in excelso audita est, lamentationis, luctus, et fletus, Rachel plorans filios suos.* Secundo ponit conversionis utilitatem : *Convertimini, ut supra, aversiones, quibus a Deo aversi estis.* Ps. cx, 3 : *Qui sanat omnes contritiones tuas.* Isa. xlvi, 22 : *Convertimini ad me, et salvi eritis.* Tertio ponit eorum reversionem : et primo proficitur obedientiam : *Ecce venimus, sicut in praecepisti.* Osca: vi, 1 : *Venite, revertetur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos; percutiet, et curabit nos.* Secundo confitentur Dei magnificientiam, confitentes ipsius divinitatem : *Tu enim es.* Exod. xv, 2 : *Iste Deus natus, et glorificabo eum.* Idolorum falsitatem : *Vere mendaces :* quia non conferebant idola quae ibi colebamus, auxilium quod sperabamus, nec habebant divinitatem quam pretendebant. Isa. : *Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.* Et divini cultus utilitatem : *Vere in Domino Deo nostro salus Israel.* Ps. lxii, 8 : *In Deo salutem meum, Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est.* Tertio confitentur culpam et penam ipsorum et patrum : *Confusio comedat laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra.* Infra xvi : *Dominus, omnes qui te dererunt, confundentur ; recedentes a terra scribentur : quoniam dereliquerunt fontem aquarum viventium, Dominum.*

Nota, quod Deus dicitur pater creatione. Matth. xi, 25 : *Confiteor tibi Pater, Domine euoli et terrae.* Adoptione. Rom. viii, 15 : *Acceptistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater.* Instructione. Isa. xxxviii, 19 : *Pater filius notam faciet veritatem tuam.* Correctione. Proverb. iii, 12 : *Quem enim diligit Dominus corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.*

Nota, quod hereditas patriæ celestis est praelara splendore divinae visionis. Sap. vi, 43 : *Clara est et quæ nunquam marescet sapientia, et facile videtur ab his qui diligunt eam.* Dulcedine divini amoris. Psal. xxii, 5 : *Calix mens inebrians quam praelarus est.* Familiaritate divinae allocutionis. Sapient. viii, 18 : *Præclaritas in communicatione sermonum ipsius.* Magnificentia operationis. Eccli. xlui, 27 : *Hic præclara opera et mirabilia.* Magnitudine exultationis. Zach. viii, 13 : *Erit domus Juda et domus Israel, benedictio.* Solatio societatis. Ezech. xxx, 9 : *Omnia ligna voluptatis quæ erant in paradyso Dei, etc.*

C A P U T Q U A R T U M

1. Si reverteris Israel, ait Dominus, ad me convertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis. Et jurabis, Vivit Dominus, in veritate et in iudicio et in justitia : et benedicent eum gentes, et uniuersitate laudabunt.

2. Huc erum dicit Dominus viro Iuda, et habitatori Ierusalem. Novate vobis novale, et nolite serere super spinas. Circumcidimini Domino, et austerte preputia cordium vestrorum, viri Iuda, et habitatores Ierusalem, ne forte egrediar ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat. Omnia, autem haec mala venient propter malitiam cogitationum vestrarum. Annuntiat in Iuda et in Ierusalem : auditum facite, loquimini, et canite tuba in terra, clamate fortiter et dicite : Congregamini, et ingrediamur civitates munitas, levate signum in Sion. Confortamini, nubile stare, quia malum ego adducio ab aquiloni, et contritionem magnam.

3. Ascendit leo de cubili suo, et praedo gentium se levabit. Egressus est de loco suo, ut ponat ter-

ram tuam in solitudinem. Civitates tuas vastabuntur remaneentes absque habitatore. Super hoc arcigite vos cibiciis, plangite et ululate, quia non est aversa ira furoris Domini a vobis. Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, et cor principum, et obstupescerent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur. Et dixi : Hen, hen, heu Domine Deus. Ergo ne decepit populum istum, et Ierusalem, dices : Pas erit vobis ? Et ecce pervenit gladius usque ad animam.

4. In tempore illo dicitur populo huic, et Ierusalem : Veultis urens in viis quæ sunt in deserto viæ illici populi mei, non ad ventilaundum, et ad pugnandum. Spiritus plenus ex his veniet mihi. Et nunc ego : sed loquar iudicia mea cum eis.

5. Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas curru ejus. Velociores aquilis equi illius. Vnde nobis, quoniam vestali sumus. Lava a malitia cor tuum, Ierusalem, ut salva sis. Usquequo morabutur in te cogitationes noxiæ?

6. Vox enim annuntiantis a Dan, et notum fa-

cieutis idolum de monte Ephraim. Dicte gentibus : Ecce auditum est in Jersalem, custodes venire de terra longinqua, et dare super civitates Iuda vocem suam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro, quia me ad iracundiam provocavit : dicit Dominus. Vix tue et cogitationes tue fecerunt haec tibi : ista inalitia tua, quia amara, quia tetigisti cor tuum.

7. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Non facio, quoniam vocem buccinae audiri anima mea, clamorem praelati. Contritus super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra. Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mea. Usquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinae ? Quia stultus populus meus me non cognovit. Filii insipientes sunt, et recordes. Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

8. Aspexi terram, et ecce vacua erat, et nihil ; et colos et non erat lux in eis. Vidi montes, et ecce movebantur, et omnes colles conturbantur sunt. Intuitus sum, et non erat homo, et omne volatile caeli recessit. Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ejus destructae sunt a facie Domini, et a facie irae furoris ejus. Hec enim dicit Dominus : Desertar erit omnis terra ; sed tamen consummationem non faciam. Lugebit terra, et inrebundit caeli desuper : eo quod locutus sum, cogitavi, et non penitus me, nec aversus sum ab eo.

9. A voce equitis et militantis sagittarii, fugit omnis civitas. Ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupe : universae urbes derelictae sunt, et non habitat in eis homo. Tu autem vastata quid facies ? Cum vestieris te coecino, cum ornata fueris monili auro, et piuxeris stibio oculos tuos, frustra componebis. contempserunt te amatores tui, animam tuam querunt. Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerpera. Vox filiae Sion inter morientes, expandentesque manus suas : Ve mihi, quia deficit anima mea, et propter interfectorum.

1. Hic ponit argumentum reversionis : et primo sumpta ex beneficiis quae promittuntur revertentibus, secundo ex paenitentiis quas comminatur contemptentibus ; ibi, *Hec enim dicit Dominus, etc.* Cirea primum duo. Primo docet revertendi modum : *Si revertaris, ab idolis, ad me convertere.* Vel si reverti disponis, toto corde convertaris. Vel si revertoris a captivitate, convertere posuerit. Isa. xxi, 12 : *Si queritis, querite, convertimini, et venite.* Secundo ostendit conversionis fructum triplicem. Primo securitatis : *Si absuteris offendicula,* idest idola, in quibus et tu procedens offendis, et me ad iram provocas, *non commoveberis,* idest¹ a patria. Psalm. cxxiv, 4 : *Qui confidant in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in eternum qui habitat in Jerusalem.* Secundo fructum sanitatis in ipsis : *Juravit Vivit Dominus,* per Deum scilicet

vivum, et non per idola mortua ; *in veritate,* ex parte jurantis, ut vere, et non simulate, vel ad deceptionem jurent ; *in iudicio,* quantum ad causam pro qua juratur, ut non temere, sed praecedente debita discussione juretur ; *in justitia,* quantum ad rem de qua juratur, ut sit justa et licita. Isa. lxxv, 46 : *Qui jurat in terra, jurabit in Deo, amen.* Tertio ampliationem religionis in gentibus : *Et benedict gentes, Domum, videntes beneficia ipsius in te.* Psal. lxv, 8 : *Benedicite gentes Deum nostrum.*

2. Hic sumit argumentum reversionis a paenitentiis : et primo comminatur paenitentia reverti noluerit ;² secundo excludit falsa remedia, cap. v : *Circuite vias Jersalem.* Cirea primum duo. Primo docet reversionis modum, quantum ad boni operis fructum : *Novate,* terra de novo culta, *novate,* idest, auferete spinas viliorum, ut munda semina suscipiant arva munda. Matth. xiii, 7 : *Alius cecidit super spinas, et simul exortas spinas suffocaverunt illud.* Et quantum ad divinæ religionis cultum, *Circumcidimini,* ut scilicet de corde vestro ritum gentilium amoreatis. Dent. x, 16 : *Circumcidite præputium cordis vestri.* Secundo ostendit imminere periculum : et primo in generali : *Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea.* Isa. 1, 31 : *Succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.* Secundo in speciali : *Annuntiate in Iuda est in Jersalem.* Et circa hoc tria facit. Primo prædicti hostium adventum ; secundo obordinationis incommodum, ibi, *Vox annuntiantis* ; tertio destructionis damnum, ibi, *Ventrem meum doleo.* Cirea primum duo. Primo describit præparationem civium ; secundo adventum hostium, ibi, *Ascendite leo de cubili suo.* Cirea primum tria. Primo ponitur annuntiandi præparationem jussio : *Annuntiate :* ponens locum, *in Iuda,* idest in tribu illa, *Jerusalem,* quæ est regni metropolis : modum, aperte, *Canite tuba,* ut omnes audiant : et constanter, fortiter. Isa. lviii, 1 : *Clama, ne cesses : exulta in fortitudine vocem tuam.* Secundo inducitur præparatio, *Congregamini.* Iufra vi : *Confortamini filii Be-*

¹ Al. : « vel. »

² Al. : « noluerint. »

niam in medio Ierusalem, et in Thecu clangite bucinam. Tertio assignatur ratio : Quia malum ego adduco ab aquilone. Supra i : Ab aquiloni pondetur anno malum.

3. Hie ponit adventum hostium : et primo quantum ad exitum de terra sua : secundo quantum ad viae progressum, ibi, *In tempore illo*; tertio quantum ad vias terminum, ibi, *Ecce quasi nubes ascendet*. Circa primum duo. Primo describit hostium venientium conditionem quantum ad fortitudinem : *Leo*, scilicet Nabuchodonosor, *de cubili*, de Babylone. Prov. xxx, 30 : *Leo fortissimus bestiarum, ad nullus pacabit occursum. Infra. i : Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordaniis ad pulchritudinem robustum. Quantum ad crudelitatem, Prado gentium. Nahum ii, 12 : Leo sufficienter capit catalis suis, et necavit lexnis suis. Quantum ad intentionem : Ut ponat terram tuam in solitudinem. Isa. x, 7 : Ad conterendum erit cor ejus, et ad intercessionem gentium non paucarium. Et quantum ad intentionis executionem, *Civitates tuae. Isa. i, 7 : Terra vestra deserta, civitates vestrae destructae sunt.* Secundo ponit Iudeorum stuporem et primo communiter omnium : *Super hoc accingite vos cibiciis. Infra vi : Accingere cibici, et conspergere cinere. Secundo specialiter principum. Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, et cor principum, ut scilicet non possint conveniens consilium resistendi invenire. Isa. xix, 1 : Cor Egypci tubescet in medio ejus. Tertio specialiter stuporem suum. Et dico, Heu. Dicens, Pax erit vobis. Supra vii : In tempore illo vocabunt Ierusalem solum Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini Ierusalem. Non attendens hoc proximum tempus diei, illud in longe post futurum. Infra viii : Expectavimus pacem, et non erat bonum; tempus medelx, et ecce formido.**

4. Hie describit adventum quantum ad viae progressum : *Dicetur, adventus, ventus urens*, scilicet exercitus Chaldaeorum qui totam terram comburet, jam est *in viis que sunt in deserto*, quod est inter Chaldaeam et Judacam ; quasi dicat : Jam exercitus ad locum illum pervenit, non ad

ventilandum, ut scilicet quidam captiven-
tur, sicut quando purgatur gramin et palea ; sed omnes captivabimini. *Spiritus plenus*, idest indignatio perfecta super
vos, *ex his*, scilicet hostibus, *mibi*, idest
ad honorem meum. Isa. xxx, 28 : *Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium collis, ad perdendas gentes in nihilum, etc.* Et communatur per eos execu-
turnum se judicium : *Et nunc ego, quasi noui possum me plus tenere : sed loquar iudicia mea cum eis. Vel nunc ego, consolatoria loquar. Supra i : Loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me etc.*

5. Hie describit adventum quantum ad viae terminum : et circa hoc tria facit. Primo describit conditionem hostium quantum ad multitudinem : *Quasi nubes, qua totam terram operit, ascendet, propter situm terrae. Quantum ad impetuositatem, Et quasi tempestas, cum magno tumultu. Isa v, 28 : Rota ejus quasi impetus tempestatis.* Et quantum ad velociatem, *Velociores aquilis equi ejus. Secundo ponit adventus effectum, Vobis nobis, ex persona populi. Isa. i, 8 : Sicut civitas qua vastatur. Tertio concludit paenitentiae consilium, Lava a malitia. Isai. i, 46 : Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.*

6. Hie praedicit obsidioum : et primo obsidionis nuntium, *A Dan*, cuius terra primo occurrebat Chaldais venientibus Ierusalem, *de monte Ephraim*, quem postmodum inveniebant, *idolum*, idest hostes, quos pro idolatria patiebantur : in quo designatur ordo nuntiorum sibi succendentium. Et determinat quid nuntiatum est, *Concitate gentes*, scilicet cives in medio Ierusalem, præparantes vos ad resistendum ; vel gentes in cirenitu, ut ex vestris penit territi corrigitur, *Ecce auditum*, frequenter per multis nuntios, et primum per prophetas, *custodes*, scilicet hostes ad obsidendum, *vocem*, ululatus exercitus. Supra ii : *Super eum rugierunt leones, dederunt vocem suam. Secundo determinat obsidendi modum, Quasi custodes, sine aliqua resistentia undique obsidentes. Luc. xix, 43 : Circumdabunt te inimici tui vallo, circumdabunt*

te, et coangustabunt te undique. Tertio ponit obsidionis meritum : Viæ tuar, idest actiones, os, usque ad interiora ossa per-

venit, Job. xxii, 5 : Propter malitiam

tuam plurimam, et infinitas iniqüitates

tuas etc.

7. Ille prædictit terræ destructionem : et primo prædictit ipsam destructionem ; secundo destructionis effectum, ibi, *Asperxi terram, et ecce vacua erat et nihil.* Circa primum tria. Primo propheta ostendit snam compassionem : *Ventrem meum doleo, quantum ad afflictionem affectus, sensus cordis, quantum ad perturbationem intellectus. Non tacebo,* etiam exterius plorans. Thren. ii : *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea.* Secundo prosequitur destructionis ordinem, ponens prælii congressioneum : *Quoniam vocem huic-nun audivit anima mea, Sophon. i, 16 : Dies tubæ et clangoris. Regionis vastationem : Contritio super contritionem :* quia vastatio super obsidionem, vel vastatio una super aliam. Job xvi, 15 : *Concidit me vulnere super vulnus, irnit in me quasi gigas.* Ipsius urbis destructionem quantum ad domos : *Repente vastata sunt tabernacula, per quæ significantur domus, pellæ quibus tentoria cooperiebantur. Infra x : Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt.* Et quantum ad civium fugam. Usquequo videbo fugientem? Chaldaeorum exercitum. Thren. i : *Ahierunt absque fortitudine, ante faciem subsequentis.* Tertio assignat vastationis rationem, scilicet privationem debitar scientiae : *Quia stultus, quantum ad cognitionem divinorum, insipientes, quantum ad experientiam dulcedinis ipsorum; vecordes, quia sine corde quantum ad electionem agibilium.* Isa. v, 13 : *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Et quantum ad sagacitatem fraudulentiae, *Sapientes sunt, contra quod Rom. xvi, 19 : Volo vos sapientes in homo, et simplices in malo.*

8. Ille ostendit effectum destructionis : et primo in regione ; secundo in gente, ibi, *A voce equitis etc.* Circa primum duo. Primo prædictit futuram desolationem communiter quantum ad campes-

tria : *Vacua, habitatore, nihil, privata fructibus, et aedificiis, non erat lux, ut videbatur afflictis quibus omnia videbantur tenebrosa.* Isa vi, 11 : *Et terra relinquetur deserta, et longe faciet Dominus homines.* Et quantum ad montuosa : *Vidi montes, et ecce morebantur, hyperbolice, quod si possibile foret, etiam montes in tanto tribulatione commoverentur. Vel per montes, habitantes in montibus.* Psal. xlv : *Conturbati sunt montes in fortitudine ejus.* Et quantum ad animata : *Intutus sum, et non erat homo : et omne volatile colli recessit, quod seclicit eum habitatore recedit.* Isa. i : *Veni, et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret.* Et specialiter quantum ad fertiles regiones, quae minus vacuari debebant. *Asperxi, et ecce Carmelus desertus.* Isa i : *Terra vestra deserta, civitates vestre desctructe sunt.* Secundo confirmat per Domini sententiam : et primo ponit misericordie admixtionem : *Hoc dicit Dominus. Consummationem non faciam, ut seclicit omnes moriantur, sicut dixerat de decem tribibus.* Isa. ix : *Consummationem et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Secundo ponit sententiae communiationem : *Lugebit terra;* quasi dicat : Sterilis erit, sicut florens dicitur ridere : vel quasi compassionem : hyperbolice. Isa xxiv : *Lurit, et defluit terra, et infirmata: defluxit orbis, et infirmata est altitudo populi terræ.* Tertio divine sententiae firmatam, *Cogitari Isa. xiv : Hoc consilium quod cogitari super omnem terram, et hoc manus extensis super universas gentes.* Dominus exerritum decrevit ; et quis poterit infirmare ?

9. Ille ostendit effectum destructionis in plebe Iudaorum : et primo ponit timorem, qui significatur ex desertione urbium : *Equitis, scilicet Chaldaei.* Isa. xx : *A facie gladiorum fugerunt, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie gravis peccati.* Et quantum ad inhabitationem montium : *Ingressi sunt ardor, Infra xlviii : Relinquit civitates et habitatores in petra, habitatores Moab, et estote quasi columbi nidificans in summo ore foraminis.* Secundo ponit spei frustrationem ab idolis : *Tu autem vastata*

*quid facis? Cum vestieris. Ad similitudinem meretricis quae parat se ut placeat amatoribus, ita ornabant aras idolorum ut eis placeant. Stibio, idest unguento eructo coloris, quo mulieres super cilia tingunt, sicut dicitur in Reg. ix, quia: *Jezabel depinxit oculos suis stibio, et ornauit caput suum etc.* Ps. vii: *Occurrit illi mulier in ornatu meretricio etc.* Et ab amicis, praeceps Egyptiis, in quibus confidebant. *Contempserant.* Thren. i: *Omnes amici ejus speraverunt eam.* Tertio ponit dolorem sicut in parti, *Vixim perpurae,* quae primo filium parit, et gravius dolet. Et sicut in morte filii, *Inter morientes.* Psal. xlvi: *Ibi dolores ut portuerint, etc.**

Notandum, quod multiplex est circumcisio: scilicet mentis a pravis cogitationibus. Lev. xxvi: *Donec erubescat circumcisus mens eorum.* Cordis a pravis affectionibus. Roman. ii: *Circumcisio cordis in spiritu non littera.* Oris a pravis locutionibus. Exod. vi: *Incircumcisus labii ego sum.* Auris a detractionibus et

pravis verbis. Infra vi: *Incircumcisae aures eorum, et audire non possunt.* Carnis, significans circumcisionem a carnalibus concupiscentiis. Genes. xvii: *Circumcisio carnem praeputii restri, ut sit in signum fidelis inter me et vos.*

Item notandum, quod lavatur cor aqua baptismatis Ezech. xvi: *Lari te aqua, et emundavi sanguinem tuum ex te.* Lacrymis compunctionis. Ps. vi: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vino divini amoris. Gen. xlix: *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uva pallium suum.* Lacte divini sermonis. Cant. v: *Oculis ejus sicut columba super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lota.* Ardore correctionis. Isai iv: *Si abluerit Dominus sordeum filiarum Sion, et sanguinem Ierusalem laverit de medio ejus in spiritu judicii, et in spiritu ardoris.* Sanguine dominica passionis. Apoc. vii: *Laverunt stolas suas, et canidas eas fecerunt in sanguine Agni.*

CAPUT QUINTUM

1. Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et plateis ejus, an inveniatis virum facientem iudicium, et querentem fidem; et propitiis ero ei. Quod si etiam, Vivit Dominus, dixerint; et hoc falso jurabunt. Domiae, oculi tui respiciunt fidem. Peruersisti eos, et non doluerunt; attristasti eos, et rennerunt accipere disciplinam. Induraverunt facies suas supra petram, et voluerunt reverti.

2. Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, et iudicium Dei sui. Ibo ergo ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei sui. Et eis magis hi simul confrengerunt jugum, ruperunt vincula.

3. Idecirco perensit eos leo de sylva, lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis captior, quia multiplicata sunt prævaricationes eorum, confortatores sunt aversiones eorum.

4. Super quo propitiis tibi esse potero? Filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt dii. Satiravi eos, et moechati sunt, et in domo meretricie luxuriabantur. Equi amatores in feminas, et emissari facti sunt, uniusquisque ad uxorem proximi sui hiniebat. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, et in gente tali non uincetur anima mea. Ascendite muros ejus, et dissipate; consummationem autem nolite facere. Afferite propagines ejus, quia non sunt Domini.

Prævaricatione enī prævaricata est in me dominus Israel et dominus Iuda, ait Dominus. Negaverunt dominum, et dixerunt: Non est ipse, neque veuelt super nos malum: gladium et famen non videbimus Prophetae fuerunt in ventum locuti, et respondimus non fuit in eis. Hæc ergo evenient illis. Hec dicit dominus deus exercituum: Quia locuti estis verbū istud, ecce ego de verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum in ligna, et vorabis eos. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquō, dominus Israel, ait dominus, gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabitis linguam, nec intellegitis quid loquatur. Pharetra ejus quasi seplerium patens, universi fortes. Et comedet segetes tuas, et panem tuum devorabit, filios tuos et filias tuas; comedet gregem tuum, et armenta tua; et comedet vineam tuam et fructum tuum; et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Verumtamen in diebus illis, ait dominus, non faciam vos in consumptionem. Quod si dixeritis: Quare fecit dominus deus noster nobis haec omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, et servisisti deo alieno in terra vestia, sic seruis sis alienis in terra non vestra.

5. Annuntiate hoc domini Jacob, et auditum facite in Iuda, dicentes: Audi popule stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, et aures, et non auditis. Me ergo non timebitis, ait

Dominus, et a facie mea non dolebitis? Qui posni
arenam terminum mari, praeceptum sempernum,
quod non præteribit; et commovebuntur, et non
poterunt; et intunescent fluctus ejus, et non transi-
bunt illud. Populo autem huic factum est, cor
incredulum et exasperans. Recesserunt, et abiherunt
et non dixerunt in corde suo: Metuamus Domi-
num Deum nostrum, qui dat nobis pluviam tem-
poraneam et serotinam in tempore suo, plenitudo
nem annua messis custodiens nobis. huicque
nostra declinaverunt hæc, et peccata nostra prohi-
buern humum a nobis.

6. Quia inventi sunt populo nro iniqui insidiante
quasi aucepes, et laqueos ponentes, et pedicas ad
capiendo viros. Sicut decupla plena avibus, sic
domus eorum plena dolo. Ideo magnificati sunt et
ditati, incrassati sunt, et impinguati, et præterie-
runt sermones meos pessime. Causam viduae non
judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, et
judicium pauperum non judicaverunt.

7. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem hujuscemodi non uiceatur
anima mea?

8. Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Pro-
phetæ prophetabant mendacium, et sacerdotes
applaudebant manibus suis, et populus mens dile-
xit talia. Quid igitur fiet igitur fiet in novissimo
eius?

4. Ille excludit remedia in quibus con-
fidero poterant: et primo hominum sancti-
tatem; secundo regia urbis fortitudi-
nem, cap. vi: *Confortamini*; tertio divi-
ni cultus religionem, cap. vii: *Verbum
quod factum est ad Jeremiam a Domino,
dicens etc.* Circa primum duo. Primo os-
tendit eorum malitiam in generali; se-
condo prosequitur vitia in speciali, ibi,
super quo tibi propitiis esse potero? Circa
primum duo. Primo ostendit culpam; se-
condo comminatur penam, ibi, *Idecirco
percussit eos leo de syria.* Circa primum
duo. Primo ostendit malitiam prælatorum:
secondo subditorum, ibi, *Ego au-
tem dixi etc.* Circa primum duo. Primo
proponit Dominus universalem populi
malitiam quantum ad pravitatem actionis:
*Virum, etiam unum, facientem ju-
dicium,* idest juste se habentem ad prox-
imum suum, secundum regulam justi
judicii, *quarentem fidem,* idest fideliter
agere; *et propitiis ero ei,* non tantum
propter deceum, sicut dixit Abraham de
Sodomitis, Gen. xviii. Sed poterat dici:
*Non est qui faciat bonum, non est usque
ad unum:* Psal. xxi: Et quantum ad
perversitatem actionis in his, si qua bona
exterius videbantur: *Quod si etiam, Vi-*

*rit Dominus, dixerint; et hoc falso jura-
bunt:* quia in corde Dominum non ve-
nerabantur, sicut ore ostendebant; vel
quia ad litteram perjurabant. Supra iv: *Jurabis, Vivit Dominus, in veritate, et in
iudicio, et in justitia.* Isa. xxix: *Populus
hic labiis me honorat, cor autem eorum
longe est a me.* Secundo¹ propheta con-
firmat domini sententiam: et primo po-
nit sententia veritatem: *Domine, oculi
mei respiciunt fidem,* idest quod rectum
est: quasi dicat: Recte judicasti. Prov.
xvi: *Omnes viae hominum patent oculis
ejus, spirituum ponderator est Dominus.*
Hab. i: *Mundi sunt oculi tui ne videoas
malum, et respicere ad iniuriam non
poteris.* Secundo adjungit populi incorri-
gibilitatem, quia nec emendatur percus-
sione: *Percussisti, levibus flagellis, non
doluerunt, de peccatis suis: attrivisti,
morte et captivitate.* Supra ii: *Frustra
percussi filios vestros; disciplinam non
recepserunt Aggai i: Percussi vos vento
urente, et arragine et grandine omnia
opera manuum vestrarum; et non fuit in
robis qui reverteretur ad me: dicit Dominus.* Nec confusione: *Induraverunt;
quasi dicat: Non immunitantur verecun-
dia. Ezech. Omnis quippe domus Israel
attrita fronte est, et duro corde.*

2. Ille² ostendit malitiam prælatorum
contra estimationem propheta: et pri-
mo proponit populi ignorantiā, quasi
in excusationem ipsorum: *Forsitan pau-
peres sunt, illi quos malos in plateis re-
peri, ignorantēs viam, per quam incedant,
iudicium,* quod timeant. I Cor.
viii: *Non in omnibus est scientia.* Secun-
do proponit prælatorum scientiam, qua
auferebat opinionem culpæ: *Iba ergo ad
optimates, et laquear eis: ipsi enim cognov-
erunt viam, per quam incedant, iudicium,* quo inter alios etiam judicent. Sap.
vi: *Ad vos, reges sunt hi sermones, ut
discatis sapientiam, ne excidatis.* Tertio
proponit culpam: *Et ecce magis quam
populus, quia audacie, minus timenter,
simulcum populo.* Psal. Astiterunt reges
terre et principes conuenerunt in unum
adversus Dominum. Jugum legis, vine-
la præceptorum. Psal. 2: *Dirumpamus*

¹ Al.: « sed. » — ² Al.: « hinc. »

³ Al.: « incedent. »

vincula eorum, et projiciamus a nobis iugum eorum.

3. Hie comminatur poenam : et primo determinat poenam, quantum ad interfectionem virorum, *Leo de sylva*, quasi ferox, Nabuchodonosor propter ferocitatem, in quo regnum Chaldaeorum. Quantum ad vastationem regionum, *Lopus ad resperam*, idest propter velocitatem : sunt enim hora vespertina lupi velociores vacuati eaho, et aspirant ad predam nocturnam. Vel in lupo regnum Persarum. Quantum ad ohsidionem urbis, *Pardus vigilans*, idest Nabuchodonosor propter fraudulentiam, vel regnum Graecorum propter varietatem regnum, que sibi subjecerat. De regno autem Romanorum tacet : quia adhuc in longum imminebat, vel etiam ipsum significat per hoc quod dicit : *Omnis qui egressus, idest evaserit manus praecedentium, capietur.* Thren. *Ursus insidians factus est mihi leo in abscondito* Habac. i : *Leviates sunt pardis equi eorum, et velociores lupi vespertini.* Secundo resumit causam, *Multiplicatae sunt, quantum ad numerum, confortatae quantum ad usum, aversiones, a Deo.* Isa. LIX : *Multiplicatae sunt iniuriae nostrae eorum te, et peccata nostra responderunt nobis.*

4. Hie prosequitur peccata eorum in speciali : et primo peccata subditorum ; secundo peccata praelatorum, ibi, *Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes.* Circa primum duo. Primo ostendit populi culpam ; secundo peccantium stultitiam, ibi, *Annuntiate.* Circa primum tria. Primo arguit in populo culpam idolatria : *Super quo propitiis tibi esse potero?* idest, quam rationabilem causam polero invenire vobis parcendi ? Jurant, eis divinam reverentiam impendentes. Deut. XXXI : *Ipsi provocaverunt me in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in vanitatis suis ; et ego provocabo eos in eo qui non est populus.* Secundo arguit culpam luxurias, poneus peccati perpetrationem, sive peccandi occasionem : *Satirari, affluentiam temporalium bonorum conferens.* Unde *Glossa* : Sine cerere e baccho friget venus : amici enim sunt

venter et genitalia. *Merhati*, adulterati, in domo meretricis ; ex ipso loco turpitudo peccati augetur Ezech. XVI : *Hæc fuit iniurias Sodomæ sororis tuar, superbia et satanas panis, et abundantia, et ultim ipsius et filiarum ejus ; et manum eorum et pauperi non porrigitabant ; et elevatas sunt, et fecerunt abominationes coram me : et abstuli eas sicut vidisti. Ponens etiam concupiscentiae fervorem : *Equi amatores*, quando scilicet sunt in tempore luxuria sua, emissarii, quia ad hoc opus iumenta specialiter emittuntur. *Himiebat*, quasi libidine insaniens. Psal. XXXI : *Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus.* Potens etiam poena recompensationem, ubi comminatur vindictam : *Numquid super his non visitab? corrigenz peccata eorum panis.* *Anima, affectus.* Soph. I : *Visitabo super viros desfixos in focibus suis.* Et determinat poenam quantum ad destructionem murorum, *Ascendite, o Chaldei* : et quantum ad destructionem hominum, *Auferte propagines*, idest filios qui ex his propagantur, sicut ex propagine viates. Deut. XXVIII : *Destruentur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam, in omni terra tua.* Et resumit poenam causam : *Quia non sunt Domini, abalienati ab¹ ipso per peccatum.* Isa. XXV : *Pravaricantes pravaricati sunt, et pravaricatione transgressorum pravaricati sunt.* Tertio arguit in eis peccatum blasphemiae : et primo ponit culpam quantum ad blasphemiam in Deum : *Negaverunt Dominum, negantes providentiam ipsius super res inferiores.* Non est ipse, cuius mutu omnia sunt neque renunt, quamvis contra ipsum peccaverimus. Thren. III : *Quis est iste qui dixit ut fieret, Domino non jubente ?* Et Ezech. IX : *Dixerunt : Dereliquit Dominus terram et Dominus non videt.* Et quantum ad blasphemiam in prophetas, *In ventum, idest in vanum.* *Responsion, divinum.* Job. VI : *Ad increpandum tantum eloquio concinnatis, et in ventum verba profertis.* Secundo comminatur poenam : et primo ponit poenam contra blasphemiam in prophetas : *Hæc ergo, quæ sequuntur.**

¹ Al. : « multa, » — ² Al. : « et qui, »

³ Al. : « in »

In ignem, id est dabo verbis tuis efficaciam, ut ipsa verba tua quasi ignes comburant. Infra xxii : *Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens? dicit Dominus.* Et contra blasphemiam in Deum, determinans hostium conditionem, quia potentes¹ : *Eece ego de longinquu, scilicet Chaldaea, robustam viribus, antiquum, quia ipsis praeerit Nemrot, gigas : unde exercitata ab antiquo in armis.* Item ostendit gentem inexorabilem : *Gentem cuius ignorabis lingua.* Item armis militari, *Pharetra, quia prompte inde sagittas emittunt; et quia ibi apparent sanguinolentæ, sicut cadavera in se pulchris.* Infra i. : *Eece populus veniet ab aquilone, et gens magna, et reges multi consurgent a finibus terræ, etc.* Et ponit penam inflictionem : *Et² comedet.* Dent. xxviii : *Adducet super te Dominus gentem de longinquu, et de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis in impetu, cuius linguam intelligere non possis.* Tamen cum misericordiae admixtione : *Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.* Supra iv : *Consummationem autem non faciam.* Secundo resumit penam causam : *Quod si dixeritis.* Infra xvi *Ejiciam vos de terra hac in terram quam iuguratis vos et patres vestri.*

5. Hie ostendit populi peccantis stultitiam : et primo proponit ipsum : *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos, exteriore, non videtis, corde.* Isaia: vi : *Excarea cor populi hujus.* Secundo probat : et primo ex comparatione insensibilium creaturarum, proponens carum obedientiam, *Me ergo non timebitis; Arenam, littus, commovebuntur: fluctus scilicet; id est, quamvis commoveantur Job xxxviii, : Circumdedi illud terminis meis.* Et populi inobedientiam. *Populo autem huic factum est cor incredulum.* Ezech. ii : *Noli esse exasperans sicut dominus exasperatrix est.* Secundum probat ingratitudinem beneficiorum, ponens ingratitudinem, *Recesserunt. Temporaneam, in principio post seminationem, serotinam, tempore maturatio-*

nis fructuum, Dominum; scilicet custodientem. Et beneficiorum cessationem, *Iniquitates vestra. Isa lxi : Peccata vestra disierunt inter vos et Deum vestrum.³*

6. Hie prosequitur culpam praelatorum, quæ est frequenter causa culpe subditorum; et ideo dicit : *Quia inventi sunt in populo meo impiæ insidiantes.* Et circa hoc duo facit. Primo arguit ipsorum culpam quantum ad violationem justitiae ; secundo quantum ad perversitatem doctrinæ, ibi, *Stupor et mirabilia facta sunt in terra.* Circa primum duo. Primo ostendit eorum injustitiam quantum ad injustam et fraudulentam oppressionem pauperum, ponens dolum, *Insidiantes. Psalm. x : Insidiatur ut rupiat pauperem. Plena dolo, divitiis quas dolo conquisierunt.* Et doli effectum in multiplicatione divitiarum : *Ideo magnificati, in honoribus, dilati, in divitiis.* Infra xvii : *Perdidit fovi quæ non peperit, fecit divitias, sed non in judicio.* Et in multiplicatione peccatorum. *Et praterierunt.* Dent. xxxii : *Incrassatus est dilectus et recalcitravit, incrassatus, impinguatus, dilatus.* Secundo ostendit eorum injustitiam quantum ad justi judicii omissionem, *Causam vidux. i : Pupillo non judicant, et causa vidux non ingreditur ad eos.*

7. Hie communatur poenam. Dent. xxxv : *Reddam ultionem hostibus meis, et his qui oderunt me retribuam.*

8. Hie arguit perversitatem doctrinæ : et primo ponit admirabilem culpam : *Stupor, id est stupenda res, prophetæ prophetabant mendacium, quorum erat veritatem docere.* Ezech. xxii : *Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento ridentes rana, et dirimantes eis mendacium.* Applaudebant, consentientes mendaciis, quorum erat prophetas corrigerere. Infra xxix : *Dedit te Dominus sacerdotem pro Iojada sacerdotem, ut sis dux in domo Domini super omnem virum unrepentum et prophetantem ut mittas eum in nerrum et carcerem.* Et nunc quare non increpasti Jeremiām Anathothitem qui prophetat robis? *Et populus mens.* Eccl. x : *Qualis rex civitatis, tales et inha-*

¹ Al. : « potenter. »

² Al. : « et ipsum. »

³ Al. : « et ipsum Deum. »

bitantes in ea. Secundo innuit admirabilem penam : *Quid igitur fit in morisimo ejus?* scilicet captivitatis, vel mortis. Isa. xxvi : *In mensura contra mensuram cum objecta fuerit, judicabit eam etc.*

Notandum, quod est multiplex paupertas, scilicet terrena possessionis, Jacobii u : *Nomine Deus elegit pauperes in hoc mundo, dicites in fide, et heredes regni quod reprovisit Deus diligenteribus se?* Humilitatis. Matth. v : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cōlorum.* Afflictionis. Psal. lxviii : *Ego sum pauper et dolens : salus tua, Domine suscepit me.* Cognitionis. Apoc. iii : *Nescis quia tu es pauper.* Imperfectionis. Thren. iii : *Ego vir videns paupertatem meam in virginis indignationis ejus.*

Item notandum, quod multiplex, est visitatio; scilicet consolationis. Luke x. t : *Visitorit nos Oriens ex alto.* Correctionis Psal. lxxxviii : *Visitabo in virginis iniqüitates eorum.* Damnationis. Infra viii : *In tempore visitationis sue cor-*

eruent, dicit Dominus Congregans congregabo eos, ait Dominus.

Item notandum, quod verbum Dei dicit ignis, quia illuminat. Psal. cxviii : *Luxuria pedibus meis verbau tuum.* Quia inflamat. Psal. civ : *Eloquium Domini inflammavit eum.* Quia intima penetrat. Infra xx : *Et factus est sermo Domini in corde meo quasi ignis ardor meus, claususque in ossibus meis.* Hebr. iv : *Vetus est sermo Dei, et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiendi, et pertinens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagnum quoque ac medullarum, et discessor cogitationum et intentionum cordis.* Quia liquefacit. Psal. cxlvii : *Emitte verbum suum, et liquefaciet ea ; flabit spiritus ejus, et fluenter aqua.* Quia consumit inobedientes. Isa. xxx : *Labia ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi iugis deavorans.* Joan. xv : *Si non venissem, et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem escutionem non habent de peccato suo.*

CAPUT SEXTUM

1. Confortamini, filii Beniamini, in medio Jerusalemu, et in Theena clangite buccina, et super Bethacarem levate vexillum : quia malum visum est ab aquilone, et contrito magna. Speciosa et delicate assimilavi filiam Sion. Ad eum venient pastores, et greges eorum. Fixerunt in ea tentoria in circuitu, et pascet minusquisque os qui sub manus sua sunt.

2. Sanctificate super eam bellum, consurgite, et ascendamus in meridi. Vir nolis, quia declinavit dies, quia longiores facte sunt umbrae vesperi. Surge, et ascendamus in nocte, et dissipemus domos ejus : quia haec dicit Dominus exercituum : Gadite regnum ejus, et fuidite circa Ierusalem aggerem.

3. Haec est civitas visitationis, omnis calumnia in medio ejus. Sic ut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam, hiemitas et vastitas audiatur in ea coram me semper, infirmitas et plaga.

4. Erudire Ierusalem, ne forte recessat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabibilem. Haec dicit Dominus exercituum : Usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel. Converte manum tuam quasi vindictam ad cartalum.

5. Cui loqueris, et quem contestabor ut audiat? Ecco incircumcis aures eorum, et audire non possunt. Ecco verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipient illud.

6. Idecirco furore Domini plenus sum, laborav sustineo. Effunde super parvulum foris, et super concilium juvenum simul. Vir enim cum multiore capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt dominus eorum ad alteros, agri, et uxores pariter : quia extendant manus meam super habitantes terram : dicit Dominus.

7. A minore quippe usque ad majorem, omnes avaritiae student, et a prophetis usque ad sacerdotium, cuiuscum faciunt dolum. Et curabunt contritionem filie populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax; et non erat pax. Confusi sunt, quia abominationes fecerunt ; quia potius confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Quamobrem cadent interruunt, in tempore visitationis sue corrumpunt : dicit Dominus.

8. Haec dicit Dominus : State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quas sit via bona; ambulate in ea, et invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt. Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubae. Et dixerunt. Non audiemus. Ideo audite gentes, et cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra. Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum ejus : quia verba mea non audierunt, et legem meam non propeceperunt.

9. Ut quid mihi thus de Saba afflitis, et calamum suave oleum de terra longinqua? Holocantoma vestra non sunt accepta, et victimae vestre non

placuerent milii. Propterea hoc dicit Dominus : Ecce ego dabo in populum istum ruinam, et ruent in eis patres et filii simul, vicinus et proximus peribunt.

10. Hoc dicit Dominus : Ecce populus venit de terra aquilonis, et gens magna conserget a finibus terrae. Sagittum et scutum arripiunt : crudelis est, et non miserebitur. Vox ejus quasi mare sonabit, et super equos ascendent, preparati quasi vir ad praelium adversum te, filia Sion. Audivimus fauorem ejus, dissolutae sunt manus nostre. Tribulatio apprehendit nos, dolores ut parturientes. Nolite exire ad agros, et in vineam ne ambuletis : quoniam gladius inimici, pavor in circuitu. Filia populi mei accingere cilio, et conspiceri cincere. Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repeute veniet vastator super nos.

11. Probatore dedi te in populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter. As, et ferrum, universi corrupti sunt. Defecit sulfatiorum in igne, consumptum est plumbum. Frustra conflavit conflagrator, maliitia enim eorum non sunt consumpta. Argentum reprobrum vocate eos quia dominus proiecit illos.

1. Hic excludit secundum remedium in quo confidere poterant, scilicet in fortitudine urbis regiae, cuius destructionem prophetat in hoc capite : et circa hoc facit duo. Primo ponitur civium praeparatio, scilicet ad resistendum. *Confortamini* ut designet quomodo se invicem, aduentibus hostibus, exhortabuntur. Vel irrisorie dicit. *Fili Beniamin*, quia Jerusalem in sorte illius tribus erat quantum ad superiorem, partem : sed quantum ad inferiorem, in tribu Juda. Josue. xv : *Ascendite per convalem filii Emon ex latere Iebusae ad meridiem : huc est Jerusalem. Et in Theca clangite buccina, et super Bethatarem, loca munita prope Jerusalem.* Supra iv : *Locate signum in Sion.* Secundo ponit ipsius civitatis destructionem, ibi, *Speciosae et delicate assimilaci filiam Sion.* Et primo ponitur conditio hostium vastantium, sub quibusdam metaphoris : secundo describuntur aperte et expresse, ibi, *Hoc dicit Dominus.* Circa primum duo. Primo describit urbis obsidionem ; secundo congressionem, ibi, *Sanctificate super eum bellum.* Circa primum tria. Primo describitur civitatis pulchritudo : *Speciosar*, quantum ad decora aedificia et multitudinem habitantium, *delicatae*, quantum ad fertilitatem terra. Ezech. xvi : *Similam et mel et oleum comedisti, et decora facta es reprehenderer*

nimis. Secundo describitur obsidio : *Ad eam venient pastores*, metaphorice, principes Chaldeorum quasi ubertate pascuum illecti. Infra. xi : *Pastores multi demoliti sunt vineam meam, concutaverunt partem meam. Fizerunt*, ab obsidione urbis. Tertio describitur exercitus debita ordinatio. *Pascet*, idest gubernabit, *sab manu*, potestate : diversis enim turmis, diversis principes erant.

2. Ille ponitur congressio ad capiendum urbem : et circa hoc tria ponit. Primo congregandi praeceptum, *Sanctificate*, idest formate ; vel sanctum ostendite et justum, quasi Dei voluntate asseptum. Et ex vox principum ad milites. Michaei iii : *Si quis non dederit in ore quippiam, sanctificant super eum praelium.* Secundo ponitur congregantium desiderium, quod ostenditur in tribus. In mutua exhortatione, *Surgite*, vox militum ad invicem, *ascendamus*, ad impugnandum, quamvis in monte sitam : et quia non retrahuntur temporis importunitate neque calore diei, *In meridie*, neque horrore noctis, *in nocte* : et quia conqueruntur de temporis brevitate : *Vx nobis quia declinavit dies*, in qua erat tempus aptum ad bellandum. *Longiores* : quanto enim sol magis approximat ad zenith capitidis, tanto fit longior umbra in parte opposita. Isa. x : *Confortamini, adhuc dies est, ut in Nobe stetis.* Sed secundum *Glossam*, *Vx nobis*, dicitur ex persona populi fimenti noctis insidias, quia etiam in meridie resistere vix valebat. Tertio ostendit agrediendi modum : *Quia huc dicit Dominus* : quasi, secure possumus pugnare, quia Domini praeceptum est : *Cadite lignum*, ad faciendas machinas, *fundite² aggerem*, quem fecerant ad defensioinem murorum suorum, destruentes ipsum : vel *fundite*, erigentes terram in acervum ad ponendas munitiones contra civitatem. Habac. i : *Ipse super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerrum, et capiet eam.*

3. Hic ponit obsidionis causam ex culpa : et circa hoc tria. Primo ponit maliitia universalitatem : *Huc est civitas visitationis*, quasi correctione digna, *omnis columnia*, omnis columniandi modus.

¹ Al. : « egrediendi. »

² Al. : « fodite. »

Psal. liv : *Nou defecit de plateis ejus usura et dolus.* Secundo cordis obdurate-
num. *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam,* et ita conservat quasi illasam a
calore. Supra ii : *Federunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas.*
Tertio peccati continuitatem. *Iniquitas.*
Isa. lxx : *Vastitas et contritio in viis eorum; riam pacis nescierunt etc.* *Infirmitas,*
quasi pena respondens prædictis duabus culpis.

4. Hic ostendit destructionem : et circa
hoc tria. Primo ponit consilium ad evitan-
dam destructionem ; secundo ponit con-
siliī contemptū , ibi, *Cui, loquar et quem contestabor ut audiatur;* tertio com-
minatur destructionis judicium, ibi, *Id-*
circo furor Domini plenus sum. Circa
primum duo. Primo ponit consilium,
Erudire, scilicet flagellis præcedentibus
castigata. Isa. xxviii : *Sola rexatio intel-
lectum dabit augm̄ntum.* Secundo ponit im-
minens periculum in amissione diviū
amoris, *Ne forte.* Ezech. xvi : *Auerterut
zelus meus in vastatione regionis.* Psalm.
cvi : *Posuit flumina in desertum, et exi-
tus aquarum in siti.* Et in captivitate genti-
tis. *Hac dicit Dominus exercituum : Usque
ad racemum colligetur, inclusive, quia
nec recentius relinquetur.* Metaphorice
per vineam Iudaos : Isa. v : *Vineam Do-
mini Sabauth, domus Israel est :* per race-
mos homines : per vindemiā captivitatē
significans. O Chaldae, *converte,*
servat metaphoram, *quasi vindemiantor,*
qui collectos racemos¹ in vase, quod cartallum dicitur, ponit, ut ad torcular portet : ita Iudaos in carcere conclusas, et
in Babylonem duas, Abdias : *Si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem
raceman reliquissent tibi.* Vel usque
ad racemum, exclusive, quia reliquias
populi, scilicet rusticos et viles, ibi dimittent. *Converte;* et significat reversiōneū
ipsorum ad terram suam, quae ostenditur
juxta hoc per cartalli² signum.

5. Hic ostendit consilii dati contem-
ptum : et primo propheta querit idoneum
consilii auditorem : *Cui loquar, fructuosa
verba Domini, contestabor, adjurabo?* in
quo significat raritatem³. Isa. xxviii :

*Quem docebit scientiam, et quem intelli-
gere faciet auditum?* Secundo ostendit
idoneitatem, quia audire voluerunt : *Ecco
incircumcisus, quasi gentilibus fabulis
plenus.* Act. vii : *Dura cervix, et incir-
cumcisus cordibus et auribus.* Et quia
etiam audita contemnunt : *Ecco verbum
Domini factum est eis in approbrium.*
Infra, xx : *Et factus est mihi sermo Do-
mini in approbrium et in derisu totu-
ris.*

6. Hie comminatur eis destructionis
flagellum : et primo ostendit illis justitia-
zem : *Furore Domini plenus sum, igne
seileat zeli pro Domini justitia.* Nm.
xxv : *Zelo meo commotus est contra eos,
ut non ipse deterem filios Israel in zelo
meo.* Secundo dat hostibus⁴ destructionis
præceptum : *Effunde, o Chaldae, iram,*
scilicet tuam abundanter, *foris, in plateis
et agris.* Ecel. xxxvi : *Excita furorem, et
effunde iram.* *Pareulum, nulli pareatur
atati.* Tertio ponit præcepti complemen-
tum, et quantum ad personas, et quantu-
m ad possessiones : *Vir enim cum mu-
tare, uxore. Thren. ult. : Hereditas nos-
tra versa est ad alios, domus nostra
ad extraneos.*

7. Hie ponit causam destructionis :
primo avaritiam : secundo inobedientiam,
ibi, *Hac dicit Dominus : State super vias,
et videte;* tertio sacrorum abusum, ibi,
Ut quid mihi thus de Saba afferit? Circa
primum tria. Primo ponit culpam, po-
nens avaritiae studium in desiderando :
Omnis avaritiae student. Isa. lxi : *Omnes
in viam suam declinaverunt, unusquisque
ad avaritiam suam a summo usque ad
novissimum.* Dolum in consequendo : *Et
a propheta usque ad sacerdotem, cuncti
faciunt dolum.* Ps. xxxvii : *Dolos tota die
meditabantur.* Et dolositatis modum, quia
adulando, *Et curabant,* scilicet verbis
excusando culpas, et excludendo peccata.
Ezech. xiii : *Propheta Israel qui prophe-
tant ad Jerusalem, et vident ei visionem
pacis : et non est pax, ait Dominus Deus.*
Secundo ponit invercendiam etiam in-
ter peccatas : *Confusi non sunt, peccatis,
confusione, salubri, quae paenitentiam
provocet,* Ecel. iv : *Est confusio addu-*

¹ Al. deest : « qui » — ² Al. : « cartallum. »

³ Al. : « caritatem. » — ⁴ Al. : « dat ad hostes. »

cens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam. Tertio communinatur poenam : *Quanubrem cadent, ipsi prophetæ, inter ruentes, plebeos, corruent, morte, vel captivitate, ipsis sociati in pa-nis a quibus non sunt divisi in culpis.*

8. Ille ponit ipsorum inobedientia : et primo ponit culpam, scilicet inobedientiam præcepti de imitatione sanctorum, pouens præceptum : *State super vias, con-siderate diversas operationes bonorum et malorum, ut utrorumque progressum et exitum videatis.* *Antiquis, quæ sautorum vestigiis sunt trita.* Thren. m : *Scrute-mur vias nostras, et quaranus, et rever-tamur ad Dominum.* Vel super vias, prophetas. Præcepti fructus : *Et inuenietis refrigerium.* Ps. lxxv : *Transivimus per ignem et aquam, et induisti nos in refri-gerium.* Matth. xi : *Discite a me, quia misericordia mea est humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris.* Et præcepti contemplum ; *Et dixerunt, Non audiemus.* Et etiam quantum ad inobedientiam præcepti de obedientia prælatorum : *Et consti-tuti speculatores, prophetas et principes, vocem tubæ, predicationem ipsorum.* Ezech. : *Fili hominis, speculatorum dedi-te domini Israel, et audies de ore meo ver-bum, et annuntiabis eis ex me.* Secundo communinatur poenam, primo excitans au-dientiam : *Ideo audite gentes, et cognoscite congregatio, omnium nationum.* Isa. i : *Audite cari, et auribus percipe terra.* Se-cundo communinatur poenam : *Ecce ego.* Isa. m : *Fructum adinventionum suarum comedet.*

9. Ille ponit sacrorum abusum, inquan-tum peccatis polluti, Deo sacrificia offerre presuebant, quæ propter hoc acceptatione-ron: et circa hoc duo. Primo ex hoc quod non sunt accepta designat ipsorum culpam. Et quantum ad ea quae offerebantur in altare thymianatis: *Ut quid mihi thus de Sa-ha :* regio ubi nascitur thus, *calomum, cinnamomum, quod ponebatur in thymia-mate, enus compositio habetur.* Exod. xxxiv : *Longinquæ, scilicet India.* Isa. lxvi : *Qui recordatur thus, quasi qui benedicat idolo.* Et quantum ad altare holocaustorum, *Holocaustumuta.* Isa. i :

Holocausta arictum et adipem pinguium et sanguinem citulorum et agnorum et hircorum nolui. Secundo ponit poenam. Propterea hac dicit Dominus. Isa. m : *Corruptus populus vir ad eum, et was-quisque ad proximum suum.*

10. Ille describit aperte hostes venien-tes : et primo describit hostium conditio-nem; secundo populi incorrigibilitatem, ibi, *Probatorem dedi te in populo meo robustum.* Circa primum tria. Primo des-cribit hostes gentelem fortem multiitudine : *Gens magna, et armis, sagittam, crude-lem, crudelis est quasi mare, ut et² voce terreat et intentione : Et super equos as-cendent præparati quasi vir ad prælium.* Infra l : *Ecce populus venit ab aquilone, gens magna, et reges multi consurgent a finibus terræ.* Arcum et scutum appre-hendent : *crudeles sunt, et immisericordes.* Secundo ponit ex fama, Iudaorum timo-rem : *Audivimus famam ejus, dissolutæ sunt manus nostre : præ timore nihil facere possumus.* Ps. xlviij : *Ibi dolores ut parturientis.* Et timoris effectum : *No-lite exire.* Bent. xxxii : *Foris vastabit³ eos gladius, et intus pavor.* Tertiohorta-tur ad penitentia dolorem : *Filia populi mei, accingere cilicio.* Supra iv : *Super hoc accingite vos ciliciis, et ululat² : quia non est aversa ira furoris Domini a vo-bis.*

11. Ille ostendit populi incorrigibili-tatem : et primo inducit propheta testi-monium, *Probatorem, ut quasi experi-mento discas eorum duritiam, dum eos flectere ad bonum non vales.* Proverb. xxvii : *Diligenter agnoscere cultum precoris tui, tuosque greges considera.* Secundo ponit universale peccatum : *Omnes isti principes declinantes. Es et ferrum;* quasi dicat : *Non solum sunt immundi, sed teeti sunt immunditia, sicut ferrum, et es est immunditia argenti.* Vel ferrum propter duritiam, es propter impati-en-tiam, quia tremulum est. Joh. xl : *Ossa ejus relut fistule aris etc.* Ps. xxi : *Cor-rupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis.* Tertio ponit incorrigibili-tatis exemplum : *Deserit sufflatorium :* argentum enim admixtum plumbu in for-

¹ Al. : *a populum.* ² Al. : *a et ut.* ³ Al. : *a vastabunt.*

² Al. : *a vastabunt.*

nace ponitur, et sufflante argentario facies consumuntur et argenteum melioratur, sed plumbum minuitur. Iste autem positi in foruacē tritulationis, consumpti malis quasi plumbū, non sunt correcti, *Frustra, verbum Dei, confundit conflator.* Deus, vel prædictor. Eccl. ii : *In igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humilationis.* Quarto concludit reprobationis argumentum : *Argentum reprobatum*¹ Thren. ult. : *Seu projiciens repulisti nos, iratus est contra nos vehementer.*

Notandum, quod percatum dicitur frigus, quia extinguit calorem dilectionis. Matth. xxv : *Quoniam abundavit iniustitas, refrygescet curitas multorum.* Quia

congelat humorem devotionis, Eccl. xliiii : *Frigidus ventus aquilo florit et gelavit chrystillus ab aqua.* Quia retardat motum bonae operationis. Prov. xx : *Prupter frigus piger arare noluit, nendicabat ergo astutus², et non debitus illi.*

Item nota, quod quadam sunt viæ præceptorum. Psal. cxviii : *Viam mandatorum tuorum cucuri, cum dilatasti cor meum.* Actionum. Thren. iii : *Scrutenur vias nostras, et queramus, et revertanur ad Dominum.* Virtutum. Prover. iv : *Viam sapientiae monstrabo tibi, et dicam te per semitas agnitiatis.* Doctorum. Ibid. iii : *Via ejus via pulchra, et omnes semitæ ejus pacifica.* Ipse Christus, Joan. xiv : *Ego sum via, veritas et vita.*

CAPUT SEPTIMUM

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens : *Sta in porta domus Domini, et praedica ibi verbum istud, et dic : Audite verbum Domini, omnia Iuda, qui ingrediuntur per portas has, ut adoretis Dominum.* Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel : *Bonas facite vias vestras et studia vestra, et habitabo vobissem in loco isto.* Nolite confidere in verbis mendaciis, dicentes : *Templum Domini, templum Domini est.* Quoniam si benedixeritis vias vestras et studia vestra, si feceritis iudicium inter virum et proximum eum, advenire et pupille et viro non feceritis calamitatem, nec sanctum innocentem effuderitis in loco hoc, et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsum, habitabo vobissem in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris, a seculo et usque in saeculum. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendaciis, qui non proderunt vobis : *furari, occidere, adulterari, jurare, mendaciter, libare Baalum, et ire post Deos alienos quos ignoratis.* Et veleitis, et statutis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, et dixistis : *Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.* Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris ? Ego ego sum, ego vidi, dicit Dominus. Ita ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum a principio, et videte quae fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus, et locutus sum ad vos, mane consurgens et loquens, et non anddistis ; et vocavi vos, et non respondistis : faciam donum huic, in qua invocatum est nomen meum, et in qua vos habetis fiduciam, et loco quem dedi vobis et patribus vestris, sicut feci Silo ; et projiciam vos a facie mea, sicut projici omnes fratres vestros, universum semen Ephraim.

2. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assu-

mas pro eis laudem et orationem et non obstatas mihi quia non exaudiām te. Nonne vides quid isti faciunt in civitatibus Iuda, et in plateis Ierusalem ? Filii colligunt ligna, et patres sucedunt ignem, et mulieres convergunt ad ipsam, ut faciant placenta reginae carli, et libent diis alienis, et me ad iracundiam provocant. Numquid me ad iracundiam provocant ? dicit Dominus. Nonne semetipsos in confusione vultus sni ? Ideo haec dicit Dominus Deus : Ecce furor meus et indignatio mea conditetur super locum istum, super viros et super jumenta, et super lignum regiozis, et super fruges terre ; et succedetur, et non extinguetur.

3. Hec dicit Dominus exercituum, Deus Israel : *Holocausta vestra addite victimis vestris, et comedite carnes :* quia non sum locutus cum patribus vestris, et non præcepī eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustum, et victimarum ; sed hoc verbum præcepī eis dicens : *Audite vocem meam, et ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus ; et ambulate in omni via quam mandavi vobis, ut bene sit vobis.* Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam ; sed alierunt in voluntatis, et in pravitate cordis sui mali, factique sunt retrorsum, et non in ante, a die qua ingressi sunt patres eorum de terra Aegypti usque ad diem hanc. Et nisi ad vos omnes servos meos prophetas per diem, consurgens dilucido, et mittens : et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam, sed induraverunt cervicem suam, et pejus operari sunt quam patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, et non audirent te ; et vocabis eos, et non respondebunt tibi. Et dices ad eos : *Hæc est gens quæ non audivit vocem Domini Dei sui, neccepit disciplinam.* Perit fides, et ablata est de ore eorum.

4. Tonde capillum tuum, et projice, et sume in directum planetum : quia projecit Dominus et reli-

¹ Al. : « reprobatum. »

² Al. : « egeste. »

quit generationem furoris sui : quia fecerunt filii Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam, et adficerentur exulta Tophet, quæ est in valle filii Ennon, ut incenderent filios suos, et filias suas igni : quæ non praecepi, nec cogitavi in corde meo. Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, et non dicetur amplius Tophet, et vallis filii Ennon : sed vallis intersectoris : et sepeletur in Tophet, eo quod non sit locus. Et erit morticius populū hujus in cibos volucribus coeli, et bestiis terre, et non erit qui abigat. Et requiesceret faciam de urbis Iuda et de plateis Jerusalem vocem gaudii et vocem letitiae, vocem sponsi et vocem sponsæ : in desolatione enim erit terra.

1. Illic excludit tertium remedium in quo poterant confidere, scilicet de cultu divinae religionis : et primo quantum ad templi sanctitatem; secundo quantum ad orationis devotionem, ibi, *Tu ergo noli orare pro populo hoc*; tertio quantum ad sacrificiorum oblationem, ibi, *Hac dicit Dominus exercitum Deus Israel*. Circa primum duo. Primo ponit quasi salubre consilium, ostendens veram fiduciam : *Sita in porta*, ut saltem religione loci cogantur audire : quasi dicat : Alias audiare contemnunt : *Bonas facite vias, actiones, studia, cogitationes*, quibus deliberatis de agendis. Isa. xl : *Dirigate viam, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri*. Et primo ponit fructum : *Et inhabitabo*. Apoc. xxi : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis*. Et excludit spem vanam : *Nolite confidere in verbis mendacii*, inquantum scilicet dicebant se propter sanctitatem templi omnes peccatas posse vitare sine emendatione vita. *Templum Domini, sanctum, templum Domini, pretiosum, templum Domini*, a cunctis veneratum. ii : Machab. v : *Non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit*. Secundo exponit ipsum : et primo quantum ad primam partem, ostendens quid sit bonas vias facere, resumens consilium, eos ordinando et ad seipso in actione : *Quoniam si benedixeritis¹ quasi in mente determinaveritis*; vel direxeritis : et in cogitatione, *Studia vestra* : et ad proximum, quantum ad operationem boni, *Si feceritis* : et in comparatione ad Deum, *Et post Deos alienos non ambulaveritis* : resumit consilii

fructum : *habitabo vobis* cum, si vulneritis, et audieritis etc. Psal. xiv : *Domine, quis habitat² in tabernaculo tuo, aut quis requiescat in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam* etc. Secundo ex ponit quantum ad secundam partem : et primo ostendit falsam fiduciam, ponens defectum ex parte culpæ : *Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii*, dum dicitis vos posse hac quæ sequuntur impune committere : *furari, contra rem proximi, occidere, contra personam, adulterari, contra id quod est quasi res, et quasi persona, jurare*. Illic ponit peccata contra Deum. Isa. xxviii : *Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus*. Et ponit apparentiam ex parte insufficientis emende : *Et venitis, et statim coram me in domo hac*, quasi per ingressum templi tantum, satisfacere credentes, decepti fortassis per orationem Salomonis que habetur II Paralipom. vi, et III Reg. vii. Et ipse intelligit cum perfecta morum emendatione, dominum Domini ingredieandam. *Eo quod fecimus omnes abominationes istas*, idest ab eo. Secundo excludit eam, primo argumento ostendens emendam insufficientem pro culpis : *Numquid ergo speluncam latronum facta est dominus istu?* quasi dicat : Si non purgati dominum meam intratis, speluncam latronum eam facitis. Matth. xxi : *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum*. Et ostendit culpam patentem : *Ego ergo, singulariter, sum, ubique omnia videns, vidi, peccata vestra*. Prov. xvi : *Omnes via hominum patent orulis ejus, spiritum ponderat est Dominus*. Secundo excludit exemplo : et primo ponit exemplum de Silo, ubi prius tabernaculum positum fuit : *Ite ad locum meum in Silo*. Psalm. lxxvii : *Et repulit tabernaculum silo tabernaculum suum, ubi habitarit in hominibus*. Seunudo adaptat ad propositionem, assumens similem culpam : *Et quia fecistis omnia opera haec, dicit Dominus, et locutus sum ad vos mauer consurgens, ad modum hominis solliciti, qui summo mane surgit ad explenda opera*

¹ Al. : *a benedixeris. n.*

² Al. : *a habitat. n.*

sua; vel quia tempus illud congruum est ad contemplandum, et suscipiendum verba sapientiae, pro corpore iam quietato. *Vocari.* Proverb. i : *Quia vocavi, et reuocasti, invocavi, et non fuit qui asperceret etc.* Et concludit similem ponam, quantum ad destructionem loci : *Faciam domum hanc. Infra xxvi : Dabo domum istam sicut Silo, et uelut hanc dabo in maledictionum crucis gentibus terra. Et quantum ad captivationem populi, Projiciam vos. Infra xxiii : Vos dispersistis gregem meum, et rieceritis eos, et non visitastis eos.*

2. Hic excludit remedium orationis : et primo profertur sententia : *Nec¹ assumas, etiam ab eis rogatus, et non obssistas, quia oratio sanctorum quodammodo detinet, et excludit Dei sententiam².* Sapiens. xviii : *Properans homo sine querela deprare pro populis, proferens servitutis suae scutum, orationem, et per incensum deprecationem allegans resistit ira, et finem imposuit necessitatibus, ostendens quoniam tuus est famulus : Isa. xliv : Non est qui in eo nomen tuum, qui consurgat, et teneat te.*

Sed contra. Job ix : *Deus cuius ira resistere nemo potest.*

Respondetur, quod verum est virtutis robore; sed oratione, et humilitate.

Quia non eradicamus, more curialis domini, qui non vult faciem servi rogantis confundere. IV Reg. xiv : *Lugere te simula, et induere ceste lugubri, et ne ungaris oleo etc.* Secundo ponit causam ex culpa, primo proponens culpam, ostendens eam patentem, quia publice factam. *Nonne vides?* Ezech. xvi : *Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas. et communem quantum ad omnem sexum, et etatem : Filii colligunt ligna, et patres succendunt ipsorum, et mulieres convergunt adipem, ut faciant placenta reginæ corli, idest luna; vel militiae, et omnibus astris.* Infra xliv : *Quod si nos sacrificamus reginæ corli, et libanum et libamina : numquid sine viris nostris fecimus ei placenta ad colendum eam?*³ Secundo ostendit peccatum stultitiam,

quia non Benni, sed seipso offendunt : *Nunquid me ad iracundiam provocant?* Job xxxv : *Si peccaveris, quid noxibus oī?* Psalm. vii : *Converetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendat.* Tertio comminatur poenam : *Ideo hoc dicit Dominus. Supradictum : Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrum.*

3. Hic excludit sacrificiorum fiduciam : et primo excludit sacrificiorum curam, ponens sententiam : *Holocausta vestra addite victimis vestris; quasi dicat : Sicut victimarum major pars cedit in usus vestros, ita holocausta vobis ex toto comedite, quia carnium consumptione non delector.* Psalm. xlix : *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Et ponit causam : *Quia non sum locutus.* No: enim Dominus hoc propter se volebat; sed ut per hoc ab idolatria revocaret. Unde ante adorationem vituli, de quo Exod. xxxiii, nulla præcepta de sacrificio data sunt. Psalm. xxxix : *Sacrificium et oblationem noluisti; aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti. Tunc dixi : Ecco venio.* Secundo arguit moraliū inobedientiam ; et primo ostendit culpam ; secundo, comminatur poenam, ibi, *Tonde capillum tuum.* Circa primum duo. Primo probat inobedientiam quasi per inductionem, ostendens eos inobedientes legi, ponendo legis præcepta : *Sed hoc verbum præcepī, a principio, quasi principaliter intentum. Audite vocem meam, de præceptis moralibus.* Ezech. xxxvi : *Eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.* Et præcepti contemptum : *Et non audierunt... factaque sunt retrorsum, semper peccata possente addentes.* Isa. lxi : *Omnes in eam suam declinaverunt, inuisque ad avaritiam suam, a sunno usque ad novissimum.* Osteudit etiam eos inobedientes præcedentibus prophetis : *Et misi ad vos omnes seruos prophetas.*⁴ iv Reg. xvii : *Testificatus est Dominus in Israel, et in*

¹ Al. : « ut. » — ² Al. : « sapientiam. »

³ Al. : « ut sacrificemus regine corli, et libanum et

libamina sic ut etc. »

⁴ Al. : « proper. » — ⁵ Al. : « et misi u. vos. »

Juda per manum omnium prophetarum, et videntium, dicens : Revertimini a viis vestris pessimis, et custodite præcepta mea et cærenomias, juxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed induerunt cervicem suam, juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Dominum Deo suo. Prædictit etiam, eos non obedituros sibi. Et loqueris... et non audiunt. Ezech. iii : Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me : omnis quippe domus Israel attrita fronte est, et duro corde. Isa. lxxv : Vocavi et non respondistis ; locutus sum, et non audistis, et faciebatis malum in oculis meis, et quæ nolui, elegistis. Secundo infert conclusio nis¹ : Et dices ad eos. Supra ii : Frustra percussi filios vestros ; disciplinam non re ceperunt Fides, Domini. Roman. x : Cor de creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel fidelitas ad proximum. Prov. xx : Virum fidem quis inveniet?

4. Illic comminatur eis paenam : et primo præsignat eam facto : Tonde capillum. Simile Ezech. v : Tertiam partem pilorum igni combures in medio civitatis, juxta completionem dierum obsidionis ; et assumes tertiam partem, et concides gladio in circuitu ejus ; tertiam vero aliam disperges in ventum. Generationem furoris. Isa. x : Ad gentes fallacem mittam eum, et contra populum furoris mea mandabo illi. Secundo determinat verba : et primo resumit idolatrie culpam, aggrava vans eam ex loco sacro : quia fecerunt offendicula, idola, in domo, scilicet in templo, et loco publico et aperto, et adificaverunt quæ non præcepisti, quasi dicat : Non tam gravia præcepisti eis. Unde patet quod etiam a me recesserunt. Psal. cv : Immolaverunt filios suos, et filias suas demoniis, carnes filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptibus Chanaan. Secundo comminatur paenam : et primo quantum ad imperfecti onem virorum ; secundo quantum ad effusionem cadaverum, ibi cap. xvii : In tempore illo, ait Dominus, ejicient ossa

regis Juda. Tertio quo ad ejectionem remanentium, ibi, Et eligent magis mortem quam vitam. Circa primum tria. Primo ostendit intersectionis locum : Ideo ecce dies venient, ut ubi peccaverunt, ibi puniantur. Infra xix : Ecce dies venient, dicit Dominus, et non vocabitur amplius locus iste Tophet, et vallis filii Ennon, sed vallis occasionis. Secundo excludit sepulturae officium : Et erit morticinium populi hujus in cibos volucribus coeli. Sepe liuent tamen aliqui vel a reliquiis, vel ab hostibus non valentibus sustinere fætorem. Psalm. lxxxviii : Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus coeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terra. Tertio excludit universale gaudium : Et requiescere faciam. Thren. ult. : Desecf gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster : que omnia attestantur magnitudinem occisi onis.

Nota, quod Deus habitat nobiscum per fidei constantiam. Ephes. iii : Habitare Christum per fidem in cordibus vestris etc. Per fraternali dilectionis concordiam. Matth. xviii : Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in me dio eorum. Per præceptorum obedi entiam. Joan. xiv : Si quis diligit me ser monem meum servabit, et pater meus diligit eum, et ad eum venimus, et man sione apud eum faciemus. Per devote contemplationis eminentiam. Apoc. vii : Ego sto ad ostium, et pulso : si quis audi erit vocem meam, et aperuerit mihi, intrabo ad eum, et canabo cum illo, et ipse mecum.

Item nota, quod quoddam est templum historicum. Psalm. cxxxvi : Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Allegoricum, ipsa Ecclesia. I Cor. iii : Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Typicum, ipse justus. I Cor. vi : Nescitis quoniam membra restra tem plum sunt Spiritus sancti? Anagogicum, ipse Deus. Apoc. xxi : Dominus Deus omnipotens templum illius est, et agnus.

Item nota, quod vocem Domini debo mus audire, illum diligendo caritatis amore, quia bonum nostrum. Deut. vi :

¹ Al. : « confusione. »

¹ Al. : « presumit. »

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua. Et serviendo cultus religione, quia Dominus. Deut. x : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi, soli servies.* Psalm. ii : *Servite Dominum in timore.* Post eum eundo praecepti observatione, quia pater. Supra iii : *Patrem vocabis**

me, et post me ingredi non cessabis. Illam querendo recta intentione, quia finis. Soph. ii : *Quarite Dominum omnes mansueti terræ, quia judicium ejus estis operati.* Eum adorando debito honore, quia factor noster est, et Deus. Matth. iv : *Dominum Deum tuum adorabis.*

CAPUT OCTAVUM

1. In tempore illo, aut Dominus : ejicient ossa regis Iuda, et ossa principum ejus, et ossa sacerdotum et ossa prophatarum, et ossa corum qui habaverunt Jerusalem, de sepulcris suis, et expandent ea ad solem, et lunam, et omnem militiam calique dilexerunt, et quibus servierunt, post que ambolaverunt, et que quiescierunt, et adoraverunt. Non colligentur, et non sepelientur : in sterquilinum super faciem terra erunt.

2. Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognatione haec pessimam in universis locis que derelicta sunt, ad que ejeici eos : dicit Dominus exercituum.

3. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Numquid qui calix non resurget, et qui aversus est non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem aversio contentiosa? Apprehenderunt mendacium, et nonligerunt reverti. Attendi, et austervati: nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo, dicens : Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursus suum, quasi equus impetu vadens in prelium. Milvus in celo cognovit tempus suum, turtur, et hirundo, et ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini.

4. Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est? Vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti, et capti sunt. Vtibunus enim Domini proferuntur, et sapientia nulla est in eis.

5. Propterea dabo multiores eorum exteris, agros eorum hereditibus : quia a minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur, a prophetâ usque ad sacerdotem, cuncti faciunt mendacium. Et sana bant contritiones filie populi mei ad ignominiam, dicitur. Pax, pax; cum non esset pax.

6. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt; quinimum confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Idecirco cadent inter correntes, in tempore visitationis sue corrent, dicit Dominus.

7. Congregans congregabo eos, ait Dominus. Non est uia in virtutibus, et non sunt fœci in scilicet fœlium defluxit, et dedi eis quia prætergressa sunt. Quare sollempnem? Conveniunt, et ingredianur civitatem munitam, et silenciam ibi : quia Dominus Deus noster silere nos fecit, et potius de nobis aquan felis : peccavimus enim Domino. Expectavimus pacem, et nou erat bonus, tempus medelæ, et ecce formido. A deo auditus est frenitus equorum ejus,

a voce hinmitum pugnatorum ejus commota est omnis terra. Et venerunt, et devoraverunt terram, et plenitudinem ejus, urbem, et habitatores ejus. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incutatio, et mordebut vos, ait Dominus. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mareas. Ecce vox clamoris filie populi mei de terra longinqua : Numquid dominus nou est in Sion, aut rex ejus non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam conceiverunt in sculptilibus suis, et in vanitatibus alienis? Transiit messis, finita est festas, et nos salvati non sumus. Super contritione filie populi mei contritus sum, et contristatus, stupor obtinuit me. Numquid resina non est in Galad, aut medicus nou est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei?

4. Illic communatur cadaverum effossionem : et primo ponit ipsam effossionem : *Dicent ossa, credentes aurum, vel aliquid talium invenire. Isa. xiv : Tu autem projectus es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, et obvolutus cum his qui interfici sunt gladio, et descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadaver putridum.* Secundo effosorum dispersionem : *Et expandent ea. vi Reg. xvii : Adoraverunt universam militiam cali. Sap. xi : Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.* Tertio eorum vilitatem. *Non colligentur. Isa. v : Facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum.*

2. Illic ostendit oppressionem remanentium significata ex ipsa mortis electione ; quæ quidem in se non est eligibilis, sed in quantum malorum terminus est. Apoc. ix : *In diebus illis querent homines mortem, et non invenient eam; et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis.*

3. Illic ostendit eorum' obstinationem, et duritiam in peccato : unde dividitur

¹ Al. : e peccatum.

contra totum præcedens : et primo ostendit obstinationem in peccatis¹ quæ committuntur in Deum, vel in seipsum, et in proximum. Deinde de illis quæ committuntur directe in proximum, cap. ix : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Circa primum duo. Primo arguit duritiam ; secundo comminatur pœnam, ibi, *Congregans congregabo eos.* Circa primum quatuor. Primo ostendit eorum duritiam quantum ad idolatriam ; secundo quantum ad superbiā, ibi, *Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est?* tertio quantum ad avaritiam, ibi, *Propterea dabo mulieres eorum cæteris;* quarto quantum ad invercundiam, ibi, *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt etc.* Circa primum ostendit eorum duritiam admirabilem ex tribus. Primo ex communione consuetudine, proponens consuetudinem : *Numquid qui cadit non resurget?* spiritualiter, vel etiam corporaliter, quantum ad conversionem peccati, qui aversus est, quantum ad aversionem : quasi dicit : *Hæc est consuetudo.* Psalm. xl : *Numquid qui dormit non adjicet ut resurgat?* Amos v : *Virgo Israel projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.* Et concludit admirationem : *Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem, quantum ad peccatum, aversione contentiosa?* quasi contendentes contra Dominum, vel contemnentes ipsum. Deuter. xxxi : *Ego scio contentionem tuam, et cervicem tuam durissimam.* Apprehenderunt, quantum ad cōversionem mendacium dolum. Isa. xxviii : *Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.* Secundo peccatorum universalitatem, ostendens universalem negligētiā quantum ad bona agenda : *Attendit, et auscultari, nemo quod bonum est loquitur, et multo minus agit.* Ps. xiii : *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Et universalem impénitentiam de malis commissis : *Nullus est qui agat pœnitentiam.* Rom. ii : *Tu autem secundum duritiam tuam, et impenitentem cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.* Et irreſ frenatam concupiscentiam : *Omnes con-*

versi sunt. Eccl. xxx : *Equus indomitus evadet durus, et filius remissus evadet præceps.* Job xv : *Cucurrit adversus Deum recto collo, et pinguī cervice armatus est.* Et xl : *Absorberbit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Jordani in os ejus.* Tertio ex irrationalium comparatione, ponens eorum cognitionem : *Milvus in caelo, idest in aere, congiavit tempus, aptum operibus suis, adventus,* quia transiunt in hyeme ad loca calida et redeunt in vere, et hoc instinctu naturalis astimationis. Job xii : *Interroga jumenta, et docebunt te; et volatilia caeli, et indicabunt tibi.* Et ponit populi ignorantiam : *Populus autem meus non cognovit judicium, sibi superventura propitiacionis.* Isa. i : *Israel autem me non cognovit.*

4. Ille ostendit eorum superbiam ex jactantia sapientiae : et circa hoc tria. Primo ponit jactantiam : *Sapientes nos sumus.* Isa. v : *Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes.* Secundo ostendit injustitiam : *Vere mendacium, vel mala Scripturas exponendo, vel iniquas leges condendo.* Isa. x : *Va qui condunt leges iniquas, et scribentes : in justitiam scripserunt, ut opprimerent in judicio pauperes, et vim facerent causa humiliū populi mei.* Tertio ponit pœnam : *Confusi sunt, præteritum pro futuro.* Job xii : *Adducit consiliarios in stultum finem, et judices in stuporem.* Et resumit causam : *Verbum Domini proiecserunt.* Eccl. i : *Fons sapientiae verbum Dei in excelsis.* Isa. v : *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Osee. iv : *Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam ne succeditio fui garis mihi.*

5. Ille ostendit avaritiam : et primo ponit pœnam, *hereditibus,* idest qui fortiter, et securè quasi hereditatem propriam tenent. Deut. xxviii : *Urorem accipies, et aliis dormiet cum ea.* Secundo ponit culpam : et primo avaritia desiderium : *Quia u minima usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur, quasi finem.* Isa. i : *Onus caput languidum, et omne cor moriens ; a planta pedis usque ad verticem*

¹ Al. : « peccata. »

non est in ea sanitas. Secundo ponit dominum in consequendo, *A propheta.* Tertio doli modum, *Et sanabunt.* Ezech. xxiij : *Vivificantur animas eorum, et violabant me ad populum propter pugillum; hordei, et fragmen panis, ut interficerent animas quae non moriuntur, et vivificantur animas quae non vivunt, mentientes populo meo credenti mendacis.*

6. Ille ostendit invercundiam : et primo verecundia causam, *Confusi sunt;* quasi dicat : Pueras patiuntur, quibus confundi deberent. Eccl. iv : *Et confusio adducens peccatum.* Secundo ostendit invercundiam : *Quinimum confusione non sunt confusi.*¹ Supra iii : *From mulieris meretricis facta est tibi, nolisti erubescere.* Tertio penam ; *Idecirco cadent intercurrentes, ut supra vi Thru. i : Cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator.*

7. Ille ponit penam supra penam praeditam simul : et primo ponit Domini sententiam quantum ad hominum afflictionem, *Congregabo,* in Jerusalem, obserendo. Infra : *Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sacrificia eos in die occasionis.* Et quantum ad fructuum direptionem. *Non est uva, vobis, sed hostibus, qui vestra, vobis videntibus, comedunt.* *Prætergressa,* ab eis in manus hostium. Habac. iii : *Ficus enim non florebit, et non erit germen in vineis.* Secundo populi miseriam : *Quare sedemus?* Vel ponit eorum præparationem, ponens mutuam exhortationem : *Quare sedemus? in locis urbium quasi quieti.* *Silemus,* quasi stupentes, vel a tumultu belli. Supra iv : *Congregamini, et ingrediamur.* Et exhortantur rationem, dum prævident penam : *Quia Dominus Deus noster silere nos fecit, stupore.* Thren. iii : *Replevitme amaritudine,² inebriavit me absinthio.* Et confitentur culpam, *Peccavimus.* Psal. cxv : *Peccavimus cum patribus nostris: injuste egimus, iniuriam fecimus.* Et recognoscunt expectationis stultitiam : *Et expectavimus, secundum dicta pseudoprophatarum, bouum, meritum pacis.* Prov. x : *Expectatio justorum latitia, spes autem impiorum peribit.* Ponit etiam

hostium persecutionem, et famam, *A Dan.* Supra iv : *Vox annuntiantis.* Ponit etiam effectum famae : *A voce himitum prægnatorum ejus commota est omnis terra,* hyperbolice, vel methonimice. Psal. xvii : *Commota est, et contremuit terra.* Et etiam inflictam per eos penam : *Et venerunt, et devoracerunt terram, et plenitudinem ejus, scilicet fructus.* Ps. lxxviii : *Comederunt Jacob; et locum ejus desolaverunt.* Et excludit medicinam : *Quia ecce ego mittam robis serpentes, Chaldaeos, quibus non est incantatio, quia nullo modo placari poterunt.* Psalm. lvii : *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdax, et obturantis uires suas.* Apoc. ix : *Cruciatus eorum ut cruciatus scorpii, cum percutit hominem.* Tertio ponit compatiens misericordiam, et primo super populi afflictionem ponens compassionem, *Dolor,* ex persona Domini ; et est antropospatos : vel ex persona prophetæ. Thren. i : *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor similis sicut dolor meus.* Et populi afflictionem : *Ecce vox, hostium de terra longinqua;* vel populi contra eosdem hostes ; vel de terra captivitatis. Supra iv. *Vocem quasi parturientis audiebi.* Et afflictionis rationem : *Nunquid Donanus non est in Sion?* Immo ipse Deus posset dare et consilia et auxilia et responsa : unde nullam causam habetis alios deos quaerendi. iv Reg. i : *Nunquid non est Deus in Israel, ut catis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?* Secundo compassionem super diurnitatem, ponens afflictionis diurnitatem : *Transit messis, finita est aestas, et salvati non sumus, a famis periculo, quia fructum noui recollegimus : ex persona populi.* Sic iv Reg. vi : *Unde salvare te possum?* Tertio compassionem : *Super contritione;* ex persona Domini, ut supra. Isa. lxiii : *Factus est eis salvator in omni tribulatione eorum.* Vel ex persona prophetæ. Thren. ii : *Conturbata sunt viscera mea.* Quarto assignat diurnitatis rationem, quia scilicet a peccato curari noluerunt : *Nunquid resina, per quam medicina penitentiae contra culpam, vel divinae sapientiae,*

¹ Al. : « a minimo. »

² Al. : « in amaritudine. »

*medicus, propheta, vel sacerdos, non est in Galaa*d?* ubi vigebat medicinae studium. Infra iv : Ascende in Galaa*d, et tolle resinam, virgo filia Aegypti. Quare igitur non est obducta, curata, cicatrix, peccati?* Isa. i : *Vobis, et litor, et playa tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.**

Nota, quod multiplex est silentium : scilicet stuporis. Amos. viii : *In omni loco projicietur silentium. Securitatis.* Isa. xxxii : *Eritque opus justitiae pax, et cultus justitiae silentium, et securitas¹ usque in sempiternum. Longanimitatis.* Thren. iii : *Bonum est praestolari cum silentio*

salutare Domini. Et quietis cordis. Ecle- xii : Verba sapientum sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixa.

Item nota, quod fugienda est societas malorum, quia afficiunt verbis. I Cor. xv : *Corrumunt bonos mores colloquia mala. Trahunt exemplis. Ps. xvii : Cum viro innocentem iuocens eris, et cum perverso perverteris. Afficiunt quantum ad famam. Ecl. xiii : Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Involvunt quantum ad poenam. Num. xvi : Recedite a tabernaculis impiorum, et nolite tangere quae ad eos pertinet, ne involvamini in peccatis eorum.*

CAPUT NONUM

1. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? Et plorabat die nocte interfectos filie populi mei. Quis dabit me in solitudine diversorum viatorum? Et dereliquam populum meum, et recedam ab eis : quia omnes adulteri sunt, et cœlestes prevaricatorum : et extenderunt linguam suam quasi arcum mendaci, et non veritatis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus. Unusquisque se a proximo suo custodiatur, et in owni fratre suo non habent fiduciam : quia omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet, et vir fratrem suum deridebit, et veritatem non loquuntur; docerent enim linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent laboraverunt. Habitatio tua in medio dolis, in dolo rennerunt scire me, dicit Dominus.*

2. *Propterea haec dicit Dominus exercituum : Ecce ego conflabo, et probabo eos. Quis enim aliud faciam a facie filiarum populi mei? Sagitta vulnerans linguam eorum, domum locuta est. In ore suo pacem enim amico suo loquitur, et oculi eius non insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gente huiusmodi non uincetur anima mea?*

3. *Super montes assumam flatum, ac lamentum, et super speciosa desertum planetum : quoniam incastra sunt, eo quod non sit vir pertransiens et non audierunt vocem possidentis. A volvere colli usque ad pecora transmigraverunt, et recesserunt. Et dabo Ierusalem in acervos areas, et cubilia draconum, et civitates Iuda dabo in desolationem, eo quod non sit habitat. Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, et ad quem verbum oris Domini fiat, ut annuntiet istud, quare perierit terra, et exusta sit quasi desertum, eo quod non sit qui peccaret? Et dixit Dominus : Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, et non audierunt vocem meam, et non ambulaverunt in ea, et abiérunt post*

pravitatem cordis sui, et post Baalim, quod didicrunt a patribus suis.

4. *Idcirco haec dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis, et disperdam eos in genibus, quas non moverunt ipsi, et patres eorum, et mittam post eos gladium, donec consumantur. Haec dicit Dominus exercituum Deus Israel : Contemplamini, et vocate lamentatrices ut veniant ad eas, quae sapientes sunt ; mitte, et properent. Festinent, et assument super nos lamentum : deducant oculi nostri lacrymas, et palpebra nostra delinquent aquis : quia vox lamentationis auditu est de Sion. Quonodo vastati sumus, et confusi vehementer ? Quia dereliqueramus terram, quoniam dejecta sunt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verlou Domini, et assument aures vestre seruorum oris ejus et docete filias vestras lamentum, et unaqueque proximam suam placent : quia ascenit mors per fenestras nostras, ingressus est domus nostras, disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.*

5. *Loquere : haec dicit Dominus : Et cadet mortificatio hominis quasi sterces super faciem regionis, quasi fenum post tergum metentis, et non est qui colligat.*

6. *Haec dicit Dominus : Non glorietur sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitias suas ; sed in hoc glorietur qui gloriatur sciencie, et nosse me : quia ego sum Dominus quia facio misericordiam et iudicium, et iustitiam in terra. Haec enim placent mihi, ai Dominus. Ecce dies venient, dicit Dominus et visitabo super omnem qui circumcidit habet præputium, super Aegyptum, et super Iudau, et super Edom, et super filios Amon, et super Moab, et super omnes, qui attinssi sunt in conatu habitantes in deserto : quia omnes gentes habent præputium, omnis autem dominus Israel incircuncisi sunt corde.*

¹ Al. : « securitas. i »

. 4. Hic ostendit obstinationem ipsorum in peccatis que sunt directe in proximum : et primo ponitur ipsius compassio quantum ad poenam : *Quis dabit?* quasi dicat : Tristitia et compassioni non suffici humor, qui est materia lacrymarum, aquam, quantum ad abundantiam, fontem, quantum ad iudeciantiam. Thren. in : *Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filia populi mei.* Et quantum ad culpam : *Quis dabit me in solitudine?* quasi dicat : Mallem in solitudine habitare, quam peccata ipsorum videre, diversorum viatorum idest in qua, quamvis nullus habet, diversi tamen transirent. Vel in solitudine de diversis viatoribus, per quam scilicet vel nullus, vel rarus transit. Infra xii : *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam.* Secundo describitur populi conditio : *Quia omnes adulteri sunt :* et primo quantum ad culpam : secundo quantum ad poenam, ibi, *Propterea hec dicit Dominus exercituum.*¹ Circa primum duo. Primo ponit peccatum quod est ex violatione alieni thorii. *Adulteri sunt.* Supra v. *Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.* Ex transgressione pacti humani vel divini : *Cœtus prævaricatorum;* quasi dicat : Ad hoc coniungerunt. Isa. xxiv : *Prævaricantes prævaricati sunt, et prævaricatione transgressorum prævaricati sunt.* Ex locutione mendacii : *Extendebunt linguam suam quasi arcum ex quo sagitta dolosi verbi.* Oseea vii : *Reversi sunt ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus doloris,* Secundo exaggerat ipsum : et primo ex augmentatione culparum : *Confortati sunt in terra,* idest in terrenis peccatis ; vel in terrenis bonis privati celestibus. Psalm. lxxii : *Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.* De malo ad malum egressi sunt, peccatum peccato addentes. Oseea iv : *Maledictum et mendacium, homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguinem sanguinem tetigit.* Secundo ex conditione peccantium, quia etiam inter conjunctos, ad quos magis tenentur opera caritatis extendere. Et primo consulit cantem : *Unusquisque se a proximo suo custodiat,* qui conjungitur aliqua

civili vel spirituali communicatione, *Fratre,* qui conjungitur naturali fædere. Micheas vii : *Nolite credere amico, nolite confidere in duce.* De secundo assignat causam ex parte fraudulentia : et primo ponit fraudis peccatum : *Quia omnis frater supplantans, alienam rem injusto surripiens.* Gen. xxv : *Supplantavit me eu altera vice, primogenita mea, antea tuit et nunc secundo surripuit benedictionem meam.* In modo faciendo, quia omnis amicus fraudulenter incedit. Isa. xxxii : *Fraudulenti vasa pessima sunt.* Et in verbo, *Et vir fratrem suum deridebit.* Job. xii : *Qui derideatur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum.* Futurum tempus indicat² perseverantiam. Secundo assignat rationem, quia assueti ad mendacia, docuerunt, per consuetudinem, et studiosi ad mala opera, laboraverunt. Prov. iv : *Non enim dormiunt nisi male fecerint, et non capitur somnus ab eis nisi supplantaverint.* Sap. v : *Lassati sumus in via iniurias et perditionis, et ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.* Tertio inducit conclusionem : *Habitatio tua, o Jeremia, vel o Jerusalem, in medio doli,* idest dolosi populi Ezech. n : *Increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas.*

. 2. Hic ponitur conditio populi miseranda quantum ad poenam : et primo ponit sententiam ; secundo determinat poenam, ibi, *Super montes assumam fletum.* Circa primum duo. Primo ponit sententiam, *Conflabo,* sicut aurum in igne, ut vel sic³ saltem mundentur. Eccli. xxvi : *Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.* Secundo ostendit sententiae justitiam : primo excludens misericordiae viam : *Quid enim aliud faciam a facie filia populi mei?* quasi dicat : Non restat aliud nisi ut puniam, omnibus aliis viis expertis. Isa. v : *Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, et non feci ei?* Secundo proponit culpam, *Sagitta,* quia a longe percutit, et usque ad intimam penetrat. Prov. xxvi : *Verba susurrantis quasi simplicia, et ipsa perverniunt ad intimam cordis.* Et xxv : *Jaculum*

¹ Al. : « propter hoc etc. »

² Al. : « vocat. » — ³ Al. : « vel sic ut. »

et gladius et sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Psalm. lxiii : *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, et infirmatæ sunt contra eos linguae eorum.* Psalm. xxvii : *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Tertio concludit poenam : *Numquid super his non visitabo?* ut supra v.

3. Ille determinat poenam in speciali : et primo determinat poenam ; secundo excludit falsam evadendi fiduciam, ibi, *Hæc dicit Dominus : Non glorietur sapiens in sapientia sua.* Circa primum tria. Primo ponit vastationem terrarum. Secundo afflictionem hominum, ibi, *Idcirco hæc dicit Dominus etc.* Tertio abjectionem cadaverum, ibi, *Loquere : Hæc dicit Dominus, etc.* Circa primum duo. Primo determinat destructionem terræ quantum ad possessiones, designans combustionem *Quoniam incensa sunt.* Joel. 1 : *Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, et flamma succendat omnia ligna regionis.* Eo quod non sit vir pertransiens. Supra iv : *Intuitus sum, et ecce non erat homo, et omne volatilæ cœli recessit.* Et non audierunt vocem possidentis, quia jam non ibat illuc. Et quantum ad civitates : *Et dabo Jerusalem in acervos arenæ.* Isa. xvii : *Ecce Damascus desinet esse civitas, et erit sicut acervus lapidum in ruina.* Secundo assignat rationem. Et primo ponitur quaestio : *Quis est vir qui intelligat, per se, ad quem verbum oris Domini fiat?* ut per revelationem cognoscat. Isa. xlii : *Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, et auscultet futura?* Secundo ponitur responsio : *Et dixit Dominus, quantum ad adversionem, Quia dereliquerunt, quasi non assidui ad meditandum, non audierunt, quasi prompti ad obedendum, non ambulaverunt, quasi effaces ad impleendum.* I Mach. 1 : *Multi de populo Israel definierunt apud se ut non manducarent immunda, et elegerunt magis mori quam cibis coquinari immundis, et noluerunt infringere legem Dei sanctam ; et trucidati sunt.* Et quantum ad conversionem, *Noluerunt ; idest secenti sunt prava desideria sua, Baalim, plurassis numeri, et masculini generis.* Eccl.

xviii : *Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere.*

4. Ille comminatur poenam quantum ad ipsos homines : et primo determinat poenam quantum ad afflictionem : *Cibabo absinthio, angustiis quas a Chaldaeis percussi sunt, potum, quia auxilium Ægyptiorum vertetur eis in amaritudinem, quo tribulationes se evadere credeant, sicut potu cibus facile traducitur.* Thren. iii : *Replevit me anaritudine, inebriavit me absinthio.* Et quantum ad captivitatem. *Disperryam, et quantum ad occisionem, Et mittam, prius.* Ezech. v : *Tertiam partem disperges in ventum, et gladium nudabis post eos.* Secundo invitat ad planetus tristitiam : *Hæc dicit Dominus : et primo invitat lamentatrices secundum consuetudinem Iudaeorum, ut ad fletum provocent : Vocate lamentatrices ; qui mos tangitur infra xxii : Non conterepabunt ei : Vox domine, et vox inelyte.* Luc. xxiii : *Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super eos ipsas flete, et super filios vestros.* Secundo ponit præceptum flendi, primo ad populum indicens præsentem luctum : *Deducant oculi nostri lacrymas.* Thren. ii : *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem et noctem, et non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* Et prædicens futurum, quod est quasi materia præsentis : *Quia vox auditæ est, spiritu prophetæ : vel ponit præteritum profuturo.* Infra xxxi : *Vox in excelso auditæ est.* Et assignat causam. *Quomodo vox plangentium in Sion rastati, quantum ad vastationem regionis, confusi quantum ad servitatem ? Dereliquimus, quantum ad captivitatem.* Supra iv : *Vox nobis, quoniam vastati sumus.* Secundo ad ipsas lamentatrices indicens luctum : *Audite ergo mulieres verbum Domini.* Isa. xxxii : *Mulieres opulentæ surgite, et audite vocem meam, etc.* Et determinans causam : *Quia ascendit mors, idest Chaldaeus mortem inferens, in quo designatur velocitas ipsorum et fortitudo, qui non contenti intraro per ostia, per tecta, et fenestras consecudebant.* Joel. ii : *Damos concendent, per fenestras intrabunt quasi sur.*

5. Ille ponit poenam quantum ad ipsa cadavera quæ remanserunt inhumata,

*Quasi fenum, quod a metente¹ quasi vile
quiddam negligitur.* Isa. v : *Facta sunt
morticinae corum quasi stercus in medio
platearum.*

6. Hic excludit evasione falsam fiduciam : *Non gloriatur*; quasi per hoc credens se liberari, *in sapientia*, qua praecipua est inter humana bona anima, *fortitudine*, praecipua inter humana bona corporis, *dirtus*, qua praecipua sunt in hominis exterioribus. I Reg. ii : *Nolite multi-
plicare loqui sublimia, gloriantes.* Et ostendit veram fiduciam : *Sed in hoc glo-
rietur qui gloriatur, scire, per cognitio-
nem in intellectu, et nosse, per experien-
tiām dulcedinis in affectu.* Psal. lxi : *In
Deo salutare meum, gloria mea, et spes
mea in Deo est.* II Cor. x : *Qui gloriatur,
in Domino gloriatur.* Et assignat causam : *Quia ego sum Dominus qui facio miseri-
cordiam, ut vos liberem, judicium, ut
hostes opprimam, justitiam, ut sit æqua-
litas.* Placent, in vobis. Mich. vi : *Iudi-
cabo tibi, o homo, quid sit bonum, et
quid Dominus requirat a te.* Utique facere
judicium, et diligere misericordiam, et
solicitor ambulare cum Deo tuo. Secundo
excludit fiduciam legalium cæremoniarum, et circumisionis specialiter, qua praecipua est, qua etiam ex patribus est : quia est imperfecta, ex carne tantum, et non in corde. Unde simul cum incircumcisio-
nis puniuntur. *Ecce dies veniunt.* Act.
vii : *Dura cervice, et incircumcisus² auribus
et cordibus, vos semper Spiritui sancto
restitistis.*

Nota, quod homo non debet gloriari

in sapientia, quia transitoria. Isa. xxix : *Peribit sapientia a sapientibus ejus, et
intellectus prudentium ejus abscondetur.* Quia imperfecta. Ecl. viii : *Intellexi,
quod omnium operum Dei nullam possit
homo inventire rationem eorum que sunt
sub sole.* Quia nociva. I Cor. vii : *Sci-
entia inflat, caritas vero ædificat.* Quia la-
boriosa. Ecl. i : *In multa sapientia multa
indignatio; et qui addit scientiam, addit
et laborem.*

Item non debet gloriari in fortitudine, quia fragilis. Job vi : *Nec fortitudo lapi-
dum, fortitudo mea, nec caro mea ænea
est.* Quia frequenter inutilis. Ecl. ix : *Vidi sub sole, nec velocium esse cursum,
nec fortium bellum, nec sapientium pa-
nem, nec doctorum divitias, nec artifi-
cum gratiam; sed tempus, casumque in
omnibus.* Quia non Domino acceptabilis. Psalm. cxlvii : *Non in fortitudine equi
voluntatem habebit, neque in tibiis viri
benepacitum erit ei.* Quia peccati occasio. Sap. ii : *Sit autem fortitudo nostra lex
justitiae : quod enim infirmum est, inutile
invenitur.*

Item non debet gloriari in divitiis, quia transitoriae. Jac. v : *Divitiae vestrae pu-
trefactæ sunt, et vestimenta vestra a tineis
conesta sunt.* Quia insufficietes. Prov.
xvi : *Quid prodest stulto habere divitias,
cum sapientiam emere non possit?* Quia verbum Dei impedites. Matth. xiii : *Fallacia divitiarum suffocat verbum, et
sine fructu efficitur.* Quia nocivæ. Ecl.
v : *Divitiae congregatae in malum domini
sui.*

C A P U T D E C I M U M

1. Audite verbum quod locutus est Dominus su-
per vos, dominus Israel. Hac dicit Dominus. Juxta
vias gentium nolite discere, et a signis cœli nolite
mettere, que binetur gentes : quia lege popolorum
vane sunt : quia lignum de saltu præcidit opus
manus artificis in aera. Argento, et auro decoravit
illud, clavis, et malleis compagis, ut non dissolva-
tur. In similitudinem palmarum fabricata sunt, non
loquantur, portata tolleantur, quia incendere non

valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male pos-
sunt facere, nec bene.

2. *Nou est similis tui, Domine : magnus es tu, et
magnum nomen tuum in fortitudine.* Quis non
timet te, o rex gentium? Tunc est enim deus.
Inter cunctos sapientes gentium, et in universis
regni eorum nullus est similis tui. Pariter insi-
pientes, et fatui probabuntur.

3. *Doctrina vanitatis eorum lignum est. Argentum*

¹ Al. : « mente. »

² Al. : « incircumcisisti. »

involutum de Tharsis assertur, et aurum de Ophir, opus artificis et manus aerari : hyacinthus, et purpura indumentum eorum. Opus artificium universum ; Dominus autem Deus verus est. Iste Deus vivens, et rex sempiterius. Ab indignatione ejus commovebuntur terra, et non sustinebunt gentes communionem ejus.

4. Sic ergo dicitis eis : Dii qui caelos, et terram non fecerunt, percant de terra, et de his que sub caelo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, preparat orbem in sapientia sua, et prudenter sua extendit caelos. Ad vocem suam datur multitudinem aquarum in caelo, et elevat nubes ab extremis tabernaculis terrae. Fulgura in pluviam facit, et educit ventum de thesauris suis.

5. Stultus factus est omnis homo a scientia sua, confusus est artifex omnis in sculptili : quoniam falsum est quod confluavit, et non est spiritus in eis. Vana sunt, et opus risu dignum. In tempore visitationis surplicium Non est his similis pars Jacob : qui enim formavat omnia, ipse est, et Israel virga hereditatis ejus, Domini exercituum nomen illi.

6. Congrega de terra confusionem tuam, quae habitas in obsidione : quia haec dicit Dominus : Ecce ego longe projiciantur habitatores terra in hac vice, et tribulabo eos, ita ut non inventetur. Vae miseri super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi : Plane haec infirmata mea est, et portabo illum. Tabernaculum meum vastatum est, omnes fauiculi mei dirupti sunt. Filii mei exierunt a me, et non subsistunt. Non est qui extendat ultra territorium meum, et erigat pelles meas.

7. Quia stulte egerunt pastores, et Dominum non quaesierunt, propterea non intellexerunt, et omnis gressus eorum dispersus est.

8. Vox auditio eius venit, et commotio magna de terra aquiloni, ut ponat civitates Iuda solitudinem, et habitatculum draconum.

9. Scio, Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet, et dirigat pressus suos. Corripe me Domine, veritatem in iudicio, et non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam super gentes que non cognoverunt te, et super provincias que nomen tuum non invocaverunt : quia comedentur Jacob, et devoraverunt eum, et consumperunt illum, et deus ejus dissipaverunt.

1. Hic ostendit populi dignitatem, ut ex hoc appareat eorum culpa gravior, et pena justior. Et dividitur in tres partes. In prima ostendit eorum dignitatem ex divina majestate ; in secunda ex divino sondere, cap. xi : *Verbum quod factum est a Domino ad Jeremiam* ; in tercya ex dimissa adhesione, vel protectione, cap. xiii : *Hoc dicit Dominus ad me*. Circa primum duo. In primo ostendit dignitatem eorum in comparatione ad alios populos, ex hoc ipso quod verbum Domini colebant ; in secunda communinatur penam, quia cultum Dei repulerunt per idolatriam, ibi, *Congrega de terra confusionem tuam*. Circa primum duo. Primo

ostendit differentiam deorum ; secundo ex hoc concludit destructionem cultorum, ibi, *Stultus factus est omnis homo*. Circa primum tria. Primo discernit Deum verum a falsis diis, quantum ad dominii majestatem : secundo quantum ad durationis aeternitatem, ibi, *Doctrina vanitatis eorum* : tertio quantum ad divinitatis veritatem, ibi, *Sic ergo dicitis eis*. Circa primum duo. Primo ostendit idolorum vanitatem, et infirmitatem, secundo divinam majestatem, ibi, *Non est similis tui, Domine*. Circa primum duo. Primo proponit praeceptum, ut non flectantur ad idolatriam, neque gentium imitatione, *Juxta vias* ; neque coelestium magnitudine, *A signis cordi nolite metuere*, ita scilicet quod in eis divinitatem creditis ; vel quod necessitatibus habeant super ea quae dependent ex libero arbitrio. Deut. iv : *Nec forte elevatis oculis ad caelum, videas solem et lunam et omnia astra cordi, et errore deceptus adores ea, et colas quae creavit Dominus Deus ut ministerium cunctis gentibus quae sub caelo sunt*. Secundo probat propositum, ponens idolorum vanitatem : *Leges populorum*, quibus ad idolatriam se obligant, *vanae*, quia inutiles, et sine veritate divinæ scientie. Sap. xiii : *Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei*. Et hanc vanitatem probat ex substantiae vilitate quantum ad materiam, *Quia lignum*. Isa. xi.ay : *Succidit cedros, tulit ilicem, et querum, quae steterat inter ligna saltus*. Quantum ad causam efficientem principalem. *Opus manus* : et instrumentalem, *In ascia*. Sap. xiii : *Infelices sunt, et inter mortuos spes illorum est qui appellaverunt deos opera manuum hominum, etc.* Isa. xliv : *Fecit illud in angularibus, et in circino² tornavit illud, et fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo*. Quantum ad formam decoris. *Argento*. Baruch ult. : *Ligna eorum polita a fabro, ipsa etiam inaurata, et inargentata, falsa sunt, et non possunt loqui*. Et compositionis, *Clavis, et malleis*. Isa. xlii : *Confortavit faber aerarius percutiens malloco, cum qui cudebat tunc temporis, dicens : Glutino*

¹ Al. : « proponens. »

² Al. : « idcirce. »

bonum est : et confortarit eum chavis, ut non moveretur. Probat etiam ex operis infirmitate, quia non habent operationem sensitivam, neque intelligunt etiam : *In similitudinum palmarum*¹ que non² intelligit, quamvis decora sit, et non loquuntur, quantum ad actum rationis, portata, scilicet ab aliis, *quia incendere non valent*, quantum ad operationem sensitivam animarum. Ps. cxvi : *Os habent, et non loquentur ; oculos habent, et non videbunt ; aures habent, et non auident : nores habent, et non odorabunt : manus habent, et non palpabunt : pedes habent, et non ambulabunt ; non clamabunt in gutture suo.* Tertio concludit intentum : *Nolite ergo timere : quadam, enim colebantur, ut bene facerent ; quadam, ne male.* Isa. xl : *Bene quoque, aut male si potestis facere, et loquemur, et videamus simulum.*

2. Ille ostendit diuinæ dominatioonis majestatem : et primo ostendit singularem potentiam : *Magnus, in scipio³, et magnum nomen, in hominum opinione.* Et ex hoc concludit timorem : *Quis non timebit ?* Supra v : *Me ergo non timebitis, ait Dominus, et a facie mea non dolebitis ?* Secundo ostendit suam singularem scientiam : et primo excludens sapientiam aequalitatem : *Tuum est enim decus.* Apoc. vii : *Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum.* Amen. Secundo ostendens eorum fatuitatem in comparatione ad diuinam sapientiam : *Et in universis regnis eorum nullus est similis tui.* Pariter insipientes, in divinis, fatui, in humanis. Iad Cor. iii : *Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.*

3. Ille ostendit differentiam quantum ad æternitatem : et primo ostendit idolorum inceptionem quantum ad eorum substantiam, quæ de ligno facta sunt : *Doctrina vanitatis eorum, sapientum in gentibus, lignum, idest idolum de ligno factum.* Ab hoc enim sapientia vana ipsorum cernitur. Et quantum ad argenteam. *Argentum ; et quantum ad aurea,*

Aureum de Ophir, opus, scilicet haec sunt, artificis, et opus manus ; quasi etiam viles opus. Ps. cxvi : *Simulacra gentium, argentum et aurum, opera manuum hominum.* Et quantum ad coram ornamenti, *Hyacinthus* : constat enim, illud quod factum⁴ est, incepisse. Baruch ult. *Operis autem illis teste purpurea, extinguant faciem ipsorum propter pulverem dominis, qui est plurimus inter eos.* Secundo proponit Dei⁵ æternitatem, adjungens veritatem, et majestatem : *quia Deus verus et sempiternus.* Isa xl : *Deus semperius, Dominus qui creavit terminos terræ, non deficit⁶.* Et ex his concludit timorem : *Ab indignatione ejus commovebitur terra ; quasi dicat : Etiam insensibilia ipsius iram sentiunt : non sustinebunt præ timoris magnitudine.* Ps. xvii : *Commota est, et contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt.*

4. Ille ostendit differentiam quantum ad divinitatis veritatem : quam primo excludit ab idolis, ostendens in eis non esse diuinam operationem : *Sic ergo dictis eis, cultoribus idolorum.* Unde in Hebreo, Chaldaeo sermone scriptum est : *Pereant, idest cultus eorum cesseret Ps. xviii : Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus immutat firmamentum.* Secundo ostendit in Deo esse diuinam operationem : et primo quantum ad creationem essentialium partium mundi : *Qui facit terram, quantum ad insimam, præparat orbem, quantum ad summam.* Prov. iii : *Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit cœlos prudentia.* Ps. cui : *Extensis cœlum sicut petillum, quia legis aquis superiora ejus.* Secundo quantum ad passiones aeris, ut non solum priora a primis esse credantur, sicut quidam Philosophi dicunt; sed etiam omnium auctor, quasi operans in omnibus. Et primo quantum ad ea quæ sunt ex materia humida, sicut nubes, et pluviae : *Ad vocem, ad præceptum, ab extremitatibus, propter abundantiam aquarum in circuitu terræ.* Secundo quantum ad ea quæ sunt ex materia humida et secca, *Fulgura : immutat ordinem*

¹ Al. : « plasmar. »

² Al. : « neque. » — ³ Al. : « seipso. »

⁴ Al. : « actum. » — ⁵ Al. : « ei. »

⁶ Al. : « Deus creavit terminos terræ etc. »

nem, quia post fulgura frequenter sequitur pluvia. Tertio quantum ad ea quae sunt ex secca materia : *Et educit de thesauris, de occultis causis, et locus in quibus generantur. Psal. cxxxiv : Educens nubes ab extremis terræ, fulgura in pluviam fecit.*

3. Ille concludit destructionem cultorum : et primo ponit idololatrarum ignoratiunam quantum ad stultitiam : *Stultus factus est, apparuit, a scientia sua, qua idolum finxit. I Cor. i : Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi. Et quantum ad confusione pœnam, Confusus est Ps. xcvi : Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis. Et assignat causam ex idolatria falsitate : Quoniam falsum est, vanitate, vana, et finitione¹. In tempore visitationis suæ peribunt. Sap. xiv : Quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patiatur. Secundo excludit Judeorum gloriam : Non est his similis pars Jacob, Psalm. xv : Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei, tu es qui restitus hereditatem meam mihi : quia felicitas cuiuslibet est sua pars. Thren. iii : Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Virga hereditatis, quasi sceptrum ipsius, quia hereditarium regnum ipsius est. Vel Virga, quasi sors. Deut. xxxii : Pars autem Domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus.*

6. Ille comminatur eis pœnam, quia hanc dignitatem nos servaverunt : et primo comminatur pœnam ; secundo propheta petit misericordiam ibi, *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus. Circa primum tria, Primo, comminatur pœnam ; secundo, pœna causam, ibi, Quia stulte egerunt pastores ; tertio, pœna ordinem, ibi, Vox auditionis ecce venit. Circa primum duo. Primo Dominus præsignat pœnam obsidionis : Congrega, in urbe, de terra, de agris, confusione, idest fructus tuos, qui sunt confusione digni. Supra viii : Congregans congregabo eos, ait Dominus. Et pœnam captivitatis ; Quia hæc dicit Dominus : Ecce ergo longe projiciam habitatores terræ in*

*hac vice, quasi dicat : Ulterius non parcam : ita ut non inveniantur, in urbe : vel quia major pars mortua est. Thren. ult. : Projiciens² repulisti nos. Secundo populus ex hoc territus plangit futuram pœnam : et primo in generali, plangens pœnam, *Vox mihi. Infra xxx : Insanabilis fractura tua, quia pro peccatis. Et promittit patientiam : Ego autem dixi : Plane haec infirmitas mea est, quasi pro peccatis mihi debita, et portabo illam, patienter. Mich. vii : Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. Secundo in speciali quantum ad destructionem domorum : Tabernaculum, quia domus ita facile sicut tentoria destructa sunt, funiculi, quibus tentoria extenduntur. Supra iv : Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ, Et quantum ad afflictionem habitatorum, Filii mei, Baruch. v : Exierunt abs te pedibus ducti ab inimicis. Non est qui extendat, quasi qui readifiet.**

7. Ille assignat communem pœnam per ordinem, quia peccata prælatorum sunt causa cæcitatis ipsorum. Sap. ii : *Excœavit eos malitia eorum. Et hæc causa destructionis populi. Matth. xv : Si cœcus exco ducatum præstet, ambo in focam cadunt. Ezech. xxxiv : Dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor et factæ sunt in devocationem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt.*

8. Ille determinat ordinem pœnae, praesignans hostem ab aquiloni venientem. Supra i : *Ab aquilone pandetur onus malum super omnes cognationes terræ.*

9. Ille petit misericordiam : et primo ostendit petendi necessitatem : *Non est hominis via, quantum ad electionem, ut ambulet, quantum ad executionem, dirigat, quantum ad ordinationem in finem ; et ita nec in potestate nostra resistere, nec Chaldaei impugnare ; sed totum dependet ex tua dispositione. Psal. xxxvi : A Domino³ gressus hominis dirigentur, et viam ejus volet. Prov. xvi : Cor hominis disponit viam suam ; sed Domini est dirigere gressus ejus. Secundo ponit petitionem qua petit populus misericor-*

¹ AL. : « fictione. » — ² AL. : « perspiciens. »

³ AL. : « apud Dominum. »

diam : *Corripe me in iudicio*, consulta misericordiae, non condemnationis, de quo in Psalm. cxlii : *Non intres in iudicium¹ cum seruo tuo Domine, quia non justificabit in conspectu tuo omnis vivens*. Et non in furore, secundum delicta vindicta mensuram, ne forte ad nihilum redigas me : *Iustum enim esset ut peccans in Deum ab ipso relinquere*tur, et sic in nihilum tenderet. Et sic non facit contra praeceptum Domini supra xiv : *Tu ergo noli orare pro populo isto*, quia non petit ut non penitentur, sed ne omnino delectantur. Psalm. xxxvii : *Domine ne in furore tua arguas me, negue in ira tua corripias me*. Et petit hostibus iram. *Effunde indignationem et assignat causam*, Quia comedenterunt. Psalm. lxxiii : *Effunde iram tuam in gentes quae te non neverunt et in regna quae nomen tuum non invocaverunt : quia comedenterunt Iacob, et locum ejus desolaverunt*.

Nota, quod stultus est homo a scientia

Dei : propter cordis elationem. Rom. i : *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*. Propter inquirendi curiositatem. Act. xxvi : *Multe litterarum ad insaniam te deducserunt*. Propter scientie incertitudinem. Isa. xlvi : *Hoc scientia tua, et sapientia tua decepit te*. Propter operis perversitatem. Sap. ii : *Excavavit enim eos malitia eorum*.

Item nota, quod debet portari divina peressio patienter : propter affectum perentientis. Prov. i : *Disciplinam Domini, fili mi, ne abijicias, nec desicias, cum ab eo corriperis*. Propter conscientiam criminis. Mich. vii : *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei*. Propter expectationem innumeris. Jac. : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam reprobavit Deus diligentibus se*. Propter inutilitatem murmuris. Thren. *Quid murmuravit² homo vicens, vir pro peccatis suis*.

CAPUT UNDECIMUM

1. Verbum quod factum est a Domino ad Jeremiam dicens : *Audite verba pacti hujus, et loquimini ad viros Juda, et ad habitatores Ierusalem, et dices ad eos : Ille dicit Dominus Deus Israel : Maledictus vir qui non audierit verba pacti hujus, quod praecepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de formae terrena, dicens : Audite vocem meam, et facite omnia quae praecepi vobis, et eritis mili in populum, et ego ero vobis in Deum, ut suscitem juramentum quod juravi patribus vestris, datumque me eis terram fluentem lacte et melle, sicut est dies hunc. Et respondi, et dixi : Amen, Domine. Et dixit Dominus ad me : Vocare omnia verba haec in civitatibus Juda, et foris Ierusalem, dicens : Audite verba pacti hujus, et facite illa.*

2. Quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Aegypti usque ad diem hunc. Mane consurgens contestatus sum, et dixi : *Audite vocem meam ; et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam ; sed abiernant iniquisque in pravitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti hujus quod praecepi ut facerent, et non fecerunt. Et dixit Dominus ad me : Inveni est coniuratio in viris Juda, et in habitato-ribus Ierusalem. Reversi sunt ab iniurietatibus patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea.*

Et hi ergo abiernant post deos alienos, ut servient eis, irritum fecerunt dominus Israel et dominus Juda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

3. Qnamobrem haec dicit Dominus. Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt : et clamabunt ad me, et non exaudiam eos. Et ibunt civitates Juda, et habitatores Ierusalem, et clamabunt ad eos quibus libant ; et non salvabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum numerum enim civitatum tuarum erant dii tui, Juda, et secundum numerum viarum tuarum, Ierusalem, posuisti aras confusonis, aras ad libandum Baalum. Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem, et orationem : quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me in tempore afflictionis eorum. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelerata multa ? Numquid carnes saepe anferant a te malitia tua, in quibus gloria est ? Olivam ubereum, pulchram, fructiferam, spériosam vocavit Dominus nomen tuum. Ad vocem loquilem grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructeta ejus. Et Dominus exercitum, qui plantavit te, locutus est super te malum pro malis donis Israel, et dominus Juda, que fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalum.

4. Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cogovi- tu ostendisti mihi studia eorum, et ego quasi agnus

¹ Al. : « iudicio. »

² Al. : « murmuraverit. »

mansuetus qui portatur ad vietmanni. Et non co-guovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memori-ret amplius. Tu autem, Domine sabach, qui judicas juste, et probas renes, et corda, videam ulti-onem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam. Propterea haec dicit Dominus ad viros An-a-thoth, qui querunt animam tuam, et dicunt : Non pro-phebat is nomine Domini, et non morior in mani-bus nostris. Propterea haec dicit Dominus exerci-tus : Ecce ego visitabo super eos Juvenes morientur in gladio, filii eorum, et filiae eorum morientur in fane, et reliquie non erunt ex eis : inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

1. Ille ostendit populi dignitatem ex hoc quod cum Deo pacto inito foederati erant : et primo ponit pactum¹, et trans-gredientibus comminatur paenam ; se-undo disputat de punientis justitia, cap. xi. : *Justus quidem tu es, Domine. Cirea primum duo. Primo proponit confede-rationem ; secundo foederis transgressio-nem, ibi, Quia contestans contestatus sum. Cirea primum duo. Primo inducitur propheta ad annuntiandum, Audite tu, et qui tecum sunt : boni sunt, et ita quasi privilegiati. Et dices ad eos². De hoc pacto Ezech. xvi. : Operui ignomi-niam tuam, et juravi tibi, et ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, et facta es mihi. Secundo inducitur po-pulus ad observandum : et primo propo-nit rationes duas, quarum primam sumit a pena transgredientium, *Maledictus vir.* Deut. xxvii. : *Maledictus vir qui non permanserit in sermonibus legis hujus, nec eos opere perfecerit.* Et assignat jus-titiam : *In die qua eduxi eos de terra A-egypti*; quasi dicat : Justum est puniri il-los qui post tot beneficia ingrati sunt : *fornace, propter afflictionem, ferrea, propter duram dominationem.* Deut. iv. : *Vos autem tulit Dominus, et eduxit de fornace ferrea Aegypti, ut haberet popu-lum hereditarium, sicut est in presen-ti die.* Et ponit³ pacti formam : *Dicens, in quo aliquid petit, scilicet obedientiam : Audit, et aliquid promittit, scilicet divi-nae familiaritatis gloriam ; Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.* Supra vii. : *Hoc verbum praecepi eis di-**

*cens : Audite vocem meam, et ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus etc. Se-cundam rationem sumit ex praemio ob-servantium : Ut suscitem, quia jam qua-si perit captivitate imminentia, lacte, propter abundantiam animalium, melle, propter abundantiam terra nascentium. Vel hyperbolice in his duobus abundan-tia omnium honorum designatur. Deut. vi. : *Multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte, et melle manantem.* Se-cundo ponitur propheta assensio : *Res-pondi, Amen*; idest, vere fecisti quod promisisti ; vel fiat hoc quod promittis, Deut. xxvi. : *Et dicet omnis populus, Amen.* Tertio inducitur conclusio, ut sci-let observent ; *Et dixit Dominus.* Isa. xl. : *Exulta in fortitudine vocem tuam.**

2. Ille ostendit quomodo paetum⁴ transgressi sunt : et primo peccando in Deum ; secundo peccando in prophetam, ibi, *Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi.* Cirea primum duo. Primo proponit culpam : secundo comminatur paenam, ibi, *Quamobrem haec dicit Do-minus.* Cirea primum tria. Primo osten-ditur diligens admonitio, tum ex juratio-ne, *Contestans.* quasi adjurans ; tum ex temporis continuitate, *In die qua eduxi,* tum ex temporis opportunitate, *Mane con-surgens,* quando homo magis para-tus est ad intelligendum. Supra vii. : *Et locutus sum ad vos mane consurgens, et loquens.* Secundo ponitur inobedientis populi transgressio : *Et non audierunt.* Isa. xvi. : *Omnes in viam suam declina-verunt, unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum.* Tertio ponitur culpa aggravatio ex obstinatione : *Et induxi super eos :* quia nec per penas, nec per beneficia, quae in pacto legis con-tinebantur eis indictio, correcti⁵ sunt. Prov. i. : *Quia vocari, et renuisti: ex-tendi manum meam, et non fuit qui asperceret : desperisti omne consilium meum, et inciperationes meas neglexisti : ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis id quod timebatis advenierit.* Ex conjuratione : *Inventa est*

¹ Al. : « pacem. »

² Al. : « dices etc. » — Al. : « proponit. »

³ Al. : « pacem. »

⁴ Al. : « inducito. »

conjuratio; quasi dicat: Omnes communiter peccant, ac si ad hoc conjurassent: est enim conjuratio, consensus juramento firmatus ad aliquid faciendum. Isa. viii: *Omnia quæ loquitur populus iste conjuratio est?* Et ex consuetudine, *Reversi sunt. Osea vii: Reversi sunt ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus dolorosus.* Quarto inducitur conclusio: *Irritum fecerunt. Osea vi: Ipsi autem sic erat Adam transgressi sunt pactum, ipsi pravaricati sunt in me, Prov. ii: Reliquit ducem pubertatis suæ, et pacti Dei sui oblitus est.*

3. Hie contra incorrigibilem culpam communatur inevasibilem penam: et primo ponitur pena, *Ecce ego. Isa xxiv: Qui explicuerit se de fovea, tenebitur laqueo.* Secundo excludit evasionis remedia: et primo quod non juvabuntur orationibus propriis fusis ad Dñm: *Clamabunt ad me, et non exaudiam eos.* Pro verb. i: *Invocabunt me, et non exaudiam.* Et fusis ad idola: *Et ibunt civitates Iuda. Isa. xlvi: Nescierunt qui levant signum sculpturæ suæ, et rogant dominum non salvantem.* Et adjungit idolorum multitudinem: *Secundum numerum enim civitatum tuarum erant dñi tui, Iuda. Ezech. xvi: Fecisti postribulum in cunctis plateis, ad omnem caput viae addicasti signum prostitutionis tuæ.* Supra II idem. Neque etiam orationibus alienis: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumus pro eis laudem, ut me quasi misericordem laudans, ad misericordiam provoco.* I Reg. xvi: *Usque quo tu luges Saul, cum ego projicerim eum, ne regnet super Israel!* Supra VII idem. Secundo quod non juvabuntur sacrificiorum oblationibus, assignans reprobationis rationem: *Quid est quod dilectus? scilicet populus Iuda, in domo, in templo colens ibi idola. Ezech. viii: Filii hominis, putas ne vides tu quod isti faciunt, abominationes magnas, quas dominus Israhel facit hic, ut procul recedant a sanctuario meo?* Et ponit sacrificiorum reprobationem: *Numquid carnes? scilicet animalium immolatorum. Heb. x: Impossible est sanguine hircorum et tauro-*

rum auferri peccata. Tertio ostendit quod non juvabuntur propriis viribus: et circa hoc duo. Primo commemorat pristinum gloriam: *Olivam ubrem, quantum ad abundantiam ramorum, in quo signatur multitudo populi, pulchram, quantum ad viorem coloris, in quo prosperitas florens, et virtus animi virens, fructiferam, quantum ad copiam fructum, in quo abundantia honorum operum, et magnorum, speciosa, quantum ad compositionem partium, in quo designatur ordinatio debita populi. Vocavit, ut talis fama undique de te exiret, Osea xiv: Erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani.* Secundo prædictit futuram penam, primo proponens ipsam penam: *Ad vocem loquæ, idest ad imperium Nabuchodonosor, vinea, idest domus Iuda, exarsit in ea ignis, ad litteram, fructeta, scilicet homines, et ea quæ ad eos pertinebant. Vel loquæ grandis, quia ex tali vocatione grandia de te sensisti, et ideo penam meristi.* Is. xxvii: *In prælio gradiar super eam, succendam eam pariter.* Secundo punientis potentiam, *Dominus exercitum. I Reg. ii: Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit etc.* Tertio ponit causam, *Pro malis. Deut. xxxii: Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in vanitatibus suis; et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.*

4. Illic ostendit quomodo transgressi sunt peccando in ipsum prophetam: et hoc quidem quod dicitur, ad litteram convenit Jeremia, qui in odium populi venit, propter mala quæ prædicebat; sed persecutio Jeremiac figurabat passionem Christi, sicut dicit illa *Glossa.* Videtur autem hoc superiori sententiæ contraire, in qua quæ dicta sunt, personæ Christi aptavimus² non Jeremiac, etc. Sed omnes prophetæ in typum salvatoris pleraque gesserunt, et quod in praesenti in Jeremia completum est, hoc in futurum de Domino prophetavit. Circa hoc ergo tria. Primo enim propheta proponit culpam adversariorum: et primo communis culpæ revelationem: *Demonstrasti, interiori revela-*

¹ Al. deest: « autem. »

² Al.: « aptamus. »

tionem : ostendisti, exterioribus signis, studia, machinationes eorum contra me. Isa. viii : In forti manu sua erudit me, ne irem in via populi hujus etc. Et proponit revelationis necessitatem, quia per se cogitationem scire non poterat, nec suspicari propter suam innocentiam, qua talia non merebatur. *Et ego quasi agnus, et non cognovi.* Christus etiam secundum hominem in via cognitionem illam accepit a Deo, qua omnia scivit per gratiam unionis, sicut alii accipiunt ea quae sciunt per gratiam revelationis. Isa. lxxiii : *Quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum.* I Cor. ii : *Quis enim scit hominum quae sunt hominum, nisi spiritus hominis qui est in ipso?* Ps. xcvi : *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanam sunt. Mittamus lignum,* idest taxum, ut sic venenatus moriatur, eradamus, ita quod nulla memoria ipsius remaneat, sicut in tabula rasa praecedentis' scripturæ. Mystice mittamus lignum, idest corpus in Christi lignum crucis : vel *lignum in panem*, idest per lignum crucis scandalum doctrinæ ejus suscitemus, qua paucis est. Isa. lxi : *Quia abscissus est de terra.* Secundo propheta petit vindictam, allegans auctoritatem et potentiam per quam potest : *Tu autem, Domine sabaoth, idest exercituum² :* justitiam per quam vult, *Qui iudicas juste, scientiam per quam scit.* *Et probas renes,* idest affectiones, *corda,* idest cogitationes, *videam ultionem tuam ex eis,* ex persona Christi, qui scilicet obstinati sunt : pro aliis enim oral. Lue. xxiii : *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Thren. iii : *Vidisti, Domine, iniuriam illorum adversum me, iudica iudicium meum.* Et assignat causam : *Tibi enim revelavi, non quasi nescienti, sed totam causam meam in te ponens.* Ps. lxxv : *Jacta cogitationum tuum in Domino;* et ipse te enutriet. Tertio Dominus comminatur pœnam : et primo resumit malitiæ : *Propterea hæc*

dicit Dominus ad viros Anathoth, qui querunt animam tuam, ad interficiendum. Ps. xxxviii : *Vim faciebant qui quererebant animam meam.* Et addit can-sam hujus malitiæ : *Et dicunt : Non prophetabis; quasi, sic solum mortem evadere poteris, si prophetare censes.* Isa. xxx : *Qui dicunt videntibus, Nolite videre.* Secundo comminatur pœnam, primo prædictæ visitationem : *Propterea hæc dicit Dominus.* Ps. lxxxviii : *Visitabo in virga iniurias eorum, et in verberibus peccata eorum.* Secundo pœnae determinationem : *Juvenes eorum.* Infra xv : *Qui ad gladium, ad gladium, qui ad fanem, ad fanem, etc.* Tertio punientis potestatem : *Inducam enim malum, ego scilicet qui possum.* Infra xv : *Induc super eos diem afflictionis, et duplice contritione contere eos.* Mystice per viros Anatoth, qui interpretatur obedientia, significantur viri Jerosalem, qui quondam Domino obedientes, Christum postea persecuti sunt.

Nota, quod sanctus dicitur oliva propter pinguedinem, in quo devotio. Rom. xi : *Socius radicis, et pinguedinis olicæ factus es.* Propter olei nitorem, in quo contemplatio. Zach. iv : *Istū sunt duo filii olei, qui assistunt dominatori universæ terra.* III Reg. vi : *Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.* Propter foliorum vi-torem, in quo virtus mentis. Gen. viii : *Reversa est columba ad esperam, portans ramum olivæ virgentibus foliis in ore suo.* Propter fertilitatem, in quo abundautia bonorum operum. Ps. xxxi : *Ego autem sicut olicu fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in aeternum, et in sacerdotum sacerdoti.* Propter pulchritudinem, in quo sanctorum gloria. Ecli. xxiv : *Quasi olira speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquas.* Osee. xiv : *Erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani.*

¹ Al. : « præcedentes. »

² Al. : « ut potentiam. Tu autem Domine Sabaoth, idest exercituum, per quam potest. »

CAPUT DUODECIMUM

1. *Justus quidem tu es, Domine, si disputerem tecum, verumtamen justa loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur, et inique agunt?* Plantasti eos, et radicem miserunt, proficiunt et faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum. Et tu Domine nosti me, vidisti me, et probasti cor meum teum. Congregas eos quasi gregem ad victimam, et sanctificas eos in die occisionis. Usquequo lugebit terra, et herba omnis regionis siccabitur? Propter malitiam habitantium in ea, consumptum est animal, et volucres: quoniam dixerunt: Non videbit novissima nostra. Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? Cum autem in terra pacis secura non fueris, quid facies in superbia Jordanis? Nam et fratres tui, et domus patrii tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce. Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.

2. Reliqui dominum meam, dimisi hereditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manu iniuriorum ejus; facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva. Dedit contra me vocem, ideo odivi eam. Numquid avis discolor hereditas mea mihi? Numquid avis tincta per totum?

3. Venite, congregamini omnes bestie terre, properate ad devorandum. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculeverunt partem meam. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recognitet corde. Super omnes vias deserti venerunt omnes vastatores terræ, quia gladium Domini devoravit ab extremo terra usque ad extremum ejus. Non est Pax universæ carni.

4. Seminaverunt triticum, et spinas messuerunt; hereditatem acceperunt, et non eis proderit. Confundimini a fructibus vestris propter iram furoris Domini.

5. Hunc dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem quam distribui populo meo Israel: Ecce ego evellam eos de terra sua, et domum Juda evellam de medio eorum; et cum evulsero eos, convertar, et misericordie eorum, et reducam eos virum ad hereditatem suam, et virum in terram suam. Et erit, si eruditis didicierint vias populi mei, ut jurent in nomine meo. Vivit, Dominus, sicut docerent populum meum jurare in Baal edificabuntur in medio populi mei. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione, et perditione, ait Dominus.

1. Illic propheta disputat de punientis justitia: et primo ponitur prophetæ disputatio; secundo Domini responsio, ibi, *Reliqui domum meam*. Circa primum tria. Primo captat benevolentiam ex persona judicis: *justus quidem tu es, Domine*. Ps. cxviii: *Justus es, Domine, et*

rectum iudicium tuum. Et ex honestate cause: *Verumtamen iuxta loquar ad te*. Job xiii: *Ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio*. Et sic eterque eorum tenet locum opponentis. Sed Habacuc tenet locum respondentis, cap. ii: *Super custodiam meam stabo, et figam gradum super munitionem*. Secundo proponit causam quantum ad adversarios, proponens eorum prosperitatem quantum ad temporalium abuundantiam: *Quare prosperatur via, processus, impiorum, per infidelitatem, qui prævaricantur, contra legem agendo, et inique agunt, contra proximum?* Job xii: *Abundant tabernacula predonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum*. Ps. lxii: *Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videntes*. Et quantum ad prosperitatis augmentum, *Plantasti*, in bonis temporalibus: et per similitudinem arboris, *Et radicem miserunt, confirmatis prosperitatibus, proficiunt*, sicut arbor crescit, per augmentum prosperitatis, et faciunt fructum, impletantes opere quod mente disponunt. Job xxi: *Quare impii vivunt, sublimati sunt, confortatique divitias?* Et proponit eorum iniquitatem; *Prope es tu ori eorum, et longe a renibus, affectibus, quæ duo simul videntur adversari divinae justitiae*. Isa. xxix: *Populus hic labis me honorat, cor autem eorum longe est a me*. In quo datur intelligi, quod imperfectis bonis, imperfectam retributionem recipiunt. Ex parte autem sua dat intelligere justitiam: *Et tu, Domine, nosti, ab aeterno, vidisti, quomodo recte ambulo coram te: etsi enim haec loquar, non tam in his scandalum patior*. Supra i: *Priusquam te formarem in utero, novi te*. Et dat intelligere correctionem, *Probasti*: aponens probatus, inventus sum tecum ambulans. Ps. xvi: *Probasti cor meum, et visitasti nocte, igne me examinasti, et non est inventa in me iniqutias*. Tertio

ostendit pœnam per modum imprecatio-
nis : et primo imprecatur pœnam inflic-
tionem : *Congrega eos*; quasi dicat : Quia
justus es, non potest esse quod impios
non punias. Ideo ita eos in prosperati-
bus exaltas, sicut qui impinguat gregem
ad occisionem. Ergo ex quo impingunt
sunt, et injusti sunt, *congrega eos*; in
quo significatur quod paschali tempore,
quando ad festum convenerant in urbe,
obsessi sunt. *Sanctifica eos*: loquitur; per
similitudinem animalium, que occideban-
tur ad immolandum. Isa. xxxiv : *Victima
Domini in Bosra, et interfactio magna in
terra Edon*. Et excludit pœnae dilationem,
quia tempus est ut puniantur in propriis
personis, non in possessionibus, neque
in terræ nascentibus : *Usquequo lugebit
terra?* Ps. cvi : *Posuit flaminam i desertum,
et exitus aquarum in situm; terram
fructiferam in salsuginem¹ a malitia in-
habitantium in ea.* In animalibus : *Con-
sumptum est animal*. Ezech. ix : *Dis-
currunt : Dereliquit Dominus terram, et Do-
minus non videt*. Secundo quasi exaudi-
tus, contra puniendos ponit insultatio-
nem : et primo ex parte hostium quant-
um ad potentiam : *Si cum peditibus
currens laborasti, quomodo contendere
poteris cum equis?* quasi dicat : Si vici-
na gentes qua pedites pugnant, tibi
multum laborem fecerunt, quomodo po-
teris resistere Chaldaeos, et Aegyptios, qui
equis potentes sunt? Job vi : *Qui timent
pruina[m], irruet super eos nix.* Et quant-
um ad captivitatis terram : *Cum autem
in terra pacis secura fueris; idest, etsi
etiam in terra tua semper pacem habuisses,
quid facies, quando eris trans Jordani-
num, cuius gurgites sunt tumentes, quia
scilicet superbi sunt?* Eccli. x : *Qui glo-
riatur in substantia, paupertatem vereat-
tur.* Secundo quantum ad sanguine jun-
tos, commemorans pristinam injuriam : *Nam et fratres, scilicet Idumæi, et do-
mus, scilicet Moabita et Ammonita. Cant.
i : Filii matris meæ pugnaverunt contra
me, Et indicit² cantelam : Ne credas eis,
cum locuti fuerint tibi bona, quasi volen-
tes tibi fœderari ad resistendum Chaldais,*
Infra xxvii : Fae tibi vincula et catenus,

*et pones eas in collo tuo, et mittes eas ad
regem : Edon, et ad regem Moab etc.*
Supra ix : *Uniusquisque a proximo suo se
custodiatur, et in omni fratre suo non ha-
beat fiduciam : quia omnis frater sup-
plantans supplantabit, et omnis amicus
fraudulenter incedet, et vir fratrem
suum deridebit, et veritatem non loque-
tur.*

2. Ille ponitur Domini responsio : et
primo ponit pœnae comminationem ; se-
cundo pœnae consolationem, ibi, *Hæc di-
cit Dominus etc.* Circa primum duo. Primo
comminatur pœnam quantum ad divini
auxillii destitutio[n]em : *Reliqui domum,*
scilicet templum, ut non defendam, *he-
reditatem, populum Israel.* Isa. xix : *Hereditas autem mea Israel.* Supra ix : *Hereditas populum meum, et recedam
ab eis, quia omnes adulteri sunt, evi-
tus prævaricatorum, etc.* Et quantum ad
hostium oppressionem, *Dedi dilectam,*
idest Judeos, quos quasi animam meam
diligebam. Secundo ponit culpam, primo
significans culpas magnitudinem : *Facta
est mihi hereditas, scilicet populus, quasi
leo, ferox ad impugnandum me.* *Dedit
vocem, blasphemie.* Psalm. ix : *Insidiatur
in abscondito quasi leo in spelunca
sua.* Secundo miratur animi instabilit-
atem : *Nunquid avis discolor hereditas
mea mihi?* quasi dicat, quandoque mili,
quandoque idolis adhaerens, tincta, sor-
dibus peccatorum, *per totum, quia om-
nes mali sunt.* III Reg. xviii : *Usquequo
claudicatis in duas partes?* Si Dominus
ipse est Deus, sequimini eum; si autem
Baal, sequimini illum. Vel potest esse
sensus. Numquid eam ita caram teneo
sicut hujusmodi aves pulchras, ut tandem
non abjiciam? ut discoloritas ad decorum
referatur. Ezech. xvi : *Vestigi te discolo-
ribus, et calcavi te hyacintho.* Vel hoc
quod dicit, *Reliqui domum, etc.*, possunt
esse verba prophete, qui ut annuntiaret
verbum Dei, mortis pericolo se exposuit,
et domum, et patriam reliquit, et a com-
patribus suis quasi leonibus, et variis
dolositate, et plenis malitia, insidias per-
pessus fuit. Mystice sunt verba Christi,
qui domum, et patriam relinquere dici-

¹ Al. : « sanguinem. »

² Al. : « incidit. »

tur in inuidum veniens, quia ad modum
relinquentis se habuit, quando in infor-
mitate abscondit majestatem. *Hereditas-
tem, celestem patrum.*

Prosperantur impii propter hereditatis
amissionem. Genes. xxv : *Dedit Abraham
Isaac filio suo cuncta qua possederat, fitiis
autem concubinarum largitus est munera.*
Propter imperfectam remunerationem.
Matth. vi : *Amen dico vobis, reelperint
mercedem suam.* Quia non sunt digni di-
vina correptione. Ezech. xvi : *Requiescat
indignatio mea in te, et auferetur zelus
mens a te.* Osee. iv : *Non visitabo super
filias vestras cum fuerint fornicatae, et su-
per sponsas vestras cum adulteraverint.*
Hebr. xii : *Si extra disciplinam estis, cu-
jus particeps facti sunt omnes; ergo
adulteri, et non filii estis.* Propter morbi
desperationem. Thren. ii : *Magna est ve-
lut mare contritio tua. Quis medebitur ti-
bi?* Iustra. xxx : *Insanabilis factura tua,
pessima plaga tua.* Propter eorum dejectionem.
Psal. lxxii : *Venuntamen propter
dolos posuisti vis; dejecisti eos dum
allevarentur.* Rom. i : *Propter quod tra-
lidit eos Deus in reprobum sensum, ut
faciant ea qua non conveniunt, etc.*

3. Ille comminatur poenam in speciali :
et primo poenam captivitatis ; secundo
poenam sterilitatis terra, ibi, *Seminove-
runt triticum, et spinas messuerunt.* Cirea
trimum tria. Primo determinat poenam,
designans occisionis magnitudinem, *Ad
devorandum, cadavernum multitudinem.*
Ezech. xxxix : *Hæc dicit Dominus Deus :
Dic omni volvri, et universis avibus,
cunctisque bestiis agri : Convenite, et
proportionate, concurrite undique ad victi-
mam meam, quam ego immolo vobis,
victimam grandem super montes Israel,
ut comedatis carnes, et bibatis sanguinem.*
*Carnes fortium comedetis, et san-
guinem principum terræ bibetis etc.* Hos-
tium afflictionem quantum ad interfectos,
pastores multi, idest principes Chaldeo-
rum. Supra vi : *Ad eam videntur pastores,
et greges eorum. Vineam, domum Israel.*
Isa. v : *Vineam enim Domini, domus Israel
est. Vel pastores, principes populi, demoli-
ti sunt, per occisionem.* Et quantum ad op-
presso servitute, et captivitate, *Concul-
averunt.* Isa. v : *Auferam sepem ejus, et*

erit in directionem. Et terra desolatio-
nem : *Desiderant portionem... huiusque su-
per me, quamvis tarde.* Osee. ii : *Et di-
ret : Vadum, et revertar ad virum meum
priorum, quia bene mihi erat tuus magis
quam nunc.* Secundo ponit poenam can-
sam : *Desolatione desolato est omnis ter-
ra, quia nullus est qui recognitet, Dei man-
data, et beneficia.* Isa. v : *Propter hoc
captivus ductus est populus meus, quin
non habuit scientiam.* Tertio ponit poenae
mensuram, primo ostendens multitudi-
num hostium : *Super omnes vias; quasi
dicat, omnes vias implent, deserti, quod
est inter Jerusalem et Babyloniam.* Su-
pra iv : *Ventus urens in viis quæ sunt in
deserto viae filiæ populi mei, non ad ven-
tilandum, et ad purgandum etc.* Secundo
multitudinem intersectorum. *Quia gla-
dius vel pestilentiae, vel etiam Chaldaeo-
rum.* Deuter. xxxii : *Glaadi meus de-
vorabit carnes.* Tertio consolationis defec-
tum : *Non est pax;* quasi dicat nullus
immunis erit. Isa. lvii : *Non est pax im-
piis dicit Dominus Deus.*

4. Ille comminatur poenam sterilitatis :
et primo seminis frustrationem, *Semina-
verunt;* quasi dicat, semina corrumpe-
tur. Matth. xii : *Nonne bonum semen
seminasti in agro tuo? Unde ergo habet
zizania?* Isa. v : *Expectavi ut facaret
uvas, et fecit labruscas.* Secundo heredi-
tatis amissionem : *Hereditatem accep-
runt, et non proderit, quia ab hostibus
surripiebantur.* Thren. ult. : Hereditas nos-
tra versa est ad alienos. Tertio concludit
confusionem, *Confundemini, scilicet pro-
pter defectum fructuum.* Isa. xxiv : *Lu-
xit vindemia, infirmata est vitis; inge-
muerunt omnes qui latabantur corde.*

5. Ille ponit consolationem ex hostium
poena : et circa hoc tria. Primo ponit
eorum transmigrationem : *Qui tangunt
hereditatem, laedendo eam.* Zach. Qui
tangit vos, quasi qui tangit pupillam
oculi mei. Supra. i : *Ecce constitui te ho-
die super gentes, et super regna, ut evul-
tas, et destruas, et disperdas, et dissipes,
et edifices, et plantes etc.* Secundo eo-
rum educationem : *Et cum evulsero, tol-
lam vos de gentibus,* Ezech. xxxvi. Ter-
tio ponit eorum instructionem ex pro-
missione bonorum, si bene fecerint : *Et*

erit, si eruditii didicerint vias populi mei ædificabuntur; quasi dicat: Computabuntur inter populum meum: quod pertinet ad conversionem. Et communionem penarum: Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione, et perditione, perpetua.² Isa 1: Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis.

Nota, quod prælati destruunt populum propter operis perversitatem. Supra x: *Quia stulte egerunt pastores, et Dominum non quærerunt, propterea non intelleixerunt, et omnis grex eorum dispersus est.* Propter doctrinæ falsitatem. Infra 1: *Grex perditus factus est populus meus,*

pastores eorum seducerunt eos, feceruntque vagari in montibus etc. Propter timoris pusillaimitatem. Zach. xi: *O pastor, et idolum derelinquens gregem: gladius super brachium ejus, et super oculum dexterum ejus.* Propter dominii austerritatem. Ezech. xxxiv: *Cum austerritate imperabatis, et cum potentia, et dispersæ sunt oves meæ etc.* Propter curæ remissionem. Zach. xi: *Suscitabo pastorem in terra³ qui derelictum non visitabit, dispersum non queret, et contritum non sanabit, id quod stat non entrit, et carnes piñquium comedet, et uigilas eorum dissolvet.*

C A P U T D E C I M U M T E R T I U M

4. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, et posside tibi lumbare lineum meum, et pones illud super lumbos tuos, et in aqua non inferes illud. Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, et posui circa lumbos meos. Et factus est sermo Domini ad me secundo, dicens: Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, et surge vade ad Euphratrem, et absconde ibi illud in foramine petrae. Et abii, et abscondi illud in Euphrate, sicut præcepserat mihi Dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge: et vade ad Euphratrem, et tolle inde lumbare quod præcepisti tibi et absconderes illud ibi. Et abii ad Euphratrem, et fodi, et tuli lumbare de loco ubi absconderam illud; et ecce computruerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset.

2. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus. Sic putrescere faciam superbiam Juda, et superbiū Jerusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate corlisi sui, alieruntque post deos alienos, ut servirent eis, et adorarent eos; et erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est. Sicut enim adhaeret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem dominum Israel, et omnem dominum Juda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, et in nomine, et in landem, et in gloriam; et non audierint. Dicas ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus tuus, Israel: Omnis lagunula impletabitur vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus quia omnis lagunula impletabitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ hujus, et reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, et sacerdotes, et prophetas, et omnes habitatores. Jerusalem orbiat, et dispergant eos virum fratrum suo et patres et filios pariter: ait Dominus. Non parcam, et non concedam, neque miserebor ut non dispergam eos. Audite, et auribus percipite:

¹ Al.: « proprie. »

² Al.: « et communionem penarum: Quod si

nolite elevari, quia Dominus locutus est. Date Dominum Deo nostro gloriam antequam continebescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Expectabitis lucem, et ponet eam in umbra mortis, et in caliginem. Quod si hoc non audieritis; in abscondito plorabit anima mea a facie superbie. Plorabit, et deducet oculus mens lacrymann, quia captus est grex Domini. Die regi, et dominatri: Humiliamini, sedete in terra, quoniam descendit de capite vestro corona glorie vestre. Civitates austri clausae sunt, et non est qui aperiat. Translatæ est omnis Juda transmigratione perfecta. Levata oculos vestros, et videte, qui venitis ab aquiloni. Ubi est grex qui datus est tibi, peius ineditum tuum? Quid dices, enim visitaveris te? Tu enim docuisti eos adversum te, et erudiisti in caput tuum. Numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt milia haec? Proper multitudinem iniquitatis tuae revelata sunt verecundia tua polluta sunt plantæ tuae. Si mutare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis bene facere eum didicritis malum. Et disseminabitis eos quasi stipulæ que vento rapturati in deserto. Hæc sors tua, parsque mensura tua a me, dicit Dominus, quia oblitus es mei, et confusa es in mendacio. Unde et ego nulla vi templa tua contra faciem tuam, et apparuit ignorancia tua, adulteria tua, et humilitas tuis, scelus formicationis tue. Super colles in agro vidi abominationes tuas. Va tibi, Jerusalem, non mundata nisi post me. Usquequo adhinc?

4. Hic ostendit populi dignitatem ex divina adhesione. Et dividitur in duas partes. In prima ponit similitudinem: in secunda similitudinis adaptationem, ibi,

¹ non audieritis, perditione, perpetua. »

² Al.: « terram. »

*Et factum est verbum Domini ad me. Circa primum tria. Primo significatur populi assumptio ad divinam familiaritatem, ubi ponitur Domini jussio : *Vade, ad litteram ad locum ubi talia venduntur : quia ipse Deus prior ad populum venit.* 1. Joan. iv : *Nisi quasi nos dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior dicerit nos. Posside, a me, scilicet ut proprio jure possideas sicut dominus hereditatem.* Isa. xix : *Hereditas autem mea Israel. Tibi, in usum tuum, sicut populus in gloriam Dei.* Isa. xlvi : *Populum istum formari mihi, laudem meum narrabit. Lumbare, quod lumbis adhaeret, in quibus concupiscentia amoris : sic est populus in amore divinum assumptus.* Osca. xi : *In funiculis Adam traham eos, in vineulis caritatis. Linuum, quod rude de terra tollitur, sed cultu humano decoratur : sic ille populus cultu divino.* Ezech. xvi : *Transiens autem per te, videlicet conculcari in sanguine tuo etc. Et in aquam non inferes illud.* Job xxxviii : *Acepsime sicut vir lumbos tuos : interroga-bo te, responde mihi. Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae ? etc.* Et quia per facta prophetarum, et non solum per verba divina mystice exprimuntur : unde dicitur. Osca. xii : *In manibus prophetarum assimilatus sum : ponitur etiam praecepti impletio. Poscedi : in quo notatur propheta obedientia. Gen. vi : Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit, etc.* Secundo significatur populi repulsio : *Et factus est sermo Domini ad me secundo dicens. Tolle, a te ; sic abhiciam populum a me : vade ad Euphratrem, per quem significatur potentia Assyriorum et Chaldeorum, per quos captivatus est populus.* Isa. viii : *Adducet super eos Dominus aquas fluminis fortes et multas, regem Assyriorum, et omnem gloriam ejus. Et ascendet super omnes rivos ejus, et fluet super universas ripas ejus, et ibit per Iordanum inundans, et transiens usque ad cololum veniet. Absconde : sic populus, quasi aquis absconsus, absorbebitur : infra iu : Absorbut me, quasi draco replevit ventrem suum teneritudine mea, et ejecit**

*me, in foramine, ne cum aqua defluat ; in quo significatur quod de populo reliqua futura essent, et non totus periret. Supra iv : *Consummationem autem non faciam.* Tertio significatur populi reduc-tio : *ubi primo significatur ipsa reductio : Et factum est post dies plurimos, ad significandum quod multis annis in captivitate erunt.* Infra xxix : *Cum cooperint impeli in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum. Tolle inde : sic ego reducam populum.* Ezech. xxxvi : *Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestrum.* Secundo significatur populi disposi-tio : *Et ecce computruerat : sic populi potentia, et pulchritudo consumpta erat.* Ezech. xv : *Numquid utile erit ad opus ? Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus, quanto mahis cum illud ignis devoraverit et combusserit, nihil ex eo fiet operis ?**

2. Illic ponitur similitudinis adaptatio : et circa hoc duo facit. Primo adaptat similitudinem quantum ad poemam : *Sic putrescere faciam, ut omnis vigor, et decor pertranseat.* Joel. i : *Computruescent jumenta in stercore suo.* Et quantum ad poenam causam, scilicet inobedientiam, *Populum justum.* Exod. xxxiii : *Dixit Dominus ad Moysen : Loquere filios Israel. Populus duræ cervicis es etc.* Et erunt sicut lumbare. Isa. xxx : *Com-muniuetur sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida.* Et quantum ad divinæ familiaritatis gratiam : *Sicut enim adhaeret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel.* Deuter. xxx : *En Domini Dei tui cælum est, et cælum cæli, terra, et omnia quæ in ea sunt, tamen patribus tuis conglomeratus est Dominus, et amavit eos, elegitque se-men eorum post eos ; idest vos de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur.* Secundo prosequitur specialiter poemæ ordinem : *Dices ergo : et circa hoc duo.* Primo ostendit imminentis periculum, po-nens exemplum : *Omnis laguncula, idest quilibet de populo, implebitur vino¹, tri-*

¹ Al. : *a viro.* □

bulationis. Isa. xli : *Triturabis montes, et comminues, et quasi pulverem tolles.* Exempli contemptum, *Et dicent.* Job xii : *Quis enim huc qua nos tis ignorat?* Et ipsius expositionem : *Et dices ad eos : quantum ad cordis cæcitatem, Ebrietate¹ ut quid agant ignorent.* Isa. xxix : *Fluctuamini, et vacillate, inebriamini, et non a vino, etc.* Et quantum ad captitatem, *Et dispergam, ne se mutuo consolentur.* Oseea xiii : *Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres dividet.* Quantum ad sententiae severitatem : *Non parcam et non concedam, quasi ad movendum eos, quia obstinati vel convincendum, quia aperte mali.* Prov. vi : *Zelus, et furor viri non parcer in die vindictæ, nec acquiesceret cuiusquam precibus, nec suspicet pro redēptione dona pluri- ma.* Secundo dat eis utile consilium ad evadendum, ut scilicet humilientur, *Audite;* et primo ad totam plebem propo- nens consilium contra superbiae vitium : *Nolite elevari, per superbiam. Locutus est, hoc consilium, vel penas quas prædi- xi.* Psal. lxxiv : *Nolite extollere in al- tum cornu vestrum, nolite loqui adversus Deum² iniuitatem; et contra Dei pre- ceptum : quæ sunt initia omnis peccati : Date Domino deo vestro gloriam.* Deuteronom. xxxii : *Date magnificientiam Deo nostro : Dei perfecta sunt opera et omnes via- ejus ju-dicia.* Resumens imminens pericu- lum cæcitatris cordis, *Antequam contene- brescat,*³ idest, antequam superveniant vo- bis tribulationes, in quibus nesciatis quid facere. Joan. xii : *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebra vos comprehen- dant.* Captitatis : *Antequam offendunt, ducti in captitatem, ad montes caliginosos, scilicet Babylonie propter altitudinem, vel ex defectu visus, vel ex multitudine vaporum.* Isa. xiii : *Super mon- tem caliginosum levate signum, exaltate vocem etc.* Et sententiae severitatis : *Ex- pectabitis lucem, idest divinam consola- tionem, et non habebitis.* Supra viii : *Expectavimus pacem, et non erat bonum; tempus medixa, et ecce formido.* Et desi- gnans pœnam contra consilii contem- tum, ponens prophetae compassionem :

Quia si non audieritis, in abscondito plo- rabit anima vestra; quasi, ne offendan- tur victores. Isa. xxii : *Recedite a me, anare flebo. Nolite incumber ut conso- lemini me super vastitatem filia populi mei.* Ezech. xxiv : *Non plangetis neque flebi- tis; sed tabescetis in iniuitatibus vestris.* Et compassionis rationem : *Plorans plo- rabit, et deducet oculus meus lacrymas, quia captus est grex Domini.* Infra i : *Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, fecerunt que vagari in montibus.* Secundo dat idem consilium ad regem, invitans ad humilitatem, *Hic regi, scilicet Jechoniam, et dominatrici, scilicet matri ejus, quia cum matre se tradidit Nabuchodonosor.* IV Reg. penul. : *Sedete in terra, in si- gnum humiliatis.* Isa. xlviij : *Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra, Et assignat rationem ex regni amissione : Quoniam de capite descendit corona,* Thren. ult. : *Cecidit corona capi- tis nostri.* Ex urbium obsidione : *Civi- tates austri, quia sors Judea ad austrum erat.* Josue xv : *Qui aperiat, obsidionem solvens, scilicet Ægyptius.* Et ex populi captitatem, *Translata est.* Thren. i : *Mi- gravit Judas propter afflictionem, et mul- titudinem servitutis, habitavit inter gen- tes, nec inventus requiem.* Tertio ponit idem consilium ad regiam civitatem : et primo inducit ad humiliatem; secundo miratur obstinationem, ibi, *Fu tibi Jeru- salem.* Inducit autem ad humiliatem ex quatnor. Primo ex hostium potestate, proponens hostium potentiam, *Levate, per considerationem, qui venitis ab aquiloni, contra fortes.* Supra, vi : *Ecce po- pulus venit de terra aquilonis, gens magna consurget a finibus terræ.* Et exclu- dens subditorum fiduciam, *Ubi est grex?* quasi multitudo populi quæ tibi erat subiecta; quasi dicat : Civitas regalis et sacerdotalis non poterit tibi prodesse. Ezech. xxxiv : *Ecce ego ipse super pasto- res. Requiram gregem meum de manu corum, et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos; et liberaha gregem meum de ore corum, et non erit*

¹ Al. : « ebrietates. » — ² Al. : « cum. »

³ Al. : « tenebra. » — ⁴ Al. : « habetis. »

ultra ris in escam. Et assignans causam qui re in manus hostium tradatur, tolleens excusationem, *Quid dices?* ad excusationem tui. Job ix : *Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei.* Et assignans rationem, *Tu enim docuisti,* dum eos in auxilium tuum vocans, conditiones tuas eos scire fecisti. Supra ii : *Insuper militias tuas docuisti vias tuas.* Vel tangit ostensionem thesauri ab Ezechia factam nuntiis regis Babylonis. Isa. xxxix. Secundo ex dolorum afflictione, comminans dolorem : *Nunquid non dolores apprehendent te?* Supra iv : *Vocem quasi parturientis audiri, angustias ut puerpera.* Et assignans rationem ex peccatorum multitudine : *Quia si dixeris in corde tuo : Quare venerunt mihi haec? in peccatum. Verecundiora, turpissima peccata, plantæ affectiones.* Job xxii : *Propter militiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas.* Vel tangit hic quod duci sunt in captivitatem pedites, et etiam in transitu fluviorum oportebat eos membra turpia denudare, et nudi pedes; et ideo plantæ eorum polluebantur luto et pulvere. Isa. xlvi : *Denuda turpitudinem tuam, discoperi humerum, revela crura, transi fluminū; revelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum.* Et ex peccantium obstinatione : *Si immutore;* quasi dicat, difficultiter potestis converti, *Ethiops,* propter naturalem infectionem peccati, *pardus,* propter dolositatem, vel diversitatem peccatorum, *cum didiceritis,* propter consuetudinem. Prov. xxii : *Proverbium est : Adolescens justa riam suum, et cum semerit non recedat ab ea.* Tertio inducit ad humilitatem ex futura captivazione, comminans captivitatis dispersionem : *Et disseminabo.* Psal. lxxxiii : *Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti.* Et Psal. lviii : *Disperge illos in virtute tua.* Et assignat rationem : *Hare sors tua, tibi pro peccatis tuis debita, in mendaciam.* Isa. xvii : *In mensura contra mensuram, cum objecta fuerit iudicabit eam;* etc. Quarto ex peccatorum revelatione. Et primo ponit comminacionem : *Et ego undaci, turpitudinem pec-*

catorum tuorum, contra faciem, ut temotipsam² recognosceres. Et apparuit, etiam alii. Ezech. xvi : *Nudabo ignominiam tuam coram eis, et videbunt omnes turpitudinem tuam.* Et assignat rationem : *Super colles in agro vidi abominationes tuas;* quasi dicat : *Quia publico peccasti, publice punieris.* Supra ii : *In onui colle sublimi, et sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretriz.* Ultimo admiratur obstinationem : *Vx tibi. Usquequo post me, venis?* vel post me ambulare te jactas? Psal. iv : *Fili hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, et quarritis mendacium?* Nota, quod vinum mystice aliud est bonum, aliud malum. Est enim bonus vinum sapientiae contemplationis. Prov. ix : *Bibite vinum quod miscui vobis. Divini amoris. Cant. viii : Dabo tibi poculum ex vino condito³ et mustum malorum granulatorum meorum.* Compunctionis. Psal. lix : *Potasti nos vino compunctionis.* Est autem vinum malum fraudulentæ deceptionis. Deut. xxxii : *Fel draconum vinum eorum, venenum aspidum insanabile.* Carnalis delectationis. Apoc. xviii. 18 : *De vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes, et reges terræ cum illa fornicati sunt.* Divinae indignationis. Apoc. xii : *Si quis adoraverit bestiam, et imaginem ejus, et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua; hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.*

Item notandum, quod Spiritus Sanctus dicitur austus propter calorem. Job. xxxvii : *Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro?* Propter splendorem. Habac. iii : *Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharam.* Operuit caelos gloria ejus. Propter volatus elevationem. Job. xxxix : *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?* Propter pluviarum multiplicationem. Psal. cxxv : *Converte Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.* Propter arborum fructificationem. Cant. iv : *Veni austus, perfla in hortum meum, et fluent aromata illius.*

¹ Al. : « et expectantium. »

² Al. : « temotipsam. »

³ Al. : « venias. »

⁴ Al. : « conditum. »

CAPUT DECIMUMQUARTUM

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis. Duxit Iudea, et porte ejus corruerunt, et obscurata sunt in terra, et clamor Jerusalem ascendit. Majores miserunt minores suos ad aquam; venerunt ad hauciendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua: confusi sunt, et afflitti, et operuerunt capita sua. Propter vastitatem terrae, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agriculte, opererunt capita sua. Nam et cerva in agro peperit, et reliquit: quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

2. Si iniuriantes nostre responderint nobis, Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multas sunt aversiones nostre. Tibi peccavimus, expectatio Israel, salvator noster in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, et fortis qui non potest salvare? Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne dereliqueris nos. Huc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, et non quicvit, et Dominio non placuit: Nunc recordabitur iniuriantum eorum, et visitabit percutia eorum. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Cum jejunaverint, non exaudiatur preces eorum; et si obulerint holocaustum, et victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, et fame, et peste ego consumam eos.

3. Et dixi: A, a, a, Domine Deus, prophete dicunt eis: Non videbitis gladium, et famem non erit in vobis; sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Falso propheta vaticinantur in nomine meo. Non misi eos, et non precepi eis neque locutus sum ad eos. Visionem mendacem, et divinationem fraudulentam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Idecirco hae dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, et fames non erit in terra hac: in gladio et fane consumerunt prophete illi, et populi quibus prophetauerunt, erunt projicii in viis Ierusalem pro fame, et gladio, et non erit qui sepelet eos: ipsi, et uxores eorum, filii, et effundant super eos malum suum. Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lacrymam per noctem et diem, et non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pressus vehementer. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: et si introiero in civitatem, ecce attenuata fame. Propheta quoque, et sacerdos abiurant in terram quam ignorabant.

4. Numquid projiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est unius tua? Quare ergo percessisti nos, in ut nulla sit sanitas? Expectavimus pacem, et non est bonum; et tempus curiosus, et ecce turbatio. Cognovimus, Domine, iniuriantes nostras, iniuriantes patrum nostrorum, quia peccavimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen

tuum, neque facias nobis contumeliam solii gloriae tuae: recordare ne irritum facias fodus tuum quibuscum; Numquid sunt in sculpilibus gentium qui pluant; aut coli possunt dare imbre, nisi tu volunt? Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus? Tunc enim fecisti omnia haec.

4. Hic incipit propheta interponere orationem suam pro eis ad Deum, ut in aliquo misericordiam consequantur, saltem post aliqua flagella. Et dividitur in duas partes, in prima ponitur quadam disceptatio prophetae cum Domino, ad impetrandum, postmodum in secunda ponitur finalis determinatio, cap. xv: *Et dirit Dominus, ad me, etc.* Circa primum duo. In prima ponitur populi afflictio, qua est orationis occasio; in secunda ponitur prophetae cum Deo disceptatio, ibi, *Si iniuriantes nostre.* Circa secundum duo. Primo ponit prophetia titulum, hoc est *verbum, interior revelationis, quod factum est de sermonibus,* exterius annuntiandis, *siccitatis,* quae imminent captivitate eis supervenit. Vel *de sermonibus siccitatis,* id est de siccitate sermonibus digna. Secundo prosequitur siccitatis in commodum: et primo quantum ad afflictionem hominum, quantum ad potius penitentiam, ponens tristitiam: *Lurit Iudea, afflita siti.* Isa xiv: *Lurit iudea, et infirmata est ritus, et ingenuerunt omnes qui latabantur corde.* Portav, judices qui in portis sedebant, corruerunt, a pristina latitia, obscurata sunt, id est involuta tenebris tribulationis. Thren. ii: *Desire sunt in terra porta ejus, perdidit, et contricit rectes ejus.* Vel quia prae nimia siccitate muri dissolvebantur, et ita cadentibus portis, propter aqua defectum reparari non poterant. *Clamor, conquestationis et planetus.* Isa. xxiv: *Clamor erit super rivo in plateis, deserta est omnis latitia, translatum est gaudium terrae.* Et assignat tristitiae causam: *Majores*

¹ Al.: « ad impetrandum post modum. In secunda. »

miserunt minores suos ad aquam. Isa xl. : *Egeni et pauperes querunt aquas, et non sunt, lingua eorum siti aruit.* Et quantum ad sterilitatem terre, plagan in possessionibus : *Confusi sunt, et afflitti, et queruerunt capita sua, in signum confusio- nis.* Supra xii. : *Confundemini a fructibus vestris propter iram furoris Domini.* Et in cultoribus : *Quia non venit.* Joel. i. : *Con- fusi sunt agricolae, ululaverunt vineatores super frumento et hordeo, quia periret mes- sis agri, vinea confusa est, et ficus elan- guit.* Secundo ponit afflictionem sylvestrii animalium, quantum ad cervos : *Nam et cerra in agro peperit, et reliquit;* qua: multum circa custodiam filiorum sollicitatur. Job. xxxiv. : *Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel partu- rientes, crevas obsevasti?* Et quantum ad onagros, *Et onagri, qui tamen diu sitim sustinent :* Psalm. cui. : *Expectabunt ona- gri in siti sui : in rupibus, in quibus magis stat ventus, traxerunt, in sitiis refri- gerium, quasi dracones, qui propter sitim ventum trahunt.* Supra. ii. : *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ sue ultraxit ventum amoris sui.*

2. Hic incipit orare ad Deum pro populo : et primo inducit argumentum misericordiae ex divina conditione; secundo ex prophetarum prænuntiatione, ibi, *Et diri, A, a a;* tertio ex pristina populi dilectione, ibi, *Nunquid projiciens abje- cisti Iudam?* Circa primum duo. Primo ponit prophetæ orationem, in qua proponit tria, misericordiam confitens : *Si iniuriae nostræ responderint, in poenam.* Isa. lix. : *Multiplicata sunt iniuriae nostra coram te, et peccata nostra respon- derunt nobis etc.* Ps. xlvi. : *Adjutor in tribulationibus quo invenerunt nos nimis.* Deinde proponit constantiam : *Quare quasi colonus futurus es in terra?* ac si dieat : Indignum constantia tua est ut vineam tuam relinques, quasi colonus alienum agnum, quasi viator, domum tuam, quasi viator nocturnum hospitium. *Quare futurus est quasi vir vagus?* hereditatem tuam, quasi homo vagus, et indeterminata mansio- nis, proprium habitaculum. Supra xii. : *Reliqui dominum meum dimisi here-*

ditatem meam. Proponit etiam potentiam : *Et fortis qui non potest salvare;* ¹ quasi dicat: Inde nesciunt potentiam tuam ut non salves quos semel in protectionem suscepisti. Num xiv. : *Dicent Ægyptii : Non poterat intraducere populum in terram pro qua iuraverat:* idcirco occidit eos in solitudine. Et proponit ei debitam esse illorum curam : *Tu autem in nobis,* quasi in hereditate, et nomen tuum, sicut sub nomine regis, subditus defenduntur. Il Corin. vi. : *Inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Et concludit : *Ne derelinquas nos, ne tua constantia et potentia blasphemetur.* Psal. xxvi. : *Ne derelinquas me Domine, neque despicias me, Deus salutariis meus.* Secundo ponitur Domini responsio : *Hæc dicit Dominus.* Et primo proponit culpam : *Qui dilexit mouere pedes, affectus, propter inconstantiam in bono, et de malo in malum.* Prov. vn. : *Mulier vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis.* Vel mittens in Ægyptum pro auxilio. Isa. xxx. : *Ægyptus frustra et vane auxiliabitur.* Ideo clamavi super hoc : *Superbia tantum est;* quiesce. Secundo comminatur poenam : *Tunc recordabitur, poenam inferens.* Psal. lxxxviii. : *Visitabo in virga iniuriantes eorum, et in verberibus peccata eorum.* Tertio excludit remedia : et primo orationum. *Et dixit Dominus : Noli orare pro populo isto in bonum.* Supra vii. : *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assu- mas pro eis laudem et orationem, et non obsistas mihi : quia non exaudiā te.* Secundo jejunii, *Cum jejunaverint.* Isa lviii. : *Quare jejunavimus, et non aspe- xisti; humiliavimus animas nostras, et necisti?* Tertio sacrificii. *Si obtulerint,* Malach. i. : *Non est mihi voluntas in o- bus, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra.*

3. Hic sumit argumentum a prophetarum prænuntiatione : et primo ponitur prophetæ allegatio, *A, a, a,* pro tripli poena, quam immediate tetigerat. *Prophetæ, falsi, pacem veram, diuturnam, et non simulatam ab hostibus.* Supra. iv. : *Ergo ne deceperisti populum istum, et Je-*

¹ Al. : « et ut vir. »

rusalem dicens : Pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius usque ad animam. Secundo ponitur Domini responsio : Et dixit Dominus. Et primo ostendit prophetarum falsitatem, quantum ad actionem quam assumunt : Non misi, ad exequendum, non præcepisti, injungendo officium, neque locutus sum, inspirando prophetæ donum. Infra xxiii : Non mittebam prophetas, et ipsi currebant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetebat. Et quantum ad pacem quam prædicabant : Visionem mendacem, seductionem cordis, idest verba excogitata ad seducendum. Ezech. xiii : Vident vana, et divinant mendacium, dicentes, Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos. Secundo comminatur pœnam tam prophetis prædicantibus, quam populo credenti : Ideo hæc dicit Dominus. Isa. ix : Erunt qui beatificant populum istum seducentes, et qui beatificantur præcipitati. Tertio annuntiatur populo prophetæ compassio : Et dices ad eos : Deducant oculi mei vel vestri lacrymam. Et sic indicitur planetus paenitentia. Thren. ii : Deduc quasi tormentum lacrymas. Cujus ratio assignatur : Quoniam contritione, propter multitudinem occisorum, pessima, propter incorrigibilitatem, vehementer, propter continuatatem. Isa. xxx : Comminuam eos sicut conteritur lagena figuli, contritione pervalida. Et assignat contritionis modum, quantum ad ponam ocisionis : Si egressus, foris, et si introiero, per considerationem. Thren. i : Foris interficiet eos gladius, et intus pavor, juvenem simul, et virginem, lactentem cum homine sene. Quantum ad captivitatem, Prophetæ quoque, Supra ix : Disperdam eos in gentibus, quas non neverunt ipsi, et patres eorum.

4. Ille sumit argumentum ex pristina populi dilectione : et circa hoc tria. Primo miratur dilecti populi repulsionem, admirans odium : Numquid projiciens abiecisti Iudam? quasi dicat, mirum videatur. Thren. ult. : Srd projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. Ut nulla sit sanitus. Isa. xiv : Plaga insanabili subjicientem in furore gentes. Secundo ponit recognitionem pœnae, Expectavi-

mus. Supra viii : Expectavimus pacem, et non erat bonum; tempus medelæ, et ecce formido. Et culpæ, Cognovimus. Psalm. l : Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. Tertio ponitur petitio : Ne nos des. Psal. xlvi : Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem et derisum his qui in circuitu nostro sunt. Quarto petitionis ratio ex templi sanctitate. Soli gloriæ, scilicet propitiatorii, et arcæ, in quibus gloriosum te miraculis, et revelationibus ostendisti. Infra xvii : Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel. Et idolorum debilitate : Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant; aut coeli possunt dare imbræ, per se quasi cause primariae? Job. iii : Quis est pluvia pater, aut quis genuit stellas roris? Ex Dei potestate : Nonne tu es Dominus Deus noster? Fecisti hæc, pluvias, et omnia huiusmodi. Supra x : Ad vocem suam dat multititudinem aquarum in curlo, et elevat nebula ab extremitatibus terræ.

Notandum, quod quedam est pax falsa. Sapient. xiv : In magno viventes inscientia bello, tot et tam magna mala pacem appellant. Quedam fraudulentia. Psal. xxvii : Qui loquuntur¹ pacem cum proximo, mala autem in cordibus eorum. Quædam transitoria. I Thess. ult. : Cum enim dixerint, pax et securitas, tunc reperientur eis supervenient interitus.

Item notandum, quod mystice triplex est solium. Quoddam est solium gloriæ; et hoc quadrupliciter, scilicet naturæ sublimitate. Isa. vi : Vide Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat omnis terra maiestate ejus. Pax tranquillitate. Supra iii ; Vocabunt Jerusalem solium Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem etc. Scientia profunditate. Ezech. x : Et vidi, et ecce in firmamento quod erat super caput Cherubin quasi lapis saphirus, et quasi specie similitudinis solii apparuit super eum. Durationis aternitate. Thren. ult. : Tu autem, Domine, in æternum permanebis, solium tuum in generationem et genera-

¹ Al. : « loquuntur. »

tionem. Aliud est solium clementiae, præparantis ad Dei obedientiam. Isa. xxii : *Figam illum parvum in loco fidei, et erit in solium gloria domini patris sui; et suspendam super eum omnem gloriam patris sui.* Ad justitiam sententiam. Prov. xvi : *Justitia firmatur solium regis.* Ad proximorum misericordiam. Isa. xvi : *Et preparabitur in misericordia solium, et sedebit super eum in veritate in tabernaculo David.* Ad humilitatis gratiam. Ezech. xliii : *Locus solii mei, et locus vestigiorum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in aeternum.* Quoddam vero est solium justitiae præparantis ad discep-

tandum. Job. xiii : *Quis mihi tribuat ut cognoscam, et inveniam illum, et veniam usque ad solium ejus?*¹ Ad malum corridentum. Prov. xx : *Rex, qui sedet in solio judicij, dissipat omne malum intutu suo.* Ad incorrigibiles condemnandum. III Reg. ult. : *Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omne exercitum cordi assidentem ei a destris eba sinistris.* Ad bonos defendendum. Isa. ix : *Super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio, et justitia, modo et usque in semperitum.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM

1. Et dixit Dominus ad me : Si stererint Moyses, et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ejecte illos a facie mea, et egrediantur. Quod si dixerint ad te, Quo egrediemur? dices ad eos: Hoc dicit Dominus : Quid ad mortem, ad mortem; et qui ad gladium, ad gladium : et qui ad faneum, ad faneum; et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus : gladium ad occisionem, et canes ad laecrandum, et volatilia cordi, et bestias terra ad devorandum, et dissipandum : et dabo eos in fervorem universis regnis terre, propter Manassem filium Ezechiei regis Iuda, super omnia que fecit in Ierusalem.

2. Quis enim miserebitur tui Ierusalem; aut quis contristabitur pro te; aut quis ibit ad rogamundum pro pace tua? Tu dereliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti. Et extundam manus meam super te, et interficiam te. Laboravi rogans. Et dispargam eos ventilabro in portis terrae interfei, et perdidì populum meum; et tamen a viis suis non sunt reversi. Multiplicata sunt mihi vidua ejus super arenam mari. Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie; mihi super civitates replete terrorum. Informata est que peperit septem, defecit anima ejus. Occidit ei sol, cum adhuc esset dies : confusa, est, et erubuit. Et residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

3. Vae mihi, mater mea. Quare genuisti me virum rixa, virum discordia in universa terra? Non fereravi nec feneravit mihi quisquam. Omnes male dicunt mihi. Dicit Dominus : Si non reliquie tua in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, et in tempore tribulationis adversum inimicuum. Numquid foderabiliter ferro ab aquiloni, et aës? Divitias tuas, et thesaurus tuus in directionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis. Et adducam inimicos tuos de terra

quam nescis : quia ignis succensus est in furore meo, et super vos ardebit.

4. Tu seis, Domine, recordare mei, et visita me, et luere me ab his qui persecuntur me. Noli in patientia tua susciperre me. Scito quoniam sustinui te opprobrium. Inventi sunt sermones tui, et comedii eos ; et factum est mihi verbum tuum in gaudium, et in latitudine cordis mei : quoniam invocatum est nomen tuum super me, Dominus bonus exercituum. Non sedi in concilio Indecium, et gloriatus sum a facie manus tue. Solus sedebam, quoniam communione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi quasi mendacia apud eum infidelium.

5. Propter hoc haec dicit Dominus : Si converteris, convertant te, et ante faciem meam stabis : et si separaveris pretiosum a vilis, quasi os meum eris. Couvertuntur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos. Et dabo te populo huic in munro arcuum fortium, et bellabunt adversum te, et eternam te, dicit Dominus. Et liberabo te de manu pessimum, et redimam te de manu fortium.

6. Ille ponitur finalis et sententialis repulsio orationis prophetæ pro populo : et primo ponitur orationis repulsio ; secundo ostenditur populi obstinatio, quæ est causa hujus, cap. xvii : *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferro in ungue adamantino.* Circa primum duo. Primo interdicit prophetæ ne pro populo ore ; secundo præcipit ut eorum, quasi excommunicatorem, consortium vitet, cap. xvi :

¹ Al. : « mala. »

*Et factum est verbum Domini ad me dicens. Circa primum duo. Primo ponitur repulsio orationis prophetæ pro populo orantis; secundo quasi desperans de salute populi, pro scipso orationem fundit, ibi, *Vx mihi, mater mea.* Circa primum duo. Primo repellitur oratio; secundo ponitur repulsionis ratio: *Quis enim miserebitur tui, Jerusalem?* Circa primum duo. Primo ponitur repulsio orationis: *Si steterint Moyses et Samuel*, qui efficaces fuerunt in orando, eo quod de populo solliciti et pro inimicis exoraverunt. De Moyse habetur Exod. xxii: De Samuele I Reg. xii: *Anima, affectus*; ac si dicat: Nou est ex defectu orantis quod oratio non exauditur, sed ex defectu populi pro quo oratur. Ezech. xiv: *Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel et Job, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.* Et infra ibidem: *Et si fuerint tres viri in medio ejus, non liberabunt filios, neque filias; sed ipsi soli liberabuntur.* Secundo repulsio gentis, pro qua orabatur, et primo quantum ad terminum a quo: *Ejice, ostende ejectos esse, a facie, ut me non videant, et mea presentia, non defendantur.* Genes. iv: *Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tuo abscondar, etc.* Secundo quantum ad terminum ad quem, ponens quadruplex periculum: *Quod si dixerint ad te, Quo egrediemur? dices ad eos... Qui ad mortem, pestilentiam;* quasi dicat: Diversi his diversis penitentiis subjacebunt. Ezech. x: *Tertia pars tui peste morietur, et fame consunctur in medio tui; et tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo; tertiam vero partem tui in omniem centum dispersgam, et gladium evaginabo post eos.* Et excludit consolationis remedium, sepulturae contra mortuos: *Et visitabo quatuor species, dictas, scilicet mortem, gladium, famam et captivitatem*¹. Et superaddam canes. Supra. vii: *Erit mortuum populi hujus in cibum colubris carni, et bestiis terræ; et non erit qui abigit.* Et misericordia quantum ad captivos: *Et dabo eos in fervorem, idest in fervens oclum, propter Manassem, qui multa mala fecit, IV Regum xxi. Unde codem xxiii:**

Verumtamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ejus contra Judam, propter irritationes quibus provocaverat eum Manasses. Punitur autem populus pro peccatis regis, tum quia malus pro peccatis populi regnare permittitur. Job xxxiv: Qui regnare facit hominum hypocritam propter peccata populi: tum quia populus sequitur peccata regis. Eccl. x: Qualis rex civitatis, tales et inhabitantes in ea. Proverb. xxix: Princeps qui libenter audit verba mendaci, omnes ministros suos habet impios.

2. Ille assignatur repulsionis ratio: et primo ponitur questio admirationis; et excluditur primo misericordia judicis: *Quis miserebitur?* secundo satisfactio aliecius compatientis: *Aut quis contristabitur?* tertio oratio mediatoris aliecius: *Aut quis ibit ad rogamendum?* ex quo Deus repulit, et in tot peccatis es. Oseea i: *Voca nomen ejus absque misericordia: quia non addam ultra misericordiæ domini Israel; sed obliuione obliviscar eorum.* Secundo assignat rationem repulsionis: et primo ex ingratitudine, ponens culpam: *Tu dereliquisti.* Isa i: *Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.* Et pœnam: *Et extendam manum meam super te.* Isa. ix: *In omnibus his non est aversus furor et ejus; sed adhuc manus ejus extenta.* Secundo ex obstinatione: et primo quia non fleetuntur precibus, ponens culpam, *Laboravi rogans;* quasi dicat: Toties rogavi ut converteremini; quasi dicat. Laborasse, si possibile fuisset. Isa. xlvi: *Servire me fecisti in peccatis tuis, præbueristi mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Et penam: *Et disperdam eos ventribro, exercitu Chaldaeorum, quasi paleas de area, in portis terra, idest usque ad extrema terræ: porta enim est extrema pars domus, vel civitatis.* Lue. iii: *Cujus ventribrum in manu ejus, et pugabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum, polbas autem comburet igni inextinguibili.* Secundo quia non corriguntur flagellis: et primo ponit duritiam, ponens flagella in generali:

¹ Ali.: « scilicet gladium etc. »

*Interfecit et perdidit, captivando. Supradictum : Frustra percussi filios vestros; disciplinam non receperunt. Et in speciali quantum ad mulieres, quae sunt magis miserabiles et fletiles in amissiono viorum : Multiplicatur sunt mihi viduae ejus super arvum, hyperbolice; quasi dicat, innumerabiles. Isa. ix : Pupillorum ejus, et viduarum non miserebitur. Et in ammissione filii¹ unigeniti : Et induxi vastatorem, interfectorem filii, meridie, in quo potentia hostium, qui non ex insidiis, sed aperte pugnant, repente, in quo impotentia ad resistendum, quia non praecaverunt. Isa. xxx : Subito dum non speratur, veniet contritio ejus, etc. Et etiam quantum ad mortem plurimorum simul ponens mortem prolis, *Infirmata*, filii orbata, qui fortitudine sunt² matris. I Reg. ii : Donec sterilis paperit plurimos, et quae multos habebut filios, infirmata est. Et tristitia matris : Defecit anima, propter mentis stuporem. Occidit ei sol, latitia, propter tristitiae dolorem, quae obsecrum facit cor, confusa, intus, erubuit, extra, desiciente hoc in quo glorificatur. Amos viii : Occidet sol meridie, et tenebrescere faciam terram in die luninis. Secundo comminatur poenam, Et residuo³, scilicet a predictis flagellis. Deut. xxviii : Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos, et per unam viam egredieris contra eos et per septem fugiet, et dispergeris per omnia regna terra.*

3. Ille propheta quasi desperans de populo, orat pro scipso. Et primo ponitur ipsius conquestio, propones adversariorum discordiam; *Vae mihi*; idest, imminet ex hoc quod natus sum. *Rixam*, idest propter quem rixa sit, eo quod vita, et mala prænuntio, *discordia*, alias me impugnantibus, et aliis defendantibus⁴. Hoc etiam in Christo completum est. Job x : Quare de vulva eduxisti me, qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret? Excludit discordiae causam, quae maxime solet ex contractibus oriiri. Non ferre ravi. Omnes maledicunt. Ps. cxviii : Maledicent illi, et tu benedices. Qui insurgunt iu me confundantur, servus autem tuus latabitur. Secundo pon-

tur Domini consolatio : *Dicit Dominus*. Et primo quantum ad salutem propriam in promotione sui, et snorum in bonis : *Si non reliquia*, idest qui adhaerent tibi non enim habuit filios ut infra xvi, in bonum, erunt. Aposiopesis, suppleendum, non mihi credatur. Et quantum ad liberationem a malis : *Si non occurri*, paratus ad auxilium. II Cor. ii : *Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*. Secundo quantum ad adversariorum afflictionem, comminans hostem implacabilem. Et primo excludit hostium concordiam, quia cum propheta concordare voluerunt : *Numquid Judaeorum populus, qui est ferrum, propter duritiam, et xs, propter impatientiam, foderabitur ferro ab aquiloni*, idest a Chaldaeis? quasi dicat, non. Supra vi : *Æs, et ferrum universi corrupti sunt. Defecit sufflatorum in igne, consumptum est plumbum*. Vel tu ferrum, dura prædicans illis, qui sunt ferrum et æs, foderari non potes. Joan. xv : *Nolite mirari si odit vos mundus; scitote quoniam me priorem vobis odio habuit*. Secundo excludit confederationis fiduciam, tum ex muneribus : *Divitias tuas, et thesauros tuos in direptionem dabo gratis*; quasi dicat, nihil tibi proderunt, in omnibus, idest pro omnibus. Nahum ii : *Diripiite argentum, diripiite aurum, et non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus*. Tum etiam ex precibus : *Et adducam*, quasi dicat : Non poteritis eos rogarre, quia non intelligent. Isa. vi : *Levabit signum in nationibus procul, et sibilabit ad eum de finibus terra*. Tertio assignat causam : *Quia ignis succensus est*. Deuter. xxxii : *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima, devorabitque terram cum germine suo, et montium fundamenta comburiet*.

4. Ille ponitur propheta petitio : et primo ponitur ipsius oratio; secundo Domini responsio, ibi, *Propter hoc, hæc dicit Dominus*. Cirea primum tria. Primo ponit divinæ consolationis solatinum, pro-

¹ Al. : « filiorum. » — ² Al. : « est. »

³ Al. : « residuum. » — ⁴ Al. : « descendenteribus. »

⁵ Al. : « maledicetur. »

ponens divinam cognitionem, *Tu scis,* quid patior, et quid feci. Recordare, per effectum misericordiae. Thren. iii : *Recordare paupertatis et transgressionis mea, absinthii et feltis.* Petit consolationem. *Et visita me,* consolando. Job x : *Visitatio tua custodivit spiritum meum.* Et excludit dilationem : *Noli in potentia,* Ecel. v : *Altissimus enim est patiens reditor.* Secundo allegat meritum, propoenens opprobrium quod pro Deo sustinuit patienter, ponens illatam injuriam ; *Seito,* effectu te scire ostende, *propter te,* dum mandatis tuis obediens, dura populo nuntiabam. Ps. lxiii : *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Et spiritualem patientis letitiam : *Inventi sunt, quasi opere explenti, et comedi, delectatus in eis.* Ps. cxviii : *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua!* Super mel ori meo. Ponens etiam causam : *Quoniam invocatum est nomen tuum super me, dum scilicet dico prophetam Domini.* Supra xiv : *Nomen tuum invocatum est super nos.* Proponit etiam consortium quod vitavit prudenter, ponens soliditudinem : *Non sedi in concilio ludentium, multo minus iniquorum, ne gravitatem, cordis deponerem, et ut mandatis tuis vacarem.* Tob. iii : *Nunquam cum ludentibus miscui me neque cum his qui in levitate ambulant participem me praebui.* Ponens interiorem exaltatiouem : *Et gloriatus sum a facie manus tuae, corrigentis.* Il Cor. xii : *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Vel manus consolantis spiritualibus donis. Ponens etiam soliditudinis rationem : *Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me,* quasi dicat : Tot amaritudinibus opprimebar quod non vacabat mili ludere. Thren. iii : *Replevit me amaritudine.* Tertio maturatur inficti doloris aculeum, ponens dolorem : *Quare factus est dolor meus perpetuus?* quasi dicat : Unde est quod post tantas preces, post tot merita tribulatio non recedit ? Infra xxx : *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* Secundum Iudaos, loquitur in persona Jerusalem. Et adjungit consolationem : *Facta est mihi quasi mendacium aquarum insi-*

delium; quasi dicat : In hoc tamen consolabor, quod eito transiturae sunt hujusmodi angustie, sicut aquæ infideles quæ ex pluvii congregantur. Psal. lxxviii : *Intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Vel hoc dicit propter dolum adversariorum.

5. Ille ponitur Domini exaudientis responsio. Et primo promittit promotionem in beatis, quantum ad vite rectitudinem : *Si converteris, alias ad me a peccatis, convertam te, ab angustiis, stabis, per vitæ rectitudinem, vel contemplationis eminentiam.* III Reg. xvii : *Vivit dominus in cuius conspectu sto.* Jac. ult. : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suæ, liberabit animam ejus a morte, et operiet multititudinem peccatorum.* Et quantum ad prædicationis auctoritatem : *Et si separaveris pretiosum a vilis, distinguendo scilicet opera mala a bonis, os meum, quia per te loquar.* Matth. x : *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in nobis.* Secundo quantum ad liberationem a malis : et primo a malis culpe : *Convertentur ipsi ad te;* quasi dicat ; Ipsi imitabuntur te, et non tu eos. I Cor. iv : *Rogo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Secundo a malis poenæ : et primo promittit fortitudinem : *Et dabo te populo huic in murum areum fortèm.* Supra i : *Dedi te in civitatem muniam, et in columnam ferream, et in murum areum super omnem terram, regibus Juda, et principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terra;* et bellabunt adversum te, et non pravalebunt : *quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.* Secundo promittit defusioneum, *Et bellabunt.* Psal. xxii : *Num si umbulaverò in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Tertio promittit liberationem, *Et liberabo.* Isa. xlvi : *Noli timere, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo.*

Notandum, quod saucti gloriantur in bono virtutis. In tribulationum passione. Rom. v : *Non solum autem, sed et gloriamur² in tribulationibus.* In proximorum conversatione.³ II Corinth. vii : *Multa mihi fiducia est apud vos, multa gloriatio*

¹ Al. : « et convertentur. »

² Al. : « gloriautur. » — ³ Al. : « conversione. »

pro nobis. In conscientiae puritate. II Cor. i : *Gloria nostra huc est, testimonium conscientiarum nostrarum.* Item gloriatur sancti in Deo, in divina dilectione ostensa per passionem. Galat. ult. : *Mihi absit gloriarum nisi in cruce Domini nostri Iesu*

Christi. In divina cognitione. Supra ix : *In hoc glorietur, qui gloriantur, seire, et nosse me.* In divina imitatione. Eccl. xxiii : *Magna gloria est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.*

C A P U T D E C I M U M S E X T U M

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Non accipies uxorem, et non erunt tibi filii, et filia in loco isto. Quia haec dicit Dominus super filias, et filias, qui generantur in loco isto, et super matres eorum, quae gennernant eos, et super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac : Mortibus aggrationum morientur. Non plangentur, et non sepelientur : in sterquilinum super faciem terrae erunt. Et gladio, et fane consumentur, et erit cadaver eorum in escam volatilibus celi, et bestiis terre. Haec enim dicit Dominus : Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos : quia abstuli pacem meam a populo isto, dicit Dominus, misericordiam et miserationes. Et morientur grandes, et parvi in terra ista, non sepelientur, neque plangentur, et non se incident, neque calvitium fieri pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuos ; et non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo et matre. Et dominum convivii non ingrediaris, ut sedes cum eis, et comedas, et filias : quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, et in dictibus vestris vocem gaudi, et vocem letitiae, vocem sponsi, et vocem spause.

2. Et cum annuntiaveris populo huic omnia verba haec, et dixerint tibi : Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud ? quae iniurias nostra, aut quod peccatum nostrum, quod peccavimus Domino Deo nostro ? dices ad eos : Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, et abiurant post deos alienos, et servierunt eis, et adoraverunt eos, et me dereliquerunt, et legum meum non custodierunt. Sed et vos pejus operati estis, quam patres vestri. Ecce enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali, ut me non audiatis. Et ejiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos, et patres vestri, et servis tuis illi diei alienis die ac nocte, qui non dabant vobis requiem. Propterea, Ecce dies venient, dicit Dominus, et non dicetur ultra : Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Egypti ; sed Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra aquilonis, et de universis terris ad quas ejeci eos ; et reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam piscaatores multos, dicit Dominus, et piscaabundant eos. Et post hec mittam eis multis venatores, et venabulant eos de omni monte et de omni colle et de cavernis petrarum : quia oculi mei super omnes vias eorum. Non sunt absconditae in facie mea, et non fuit occultata iniurias eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniurias, et peccata eorum, quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum et abominationibus suis impleverunt hereditatem

meam. Domine, fortitudo mea, et robur meum, et refugium meum in die tribulationis : ad te gentes venient ab extremis terrae, et dicent : Vere mendacium possiderunt patres nostri, vanitatem, que eis noui profut. Numquid faciet sibi homo deos ? Et ipsi non sunt dii. Idecirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, et virtutem meam ; et scient quia nomen mihi Dominus.

4. Illic interdicit Dominus prophetam, damnati populi consortium : et primo ponit sententiam ; secundo assignat causam, ibi, *Et cum annuntiaveritis etc.* Circa primum duo. Primo interdicit sibi consortium matrimonialis conjugii, ponens iussionem : *Non accipies uxorem.* I Cor. vii : *Solutus est ab uxore ? Noli querere uxorem.* Et assignans rationem ex universitate punitorum, quia nulli atetati, nulli parcerunt sexui : *Quia haec dicit Dominus super filios et filias.* Infra i. i. : *Collidam in te virum, et mulierem, et collidam in te senum, et puerum, et collidam in te juvenem, et virginem.* Ex diversitate ponitarum, communans mortem ex causa interiori, *Mortibus aggrationum, pestilentiis scilicet, et diuinitis languoribus.* Et adjungit congruam sepulturam : *Non plangentur.* I Cor. xi : *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.* Infra xxv : *Non plangentur, et non colligentur, neque sepelientur : in sterquilinum super faciem terrae jacebunt.* Ex causa exteriori : *Et gladio, ex insulto hostium, fame, ex defectu necessariorum.* Et adjungit congruam sepulturam : *Et eru cadaver eorum in escam volatilibus cali.* Supra xiv : *Erunt projecti in viis praefame, et gladio, et non erit qui sepeliat eos, ipsi, et uxores eorum, filii, et filia eorum.* Secundo interdicit consortium socialis convivii : *Hac enim dicit*

Dominius. Et primo interdicit convivium tristitia; quod in consolationem¹ pro mortuis fieri solet: nbi ponitur prohibito, *Ne ingrediaris, neque plangens, neque sicut consolans.* Secundo assignatur ratio ex ablatione pacis: *Quia abstuleram pacem meam, quam scilicet ad eos habebam, indignatus eis: vel quam, me auctore, ad invicem, et ad alios habebant.* Isa. lvii: *Non est pax impiis, dicit Dominus.* Ex comminatione mortis, *Morientur.* Job iii: *Parvus et magnus ibi sunt: et servus liber a domino suo.* Ex cessatione officiosi funeris, quia carebunt obsequio sepultura, *Non sepelientur.* Supra viii: *Non colligentur, et non sepelientur; in sterquilinum super faciem terrae erunt.* Planetum etiam familiae: *Neque plangentur neque se incident, vulnerantes,* quod Iudeis prohibitum est. Deuter. xiv: *Non vos incidentis, nec facietis calvitium super mortuo.*² Sed Job tonso capite cadiens in terram etc. Job i, non peccavit, quæ gentilis erat. Carebunt etiam convivio parentelæ, quod a consanguineis hingentibus fieri solet: *Et non frangent.* Prov. ult.: *Date siceram morientibus, et vinum his qui amaro sunt animo. Bibant, et obliviscantur egestatis suæ, et doloris sui non recordentur amplius.* Secundo interdicit convivium laetitiae. Et primo ponitur prohibito: *Et domum convivii non ingrediaris, neque propter societatem, neque propter comeditionem.* I Cor. v: *Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut rapax; cum hujusmodi nec eum sumere.* Secundo ponitur ratio: *Quia haec dicit Dominus.* Thren. ult.: *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.* Infra xxv, idem.

2. Ille assignatur causa prædictarum ponar: et primo ponitur questio: *Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud?* Prover. xxx: *Talis est via mulieris adulteræ, qua comedit, et tergens os suum dicit: Non sun operata malum.* Secundo ponitur Domini responsio: *Dicet ad eos.* Et primo ponit culpam in transgressione patrum: *Quia dereli-*

querant. Supra ii: *Me dereliquerunt fontem, aquæ vivaæ, et foderunt sibi cisternas dissipatus, que continere non valent aquas.* In imitatione filiorum, ne possent se excusare per id quod dicitur Ezech. xvii: *Patres comedederunt uiam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt. Sed et vos pejus operati estis.* Matth. xxiii: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Secundo comminatur poena: et primo ponit poenam comminationem quantum ad captivitatem: *Et ejiciam vos;* et quantum ad servitatem: *Et servietis diis, serviendo eorum cultoribus.* Thren. I: *Migravit Judas propter afflictionem, et multitudinem servitutis; habitavit inter gentes, nec inventit requiem.* Deut. xxviii: *In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui.* Secundo promittit consolationem, ponens juramentum quasi signum: *Propterea ecce dies; quasi dicat: Hoc maius beneficium reputabitis, quam quod liberati estis de Aegypto; et illius quasi oblitii, hoc semper in memoriā habebitis.* Isa. xliii: *Ne memineritis priorum et antiqua ne intueamini.* Infra xxiii, idem. Et explicans beneficium, *Et reducam.* Ezech. xxxvi: *Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris; et reducam vos in terram vestram.* Tertio ponit captivitatis conditionem, *Ecce ego:* et primo describit captivitatem Babyloniorum, *Piscatores, scilicet Chaldaeos, qui quasi in mari prospexitatis, et voluptatis viventes, eos ceperunt.* Babae. i: *Faciens homines quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem.* Et Romanorum: *Et post haec mittam renatores, scilicet Romanos, qui eos quasi bestias pro crudelitate homicidiū venati sunt.* Thren. iii: *Venatione opererunt me quasi avem iniicii mei gratis.* Secundo assignat captivitatis rationem, ponens cognitionem culpar: *Quia oculi mihi super omnes vias eorum.* Prov. xvi: *Omnes viæ hominum patent oculis ejus, spirituum ponderator est Dominus.* Et comminationem penam. *Et reddam primum, idest ante dictam consolationem, duplices, scilicet quantum ad cultum idolorum;* propter quod sequitur: *Quia*

¹ Al. : « consolatione. »

² Al. : « mortuum. »

contaminaverunt : Et quantum ad persistatem morum, et abominationibus suis imploraverunt thereditatem meam. Psalm. cxv : *Infecta¹ est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum.* Tertio ponit captivitatis utilitatem, scilicet conversionem gentium ; vel eorum qui cum Iudeis sub Zorobabel in Jerusalem reversi sunt ; vel eorum qui ad fidem Christi sunt conversi : quia *excitus ex parte contingit² in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvis fieret.* Rom. xi. Circa quod tria facit. Primo ponitur propheta exultatio, designata in confessione divinae laudis : *Domine fortitudo mea, ad alios debellandum, robur, ad perseverandum, refugium, si deficiam.* Psalm. xvii : *Diligam te, Domine fortitudo³ mea, Dominus firmamentum meum, et refugium meum.* Secundo ponitur gentium conversio. *Ad te gentes venient.* Isa. xlii : *Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terra.* Peccati confusio : *Vere mendacium, scilicet idolum, quod divinitatem, et auxilium mentitur.* Supradictum : *Vere mendaces erant colles, et multitudo montium.* Et pristini erroris confutatio : *Nunquid faciet sibi homo deos ? Et ipsi non sunt dii, scilicet homines facientes.* Sapiens. xv : *Quomodo*

enim sibi similem homo poterit Deum fungere ? Tertio assignat conversionis bonum : *Idecirco, idest ut gentes convertantur, eis, Iudeis, per vicem hanc ;* quasi dicit, ulterius non parcam, manum, correctionis. Vel *eis, gentibus, manum, Christum,* Psalm. ix : *Cognoscetur Dominus judicia faciens, in operibus manum suarum comprehensus est peccator.* Item Psalm. cxlii : *Emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.* Notandum, quod quadam est manus divinae dispositionis. Sap. vii : *In manu ejus et nos, et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientiae disciplina.* Divinae liberalitatis Psalm. ciii : *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur honestate.* Divinae protectionis. Isa. xlix : *Sub tegumento manus tua protexit me.* Divinae correctionis. Psalm. xxxviii : *A fortitudine manus tua ego defeci in increpatiōnibus.* Divinae liberationis. Job. v : *Percutit, et manus ejus sanabunt.* Divinae operationis. Eccl. xxxvi : *Glorifica manum, et brachium dexterum.* Et divinae condemnationis. Ad Hebreos. x : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.*

C A P U T D E C I M U M S E P T I M U M

4. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferro in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, et in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, et lucorum suorum, lignorumque frondeuentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro : fortitudinem tuam, et omnes thesauros tuos in directionem dabo, excelsa tua propter peccata in universis finibus tuis. Et relinquenter sola ab hereditate tua quam dedi tibi, et servire faciam te inimicis tuis in terra quam ignoras, quoniam igne succendisti in furore meo, usque in aeternum ardebit. Hec dicit Dominus : *Maledictus homo qui confundit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus.* Erit enim quasi myricae in deserto, et non videbit cum venerit bonus ; sed habitat in siccitate, in deserto, in terra saluginis, et inhabitabili. Benedictus vir qui confundit in Do-

mino, et erit Dominus fiducie ejus. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit cum venerit iustus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Pravum est cor hominis, et inscrutabile : quis cognoscet illud ? Ego Dominus seruant cor, et probans renes, qui do unicuique juxta viam suam, et juxta fructum adinventionum suarum.

2. Perdix sovit quae non peperit : fecit divitias, et non in iudicio. In dimidio dierum suorum derelinquit eas, et in novissimo suo erit insipieus. Solium glorie altitudinis a principio, locus sanctificationis nostrae, expectatio Israel, Domine, omnes qui te dereliquerint confundentur, recedentes a te in terra scriberentur : quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium, Dominum. *Sana me, Domine, et*

¹ Al. : « imperfecta. »

² Al. : « contingit. »

³ Al. : « fortitudine. »

sanabor, salvum me fac, et salvus ero : quoniam laus mea tu es.

3. Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Domini? Veniat. Et ego non sum turbatus te pasture sequens, et diem hominis non desideravi, tu sis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea in die afflictionis. Confundantur qui me persecutur, et non confundar ego ; paveant illi, et non paveam ego. Induc super eos diem afflictionis; et duplhei contritione contere eos.

4. Hec dicit Dominus ad me : Vade, et sta in porta florum populi mei, per quam ingrediantur reges Juda, et egrediantur, et in eundem portis Jerusalem ; et dices ad eos : Audite verbum Domini, reges Juda, et omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem, qui egredientur per portas istas. Hec dicit Dominus : Custodite animas vestras, et nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem, et nolite ejicare onera de dominibus vestris in die sabbati, et onus opus non facietis. Sanctificate diem sabbati, sicut praecepit patribus vestris. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam ; sed induraverunt cervicem suam ne audirent me, et ne acciperent, disciplinam. Et erit, si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die sabbati, et si sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus; ingredientur per portas civitatis hujus, reges et principes sedentes super solium David, et ascendentes in curribus, et equis ipsi, et principes eorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem : et habitabitur civitas huc in sempiternum. Et venient de civitatibus Juda, et de circumferentia Jerusalem, et de terra Beniamin, et de campis tribus, et de montosis, et ab austro, portante, holocastum, et victimam, et sacrificium, et thus, et inferent oblationem in domum Domini. Si autem non audieritis me, ut sanctificetis diem sabbati, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Jerusalem in die sabbati ; succendam ignem in portis ejus, et devorabit domos Jerusalem, et non extinguetur.

4. Ille ostenditur explicite populi obstitutionis, quae est reprobationis causa : unde primo ostendit eorum obstitutionem malitiam ; secundo consummata ponam, xix cap. : *Hec dicit Dominus etc.* In prima duo. In prima ponuntur obstitutionis cause ; secundo probatur ipsa obstitutionis per experimentum, xviii cap. : *Verbum quod factum est ad Jeremiah a Domino.* Prima in duas. In prima ponit causas obstitutionis, in secunda revocat eos ad cultum pristine religionis, ibi, *Hec dicit Dominus etc.* Circa primum duo. Primo tangit unam causam, scilicet affectum iniquitatis, ponens culpam, in qua ponit exemplum : *Peccatum Iuda, duarum tribuum, scriptum est,* idest affectui eorum ita profunditus impressum, praeципue idolatriæ, sicut scriptura, que fit ferreo stylo, in uringe, idest in adamante, qui est lapis politus ad modum

muguis. Zach. vii : *Cor suum posuerant ut adamantem, ut non audirent legem, et verba quæ nascit Dominus exercitum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum.* Vel peccatum, idest sententia pro peccato. Et exponit peccati affectum : *Exaratu,* idest profundatum, super latitudinem, idest super eorū dilatatum in affectione peccati ; unde eorū sic dilatatum est aeo adamantis, et cornua ararum, idest idolorum, sunt loco styliferei. Praecepérat enim Deus ut ex altari procederent quatuor cora, in quibus penderet eraticula, Exod. xxvi : Et simile fecerant in aris idolorum. Oscae viii : *Multiplicavit sibi Ephraim altaria ad peccandum, facta sunt ei aræ in delictum.* Ponit etiam effectus signum in successione prolis : *Cum recordati fuerint filii eorum, in affectu retinentes, in diversitate leci, ararum, qua in civitatis construebantur.* Supra ii : *Sub omni ligno scandoso tu prosternebas meretrices.* Et adjungens ponam, scilicet bonorum directionem quae pertinent ad necessitatem vite, *Fortitudinem,* idest bona, in quibus putabas te fortē esse, sicut arena, castra. Supra xv : *Divitias tuas, et thesauros in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis.* Idest, cum malitia tua ita consummata fuerit ut filii patres imitentur, in omnibus locis idola colentes, tunc *fortitudinem tuam, et omnes thesauros tuos in direptionem dabo.* Et honorum quae pertinent ad cultum idolatriæ, *Ecclesia tua,* in quibus idola colebant. Ezech. vi : *Ecce ego inducam super vos gladium, et dispersum excelsa restra, et demaliar aras vestras, et confringentur simulacra vestra, et dei ciuium interfectos restros ante idola vestra.* Communitur etiam captivitatem : *Belinqueris, o Jerusalem, ab hereditate, a populo tibi subjecto.* Vel, o gens, a terra, dum in captivitatem ibis. Thren. i : *Quonodo sedet sola viritas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, principes provinciarum facta est sub tributo?* Communitur et servitutem : *Et servies faciem te inimicis tuis.* Deut. xxviii : *Serries inimico tuo quem immittet tibi Dominus, in fame, et siti, et nuditate, et omni penuria ; et ponet jugum ferreum*

super cervicem tuum, dexter te conterat,
Et tangens proximam paenae causam, scilicet divinam iram, quae est voluntas puniendi : Quoniam ignem succendisti. Dent.
xxxvii : Igus successus est in furore uro,
et ardedit usque ad inferni morissima.
Secundo tangit aliam causam, scilicet fiduciam impunitatis : Mal'dictus homo
qui confidit in homine. Promittebat autem sibi impunitatem ex tribus. Primo
ex potentia amicorum, scilicet Aegyptiorum : et hanc primo tollit. Secundo ex
multitudine divitiarum, et hanc, ibi, Per-
derit foris qui non peperit. Tertio ex in-
credulitate divinarum comminationum ;
et hanc ibi, Ecce ipsi dicunt ad me, Ubi
est verbum Domini ? Circa primum duo.
Primo ponit discretionem eorum qui con-
fident in Domino et in hominibus ; secun-
do inducit discretionis auctorem ibi, Pra-
ratum est cor hominis.¹ Circa primum duo.
Primo ponit maledictio eorum qui con-
fident in auxilio humano, ubi ponit ma-
ledictionem : Maledictus, quasi malo²
addictus. Et ponit carnem brachium,
idest fortitudinem ; in quo ponitur spei
irrationalitatis, quia per carnem signa-
tur humana fragilitas. Et a Domino rece-
dit ; in quo ostenditur ratio maledictionis ;
licet enim confidere in homine sub
Deo, non tamen ut relinqnatur Deus. Et
hoc dicitur propter Iudeos, qui, Deo con-
tempto, in Aegyptiis spem ponebant. Isa.
xxxi : Vir qui descendit in Aegyptum ad
aurelium, in equis sperantes, et habentes
fiduciam super quadrigis, quia multæ
sunt, et super equitibus, quia pravali- di-
sunt ; et non sunt confisi super Sanctum
Israel, et Dominum non requisirerunt.
Psalm. cxlv : Nolite confidere in princi-
pibus, in filiis hominum, in quibus non est
salus. Et ponit maledictionis similitudinem : Erit enim quasi myricæ, quæ viles
habentur. Simmacius : Quasi lignum in-
fructuosum in solitudine. Non videbit : quia
ante liberationem de captivitate, fere
omnes mortui sunt. Sed habitat ; in quo
ostenditur horror loci captivitatis, non
quod in se malus esset, sed eis qui in
servitio opprimebantur, in siccitate, in
deserto, quod non colitur,³ sed est siccæ

aeris, qui facit arbores infructuosas, *sa-*
luginis, quantum ad siccitatem terra, ex

adustione humoris a sole. Ps. cxi : *Posuit*
flumina in desertum, et erexit aquarum
in sicut. Secundo ponitur benedictio eo-
rum qui confidunt in divino auxilio. Et
primo ponit benedictionem : Benedictus
vir qui confidit in Domino, et erit Domi-
nus fiducia ejus, ut scilicet in quocumque
confidit, confidenti ratio sit Deus.
Ps. ii : Cum exarserit in brevi ira ejus,
beati omnes qui confidunt in eo. Isa xxx :
Beati omnes qui expectant eum. Secundo
ponit similitudinem sumptam ex arbore,
primo quantum ad radicum firmitatem :
Et erit quasi lignum, in quo figuratur
firmitas divinae protectionis. Ps. i : Et
erit tamquam lignum quod plantatum est
securus decursus aquarum, quod fructum
suum dabit in tempore suo. Secundo
quantum ad foliorum viriditatem : Et erit
folium ; in quo significabitur prosperitas
temporalis, et viror spiritualis : Proverb.
xi : Justi quasi vires folium germina-
bunt. Tertio quantum ad fructum uber-
tatem : in quo significatur copia bonorum
operum : Nec aliquando desinet facere
fructum. Apocal. xxi : Per menses singu-
los reddens fructum suum. Et quia Iudei
possent dicere, non posse fieri discretio-
nem præmiorum pro diversitate cogitationum ; ideo consequenter inducit hujus
discretionis auctorem. Et primo ponit
quæstionem, Pravum est, idest multis
malitiis involutum. Proverb. xx : Sicut
aqua profunda, sic consilium in corde
viri, sed homo sapiens exhaustus illud.
Secundo ponit responsionem : et ponit
duo quæ sufficienter faciunt discretio-
nem judicium : scilicet scientiam : Ego
Dominus scrutans corda ; quantum ad co-
gitationes, renes, quantum ad affectiones.
Rom. viii : Qui scrutatur corda scit quid
desideret spiritus, quia secundum Deum
postulat pro sanctis. Et justitiam : Qui
do unicuique iuxta viam suam, quantum
ad cordis dispositionem, fructum, quantum
ad opus exterius. Isa iii : Dicite ju-
sto, quoniam bene, quoniam fructum adin-
ventionum suarum comedet.

2. Ille tangit secundum, unde scilicet

¹ Al. : « præsum est etc. »

² Al. : « male. » — ³ Al. : « colligitur. »

Sp̄es impunitatis proveniebat, scilicet dīvitiarum abundantiam : et primo tangit fiduciam malorum, quae est in dīvitīis, s̄nb similitudine perdicis, quae ova aliena furatur, et super ea incubat, et tandem a pullis deseritur, tangens, injustam con-gregationem, *Perdix forit*. Et exponit : *Fecit dīvitias, et non in judicio*. Habac ii : *Vx ei qui multiplicat non sua. Usquequo et aggravat contra se densum luctum*. Et ipsarum amissionem : *In dimidio dierum suorum derelinquet eas* : quia in juven-tute morietur : vel quia adhuc ipso vi-vente eas amittet, diripientibus Chaldaeis. *In novissimo*, idest in divino judicio, vel in morte, quando invenientur ei dīvitiae nibil profuisse, erit insipiens, idest appar-ebit. Ps. xlviii : *Et relinquat alienis dīvitias suas, et sepulcra eorum domus illorum in aeternum*. Job. xii : *Ipse novit de-cipientem, et eum qui decipitur*. Secundo ponit sp̄em justorum, quae est in cultu divino : *Solum gloria*, idest expectatio et fiducia populi Israel est templum,¹ et area, et propitiatorium, in quibus intelligi-gitur cultus divinus ; quod dicitur *solum gloriae altitudinis* : ibi enim gloria Domini in revelationibus apparebat a principio legis datae, *locus sanctificationis*, idest in quo sanctificamur, vel quem sanctificasti coram nobis, et pro nobis. Supra xiv : *Soli gloriae recordare, ne irritum facias fædus tuum nobiscum*. Et adjungit po-nam discentientium ab hac fiducia, po-nens pœnam : *Domine, omnes qui te de-relinquent, confundentur, recedentes a te, in terra, captivitatis, scribentur, quasi cives perpetuo ibi manentes* ; vel cum illis qui terrena sapient, vel in terremam corruptionem descenderunt : do quibus Psalm. xlvi : *Vocaverunt nomina sua in terris suis*. Et assignat causam : *Quia dereliquerunt fontem aquæ viveæ*. Supra n : *Me dereliquerunt*. Tertio porrigit pet-titionem suam ad eum qui est sua expec-tatio : *Sana me, a languoribus peccati, et angustiæ quibus involvitur, salvum me fac, conservando in bonis, laus mea, quem laudo, vel in quo laudor*. Ps. xi : *Ego dixi : Domine, miserere mei, sana ani-mam meam, quia peccavi tibi*.

3. Hic est tertium, unde eis fiducia im-punitatis proveniebat, quia divinis com-minationibus non credebant : et circa hoc tria. Primo ponitur incredulorum in-sultatio : *Ubi est verbum?* quasi dicat, non venient. Isa. v : *Qui dicitis : Festi-nent, citro veniat opus ejus, ut videamus, et appropriet, et veniat consilium Sancti Israel, et sciimus illud*. Amos v : *Vx de-siderantibus diem Domini. Ad quid enim vobis?* Secundo ponitur prophetae excusatio quantum ad constantiam mentis : *Et ego non sum turbatus, propter eorum contradictionem, sequens, implens quod mihi præcepisti, diem, præsentem vi-tam, quia etiam paratus mori* ; vel pros-peritatem et gloriam præsentem. II Corin-th. iv : *Mihī autem pro minimo est ut a vobis judices, vel ab humano die*. Et quantum ad veritatem predicationis : *Tu scis... rectum in conspectu tuo fuit, quam-vis non eorum*. Job. xvi : *In calo est tes-tis meus*. Tertio ponitur ipsius petitio : et primo petit salutem : *Non sis tu mihi, quasi dicat : Solum indignationem tuam timeo*. Job ix : *Aufert a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat*. Matth. x : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest animam, et corpus perdere in gehennam*. Secundo petit incredulis afflictionem in corde ex confusione² de culpa, *Confundantur*. Psalm. xxxix : *Confundantur et revere-antur, qui querunt animam meam ut au-ferant eam*. Et timore pœnae, *Pavent*, Proverb. x : *Pavor his qui operantur malum*. Proverb. xvii : *Cum enim sit ti-mida neguitia, data est in omnium con-demnationem*. Et in corpore : *Induc super eos diem afflictionis, in vita, conture, per mortem, duplii, gladio et fame, vel ani-ma et corpore*.

4. Hic revocat eos ad cultum pristinæ religionis quantum ad mandatum de obser-vatione sabbati, quod levissimum est, ut magis eorum obstinatio ostendatur : et e circa hoc duo facit. Primo determinat predicationis locum, *In porta*, ut quasi inviti cogantur audire. II Timoth. iiii. : *Iusta opportune, importune argue, obse-*

¹ Al. : « tempus. » — ² Al. : « eccl. »

³ Al. : « in corde confusionem. »

*era, incepit. Filiarum, ipsi enim sunt populus meus; sed illi populum suum. Per quam ingrediantur: ipsa enim specialis porta erat juxta domum regiam, per quam reges urbem ingrediebantur. Supra vii: *Sia in porta domus Domini, et praedica ibi verbum istud etc.* Secundo proponit¹ prædicationis verbum: *Et dices ad eos: et circa hoc tria facit. Primo ponit præceptum, petens auditum, Audite. Psalm. ii: Et nunc reges intelligite, eruditimi qui iudicatis terram. Promulgans præceptum: Hæc dicit Dominus: Custodite, a peccato, portare, extra civitatem, pondera, mercium, et opus, ser vile pertinens vel ad servitutem culpæ, vel ad servitutem pœnæ: quia etiam ab illis, quæ peccata non erant, tenebantur abstinere, a quibus omnibus nos non tenemur abstinere, sed secundum præceptum Ecclesiæ ordinantis de hoc. Sanctificate, ut bonis operibus vacetis. Exod. xx: Memento ut diem sabbati sanctifices. Nehemia viii.: Vidi in Iudea calcantes in sabbato, portantes accervos, et onerantes super asinos viuum et was et fies et omne� mous, et inferentes in Jerusalem die sabbati. Et contestatus sum etc. Et ponit præcepti contemptum: *Et non audierunt.* Supra vii: *Non audierunt, nec inclinarerunt aurem suam, sed abiérunt in voluptatibus, et pravitate cordis suis miseri, etc.* Secundo promittit obedientibus premium: *Et erit, si audieritis: quantum ad tria: in quibus civitas gloriosa erat: scilicet in dignitate regni; et quantum ad hoc, Ingridientur. Isa. i: Restitua judices tuos ut fuerint prius, et consiliarius tuos sicut antiquitus. In multitudine populi; et quantum ad hoc, Et habitabitur: Isa. lxvii: Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata.* Et quantum ad religio-**

nem templi: *Et venient de civitatibus Iuda, de circuitu Jerusaleni, et de terra Benjamin, et de campis tribus, et de montibus, et ab australi, etiam ab Aegypto. Isa. lx: Offerentur super placibili altari meo, et domum maiestatis meæ glorificabo.* Tertio comminatur contemnitibus incendium: *Si autem non audieritis... succendum ignem in portis, quia portas intrantes Chaldaei ignem miserunt in civitatem. Isa. i: Succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.*

Nota, quod sancti fructificant per sapientie contemplationem. Eccl. vi: *Quasi is qui arat, et qui seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius.* Per caritatis fervorem. Cant. v: *Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum.* Per lanius confessionem. Heb. xiii: *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum conscientium nominis ejus.* Per meritoriam operationem. Psal. lxxxiv: *Elenim Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.* Per proximorum conversionem. Joau. xv: *Ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.*

Item notandum, quod sequitur aliquis Christum per earnis integritatem. Apoc. xiv: *Virgines enim sunt, et sequuntur agnum quocumque ierit.* Per cordis intentionem. Philip. iii: *Sequo si quo modo comprehendam.* Per tribulationis passionem. 1 Petr. ii: *Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Per mandatorum observationem. Job. xxii: *Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi et non declinavi ex ea.* Per gloria receptionem. Eccli. xxii: *Magna gloria est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.*

¹ Al. : proponens. o

CAPUT DECIMU OCTAVUM

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens : Surge et descendere in dominum filii, et ibi audies verba mea. Et descendere in dominum filii, et ecce ipse faciebat opus super rotam, et dissipatum est vas quod ipse faciebat a luto in manibus suis. Conversusque fecit illud vas alternum, sicut placuerat in oculis ejus ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Numquid sicut filius iste non potero vobis facere, dominus Israel ? ait Dominus. Ecce sicut latum in manu filii, sic vos, dominus Israel, in manu mea.

2. Repente loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et subito loquar de gente et de regno, ut aedificem, et plantem illud. Si fecerit datum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, penitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Nunc ergo die viro Iudea, et habitatori Ierosalem, dicens : Hoc dicit Dominus : Ecce ego fungo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem. Reverteretur unusquisque a via sua mala, et dirigite vias vestras, et studia vestra.

3. Qui dixerunt : Desperavimus : post cogitationes enim nostras ibimus, et nunquam quis pravitatem cordis sui mali faciemus. Ideo haec dicit Dominus : Interrogate gentes. Quis audivit talia horribilia, que fecit nimirum virgo Israel ? Numquid deficit de petra agri nix Lilani, aut evelli possunt aquae erumpentes, frigidae, et flumines ? Quia oblitus est nici populus meus, frustra libantes, et impingentes in viis suis, et in semitis seculi, ut ambularet per eas in itinere non trito ut heret terra eorum in desolationem, et in sibulum sempiternum. Omnis quis qui prefererit per eam, obstipescet, et movebit caput suum. Sicut ventus urens dispersgam eos coram inimico; dorsum, et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

4. Et dixerunt : Venite, et cogitemus contra Jeremiam cogitationes : non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a propheta. Venite, et percuteamus eum lingua, et non attendamus ad universos sermones ejus. Attende, Domine, ad me, et audi vocem adversariorum meorum. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveant anima mea ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquereris pre eis homini, et aviceremus indignationem tuam ab eis. Propterea da illis eorum in finem, et deduc eos in manus gladii. Fiant uxoris eorum absque liberis, et viduae, et viri eorum interficiantur morte. Juvenes eorum confundantur gladio in puglio, audiatur clamor de dominis eorum. Adduces enim super eos latronem repente, quia foderunt foveant ut emperent me, et laqueos abscondent pedibus meis. Tu autem, Domine, seis omne consilium eorum adversum me in mortem : ne proprieatis iniuriant eorum, et peccatum eorum a facie tua non delectatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

1. Hic ostendit obstinationem ipsius populi quasi per experimentum : et primo quia contemnunt prædicationem ; secundo quia persequuntur prædicatorem, ibi, *Et dixerunt : Venite, et cogitemus contra Jeremiam cogitationes*. Circa primum duo. Primo ponitur prædicationem revocans eos ad paenitentiam ; secundo ponitur contemnitum desperatio, ibi, *Qui dicerunt : Desperacimus : post cogitationes enim nostras ibimus*. Circa primum duo. Primo designat Dominus prophætæ revelationis locum : *In dominum filium*, ut ex ipsius operis similitudine prophetia sumeretur : in quo significatur quod descendenti in considerationem sua infirmitatis, verba Domini revelantur. Prox. ut : *Cum simplicibus sermocinatio ejus. Descendi*, accessi in inferiore partem civitatis, ubi hujusmodi artifices morabantur. Secundo ponitur revelatum verbum. Et primo ponit similitudinem ; secundo ex similitudine sumit rationem, ibi, *Repente loquar adversus gentem*. Circa ea primum duo. Primo ponitur factum filii, unde similitudo sumitur, ponens vasis destructionem : *Et ecce ipse faciebat opus super rotam*, Ezecli. xxxviii : *Figulus sedens ad opus suum, et converten pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, et innumeris est omnis operatio ejus*. Et destruci vasis restauracionem : *Conversusque fecit illud vas alterum*. Sapien. xv : *Figulus nullam terram premens, laboriose fungit ad usus nostros unumquidque vas, et de eodem luto fungit quia munda sunt in usum casa, et similliter quæ his sunt contraria*. Secundo ponit similitudinis adaptacionem : *Et factum est verbum Domini ad me*. Et primo ponitur quæstio : *Numquid sicut filius iste non potero vobis facere, dominus Israel?* Isa. liv : *Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero latum*; et factor unster tu, et opera manum tuorum omnes nos. Secundo responsio : *Ecce sicut lu-*

lum : Sapien. vii : In manu ipsis et nos, et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientie disciplina.

2. Hic sumit rationem ex predicta similitudine.

Sed objicitur contra id quod dicitur hic, illud quod habetur Num. xxii : *Non est Deus ut homo ut mentiatur, neque ut filius hominis ut mutetur. Sed hoc non potest esse sine mendacio, quod aliquis dicat futurum quod non eveniat, neque sine mutatione, si penitentiam agat. Ergo etc.*

Ad quod dicendum quod est duplex prophetia secundum Hieronymum in *Glossa super Matth. cap. i*, scilicet prædestinationis in his quæ non dependent ex libero arbitrio, sed tantum ex Dei dispositione, quæ immutabilis est ; et ideo hanc necesse est omnibus modis evenire. Alia est præscientia de his etiam quæ libero arbitrio non subjacent, sed procedunt a Deo secundum quod Deus prescit finaliter eventum uniuscuiusque rei. Et sic etiam sententia divina non mutatur, facta mutatione in homine, sed non in Deo. Et ideo penitentia accipitur non secundum mutationem divinæ dispositio- nis, sed divinæ sententiae prolatæ secun- dum causas inferiores. Et ideo dicit, *Re- pente, et subito*, loquens de Deo ad simili- tudinem hominis : dicitur enim aliquis repente loqui, quando sine præmedita- tione loquitur. Hoc autem convenient quan- do tantum ad præsens, omissa¹ futuri consideratione, respicit.

Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit divinæ sententiae revocabilitatem in malis, ponens sententia pronuntiationem. *Ut eradicem, auferendom omnem firmitatem.* Supra i : *Constitui te hodie super gentes, et super regna, ut eellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et edifices et plan- tes.* Et sententia revocationem : *Si paenitentium egri gens illa a malo suo... ugam et ego pornitentiam.* Osea xi : *Con- versum est in me cor meum, pariter con- turbata est parvitulo² mea.* Et in bonis, ponens sententia promulgationem, *Et subito.* Job xxii : *Si reversus fueris ad Omnipotentem, edificaberis, et longe fa-*

cies iniuriam a tabernaculo tuo. Et re- vocationem, si fecerit malum. Ezech. xviii : *Si arverterit se justus a justitia sua, et fecerit iniuriam iuxta omnes abomi- nationes quas operari solet impius num- quid vivet ? Omnes justitiae ejus quas fe- cerat, non recordabuntur : in prevarica- tione qua prevaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur. Se- cundo inducit eo gntionem : et primo proponit excogitata m̄ poenam : *Nunc ergo dic viro Iuda... Hac dicit Dominus, Ecce ego fingo, sicut sigillus, malum, paenæ.* Isa. xl.v : *Ego Dominus faciens pacem, et creans malum.* Secundo concludit pa- nitentiam : *Revertatur unusquisque a via sua mala, et vias, opera, studia, cogita- tiones, dirigite, recta facite.* Ezech. xxxiii : *Convertimini a viis vestris pessimis.**

3. Hic ponitur contemptum despe- ratio : et primo ponitur desperatio, *Des- peravimus.* Supra ii : *Dixisti : Desperavi, nequaquam faciam : adamavi quippe alienos, et post eos ambulabo.* Secundo ponitur desperantium condemnatio : *Id- eo hæc dicit Dominus,* Et primo arguit in eis horribilem culpam in comparatione gentium : *Interroga gentes.* Supra ii : *Transite ad insulas Cethim, et videte, et in Cedar mittite, et considerate vehemen- ter, et videte si factum est hujusmodi, si mutuavit gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dii.* Ezech. v : *Contempsit ju- dicicia mea, ut plus esset impia quam gen- tes, et præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu ejus sunt.* Ex similitudi- ne insensibilium, quæ ordinem sibi a Deo præfixum tenent : *Nunquid deficiet de petra agri nisi Libani ?* Et notandum quod Libanus est mons magnus, et habet in summitate magnam latitudinem, in qua sunt agri, et speluncæ petrarum, in quas, quia radius solis non pervenit, conservantur nives perpetuo. Aut ecelli possunt aquæ crumpentes, ut non fluant de Libano, et aliis altis montibus? quias dicit, nou. Ecl. iii : *Didici quod omnia opera quæ fecit Deus perseverent in per- petuum. Non possumus eis quidquam ad- dere, nec auferre, quæ fecit Dominus ut tineatur.* Ex conditione operum, quia

inutilia : *Frustra libantes, scilicet idolis.* Rom. vi : *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* Quia nociva, *Et impingentes, idest offendentes.* Isa. lix : *Impingimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Quia turpia, *In semitâ sæculi, scilicet idolatriæ, post quas sæculum totum vadit.* Job xxii : *Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subvertit fundamentum eorum qui dicebant Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus.* Et difficultia : *Ut ambularent per eas in itinere non trito, a sanctis patribus. Vel quia vana peccata excoxitabant.* Sap. v : *Ambulavinus vias difficiles, riam autem Domini ignoravimus.* Numer xx : *Via tripla gradiebat.* Secundo comminatur stupendam penam. Primo quantum ad terræ, desolationem : *Ut fieret terra eorum in desolationem.* Ut consecutive. Thren. i : *O vos omnes qui transiis per viam at tendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.* Secundo quantum ad gentis destructionem : *Sicut ventus, qui omnes fruges desiccat, inimico, Babylonico.* Supra iv : *Ventus urens in viis que sunt in deserto vivit filio populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandum.* Tertio divini auxiliū cessionem. Dorsum, ad modum hominis irati. Deut. xxxii : *Abscondam faciem meam ab eis, et considerabo novissima eo.* Ps. lxxiii : *Ut quid, Domine, repudisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascue tua?*

4. Ille ostenditur eorum obstinatio ex eo quod persecabantur predicatores eorum in figuram persecutionis Christi : et primo ponitur adversariorum persecutio, ponens persecundi consilium, *Venite.* Sapient. ii : *Dixerunt impi cogitantes apud se non recte.* Et infra ibidem : *Circumvenimus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris etc.* Persecutionis argumentum : *Non enim peribit lex, legis dispositio, sermo, divina revelationis; quasi, falso hoc futurum praedixit.* E contra Ezech. vii : *Peribit lex a sacerdote, et consilium a senioribus.* Et persecundi modum, *Lingua, detrahendo, et accusando.* Non

attendamus, quasi timentes comminationes ipsius. Psalm. lxiii : *Exauerunt ut gladium linguas suas, firmaverunt sibi sermonem nequam.* Ecl. xxviii : *Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguae comminuet ossa.* Secundo ponitur prophetæ oratio : et primo petit audiencem : *Attende, Domine, ad me, idest ad mea merita.* Thren. iii : *Audisti approbationem eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me.* Secundo proponit ingratitudinis culpam, ponens ingratitudinem : *Numquid redditur pro bono malum? quasi dicat : Non est consuetum, non est justum.* *Foveam, deceptionem, ut tollerent vitam meam.* Psalm. cxvii : *Posuerunt adversum me malo pro bonis, et odium pro dilectione mea.* Et ingratitudinis probationem, *Recardare II Mach. ult. : hic est fratrum unio, et populi Israel; hic est qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate, Jeremias propheta Dei.* Tertio imprecatur pena : et primo penae inflictionem quantum ad pueros : *Propterea da filios.* Supra xv : *Qui ad gladium, ad gladium, et qui ad fanum, ad faneum : et quia ad captivitatem, ad captivitatem.* Quantum ad matrimonio utentes : *Fiant uxores eorum absque liberis.* Osea ix : *Da eis vulvam sine liberis, et ubera uentur.* Et quantum ad viros bellicos I Jurenes vorum confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor, Planctus. Isa. xv : *Clamorem contritionis levabunt.* Secundo penae occultationem, ut praecavere non possint : *Adduces latronem,* Nabuchodonosor, qui subito super eos veniat. Abdias : *Ni fuves intrassent ad te, si latrones per noctem, quomodo continuasses?* Et assignat rationem : *Quia foderunt forcam;* quasi dicat : *Justum est ut decipiatur qui me decipere volerunt.* Psalm. cxvi : *Laqueum paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam.* Et inducit probationem : *Tu autem, Domine, sis.* Th. iii : *Vidisti, Domine, iniuriam illorum aduersum me, judica judicium meum.* Secundo excludit sententiae revocationem, excludens misericordiam : *De propriebus mundando a culpa, non deficiunt, liberando a pena.* Psalm. cxviii : *In memoriâ rediret iniurias quatuor eis in cons-*

pectu Domini, et peccatum matris ejus non delatur. Et imprecatur ponam : Fiant curruentes abutere eis, id est in malum utere, vel contra consuetudinem clementiae tuae Isa. iii : Ruit Jerusalem, et Iudas concidit : quia lingua vorum et uerbinas vorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.

Notandum, quod est quidam sibilus bonus divine inspirationis. Zach. x : *Sibilabo eis, et congregabo illos quia redembi eos*, Humilis confirmationis, III Reg. xix : *Post ignem sibilus aure tenuis*. Compassionis. Infra xlxi : *Omnis qui transibit per eam stupebit, et sibilabit super omnes plagas ejus*. Item est sibilus malus iniquae persuasionis. Sapient. xvii : *Serpentum sibilatione commoti, tremebundi peribant*. Insultationis. Thren. ii : *Omnes transeuntes per viam sibilaverunt, et moverunt capita sua super filiam*

Jerusalem : *Haccine est urbs, dicens, perfecti decoris, gaudium universæ terræ?* Et stuporis. Infra xxv : *Ponam eos in stuporem, et sibilum in solitudines sempiternas*.

Item super illud verbum, *Ut loquerer pro eis bonum*, nota, quod Christus loquitur pro nobis bonum ad impetrandum veniam. Lue. xxiii : *Pater, iugosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Ad excusandam culpam. I Joan. ii : *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum*; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ad Heb. xi : *Accessistis ad testamentum novi mediatores Jesum, et sanguinis aspersione melius loquentem quam Abel*. Ad impetrandam gloriam. Joan. xvii : *Volo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi*.

CAPUT DECIMUM NONUM

1. Hec dicit Dominus : Vade, et accipe laguncula ligni testem a senioribus populi, et a senioribus sacerdotum, et egredere ad vallem filiorum Ennon, quæ est iuxta introitum porte fictilis ; et prædicabis ibi verba qua ego loquor ad te, et dices : Audite verbum Domini, reges Juda, et habitatores Jerusalem. Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis qui audierit illam, timuant aures ejus, in quod dereliquerint me, et alienum fecerint locum istum : et libaverint in eis omnes, quos nescierunt ipsi, et patres coru, et reges Juda : et repleverunt locum istum sanguine innocentium, et adificaverunt exulta Baathum ad comburendos filios suis igni in holocausto Baaliu : que non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. Propterea ecce dies venient, dicit Dominus et non vocabitur amplius locus iste Tophet, et valis illi Ennon, sed valis occisionis. Et dissipabo consilium Juda et Jerusalem in loco isto, et subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, et in manu querentium animas coru, et dabo cadavera coru esca & volitibus eoh, et ponam civitatem hanc in stuporem, et in sibilum. Omnis qui præterierit per eam obstupescet, et sibilabit super universa plaga ejus. Et dabo eos carnibus filiorum suorum, et carnibus filiorum suorum : et quisquis carnes antici sui comedet in obdizione, et in angustia in qua concludent eos macti coru, et qui querunt animas coru.

2. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui dund tecum, et dies ad eos. Hec dicit Dominus exercituum : Sic conderam populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas ligni quod non

potest ultra, instaurari. Et in Tophet sepiacentur, eo quod non sit alius locus ad sepiendendum. Sic faciam loco hinc, ait Dominus, et habitatoribus ejus : et ponam civitatem istam sicut Tophet. Et erunt dominus Jerusalem, et dominus regum Juda, sicut locus Tophet, immunda : omnes domini in quarum dominatibus sacrificaverunt omni militie eoh, et libaverunt libaniam diis alienis.

3. Venit autem Jeremias de Tophet, quo miserat eum Dominus ad prophetandum, et stetit in atrio domus Domini, et dixit ad omnem populum : Hec dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Ecce ego inducam super civitatem hauc, et super omnes urbes ejus, universa mala que locutus sum adversum eam : quoniam industraverunt cervicem suam, ut nou audirent sermones meos.

4. Hic comminatur consummatam ponam : et primo designat prædicationis locum : *Ad vallem filiorum Ennon, quæ est iusta introitum porte fictilis, ubi ligni habitabant* ; et prædicabis ibi verba qua ego loquor ad te. Ezech. iii : *Audies de ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me*. Secundo ponit prædicationis verbum : et primo in loco a Deo prædicto ; secundo in templo, ibi, *Venit autem Jeremias de Tophet*. Circa primum duo. Primo prædicti eam verbo ; secundo præsignat eam facto ibi, *Et conteres lagun-*

culam. Circa primum primo comminatur pena in generali, petens audientiam : *Dices, Audite. Ps. ii : Et nunc reges intelligite, erudimini qui judicatis terram Tenuient, quasi ex commotione cordis prae stupore, sicut ex commotione magni soni. I Reg. iii : Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinniant amba aures ejus. IV Reg. xxi : Ecce ego inducam mala super Jerusalem, et Iudam, ut quicumque audierit, tinniant amba aures ejus. Et assignans causam, culpan populi : *Eo quod dereliquerunt me. Isa. i : Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* Et culpan regis quantum ad simplex homicidium : *Et reges Iuda. IV Reg. xxi : Sanguinem innocuum fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Jerusalem usque ad os.* Et quantum ad homicidium junctum sacrilegio. *Et edificaverunt excelsa Baalim. Ps. cv : Effuderunt sanguinem innocenter, sanguinem filiorum suorum, et filiarum suarum, quas sacrificaverunt scuptilibus Chanaam.* Secundo ponit penam in speciali : et primo quantum ad mala, quae passi sunt in urbis captione, ponens intersectionem hominum : *Propterea ecclesies venient; ubi designat occisorum multititudinem, et non vocabitur amplius locus iste Tophet.* Supra vi idem. Consilii dissipacionem : *Et dissipabo consilium Iuda, quod debellare Nahchodonosor cogitaverat, in loco isto, quia ibi occisi sunt : Job v : Apprehendit sapientes in astutia sua, et consilium praeorum dissipat.* Et occisionis speciem : *Et subvertam eos gladio.* Ezech. xxi : *Hic est gladius occisionis magnus, qui obstupescere eos fecit, et corde tabescere, et multiplicat ruinas.* Et ponens abjectionem cadaverum : *Et dabo cadavera eorum escam volatilibus caeli.* Ps. lxxviii : *Posuerunt mortalia**

servorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. Et poneus destructionem urbium : *Et ponam civitatem hanc in stuporem.* Supra xviii, idem. Secundo ponam quam passi sunt in obsidione : *Et cibabo eos carnibus filiorum suorum Deinde. xxviii : Comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum tuorum, et filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia, et castitate, qua opprimet te hostis tuus.* Thren. iv : *Manus mulierum misericordium coixerunt filios suos, facti sunt cibis eorum in contritione filiae populi mei.*

2. Designat praedictam penam factum : et primo ponit factum : *Conteres lagunculam.* Isa. x : *Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrorre, et excelsi statura succidentur, et sublimes humiliabuntur.* Secundo facti significatum : *Et dices ad eos, Primo quantum ad populi occisionem : Sic conteram.* Isa. xxx : *Comminuetur sicut conteritur lagena figuli, contritione pervalida.* Secundo quantum ad sepulturae locum : *Et in Tophet sepelientur, propter occisorum multitudinem¹.* Supra vii, idem. Tertio quantum ad urbis destructionem, *Sic faciam,* sicut Tophet, immundam, et sine domibus. *In quarum domatibus, idest in summatibus domorum, que planae erant, et in eis idola colebant.* Isa. xxii : *Ascendiisti et tu omnis in tecta chanoris plena, urbs frequens, civitas exultans.*

3. Postquam dixerat praedicta in valle Tophet ad populum, revertitur ad templum, ut auminetaret ea populo qui ipsum sequi noluit². Et plenum est. Act. vii : *Dura erat, et incircumcisus coribus, et auribus, vos semper Spiritum sancto resistitis; sicut et patres vestris, ita et vos.*

¹ Al. : « vel occisionis multitudinem. »

² Al. : « voluit. »

³ Al. : « incircumcisisti. »

CAPUT VIGESIMUM

1. Et audiuit Phassur filius Eunnius sacerdos qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem sermones istos. Et perennit Phassur Jeremiam prophetam, et misit eum in nervum, quod erat in porta Benjamini superiori in domo Domini. Cumque illixivisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam de nervo, et dixit ad eum Jeremias : Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum, sed Pavorem undique : quia haec dicit Dominus : Ecce ego dabo te in pavorem, te, et omnes amicos tuos, et corrumptus gladio iniuriorum suorum; et oculi tui videbunt. Et omnem Judam dabo in mano regis Babylonis, et traducet eos in Babylonem, et perirent eos gladio. Et dabo universam substantiam civitatis hujus, et omnem laborem Iudea, omneque prelum, et cunctos thesauros regnum Iudea in manu iniuriorum cornu; et diripient eos, et tollent, et ducent in Babylonem. Tu autem Phassur, et omnes habitatores domus tuae, ibitis in captivitatem, et in Babylonem venies, et ibi morieris, ibique sepelieris tu, et omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

2. Seduxisti me, Domini, et seductus sum ; fortior me fuisti, et inviavisti. Factus sum in derision tota die, omnes subsannant me : quia jam olim loquor vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito. Et factus est milii sermo Domini in opprobrium, et in derisione tota die. Et dixi : Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius. Et factus es in corde meo quasi ignis exstinctus, claususque in ossibus meis; et defeci, ferre non sustines. Andivi enim contumelias multorum, et terrorem in circumitu : Persequimini, et persecuamur eum : ab omnibus viris qui erant pacifici mei, et custodientes latum meum : si quo modo decipiatur, et prevaleamus adversus eum, et consequamur ultimum ex eo. Dominus autem meus est tamquam bellator fortis : idecero qui persecutar me, cadent et infirmi erunt, et confundentur vehementer : quia non intellexerunt opprobrium semperturnum, quod nunquam delebitur. Et tu Domine exercituum probator justi, qui vides reues, et cor, videam, queso, ultimum tuum ex eis : tibi enim revelavi causam meam. Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberavit animam pauperis de manu malorum.

3. Maledicta dies in qua natus sum ; dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annuntiavit patri meo, dicens : Natus est tibi puer masculus, et quasi gaudio leticiebat eum. Sit homo ille ne sunt civitates quas subvertitur Dominus, et non penitus eum. Audiat clamorem mane, et ululatum in tempore meridianum : quia non me interfecit a vulva, ut fieret mihi mater mea separatum, et vulva ejus conceputus aeternus. Quare de vulva egressus sum, ut videarem laborem, et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei ?

4. Finita comminatione contra populum, incipit comminatio contra principes. Et primo ponitur comminatio prophetae contra principes; secundo conspiratio

principum contra prophetam, infra xxvi : cap : *In principio regni Joakimi filii Josiae regis Iuda.* Circa primum duo. Primo comminatur contra principes Judaici populi; secundo contra illos, et alios, infra xxv cap : *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino.* Prima in duas. In prima comminatur contra principes in summo dignitatis gradu constitutos; in secunda contra omnes comminatur, infra xxv : cap : *Vx pastoribus qui dispergunt, et dilacerant gregem.* Circa primum duo. Primo comminatur contra summum in dignitate spirituali, scilicet contra summum sacerdotem; secundo contra summum in dignitate temporali, scilicet contra Regem, infra xxi cap : *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino.* Circa primum duo. Primo ponitur comminatio contra summum sacerdotem; secundo propter pericula quae ex hoc prophetae imminabant, ponitur ipsius conquestio, ibi, *Seduxisti me, nomine.* Circa primum duo. Primo ponitur comminationis occasio ex prophetae persecutione : ubi ponitur persecutionis ratio : *Prophetantem sermones istos, contra civitatem : hoc enim erat officium summi sacerdotis, ut scilicet falso prophetantes corriperet.* Infra xxix : *Dedit te Dominus sacerdotem pro Joaide sacerdote, ut sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitum, et prophetantem, ut mittas cum in nervum, et in carcere, etc.* Prophetae persecutio : *Ei percussit et misit cum in nercum, in carcere, genus tormenti ad detinendum captivos, Benjamini, quae duebat in tribum Benjamini; erat enim civitas sita in confinio duarum tribuum. Superiori, quia forte plures erant porta ducentes in terram illam, in domo Domini; inde in illa porta exercebatur iudicium de prophetis, et de ministris templi, et ibi cladebantur in carcere.* Thren. in : *Circumadiscavit adversum me ut non egrediar, aggravavit comprehendem meum.* Et prophetae liberatio : *Cum-*

que illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam de nervo. Act. iv : *Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, et seniores, et scribæ in Jerusalem.* Psalm. lxvii : *Qui educit vincos in fortitudine.* Secundo ponitur comminatio : et primo ponitur pena designatio ex immutatione¹ nominis : *Et dixit ad eum : loquitur ad modum hominis timidi, qui undique circumspicit.* Prov. x : *Pavor his qui operantur malum.* Secundo ponitur pena comminatio : *Quia haec dicit Dominus : et primo quantum ad ipsius amicos : Te, et omnes nens prædicationis verbum, quo arguebat aperte culpas, et comminabatur penas : Quia jun̄ olim loquor vociferans iniquitatem, et vastitatem, quæ tamen nundum venit.* Isa xvi : *His qui luctantur super murum cocti lateris, loquimini plaga suas.* Et consequens opprobrium : *Et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, idest opprobrii causa,* Act. xxvi : *Festus Paulo dixit : Multa litteræ ad insaniam te deduxerunt.* Tertio resignat injunctum officium *Et dixi.* Et primo abjectum officium, *Nou recordabor, idest, non cogitabo ulterius loqui ad populum noblebat enim margaritas ante porcos spargere.* Matth. vii : *Nolite sanctum dare canibus.* Secundo officium abjectum resumit : *Et factus est quasi ignis; quanto enim magis quis exterius a verbis abstinet, magis intus fervorem amoris sentit.* Ps. xxxviii : *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis.* In ossibus, in intimis mentis, defeci, a proposito, ferre non sustinens, interius incendium, *Audiri enim contumelias multiorum.* Hic conqueritur de officio assumpto, ex eo quod persecutio sustinebat. Et primo ponitur adversariorum persecutio : et primo ponit persecutum multitudinem, *Multorum, quibus resisti non potest.* *Persequimini;* in quo notatur ipsorum coniuratio. Ponit etiam familiaritatem : *Ab omnibus viris qui erant pacifici mei;* in quo notatur immunis periculum Abdiæ : *Onnes viri fuderis tui illuserunt tibi, invaliderunt contra te viri pacis tuæ.* Secundo ponitur

prophetæ confortatio, ponens divinum auxilium : *Dominus autem tecum, ad defendendum.* Isa. l : *Dominus Deus auxiliator meus, et ideo non sum confusus.* Et ipsius officium : *Et idcirco cadent, quia persequuntur.* Isa. xl : *Deficient pueri, et laborabunt, et juvenes infirmitate cadent.* *Confundentur, et reverantur qui quaerunt animam meam ut auferant eam.* amicos. Ps. lxxvii : *Sacerdotes eorum in gladio occiderunt.* Secundo quantum ad subditos, ponens captitatem hominum : *Et omnem Judam.* Thren. i : *Migravit Judas propter afflictionem, et multitudinem servitutis; habitavit inter gentes, nec inventum requievit.* Et direptionem bonorum : *Et dabo universam substantiam civitatis hujus.* Isa xxxix : *Auferentur omnia quæ in domo tua sunt, et quæ thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylonem.* Non relinquuntur quicquam, dicit Dominus. Tertio quantum ad ipsius domesticos : *Tu autem Phassur, et omnes habitatores domus tue, ibitis in captitatem et omnes amici tui quibus prophetasti mendacium;* promittens prospera. Isa. xxii : *Quasi pilum mittet te Dominus in terram latum et spatiösam.* Ibi morieris, etc. Amos vii : *Filiæ tui, et filii tue in gladio cadent, et humus tua funicula metietur, et tu in terra polluta morieris, et Israel captivus migrabit de terra sua.*

2. Hic ponitur prophetæ conquestio : et primo plangit injunctum officium, secundo nativitatis ortum. Circa primum duto. Primo plangit injunctum officium propter consequentiam irrisiōnem ; secundo propter persecutionem, ibi, *Audiri enim contumelias multorum.* Circa primum tria. Primo quasi conquerendo notificat injunctionis modum, *Seduristi;* idest occasiōnē deceptionis ex verbis tuis accepi : credebam enim me prophetatum contra gentes, et non contra Indiaeos a quibus persecutionem patior. Non autem vult imponere crimen deceptions in

¹ Al. : « mutatione. »

Deum, quia blasphemaret. *Invalisti*, impouens officium mihi renitenti, ut supra l. Et hoc praecepit quia fructum predicationis sue non vidit. Isa. xlix : *In vacua laborari, sine causa et rite fortitudinem meam consumpsi*. Secundo proponit predicationis eventem, ponens irrisiōnēm : *Factus sum in derisum omnes subsauviant* r̄ngatione nasi, irrisiōnēm prophanantes. Thren. iii : *Factus sum in derisum omni populo meo, canticum corruui tota die*. Et assignat rationem, pōterio ponitur petitio : ubi capiat benevolentiam, commendans justitiam, *Probaber*, idest approbator vel inquisitor et discussor : scientiam, *Qui videt renes*, quantum ad affectiones, *et corda*, quantum ad cogitationes. Supra xvii : *Ego Dominus scrutavi cor, et probans renes, qui do unicuique iusta viam suam*, etc. Petit vindictam : *Videam, quāso, ultionem meam ex eis* : assignat causam : *tibi enim revelavi, non hoc ignorantī, sed totam causam meam in te ponens*. Supra xi : *Tibi enim revelavi causam meam*. Quarto ponitur gratiarum actio, *Cantate Domino*. Psal. lxxi : *Quia liberavit pauperem a potente, pauperem cui non erat adiutor*.

3. Ille plangit nativitatis sue ortum.

Sed objicitur contra hoc quod hic dicitur. Sanctorum enim est gloriari in tribulationibus, ut dicitur ad Rom. v, ergo videtur quod Jeremias non debuerit pro tribulationibus in maledictionem prorumpere. Præterea dies creaturae Dei est; maledicere autem creaturæ Dei, est peccatum : ergo etc. Præterea dies transituum quid est, et hinc ponam maledictionis aptarē stultum est : ergo etc. Præterea nullus debet innocentii maledicere : sed ille homo in hoc quod Jeremiam non interfecit, innocens fuit : ergo peccavit ipsi maledicendo.

Ad primum dicendum, quod tribulatiōnes in se consideratae mala sunt in quantum contrariantur naturae bona, ut dicit Augustinus : et sic eas abhorreto naturali odio, peccatum non est. Si tamen propter eas ratio a sua rectitudine deducerentur,

hoc esset peccatum. Consideratae autem secundum quod promovent in bonum, sic sancti in ipsis gloriantur, sicut infirmus in sectione per quam sanatur. Ad secundum dicendum, et ad tertium, quod diei in sua natura consideratae non maledicunt, quia hoc esset stultum et peccatum, sed in quantum mala est, prout scilicet aliquid mali in ipsa accidit ; sicut et contra dies festus agitur propter aliquod bonum quod die illo accidit : et hoc significat illa maledictio ; Gregorius tamen respiciens ad naturam ipsius diei dicit quod ad litteram non potest intelligi. Et similiter dicendum ad ultimum, quod non maledidit illis hominibus nisi in quantum relationem habent ad suum actum. Unde per hoc dat intelligere horrorem summ, hyperbolice loquens, et tedium vita sue propter angustias quas patiebatur.

Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit maledictionem contra nativitatis tempus : *Maledicta dies*. Job iii : *Pereat dies in qua dictum est : Conceptus est homo*. Contra nativitatis nuntium : *Maledictus vir qui annuntiavit patri meo, dicens : Natus est tibi puer masculus et quasi gaudio lactificavit eum*.² Gen. xxi : *Gaudium fecit mihi Dominus, et quicumque audierit, corridebit mihi*. Et explicat maledictionis modum : *Si homo ille ut sunt civitates quas subvertit Dominus*. Isa. xxv : *Posuisti civitatem in tuonulum, urbem fortem in ruinam*. Et contra vitæ ministram, qui scilicet vitam conservavit : *Audiat clamorem, scilicet mortis Ut fieret mihi mater mei sepulcrum*, quasi non computatus esset inter homines, *conceptus aeternus*, qui scilicet numquam ad debitum partum pervenisset. Job iii : *Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perrī*. Secundo ponitur maledictionis ratio : *Quare de vulva egressus sum*? Supra xv : *Vae mihi, mater mea, quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ, in universa terra?* Mach. ii : *Vae mihi, ut quid natus sum videre contritionem populi mei, et contritionem civitatis sanctæ, et sedere illuc cum datur in manibus minicorum?*

Nota super illo verbo, *Seduxisti me*,

Domine, et seductus sum ; fortior me fuisti, et invalidisti, quia Dominus seducit trahendo persuasionibus. II Cor. ult. : *Cum essem astutus, dolo vos cepi.* Alliciendo consolationibus. Apocal. x : *Cum devorassem eam, amaricatus est venter meus.* Confortando promissionibus. Supra iv : *Ergo ne decepisti populum istum, et Jerusalem, dicens : Pax erit vobis ? Et ecce*

perrenit gladius usque ad animam. Invalescit autem Dominus corrigendo. Isa. viii : *In fortis manu sua eradicavit me, ne irem in via populi huius.* A noxiis retrahendo. Osee ii ; *Sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria.* Amore alligando. Osee xi : *In funeribus Adam traham eos, in vinculis caritatis.*

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM

1. Verbum quod factum est ad Jeremiah a Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiae, et Sophoniam filium Maasia sacerdotem, dicens : Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis prelatu[m] adversum nos : si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et recedat a nobis. Et dixit Jeremias ad eis : Sicut dicit Sedecias : Hoc dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego convertam vas belli quo in manibus vestris sunt, et quibus vos pugnatis adversum regem Babylonis et Chaldaeos qui obdident in circuitu[m] murorum, et congregabogea in medio civitatis hujus ; et debellabo ego vos in manu extenta, et in brachio fortis, et in furore, in indignatione, et in ira grandi, et percutiam habitatores civitatis hujus.

2. Homines et bestie pestilenta magna morientur. Et post hoc ait Dominus : Dabo Sedeciam regem Iuda, et servos ejus, et populum ejus, et qui derelicti sunt in civitate haec a peste et gladio et fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu inimicorum eorum, et in manu quarrentium animam eorum : et percutiet eos in ore gladii, et non dectetur, neque parcat, miserabitur. Et ad populum hunc dices : Hoc dicit Dominus Deus Ecce ego do eorum viam viam vitae, et viam mortis. Qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio et fame peste ; qui autem egressus fuerit, et transfigerit ad Chaldaeos, qui obdident vos, vivet, et erit ei anima sua quasi spoliu[m]. Posui enim faciem meam super civitatem hanc in malum, et non in bonum, ait Dominus. In manu regis Babylonis dabitur, et exiret eam igni. Et dominus regis Iuda : Audite verbum Domini, domus David. Hoc dicit Dominus : Judicate manu[m] iudicium, et eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur ut ignis iniquitatis mea, et succendatur, et non sit qui extinguat proper malitiam studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habilitricem vallis solidae atque empestratis, ait Dominus ; qui dicitis : Quis percutiet nos, et quis ingredietur domus nostra ? El visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus, et succendam ignem in salto ejus, et devorabit omnia in circuitu ejus.

* Al. : « ianici. »

4. Hic ponitur comminatio contra reges, qui obtinent summum gradum in potes-

tate saeculari : et primo secundum quod reges puniuntur per ponam populi : secundo secundum quod puniuntur in propria persona, xxii cap. : *Hoc dicit Dominus etc.* Circa primum duo. Primo ponitur regis interrogatio vel petitio : *Interroga ;* quasi dicat, quare dividum responsum, et ora pro nobis. Ille Phassur non est idem qui supra, qui ex alio patre natus. Isa. xxxvii : *Dies tribulationis et correctionis, et blasphemiae dies h[oc] :* quia venerunt filii usque ad partum, et virtus non est pariendi. Et infra ibid. : *Lecargo orationem pro reliquis quae reperta sunt.* Secundo ponitur prophetæ responsio : *Et dirxit Jeremias.* Et primo comminatur ponam quantum ad tempus ante civitatis captionem, contra tria in quibus confidebant : scilicet in armorum munitione : *Ecce convertam* ; quasi dicat : Arma quae contra hostes assumpsistis, in vospis posse convertentur, quia contra vos invicem pugnabitis. Psalm. vii : *Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniurias ejus descendet.* Vel convertentur, quasi sine fructu. Confidebant etiam in murorum fortitudine : contra quod dicit : *Et Chaldaeos, qui obdident in circuitu murorum* ; quasi dicat, non impedientibus muris. Thren. iv : *Non crediderunt reges terra, et universi habitatores orbis, quoniam ingredieretur hostis, et inimicus¹ per portas Jerusalem.* Confidebant etiam in divina protectione : contra quod dicit : *Et debellabo ego vos in manu extenta, id est potentia mea ad*

¹ Al. deest : « quantum. »

vindictam parata, *forti*, cui resisti non potest, *furore*, quantum ad pessimos, *indignatione*, quantum ad minus peccantes, *in ira grandi*, contra medios.

2. Hic tangit modum impugnationis. Ezech. xx : *In manu calida, et in brachio extento, et in furore effuso regnabo super eos, et adducam eos in desertum populi rum, et iudicabor vobis in ibi, facie ad faciem.* Et quantum ad tempus post urbis captionem : *Et post hoc, comminans penam, dabo Sedecliam.* Thren. i : *Dedit me Dominus in manus de qua non potero fugere.* Et excludit misericordiam. *Et non flectetur, precibus, vel muneribus, neque purcat, propter pristinam amicitiam, neque misericordit, ex compassione misericordie.* Proverb. vi : *Zelus et furore viri non parcer in die vindictae, nec acquiescet cuiusque precibus, nec suscipiet pro redemptione donu plurima.* Et hoc quia pactum non servavit. Ezech. xvii : *Qui dissoluit pactum, numquid effugiet?* Secundo proponit eis salutis viam quantum ad populum : *Et ad populum hunc dices.* Et primo dat eis eligendi libertatem : *Ecce ego do coram vobis viam vitæ, et viam mortis.* Ecel xv : *Ante hominem vita et mors, bonum et malum : quod placuerit ei, dabitur illi.* Ponis disjunctionem : *Qui habita veritatem in urbe hac morietur... qui autem egressus fuerit... vivet.* Isa li : *Egred*

dimini de medio ejus, populus meus, ut salvet unusquisque animum suum ab ira furoris Domini. Et assignat rationem : *Posui enim faciem meam super civitatem hanc.* Supra i : *Ollam succersam ego vidro.* Et ad regem : *Et domini regis Iudei, scilicet dices, ponens consilium : Judicate nunc.* Psal. lxxxii : *Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.* Et ponit immensum periculum : *Ne forte egreditur ut ignis indignatio mea.* Dent. xxxii : *Ignis successus est in furore meo, et ardebit usque ad infernum novissimum.* Tertio excludit falsam fiduciam, ponens confidentiae causam : *Ecce ego ad te, id est aream Jerusalem, habitatricem vallis solidam, atque campestris : erat enim Jerusalem in latere montis versus vallem Arnon : ergo pars erat in valle.* Vel dicitur despective, sicut Isa. xxii : *Onus vallis visionis etc.* Et etiam ex monte habebat soliditatem, fortitudinem et firmitatem ; et ex fructiferis vallis habebat fertilitatem. Et superbam audaciam : *Qui dicitis ; Quis percutiet nos?* Abdias ii : *Qui dicis in corde tuo : Quis detrahet me in terram?* Et communiat penam : *Et visitabo, et succendam ignem in saltu, in fructuosum populum.* Joclis i : *Ignis comedit speciosa deserti, et flamma succedit omnia ligna regionis.*

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM

t. Hec dicit Dominus : *Descende in dominum regis Iuda, et loqueris ibi verbum hoc, et dices : Audi verbum Domini, rex Iuda, qui sedes super solium David, tu, et servi tui, et populus tuus, qui ingrediuntur per portas istas.* Hec dicit Dominus : *Facite iudicium, et justitiam, et liberate vi oppressum de manu calumniatoris ; et adveniam, et propinquum, et viduam nolite contristare, neque opprimitantem inique, et sanguinem innocentem ne effundant in loco isto.* Si enim facientes feceritis verbum istud, ingrediuntur per portas domus hujus reges sedentes de genere David super thronum ejus, et ascendentibus curvis, et equos, ipsi, et servi, et populus eorum. *Quod si non audieritis verba hec in membris juriavi, dicit Dominus, quia in soliditudinem erit dominus haec.* Quia haec dicit Dominus super dominum regis Iuda : *Galaad, tu mihi*

caput Libani : si non posuero te soliditudinem, urbes inhabitabletes. Et sanctificabo super te interfectos virum, et arma ejus ; et succident electas cedros tuas, et praecepit abut in ignem, et pertransibunt gentes multe per civitatem hanc, et dicet unusquisque proximo suo : Quare fecit Dominus sic civitati huic grandi ? Et respondebunt : Eo quod dereliquerunt pactum Domini Dei sui, et adoraverint deos alienos, et servierint eis. Nolite ille mortuum, neque lugescit super eum fletu. Plangite eum qui egreditur ; quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis sue. Quia haec dicit Dominus ad Sallum filium Josie regem Iuda qui regnavit pro Josia patre suo, qui egressus est de loco isto : *Non revertetur huc amplius, sed in loco istam non transiliat cum ibi morietur, et terram istam non videbit amplius.*

¹ Al. : « *habitat.* »

2. Vix qui ædificat domum suam in injustitia, et cœnacula sua non in iudicio. Amicui sum opprimit frusta, et mercedem non reddet ei. Qui dicit: *Ædificabo mihi domum latam et cœnacula spatiosa;* qui aperit sibi fenestras, et facit laquearia cedriq[ue] pinguis synopis. Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? Pater tuus nunquid non comedit et bibit, et fecit iudicium, et justitiam, tunc eum, bene erat ei? Judicavit causam pauperis, et egeni in bonum suum. Numquid non ideo quia cognovit me? dicit Dominus. Tui vero oculi, et cor ad avaritiam, et ad sanguinem innocentium fundendum, et ad calumniandum et ad cursum mali operis. Propterea haec dicit Dominus ad Joakim filium, Josias, regum Iuda: Non plangent eum: Vie frater, et via soror; non concrepabit ei: Vie Domine, et via inclite; Sepultura asini sepelietur, putrefactus, et projectus, extra portas Jerusaleni. Ascende Libanum, et clama, et in Basan da vocem tuam, et clama ad transentes: quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in abundancia tua; et dixisti, Non audiam. Haec est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, et amatores tui in captivitatem ibunt. Et tunc contunderis, et erubesces ab omni malitia tua, que sedes in Libano, et nidiucas in cedris. Quomodo congenerasti cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?

3. Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Jechonias filius Joakim regis Iuda annuus in manu dextera mea, inde evellam eum. Et dabo te in manu querentium animam tuam, et in manu quorum tu formidas faciem, et in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu Chaldeorum. Et mittam te, et matrem tuam que genuit te, in terram alienam in qua nati non es, ibique moririemini: et in terra ut quam ipsi levant animam suam ut revertantur illic, non revertentur. Numquid vas fictile, atque contritum vir iste Jechonias? Numquid vas absque omni voluntate? Quare abjecti sunt ipsi, et semen ejus, et proiecti sunt in terram quam ignoraverunt?

4. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Haec dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabit: nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solum David, et potestatem habeat ultra in Iuda.

4. Ille ponitur comminatio contra reges secundum quod in persona propria puniuntur: et circa hoc tria facit. Primo enim ponitur annuntiandi præceptum, et designat prædicationis locum, *Descende:* quia templum ubi propheta stabat ad orandum, in eminentiori situm erat. Act. x: *Descende, et vade cum eis¹ nihil dubitans, quia ego misi illos.* Secundo dat salutis consilium, petens auditum, *Audite,* Psal. ii: *Et nunc reges intelligite, eruditimi qui judicatis terram.* Proponens consilium ut faciat bonum, servans justitiam: *Hoc dicit Dominus; Facite iudicium, executionem justitiae: quod propriæ regis, et judicis est.* Sap. i: *Diligite jus-*

ticiam qui judicatis terram. Et impediendo calumniam: *Et liberate vi oppressum.* Psal. lxxxii: *Eripe pauperem, et egenum de manu peccatoris liberare.* Et ut vitet malum quantum ad injustam² ablacionem rerum: *Et avenam, et pupillum, et viduam nolite contristare.* Exod. xxii: *Avenam non contristabis; neque affliges eum.* Et quantum ad occisionem innocuum: *Et sanguinem innocentem ne effundatis.* Exod. xxiii: *Insontem et justum non occides, quia adversor impium.* Et ponit consilii fructum, proponens præmium servantibus: *Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredierunt per portas domus hujus reges de genere David.* Supra xvii, idem. Et ponam contementibus: *Quod si non audieritis verba haec, in memetipso juravi, quia majorem non habeo.* Hebr. vi: *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem juraret majorem, juravit per semetipsum. In solitudinem.* Isa. i: *Desolabitur sicut in vastitate hostili. Dominus, regia, vel templum.* Tertio prædicet imminens poriculum: et primo in regiam urbem, tangens gloriam: *Quia haec dicit Dominus super dominum,³ scilicet Jerusalem: Tu mihi caput;* idest, tu finisti mihi caput in toto regno, sicut Galaad caput in planitiæ que est in summitate Libani, ubi Laban inventi Jacob, Gen. xxxi. Psal. lxxvi: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Prædicet futuram poenam, ponens poenæ inflictionem quantum ad desolationem urbium: *Si non posuero,⁴ quasi dicat, non credatur milii, urbes, tibi subditas.* Joel. ii: *Quasi hortus voluptatis terra coram eo, et post eum solitudo deserti.* Et quantum ad occisionem hominum, ponens interficiētem: *Et sanctificabo;* quasi dicat: Ad meum præceptum implendum deputabo. Simile Isa. xii: *Ego mandavi sanctificatis meis, et vocabo fortis meos in ira mea, etc.* Et imperfectiōnem: *Et succident cedros, idest maiores de populo, ut servetur metaphora. Zach. xi: Aperi, Libate, portas, et comedet ignis cedros tuas: uala abirs, quia eccecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt.*

¹ Al. : *a hic.* ² — ² Al. : *a injustitiam.* »

³ Al. : *a solium.* » — ⁴ Al. : *a proposuero.* »

Ponens etiam penae inflictae stuporem :
Et perturbans gentes : ubi ponit interrogacionem stupentium : *Quare fecit Dominus sic cito ritu huic?* et responsionem audientium : *Et respondebant.* Deut. xxix : *Et dicunt omnes gentes :* *Quare sic fecit Dominus terrenu[m] huic?* *Quare est ira favoris ejus immensa?* Et respondebant : *Quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum patribus eorum,* etc. Secundo ponitur comminatio contra regiam stirpem : et primo contra Joakinum filium Josiae, ibi, *Quia haec dicit Dominus,* secundo contra Joatham filium Josiae, ibi, *Vx qui adulcificat domum suam in iniustitia;* tertio contra Jeconiam filium Joakinum, ibi, *Vivo ego, dicit Dominus.* Et de his habetur iv. Reg. xxiij. Circa primum duo. Primo ponitur comminatio : ubi interdictum luctum pro Josia oeciso : *Nolite fovere mortuum,* scilicet Josiam. Eecli. xxii : *Modicum plora super mortuum, quoniam requiecit.* Et indicit planctum pro Joatham a Pharaone captivato ; *Plantig[em] eum.* Job xx : *Oculus qui eum viderat non videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus.* Fletus autem dicitur cum emissione laerynarum ; luctus addit quantumdam solemnitatem ; sed planctus adhuc addit conquestationem per verba. Secundo ponitur comminationis confirmationem per sententiam divinam : *Quia haec dicit Dominus ad Sellum, Joakin, quia omnes filii Josiae dicti sunt Sellum, iudest consummatio, eo quod in ipsis regnum finitum sit.* Isa. xxii : *Quasi pilum mittet te Dominus in terram lutam, et spatiuosam,* Et secundum hoc tota prophetia istius capituli facta est temporibus Joakinum ; et dicit captivitatem Joatham quasi praeteritam, et praedicit aliorum captivitatem quasi futuram. Sed Hieronymus vult quod istud quod dictum est, exponatur de Sedenia, et quod hincusque prophetia facta sit temporibus Sedenie a principio II capituli, et deinceps super Joakinum.

2. Ille ponitur comminatio contra Joakim. Et primo arguit culpam injustæ adificationis, ponens injustum adiſcium: *Vx ei qui adiſicat, scilicet Joakim filio*

Josiae, cornicula, cameras, et proprie illas ad quas ascenditur sealis vel gradibus, a conendo dictas. Eccli. xxi : *Qui adificat domum suam impensis alius, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Anicum suum oppinet frustra, petens scilicet auxiliium ad adficandum.* Leviticus. xix : *Non remaneat merces mercenarii tui apud te usque mane.* Ponens etiam adfici ordinatum : *Qui dicit : Adficebo mihi domum latam... laquearia,* quae cameris elevatis in solarium observationem³ succedunt, synopide, colore rubeo dicto a Synope civitate Persarum. Secundo excludit falsam fiduciam, qua promittebat sibi prosperitatem, quam pater suis Josias habuerat ponens stultam comparatione : *Numquid regnabis, quoniam confers tecido?* patri tuo. Psal. xxxvi : *Vidi impium suprexaltatum et elevatum sicut cedros Libani.* Et ostendit eorum discretionem, proponens patris justitiam : *Pater tuus conedit;* et tamen propter abundantiam non deseruit justitiam ; et ideo prospere sibi successit. Job xxix : *Cumque sederem quasi rex, circumstante; etram tamen maxentum consolator.* Et proponebant filii injustitiam : *Tu vero oculi, quantum ad cognitionem, et cor, quantum ad affectionem cordis, ad auritum, quantum ad injustam rerum ablationem, et lumen, falsam criminis impositionem,* ut tali occasione oppimeret, *ad cursum mali,* quasi dicat. Quod corde conceperas, opere explebas. Genes. vi : *Cuncta cogitatio humani cordis intenta est ad malum omni tempore.* Tertio comminatur paucum Propter hoc dicit Dominus. Et primo quantum ad ipsum regem, privatione plautus : *Non plangent, consanguinei, non concrepabunt, simul concordantes subditi.* Supra xvi : *Non plangentur, et non seplientur : in sterquilinum super faciem terræ erunt.* Et privatione sepulture : *Sepultura asini sepliuntur :* quia projectus bestiis devorandus. Isa. xiv : *Omnes reges gentium, universi dormierunt in gloria, vir in domo sua; tu autem projectus es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, et obvotatus cum his qui*

¹ Al. : σ pro Sellum. n.

² Al. : « pro Joachim, et infra. »

³ Al. : « forte, obsecratione. »

Al. : « quasi ex circumstante exercitu. »

interfecti sunt gladio, et descenderunt ad fundamenta laci. De illo autem Joakim diversa in diversis inveniuntur iv enim Reg. xxiv, dicitur, quod *immisit Dominus latrunculos vicinarum gentium contra ipsum, qui interfecerunt ipsum; et dormivit cum patribus suis.* Il vero Paral. xxxvi, dicitur, quod ascendit contra eum rex Babyloniæ, et duxit eum in Babyloniam quasi captivum. *Josephus* autem dicit, quod cum ingressus esset civitatem Nabuchodonosor, vel Nabuzardam, fregit pactum, et interfecit multos juvenes, cum quibus et Joakim. Ille autem dicitur, quod fuit insepultus. Et ideo ad concordiam omnium horum sciendum est, quod iste Joakim substitutus fuit a Pharaone Joatham fratri suo, et regnavit post eum rege Ægypti. Tandem VIII anno regni ejus, venit Nabuchodonosor contra eum, et tradidit se sibi. Et factus est ei tributariorum duobus annis. In decimo autem anno rebellavit. Unde Nabuchodonosor venit contra eum, et captivum ducens in Babyloniam: cui in via confederatus est, et reversus est in Jerusalem. Sed Nabuzardam, congregatis latrunculis vicinarum gentium, intravit Jerusalem, et frangens pactum, interfecit eum: quo sepulso in sepulcris regiis a populo terra, Nabuzardam indignatus fecit eum effodi, et projici bestiis devorandum. Secundo contra principes ipsius ponens eorum contritionem: *Ascende Libanum, montem templi, in Basan, que subjacet monti Jerusalem.* Isa xi: *Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion.* Amatores, principes et defensores. Ponens etiam hujus rationem ex inobedientia: *Locutus sum ad te in abundantia tua, idest quando bonis a me traditis abundabas.* Supra vi: *Audite vocem tubae. Et dixerunt, Non audiemus.* Et ex antiqua consuetudine: *Hæc est via, scilicet inobedientia, ab adolescentia, scilicet a tempore quo egressa est de Ægypto.* Isa. xlviij: *Transgressorum ex ventre vocari te.* Supra ii: *A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vineula mea, et diristi: Non serviam.* Et ponit contritionis modum

et ordinem: *Omnes pastores tuos, idest principes, pascet ventus, dispersionis in captivitatem, amatores, Ægyptii. Osæc. xii: Ephraim pascit ventum, et sequitur vestum.* Tertio comminatur contra ipsam civitatem regalem, confusionem: *Et tunc confunderis... que sedes in Libano, in quo designatur superbia.* Roman. vi: *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* Et dolorem. *Quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?* præteritum pro futuro. ² Psal. xlviij: *Ibi dolores ut parturientis.*

3. Ille ponitur comminatio contra Jechoniam: et primo comminatur captivitatem; secundo sterilitatem, ibi, *Terra, terra.* Circa primum duo. Primo ponitur captivitatis comminatio quia comminatur dignitatis amissionem, et divini auxiliū destitutionem: *Si fieri Jechonias filius Joakim regis Iuda annulus in manu: quantumcumque in loco murato* ³ *ut, quamvis rex populi mei; evellam, privando ipsum dignitate sua, et auxilio meo.* Apocalyp. ii: *Amoveba candelabrum tuum de loco suo, nisi paenitentiam egeris.* Comminatur etiam hostium servitatem: *Et dabo te.* Thren. i: *Dedit me Dominus in manu de qua non potero effugere.* Comminatur etiam captivitatem: *Et mittam.* Baruch. ii: *Quid est, Israel, quod in terra inimicorum es? Inveterasti in terra aliena.* Secundo ponitur comminationis admiratio: *Nunquid vas fictile, utque contritum vir iste Jechonias?* quasi, nullam soliditatem virtutis, vel potentiae habens, *Voluptate,* quia Dominus in ipso non delectatur. Eccl. xxi: *Cor satui quasi vas confractum et omnem sapientiam non tenet.*

4. Ille comminatur sterilitatem, quæ nec tenebit fructum præsentis prosperitatis: *Terra, terra, terra,* quasi dicat: Ex quo homines non audiunt, saltem insensibilia obedient. Vel est methonimia, continens pro contento. Et dicit ad maiorem expressionem; vel propter tres partes terræ. Deut. xxxii: *Audiat terra verba oris mei. Scribe, quasi sententiam,*

¹ Al.: a et tu qui sedes. ⁴

² Al.: « quomodo congemisti. præteritum pro

futuro... parturientis. »

³ Al.: « mutato. »

quae scripto traditur, ut in memoria conservetur. Supra xvii : *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferro in ungue adamantino. Sterilem*, quia mente non conceperit ea qua sibi forent utilia. *Non prosperabitur*, in operibus suis. Erit etiam sterilis, quantum ad frumentum successione in dignitate regali. *Nec enim erit vir*, qui sit purus homo : Christus enim de semine ejus fuit, sed fuit Deus et homo, Matth. i. Nec illo regnandi modo rex fuit, sed regnat aeternilater ad dexteram Dei patris. *Potestatem habeat*, quasi regiam. Quia Zarobabel nepos ejus. Rex populi non fuit. Infra xxxvi : *Non erit ex eo qui sedeat super solium David etc.*

Nota super illud, *Nolite flere super mortuoum*, quod non multum plorandum est super mortuum propter planetus inutilitatem. Eccli. xxxviii : *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te.* Propter mortis communitatem. II Reg. xiv : *Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur, in terram, quæ non revertuntur.* Propter culpæ immunitatem. Sapien-

iv : *Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Propter laboris quietem. Apocalyp. xiv : *Amodo jam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.* Propter gloriae consecrationem. II Corinth. v : *Scimus enim, quod si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ardificationem ex Deo habemus, dominum non manu factam, sed aeternam in carnis.*

Item super illud, *Omnis pastores tuos pascet ventus*, nota, quod pastores Ecclesiae quandoque pascit ventus elationis, Isa. lvii : *Omnis eos auferet ventus, tollat aura.* Ventus nimiae expectationis. Eccli. xxxiv : *Quasi qui apprehendit umbram, et persequitur ventum, sic et quod attendit ad visa mendacia.* Ventus captivitatis. Ezech. v : *Tertia partem disperges in ventum, et gladium nudabis post eos.* Et futurae damnationis. Supra xviii : *Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico; dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.*

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM

1. *Vic pastoribus qui dispurgant et dilacerant gregem pascentem meæ*, dicit Dominus. Ideo hic dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascent populum meum : *Vos dispersistis gregem meum, et ejeclistis eos, et nou visitastis eos.*

2. *Eece ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum*, ait Dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc, et convertam eos ad rura sua; et crescent, et multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, et pascent eos. Non formidabunt ultra, et non pavent, et nullus queretur ex numero, dicit Dominus. Ecce dies venient dicit Dominus; et suscitabo David gerumen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis salvabitur Iuda, et Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt enim, Dominus justus noster.

3. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicent ultra : *Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Egypti;* sed, *Vivit Dominus, qui eduxit, et adduxit semen domus Israel de terra aquilonis*, et de cunctis terris ad quas ejeceram eos illuc, et habitabunt in terra sua.

4. Ad prophetas : *Contributum est eorum mensum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.* Factus sum quasi vir ebrius, et quasi homo madidus a viuo, a facie Domini, et a facie verborum sancto-

rum ejus : quia adulteris repleta est terra quia facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arva deserti; factus est cursus eorum malus, et fortitudo eorum dissimilis.

5. Prophetae vaueant, et sacerdos polluti sunt et in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. Ideo via eorum eris quasi lubricum in tenebris, impellentur enim, et corrident in ea. Afteram cuius super eos mala, annui visitationis eorum, ait Dominus. Et in prophetis Samariae vidi fatuatatem, et prophetabant in Baal, et decipiebant populum meum Israel. Et in prophetis Jerusaleni vidi similitudinem adulterantium, et iter mendacii. Et confortaverunt manus pessimorum, ut non convertereatur uniusquisque a malitia sua. Facti sunt nibi omnes in Sodoma, et habitatores ejus quasi Gomorrah. Propterea haec dicit Dominus exercitum ad prophetas : Ecce ego cihalo eos absinthio, et potabo eos felle. A prophetis enim Jerusaleni egressa est pollutio super omnem terram.

6. Haec dicit Dominus exercitum : *Nolite audire verba prophetarum qui prophetant volvis, et decipiunt vos.* Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his qui blasphemant me : *Locus est Dominus, Pax erit volvis :* et omnibus qui ambulant in proximitate cordis sui dixerunt : *Non veniet super vos malum.* Quis enim affuit in consilio Domini, et vidit, et audivit sermonem ejus?

Quis consideraverit verbum illius, et audivit? Ecce turbo dominiorum indignationis egredietur, et tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non revertetur furor Domini usque dum faciat, et usque dum compleat cogitationem cordis sui. In novissimis diebus intelligitis consilium ejus. Non multebant prophetas, et ipsi currebant; non loquerar ad eos, et ipsi prophetaabant. Si stetissent in consilio meo, et nota fecissent verba mea populo meo, avertisset utique eos a via sua mala, et a cogitationibus suis pessimis.

7. Potasne Deus e vicino ego sum, dicit Dominus, et non Deus de longe? Si occidentur vir in absconditis, et ego non videbo eum? dicit Dominus. Numquid non celum et terram ego implo? dicit Dominus. Audiri quae dixerunt prophetae prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Sonniavi, sonniavi. Usquequo istud est in corde prophetiarum vaticinantium mendacium, et prophetantium seductiones cordis sui? Qui volunt facere ut obliviscatur populus mens nominis mei, propter sonnia eorum, quae narrat uniusquisque ad proximum suum; sicut oblitus sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Prophetae qui habent sonnum, narrat sonnum, et qui haleat sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad tritium? dicit Dominus. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, et quasi malus conterens petram?

8. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea, uniusquisque a proximo suo. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguis suas, et aiunt: Dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas sonniantium mendacium : dicit Dominus qui narraverunt ea, et seduxerunt populum meum in mendacio suo, et in miraculis suis; cum ego non misissem eos, nec mandasssem eis, qui nihil proficerent populo huic, dicit Dominus.

9. Si igitur interrogaverit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos dicens: Quod est omnis Dominus? dices ad eos: Vos estis omnis. Projiciam quippe vos, dicit Dominus. Et propheta, et sacerdos, et populus qui dicit, Omnis Dominus; visitabo super virum illum, et super dominum ejus. Haec dicitis uniusquisque ad proximum, et ad fratrem suum: Quid respondit Dominus, et quid locutus est Dominus? Et omnis Domini ultra non memorabitur, quia omnis erit unicuique sermo suus. Et pervertitis verba Dei viventis, Domini exercituum, Dei nostri. Haec dices ad prophetam: Quid respondit tibi Dominus et quid locutus est Dominus? Si autem omnis Domini dixeritis: propter hoc haec dicit Dominus: Quia dixistis sermonem istum, Omnis Dominus, et misi ad vos dicens: Nolite dicere, Omnis Dominus: propterea ecce ego tollam vos portans, et derelinquam vos, et civitatem quam dedi vobis, et patribus vestris, a facie mea, et dare vos in opprobrium semperium et ignominiam aeternam, quae nunquam obliuione delebitur.

•

4. Hic ponitur comminatio contra omnes principes in generali: et primo ponitur comminatio contra malos principes; secundo ponitur discretio bonorum a malis, ibi, *Ostendit mihi Dominus*, cap. xxiv: Prima dividitur in duas. Primo ponitur comminatio contra preminentes in populo ex auctoritate regiminis, scilicet

cet praelatos; secundo contra praeminentes in populo ex privilegio divinitatis revelationis, scilicet prophetas, ibi, *Ad prophetas: Contritum est cor meum in medio mei*: Cirea primum duo. Primo arguit culpam; secundo comminatur premianam, ibi, *Ecce ego visitabo*. Circa primum dno. Primo ponitur populi dispersio: *Dispergunt*, expellendo de terra sua, *dilacerant*, occidendo, vel spoliando; vel propter tyrannidem quam in eos exercerant; vel quia fuerunt occasio ut populus huic ad hostibus pateretur, dum in peccatis viventes, populum a peccatis non retrahebant. Infra l: *Grez perditus factus est populus meus, pastores eorum seducerunt eos, feceruntque vagari in montibus*. Secundo ponitur pastorum increpatio. Ideo huc dicit Dominus: *Ejecisti*, occasionaliter, vel propter tyrannidem. Ezech. xxxiv: *Cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora: donec dispergerentur foras*.

2. Hic comminatur premianam: et primo ponitur contra pastores comminatio, *Visitabo super vos iusta fructum studiorum vestrorum*. Secundo ponitur consolatio dispersi gregis, *Ergo congregabo*: ubi primo ponit congregationem. Ezech. xxxiv: *Educam eas de populis, et congregabo eas de terris, etc.* Et status prosperitatem, *Et crescent*. Genes. 1: *Crescite, et multiplicamini, et replete terram*. Secundo promittit eis pravatorum emendationem: et primo promittit eis sollicitos principes, ponens pastorum sollicitudinem: *Et suscitabo*, quando jam in nihilum deciderint, *pastores*. Esdram, et alios secundum quosdam. Sed melius Apostolos. Supra iii: *Dabo robis pastores iusta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina*. Et sollicitudinis utilitatem, scilicet securitatem: *Non formidabunt*, quiautem ad signa timoris exterius, et non pavent, intei rins, et nullus quarretur ex numero, quasi dicit: Nullus de numero Ecclesia timebit, vel detinet ex negligientia Apostolorum. Vel refertur ad numerum prae desinatorum. Joan. xvii: *Nemo ex eis periret nisi filius perditionis*. Ista famea se curitas non perficitur in vita ista, sed perficitur quando *perfecta caritas foras*

mittet timorem : I Joan. iv¹, consummabitur autem in futuro. Secundo promittit eis optimum regem, ostendens temporis congruitatem : *Ere, propter certitudinem, dies, gratiae.* II Corinth. iv : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Venientis regis conditionem quantum ad nobilitatem generis : *Et suscitabo David germen justum.* Infraxxxiiii : *Germinare faciam David germen justitiae, et faciet iudicium, et justitiam in terra.* Quantum ad auctoritatem dignitatis : *Et regnabit rex, non solum super Iudeos, sed etiam super omnes reges.* Lue. i : *Et regnabit in domo Jacob in aeternum.* Dan. vii : *Cujus regnum, regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei, et obedient.* Quantum ad sapientiam cordis : *Et sapiens erit, immo ipsa sapientia.* Corinth. i : *Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam.* Et quantum ad executionem juris : *Et faciet iudicium, in primo adventu contra diabolum, qui diebatur princeps mundi :* Joan. xii : *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras, scilicet in tenebras exteriores ; in secundo vero contra omnes, puniendo per generalem sententiam.* Joan. v : *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.* Et *justitiam*, quam docuit servandam. Matth. v : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum et pharisaeorum, non intrabis in regnum caelorum.* Et ad impleendum auxilium gratiae : unde ponit adventus utilitatem, quantum ad salutem a poenititate : *In diebus illis salvabitur* : in primo adventu particulariter ; in secundo adventu universaliter, quando omnis Israel salvus fiet : Rom. xi. Isa. x : *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo.* Et quantum ad securitatem : *Et Israel habitabit confidenter.* Et hoc exponendum est ut supra. Isa. xxxii : *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis justitiae, et in requie opulenta.* Iuda dicit, quantum ad duas tribus ; Israel, quantum ad decem, ad significandum quod in fide

Christi concordes erunt. Osee i : *Et ponent sibi met caput unum, etc.*

3. Hie ostendit beneficij magnitudinem ex hoc quod ob hoc beneficium oblivio ni tradetur pristinum beneficium : et protest referri ad liberationem factam per Cyrus² ; vel melius ad liberationem factam per Christum. Isa. xlii : *Ne memineritis priorum, et antiqua ne intuemini.*

4. Ille ponitur comminatio contra prophetas, sicut titulus ipse declarat : et primo ponitur comminatio contra prophetas ; secundo contra prophetarum visiones³, ibi, *Si igitur interrogaverit te populus iste etc.* Circa primum duo. Primo ponit prophetarum deceptionem ; secundo ponit deceptionum diversitatem, ibi, *Hoc dicit Dominus etc.* Circa primum duo. Primo ponit effectum deceptionis in populo ; secundo ponit decipientium prophetarum peccatum, ibi, *Propheta namque, et sacerdos polluti sunt.* Circa primum duo. Primo ponit prophete compassio super futura contritione, quam designat per contritionem cordis : *Contritum est cor meum ; per tremorem corporis : Contremuerunt omnia ossa mea ;* sicut solet turbatis accidere ; per impedimentum cognitionis : *Factum sum quasi vir chrius qui non habet usum rationis :* et hoc ex magnitudine stuporis, *madidus a vino,* qui habet quidem rationis usum, sed impeditum propter multam potationem, *a facie Domini, a presentia revelationis ipsius qui mihi se iratum contra Iudeos dicit, verborum sanctorum ejus, quibus mihi culpam ipsum notificavit, et poenam praedixit.* Psalm. xxi : *Dispersa sunt omnia ossa mea, factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei.* Isa. xxix : *Obtupescite et admiramini, fluctuate, et vacillate, inebriamini, et non a vino, movemini, et non in ebrietate etc.* Secundo ponitur populi dissipatio : et primo quantum ad culpa magnitudinem : *Quia adulterii, idolatria scilicet, et aliis peccatis, repleta est terra, Iudeorum.* Isa. ii : *Repleta est terra ejus idolis etc.* Secundo

¹ Al. : « sed perficitur, quoniam perfecta caritas foras mittit timorem. »

² Al. : « Titum. »

³ Al. : « irrisiones. »

quantum ad poenae inflictionem : quia *a facie maledictionis*, scilicet divinæ, *luxit*, sterilis facta. Isa. xxiv : *Luxit et defluxit terra, et infirmata est etc.* Tertio in quantum ad obstinationem : *Factus est cursus eorum malus*, quia ad malum parati sunt pro peccatis. Proverb. i : *Pedes eorum ad malum currunt. Dissimilis*, fortitudini sanctorum patrum, qui in servitio Dei seipso exercebant. Prov. xv : *Cor stultorum dissimile erit.*

5. Ille ponit malitia prophetarum quasi causa malitia populi : et primo in generali ponens culpam : *Polluti sunt, diversis criminibus, in domo mea, scilicet templo, vel populo.* Supra xi : *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* Et subjungens poenam : *Idecirco via eorum erit quasi lubricum; idest corruent in peccatis suis sicut in tali via.* Psalm. xxxiv : *Fient viae illorum sicut tenebra et lubricum.* Et exponens ipsam : *Quia afferam mala, poenæ.* Supra xi : *Inducam super viros Anathoth annum visitationis eorum.* Secundo in speciali : et primo ponit culpam quantum ad prophetas decem tribuum : *Et in prophetis Samarie vidi fuitatem, quia in excelsis idola colebant, sicut illi quos occidit Elias, III Reg. xviii.* Isa. ix : *Propheta docens mendacium, ipsa est cauda.* Et prophetatum duarum tribuum : *Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem : quia indirecè populum ad idolatriam provocabant, cum mendaciter prospera idololatris promittebant.* Ezech. xii : *Violabant me ad populum meum propter pugnillum hordei, et fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas quæ non vivunt.* Secundo ponit iram diuinam : *Facti sunt mihi omnes ut Sodoma, scilicet prophetæ : in tanta abominatione² eos habeo et habitatores ejus, scilicet Ierusalem.* Isa. i : *Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei restri populus Gomorrha.* Tertio communiatur poenam : *Propterea haec dicit Dominus : Ecce ego cibabo eos absinthio.* Supra ix : *Ecce ego cibabo populum istum absinthio et potum*

dabo eis aquam fellis. Et assignat causam quare specialiter prophetis comminatur : *A prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omne terram.* Dau. xii : *Egressa est iniurias de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.*

6. Ille ponit diversos modos deceptio-nis : et primo exponit ipsos ; secundo summatim eos colligit, ibi, *Propterea ecce ego ad prophetas.* Circa primum dico. Primo ponit modum decipiendi per verba ficta, quando scilicet nihil videbant, sed fingebant se visionem a Domino accepisse; secundo ponit modum decipien-di per somnia vana, dum somniis phantas-ticas quasi divinis revelationibus adhære-bant, ibi, *Putas ne Deus e vicino ego sum?* Circa primum tria. Primo portitor prohibi-tio ad populum, ne tales pseudoprophetas audiant, eis obediendo et credendo : *No-lite audire.* Deuter. xm : *Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnum vi-disse se dicat, et prædixerit signum aliquid portentum, et evenierit quod locutus est, et dixerit tibi : Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis ; non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris etc.* Secundo inducitur pro causa prophetarum deceptio quantum ad presumptam auctoritatem, qui se ministros Dei mentiebantur : *Visionem cordis sui loquuntur.* Ezech. xii : *Vx prophecis insipientibus, qui sequuntur spiri-tum suum, et nihil vident etc.* Quantum ad falsam promissiōnem : *Dicunt his qui blasphemant.* Supra vi : *Cubabant con-tritum filii populi mei, cum ignomi-nia dicentes : Pax, pax, et non erat pax.* Et quantum ad erroneam probationem : *Quis enim affut?* Quia enim Isa. xl, dicitur : *Quis consiliarius ejus fuit?* volebant debilitare communiationes prophetarum, ne eis crederetur, quasi di-vina consilia ignorantibus : perverse in-telligentes, quia per verbum illud non excluditur cogitio divini consilii per revelationem, sed per humani ingenii comprehensionem. *Et vidit, quasi praesens, considerari, quasi absens.* Matth. xxii : *Erratis nescientes Scripturas. Se-*

¹ Al. : « quia excelsa idola. »

² Al. : « in tantas abominationes. »

cundo ostendit eorum falsitatem : et primo quantum ad falsam promissionem, ponens pœnam : *Ecco turbo, dispergens captivatos tempestas¹* gravis afflictionis, super caput impiorum, quibus pacem promittabant : unde constat eos non esse bonos prophetas. Deuter. xviii : *Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, et non evenierit, hoc Dominus non est locutus.* Psal. xcvi : *Ignis ante ipsum præcedet et inflammat in circuitu inimicos ejus.* Et excludit misericordiam : *Non revertentur.* Isa. lv : *Sic erit verbum quod egreditur de ore meo : non revertetur a me vacuum, sed faciet quæcumque colui, et prosperabitur in his ad quæ nisi illud.* Et inducit pœna effectum : *In nocissimis, quando pœnas sustinueritis, intelligetis² per experimentum.* Psalm. ix : *Cognoscetur Dominus iudiciū faciens.* Secundo quantum ad præsumptam auctoritatem : *Non mittebam.* Supra xiv : *Non misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos.* Tertio quantum ad falsam probationem : *Si stellissent in consilio meo, sicut veri prophetæ, avertissem, populum, vel ipsos prophetas.* Supra xv : *Si converteris, convertam te.*

7. Ille ponit alium modum deceptionis per somnia : et circa hoc tria. Primo inducit probans divinum testimonium, ostendens testem idonem, quia habet scientiam remotorum : *E vicino, ut tantum quæ in eisdem sunt cognoscam, ubi sedes mea dicitur ; vel etiam bona, et non mala quæ a me longinquæ sunt.* Sap. viii : *Attinxit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.* Et quia habet scientiam occultorum : *Et si occultabitur vir in absconditis, cogitationum vel locorum.* Eccl. xvi : *Non dicas : A Deo abscondar, et ex sunno quis mei memorabitur ?* Et probat utrumque : *Numquid non cœlum et terram, et ita non est a me cognitione remotum, implexo ?* quasi interius penetrans ; et ita non est mihi occultum. Isa. ult. : *Cœlum mihi sedes est, terra autem seculum pedum meorum.* Audiri. Eccl. xxxiv : *Vana spes et mendacium rivo insensato, et somnia extollant imprudentes.* Secundo in-

crepat deceptionis vitium quantum ad culpe continuitatē : *Usquequo istud ?* Psal. iv : *Fili hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium ?* Et quantum ad intentionem operis vel operantis : *Qui volunt facere ut oblieiscatur populus meus nomini mei.* Ezech. xxiii : *Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, et fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas quæ non vivunt, mentientes populo meo, etc.* Tertio inducit vere doctrinæ præcepta : *Prophetæ qui habet somnum narret ;* quasi dicat, quicumque gradus prophetalis visionis. Rom. xii : *Unicus que sicut Deus divisit mensuram fidei.* Et ponit rationem : *Quid paleis ad triticum ?* quasi dicat : *Verba mei sunt triticum ad reficiendum.* Supra xiv : *Inventi sunt sermones tui, et comedи eos ; et factum est mihi verbum tuum in gaudium et latitiam cordis mei.* Psal. cxviii : *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Et ignis, ad ascendendum. Psal. cxviii : *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Et iterum civ : *Eloquium Domini inflamnavit eum.* Malleus, ad emelliendum dura corda. Osee vi : *Propter hoc dolavi in prophetis, et occidi eos in verbis oris mei.* Et ideo non sunt miscenda spinis. II Cor. vi : *Quæ societas luci ad tenebras ; aut quæ³ conventio Christi ad Belial !*

8. Ille recolligit tres modos deceptionis. Et primus est ex Scripturæ depravatione : *Qui furantur verba mea,* quasi ad alium sensum quam prophetæ veri voluerint. Joan. x : *Qui non intrat per ostium in ovile oviuum, ille fur est et latro.* Secundus est ex verborum fictione : *Ad prophetas, idest contra eos, qui assumunt linguis suas, singentes verba,* Supra ix : *Docuerunt linguis suas loqui mendacium, ut inique agerent laboraverunt.* Tertius est ex somniorum adhesione : *Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium... in miraculis, ampullosois verbis.* Isa. lvi : *Videntes vanu, dormientes, et amantes somnia.*

9. Ille comminatur contra prophetā-

¹ Al. : « tempore. » — ² Al. : « intellige. »

³ Al. : « quæ autem. »

rum irrisiones ; sicut enim Isaiae temporibus irridebant : *Manda, remanenda, expecta, recippta, etc.* Isa. xxviii, ita modo verbum quod Isaiae adinvenerat quasi ad designandum poenam gravitatem, scilicet onus Domini, irridebant. Unde circa hoc tria facit. Primo increpat irridentem populum, comminans poenam quantum ad interrogantes : *Si interroga- verit, irrisorie, dices ad eos : Vos estis onus, ut per quaes quis peccat per haec et torqueatur.* Sapient. xi. Isa. i : *Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens etc.* Et quantum ad colloquentes : *Et propheta.* Ps. lxxxviii : *Visitabo in virga ini- quitates illorum, et in verberibus peccata eorum.* Secundo prohibet irrisiones verborum : et primo ponitur praeceptum, in quo ostenditur modus loquendi : *Hac di- catis.* Et prohibetur irrisio : *Quia onus Domini... onus erit, idest pro verbis suis gravi poenae obligatur.* Matth. xii : *Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.* Et assignatur irrisio ratio, *Et pervertistis;* quasi dicat : Ideo prohibeo, quia in derisum pervertitis. Et concludit. *Hac dices.* Ezech. xxxiii : *Audiunt sermones tuos, et non faciunt eos, quia in canticum oris suis vertunt illos.* Tertio comminatur poenam : et primo poenam captitatis : *Ecce ego tol-*

*lam vos : loquitur ad similitudinem ejus qui grave pondus in altum tollit, ut fortius cadere faciat. Apocal. xviii : *Sustulit unus Angelus fortis lapidum quasi molarem magnum, et misit in mare dicens : Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, et ultra non invenietur.* Secundo ponam confusionis : *Et dabo vos in op- probrium :* et potest referri ad poenam successionis : vel ad ignominiam qua in captitivate delati sunt¹. Et ignominia dicuntur peccatum, vel opprobrium non dignum nominari. Supra xx : *Confun- dentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur.**

Nota super illud, *Ecce dies venient etc.,* quod tempus gratiae dicitur dies propter luminis apparitionem. Rom. xiii : *Nor processit, dies autem appropinquauit : abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis.* Propter solis calorem. II Reg. xi : *Cras erit vobis salus.* Propter itineris securitatem. Joan. xi : *Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt; si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.* Propter vigiliam et sobrietatem. I Thess. v : *Qui enim dor- minunt, nocte dormiunt, et qui ebri sunt, nocte ebri sunt.*

C A P U T V I G E S I M U M Q U A R T U M

Ostendit mihi Dominus : et ecce duo enathii pleni fiesi positi ante templum Domini, postquam transiit Nabuchodonosor rex Babylonie Jechoniam filium Joachim regem Iuda, et principes ejus, et fabrum, et inclusorem de Jerusalem, et adduxit eos in Babylonem. Calathus unus fies bonas habebat nimis, ut solent fies esse prius temporis. Et enathus unus fies habebat malas nimis, quae co- medi non poterant, eo quod essent mala. Et dixit Dominus ad me : *Quid tu vides Jeremię? Et dixi : Fiens, fies bona, bona valde, et mala, mala valde, quae comedi non possunt, eo quod sint ma- lae.* It factum est verbum Domini ad me dicens : *Hac dicit Dominus Deus Israel. Sicut fies ha- buae, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldeorum in honore et ponam oculos meos super eos ad placandum; et reducam eos in terram hanc; et adjudicabo eos, et non destruam; et plantabo eos, et non evellam, et*

dabo eis cor ut sciānt me, quia ego sum Dominus.

Et erunt mili in populum, et ego ero eis in Iudea, quia revertentur ad me in toto corde suo. Et sicut fies possimne que comedi non possunt, eo quod sint mala, haec dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, et principes ejus, et reliquos de Je- rusalem, qui remanserunt in urbe hac, et qui habebant in terra Egypti. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terre, in oppro- briu[m], et in parabolam, et in proverbiu[m], et in maledictionem in universis locis ad quae eperi eos : et mittam in eis gladium, et famine, et pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis, et patribus eorum.

Hic ponitur distinctio maiorum princi- pium a bonis, sub quadam similitudine : *Et primo ponitur similitudinis ostensiō,*

¹ Al. : « qua in captititate delati sunt. »

ponens visionem, *Ostendit*, imaginaria visione, vel argumentali, ut de fleibus quae ante templum vendebantur, propheticia sumeretur. Simile supra xviii, de argumento sigilli. Num. xi : *Si quis surit inter vos propheta, in visione apparoch ei, vel per sonum loquar ad illum. Postquam transtulit Nabuchodonosor... inclusorum, argentarum, qui lapides argento, vel auro includit. Et hoc habetur secundum historiam IV Reg. xxiiii, Isa. iii : Ecce dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, et ab Iuda validum et fortis omne robor panis, et omnis robur aquæ, etc.* Et visorum distinctionem, ponens bonas ficas : *Et unus calathus ficas bonas habebat nimis, per quas boni significantur* Osca ix : *Quasi prima poma feulinae in cacumine ejus vidi patres eorum.* Michæa vii : *Ficus præcoquas desideravit anima mea.* Et ponens malas : *Et calathus unus ficas habebat malas nimis : per quas significantur mali de populo.* Supra ii : *Quomodo conversa es mihi in pravum vinea aliena ?* Secundo ponitur visionis expositio ; ubi ponitur Domini interrogatio, quæ est excitatio ad videndum : *Et dixit Dominus ad me. Sæptra i, idem. Et propheta responsio : Et dixi, Ficus. Sic Gen. xli, de spicis et vacuis in somnio Pharaonis. Tertio ponitur visionis expositio : Et factum est verbum Domini ad me. Et primo quantum ad bonos, adaptans similitudinem in promissione prosperitatis in generali : Sicut ficas hæ bona, sic cognoscam transmigrationem Iuda, notitia approbationis. I Tim. ii : Novit Dominus qui sunt ejus. Et prosequitur in speciali quantum ad bona corporis, ut redeat ad locum proprium : Et ponam oculos. Ezech. xxxvi : Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos*

de universis terris, et reducam vos in terram vestram. Et ut restituat in prosperitatis statum : Et reducam, et adficebo, in altum elevans, sicut fit in adficio, et non destruam, ubi peccaverint ; sicut infra xlvi : Adficebo vos, et non destruam, plantabo, et non eccliam. Et plantabo, in bonis confirmingo. Infra xxxi : Vigilabo super vos, ut adficiem, et plantem, aut Dominus. Et quantum ad bona animæ.¹ promittens Dei cognitionem : Et dabo eis cor ut sciant me. Ezech. xxxvi : Dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri. Et obedientia subjectionem : Et erunt mihi in populum. Apoc. xxi : Ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Secundo quantum ad ficas malas : Et sicut ficus pessima. Et primo comminatur eis afflictionem in terra sua : Sic dabo Sedeciam. Supra xv : Dabo eos in fervorem universis regnis terræ, propter Manassem filium Ezechie regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Jerusalem. Secundo confusione in terra captivitatis : In opprobrium, quantum ad peccatum culpe, in parabolam, in similitudinem locutionem, vestra pœna in exemplum recitatibus, in proverbium, quia ex his quæ vobis acciderint sumetur proverbium ad instructiōnem aliorum, in maledictionem, quantum ad imprecationem pœnae pœnitentialiter. Vel quia dicet quilibet alteri maledicens. Sic faciat tibi Deus, sicut fecit illis. Ps. lxxviii : Facti sumus opprobrium vicini nostris, subsannatio, et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Tertio pœnam occisionis : Et mittam in eis gladium. Supra xv : Qui ad mortem, ad mortem ; et qui ad gladium, ad gladium ; et qui ad famem, ad famem etc.

C A P U T V I G E S I M U M Q U I N T U M

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam de omni populo Iuda in anno quarto Joskini lili Josiae regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Et locutus est Jeremias propheta ad

omnem populum Iuda, et ad universos habitatores Jerusalem, dicens : A tertio decimo anno Josiae filii Ammon regis Iuda usque ad diem hanc; ipse est tertius et vigesimus annus; factum est verbum

Dominii ad me, et locutus sum ad vos de nocte consurgens, et loquens; et non audistis. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mitteisque, et non audistis, neque inclinasti aures vestras, ut audieritis cum diceret: Revertimini unusquisque a via sua mala, et a pessimis cogitationibus vestris; et habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis, et patrius vestris, a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos, ut servialis eis, adoretis eos, neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum; et non affligam vos. Et non audistis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.

2. Propterea haec dicit Dominus exercitum: Pro eo quod non audistis verba mea, ecce ego mittam, et assumam universas cognationes aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum, et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes quae in circuitu illius sunt; et interficiam eos, et ponam eos in stupore, et in sibilum et in solitudines sempiternas. Perdantur ex eis vocem gaudi, et vocem laetitiae, vocem sponsi, et vocem sponsorum, vocem mole, et lumen lucernae. Et erit universa terra ejus in solitudinem, et in stuporem; et servient omnes gentes ista regi Babylonis septuaginta annis. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniuriantem eorum, et super terram Chaldaeorum, et ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia verba mea quae locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quaecumque prophetaavit Jeremias adversum omnes gentes: quia servierunt eis cum essent gentes multe, et reges magni. Et reddam eis secundum opera eorum, et secundum facta mannum suarum.

3. Quia sic dicit Dominus exercitum Deus Israel; Suni calicem vini furoris hujus de manu mea, et propinabimur de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te; et bibeat, et turbabuntur, et insanient a facie gladii, quem ego mittam inter eos. Et accipi calicem de manu Domini, et propinabi cunctis gentibus ad quas misit me Dominus, Ierusalem, et civitatis Juda, et regibus ejus, et principibus ejus, ut darem eos in solitudinem, et in stuporem, et in sibilum, et in maledictionem, siue est dies ista Pharaoni regi Aegypti, et servis ejus, et principibus ejus, et omni populo ejus, et universis generaliter cunctis regibus terra Aestividis, et cunctis regibus terra Philistini, et Ascalonii, et Gaze, et Accaron, et reliquis Azoth, et Idumea, et Moab et libris Ammon, et cunctis regibus Tyri, et universis regibus Sidonis, et regibus terra insularum qui sunt trans mare, et Dedau, et Thina, et Buz, et universis qui attonsi sunt in canam, et cunctis regibus Arabiae, et cunctis regibus occidentis qui habitant in deserto, et cunctis regibus Zamibri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum, cunctis quoque regibus aquilonis de prope, et de longe, enieuique contra fratrem suum, et in omnibus regnis terre que super faciem ejus sunt. Et rex Sesach habebit post eos.

4. Et dices ad eos: Hac dicit Dominus exercitum Deus Israel: Bibite, et inebriamini, et vomite, et cadite, neque surgatis a facie gladii quem ego mittam inter vos. Quicunque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos: Hac dicit Dominus exercitum: Bibentes bibitis quia ecce in civitate in qua invocatum est nomen meum,

ego incipio affligere; et vos quasi innocentes, et immunes eritis? Non eritis immunes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terrae, dicit Dominus exercitum.

5. Et tu prophetabis ad eos omnia verba haec, et dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorum suum. Celuma quasi calcantium continetur adversus omnes habitatores terrae. Peruenit sonitus usque ad extremam terrae, quia iudicium Domini cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne. Impios tradidi gladio, dicit Dominus. Hac dicit Dominus exercitum: Ecce afflictio egredietur de gente in gente, et turbo magnus erexitur a summis terrae, et erunt interficii Domini in die illa a summo terra usque ad summum ejus. Non plangentur, et non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinum super faciem terrae jacentur.

6. Ululate pastores, et clamate, et aspergitе vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestre ut interficiantini: et dissipations vestra, et cadetis quasi vasa pretiosa. Et peribit fuga a pastribus, et salvatio ab obtutis gregis. Vox clamoris pastorum, et ululatus optimatus gregis: quia vastavit Dominus pascua eorum, et contineunt arva pacis a facie irae furoris Domini. Dereliquerunt quasi leo tabernaculum suum: facta est terra eorum in desolationem a facie irae columbae, et a facie irae furoris Domini.

1. Illic ponitur communio universalis contra omnium gentium principes: et dividitur in duas partes. In prima ponitur communio; in secunda communio. In ibi, Quia sic dicit Dominus, etc. Cirea primum duo. Primo ponit prophetia titulum: *Verbum quod factum est ad Jeremiam*, ex quo colligitur, quod prophetia precedentem visionem tempore praeedit. Secundo ponit communio prophetia, ibi, *A tertio decimo anno Josia*. Et primo assignat communio causam; secundo comminatur poenam, ibi, *Propterea haec dicit Dominus exercitum*. Causam autem assignat ex inobedientia, propter quam ipsi alii gentibus in pena communiorati sunt: quam aggravat ex tribus. Primo ex parte ipsius prophetae pradicantis, quia in predicatione continuans: *A tertio decimo anno Josia*, a quo usque ad finem vitae, et regni sui, cum regnaverit 31 annis sunt 18 annis quibus additis quatuor anni Joakimi, et tribus mensibus quibus regnavit Joathan, inventur annus predicationis Jeremiae quo haec gesta sunt, xxiii. *De nocte consurgens*, ad modum ejus qui sollicitus est ad expendum quodlibet opus. Prover. vi: *Discurre, festina, suscita amicum tuum*, etc. Secundo ex parte

ipsius mittentis, qui ex multitudine nuntiorum invenitur sollicitus : *Et misit Dominus Supra vii : Misi ad eos omnes servos meos prophetas per dictum, consurgens dilectulo, et mittens : et non audierunt me ; etc.* Ad designandam autem divinam solicitudinem, nominat diluculum, nominat et noctem, quia Deus luxit in tenebris. Haec sunt illae tenebrae, de quibus Joan. iii, dicitur quod Nicodemus venit ad Iesum nocte ; etc. Ex parte admonitionis, quae honesta est¹ in se, utilis quantum ad promissam veniam. Unde primo inducit poenam de malis præteritis, ponens præceptum : *Revertimini unusquisque a via sua mala.* Isa. iv : *Derelinquit impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserabitur eis, et ad Deum nostrum ; quoniam multus est ad ignoscendum.* Et promissum : *Et habitabitis in terra.* Isa. i : *Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis.* Secundo indicit cautelam pro malis futuris, ponens præceptum : *Nolite ire post deos alienos, quantum ad idolatriam, neque me ad iracundiam provocatis, quantum ad peccata moris.* Exod. xx : *Non habebis deos alienos coram me etc.* Et præcepti contemptum : *Et non audistis.* Deut. xxxii : *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in vanitatibus suis.*

2. Ille comminatur poenam : et primo quam Babylonii infixerunt, describens hostem : *Ecce ego mittam, et assumam servum, in quantum ministerium divinae voluntatis exercet. Supra vi : Ecce populus venit de terra aquilonis, gens magna consurgit a finibus terræ.* Et describens poenam imminentem quantum ad intersectionem homium : *Et interficiam eos, et ponam eos in stuporem, et in sibilum, et in solitudines sempiternas.* Et quod nunquam reparentur, sed quasi ad similitudinem sempiternarum solitudinum redigantur. Supra xix : *Ponam urbem hanc in stuporem, et in sibilum.* *Omnis qui præterierit per eam obstupescet, et sibilabit super universa plaga ejus.* Et quantum ad cessationem humanorum officiorum in gaudiis, *Perdampique, et in*

vite commodis, vocem molam. Supra xvi : *Afferam de loco isto in oculis vestris, et in diebus vestris, vocem gaudii, et vocem luctitiae, vocem sponsi, et vocem sponsæ.* Et describens etiam peccatum duriorem : *Et servient septuaginta annis : tautum enim regnum Chaldeorum duravit.* Isa. lvii : *Non in perpetuum irascer, quia spiritus a facie mea egredietur, etc.* Seconde ponit poenam quam Chaldaei sustinuerunt : *Cumque impleti fuerint septuaginta anni.* Et primo ponit comminationem, Visitabo. Apoc. xii : *Qui in captivitatem duixerit, in captivitatem ibit, et qui gladio occiderit, oportet cum gladio occidi.* Secundo comminationis certitudinem : *Et adducam omnia quæ locutus sum contra eam.* Isa. xiii, xxi, xlvi et xlvi : *Prophetavat Jeremias : infra l et li : Quia servierunt ; tamen ipsi in superbiam abusi sunt Dei beneficio.* Tertio ostendit poenæ aequitatem : *Et reddam eis.* Psalm. xxv : *Secundum opera manum eorum tribue illis, reddere retributionem eorum ipsis, quoniam non intellexerunt opera Domini ; et in opera manuum eorum destrues illos, et non ædificabis eos.*

3. Ille ponitur prædictæ comminationis revelatio sub imaginaria visione : et primo ponit visionem ; secundo exponi, ibi, *Et tu prophetabis ad eos omnia verba haec.* Circa primum duo. Primo mitit cum ad propinandum ; secundo invitatur illi quibus propinabatur ad bibendum, ibi, *Et dices ad eos.* Circa primum duo. Primo Dominus porrigit poculum secundum quod sibi videbatur visione imaginaria : *Sunc calicem vii.* Videbatur sibi quod Dominus extensa manus calicem sibi porrigeret. Per vinum signatur divina indignatio per calicem potestas tyranorum, per quos haec indignatio in gentes diffundenda erat. *Propinabis, non quasi poenam infligens, sed quasi denuntians.* Psal. lxxiv : *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Infra. ii : *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram ; de vineo ejus biberunt gentes, et ideo commota sunt.* Secundo ponit potionis effectum : *Et biberunt, sustinendo afflictionem,*

¹ Al. omittitur : « est. »

turbabuntur, interius timore, et dolore, insanient, exterius, ad invicem pugnando more ebrii. Isa. xxiv : *Amara erit potio bibentibus illam.* Tertio propheta exequitur injunctum officium, *Et accepi.* Et primo propinat Iudeis, *Jerusalem.* Ezech. ix : *A sanctuario meo incipite.* I Petr. iv : *Tempus est ut judicium incipiatur a domo Dei.* Secundo amicis adventitiis, incipiens ab Aegyptiis, de quibus confidebant : *Pharaoni Ausitidis,* quae alio nomine dicitur terra Hus, in confinio Iudeiae et Arabie : *et reliquias,* hoc dicit pro Geth, quae est quinta civitas Philistinorum : *et omnibus regnis.* Isa. xiv : *Hoc est consilium quod cogitavi super omniem terram, et haec est manus extenta super universas gentes.* Tertio ipsis Babylonis : *Et rex Sesach,* idest Babyloniae, quae hebraice dicitur Babel. Unde ad occultandum nomen, transposuit vocales, et immutavit consonantes in eis coniunctas, secundum consuetudinem Hebreorum, qui docent pueros primam litteram cum ultima retrogradiendo dicere, et secundam cum penultima, et sic deinceps. Unde pro duplice *beth,* quae est secunda littera apud Hebreos posuit *sin,* *bis,* quae est penultima : et pro *lamed,* posuit *caph,* quae ei, secundum primam computationem, conjugitur. I Corinth. xv : *Novissime inimica destruet mors.*

2. Ille invitatur ad bibendum : et circa hoc tria. Primo ponitur invitatio : *Bibite :* sustinendo poenas, *inebriamini,* præ abundantia, quasi amittentes rationis usum, ut nesciatis quid faciatis, *vomite,* divitias amittite, *caelite,* in mortem et captivitatem. Et loquitur ad similitudinem ebrii. Job xx : *Divitias quas devorat evomel, et de ventre illius extrahet eas Deus :* Isa. xxix : *Obstupescite et admiramini, fluctuate et vacillate;* *inebriamini, et non a vino, moveremini, et non ab ebrietate,* etc. Secundo ponitur coactio : *Cumque noluerint bibentes bibetis,* idest velitis, nolitis. Apoc. xiv : *Si quis adulaverit bestiam, et imaginem ejus, et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei,*

quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Tertio assignatur coactionis ratio, primo ex exemplo : *Quia ecce in civitate, scilicet Jerusalem.* I Petr. iv : *Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio ?* Infra xlxi : *Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, bibentes, bibent; et tu quasi innocens relinqueras ? Non eris innocens, sed bibens bibes.* Secundo ex Domini edicto³. *Gladium,* qui est idem quod potio. Ezech. xxi : *Ejiciam gladium meum de vaginâ sua, et occidam in te justum et impium.*

3. Ille ponitur expositio visionis : et primo contra gentes, secundo contra gentium principes, ibi, *Uladate pastores.* Circa primum duo. Primo ponit comminationem, ponens divinam indignationem : *Dominus de excelso,* idest de altitudine sui judicii, *rugiet,* terribiliter quasi leo iratus. Amos. iii : *Leo rugiet : quis non timebit ?* Pœnae universalitatem : *Super decorum,* idest templum ; quasi dicat : Incipiat a templo, et procedet ira ipsius in omnem terram. *Celeuma quasi calcantium :* cantus vindemiantorum, per quem signatur gaudium victorum in depopulatione terrarum ; qui significatur per calcatores, quia effundunt sanguinem humanum, sicut illi sanguinem uxæ. Unde Isa. lxiii : *Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir necum. Calcavi eos in furore meo, et conculeavi eos in ira mea :* et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinari. Infra xlvi : *Negquam calcator uxæ solitus celeuma cunctabit.* Et ponit pœnae aquitatem, ponens iudicium : *Judicium Domini cum gentibus* Mich. vi : *Judicium Domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur.* Et iudicij modum : *Impios tradidi.* Isa. i : *Quia si me ad iracundiam provocareritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est.* Secundo ponit pœna processum⁴, et ordinem : *Huc dirit Dominus.* Et primo ponit pœna processum : *Ecce egredietur ;* quia una gens aliam impugnabit, et ipsa ab alia impugnabi-

tur, et sic deinceps; *a summittatibus*, a maxime potentibus, sicut Chaldeis, graecis etc. Eccli. x : *Regnum a gente in gentem transfert propter injustias et injurias, et contumelias, ac diversos dolos.* Infra xxx : *Ere turbo Domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquescat.* Secundo ponit tribulationis effectum, quia privabuntur vita : *Et erunt interfecti Domini, idest a Domino.* Supra xii : *Gladius Domini devorabit ab extremo terra usque ad extremum ejus.* Et carebunt sepultura : *Non plongentur, neque colligentur, neque sepellientur.* Supra xvi, idem.

6. Hie comminatur contra principes gentium ; et primo quantum ad personas, praesignans poenam, *Ululatu*, quasi non valentes dolorem verbis exprimere, sed elevatione vocis. Isa xxxiv : *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine ognorum et hircorum, et de sanguine medullatorum arietum, etc.* Optimates, qui sunt divites et principes in populo. Et excludit salutis viam : *Et peribit fuga.* Thren. i : *Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.*

Secundo quantum ad subjectas terras, *Vox clamoris*.¹ Et primo ponit per similitudinem devastationem urbium : *Quia vastarit Dominus pascua eorum, idest civitates et villas, servans metaphoram gregis, conticuerunt; quasi dicat : In nihilum redacti sunt, ut de eis sermo non fiat, area paris, qua tempore pacis praelara erant.* Joel i : *Ignis comedit speciosas deserti, et flammu succendit omnia ligna regionis.* Et quantum ad destructionem templi : *Dereliquit umbraculum*², templum scilicet Deus, *quasi leo*, quo custodiente nullus audebat accedere. Supra xii : *Reliqui domum meam.* Secundo ponit expositionem : *Quia factu est terra eorum in desolationem a facie irae columba*, scilicet Dei, qui sine commotione punit. Vel Jerusalem, quae pro ammissione Dei irascitur. Vel Nabuchodonosor, propter superbiae stultitiam. Osee vii : *Ephraim aupsi columba seducta³ non habens cor.* Vel quia habebat columbam in arvis. Vel quia sicut mansuetus preceptum Domini executus est. Vel per antiphrasim, quia crudelis erat.

C A P U T V I G E S I M U M S E X T U M

1. In principio regni Joakim filii Josiae regis Juda, factum est verbum istud a Domino, dicens.

2. Hæc dicit Dominus : Sta in atrio domus Domini, et loqueris ad omnes civitates Juda, de quibus venialiter adorant in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi ut loqueris ad eos. Noli subtrahere verbum, si forte audiunt, et convertantur unusquisque a via sua mala, et penitentiat me mali quod cogitavi facere eis propter malitiam studiorum eorum. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea quam dedi vobis, ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, et dirigens, et non auditatis : dabo dominum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terra.

3. Et audierunt sacerdotes et propheta, et omnis populus Jeremiensem loquientes verba hæc in domo Domini. Cumque comprescesset Jeremiæ loquens omnia quæ præcepert ei Dominus ut loqueretur ad universum populum apprehenderunt eum sacerdotes et propheta, et omnis populus dicens : Morte mo-

riatur. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens : Sicut Silo erit dominus haec, et urbs ista desolabitur, eo quod non sit habitat? Et congregatus est omnis populus adversus Jeremiæ in domo Domini.

4. Et audierunt principes Juda verba hæc, et ascenderunt de dono regis in domum Domini, et sederunt in introitu portæ domus Domini novæ. Et loculi sunt sacerdotes, et propheta ad principes, et ad omnem populum, dicentes : Judicium mortis est viro hinc ; quia prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. Et ait Jeremiæ ad omnes principes, et ad universum populum, dicens : Dominus misit me ut prophetarem ad dominum istam, et ad civitatem hanc omnia verba quæ audistis. Num ergo bonas facite vias vestras, et studia vestra, et audiote vocem Domini Dei vestri, et penitentib[us] Dominum mali quod locutus est adversum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum ; facite mihi quod bonum, et rectum est in oculis vestris. Veruntamen seitate, et cognoscite, quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, et contra civitatem

istam, et habitatores ejus. In veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Et dixerunt principes, et omnis populus ad sacerdotes et ad prophetas: Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

5. Surrexerunt ergo viri de senioribus terra, et dixerunt ad omnem eorum populi loquentes: Michaelas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechie regis Iuda, et ait ad omnem populum Iuda dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sion quasi ager arbitur, et Jerusalem in acervum lapidum erit, et mons domus Domini in excelsa sylvaram. Nunquid morte condemnavit eum Ezechias rex Iuda, et omnis Iuda? Numquid non tinnerunt Dominum, et deprecati sunt faciem Domini, et penitentiliter dominum iudi quod locutus fuerat adversum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Senei de Cariathiarim, et prophetavit adversus civitatem istam, et adversum terram hanc, juxta omnia verba Jeremiæ. Et audivit rex Joachim, et omnes principes ejus verba hæc, et quasi sicut rex interficeret eum. Et audivit Urias, et fumit, fugitive, et ingressus est in Ægyptum. Et misit rex Joachim viros in Ægyptum, Ethnathum Achobor, et viros cum eo in Ægyptum. Et eduxerunt Uriam de Ægypto, et adduxerunt eum ad regem Joachim, et perennisi cum gladio, et proiecierunt cadaver ejus in sepulchris vulgi ignobilis. Ignotus manus Aliaeum filii Saphan fuit cum Jeremiam, ut non traduceret in manus populi, et intercereret eum.

1. Ille ponitur conspiratio principum contra prophetam. Et dividitur in tria. Primo ponit titulum; secundo prophetiam, ibi, *Hæc dicit Dominus*; tertio epilogat, ibi cap. xxvi: *In principio regni Joachim*. Titulus per se patet.

2. Ille ponitur prophetia: et dividitur in tres partes. In prima ponitur persecutio occasio; in secunda ponitur persecutio, ibi, *Et audierunt sacerdotes etc*; in tertia ponitur liberatio, ibi, *Et audierunt principes etc*. Occasio autem fuit ex prædicatione: unde primo designat prædicationis locum: *Sta in atrio*. Supra vi: *Sta in porta domus Domini, et prædicta ibi universos sermones*. Secundo quantum ad emendationis fructum: *Noli subtrahere verbum*; quantum ad emendationem culpa: *Et convertatur*; et quantum ad remissionem peccata: *Et puniteat*. Supra xviii: *Si paenitentiam egerit gens illa a malo suo propter quod locutus sum adversus eam, agam et ego paenitentium super mala quod cogitavi ut facerem ei*. Tertio ponit prædicationis verbum, *Et dices*. Supra vi: *Faciām domui huic in qua invocatū est nomen meum, et in qua vos habetis fiduciam, et loco quem*

dedi vobis, et patribus vestris, sicut feci Silo: et projiciām vos a facie mea, sicut projeci onnes fratres vestros, universum semen Ephraim.

3. Ille ponitur persecutio: et circa hoc quatuor ponit. Primo prædicationis auditum. *Et audierunt*. Ezech. xxxiii: *Audiuit sermones tuos, et non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos*. Secundo iniquum consilium: *Cumque complessset Jeremias apprehenderunt cum sacerdotes*. Sap u: *Morte turpissima condemnem eum*. Amos v: *Odio habuerunt corripiētēm in porta, et loquenter perfecte, abominati sunt*. Tertio suæ nequitiae argumentum: *Quia prophetavit*; quasi dicat: *Videtur falsum dicere, cum Dominus locum istum elegerit*. III Reg. ult.: *Ego odi eum, quia non prophetavit mihi bonum, sed malum*. Quarto populi concursum: *Et congregatus est omnis populus*. Eccli x: *Qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea*. Ibidem. vii: *Non te immittas in populum, neque alliges duplicitia peccata*.

4. Ille ponitur liberatio: et circa hoc duo. Primo ponitur principum judicium pro liberatione Jeremiæ: secundo popularis furoris sedatio per verba seniorum, ibi, *Surrexerunt ergo viri de senioribus terra*. Circa primum tria. Primo ponit principum provisionem: *Et ascenderunt in dominum Domini*; seditionem comprimere, *nova*, quia de novo facta erat ad tenendum iudicia sacerdotum, et eorum quae ad cultum religionis pertinebant. Dent. xvi: *Judices et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut judicent populum justo iudicio, nec in alteram partem declinare etc*. Secundo ponit partium disceptationem quantum ad accusationem: *Et locuti sunt sacerdotes*. Et nituntur imponere quasi crimen blasphemie ut occidatur. Similiter Act. vi: *Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem*. Et quantum ad defensionem: *Et ait Jeremias*. Respondet autem prudenter, quia excusat culpam: *Dominus misit me*; unde non sum culpandus de his quæ dixi. Eccl. iv: *Ne reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tem-*

pore salutis. Isa. XLVIII : *Et nunc misit me Dominus, et spiritus ejus. Et mitigat iram, ostendens remedium; Nunc ergo banas facite vias vestras.* Supra XVIII : *Revertatur unusquisque a via sua malu, et dirigite vias vestras, et studia vestra.* Respondet humiliter, quia confitetur potentiam : *Ego autem erer in manibus vestri sum.* Prov. XV : *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* Respondet etiam constanter, quia prohibet injuriam : *Verumtamen scito.* Gen. IV : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et quia confirmat sententiam : *In veritate enim misit me Dominus.* Act. IV : *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate.* Tertio ponitur sententiae promulgatio, et dixerunt. Et primo sententia promulgatur per principes ; *Non est huic viro iudicium mortis.* Luc. XXIII : *Ecce nihil dignum morte actum est ei.* Secundo sententia confirmatur per seniores, quorum est antiqua facta scire. Job XII : *In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.*

5. Hic ponitur repressio furoris populi contra Jeremiam, per verba seniorum. Et primo proponunt exemplum Iusti ad imitandum circa factum Michælae, ponentes ipsius prædicationem ; *Michælas, unus de duodecim prophetis minoribus, de Morashî, ad differentiam Michælae filii Yela, de quo III Reg. ult. : Sion Michæla in : Audite principes Jacob, et duces domus Israel.* Supra. IX : *Et dabo Jerusalem in*

acervos arenar, et cubilia draconum, et civitates Iudea dabo in desolationem, ea quod non sit habitator. Et populi conversionem : *Nunquid morte condemnaturum? quasi dicat, non.* Supra VI : *Interrogante de semitis antiquis quae sit via bona, et ambulate in ea: et invenietis refrigerium animabus vestris.* Et inducent conclusionem : *Itaque non faciamus.* Psal. VI : *Convertisetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniurias ejus descendat.* Secundo proponunt exemplum iniquitatis ad evandum, ne malis mala adjungant ; *Fuit quoque vir prophetans.* Et primo ponitur ipsius prædictio ; *Et prophetavit.* I Cor. XIV : *Non enim est Deus dissensionis, sed pacis.* Et ideo omnes idem dicebant. Secundo ponitur persecutio, et fuga ; *Et audiuit fugitique.* Matth. X : *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Tertio ipsius interfactio ; *Et misit rex;* quia Ægyptiis federatus erat. Ideo autem iste occisus est, et Jeremias liberatus, quia Deus aliquos permittit occidi de sanctis ad condemnationem malorum, et exemplum patientiae bonorum, Jacobi ult. : *Exemplum accipite fratres¹ exitus mali, et longanimitatis, et laboris, et patientiae, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.* Similiter Act. XIII, Jacobus occiditur, Petrus liberatur. Tertio ponitur sententia executio de liberatione Jeremie : *Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Jeremia.* Et planum est.

C A P U T V I G E S I M U M S E P T I M U M

1. In principio regni Joakin filii Josia regis Iuda, factum est verbum istud ad Jeremiam a Domino, dicens : *Hinc dicit Dominus ad me : Fae tibi vincola, et catenas, et pones eas in collo tuo, et mittes eas ad regem Edom, et ad regem Moab, et ad regem filiorum Ammon, et ad regem Tyri, et ad regem Sidonum, in manu nuntiorum qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda; et præcepies eis ut ad dominos suos loquantur.* Hinc dicit Dominus exercituum Deus Israel : *Hinc dicitis ad dominos vestros : Ego feci terram, et homines, et iumenta quæ sunt super faciem terræ in fortitu-*

dine mea magna, et in brachio meo extento, et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis servi mei. Insper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi. Et servient ei omnes gentes, et filio ejus, et filio filii ejus, donec veniam tempus terræ ejus, et ipsius : et servient ei gentes multæ, et reges magni. Gens autem, et regnum quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, et quicunque non curvaverit collum suum sub jugo regis Babylonis : in gladio et in fame et in peste visitabatur super gentem illam, et in fami-

¹ Al. : « terrens. »

nus, donec consumam eos in manu ejus. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, et divinos, et somnatores, et augures, et maleficos, qui dicunt vobis: Non servietis regi Babylonis: quia mendacium prophetant vobis, ut longe faciant vos de terra vestra, et ejiciant vos et pereat. Porro gens quae subiecceri cervicem suam subiugo regis Babylonis, et servierit ei, dimittat eam in terra sua, dicit Dominus, et colet eam, et habitabit in ea.

2. Et ad Sedeциam regem Juda locutus sum secundum omnia verba haec, dicens: Subjicte colla vestra sub iugo regis Babylonis, et servite ei, et populo ejus; et vivetis. Quare morientium tu et populus tuus, gladio et fane et peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quae servire voluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non servietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis: Quia nou misi eos, ait Dominus, et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos; et pereat tam vos quam prophetas qui vaticinantur vobis.

3. Et ad sacerdotes, et ad populum istum locutus sum, dicens: Hie dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis dicentes: Ecce vasa Domini revertentur de Babylonie nunc cito: mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babylonis, ut vivatis. Quare datur haec civitas in soliditudinem? Et si propheta sunt, et est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa quae derelicta fuerint in domo Domini, et in domo regis Juda, et in Jerusalem, in Babylonem. Quia haec dicit Dominus exercituum ad columnas, et ad mare, et ad bases, et ad reliqua vasorum, quae remanserunt in civitate hac, quae non tuit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Jechoniam filium Joakin regem Juda de Jerusalem in Babylonem, et omnes optimates Juda et Jerusalem. Quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa quae derelicta sunt in domo Domini, et in domo regis Juda et Jerusalem. In Babylonem transferentur, et ibi erunt usque ad diem visitationis sue, dicit Dominus; et affter faciam ea, et restituam in loco isto.

4. Hie premissio claro titulo, excludit falsas consolationes prophetarum: *¶* primo in generali; secundo descendendo ad quosdam speciales prophetas, cap. xxviii: *Et factum est in anno illo.* Circa primum duo. Primo excludit consolations prophetarum gentilium; secundo prophetarum Iudaeorum, ibi, *Et ad Sedeциam regem Juda locutus sum.* Circa primum duo. Primo prasignat prophetiam facto: *Fac tibi vincula, in signum servitutis gentium, in manu nuntiorum,* qui missi fuerant ad confederandum se regi Jerusalem, vel ad resistendum Nabuchodonosor. Osee xi: *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum.* Ezech. iii: *Et tu filii hominis, recte data sunt super te vincula, et*

ligabunt te in eis, et non egredieris de' medio eorum etc. Secundo exprimit eam verbo, *Et precipies.* Inducit autem eos ad subdendum se regi Babylonis contra consilium prophetarum tripliciter. Primo ex Nabuchodonosor potentia, quam ostendit duabus modis. Primo ex divina concessione, ponens rerum creationem: *Ego feci terram, quantum ad opus creationis et dispositionis, homines, quantum ad opus ornatus, brachio, quod dicit applicationem potentiae ad opus.* Isa. xlvi: *Firmans terram, et quae germinant ex ea.* Et concludens concedendi auctoritatem: *Et dedi eam ei, homini, vel cuicunque.* Daniel iv: *Dominatur excelsus in regno hominum, et cuicunque voluerit dat illud.* Et ostendente concessionem factam a Deo Nabuchodonosor, quantum ad homines: *Et munc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor.* Dan. v: *Deus altissimus regum, magnam gloriam, et honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo.* Et propter magnificentiam quam dederat ei, universi populi, tribus, et lingua tremebant, et metuebant eum etc. Et quantum ad bestias: *Insuper et bestias,* et est locutio hyperbolica. Vel per bestias significantur feroes homines, qui sub eo fuerint. Vel quia subjectis hominibus, etiam bestiae eis subjectae illi subduntur. Unde Dan. iv: *bestiae requiescebant sub umbra arboris, per quam significabatur Nabuchodonosor.* Alio modo ostendit potentiam ejus ex gentium subjectione, *Et servient.* Ect. iii: *Omnia tempus habent.* Tertio inducit eos ex rebellium pena, ponens penam rebellium: *Gens autem, et regnum.* Et ideo Rom. xiii: *Necessitate subditi estote, non solem propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Et excludit consilium prophetarum: *Vos ergo nolite audire prophetas, quos dicunt gentiles per fulgorem intelligentiae agentis in animas ipsorum, etiam futura posse praescire, divinos, qui in templis idolorum, somnatores qui ex somniis, augures, qui ex garritu avium, maleficos, qui ex coniuratione daemonum futura pradident.* Supra xxiii: *Nolite audire verba prophetarum qui prophetant*

vobis, et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini etc. Et assignat pro causa, prophetarum mendacium : *Quia mendacium prophetant, et immineus periculum, ut longe faciunt, et est ut consequentium.* III Reg. ult. : *Ego spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Tertio inducit eos ex obedientium gratia, quam a Domino consequentur : Porro gens. Infra xl : Nolite timere servire Chaldaeos, habitate in terra, et servite regi Babylonis, et bené erit vobis.*

2. Quia illi munti possent dicere, quare talia sua genti intenta ad rebellionem non dixit ; hic respondet se eis eadem dixisse. Et primo ponitur admonitio ipsius ad regem ; secundo ad sacerdotes, et ad plebem, ibi, *Et ad sacerdotes, et ad populum istum locutus sum.* Circa primum duo. Primo ponit bonum consilium, ponens ipsum : *Subjecite collam Pet. ii : Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis.* Et propouens imminens periculum : *Quare moriorimini ?* Supra xxi : *Qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio, et fame, et peste ; qui autem egressus fuerit, et transfugerit ad Chaldaeos, qui obsident vos, vivet, et erit ei anima sua quasi spolium.* Secundo excludit falsum consilium prophetarum : *Nolite audire, tribus de causis.* Primo propter fallacem promissionem, *Quia mendacium.* Ezech. xxii : *Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento, videntes vanam, et divinantes eis mendacium ; dicentes : Hoc dicit Dominus, cum Dominus non sit locutus.* Secundo propter presumptam auctoritatem : *Quoniam non misi.* Supra xxiii : *Non mittebam eos, et ipsi currebant ; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant.* Tertio propter pœnam imminentem : *Ut ejiciant vos, occasionaliter.* Osee iv : *Corrues tu hodie et corruet etiam propheta tecum.*

3. Illic ponitur admonitio ad sacerdo-

tes, et ad plebem : et primo excludit falso sum consilium : *Nolite audire... Ecce vasa, que asportata fuerunt in Babylonem cum Iechonia : iv Reg. xxiv.* Et assignat causam : proponens prophetarum mendacium : *Mendacium enim prophetant vobis : servitutis fructum, Ut vivatis : rebellionis periculum : Quare datur hec civitas in solitudinem ?* Supra xxi : *Qui egressus fuerit, et transfugerit ad Chaldaeos, qui obsident vos, vivet etc.* Secundo petit veritatis iudicium : *Et si prophetæ sunt ;* quasi dicat : Faciant quod minus est, scilicet que remanserunt non asportari, occurrendo Deo orationibus, ut credatur eis quod maius est, scilicet asportata reportari. Ezech. xiii : *Non ascendistis ex adverso, neque opposuitis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.* Tertio proponit manifestum falsitatis argumentum per locum a majori, quia quod magis videtur non fiet, ut scilicet relieta vasa remaneant ; nec ergo quod minus, ut scilicet asportata referantur. *Quia hoc dicit Dominus ad columnas, duas quæ fecit Salomon in portico, et ad bases, earum, et ad mare, vas in quo servabatur aqua ad ablutionem sacerdotum, quod erat positum supra duodecim bases ; de quibus omnibus habetur III Reg. vii.* Et resumit : *Quia hoc dicit Dominus, propter vasa templi, quia non moverat nisi vasa quæ erant in portico.* I Mach. ii : *Vasa gloriæ ejus captiva adducta sunt.* Et promittit in longum tempus futurum, eorum reportationem : *Et afferri faciam ea, temporibus Cyri.* I Esdr. v. Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor de Jerusalem, et consecravit ea idolo suo. Et proferens ea Cyrus rex Persarum tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius, per hunc autem tradita sunt Sassabasar² præsidi Judææ.

¹ Al. : « timebam. »

² Al. : « Salmanasar. »

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM

1. Et factum est in anno illo, in principio regni Seidecie regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me, Hananias filius Azur propheta de Galaon, in domo Domini, coram sacerdotibus, et omni populo, dicens : Hec dicit Dominus exercitum Deus Israel : Contrivi jugum Regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quae tuuit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, et transiit ea in Babylonem. Et Jechoniam filium Joakim regem Iuda, et omnem transmigrationem Iuda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego convertam ad locum istum, ait Dominus : conteram cuim jugum regis Babylonis.

2. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetan, in oculis sacerdotum, et in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini. Et ait Jeremias propheta : Amen, sic faciat Dominus. Suscitet Dominus verba tua quae prophetasti, ut referatur vasa in domum Domini, et omnis transmigratione de Babylone ad locum istum. Veruntamen audi verbū hoc quod ego loquor in auribus tuis, et in auribus universi populi : Prophetae qui fuerint ante me, et ante te ab initio, et prophetaverunt super terras multas, et super regna magna de prælio, et de afflictione, et de fane. Prophetæ qui valuerint est pacem, cum venerit verbum ejus, tunc sciatur propheta, quem misit Dominus in veritate.

3. Et tuli Hananias propheta catenam de collo Jeremie prophete, et confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens : Hec dicit Dominus : Sic confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abiit Jeremias propheta in viam suam.

4. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Jeremie prophete, dicens : Vade et dices Hananiam : Hec dicit Dominus : Catenas lignæ contrivisti, et facies pro eis catenas ferreas. Quia haec dicit Dominus, exercitum Dens, Israel : Jugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor rex Babylonis, et servient ei : insuper et bestias terræ dedi ei. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam : Audi Hanania : non misit te Dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idecirco haec dicit Dominus : Ecce ego mittam te a facie terra : hoc anno morieris : adversus enim Dominum locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo mense septimo.

4. Hic descendit specialiter ad quosdam falsos prophetas : et primo ad quendam qui predicebat relictis in Jerusalem ; secundo ad quosdam qui prophetabant captivis¹ in Babyloniam, cap. xxix : Et hæc sunt verba libri quem misit Jeremias propheta. Cirea primum duo. Primo ponitur

falsa consolatio falsi prophetae ; secundo falsitatis improbatio per Jeremiam, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam*. Circa primum duo. Primo ponitur falsa consolatio, quam falsus propheta fecit verbo ; secundo quam fecit facto, ibi, *Et tulit Hananias propheta catenam de collo Jeremias*. Cirea primum duo. Primo ponitur falsa consolatio ; secundo Jeremiae responsio, ibi, *Et dixit Jeremias etc.* Circa primum duo. Primo ponit falsæ prophetae titulum, in quo designatur tempus : *In anno quarto, propheta, Hananias propheta, opinione, locus, in domo Domini*. Supra xxii : *In domo mea inveni malum eorum, ait Dominus*. Secundo ponit falsum consolationis verbum : *Hec dicit Dominus : et primo promittit libertatem, Contrivi, destruxi : proper certitudinem dicitur² in praeterito : imperium, quod conterendum quidem erat, sed non tunc*. Isa. x : *Computrescat jugum a facie olei*. Secundo prædicet impletionis propinquitatem : *Adhuc duo anni dierum, ne credantur anni annorum, sicut illud Ezech. iv : Diem pro anno : diem, inquam, pro anno dedi tibi*. Et primo quantum ad reportationem vasorum : *Et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa Domini*, de quorum captione Thren. i : *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus etc.* Secundo quantum ad liberationem principum snorum, *Et Jechoniam, contra id quod supra capite præcedenti dictum est*. Supra xxii : *Terra terra, terra, audi sermonem Domini*.

2. Ille ponitur Jeremiae responsio, et primo demonstrat suum affectum, optans impleri quod ipse dicebat, *Amen*, idest fiat. Michæel n : *Utinam non essem vir habens spiritum, et mendacium potius loqueretur*. Nec obstat quod sciebat Dominum contrarium velle, quia haec optatio sub conditione intelligenda est, scilicet si

¹ AL. : « captivitatis. »

² AL. : « dicit. »

Dens vellet, et quia in hoc suam voluntatem divina conformat quod vult quod Dens esse vult. Secundo ne videatur falsitati consentire, proponit veritatis signum : *Veritatem audi. Et sumitur hoc signum Dent. xviii : quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus.*

Sed ipse videtur a contrario sensu arguere : et videtur quod non valeat, quia est destructio antecedentis ; et propterea contrarium habetur Dent. xxi. : *Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnum vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum, et evenerit quod locutus est, dixerit tibi : Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis : non audies verba propheta illius, aut somniatoris etc.*

Et dicendum, quod argumentum efficax est ad ostendendum ejus falsitatem ; et hoc ipse intendit.

3. Ille confirmat prophetiam suam facto : et circa hoc tria. Primo ponit facti similitudinem : *Tulit et fregit, in signum fractionis imperii Babylonie* ; secundo exponit similitudinem : *Et ait Iananias. Hoc longe post futurum erat. Infra xxx : Conteram jugum illius de collo tuo, et vincula ejus disrumpam.* Tertio designatur Jeremias humilitas, quia patienter, et libenter

sustinuit et abiit. Psalm. xxxvii : *Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.*

4. Ille ponitur falsitatis improbatio : et primo excludit falsam consolationem, facti similitudine, *Contrivisti, tu Iananias ; et tu Jeremias, facies, in signum augmentationis poenae. Job vi : Qui timent pruinan, irruet super eos nix.* Et similitudinis expositionem : *Quia huc dicit Dominus ; ac si diceret : Jugum servitutis durus erit quam presignificatum sit. Eccl. xxviii : Jugum illius jugum seruum est, et vinculum illius vinculum acreum est.* Secundo ponitur communatio contra ipsum prophetam : et primo ponitur culpe repressio : *Et dixit Jeremias... Non te misit Isa. xxiv : Posuimus mendacium spem nostram, et manducio protecti sumus.* Secundo ponitur poenae communatio : *Idcirco emittam te ; idest, tollam per mortem Psalm. xviii : Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ.* Tertio ponitur prophetæ impletio : *Et mortuus est mense septimo : unde non supervixit nisi duobus mensibus. I Thess. v : Dum dixerint, Pax, et securitas ; tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, et non effugient.*

C A P U T V I G E S I M U M N O N U M

4. Et haec sunt verba libri quem misit Jeremias propheta de Jerusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, et ad sacerdotes, et ad prophetas, et ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Jerusalem in Babylonem, postquam egredens est Jechonias rex, et domina, et eunuchi, et principes Iuda, et Jerusalem, et faber, et inclusor de Jerusalem, in manu Elasa filii Saphan, et Gamaria filii Heleiae, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens : *Hec dicit dominus exercitum Deus Israel omni transmigrationi quam transiit de Jerusalem in Babylonem : Edificate domos, et habitate, et plantate herbæ, et comedite fructum eorum. Accipite uxores, et generare filios, et filias, et date filii vestris uxores, et filias vestras date viris, et pariant filios, et filias : et multiplicabimini ibi, et nolite esse pauci numero, et querite pacem civitatis ad quam transmigrare vos feci, et orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Illec*

enim Dicit Dominus exercitum Deus Israel : Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, et Divini vestri, et ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somnatis : quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, et non misi eos, quia haec dicit Dominus : *Cum coepierit impleri in Babylonie septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbū meū menū hominū, ut reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogitationes quas cogito super vos, dicit Dominus, cogitationes pacis, et non afflictionis, ut deum vobis finem et patientiam. Et invocabilis me et vivetis ; et orabitis me, et ego exaudiām vos ; et quaretis me, et invenietis. Cum quiesceritis me in toto corde vestro, inveniar a vobis, dicit Dominus. Et reducam captivitatem vestram, et congregabo vos de universis gentibus, et de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus. Et reverti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci. Quia dixistis : Suscitabit nobis dominus prophetas in babylone. Quia haec dicit*

Dominus ad regem qui sedet super solium David, et ad omnem populum habitatorem urbis hiujus, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem.

2. Hac dicit Dominus exercitum : Ecce mittam in eos gladium, et famen, et pestem, et ponam eos quasi fieri malas, quae comedi non possunt, eo quod pessima sint, et persequar eos in gladio, et in fame, et in pestilentia. Et dabo eos in vexationem universis regni terra, in maledictionem, et in stuporem, et in sibilum, et in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego ejeci eos : eo quod non audierint verba mea, dicit Dominus, que misi ad eos per servos meos prophetas de nocte consurgens, et mitentes ; et non audistis, dicit Dominus. Vos ergo audite verbum Domini, omnis transmisi, gratio quam emisi de Jerusalem in Babylonem.

3. Hac dicit Dominus exercitum Deus Israel ad Achab filium Colim, et ad Sedeiam filium Maasie qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter : Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis ; et persecutus eos in oculis vestris. Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudea, quae est in Babylonie, dicentium : Ponatis Dominus sicut Sedeiam, et sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in ignem.

4. Pro eo quod fecerunt stultitiam in Israel, et mœchati sunt in uxores amicorum snorum, et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis.

5. Ego sum Iudex, et testis, dicit Dominus.

6. Et ad Semeiam Nehelamitem dices : Hac dicit Dominus exercitum Deus Israel. Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Jerusalem, et ad Sophonianum filium Maasie sacerdotem, et ad universos sacerdotes, dicens : Dominus dedit te sacerdotem pro Josade sacerdotem ut sis dux in domo Domini super omnem virum arreptuum et prophetam me, ut mittas eum in nervum, et in carcere. Et nunc quare non increpasti Jeremiam Anathothitem, qui prophetat vobis ? Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens : Longum est : adficiate domos, et habitate, et plantate hortos, et comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonianus sacerdos librum istum in auribus Jeremie prophetata.

7. Et factum est verbum Domini ad Jeremiham, dicens : Mitte ad omnem transmigrationem, dicens : Hec dicit Dominus ad Semeiam Nehelamitem : Pro eo quod prophetavit vobis Semeias, et ego non misi eum, et fecit vos confidere in mendacio ; dicens haec dicit Dominus : Ecce ego visitabo super Semeiam Nehelamitem, et super semen eius. Non erit ei vir sedens in medio populi hiujus, et non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus : quia prevaricationem locutus est adversus Dominum.

4. Hic excludit falsas consolationes prophetarum, qui consolabantur captivos in Babyloniam : et primo excludit falsas consolationes ; secundo invehit contra ipsos falsos consolatores, ibi, *Hac dicit Dominus etc.* Cirea primum duo. Primo ponit prophetarum titulum, in quo tria assignat : scilicet prophetandi modum, quia per modum epistola ; *Verba libri*, idest epistola Isa. xxx : *Ingressus scribe ei*

*super buxum, et in libro diligenter extra illud. Et erit in die novissimo in testimonium usque in aeternum. Prophetas temporis, Postquam egressus : iv Reg. xxiv. Isa. iii : Ecce dominator Dominus exercitum auferet ab Jerusalem et a Iuda validum et fortē, omne robur panis, et omne robur aquæ, et fortē et virum bellatorem, judicem et prophetam, etc. Et prophetae nuntium : In manu Elasa filii Saphan, et Gamaria filii Hecclie, quos misit, ut pacem cum Chaldaeis faceret, tertius ad mortem falsi consolatoris Hannanie, et comminatione Jeremie. Prov. xix : Pestilente flagellato, stultus sapienter erit. Secundo ponit prophetarum verbum : *Hec dicit Dominus* : et circa hoc duo. Primo dat eis consilium bonum, et salutare, ut intendant his quae pertinent ad usum necessitatis : *Edificate domos*, quod facere negligebant, credentes citio redire, secundum promissa falsorum prophetarum. Psalm. cvi : *Seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis. Item ut intendant his quae pertinent ad successionem prolis : Accipite uxores.* Gen. i : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram.* Et ut intendant his quae pertinent ad tranquillitatem pacis : *Et querite pacem.* Baruch. i : *Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, et pro vita Balthassar filii rjus etc.* I Tim. ii : *Observe primum omnium fieri obsecrations, postulationes, grotiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam, et tranquillam vitam agamus in omni pietate, et castitate, etc.* Secundo excludit consilium falsum, et inutile : *Hec enim dicit Dominus* : et primo excludit vanam fiduciam quam exprophetarum promissione conceperant ; secundo excludit stultam paenitentiam, ibi, *Quia haec dicit Dominus etc.* Cirea primum tria. Primo excludit falsorum prophetarum dictum, qui in brevi liberationem promittabant : *Non vos seducant prophetas*, qui ex nomine Domini vobis loquuntur, et divini, qui damnum responsum aptant. Ezech. xii : *Vix prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident.* Secundo dicit liberationis tempus quantum ad consolationem : *Quia**

huc dicit Dominus, Visitabo, consolans vos, et hostes affligeus. Supra xxv : *Cum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, etc.* Et quantum ad patriae restitutionem, *Et suscitabo, implebo.* Eccl. xxxvi : *Suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tua prophetæ priores.* Tertio ponit liberationis modum, primo promittens pristinæ prosperitatis statum quantum ad tranquillitatem pacis : *Ego enim scio; quasi non aliis.* I Cor. ii : *Quæ sunt Dei nemo scit nisi spiritus Dei.* Isa. lxix : *Oculus non vidit absque te quæ præparasti expectantibus te. Cogitationes pacis, quam vobis præparo, furem, captivitatis, patientiam, laborum, ut facilius toleretis.* Psalm. xxvii : *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Et quantum ad exauditionem orationis : *Invocabitis, ore, et ibitis, mente, adorabitis, corpore.* Vc *ibitis, ad templum.* Isa. xxx : *Ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.* Alia littera habet : *Invocabitis me, et vivetis; et orabitis me, et ego exaudiatur vos.* Et planus est sensus. Et quantum ad auxilium divinae protectionis, *Quæretis, desiderio et precibus, et invenietis, paratam ad auxilium; quasi dicat, meipsum offeram.* Joan. xiv : *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.* Isa. lxx : *Quarite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est.* Secundo promittit proprium nativitatis locum, *Et reducam.* Ezech. xxxvi : *Tollam quippe vos de gentibus et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram.* Quia dixistis : quasi dicat : Non fuit necessarium vobis scribere, quia in falsis prophetis confiditis.

2. Ille excludit falsam pœnitentiam : possent enim propter longam captivitatem pœnitere de hoc quod se tradiderant, videntes alios adhuc in Jerusalem remanisse ; et ideo contra remanentes communiquerat gravem pœnam mortis. *Ecce mittam.* Supra xxi : *Qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio et fame et peste; qui*

autem egressus fuerit, et transfugerit ad Chaldeos qui obsident vos, vivet etc. Et afflictionis, *Et ponam;* idest non inventient gratiam in me, neque in illis a quibus captivi tenentur, sicut neque siens male placent colligentibus. Supra xxiv : *Sicut siens pessima quæ comedi non possunt, eo quod sint mala, huc dicit Dominus; sic dabo Sædeian regem Judæ, et principes ejus, et reliquos de Jerusalem qui remanserunt in urbe hac et qui habitant in terra Ægypti etc.* Et assignat causam : *Eo quod non audierint, scilicet ut se traderent Nabuchodonosor, et a peccatis cessarent.* Supra xi : *Mane consurgens contestatus sum, et dixi : Audite vocem meam. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam; sed abiérunt unusquisque in pravitate cordis sui mali etc.* Secundo inducit intentam conclusionem : *Vos ego audite Verbum Domini, ne scilicet pœnam patiamini, quia mihi in hoc obedistis.* Prov. iv : *Audite filii disciplinam patris.*

3. Illic invehitur contra ipsos falsos prophetas : et primo contra quosdam assertores falsitatis ; secundo contra quemdam impugnatorem veritatis, ibi, *Et ad Semeiam etc.* Circa primum tria. Primo comminatur pœnam ; secundo arguit culpam, ibi, *Pro eo quod fecerint stultitiam in Israel;* tertio arguit judicij justitiam, ibi, *Ego sum iudex et testis.* Circa primum tria. Primo ponitur ipsorum depresso in culpa, *Tradam eos,* ut scilicet occasionem puniendi habeat quos primo in potestate habebat. Thren. i : *Dedit me Dominus in manu de qua non potero effugere.* Secundo ponitur pœnae inflatio, *Et percutiet.* Infra xxx : *Inseparabilis fractura, pessima plaga tua.* Tertio ponitur consequens maledictio : ² *Et assumetur ex eis.*

Dicunt autem Hebrei, hos esse duos senes de quibus habetur Dan. xiii. Unde ex hoc loco volunt ostendere illud fabulosum esse. Ibi enim dicuntur a populo occisi, hic autem a Nabuchodonosor. Et præterea ibi dicuntur lapidati, hic igne occisi.

Et dicendum ad primum, quod utrum-

¹ Al. : « invehit. »

² Al. : « maledictio. »

que potest esse verum : quia Nabuchodonosor occidit auctoritate, a Daniele convictos, et populus executione sententiae. Ad secundum dicendum, quod qualibet poena dicitur ignis propter afflictionem, et hoc praeципue propter similitudinem culpæ adulterii. Osee vii : *Omnes adulterantes, quasi cibanus succensus a coquente. Job xxxi : Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.*

4. Ille ponit culpam : et primo adulterium : *Stultitiam, idest rem stultam, et mœchati sunt. Daniel. xiii : Sic faciebatis filiabus Israel, et illæ timentes loquebantur vobis.* Supra v : *Unusquisque ad uxorem proximi sui hinnebat.* Secundo mendacium : *Et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter : dicebant enim proximam esse liberationem, et Christum de eis esse nasciturum, ut sic mulieres in adulterium deciperent.* Supra xxiii : *Non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant.*

5. Ille ponit judicij justitiam, *Judex,* ad infligendam pœnam, *testis,* ad convincendam culpam : quia divino nutu, et miraculose deprehensi sunt. Daniel. xiii : *Suscitavit Dominus spiritum pueri junioris, cui nomen Daniel etc.*

6. Ille invehit contra impugnatorem veritatis, quia cum esset pseudopropheta, et populi vicinam liberationem promitteret, iratus contra Jeremiam propter epistolam quam in Babylonem misit, scripsit in Jerusalem litteras ad principem sacerdotum contra Jeremiam. Et circa hoc duo. Primo ponitur veritatis impugnatio ; secundo ponitur contra ipsum comminatio, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam.* Circa primum duo. Primo ponit tenorem epistola : *Pro eo quod misisti.* Est defectuosa locutio ; quasi, patieris, quod postmodum quibusdam interpositis dicet. In qua epistola tria facit. Primo commemorat predecessoris exemplum : *Dominus dedit te pro Iohade, qui interfecit falsos sacerdotes ut tu similiter facias de Jeremia falso propheta.* IV Reg.

xl. Secundo commemorat officium : *Ut sis dux in domo Domini super omnem vi rum arreptitum, qui a spiritu immundo arreptus prophetæ actum usurpat. Pertinebat enim ad sacerdotis officium discernerere inter spiritus. I Joan. iv : Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint : quoniam multi pseudoprophetæ ericerunt in mundo etc.* Quadrupus etiam accusat, scilicet epistolam Jeremiæ : *Quia super hoc misit in Babylonem : quia non est contentus nobis mala prædicere. Amos v : Odeo habuerunt corripientem in porta, et loquentem perfecte abominati sunt.* III Reg. ult. : *Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Jemias.* Secundo ostendit quomodo pervenit ad notitiam prophetæ. Legit ergo Sophonias sacerdos libram istum in auribus Jeremiæ prophetæ : ut impropperaret sibi. Supra xx : *Factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisione tota die.*

7. Ille ponitur contra ipsum comminatio. Et primo arguit culpam : *Pro eo quod prophetavit.* Isa. xxviii : *Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.* Et dirigitur sermo ad captivos per quamdam aliam epistolam. Secundo comminatur pœnam : *Idecreo haec dicit Dominus.* Et primo quantum ad filios : *Non erit ei vir ;* quasi dicat : Non relinquet in populo superstitem. Exod. xx : *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniuriam patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me.* Secundo quantum ad ipsum ! *Et non videbit bonum quod ego faciam populo meo.* Supra xv : *Erit enim quasi myria in deserto, et non videbit cum venerit bonum.* Tertio resumit causam : *Quia prævaricationum locutus est aduersus Dominum : quia verbis suis prævaricatus est contra Dominum loquens, promittens prospera, Domino prædicente adversa.* Job xxxix : *Numquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit ?*

CAPUT TRIGESIMUM

1. Hoc verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens : Hoc dicit Dominus Deus Israël, dicens : Scribe tibi omnia verba quae locutus sum ad te, in libro. Ecce enim dies venient, dicit Dominus, et convertam conversionem populi mei Israël et Iuda, ait Dominus, ad convertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, et possidebunt eam.

2. Et haec verba quae locutus est Dominus ad Israël, et ad Iudah : quoniam haec dicit Dominus : Vocem terroris audivimus : formido, et non est pax. Interrogate, et videte si generat inasenus. Quare ergo vidi omnis viri manum super humum suum quasi parturientes, et converse sunt universa facies in aurumque? Va, quia magna dies illa, nec est similis ejus, tempusque tribulationis est Jacob, et ex ipso salvabitur. Et erit, in die illa, ait Dominus exercituum, conteram jugum ejus de collo tuo, et vincula ejus disrumpam. Et non dominabitur ei amplius alienus; sed servient Domino Deo suo et David regi suo quem suscitabo eis. Tu ergo ne timeras, serve meus Jacob, ait Dominus, neque pavemas, Israël, quia ecce ego salvabo te de terra longinquâ, et semen tuum de terra captivitatis eorum. Et revertetur Jacob, et quiescat, et cunctis affluat bonis et non erit quoniam formidet : quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvente. Faciam eum consummatum in emeritis gentibus in quibus dispersi te; te autem nou faciam in consuagationem, sed castigabo te in iudicio, ut non tibi videaris innoxius.

3. Quia haec dicit Dominus : Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui judicet iudicium tuum, ad alligandum curiacionem tuam: utilitas non est tibi. Omnes amatores tui oblitii sunt tui, teque non querent. Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli. Propter multitudinem iniuriarum tuae dura facta sunt peccata tua. Quid clamans super contritione tua? Insanabilis est dolor tuis. Propter multitudinem iniuriarum tuae, et propter dura peccata tua feci haec tibi. Propterea omnes qui comedunt te devorabuntur, et universi hostes tui in captivitate dentur. Et omnes qui te vastant vastabuntur, cunctosque predatores tuos dabo in prædam. Obducatur enim cicatricem tibi, et a vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia ejectam vocaverunt te: Sion haec est, quae non habebat requirentem. Haec dicit Dominus : Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, et tecum ejus miseror. Et aedificabimur civitas in excelso suo, et templum juxta ordinem suum fundabimur. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium, et multiplicabo eos, et non minuentur; et glorificabo eos, et non attenuabuntur; et erunt filii ejus sicut a principio, et cactus ejus eorum me permanebit. Et visitabo adversum omnes qui tribulant eum, et eridux eum ex eo. Princeps de medio ejus producetur. Et applicabo eum, et accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suum, ut appropriquet mihi? ait Dominus. Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.

4. Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescent. Non avertet iram indignationis Dominus, donec faciat, et compleat cogitationem cordis sui. In novissimo dierum intelliget ea.

1. Post comminationem hic incipit consolationem ponere: et primo ponit consolationem ad omnes communiter; secundo specialiter ad civitatem regiam, scilicet Jerusalim, cap. xxxiii : *Et factus est verbum Domini ad Jeremiam secundo.* Prima in duas. Primo consolatur eos verbo; secundo designat consolationem facto, cap. xxxii : *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino.* Prima in duas. In prima consolatur eos ex evasione adversitatis; in secunda ex promissione prosperitatis cap. xxxi : *In tempore illo dicit Dominus.* Prima in duas. In prima promittit liberationem in generali: in secunda prosequitur promissionem in speciali, ibi, *Et haec verba quæ locutus est Dominus.* Circa primum duo facit. Primo Dominus ponit ad prophetam propriae conservandæ præceptum: *Scribe tibi omnia, quæ prædicta sunt, et quæ sequentur, quorum revelationem jam intus suscepserat, ut diu conservarentur;* in quo significat non cito implenda. Isa. viii: *Sime tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, cito prædare.* Habac. n: *Scribe vim, et explana cum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum.* Secundo promittit liberationis beneficium: *Ecce enim convertam, idest revocabo de terra captivitatis, quantum ad terminum a quo, conversionem, quia non omnes, sed tantum illos qui tali conversione erunt digni, Israël, decem tribus, quantum ad illos qui ad Ezechiam regem in Jerusalem venerunt.* Il Paral. xxx : *Nam cum eis captivati sunt, et eis redemptibus redierunt.* Vel referendum est ad conversionem factam ad fidem Christi, *Et convertam, quantum ad terminum ad quem.* Psal. cxxv: *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.*

2. Ille prosequitur liberationis partes: et primo promittit eis liberationem ab hostiis servitute: secundo a multiplici destructione quam sustinuerunt, ibi,

Quia hæc dicit Dominus. Cirea primum duo. Primo proponit oppressionem pristinam, quam designat proponens hostium timorem : Vocem terroris audivimus, ante a prophetis prænuntiatam : formido et non est pax, aliquo auxilium ferente. Job xv : Sonitus terroris semper in auribus illius : et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Timoris expressionem ex gestu corporis : quia ad similitudinem parturientium manus ad lumbos convertebant præ stupore : Interrogate. Psal. xlviij : Ibi dolores ut parturient. Et ex immunitatione ruboris : Et conversæ sunt in auroruginem, quæ est color niger permixtus rubedini, contingens iratis. Et ex vento urente. Isa. xii : Facies combustæ vultus eorum. Jœl. ii : Omnes vultus redigentur in ollam. Proponit etiam timoris, et anxietatis magnitudinem : Vox quia magna, magnitudine tribulationis, dies, captionis Jerusalem. Soph. i : Vox dici Domini anara; tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis et angustiarum; dies calamitatis, et miseriae: dies tenebrarum, et caliginis, dies nebulæ et turbinis; dies tubæ, et clangoris, etc. Secundo promittit salutem futuram : et primo promittit liberationem : Et ex ipso salvabitur, scilicet tempore, quamvis malo. Osea i : Salvabo eos in Domino Deo suo. Secundo salutis modum et ordinem, promittens liberationem a servitute' excludens hostium imperium, Et erit in die illa... conteram jugum, ipsum Nabuchodonosor. Et non dominabitur, quod impletum est temporum Simonis. I Mach. in fine. Vel referendum ad liberationem factam per Christum de potestate demonum. Isa. ix : Jugum enim oneris ejus, et virginum humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti. Et promittens optatum imperium : Sol servient, idest alieui qui erit vobis sicut David, sicut Simoni et Jonathæ. Vel Zorobabel, qui fuit de stirpe David. Vel Christo. David autem imperium erat eis maxime desideratum propter prosperitatem, et pacem quam tempore ipsius habuerunt, et quia non oppresserat eos servitute, sicut Salomon. Exech. xxxvii : David seruos meus princeps eorum in perpetuum. Providet etiam liberationem a captivitate, exclu-

dens timorem : Tu ergo ne timeas. Isa. xlii : Noli timere, quia ego tecum sum. Ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Et ponens liberationem quantum ad terminum a quo : Quia ecce ego salvabo te de terra longinquæ. Zachar. vii : Ecce ego salvabo populum meum de terra orientis, et de terra occasus solis, et adducam eos : et habitabunt in medio Jerusalem, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, in veritate et in justitia. Et quantum ad terminum ad quem : Et revertetur et quiesceret, quantum ad pacis tranquillitatem, et in cunctis, quantum ad rerum ubertatem. Isa. xxxiii : Sedebit populus meus in multitudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et in reque opulentia. Tertio ostendit salutis auctorem : et primo ponit salvatoris presentiam : Quoniam tecum ego sum. Supra xx : Dominus mecum est tanquam bellator fortis : idecirco qui persecutur me cadent, et infirmi erunt, et confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Secundo in hostes vindictam : Faciam enim consummationem : ad finem consumptionis perducat eos. Isa. x : Consumptionem et abbreviationem Dominus Deus exercitum faciet in medio omnis terræ. Tertio ad vos conservationis misericordiam : Te autem non faciam in consumptionem, ut scilicet non sint tue reliquiae. Supra v : Verumtamen in diebus illis, ait Dominus non, faciam vos in consummationem. Quarto insert moderata penitentia ad castigandum : Castigabo te in iudicio. Supra x : Corripe me, Domine, verumtamen in iudicio, et non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me, in iudiciis, aequitatis.

3. Hic promittit liberationem a destructione, et afflictione magna quam sustinuerant : et circa hoc duo. Primo proponit praecedentem destructionem, ostendens ipsius magnitudinem, quia quasi haec erit castigationis quantitas ut in virtute humana reparari non possit : Fractura, quæ dicit interruptionem continuitatis, et significat destructionem hominum, vel civitatum, insanabilis, quantum in se est, si etiam Deus salvare possit, propter magnitudinem pessima, propter pro-

funditatem. Thren. ii : *Magna est velut mare contritio tua : quis medebitur tui?* Excludens etiam humani auxiliū subventionem, sive per iudicium¹ justitiae judicantis de injuria illata : *Non est qui iudicet, contra hostes, ad illigandum*, sicut qui curant plagas ligant emplastrum super ipsas. Isa. lxi : *Vidit Dominus, et nulum apparuit in oculis ejus, quia non est iudicium.* Sive secundum affectum amicitiae subvenientis : *Utilitas non est tibi, ab amicis scilicet, quia vere medium offendisti.* Thren. i : *Omnis amici ejus sperverunt eam, et facti sunt ei inimici.* Ostendens etiam penae aequitatem, assignans penae causam : *Plaga enim inimicis, qui perentit ad mortem, quia est insanabilis, crudelis quia profunda.* Propter multitudinem : unde oportuit esse magnam plagam, que omnia apostemata comprehenderet : *dura*, quantum ad obstinationem ; et ideo opportuit eam esse vehementem : et profundam quia usque ad intima penetraret. Thren. ii : *Factus est Dominus velut inimicus, præcipitavit Israel, præcipitavit omnia munia ejus, dissipavit munitiones ejus, et replevit in filia Iuda humiliatum et humiliatum.* Et excludit murmurantium querelam : *Quid clamas? murmurando.* Non possunt sanari nisi pulvere mordacissimo, quo putridas carnes et insanabiles amputarem. Thren. iii : *Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis?* Secundo promittit liberationem : et primo promittit subventionis beneficium quantum ad vindictæ iudicium, contra injuriam illatam in personis, quia non est alius qui liberet, *Qui comedunt, occidendo, hostes, captivantes te.* Supra ii : *Omnis qui devorant eum, derelinquent mala venient super eos, dicit Dominus.* Et contra injuriam illatam in rebus : *Et qui te vastant, quantum ad bona immobilia² prædatores, quantum ad mobilia.* Isa. xxxiii : *Va qui prædaris, nonne et ipse prædaberis?* Et quantum ad curatoris amicabilem affectum, ponens curationem, *Obducam :* idest, ita perfecte curabo quod nec vestigium appareat præcedentis plagæ. Psal. cxlii : *Qui sanat contritos corde, et alli-*

gat contritione, eorum. Haec sub Zoroabbel, quando Assyrios, idest Ninivem, vaserunt Babylonii et Chaldaei, et ipsos Medi et Persas. Et tunc obducta est cicatrix, etc. Et assignat rationem : *Quia ejercent vocaverunt te, scilicet hostes.* Proverb. xxiv : *Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum ; ne forte videat Dominus, et displiceret ei, et auferat ab eo iram suum.* Insultatio enim hostium est causa divinae miserationis. Secundo ostendit subveniens modum : *Hoc dicit Dominus :* et primo quantum ad modum auxiliandi : *Ecce ego convertam ; secundo quantum ad modum vindicandi : Ecce turbo Domini furor egrediens.* Circa primum primo promittit restaurationem adiutoriorum omnium generaliter : *Convertam, idest restituam ad statum pristinum, tabernaculorum, domorum.* Isa. lxi : *Adficabunt deserta populorum, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas, et dissipatas in generationem et generationem.* Et quantum ad principalia specialiter : *Et adficabitur civitas, idest Jerusalem.* Isa. xliv : *Qui dico Jerusalem, Habitaberis ; et civitatibus Iuda, adficabimini ; et deserta ejus suscitabo.* Secundo promittit prosperitatem hominum quantum ad cordis iucunditatem : *Et egredietur de eis laus.* Isa. li : *Gaudium, et letitia invenietur in ea, et gratiarum actio, et vox laudis.* Quantum ad populi multitudinem : *Multiplicabo eos et non minuentur, quantum in me est, et nisi ex culpa eorum proveniat.* Psalm. cxlviii : *Denumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.* Vel intelligendum de his qui ad Christum convertuntur. Et quantum ad hominis exaltationem : *Et glorificabo, vel corporaliter, vel spiritualliter quantum ad virtutis sanctitatem, et erunt filii ejus sicut a principio,* idest similis sanctis patribus, *coram me, per vitæ munditiam.* *Et visitabo, quia defendam eos, et vindicabo.* Job xxix : *Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me?* Tertio quantum ad rectorum bonitatem, ponens primo ipsorum propinquitatem

¹ Al. : « Inducium. »

² Al. deest : bona. »

quia ex eodem genere : *Et erit dux ex eo.* Hoc refertur ad Zorobabel, vel ad Christum. Osca ii : *Dabo eis vinatores ejus ex eodem loco.* Secundo eorum sanctitatem, *Et applicabo eum, et accedet,* per justitiam, *Quis enim iste est qui applicet cor suum?* in quo ostenditur auctor applicandi, quia nullus applicatur nisi a Deo tractus. Joau. vi : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Tertio tangit justitiae utilitatem : *Et eritis mihi in populum.* Eccl. x : *Qualis est rex civitatis, tales et inhabitantes in ea.*

4. Hic ponit modum vindictæ : et primo comminatur pœnam, *Ecce turbo,* ut disperget, sicut commotio aeris pulve-

rem, per captivitatem, *procella,* ut absorbeat per mortem, sicut fluetus maris, *impiorum,* qui affixerunt Iudeos, et qui de malis non sunt emendati, *conquiescat,* quasi poena permauens. Isa. xxx : *Erit transiit virgæ fundatus quam requiesceret faciet Dominus super eum.* Secundo excludit misericordiam : *Non avertet iram.* Isa. iii : *In omnibus his non est aversus furor Dominii; sed adhuc manus ejus extenta.* Tertio promittit scientia horum : *In novissimis intelliget ea, quando scilicet omnia ista contigerint.* Psalm. ix : *Cognoscetur Dominus judicia faciens in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM

1. In tempore illo dicit Dominus : *Ego Deus universis cognitionibus Israel, et ipsi erunt mihi in populum.* Haec dicit Dominus : *Invenit gratiam in deserto populus qui remanserat a gladio.* Valeat ad regnum suum Israel? Longe. Dominus apparuit mihi. Et ipi caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miseras. Hursunque dedicabeo te, et seificaberis virgo Israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro iudeum. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariae. Plantabunt plantantes, et donec tempus veniat, non vindemiantur : quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim : *Surgite, et ascendamini in Sion ad Dominum Deum nostrum.*

2. Quia haec dicit Dominus : *Exultate in letitia Jacob :* et hinc contra caput gentium, personae, et caute, et dicit : *Salva, Domine, populum tuum, reliquias Israel.* Ecce ego adducam eos de terra aquilonis, et congregabo eos ab extremis terre, inter quos erunt caecus, et claudus, et pragmus, et parvus simili, cactus magnus revertentiam huc. In Hebrei venient, et in misericordia reducam eos. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, et non impingent in ea : quia factus sum Irael pater, et Ephraim primogenitus meus est.

3. Andite verbum Domini, gentes, et annuntiate in insulis que procul sunt, et dicite : *Qui dispersit Israel congregabit eum, et custodiet eum sicut pastor gregem suum.* Redenit enim Dominus Jacob, et fibravit eum de manu potentioris. Et venient, et habitabunt in monte Sion, et confinent ad bona Domini, super frumento, et vino, et oleo, et fetu pecorum et armentorum critque anima corum quasi hortus irrigans, et ultra non esurient. Tunc latetabit virgo in choro, juvenes, et senes simili. Et convertant luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et testificabo a dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, et populus meus bonis adimpleretur, ait Dominus.

4. Haec dicit Dominus : *Vox in excelso audita est, lamentationis, luctus, et fletus Rachel plorantis*

filiis suis, et nolentis consolari super eis, quia non sunt. Haec dicit Dominus : *Quiescat vox tua a placatu, et oculi tui a lacrymis : quia est merces operi tuo, ait Dominus.* Et revertentur de terra iniurie, et est spes novissimis tuis, ait Dominus, et revertentur filii tui ad terminos suos.

5. Audiebas audiui Ephraim transmigrantem : *Castigasti me, Domine, et eruditus sum, quasi juvenitus indomitus.* Converte me, et convertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim convertisti me, egi penitentiam, et postquam ostendisti mihi, perenni fenum meum. Confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie meae.

6. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicius, quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus dilectione conturbata sunt viscera mea super eum, miserans misericordem ejus, ait Dominus.

7. Statue tibi speculum, pone tibi amaritudines ; dirige eorū viam viam rectam in qua ambulasti.

8. Revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas istas. Usquequo deliciis dissolveris filia vaga? Quia creavit Dominus novum super terram : fenuit circumdabit virginem.

9. Haec dicit Dominus Deus Israel : *Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, et in urbibus ejus, cum convertere captivitatem eorum : Benedic tibi Dominus pulchritudo justitiae, mons sanctus.* Et habitabunt in eo Judas, et omnes civitates ejus simili, agriculta, et minantes greges : quia inebriavi animam lassam, et omnem animam esurientem saturavi. Ideo quasi de somno suscitatus sum, et vidi, et sonnum meus dulcis mihi.

10. Ecce dies venient, dicit Dominus, et seminabo dominum Israel, et dominum Juda semine hominum, et semine jumentorum. Et sicut vigilabam super eos ut evellerem, et demolirer, et dissiparem, et disperderem, et affligerem ; sic vigilabo super eos, ut iudicarem, et plantarem, ait Dominus. In diebus illis

non dicent ultra : Patres considererunt nyam acerbam, et dentes fibrum obstupuerunt : sed uniusquisque in iniuriae sua morietur. Omnis homo qui consideret nyam acerbam, obstupescet dentes ejus. Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domini Israel, et domini Iuda fodus novum : non secundum pactum quod pepigit cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Egypti, pactum quod irritum fecerunt; et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Denuo, et ipsi erunt nihil in populum. Et non docerit ultra via proximum suum, et vir fratre suum, dicens, Cognosce Dominum : omnes enim cognoscere me a minimo eorum usque ad maximum, mit Dominus : quia propitiator iniuriarum eorum, et peccati eorum non memorabor amplius.

11. Hac dicit Dominus, qui dat solem in lumine dii, ordinem huius, et stellarum in lumine noctis ; qui turbat mare, et sonat fluctus ejus, Dominus exercituum nonen illi : Si deferenter legis iste eorum me, dicit Dominus, tunc et semen Israel deficit ut non sit gens eorum me cunctis diebus. Hac dicit Dominus : Si mensurari poterunt collo sursum, et investigari fundamenta terra deorsum : et ego abiciam universum semen Israel propter omnia que fecerunt, dicit Dominus.

12. Ecce dies venient, dicit Dominus, et edificabit civitas Domino a turre nomine eius ad portan anguli. Et exhibet ultra normam mensuram in conspectu ejus super collum Gareb, et cincibit Gathia, et omnem vallem cadaverium et cineris, et universum regnum mortis, usque ad torren Cedron, et usque ad angulum porta equorum orientalis. Sanctum Domini non evelletur, et non destruetur ultra in perpetuum.

1. Illic consolatur eos ex promissione prosperitatis : et circa hoc duo facit. Primo promittit prosperitatem gentis ; secundo ampliationem civitatis, ibi, *Ecce dies veniant esc.* Prima in tres. In prima consolatur decem tribus ; in secunda duas, ibi, *Hoc dicit Dominus, etc.*, in tercia utrasque, ibi, *Ecce dies venient, etc.* Prima in duas. In prima ponitur destructioni populi restauratio ; in secunda restorationis ordo, ibi *Quia hoc dicit Dominus : Exultate in latitia Jacob.* Circa primum tria. Primo promittit eis restorationem ad religiosum cultum : *In tempore illo*, vel post redditum de Babylone, *universis*, quantum ad illos de decem tribubus, qui duabus adhaeserunt ; vel quantum ad omnes, quia omnis Israel salvus fiet, postquam plenitudo gentium introierit : ad Rom. XI. Apoc. XX : *Ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit*

eorum Deus. Secundo promittit restauracionem ad nativitatis locum, promittens revocationis beneficium : *Populus qui renoverat a gladio, Babylonis, in deserto, in terra captivitatis, in qua a Deo deserti vidchuntur, per quam purgati ad terram suam redierunt, sicut per desertum ad terram promissionis quondam, invenerit gratiam*, idest hanc misericordiam apud Deum, quod *vadet ad requiem*, idest ad terram suam, in qua pacifice requitecet : quod potest mystice exponi quantum ad pacem quam tempore Simoni Machabaei habuerunt : I Mach. XIV. Isa XIII : *Sedebit populus mens in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiducie, et in regie opulenta.* Determinans revocationis tempus : *Longe, antequam futurum sit, apparuit, revelans futuram liberationem.* Supra XXVIII : *Confrigam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.* Habac. II : *Adhuc visus procul, et apparebit in finem, et non mentietur.* Et ostendens revocantis affectum : *In caritate perpetua dilexi te, quasi dicat :* Non ad tempus, sed in perpetuum tibi bona largitus est, *attraxit, ad locum tuum, miserans, misericordiam exterius beneficio compleus.* Osee XI : *In fianculis Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Supra II : *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, et caritatem desponsationis tuæ.* Tertio promittit revocationem¹ ad prosperitatis statum : et primo promittit prosperitatem quantum ad reparacionem gentis : *Rursumque adficabo, secundum metaphoram qua² dicitur dominus Israel.* Supra XXIV : *Aedificabo eos, et non destruam; plantabo eos, et non ebellam.* Quantum ad jucunditatem cordis : *Virgo Israel, ornaberis tympanis tuis,* idest ornata incedes ludens ad tacum tympani. Isa XXX : *Latititia cordis, sicut qui pergit tibia, ut intret in montem Domini ad fortem Israel.* Et quantum ad tranquillitatem pociis : *Adhuc plantabis vineas in montibus Samaria;* propter tres civitates qua additae sunt Iudeis : I Mach. X : *Plantabant donec tempus veniat;* quasi dicat : Propter ti-

¹ Al. : « recordationem. »

² Al. : « quia. »

morem hostium non præoccupabunt tempus vindemiarum. Isa. lxxv : *Plantabunt vienas, et comedent fructus earum.* Secundum assignat prosperitatis rationem : *Quia erit¹ dies ; in quo significatur reversio ad cultum Dei, ad quem mutuo se exhortantur. In Sion, et non in Bethel ad vitulos Jeroboam :* III Reg. xii. Et Isa. ii. : *Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad dominum Dei Jacob ; et docebit nos vias, et ambulabimus in semitis ejus.*

2. Ille prosequitur operationis ordinem : et circa hoc duo. Primo inducit eos ad exultationem : *Exultate in latitia.* Psal. lxxx : *Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.* Ad quam exultationem exprimendam indicit hostium insultationem : *Et hinnite, insultantes, contra caput gentium, idest regem Babylonie, vel assyriorum, qui captivavit vos.* Habac. ii. : *Numquid non repente consurgent qui mordeant te, et suscitabuntur lacerantes, te, et eris in rapinam eis ?* Et etiam divinam laudem, *Personate,* in psalteriis, et hujusmodi. Secundo ponit liberationis ordinem : *Ecce ego adducam eos,* describens reversionis terminum a quo, *de terra aquilonis,* et revertentium cætum, *inter quos ?* quasi dicat : Nullus vel aliqua corporis infirmitate a redditu impeditetur; hoc quia securi venient. Isa. xxxv : *Erit saliens sicut cervus claudus.* Et etiam reversionis modum, *In fletu :* quidam propter latitudinem reversionis, et quidam videntes terrae vastitatem. I Esdr. iii : *Nec poterat quisque cognoscere vocem clamoris latitum, et vocem fletus populi.* Et *in misericordia redicam eos,* a rubore mentis. Isa. lxxv : *In miserationibus magnis congregabo te.* Per torrentes aquarum, per quas navigantes faciliter vadunt, et juxta eos sunt viae bonaæ; in quo excluditur labor itineris, et tedium. Prov. iii : *Ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget.* Tertio assignat rationem ex paterno affectu, quod ad eos movetur : *Quia factus sum pater :* unde sicut pater non possum dimittero quin eorum miserear. Inter omnes enim populos primogenitus Israel : Exod. IV : *Filiis autem Joseph da-*

ta sunt primogenita, sicut dicitur I Paral. v, in quo Ephraim Manassi prælatus est : Gen. xlviij : unde relinquitur Ephraim primogenitum esse.

.3. Ille ponit divulgatio liberationis. Et primo excitat gentes ad attentionem. *Audite, ut omnes in ipso confidant qui taliter liberare potest.* Isa. xlxiij : *Audite insulæ, et attendite populi de longe.* Secundo prænuntiat populi liberationem, non impediens divina indignatione, quia qui *dispergit Israel congregabit cum.* Isa. xi. : *Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos, et in simu suo levabit, fetas ipse portabit.* Nec impediens detinentum potestate : *Redemit, quondam ab Egyptis, et de manu potentioris, scilicet Chaldaeis.* Psal. lxxi : *Liberavit pauperem a potente, et pauperem cui non erat adiutor.* Tertio promittit liberalis prosperitatem : et primo quantum ad omnes promittit religionis debitam observantium : *In monte Sion, non in Bethel ad vitulos.* Isa. li : *Qui redempti sunt a Domino revertentur, et venient in Sion laudantes, et latitia sempiterna super capita eorum.* Et temporalium bonorum affluentiam, poneus bonorum fertilitatem quantum ad terræ nascentia quæ in cibum nostrum producentur, et conduntur, quantum ad animalia. *Et confluent, et laudabunt, Deum, super frumento et vino.* Genes. xxvi : *Frumento, vino, et oleo stabilivi eum.* Et possidentium satietatem : *Eritque anima eorum quasi hortus irriguus, qui pluviam non expectat.* Hoc potest intelligi de bonis spiritualibus collatis per Christum : quod nunc ex parte, in futuro ex toto complebitur. Apoc. vii : *Non esurient, neque sitiunt amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus astus.* Et cordis latitudinem, quantum ad signa latitudine : *Lætabitur virgo.* Supra xxx : *Egredietur de eis laus, voxque ludentum, et multiplicabo eos etc.* Et quantum ad cessationem tristitia : *Convertam luctum eorum in gaudium.* Tob. iii : *Post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymatum et fletum, exultationem infundis.* Secundo specialiter quantum ad sacerdotes : *Inebriabo,*

¹ Al. : « ecce. »

idest abundanter satiabo, *pingueline*, abundantia oblationum et sacrificiorum, et *populus adimplebitur*, ut Deo offerre possit. Hoc autem spiritualiter intelligitur de pingueline devotionis. Psal. xiiii : *Sicut adipe et pingueline repletatur anima mea, et labiis exultationis londabit os menum.*

4. Ille ponitur gentium consolatio. Et primo inducit matris lamentum : *Rachel*, quae fuit mater Joseph, plorantis, destructionem filiorum suorum. Figurative loquitur, secundum quod¹ dicitur hyperbolice, in parentes mortuos tristitiam redundare de filiorum adversitate. Vel quia in Romana captivitate juxta sepulcrum Rachelis Judei captivi ducti sunt, et venditi. Vel quia figurative dicitur plorare pueros juxta se oecisos, cum ipsa juxta Bethlehem sepulta sit, sicut habetur Gen. xxxv, *Lamentationis*, quae fit verbis dolorem exprimentibus, *fletus*, quantum ad emissionem lacrymarum, *luctus*, quantum ad quaendam observantiam in expressione doloris, sicut fit in mutatione vestium, et hujusmodi. Supra m : *Vox in viis audita est, ploratus, et ululatus filiorum Israel; quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.* Excludit consolationis remedium : *Et nolentis consolari super eis, quia non sunt, reversi cum aliis, quia ad nihilum redacti sunt.* Osee. xiii : *Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres dividunt.* Secundo impedit consolationis remedium : *Hæc dicit Dominus; Quiescat vox, quantum ad lamentationem, oculi, quantum ad fletum.* Apoc. xxi : *Absterget Deus omnium lacrynam ab oculis sanctorum : et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra : quia prima abierunt.* Tertio promittit liberationis beneficium : et primo quantum ad terminum a quo, quia *merces*, in quo ostenditur per meritum sanctorem patrum eos liberatos. *Inimici, Chaldae.* Isa. xl : *Ecce merces ejus cum eo, et opus illius eorum illo.* Secundo quantum ad terminum ad quem : *Et est spes novissimis² ad significandum quod in novissimis temporibus revertent-*

tur ad veram illam, et forte etiam ad terram suam mortuo Antichristo. Proverb. x : *Expectatio justorum latet, spes autem impiorum peribit.*

5. Ille ponitur penitentium susceptio, eni premittitur confessionis cognitio, *Audiens audiens*, idest misericorditer exaudiens. Exod. in : *Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Egypto, et clamorem eorum audiens.* Et subditur confessio : *Castigasti me, Domine, et eruditus sum quasi juvenescens*, qui difficile corripitur, et multis verberibus. Isa. xxviii : *Sola veratio intellectum dabit auditui.* Secundo ponitur petitio : *Converte me, et convertar.* Thren. ult. : *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur : innova dies nostros sicut a principio.* Tertio assignatur petitionis ratio ex paenitentia quam inchoavit. Unde primo ponit paenam : *Postquam enim convertisti, infundendo gratiam, postquam ostendisti, flagellis peccata, percussi femur meum, interiorum dolorem exteriori percussione designans, ad modum hominis dolentis.* Vel *percussi femur, voluptates, carnales reprimendo.* Job ult. : *Auditui auris audi vi te, nunc autem oculus meus videt te.* Secundo paenitentiam, quia ex paena quam sustinuit peccatum recognoscens, confusionem passus est, quæ signum paenitentiae fuit : *Confusus sum, interius, erubui, exterius, quoniam sustinui³ opprobrium*, idest paenam, et confusionem pro peccatis adolescentia mea. Et nominat adolescentiam, tempus ante conversionem ; quasi dicat, quod ex ignorantia peccavit. Job xiiu : *Scribis contra me amaritudinem, et consumere me vis peccatis adolescentiae mea.*

6. Ille suscipit paenitentem. Et primo ponitur divina miseratio ; secundo paenitentis instructio, ibi, *Statue tibi speculum* ; tertio ipsius revocatio, ibi, *Revertere virgo Israel.* Circa primum duo. Primo ponit misericordia rationem ex parte populi : *Si filius honorabilis mihi Ephraim ;* quasi dicat : Numquid non filius honorabilis ? propter jus primogeniturae : si puer delicatus, propter teneritudinem ætatis, quia Joseph quasi minimus filio-

¹ Al. : « sed hoc. » — ² Al. : « in novissimis. »

³ Al. : « sustinisti. »

rum Jacob, et Ephraim minor filiorum Josephi. Et haec duo provocant patres magis ad miserandum. Osee xi : *Puer Israel, et dilexi eum, et ex Aegypto vocavi filium meum.* Ponit etiam rationem ex parte Dei : *Quia ex quo locutus sum; quasi dicat : Non deceat ut verba Dei irritentur : recordabor, verborum. Num. xxii : Dixi, et non faciet, locutusque est, et non implebit?* Secundo ostendit miserationem : *Idcirco conturbata sunt viscera mea, antropatos, in quo interior compassio, misera, in quo exterior subventio. Osee xi : Conversum est in me cor meum, pariter conturbata est pavitudo¹ mea.*

7. Ille ponitur pénitentis instructio : *Statue tibi speculum, ut consideres prospera qua munitiatur vel viam per quam redeas, amaritudines, soficitudinem de reditu. Dirige, considera viam per quam venisti ut per eam redeas ; vel melius speculum contemplationis. Amaritudines, pro peccatis præteritis. In viam rectam, idest in viam justitiae, per quam patres tui ambulaverunt. Apoc. ii : Memor esto inde excideris, et age pénitentiam, et prima opera fac.*

8. Ille ponitur revocatio ipsorum in terram suam : et primo ponitur revocatione : *Revertore usquequo deliciis dissolensis filia vaga?* Hoc dicitur quantum ad illos qui absorpit deliciis Chaldaeorum, in terram promissionis reverti solebant, qui recte propter mollitatem mulieres vocantur. Supra ii : *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere aul me, dicit Dominus, et ego suscipiam te.* Secundo ponitur revocationis ratio ex Christi incarnatione, qua omnes inducere debet ut a deliciis recedant : *Quia creavit Dominus novum super terram; quia sola divina virtute agente, conceptio illa facta est : Femina, propter fragilis sexus conditionem, circumdabit², in ntero suo, virum, Christum ab initio conceptionis sua perfectum in scientia et gratia. Unde ad terram in qua novum hoc evenire debet, debetis properare, Ephes. iv : Induite novum hominem qui secundum Deum creatus est, in justi-*

tia et sanctitate veritatis. Zach. vi : Ecce vir, oriens nomen ejus : et subter eum orietur : et aedificabit templum Domini.

9. Ille ponitur consolatio specialiter ad duas tribus : et primo ponitur læta annuntiatio, quia annuntiat religionis sanctitatem : *Adhuc dicent, Dominum, et templum ipsius laudantes, non idola : Pudicitudo justitia, mons sanctus, idest mons Sion : ex eo enim doctrina legis, et judicium in tutum regnum diffundebatur, propter sacerdotes, et reges, qui ibi morabantur. Psalm. cxlv : Magnus Dominus, et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis. Vel mons, idest Christus. Dau. ii : Lapis excisus de monte. Promittit etiam pacis securitatem, *Et habitabunt, Isa. lxii : Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata; sed vocaberis rotunditas mea in ea, et terra tua inhabitabitur.* Promittit etiam bonorum ubertatem : *Quia inebriavi, abunde replevi, animam lassam,³ pristinis tribulationibus. Psalm. cxi : Quia satiavit animam inanem, et animam esurientem satiavit boris.* Secundo ponitur annuntiantis exultatio : *Ideo quasi de somno suscitatus sum, divina scilicet revelatione, dulcis, propter vi- sam prosperitatem. Possunt etiam esse verba populi, et somnus significat prae- decentem misericordiam, dulcis, inquantum misericordiam consequitur. Psalm. iii : Ego dormivi, et soporatus, sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me. Ecel. v : Dulcis est somnis operanti, sive parvum, sive multum comedat.**

10. Ille consolatur communiter ntrisque. Et primo ponitur promissio : secundo promissionis confirmatio, ibi, *Hoc dicit Dominus etc.* Cirea primum duo. Primo promittit bona temporalia, quantum ad hominem : et jumentorum multiplicacionem, *Seminabo, quasi seminando multiplicaboh.* Zach. ii : *Absque muro habita- bitur Jerusalem præ multititudine ho- minum, et jumentorum in medio ejus.* Quantum ad destructorum reparacionem : *Sic vigilavi, diligenter explevi qua com- minatus fueram, ut evellerem, tollendo*

¹ Al. : « plenitudo. » — ² Al. : « circundedit. »

³ Al. : « lapsam. »

onne presidium, in quo sicut in radice firmabantur, demolirebantur, id est destruerem, quantum ad occisionem hominum, et desolationem civitatum, dissiparem, sepem auxilii humani et angelici, anferendo, disperderem, captivitatem in diversa loca, affligerem, gravi onere servitutis captivatos. Zach. viii : *Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam provocassent patres vestri me, dicit Dominus, et non sum misertus; sic conversus cogitavi in diebus istis ut beneficium domini Iuda, et Jerusalem.* Et quantum ad posse immunitatem pro peccatis patrum : *In diebus istis.* Ezech. xviii : *Quid est quod inter vos parabolam veritatis in proverbium istud in terra Israel dicentes : Patres comedenterunt niam aerbam, et dentes filiorum obstupuerunt?* Secundo promittit bona spiritualia : *Ecce dies veniet :* et primo promittit fœderis innovationem : *Dies, scilicet gratiae, fædus novum, novum testamentum,* hoc est Evangelium. *Dominatus,* crudeliter, et potestative ulciscendo. Isa. lv : *Ferum vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles.* Secundo ponit pacti tenorem : *Sed hoc erit pactum Dabo legem meam, Evangelium, in visceribus, non in tabulis lapideis.* Osee : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.* Tertio ponit pacti utilitatem primo quantum ad obedientiam : *Et ero eis in Deum.* Ezech. xxxvi, idem. Secundo quantum ad sapientiam : *Et non docebit ultra vir proximum suum;* in quo excludit docendi necessitatem. Et hoc quidem impletur in praesenti tempore, quantum ad hoc quod non per prophetias rationes, et humanas inventiones in divinam veritatem venimus, neque etiam per Judaicas traditiones, sed in futuro ex toto complebitur. Matth. xxiii : *Nolite vocari Rabbi : unus est enim magister vester.* Et assignat rationem : *Omnes enim cognoscent me.* Isa lii : *Ponam omnes filios tuos doctos a Domino, et multitudinem pacis filii tuis.* Joan xv : *Omnia quaecunque audiri a Patre meo, nota feci vobis.* Tertio quantum ad peccatorum munditiam : *Quia propitiabor iniquitati eorum.* Psalm cx :

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuis.

41. Ille ponitur promissionis confirmatio : et primo confirmat ex creaturam immutabilitate, proponens promittentis potestatem : *Qui dat solem in lumine dici.* Psal. cxxxv : *Qui fecit lumen magna, solem in potestatem diri, lunam et stellas in potestatem noctis.* Quasi dicat : Qui haec fecit immobilia, etiam promissionem suam firmare potest. Et comparationem : *Si defecerint leges iste,* quasi dicat : Sicut non deficient usque ad finem mundi, ita nec semen Israel quantum ad illos qui salvantur. Isa. ult. : *Sicut caeli novi, et terra nova, quia ego facio stare coram me,* dicit Dominus Deus, *sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum.* Secundo ex creaturam immensitatē : *Hoc dicit Dominus.* Et primo proponit mensurandi impossibilitatem : *Si mensurari poterint coelos sursum, humano ingenio.* Isa xl : *Quis mensus est pugillo aquas, et caelos palmo ponderavit?* Secundo proponit promissionem : *Et ego abjiciam;* quasi dicat : Sicut illud est impossibile, ita et istud : universum semen, quia aliquos ex eis abjecit. Thren. iii : *Non enim humiliavit ex corde suo, et abjecit filios hominum.*

42. Ille promittitur urbis reparatio : et primo promittitur reedificatio : *Et edificabitur.* Isa. xliv : *Qui dico : Jerusalem, habitaberis; et civitatis Iuda, edificabimini; et deserta ejus suscitabo.* Secundo ponitur ampliatio : *A turre Hana-mel;* quam quidam dicebant esse in Anathoth, quod Hieronymus in *Glossa* excludit : *usque ad portam anguli,* ubi duo muri conjungabantur, *ultra normam,* pristinam, *super collum Gareb,* qui interpretatur scabies, ubi forte leprosi extra urbem morabantur, *Goatha,* qui interpretatur gens peccatrix, ubi morabantur illi qui pro aliquo peccato immundi erant, *vulnus cadaverum,* ubi erant populi sepulcra, *cineris,* ubi projiciebantur cineres mundi, sicut de sacrificiis; vel immundi, sicut de dominibus leprosorum, et hujusmodi, *mortis,* ubi malefactores

occidebantur, usque ad angulum portæ eorum orientalis: non enim undique poterant equi ascendere propter montis asperitatem. Isa. liv : Dilata locum tenitorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende. Tertio ponitur duratio : Sanctum Domini non evelletur, idest sanctuarium, scilicet templum, vel tota civitas, quæ Domino sanctificata erat. Supra in : Vocabunt Jerusalem, solum Domini et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem. Isa xxxiii : Tabernaculum quod nequam transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur. Judæi exponunt hoc de aurea

Jerusalem, quod Hieronymus improbat in *Glossa*, et exponit de *Ecclesia* quæ in se et perfectos et imperfectos et peccatores colligit, qui significantur per loca immunda extra civitatem. Potest etiam aliter dici, id impletum fuisse sub Esdra : unde habetur Nehemias iii : Quia incepserunt aedificare Hananeel, Et ad littoram, forte aliquod spatium civitati addiderunt. Quod dicitur in perpetuum manere, intelligitur, si non peccaverint. Supra cap xviii : Si fecerit malum in oculis meis ut non audiat vocem meam, paenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM

1. Verbum quod factum est ad Jeremiah a Domino in anno decimo Sedecie regis Iuda : ipse est annus octavus decimus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem, et Jeremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda : clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens : Hoc dicit Dominus ; Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis, et capiet eam ? Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldaeorum, sed tradetur in manus regis Babylonis, et loqueretur os ejus eum ore illius, et oculi ejus oculos illius videbantur ; et in Babylonem ducet Sedeciam, et ibi erit donec visitem eum, aut Dominus. Si autem dimicaveritis adversum Chaldeos, nihil prosperum habebitis. Et dixit Jeremias : Factum est verbum Domini ad me, dicens : Ecce Hananeel filius Salluma patruelis tuus veniet ad te dicens : Ene tibi agrum meum, qui est in Anathoth : tibi enim competit ex propinquitate eius. Et venit ad me Hananeel filius patruelis mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, et ait ad me : Poside agrum meum quod est in Anathoth in terra Benianum : quia tibi competit hereditas, et tu propinquus es tu possideas. Intellexi autem quod verbum Domini esset. Et cum agrum ab Hananeel filio patruelis mei, qui est in Anathoth, Et appendi ei argentum septem stateras, et decem argenteos : et scripti in libro et signavi et addihi testes, et appendi argentum in statera ; et accepi librum possessiōnē signatum, et stipulationes, et rata, et signa fornicatus.

2. Et dedi librum possessiōnis Baruch filio Neri filii Masias in oculis Hananeel patruelis mei, et in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, et in oculis omnium Iudeorum qui sedebant in atrio carceris. Et precepit Baruch coram eis, dicit Dominus exercituum Deus Israel : Sime liberos istos, librum emptionis hunc signatum, et librum hunc qui apertus est, et ponens illos in vase fibris, ut permanere possint diebus multis. Hoc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel : Adhuc pos-

sidebuntur domus, et agri, et vineæ, in terra ista.

3. Et oravi ad Dominum postquam tradidi librum possessiōnis Baruch filio Neri, dicens : Hen, hen, Domine Deus. Ecce tu fecisti cœrum, et terram in fortitudine tua magna, et in brachio tuo non erit tibi difficile omne verbum, qui facis misericordiam in milibus, et reddit iniquitatem patrum in sinu filiorum eorum post eos. Fortissime, magne, et potens. Dominus exercituum nomen tibi. Magnus consilium, et incomprehensibilis cogitatio, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddit uniuersum secundum vias suas, et secundum fructum adiumentorum ejus.

4. Qui posnisi signa, et potentia in terra Egypti usque ad diem hanc, et in Israhel, et in hominibus, et tibi fecistis nomen sicut est dico haec. Et eduxisti populum tuum Israhel de terra Egypti in signis, et in portentis, et in manu robusta, et in brachio extento, et in terrore magno ; et dedisti eis terram hanc, quam jurasti patribus eorum ut daretis eis, terram fluentem lacte, et melle. Et ingressi sunt, et possederunt eam. Et non obedierunt vocis tue, et in lege tua non ambulaverunt : omnia que mandasti eis ut facerent, non fecerunt ; et evenierunt ei somnia mala haec. Eces munitiones extractae sunt adversum civitatem, ut captiuri, et urbs data sit in manus Chaldeorum, et in manus regis Babylonis, qui prædiantur adversus eam, a facie gladii, et famis, et pestilente : et quacumque locutus es acciderunt, ut tu ipse ceruis.

5. Et tu dicas mihi, Dominus Deus : Ene agrum argento, et addihi testes, cum urbis data sit in manus Chaldeorum?

6. Et factum est verbum Domini ad Jeremiah, dicens : Ecce ego dominus Deus universæ carnis. Numquid mihi difficile erit omne verbum ? Propterea haec dicit Dominus : Ecce ego tradam civitatem istam in manus Chaldeorum, et in manus regis Babylonis, et capient eam, et venient Chaldei prædiantur adversum urbem hanc, et succendent

am igni, et comburent eam, et domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, et libabant diis alienis libamina ad irritandum me. Erant enim illi Iuda jugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua : filii Israel qui usque nunc exacerbarunt me in opere manuum suarum, dicit Dominus. Quia in furore, et in indignatione mea facta est mihi civitas haec, a die qua adificaverunt eam usque ad diem istam, quia auferretur de conspicuum, propter multitatem filiorum Israël, et filiorum Iuda, quam fecerunt, ad iracundiam me provocantes ipsi, et reges eorum, et principes eorum, et sacerdotes et prophetæ eorum, vir Iuda, et habitatores Jerusalem. Et verterunt ad me terga, et non facies, cum docerem eos, et erudirem diligenter, et nollem audire ut accepissent disciplinam. Et posuerunt idola sua in domo in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam, et adificaverunt excelsa Baal, quae sunt in valle filii Einon, ut imitarent filios suis, et filias suas Moloch : quod non mandavi eis, nec ascendit in eorū membra ut facerent abominationem hanc, et in peccatum dedicerent Iudam. Et nunc propter istam, haec dicit Dominus Deus Israel ad civitatem haec, de qua vos dicitis, quod tradet regis Babylonis in gladio, et in fame, et in poste : Ecce ego congregabo eos de universis terris ad quas ejici eos in furore meo, et in ira mea, et in indignatione grandi : et reducam eos ad locum istum, et habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, et dabo eis eorum unum, et viam iunam, ut timeant me universi diebus, et hene sit eis, et filii eorum post eos. Et feriant eis pactum sempiternum, et non desinam eis benefacere, et timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me, et latabor super eis cum hene eis fecero.

7. Et plautabo eos in terra ista, in veritate, in toto corde meo, et in tota anima mea ; quia haec dicit Dominus : Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et possidebunt agri in terra ista, de qua vos dicitis, quod deserta sit, eo quod non remanserit homo, et jumentum, et data sit in manus Chaldaeorum. Agri ementur pecunia, et scriberunt in libro, et imprietur signum, et testis adhibebitur in terra Beniamini, et in circuitu Jerusaleni, in civitatibus Iuda, et in civitatibus montanis, et in civitatibus campestribus, et in civitatibus quae ad austrum sunt : quia convertant captivitatem eorum, ait Dominus.

1. Ille consolatur eos facto. Et primo designat prophetie tempus ex regis tempore : *In anno decimo Sedeciae regis Iuda : ipse est annus octavus decimus Nabuchodonosor*, ut colligitur ex his quae dicta sunt supra cap. xxv : *Quia quartus annus Joakin erat primus Nabuchodonosor*. Ex urbis obsidione : *Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem*. Isa. xxix : *Circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo*, et jaciam contra te aggrem, et numenta ponam in obsidione tuam. Et prophetæ carcere, ponens carcere miseriā : *Et Jeremias propheta erat clausus in atrio carcere*. Thren. iii : *Circum-*

adficari adversum me ut non egrediur, aggravavit compedem meum. Et assignat causam : *Quare vaticinaris ? quia prædicabat urbis captionem : Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis*. Regis captivitatem : *Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldaeorum*. Et bellorum adversitatem. Si autem dicaveritis... nihil prosperum habebitis. Supra xxi : *Debilibus ego vos in manu extenta, et in brachio fortis, et in furore, et in indignatione, et in ira grandi, et percutium habitatores civitatis hujus*. Unde hoc capitulum, secundum historiam, est illi continuandum. Secundo ponitur propheticum factum. Et dixit Jeremias : et primo ponitur emptio ; secundo facti expositio, ibi, *Et dedi liberum possessionis Baruch*; tertio expositionis confirmatio, ibi, *Et orari ad Dominum*. Circa primum tria. Primo ponitur venditoris invitatio ad emendum, ponens revelatum sibi invitationis verbum : *Ecce Hanameel veniet ad te... Tibi enim competit*. Ne tribus commiserentur, præcepérat Dominus ut possessiones venderentur illis qui essent de eadem cognitione, Num. xi, quod præcipue in possessionibus Levitarum observabatur. Ponit etiam invitantis adventum : *Et venit ad me Hanameel filius patrum mei, secundum verbum Domini*, quod non potest incassum ire. Num. xxiii : *Dixit, et non faciet; locutus est, et non impletbit*¹ ! Secundo ponitur emptio, *Intellexi*, prophetali spiritu ; alias stultum videbatur tali tempore agrum emere : in quo etiam notatur prophetæ obedientia. Supra xvii : *Ego non sum turbatus te pastorem sequens, et diem hominis non desideravi, tu scis*. Et ponitur pretii solutio : *Et appendi, in statera ponderis, septem stateres, idest siclos, quorum quilibet habet viginti obolos*, Ezech. xlvi : *Argenteos*, idem quod stateres. Tertio ponitur emptionis confirmatio : *Scripti in libro, et signavi, sigillis venditoris, et testium, stipulationes*, quando nro interrogante, et alio respondente, roboratur contractus, *rata*, idest ratificatio venditionis. Isa. vii : *Adhibui mihi testes fideles etc.*

2. Ille ponitur emptiois expositio. Et

¹ Al. : « impletibit. »

primo tradit librum *in oculis omnium Iudorum qui sedebant in atrio carceris*, qui venerant ad consolandum et consultandum, quia res ad omnes pertinebat. Ezech. xii : *Egredieris vespere coram eis sicut egreditur migrans*. Secundo indicatur diligens custodia : *Et praecepi Baruch coram eis dicens : Hac dicit Dominus exercitum Deus Israel : Sume libros istos, librum emptionis hunc signationem, et librum hunc qui apertus est*, idest non sigillatus, ut quando mitterent, inspic posset. Osea: xii : *In manibus prophetarum assimilatus sum*. Tertio assignantur in custodiā : *Et pones illos in vase scili*. *Hac dicit Dominus*. Illoc est quod Jeremias supra dixit se intellexisse verbum Dei. Zach. viii : *Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum, et celum dabit rorem suum, etc.*

3. Ille ponitur expositionis confirmatione : quia enim verbis prophetarum credebant, impetrat divinam super hoc revelationem, ut dubitationi corum satisfaciat : unde primo ponitur prophetarum oratio ; secundo Domini responsio, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam*. Circa primum tria. Primo commendat divinam justitiam ; secundo proponit juste inflictam penam : ibi, *Qua posuisti signa* ; tertio miratur precepti praeteriti causam, ibi, *Et tu dicas mihi, Domine Deus*. Justitia autem si adsit, facit hominem velle justa : unde ad exceptionem ipsius duo alia requiruntur, videlicet scire, et posse : unde ad perfectam executionem justitiae ostendit perfectionem scientiae, et potentiae. Et primo potentiae, ponens rerum creationem : *Ecce tu fecisti*. Supra xxv : *Ego feci terram, et homines, et jumenta qua sunt super faciem terrae in fortitudine mea magna, et in brachio meo extento ; et dedi eam ei qui placuit in oculis mei*. Et commendat potentiae perfectionem : *Non erit tibi difficile omne verbum, ex quo tam magna fecisti*. Luc. i : *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Et subjungit justitiae exceptionem mixtam cum misericordia : *Qui facit misericordiam, reddens bonis praemia, in millibus,*

idest usque in mille generationes, *in sinu filiorum*, saltem in unam generationem, ut misericordia pœnae præemineat. Exod. xx : *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniuriam patrum in filios in tertiam et quartum generationem eorum qui oderunt me*. Et pro rumpit in potentiæ condemnationem, ex quo potentia in misericordia justitiam vertitur : *Fortissime, in quantum omnia sustentat*. Hebr. i : *Portans omnia verbo virtutis sua*. Job ix : *Si fortitudo queritur, robustissimus est. Magne, in quantum virtutem ejus multitudo creaturarum non exhaustit, quin infinita adhuc producere possit, potens, ad omnia faciendum*. Sapient. xii : *Subest enim tibi cum volueris, posse. Dominus exercitum, quantum ad gubernationem, et præcipue rationarium, ecclœstium, terrestrium et infernorum*. Job xxv : *Nunquid est numerus militum ejus ?* Secundo ostendit perfectionem scientiae, primo communicaens scientiae perfectionem : *Magnus consilio*, idest perfectus in sapientiae dispositione, et incomprehensibilis cogitatu, humano. Job xxxvi : *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram*. Rom. xi : *O altitudo dicitiarum sapientiae et scientiae Dei ! quam incomprehensibilitas sunt iudicia ejus, et investigabiles vias ejus*. Secundo ponit justitiae executionem : *Cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam*. Job xxxiv : *Oculi ejus super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat*.

4. Ille ponit pœnam Iudaïs inflictam ex divina justitia : quia ut ostendatur justa, tria facit. Primo ponit beneficiorum exhibitionem in liberatione miraculosa : *Usque ad diem hanc, tua signa complentur*. Vel tua fortitudo in salutem Israel, et aliorum appareret. Ps. lxxv : *fecit miracula in terra Egypti, in campo Thauens*. Et in habitatione opulenta : *Et dedisti eis terram hanc*. Lev. xx : *Possidete terram eorum quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte et melle*. Secundo ponit ingratitudinem : *Et ingressi sunt*. Deut. xxxii : *Incrassatus est dilectus, et recalcitravit : incrassata*.

¹ Al. : « ejus. »

tus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo. Isa. i : *Filius enutrixi, et exaltavi; ipsi autem sprocerunt me.* Tertio ponat inflictionem : *Et eruerunt.* Habac. i : *Ipse super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerem, et capiet eam.*

5. Ille miratur divinam iussionem : *Et tu dicas mihi... Eme agrum? quod mirum est, cum non sit nunc tempus emendi.* Ezech. vn : *Qui emit non lætarunt, et qui vendit non lugent: quia ira super omnem populum ejus.*

6. Ille ponitur Domini responsio. Et primo proponit potentiam suam : *Numquid mihi difficile erit omne verbum?* Gen. xviii : *Quare risit Sara uxor tua dicens: Numquid vero paritura sum annis? Num Deo quicquam est difficile?* Secundo ostendit ex tali potentia justis afflictam poplam, praedicens poenam : *Propterea haec dicit Dominus.* Supra xix : *Erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda sicut locus Tophet, immundæ.* Et subjugit culpam, ostendens culpam continuatim : *Erant enim facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, quando exierunt de Ægypto.* Supra m : *Peccavimus nos, et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad diem hanc.* Ostendens etiam culpare universalitatem : *Quia in furore, et in indignatione mea facta est mihi civitas hæc a die qua adlificaverunt eum.* I Paral. xi : *Propter malitiam.* Isa. m : *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Supra xxi : *Posui faciem meam super civitatem hanc in malum, et non in bonum, ait Dominus.* Ostendens etiam culpare gravitatem quantum ad divinum contemptum, *Et verterunt ad metterga, pei inobedientiam, ad modum contemnitum.* Zach. vii : *Verterunt ad me scapulas recedentes, et aures suas aggrovaverunt, ne audirent.* Quantum ad sacrilegium in pollutione templi : *Et posuerunt idola.* Supra xi : *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelerata multa?* Et quantum ad sacrilegium junctione homicidio : *Et adlificaverunt excelsa.* Psal. cv : *Immolaruerunt filios suos, et filias suas dæmoniis.* Tertio promittit misericordiam. Et primo tangit desperatio-

nem : *Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus : quia quantum ad omnia potens sum : sicut potenter punivi, ita potenter liberabo.* Dicitis, desperando, quod tradatur, Supra xv : *Qui ad gladium, ad gladium; et qui ad famem, ad famem;* et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Secundo ponit promissionem : *Ecce ego vos : El primo promittit revocationem.* Congregabo : Ezech. xxxvi : *Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram.* Et promittit revocatis securitatem : *Et habitare eos faciam confidenter.* Supra xxii : *In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter.* Secundo promittit reversis prosperitatem : et primo quantum ad bona spiritualia ; secundo quantum ad temporalia, ibi, *Et plantabo eos in terra ista.* Cirea primum tria. Primo promittit sanctitatem, scilicet obedientiam ad Deum : *Et erunt mihi in populum.* Apoc. xxi : *Ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Et concordiam ad proximum : *Et dabo eis cor unum.* Act. iv : *Multitudinis creditum erat cor unum et anima una.* Secundo sanctitatis firmitatem : *Et ferium eis pacatum sempiternum, et non desinam eis benefacere,* quantum ad fructum sanctitatis quem tetigerat, timorem quantum ad sanctitatis donum. Isa. lv : *Feriam vobiscum pacatum sempiternum, misericordias David fideles.* Tertio sanctitatis acceptationem : *Et lætabor, idest acceptabo bona eorum* Psal. cii : *Lætabitur Dominus in operibus suis.*

7. Ille promittit bona temporalia : et primo firmam patriæ habitationem : *Et plantabo, ut non facile evellantur, in veritate, sine simulatione, corde, quantum ad cognitionem, anima, quantum ad voluntatem.* Supra xxiv : *Ædificabo eos, et non destruam; plantabo eos, et non evellam.* Et confirmat per similitudinem : *Quia hæc dicit Dominus : Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum.* Baruch. iv : *Qui adduxit super vos mala, ipse vos cripiet de manibus inimicorum vestrorum.* Secundo promittit li-

beram rerum possessionem¹ ponens possessionis plenitudinem : *Et possidebunt agri. Isa. xxxiv : Usque in eternam possidebunt eam : in generatione et generationem habitabunt in ea.* Secundo con-

tractum libertatem : *Agri clementur pecunia. Psal. cxxv : In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.*

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM

1. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens : *Hec dicit Dominus qui facturus est, et formaturus illud, et paraturus, Dominus nomen ejus. Clama ad me, et exaudiatur te ; et annuntiabit oculi grandia, et firma quae nescis. Quia hunc dicit Dominus Deus Israel ad domos urbium hujus, et ad domos regis Iuda quae destruere sunt, et ad munitiones, et ad gladium venientium ut dimicent cum Chaldeis, et implantent eas cadaveribus hominum quos percussi in furore meo, et in indignatione mea, abscondentes facient meam a civitate hac properat omnes maliitiam eorum. Ecce ego obducere sis cieatricem et sanitatem, et erubare eos, et revelabo eis depreciationum pacis et veritatis. Et convertam conversionem Iuda, et conversionem Jerusalem, et adificabo eos sicut a principio et enundababo illos ab omni iniquitate sua in qua preceaverunt mihi, et propitiis ero cunctis iniuriantibus eorum in quibus deliquerunt mihi, et spreverunt me. Et erit mihi in nomen et in gaudium et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terra quae audierunt omnia bona que ego facture sum eis : et paventur et turbantur in universis bonis et in omni pace quam ego faciam eis*

2. Hec dicit Dominus : *Aduice auditorem in loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eo quod non sit homo, nec iuuentus : in civitatibus Iuda, et foris Jerusalem, quae desolata sunt absque homine, absque habitatore, et absque pecore) vox gaudi, et vox latitiae vox sponsi, et vox sponsae, et vox dicentium : Confitemini Domino exercitum, quantum bonus Dominus, quoniam in eternum misericordia ejus, et portantum vota in dominum Domini. Reducam enim conversionem terre sicut a principio, dicit Dominus.*

3. Hec dicit Dominus exercitum : *Aduice erit in loco isto deserto absque homine, et absque iuventute, et in cunctis civitatibus ejus habitaculum pastorum, et acercentium gregum in civitatibus montuosis, et in civitatibus campestribus, et in civitatibus quae ad austrum sunt, et in terra Benjamin et in circuitu Ierusalem, et in civitatibus Iuda, adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.*

4. Ecce dies venient, dicit Dominus, et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad dominum Israel, et ad dominum Iuda. In diebus illis, et in tempore illo germinare faciam David geruen justitiam, et faciet iudicium, et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Iuda, et Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster. Quia huc dicit Dominus : Non interabit de David vir qui sedeat super thronum domus Israel.

5. Et de sacerdotibus, et de levitis non interabit vir a facie mea, qui offerat holocausta, et incendat sacrificium, et cedat victimas omnibus diebus.

6. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens : *Hec dicit Dominus : Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte, ut non sit dies et nox in tempore suo ; et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius qui regnet in throno ejus et levita, et sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari non possum stellae coeli, et metiri arenam mari, sic multipliabeo semen David servi mei, et levitas ministeriorum meorum.*

7. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens : *Nomquid non vidisti quid populus hic locutus sit dicens : Due cognationes quas elegerat Dominus alijectae sunt : et populum meum despexerint, et quod non sit ultra gens eorum eis ? Hec dicit Dominus : Si pactum meum inter diem et noctem et leges celo et terre non posui ; equidem et semen Jacob, et David servi mei proieciam, ut non assumam de semine ejus principes seminiis Abraham, Isaac et Jacob. Reducam enim conversionem eorum, et miserebor eis.*

4. Ille ponitur consolatio specialiter ad duas tribus, et praeipue quantum ad Ierusalem, ubi erat sedes regni, et sacerdotii : et circa hoc duo. Primo ponit prophetarum titulum, in quo ponit Prophetarum carcerem : *Cum adhuc clausus esset in atrio carceris, a Sedeceia. Secundo respectu praecedentis visionis secundo facta, promittentis auctoritatem : Hec dicit Dominus, facturus, sicut artifex preparando materiam, formaturus, duendu ad complementum formarum, paraturus, ordinando ad finem : Dominus nomen ejus : quia ipse singulatiter Dominus omnium est. Psal. lxxxii : Quoniam nomen tibi Dominus tu solus altissimus super omnem terram. Promissionis firmatatem, et magnitudinem : Clama ad me, pro populo orans, et exaudiatur te, non ut mala non inferam ; sed ut post mala illata liberem. Et sic non est contrarium*

¹ Al. : « professionem. »

ei quod supra vii, dictum est : *Tu ergo noli orare pro populo hor, et non assumas pro eis laudem, et orationem, et non absistas mihi, quia non eraudiam te. Quia nescit, idest nou posset humana conjectratione suspicari.* Isa. xlviij : *Audita tibi feci nova ex tunc, et conservata sunt que nescis.* Secundo ponit prophetiae verbum : et primo ponitur promissio quo ad populum ; secundo quo ad regnum, et sacerdotium, ibi, *Ecce dies veniunt.* Cirea primum tria. Primo promittit infestare plaga curationem ; secundo cordis jucunditatem, ibi, *Hac dicit Dominus : Adhuc audiatur in loco isto ; tertio pacis tranquillitatem, ibi, Hac dicit Dominus exercituum, etc.* Cirea primum tria. Primo tangit vulnus infictum : *Quia hac dicit Dominus, ad destructionem adficiorum, ad domos.* Thren. ii : *Principavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, et deject in terram.* Et quantum ad occasionem hominum : *Et ad gladium venientium, in auxilium in Jerusalem, vel de gentilibus, vel de regno duarum tribuum, et impleant, occasionaliter, quia ex eis fiduciam assumentes, resisterunt hostibus, et interfecti sunt, Abscondens faciem, idest subtraheus protectionem.* Ezech. xxxix : *Scient gentes quoniam in iniuritatibus suis capta sit dominus Israel, et quod dereliquerit me, et quod absconderim faciem meam ab eis.* Secundo promittit curationis beneficium in generali : *Ecce ego obducam eis cicatricem.* Supra xxx : *Obducam cicatricem tibi; et a vulneribus tuis sanabo te.* Et in speciali quantum ad orationis exauditionem : *Et revelabo, implendo intentum, deprecationem, quia a me pacem adinvicem et veritatem religiosis petiverunt.* Isa. xxxix : *Fiat tantum pax et veritas in diebus meis.* Quantum ad patriæ restitutionem, *Et convertam.* Supra xxx : *Convertam conversionem tabernaculorum Jacob, et tectis ejus miserebor.* Quantum ad peccati remissionem, secundum purgationem a culpa, *Et emundabor.* Ezech. xxxvi : *Mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, et ab universis idolis vestris mundabos vos.* Et secundum absolutionem a pena : *Et propitius ero cunctis iniuriatibus eorum.*

Psal. cx : Qui propitiatur omnibus iniuriatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tertio ponit liberationis fructum quantum ad divinam gloriam : *Et erit nomen tuum in omnibus.* Supra xxxii : *Lxv labor super eis, cum beur eis fecero.* Isa. xlii : *Populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit.* Quantum ad amicorum letitiam : *Et in exultationem cunctis gentibus terra.* Psalm. xlvii : *Fundatur exultatione uniuersa terræ, mons Sion, latera aquilonis, civitas regis magni.* Quantum ad invidorum angustiam, *Et pavebunt,* Isa. xxvi : *Vilecent et confundantur zelantes populi, et ignis hostes tuos devoret.*

2. Ille promittit ejus jucunditatem : et primo temporalem, *Vox gaudii.* Supra xxv : *Perdam ex eis vocem gaudii et vocem luctuæ, vocem sponsi et vocem sponsæ, vocem molæ, et lumen lucernæ.* Secundo spiritualem expressam divinis laudibus : *Vox dicentium : Confitemini Dominum.* Isa. li : *Gaudium, et luctuæ inventetur in ea, gratiarum actio, et vox laudis.* Tob. xii : *Per omnes vicos ejus, Alleluia cantabitur.* Et in oblationibus ; *Et portantium vota in donum Domini,* Isa. xix : *Colent eum in hostiis, et in muneribus, et vota vovebunt Domino, et solvent.* Tertio assignat rationem : *Reducam enim conversionem terræ.* Thr. ult. : *In nova dies nostros sicut a principio.*

3. Ille promittit eis pacis tranquilitatem, quam significat per securam patriæ habitationem : *Transibunt greges ad marum numerantis;* quasi dicat. Tantam securitatem potuerunt quod oves suas libere numerare poterunt. Ezech. xxxiv : *In pascuis uberrimis pascam eos et in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum.*

4. Ille ponit consolatio quantum ad regnum, et sacerdotium : et primo promittit utriusque restitutio ; secundo ponit promissionis confirmatio, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam.* Cirea primum duo. Primo promittit restorationem regni ; secundo sacerdotii ibi, *Et de sacerdotibus, et de levitis non interibit vir.* Cirea primum tria. Primo designat temporis congruitatem : *Ecce dies veniunt, scilicet gratiae, et suscitabo,*

implebo, *verbum bonum*, quod promisi de regni restauracione. Osee i : *Et congregabuntur filii Iuda, et filii Israel pariter, et ponent sibimet caput unum, et ascendet de terra.* Quod impletum est in Christo. Secundo regni conditionem quantum ad regiminis nobilitatem : *In diebus illis germinare faciam David germen justitiae, Christum*, qui est ipsa justitia. Isa. xi : *Egredietur virga de radice esse, et flos de radice ejus ascendet. Et faciet iudicium :* in primo adventu pro mundo, inseconde de mundo, *justitiam*, docens verbo, implens in se facto, et in aliis gratiae dono. Psalm. cxviii : *Feci iudicium, et justitiam.* Et quantum ad regiminis utilitatem in populi salutem : *In diebus illis salvabitur Iuda*, quantum ad eos qui credidissent in primo, et credent in secundo adventu. Osee i : *Salvabo eos in Domino Deo suo.* In pacis securitate : *Et Israel habitabit confidenter.* Isa. xxxii : *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae et in requie opulenta.* Eti in verae fidei confessione : *Et hoc est nomen... Dominus justus noster* Psalm. cxviii : *Justuses, Domine, erectum iudicium tuum.* Tertio ponit regni durationem : *Quia haec dicit Dominus, Non interibit de David vir, Christus et regnum ipsius.* Dan. viii : *Potueras ejus potestas aeterna, que non auferetur, et regnum ejus quod non corrumperetur.*

5. Hic ponit restorationem sacerdotii. Et sicut regnum restauratur in ipso Christo, et in membris ejus, ita et sacerdotium. Ipse enim sicut rex, ita et sacerdos est. Psal. cix : *Tu es sacerdos in*

æternum secundum ordinem Melchisedech. Et membra sua reges et sacerdotes fecit. Apoc. v : *fecisti¹ nos Deo nostro regnum et sacerdotes.* Eph. v : *Scripsum obtulit hostiam Deo in odorem suavitatis.* Et membra ipsius, spirituales hostias Deo offerre facit. Ezech. xliv : *Sacerdotes et levitæ filii Sadoch, qui custodierunt ceremonias sanctuariorum meorum, cum errarent filii Israel a me : ipsi accedent ad me, ut ministrant mihi, et stabunt in conspectu meo, ut offerant mihi adipem et sanguinem : ait Dominus Deus.*

6. Ille ponitur promissionis confirmatione : et primo ex creaturarum duratione : *Et irritum potest fieri pactum meum cum die*, quasi dicat : Non potest esse irritum usque ad finem mundi. Psalm. lxxxviii : *Ponam in seculum seculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli.* Secundo carum multitudinem : *Sicut enumerari non possunt stellæ cœli, nisi a solo Deo, ita et numerus electorum soli Deo est cognitus.* Gen. xxii : *Multiplicabo semin tuum sicut stellas cœli, et velut avenam quæ est in littore maris.*

7. Ille repellit hostium irrisiōnēm. Et primo ponitur insultatio : *Quæ cognationes, scilicet regalis, et sacerdotalis, vel deceun et duarum tribuum.* Psalm. lxx : *Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum dicentes : Deus deliquerit eum, persequimini, et comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* Secundo ponitur improbatio : *Hæc dicit Dominus.* Rom. xi : *Nunquid repudiat Deus populum suum ? Absit, etc.*

C A P U T T R I G E S I M U M Q U A R T U M

4. Verbum quod factum est ad Jeremiahum a Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis et omnes exercitus ejus, universaque rega terra, que erant sub potestate manus ejus, et omnes populi bellabant contra Ierusalem, et contra omnes urbes ejus, dicens : *Hæc dicit Dominus Deus Israel : Vade et loquere ad Sedeciam regem Iuda, et dices ad eum, Hæc dicit Dominus : Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, et succendet*

eam igni. Et tu non effugies de manu ejus : sed comprehensione capieris, et in manu ejus tradecis et oculi tui oculis regis Babylonis videbunt, et os ejus cum ore tuo loquetur, et Babylonem introabis. Altum audi verbum Domini. Sedecia rex Iuda. Hæc dicit Dominus ad te : *Non morieris in gladio, sed in pace morieris, et secundum combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerint ante te, sic conlouent te, et Vnde, domine, plangent te :*

¹ Al. : « membrum. »

¹ Al. : « fecit. »

quia verbum hoc ego locutus sum, dicit Dominus. Et locutus est Jeremias propheta ad Sedeciam regem Iuda universo verbo hinc in Jerusalem. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem et contra omnes civitates Iuda, quae reliqua erant, contra Lachis et contra Azecha : hinc enim supererant de civitatibus Iuda urbes minime.

2. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, postquam perensit rex Sedecias fodus cum omni populo in Ierusalem, praedicans ut dimitteret unusquisque servum suum, et unusquisque ancillam suam, Hebreum, et Hebreas liberos, et nequam dominaretur eis, id est in Iudea, et fratre suo. Audierunt ergo omnes principes et universus populus, qui inerant pactum ut dimitteret unusquisque servum suum et ancillam suam liberos, et ultra non dominaretur eis. Audierunt igitur, et dimiserunt. Et conversi sunt deinceps, et retraxerunt servos suos et ancillas suas, quos dimiserunt liberos, et subjugaverunt in famulos et famulas.

3. Et factum est Verbum ad Jeremiam a Domino, dicens : Huc dicit Dominus Deus Israel : Ego percussi fodus cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Egypti, de domo servitutis, dicens : Cum completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque fratrem suum Hebreum, qui venditus est ei, et serviet tibi sex annis, et dimittes eum a te liberum. Et non audierunt patres vestri me, nec inculnauerunt a me unum. Et conversi estis vos hodie, et fecistis quod rectum est in oculis meis, ut praedicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum ; et iniunxit pactum in conspectu meo, in domo in qua invocatum est nomen meum super eam. Et reversi estis, et communilastis novum meum, et reduxistis unusquisque servum suum et unusquisque ancillam suam, quos dimiseratis ut essent liberi, et sua potestatis, et subjugasti eos ut sint vobis servi et ancillas. Propterea huc dicit Dominus : Vos non audistis me ut praedicaretis libertatem unusquisque fratri suo, et unusquisque amico suo : ecce ego predico libertatem, ait Dominus ad gladium, ad pestem et ad famam, et dehovis in commotionem cunctis regnis terre. Et dabo viros qui prævaricantur fodus meum, et non observaverunt verba foderis quibus ascensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus : principes Iuda, et princeps Ierusalem, eunuchi et sacerdotes et omnis populus terrae, qui transierunt inter divisiones vituli : et dabo eos in manus inimicorum suorum, et manus quarantum animas eorum ; et erit morticinum eorum in eorum voluntibus celi, et hostilis terra. Et Sedeciam regem Iuda, et principes ejus dabo in manus inimicorum suorum, et in manus quarantum animas eorum, et in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt a vobis. Ecce ego præcipio, dicit Dominus, et reducam eos in civitatem hanc, et præliahabunt adversus eam, et capient eam, et incendant igni : et civitates Iuda dabo in solitudinem, eo quod non sit habitor.

4. Quia Iudei adeo obstinati erant quod nec terrebantur tristibus, nec flecebant latere, decenter ejus comminationem et consolationem, et tertio contradictionem audientium ostendit : et primo in transgressione sententia; secundo in

destructione scriptura; cap. xxxvi : *Et factum est in anno quarto Joakim filius Josiae regis Iuda; tertio in persecutione prophetæ, cap. xxxvii : Et regnauit rex Sedecias filius Josiae pro Iechoniu filio Joakim.* Circa primum duo. Primo convineunt de transgressione, facto ; secundo, exemplo, XXXV cap.: *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino.* Ostendit autem eos transgressores ex hoc quod etiam pactum quod ipsi cum Deo fecerant de liberatione servorum secundum legem, non servaverunt. Dividitur autem in partes duas. Primo ponitur quoddam alleviamentum malorum post fœderis pactionem ; secundo ponitur comminatio post pacti initi transgressionem, ibi, *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino.* Circa primum duo. Primo ponit prophetæ titulum, in quo describit tempus : *Quando Nabuchodonosor.* Supra i : *Ecce ego congregabo omnes cognationes regnum aquilonis, ait Dominus; et venient et ponent unusquisque solum suum in introitu portarum Ierusalem, etc.* Secundo ponit prophetale verbum : *Huc dicit Dominus : et facit tria.* Primo ponit comminationem pro culpis praeteritis quantum ad destructionem civitatis : *Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, et succedet eam igni.* Psalm. lxxiii : *Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Et quantum ad captivitatem regis : *Et tu non effugies, Thren. ii : Non fuit in diebus furoris Domini qui effugeret et relinquetur.* Secundo ponit pro pacto initio remunerationem : *Attamen audi... Non morieris.* Hoc quidem non fuit impletum, quia in pacto non mansit, fuitque confusione mortuus quotiam medicinam laxativam in convivio accepérat. Habac. ii : *Vix qui potum dat amico suo, missens fel suum, et inebrians ut uspiciat nuditatem ejus.* Et tamen quantum ad hoc potest dici impletum quod non fuit² hostili gladio interfectus. Supra xxii : *Non plangent eum, Vix, frater, et vx, soror. Non concrepant ei. Vix, domine, et vx, inclite.* Tertio tangit imminentem

tribulationem, ut promissio sit acceptior: *Quia verbum hoc ego locutus sum. Habac. i: Ipse super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerem et capiet eam.*

2. Hie ponitur comminatio post pacti transgressionem: et primo ponitur pacti transgressio; secundo contra transgredientes comminatio ibi, *Et factum est verbum ad Jeremiam a Domino. Cirea primum tria. Primo ponitur pactio: Postquam percussit rex Sedecias fardus, et etiam postquam fregit, ut dimitteret unusquisque, secundum legem. Exod. xxi: Si emeris servum Hebreum, sex annis serviet tibi; in septimo egredietur liber gratis.* Et Levit. xxv, prohibetur quod retineant de fratribus suis ut servos, nequo opprimant per potentiam in servitute famulorum; sed quasi mercennarii, et coloni sint¹. Secundo ponitur pacti ad tempus observatio: *Audierunt igitur, et dimiserunt. Psal. cv: Cito fecerunt, oblitii sunt operum ejus, et non sustinuerunt consilium ejus. Tertio ponitur pacti transgressio: Et conversi sunt deinceps. Oseea vii: Reversi sunt ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus dolosus.*

3. Hie comminatur contra transgredientes. Et primo ponit culpam patrum, ponens pacti: *Ego percussi fardus. Supra xxxi: Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt etc.* Et transgressionem: *Et non audierunt. Supra xi: Non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam, sed abierrunt, in pravitate cordis sui mali. Et culpam filiorum, ponens pacti: Et conversi, a transgressione patrum, in do-*

*mo, in templo. Isa. lxiv: Domus sanctificationis nostræ, et gloriæ nostræ, ubi laudaverint te patres nostri, etc. Et transgressi estis, et commaculastis nomen meum, transgrediendo. Exod. xx: Ne assumas nomen Dei tui in vanum. Ezech. xxxvi: Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluitis, in gentibus ad quas intrastis. Secundo comminatur peccatum: Propterea haec dicit Dominus: et circa hoc duo. Primo ponit comminationem communiter quantum ad omnes, predicens occasionem: *Ecce ego praedico libertatem, ut libere occidamini. Supra xv: Qui ad gladium, ad gladium; qui ad famen ad famen; et qui ad captivitatem, ad captivitatem.* Et reliquiarum servitutem: *Et dabo viros... vitulum; idest, quod pactum per divisionem vituli firmaverunt sacrificando Deo. Unde inolevit iste usus loquendi: Perentere, vel ferire sedus. Thren. i: Dedit me Dominus in manu de qua non potero effugere. Praedicit etiam devotionem caddaverum: *Et erit morticinum eorum in escam volatilibus carli. Ps. lxxiii: Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus carli carues sanctorum tuorum bestiarum terra.* Et quantum ad principes specialiter: *Et Sedeciam regem Iuda, et principes ejus. Deut. xxvii: Ducet te Dominus, et regem tuum quem constitues super te, in gentem quam ignoras tu, et patres tui. Qui recesserunt a vobis, aut alieni habebantur².* Infra xxxvi: *Secundo ponit expletionis ordinem: Ecce ego præcipio. Supra xii: Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, lusitique super me.***

C A P U T T R I G E S I M U M Q U I N T U M

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino in diebus Josuim filii Josie regis Iuda, dicens: *Vade ad dominum Rechabitarum, et loquere eis, et introduce eos in dominum Dominum in manum*

exedram thesanorum, et dabis eis bibere vinum. Et a sumptu deponentium bl�um Jeremie filii Habacum, et fratres ejus, et omnes filios ejus, et universam dominum Rechabitarum, et introduxi eos in

¹ Al.: « erunt. »

² Al.: ant alienus habebatur. »

domum Domini ad gazophylacium filiorum Iama
illi Jedgebel hominum Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum super thesanum Massie filii Seltun, qui erat custos vestibili. Et posui coram filiis domus Rechabitorum seyphos plenos vino, et calices, et dixi ad eos : *Bibite vinum.* Qui responderunt : *Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater noster praecepit nobis, dicens : Non bibetis vinum vos, et filii vestri usque in sempiternum ; et domum non addicabitis, et sementem non seretis, et vienes non plantabitis, nec habebitis sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terre, in qua vos peregrinamini.* Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab patris nostri in omniis que praecepit nobis, ita ut non hiberemus vinum cunctis diebus nostris, nos, et mulieres nostras, illi, et filiae nostre ; et non edificaremus domus ad habendum et vineam et agrum et sementem non habuumus ; sed habitavimus in tabernaculis, et obedientes fuimus iuxta omnia que praecepit nobis Jonadab pater noster. Cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babyloniam ad terram nostram, diximus : *Venite, et ingrediamus Ierusalem a facie exercitus Chaldaeorum, et a facie exercitus Syrie, et mansimus in Jerusalem.*

2. *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens : Hoc dicit Dominus exercitum Deus Israel : Vade, et die viris Iuda et habitatoribus Ierusalem : Numquid non recipietis disciplinam ut obediatis verbis meis ? dicit Dominus.* Praevaluerunt sermones Jonadab filii Rechab quos praecepit filii suoi ut non biberent vinum ; et non biberunt usque ad diem hanc, qua obedierunt precepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens, et loquens ; et non obedistis mihi. Misericordia ad vos omnes servos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque, et dicens : *Convertimini unusquisque a via sua pessima, et bona facite statim vestra, et nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, et habitabitis in terra quam dedi vobis, et patribus vestris.* Et non inclinatus aures vestram, neque audiisti me. Firmaverunt igitur filii Jonadab filii Rechab preceptum patris sui quod praecepert eis ; populus autem iste non obediuit mihi. Idecero haec dicit Dominus exercitum Deus Israel : *Eece ego adducam super Iudah, et super omnes habitatores Ierusalem universam afflictionem, quam locutus sum adversum illos : eo quod locutus sum ad illos, et non auferant ; vocavi illos, et non responderunt mihi.* Domui autem Rechabitum dixit Jeremias : *Hoc dicit Dominus exercitum Deus Israel : Pro eo quod obedistis precepto Jonadab patris vestri, et custodistis omnia mandata ejus, et fecistis universa quae praecepit vobis : propterea haec dicit Dominus exercitum Deus Israel : Non defici vir de stirpe Jonadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.*

1. *Hic convincit eos de transgressione, exemplo quorundam obedientium. Et primo ponitur obedientia experimentum ; secundo ponitur inobedientium condemnatio, ibi, Et factum est verbum Domini ad Jeremiam. Circa primum tria. Primo ponitur experiendi jussio a Domino ad*

*prophetam : Vade ad dominum Rechabitum, qui dediti erant studio Scripturæ, et idea a vino abstinebant, de quibus I Paral n : Cognitiones scribarum habitantium in Jabel, caentes atque resonantes, et in tabernaculis conmorantes. Illi sunt Cinai qui venerunt de Calore patris dominus Rechab. Esedran, quasi cameram extra principalem adem. Dabis, probans eorum obedientiam. Supra vi : Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies, et probabis vias eorum. Et assumps... et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium, in quo divitiae templi conservabantur. Gaza, divitiae, Phylaza, conservatio in graeco dicitur. Masis, qui tempore David hoc ministerium acceperebat : I Paralip. xxiv : Vestibili, atrii. Quia enim domus ante cameram principum, ubi vestes custodiuntur, vestibulum diciatur, inolevit usus ut omne atrium, vestibulum dicatur. Calices, ad aquam. Bibite vinum, ut experimentum sumat mysteriorum. Proverb. ix : Comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. Tertio ponitur obedientiae protestatio, Qui responderunt. Et primo inducitur paterna jussio de non bibendo vino, *Non bibetis.* Eccl. n : Cogitavi a vino abstrahere carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam. Et de paupertate, no sollicitudine temporalium, sapientiae studium intermitteret : *Et domum non addicabitis.* II Corinth. vi : Tamquam nihil habentes et omnia possidentes. Secundo ponitur adimpletio : *Obedivimus ergo.* Prov. iii : Fili mi ne obliviscaris legis meæ, et præcepta mea ecr tuum custodiat. In tabernaculis. Sapient. xi : In locis desertis fecerunt casas. Tertio excusatur necessaria transgressio : *Cum autem ascendisset Nabuchodonosor etc.**

2. *Hic ponitur inobedientium condemnatio. Et primo comparantur diversa merita ; ubi ponitur inobedientia admiratio : Numquid non recipietis disciplinam ? etiam flagellis, et exemplis. Supra ii : Frustra percussi filios vestros ; disciplinam non suscepserunt. Ponitur etiam admirationis ratio, Praevaluerunt ; quasi dicas : Majorem efficaciam habuerunt sermones*

¹ Al. : a bibe. n

patris carnalis quam patris spiritualis. Hebr. xii : Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, et reverebamur eos; num multo magis obtemperabimus patri spirituum, et vivemus? Et comparationis probatio : quia illis obedientibus hi non obedierunt : Ego autem locutus sum ad vos. Supra vii : Locutus sum ad vos mane consurgens et loquens, et non audistis ; vocavi vos, et non respondistis mihi. Secundo promittuntur diversa præmia. Et primo promittit inobedientibus poenam :

*Idcirco haec dicit Dominus. Proverb. i : Quia vocavi et renuisti; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret; despexis-
tis omne consilium meum, et increpationes
meas neglexisti; ego quoque in interitu
vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis
id quod timebatis advenerit etc.* Secundo
obedientibus misericordiam : Domui au-
tem Rechabitarum dixit Jeremias. I Reg.
xv : Melior est obedientia quam victi-
max; et auscultare quam offerre adipem
arietum.

C A P U T T R I G E S I M U M S E X T U M

1. Et factum est in anno quarto Joakim filii Josie regis Iuda, factum est verbum hoc ad Jeremiam a Domino, dicens : Tolle volumen libri, et scribes in eo omnia verba que locutus sum tibi adversum Israel et Judam, et adversum omnes gentes, a die qua locutus sum ad te, ex diebus Josie usque ad diem hanc : si forte audienter domo Juda universalia que ego cogito facere eis, revertatur unusquisque a via sua pessima ; et propitius ero iniquitati, et peccato eorum. Vocavit ergo Jeremias Baruch filium Neriae, et scripsit Baruch ex ore Jeremias omnes sermones Domini quos locutus est ad eum, in volumine libri.

2. Et præcepit Jeremias Baruch, dicens : Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini. Ingredere ergo tu, et lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audienter populo in domo Domini in die jejuniu, insuper et audienter universo Juda, qui venient de civitatibus suis. Leges eis, si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini et revertatur unusquisque a via sua pessima : quoniam magnus furor, et indignatio est, quoniam locutus est Dominus adversus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriae juxta omnia que præcepérat ei Jeremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini. Factum est autem in anno quinto Joakim filii Josie regi Juda in mente nostro, prædicaverunt jejuniuum in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, et universæ multititudini qua confluxerat de civitatibus Juda in Ierusalem. Legitique Baruch ex volumine sermones Jeremias in domo Domini in gazophylacio Gamarie filii Saphan scribat in vestibulo superiori, in introitu porto novæ domus Domini, audienter omni populo.

3. Cumque audisset Michael filius Gamarie filii Saphan omnes sermones Domini ex libro, descendit in dominum regis ad gazophylacum scribat : et ecce ibi omnes principes sedebant : Et sicut scribat, et Dalaïus filius Semene, et Elmadam filius Achobor, et Gamarie filius Saphan, et Sedevis filius Hanania, et universi principes. Et munitavat eis Michael omnia verba que audivit legente Baruch ex volumine in auribus populi. Misernul itaque omnes principes ad Baruch, Judi filium Nathanae filii Semele filii Clusi, dicebant : Volumen ex quo legisti audienter populo, sume in manu tua, ut

veni. Tulit ergo Baruch filius Neriae volumen in manu sua, et venit ad eos. Et dixerunt ad eum : Sede, et lege hanc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus corum.

4. Igitur cum audissent omnia verba, obstupuerunt unusquisque ad proximum suum, et dixerunt ad Baruch : Nuitiæ debemus regi omnes sermones istos. Et interrogaverunt eum, dicentes : Judica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eis. Dixit autem eis Baruch : Ex ore suo loquebatur, quasi legens, ad me omnes sermones istos, et ego scribebam in volumine atramento. Et dixerunt principes ad Baruch : Vade, et abscendere tu, et Jeremias ; et nemo sciat ubi sis. Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porro volumen commendaverunt in gazophylacio Elisane scribat, et numeraverunt, audienter rege, omnes sermones. Misitque rex Judi ut sumeret volumen, qui tollens illud de gazophylacio Elisane scribat, legit, audienter rege et universis principibus, qui stabant circa regem.

5. Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono, et posita erat arula coram eo plena prunis. Cumque legisset Judi tres pagellas vel quatror, seidit illud scalpelio scribat, et proiecit in ignem qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timerunt neque seiderunt vestimenta sua rex, et omnes servi eius, qui audienter universos sermones istos. Verumtamen Elathan et Dalaïas et Gamarie contra-dixerunt regi ne combureret librum; et non audivit eos.

6. Et præcepit rex Jeremiel filio Amelech et Saria filio Ezriel, et Sedenia filio Abdeel ut comprehendere Baruch scribam, et Jeremiam propheta tam. Abscondit autem eos Dominus.

7. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam postquam combusserat rex volumen, et sermones quos scripsit erat Baruch ex ore Jeremias, dicens : Rursum tolle volumen ahd, et scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combusso est Joakim rex Juda. Et ad Joakim regem Juda dices : Hoc dicit Dominus : Tu combussti volumen illud dicens : Quare scripsisti in eo ammuntias? Festinus veniet rex Babylonis, et vastabit terram hanc, et cessare faciet ex illa hominum et jumentur? Propterea huc dicit Domini-

mus Deus contra Joakin regem Iuda : Non erit ex eo qui sedeat super solium David, et evadere ejus proprieitatem ad astum per diem, et ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum, et contra semen ejus, et contra servos ejus iniuriantes suas, et adducam super eos, et super habitatores Ierusalem, et super viros Iuda omne malum quod levitus sum ad eos, et non audierunt. Jeremias autem tulit volumen aliud, et dedidit illud Baruch filio Neriae scribile, qui scriptis in eo ex ore Jeremias omnes sermones libri quem conlouerant Joakin rex Iuda igni, et insuper additi sunt sermones multo plures quam ante fuerant.

4. Ille primo ponitur scripture descrip^tio; secundo scripture destruc^tio, ibi, *Rex autem sedebat in domo hymnali;* tertio restauratio, ibi, *Et factum est cerbum Domini ad Jeremiam.* Circa primum tria. Primo ponit scribendi praeceptum : *Tolle volumen.* Habac. ii : *Scribe visum, et explora eum super tabulas, ut percurras qui legerit eum.* Secundo ponit scripture fructum : *Si forte audienter domo Iuda.* Ezech. xxxviii : *Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam; vita vivet et non morietur.* Tertio scripture ministrum : *Vocare ergo Jeremias, Baruch.* Apoc. i : *Quod vides scribe in libro, et mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.*

2. Ille primo ponitur denuntiatio ad plebem; secundo ad principes, ibi, *Cumque audisset Michavas;* tertio ad regem, ibi, *Igitur cum audissent omnia verba.*² Circa primum primo ponitur denuntiandi præceptum : *Ego clausus sum.* II Tim. ii : *Labora sicut bonus miles Christi Jesu.* Phil. i : *Ut plaves et fratibus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.* Secundo ponitur denuntiandi modus quantum ad locum, *In domo Domini,* qui est locus devotionis. Isa. lvi : *Domus mea domus orationis vacabitur cunctis populis, ait Dominus Deus.* Quantum ad tempus, *In die jejunii,* quod est tempus contritionis. Isa. lviii : *Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui contracti sunt, tibicos, et omne onus disrumpere. Frange esurientes panem tuum et egenos, vagosque*

induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi cum et carnem tuam ne desperris. Quantum ad audientes, *Audiente populo.* Quantum ad advenas : *Insuper et audiente universo Iuda, qui venient de cœlitibus suis.* Tercio ponit denuntiatio- nis fructum, ponens utilitatem : *Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, idest acceptetur. Et consequentem³ sanctitatem : Et revertatur unusquisque a via sua pessima, quoniam magnus furor, et indignatio est.* IV Reg. ii : *Magna ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.* Quarto ponitur præcepti complementum quantum ad actum : *Et fecit Baruch.* Hebr. ult. : *Obedite præpositis vestris, et subiacete eis.* Quantum ad tempus. *Factum est autem in anno quinto Joakin.* Joel. ii : *Sanctificate Ecclesiam, coadju nate senes, congregate parvulos et sugentes ubera.* Quantum ad locum : *Legitque Baruch... in introitu portæ novæ, quam fecerat Joas.* II Paral. xxvi : *In vestibulo superiori, idest in superiori parte atrii, in quo sacerdotes immolabant.* II Esdra ix : *Legeant in volumine Domini Dei sui quater in die, et quater in nocte.*

3. Ille ponitur denuntiatio ad principes : et primo ponitur de scripture pro phe^tiae, facta significatio ad principes : *Et mantinavit eis Michavas.* Apoc. ult. : *Qui audiit dicat : Veni.* Secundo scripture petitio : *Miserunt itaque omnes principes ad Baruch... dicentes Volumen ex quo legisti populo sume in manu tua; mystice, in operatione.* Eccl. ix : *Quodcumque potest facere manus tua, instanter opera re: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Apportatio, *Tulit ergo.* Tertio ponitur scripture recitatio : *Et dixerunt ad eum : Sede, et lege haec in auribus nostris.* Act. xx : *Non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei eobis.* Et lectioⁿis effectus : *Igitur cum audissent omnia verba, obstupuerunt.* Supra xxiii : *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ar lens, dicit Dominus, et quasi malleus conterens petras?*

¹ Al. deest : « primio. » — ² Al. : « dixi etc. »

³ Al. : « consequentia. »

4. Ille ponitur denuntiatio ad regem et primo ponitur denuntiationis præparatio : exponunt enim denuntiandi propositionem : *Nuntiare debemus* : quia ipse potest peccata populi corriger. Proverb. xx : *Rex qui sedet in solo iudicii, dissipat omne malum intuitu suo*. Perseverantur editionis modum : unde primo ponitur quaestio : *Et interrogaverunt eum, dicentes : Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore ejus*; ut ex modo scirent, utrum divino spiritu edita scriptura esset. I Joan. iv : *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus a me ex Deo sint* : quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Et ponitur responsio : *Dixit autem Baruch : Ex ore suo loquebatur quasi legens, sine impedimento et præmeditatione*. Matth. x : *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini* : non enim vos estis qui loquamini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Supra i : *Ecce dedi verba mea in ore tuo, etc.* Et datum absconsionis consilium, *Abscondere, timentes de pertinacia et crudelitate regis*. III Reg. xviii : *Nunquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim, cum interficeret Jezabel prophetas Domini, quod absconderim de prophetis Domini centum viros, quinqueagenos, et quinqueagenos in speluncis, et pavorem eos pane et aqua?* Et nunc tu dices : *Vade et dic domino tuo : Adest Elias, ut interficiat me?* Secundo ponitur denuntiatio : *Et ingressi sunt Sapient. vi : Ad vos ergo, o rege, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, ne excidatis*. Tertio ponitur scripture recitatio : *Misitque rex Iudei; Joh. xxix : Cumque sedarem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen marentium consolator*.

5. Ille ponitur scripture destructio : et eirea hoc duo. Primo ponitur scripture destructio ; secundo scribentium persecutio, ibi, *Et præcepit rex Jeremiel*. Circa primum tria. Primo ponitur dispositio ad destructionem : *Posita erat arula eorum ea plena pruniis in domo hyemali*:¹ habebat enim propter delicias domos speciales

ad hyemem et aestatem. Amos iii : *Percutiam domum hyemalem cum domo aestiva, et peribunt domus eburneæ, et dissipabuntur ædes multæ*. Secundo ponitur destructio : *Cumque legisset Iudicis pagellas, parvas paginas, scalpollo, entello, quo parabat penumam*. Isa. xxx : *Aufepta a me viam, declinate a me semitam, cesserat facie vestra Sanctus Israel*. Et sic fecerunt quod facere non debuerunt, omiserunt eliam quod facere debuerunt. *Et non timuerunt*, exemplo Josiae. IV Reg. xxxii : *Cum audisset rex verba libri legis, scidit vestimenta sua, etc.* Ter tertio ponitur principum contradicatio : *Veruntamen Elathan, et Dalajas, et Gamarias contradixerunt regi*. Simile ii : Reg. ult. : *Obtinuit sermo regis verba Iacob, et principum ejus, etc.*

6. Ille ponitur scribentium persecutio : et primo ponitur iniquum præceptum. *Ut comprehendenderent* ; secundo ponitur divinum auxilium : *Abscondit autem eos Dominus*; et fecit quod inventari non possent. Psalm. xxxiii : *Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur*.

7. Ille ponitur scripture restauratio : et primo ponitur restaurandi præceptum, *Rursum tolle*. Supra i : *Pugnabunt adversum te, et non prevalebunt, quia ego te cum sum, ait Dominus, ut liberem te*. Secundo destruenti communiatum interitum, ibi, *Et ad Joakim regem Iudea dices. Unde arguit culpam* : *Tu combussisti*. Prov. xxix : *Viro qui corripiente dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur*. Et communiatum ponam : *Propterea haec dicit Dominus : regalis successionis terminationem* : *Non erit ex eo qui sedeat super solium David*. Supra xxv : *Non erit deseminæ ejus vir qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Iudea*. Cadaveris abjectionem : *Cadaver ejus projicitur, sepultura asini*. Isa. xiv : *Tu autem proiectus es de sepulcro tuo quasi stirps inutilis, pollutus et obolutus*, cum his qui interfici sunt gladio, et descendunt usque ad fundamenta luci. Subditorum destructionem quantum ad

¹ Al. : « misit itaque. »

² Al. : « in domo lixe. »

domesticos : *Visitabo contra eum et contra semen eius.* Psalm. lxxxviii : *Visitabo in virginis iniurias eorum, et in verberibus peccata eorum.* Et quantum ad alios : *Et adducam super eos, et super habitatores Jerusalem, et super viros Iuda omne malum.* Isa. xlvi : *Ego Dominus, et non est*

alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Ego Dominus faciens omnia hoc. Tertio ponit precepti complementum : *Jeremias autem tulit volumen aliud.* Sap. vii : *Sapientia autem vincit malitiam.*

C A P U T T R I G E S I M U M S E P T I M U M

1. Et regnavit rex Sedecias filius Josie pro Jeochonias filio Joakim, quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda. Et non obediuit ipse, et servi eius, et populus terrae verbis Domini quae locutus est in manu Jeremias prophetae. Et misit rex Sedecias Iuchal filium Seleniae, et Sophonianum filium Maasia sacerdotem ad Jeremias prophetam, dicens : *Ora pro nobis Dominum Deum nostrum.* Jeremias autem liberum ambulabat in medio populi : non enim miserant eum in custodiam carcenis. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Egypto : et audientes Chaldei qui obsidebant Jerusalem hujuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem.

2. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam, dicens : *Hoc dicit Dominus Deus Israel.* Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum : Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, revertetur in terram suam in Egyptum, et redient Chaldei, et bellabunt contra civitatem hanc, et capient eam, et succendent eam igni. Hoc dicit Dominus : *Nolite decipere animas vestras, dicentes : Euntes abiunt, et redcent a nobis Chaldei ; quia non abiunt.* Sed et si percereris omnem exercitum Chaldaeorum, qui prelanguant, adversum vos, et derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati ; singuli de tentorio suo consurgent, et incident civitatem hanc igni.

3. Ergo cum recessisset exercitus Chaldaeorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, egressus est Jeremias de Ierusalem ut iret in terra Beniamini, et divideret ibi possessionem in conspectu civium.

4. Cumque pervenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos porte per vires, nomine Jerias filius Seleniae filii Iauniae.

5. Et apprehendit Jeremiam prophetam, dicens : *Ad Chaldeos profugis ?* Et respondit Jeremias : *Falsum est, non fugio ad Chaldeos.* Et non audivit eum, sed comprehendit Jeremias Jeremiam, et adduxit eum ad principes. Quoniamque irati principes contra Jeremiam, casum enim miserant in carcere, qui erat in domo Jonathan scribe : ipse enim praepositus erat super carcere. Itaque ingressus est Jeremias in dominum lacr. et in ergastulum et seddit ibi Jeremias diebus multis. Mittens autem Sedecias rex tult eum, et interrogavit eum in domo sua abscondebit, et dixit : *Putas ne est sermo a Domino ?* Et dixit Jeremias, *Est ; et at : tu manus regis Babylonie tradieris.* Et dixit Jeremias, ad regem Sedeciam : *Quid peccavi tibi, et servis tuis, et populo tuo, quia misisti me in dominum carcere ?* Ubi suut

prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, et dicebant : *Non veniet rex Babylonis super vos ; et super terram hanc ?* Nunc ergo audi, obsecro, Domine mi rex : valeat deprecation mea in conspectu tuo, et ne me remittas in dominum Jonathæ scriba, ne moriar ibi. Praecepit ergo rex Sedecias ut tradetur Jeremias in vestibulo carcenis, et daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumnerentur omanes panes de civitate. Et manuit Jeremias in vestibulo carcenis.

1. Ilic ostenditur contradicatio ex prophetæ persecutione : et primo ponitur persecutio ipsius propter falsam suspicionem ; secundo propter veram praedicationem, cap. xxxviii : *Audivit autem Saphatias filius Mahan.* Circa primum tria. Primo ponit suspicionis occasionem ; secundo ponit suspicionem, ibi, *Cumque pervenisset ad portam Beniamin ; tertio persecutionem, ibi, Et apprehendit¹ Jeremiam prophetam.* Circa primum duo. Primo ponitur occasio sumpta ex prophetæ verbo ; secundo occasio sumpta ex ipsius facto, ibi : *Cumque pervenisset etc.* Circa primum duo. Primo ponitur consultatio ; secundo ponitur prophetæ displices illis responsio, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Jeremiam.* Circa primum tria. Primo describit consultantum conditionem : *Quem constituit regem Nabuchodonosor :* I Reg. xxiv : *Et non obediuit, ut tribatum regi Babylonis solvere, et a peccatis cessaret.* Matth. xxii : *Reddite quæ sunt Casaris Casari, et quæ sunt Dei, Deo.* Servi, familiares, populus. Eccli. x : *Secundum iudicium populi, sic et ministri ejus, et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.* Secundo ponitur consultatio : *Et misit rex... di-*

¹ Al. : « comprehendit. »

cens : Ora pro nobis, ut indicet nobis quid agere debeamus ut¹ ab hostibus liberemur. Isa. xxxvii : *Leva ergo orationem pro reliquis que reperte sunt*. Tertio ponitur consultantis ratio : fiduciam enim sumiserant ex prophetarum libertate, quem nondum affixerant : *Jeremias autem ambulabat in medio populi* : et ex obsidionis solutione : *Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto* : exiverat enim rex Aegypti ut liberaret Iudeos. Quo devicto tamen exercitus rediit. Isa. xxxvi : *Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum* : super Aegyptum, etc.

2. Ille ponitur prophetae responsio. Et primo excludit Aegyptiorum auxilium : *Ecce exercitus Pharaonis*. Isa. xxx : *Aegyptus frustra et vane auxiliabitur*. Secundo praedicit Chaldaeorum redditum : *Et redient Chaldaei. Nolite decipere, falsa spe*. Thren. i : *Vocavi amicos meos, et ipsi deceperunt me*. Tertio excludit impedimentum : *Sed si percosseritis*. Deut. xxxii : *Quomodo persecubatur unus mille, et duo fugabant decem millia?* Nonne idem quia Dominus Deus tuus vendidit eos et Dominus conclusit illos?

3. Ille ponit occasionem sumptam ex facto : *Et divideret ibi possessionem*, quam emerat : id est distinguere ab aliis agris : vel distribueret aliis, ut ipse sine solitudine remanceret. II Corinth. vi : *Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes*.

4. Ille ponitur falsa suspicio. Psalm. xxvi : *Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi*.

5. Ille ponitur persecutio in tribus. In captione. Thren. iii : *Venatione cuperunt. In flagellatione, Cæsum, Simile Act. viii :*

Hebr. xi : *Ludibria, et verbera experti*. Et in carceratione : *Itaque ingressus est Jeremias in dominum lacu*. Psal. lxxxviii : *Aestimatus sum cum descendantibus in locum. Ergastulum*, et est proprio carcer in quo damnatur quis ad aliquod opus. Secundo ponitur liberatio, *Mittere* : et circa hoc tria. Primo ponitur liberationis occasio, ponens regis interrogationem : *Putasne est sermo a Domino?* seilicet praemittens futura, tibi revelatus. Isa. viii : *Nunquid non populus a Deo suo requirit visionem pro vivis ac mortuis?* Et ponit responsione : *Et dixit Jeremias*. III Reg. xiv : *Ego autem missus sum ad te durus nuntius*. Secundo ponitur liberationis petitio : *Et dixit Jeremias ad regem* : ubi monstrat injustam poenam : *Qui peccavi?* Job. vi : *Non inveniatis in lingua mea iniquitatem, nec in fauibus meis stultitiam personabit*. Excusat impositam culpam : *Ubi sunt prophetæ vestri?* quasi dicat : Patet eorum falsitas, et mea veritas. Jam enim exercitus Chaldaeorum reversus erat, quem illi reversurum negaverant. Supra xxviii : *Propheta, qui vaticinatus est pacem, cum venerit verbum ejus, tunc scietur propheta quem misit Dominus in veritate*. Et petit misericordiam : *Nunc ergo audi, obsecro*. Proverb. xv : *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem*. Eccl. vi : *Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos; et lingua eucharis in bono homine abundabit*. Tertio ponitur petitionis imprecatio : *Præcepit ergo rex. Sedecias ut traderetur Jeremias in vestibulo carceris, et daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, quod addi noluit, vestibulo, id est atrio*.

C A P U T T R I G E S I M U M O C T A V U M

1. Audivit autem Saphatias filius Mathan, et Gedalias filius Phassur, et Juchai filius Seleniae, et Phassur filius Melchiah sermones quos Jeremias loquebatur ad omnem populum, dicens : Haec dicit

Dominus : Quienque manaserit in civitate hac morietur gladio et fame et peste ; qui autem profugerit ad Chaldaeos, vivet, et erit anima ejus sospes, et vivens. Haec dicit Dominus : Tradendo tra-

detur civitas haec in manu exercitus regis Babylonis, et capiet eam. Et dixerunt principes regi : Rogamus ut occidatur homo iste : de industria enim dissolvi manus virorum bellantium, qui remanserint in civitate hac, et manus universi populi, loquens ad eos universa verba haec, siquidem homo iste non querit pacem populo huic, sed malum. Et dixit rex Sedecias : Ecce ipso in manibus vestris est, nec enim fas est vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Jeremiam, et proiecserunt eum in lacum Melechia filii Amolech, qui erat in vestibulo carcere, et submisserunt Jeremiam fūnibus in lacum, in quo non erat aqua, sed latum. Descendit itaque Jeremias in lacum. Audivit autem Abdemolech Ethiops, vir euangelicus qui erat in domo Regis quod misserunt Jeremiam in lacum Porro rex sedebat in porta Beniamini. Et egressus est Abdemolech de domo regis, et locutus est ad regem, dicens : Domine mi rex, male fecerunt vii isti omnia quacunque perpetrarunt contra Jeremiam prophetam, mittentes eum in lacum, ut moriatur ibi fame : nou sunt enim panes ultra in civitate. Pracepit itaque rex Abdemolech Ethiopi, dicens : Tolle tecum hinc tringita viros, et leva Jeremiam prophetam de lacu, antequam moriatur. Assumptus ergo Abdemolech secum viris, ingressus est dominum regis, que erat sub cellario, et tullit inde veteres panous et antiqua vestimenta que computrinxerant, et summisit ea ad Jeremiam in lacum per funiculos. Dixitque Abdemolech Ethiopi ad Jeremiam : Pone veteres panous, et haec scissa, et putrida sub cubitu mannum tuarum, et super funes. Fecit ergo Jeremias sic. Et extraxerunt Jeremiam fūnibus, et eduxerunt eum de lacu. Mansit autem Jeremias iu vestibulo carcereis.

2. Et misit rex Sedecias, et tulit ad se Jeremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini. Et dixit rex ad Jeremiam : Interrogo igit sermocem, ne abscondas a me aliquid. Dixit autem Jeremias ad Sedecias : Si annuntiavero tibi, nunquid non interficies me? Et si consilium derero tibi, non me audies. Juravit ergo rex Sedecias Jeremie clam, dicens : Vivit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, et si tradidero te in manus virorum istorum qui querunt animam tuam. Et dixit Jeremias ad Sedecias : Huc dicit Dominus exercituum Dens Israel : Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, vivet anima tua, et civitas haec non succedent igni, et salvus eris tu, et dominus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur civitas haec in manus Chaldeorum, et succederent eam igni, et tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Jeremiam : Sollicitus sum propter Iudeos qui transfluerunt ad Chaldaeos, ne forte tradar in manus eorum ; et illudant milii. Respondit autem Jeremias, et dixit ei : Non te tradent. Audi queso, vocem Domini, quam ego loquor ad te; et bene tibi erit, et vivet anima tua. Quod si nolueris egredi, iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus : Ecce omnes mulieres que remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, et ipsse dicent : Seduxerunt te, et prævaluuerunt adversum te viri pacifici tui, demerserunt te in epon, et in lóbri pedes tuos, et recesserunt a te. Et omnes uxores tuae, et filii tui educentur ad Chaldaeos ; et non effugies manus eorum, sed in manus regis Babylonis capieris, et civitatem hanc comburct igni. Dixit ergo Sedecias ad Jeremiam : Nullus sciat verba haec, et non morieris. Si autem audierius principes quis locutus sum tecum, et veuerint ad te, et dixerint tibi : Judica nobis quid locutus sis cum rege; ne cœles nos, et non te

interficiemus ; et quid locutus est tecum rex : dices ad eos : Prostravi ego preces meas coram rege, ne me reduci juberet in dominum Jonathan, et ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam, et interrogaverunt eum. Et locutus est ei juxta omnia verba quae præcepit ei rex. Et cessaverunt ab eo : nihil enim fuerit nuditum.

3. Mansit vero Jeremias in vestibulo carcereis usque ad diem quo capta est Jerusalem. Et factum est ut capteretur Jerusalem.

4. In parte ista ostenditur persecutio prophete propter veram prædicationem : et dividitur in tres partes. Primo ponit prædicationem, *Loquebatur* : quamvis enim esset in carcere, multi tamen venebant ad eum ; in quo comminatur remanentibus mortem : *Quicumque manserit in civitate hac, morietur*. Et promittebat fugientibus salutem : *Qui autem profugerit vivet*. Urbis captionem : *Tradendo tradetur*. Et haec tria posuit supra xxi : unde videtur continuari, secundum historię ordinem, ad illud. Secundo ponit persecutionem : ubi ponit principium impiam petitionem : petunt enim mortem : *Et dicerunt principes Sap. ii : Circumveniamus justum quoniam contrarius est operibus nostris*. Accusant prædicationem : *De industria enim dissolvit manus virorum* : quod est contra officium prophetale. Isa. xxxiv : *Confortate manus dissolutas, et debilia genua robe rate*. Et pervertunt intentionem : *Siquidem homo iste non querit pacem*. Gal. iv : *Ergo inimicus factus sum, verum dicens vobis*? Nolebat autem Jeremias auferre cor resistendi ; sed propter bonum, et salutem populi, ex jussu Domini, illa dicebat. Ponit etiam stultam regis exauditionem : *Et dixit rex Sedecias*. Unde non excusat, quamvis minus peccaverit. Joan. xix : *Propterea qui tradidit me tibi, majus peccatum habet*. Ponit etiam solitam executionem : *Tulerunt ergo Jeremiam, et proiecserunt eum in lacum, cisternam sine aqua*. Psalm. lxxxvii : *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, et in umbra mortis*. Et designat prophetæ intromissionem : *Descendit itaque Jeremias in eum*. Psalm. lxviii : *Infelix sum in limo profundi, et non est substantia*. Tertio ponitur liberatio. Hie duo ponit. Primo quod liberatur a carcere ; secundo quod liberatur a mortis timore, ibi, *Et misit rex Sedecias,*

et tulit ad se Jeremiam. Carea primum quatuor. Primo deseribit petentem, *Abdemelech*, idest servus regis significans; quod dicit propter humilitatem. Rom. i : *Paulus servus Christi Jesu*, etc. *Aethiops*, propter carnis mortificationem. Psalm. ixvi : *Aethiopia prævenient manus ejus Deo.* Cant. i : *Nigra sum, sed formosa. Vir,* propter animi virtutem, *eunuchus*, propter castitatem. Matth. xix : *Sunt eunuchi qui scipios castraverunt propter regnum cælorum. Qui erat in domo regis*, Philip. iii : *Nostra conversatio in cælis est.* Sap. iii : *Spado qui non est operatus per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima : dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in templo Dei acceptissima.* Secundo ponit petitionem, designans petitionis locum : *Porro rex sedebat in porta Beniamini, quæ scilicet duebat in tribum Beniamini.* Et ponit petitionem, *Et egressus est Abdemelech de domo regis, et locutus est ad regem : Non sunt enim panes ultra in civitate ; quasi dicat : Ex quo inclusus est, panis defecit.* Vel non erat necessarium includi, eum omnes obcessi, et in penuria simus. Sap. xi : *Per quæ quis peccat, per hæc et torquetur.* Tertio ponitur imperativo : *Præcepit itaque rex.* Quarto ponitur executio : *Assumptis ergo Abdemelech secum viris ingressus est dominum regis et tulit inde veteres pannos, et antiqua quæ computruerant, propter tribulationes quas sustinuerunt.* Heb. ult. : *Mementote præpositorum qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes extitum conversationis, imitamini fidem.* Vel quia, ad litteram, moliores sunt. *Per finiculos, præceptorum Dei.* Ecl. iv : *Funiculus triplex difficile rupnitur.* In vestibulo carceris, idest in atrio. Dicitur enim vestibulum, domus ante cameram regis, ubi custodiuntur vestes : unde omne atrium, vestibulum dicitur.

2. Ille liberatur a timore mortis, concessa sibi securitate a rege. Et primo ponitur securitatis pactio; secundo pacti observatio, ibi, *Mansit vero¹ Jeremias in vestibulo carceris.* Carea primum duo. Primo ponitur mutua petitio. Petit enim

rex divinum responsum, vel consilium, Interrogo. III Reg. ult. : *Iterum atque iterum te adjuro ut non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine Domini.* Et propheta petit securitatis promissum : *Dixit autem Jeremiam ad Sedeniam. Luc. xxii : Si vobis dixeris, non credetis mihi etc.* Potest enim legi interrogative vel remissive. Secundo ponitur mutua solutio. Primo enim rex dat securitatis promissum : *Juravit ergo rex Sedenias Si occidero, male milii accidat.* Isa. xlii : *Ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendi manum tuam et servavi te.* Secundo propheta dat salutis consilium. Et circa hoc quatuor facit. Primo ponitur salubris prophetæ exhortatio : *Et dixit Jeremias.* Et datur regi optio eligendi bonum vel malum. Ecl. xv : *Ante hominum vita et mors, bonum et malum, et quod placuerit ei, dabitur illi.* Secundo ponitur regis excusatio : *Et dixit rex Sollicitus sum propter Iudeos, quorum bona destruxerat propter hoc quod a Chaldaeo confugerant.* Supra ix : *Unusquisque a proximo suo se custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciam : quoniam omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet.* Tertio ponitur responsionis exclusio : *Respondit Jeremias : In qua excludit timorem, si consilium andiat : Non te traduant.* Isa i : *Si volueritis et audieritis me, bona terra comedetis.* Ponit comminationem, si audire contumeliam : *Quod si nolueris.* Comminatur autem mulierum insultationem : *Ecce onnes mulieres dicent.* Insultante autem improphanter stultum amicorum consilium : *Seducerant, quantum in se fuit, et prævaluerunt, quia eis credidisti, pacifici tui, qui pacem tibi promittebant.* Isa. iii : *Popule meus, quoniam beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant.* Consequens damnum : *Demerserant te in caverna, peccati, in lubrico, penae.* Psalm. xxxiv : *Fiant rixæ illorum tenebræ et lumen.* Et eorum recessum : *Et recesserunt a te.* Ecli. vi : *Est omnis secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.* Comminatur etiam cap-

¹ Al. : & ergo. n

tionem familie : *Et omnes uxores.* Isa. xxxix : *De filiis tuis qui erubunt de te quos genueris, tollent, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.* Et personae propriae : *Et tu non effugies.* Thren. ii : *Nou fuit in die furoris Domini, qui effugeret et relinquetur.* Communitas etiam urbis captionem : *Et civitatem hanc comburet igni.* Amos. i : *Succendam ignem in muro Rabau, et devorabit ades ejus.* Quarto petitur a rege consilii dati oculatio : *Dixit ergo Sedecias² ad Jeremiam.* Et circa hoc tria facit. Primo petit oculari consilium, *Nullus seiat.* Tob. xi : *Sacramentum regis abscondere bonum*

est; opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est. Secundo docet velandi modum : *Si autem audirent principes, ut veritatem taceat, et falsum non dicat.* Prov. x : *Qui moderatur labia sua prudenterissimus est.* Tertio ponitur petitionis complementum : *Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam.* Prov. xi : *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem amicus est, collat amici commissam.*

3. Ille ponitur petitionis Observatio, *In vestibulo non missus in lacum, secundum petitionem suam.*

C A P U T T R I G E S I M U M N O N U M

1. Anno nono Sedeciae regis Juda mense decimo venit Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis exercitus ejus ad Jerusalem et obsidebant eam. Undecimo autem anno Sedeciae, mense quarto, quinta mensis, aperta est civitas, et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, et sedebant in porta media : Neregel, Sereser, Semegaruban, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rehmag, et omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumque vidisset eos Sedecias rex Juda, et omnes viri belatores, fugerunt, et egressi sunt nocte de civitate per viam borti regis, et per portam quam erat inter duos muros, et egressi sunt ad viam deserti. Persecutus est autem eos exercitus Chaldeorum, et comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Jerichonitæ, et captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Euath : et locutus est ad eum iudicium. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciae in Reblatha in oculis ejus, et omnes nobiles Juda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedeciae eruit, et vinxit eum compedibus, et duceretur in Babylonem. Domum quoque regis, et domum vulgi succederant Chaldaei igni, et murum Jerusalem subverterunt. Et reliquias populi qui remanserunt in civitate, et profugos qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

2. Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebant dimisit Nabuzardan magister militum in terra Juda, et dedit eis vineas, et cisternas in die illa. Praecepérat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Jeremia, Nabuzardan magistro militum dicens : Tolle illum, et pone super eum oculos tuos, nihilque ei malis facias; sed ut voluerit sic facies ei. Misit ergo Nabuzardan princeps militum, et Nabuzebau, et Rabsares, et Neregel, et Sereser, et Rehmag, et omnes optimates regis Babylonis, miserunt, et tulerunt Jeremiam de vestibulo carcere, et tradiderunt eum Godolia filio Abican filii

Saphan ut intraret in domum, et habitaret in populo. Ad Jeremiam autem factus fuerat sermo Domini, cum clausus esset in vestibulo carcere, dicens : Vade, et dic Abdelemech Æthiopi, dicens : Hoc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego indicamus sermones meos super civitatem hanc in malum, et non in bonum : et erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Dominus : et non traderis in manus virorum quos tu formidas, sed eruens liberabo te; et gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

4. Hic ponitur instructio reliquiarum populi, post ipsius populi captivitatem. Et dividitur in tres partes. In prima ponitur captivatio: in secundo reliquiarum conservatio, cap. xl : *Sermo qui factus est ad Jeremiam a Domino;* tertio reliquiarum instructio, cap. xlii : *Et accesserunt omnes principes bellatorum.* Circa primum duo. Primo ponitur populi captivatio; secundo quorundam liberatio, ibi, *Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebant.* Circa primum tria. Primo ponit obsidionem, *Et obsidebant.* Isa. xxix : *Circumdat quo quasi spharam in circuitu tuo, et jaciam³ contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam.* Secundo ponit captionem urbis: *Undecimo anno, mense quarto, scilicet Julio. Tamen combusta est mense quinto, septi-*

Al. : « utero. » — ² Al. : « rex. »

³ Al. : « faciam. »

ma die mensis; sicut habetur II Reg. ult.: *Quinta mensis.* Contra II Reg. ult. dicitur, quod nona mensis. Et potuit esse quod quinta die cuperunt homines fugere pra fame; et nona, civitas aperta est, custodibus ablatis. Et quia primo cuperunt antemurale; et tunc habebant urbem quasi captam; et postea cuperunt urbem: unde sequitur: *Sederunt in porta media*, idest in medio duorum murorum; vel quæ erat inter duas portas ex eadem parte civitatis. Supra i: *Ponet unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem*, et super muros ejus in circuitu, et super universas urbes Juda. Ponit etiam captionem regis designans fugam: *Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda*, et omnes viri bellatores, fugerunt, et egressi sunt nocte de civitate per viam horti regis, et per portam quæ erat inter duos muros, qui conjungebant muro civitatis juxta domum regis, et cingebant hortum regium, inter quos erat et via, et porta secundum aquidistantiam ab utroque. Thren. i: *Facti sunt principes ejus velut aviles non invenientes passua*, abierrunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Et subiungit captiōnem: *Persecutus est autem eos exercitus Chaldaeorum.* Thren. iv: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis caeli.* Tertio ponit captorum condemnationem: et primo regis, et principum, in occisionem, *Et captum, regem, adduxerunt ad Nabuchodonosor*, scilicet in sententia pronuntiationem: *Et locutus est ad eum iudicia.* Ezech. x: *Judicabo te iudiciis adulterarum, et effundentium sanguinem.* Et executionem sententiae principum, *Et occidit.* Sap. vi: *Potentes potenter torquent patientur.* Et oculorum cæcitatem: *Oculos quoque Sedecias eruit ut duceretur*

in Babylonem. IV Reg. xxvi, idem. Secundo condemnationem urbis in destructionem: *Domum quoque regis, et domum vulgi succenderunt Chaldaei igni.* Thren. ii: *Præcipitavit omnia mania ejus dissipavit munitiones ejus.* Tertio condemnationem plebis in transmigrationem: *Et reliquias populi transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.* Baruch. iv: *Delicati mei ambulaverunt vias asperas: ducti sunt enim ut grex directus ab inimicis.* 2. Ille ponit quorundam liberationem. Primo pauperum qui nihil penitus habebant. Et dedit eis vineas, et cisternas, quia terra penuria in aquis patitur. Supra. v: *Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.* Secundo liberationem justorum. Primo prophete, ponens jussionem: *Præceperat, et executionem: Misit ergo in domum, suam.* Proverb. xi: *Justus de angustia liberatus est et tradetur impius pro eo.* Ibid. x: *Quod timet impius, veniet super eum, desiderium suum justis dabitur.* Et cap. xvi: *Cum placuerint Domino vivi homini, etiam inimicos ejus convertet ad pacem.* Secundo liberationem eunuchi: *Ad Jeremiam autem factus fuerat sermo Domini.* Et primo promittit liberationem ab hostium dominio: *Et non traderis.* Sap. x: *Custodiebat illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum.* Secundo ab occisionis gladio: *Et gladio non cades.* Psal. xc: *Cadent a latere tuo milii, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* Supra. xvii: *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.* Ecel. ii: *Crede Deo, et recuperabit te, et dirige viam tuam, et spera in illum.*

CAPUT QUADRAGESIMUM

1. Sermo qui factus est ad Jeremiam a Domino, postquam dimisissus est a Nabuzardan magistro militiae de Rama, quando tulit eum vinculum catenam in medio omniuum qui migrabant de Jerusalem, et Juda, et ducebantur in Babylonem. Tollens ergo principis militiae Jeremiam, dixit ad eum: *Dominus*

Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, et adduxit, et fecit Dominus sic ut locutus est, quia peccasti Domino, et non andistis vocem ejus, et factus est vobis sermo hic. Num ergo esse solvi te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis. Si placet tibi ut vealias tecum in Babylonem, veni,

et ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi venire mecum in Babyloniam, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. Quod elegere, et quo placeuerit tibi ut vadas. Ille perge et in eum noli venire, sed habita apud Godoliam filium Ahicam filii Saphan, quem propositus rex Babylonis civitatum Iuda. Habitare ergo cum eo in medio populi, vel quocunque placeuerit tibi ut vadas, vade. Dedit quoque ei magister militia cibaria, et munuscula, et dimisit eum. Venit autem Jeremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphat, et habitavit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

2. Cumque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi et socii eorum, quod praeferisset rex Babylonius Godoliam filium Ahicam terra, et quod commendasset ei viros et mulieres et parvulos et de pauperibus terra qui non fuerant translati in Babylonem : et venerunt ad Godoliam in Masphat, et Ismael filius Nathaniae, et Johanan, et Jonathan, filii Caree, et Sareas filius Thanehamet, et filii Ophii, qui erant de Netophati, et Jezonias filius Maachati, ipsi, et viri eorum. Et juravit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, et comitibus eorum, dicens : Nolite timere servire Chaldaeis. Habitare in terra, et servite regi Babylonis et hene erit vobis. Ecco ergo habito in Masphat, ut respondemam precepto Chaldaeorum, qui mittuntur ad vos. Vos autem colligite vindemiam, et messem, et oleum, et condite in vasis vestris, et manete in urribus vestris, quas tenetis. Sed et omnes Judei qui erant in Moab, et in finibus Ammon et Iudea, et in universis regionibus, auditio quod disset rex Babylonius reliquias in Judea, et quod praeponuissest super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan : reversi sunt, inquam, omnes Judei de universis locis ad quae profugerant, et venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Masphat, et collegerunt viuum, et messem multam nimis.

3. Johanan autem filius Caree, et omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphat, et dixerunt ei : Scito quod Baalis rex filiorum Ammon misit Ismael filium Nathaniae perentem animam tuam. Et non creditur eis Godolias filius Ahicam. Johanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Masphat, loquens : Ibo, et percutiatis Ismael filium Nathaniae nullo sciente, ne interficiat animam tuam, et dissipetur omnes Judei qui congregati sunt ad te, et peribut reliquias Judea. Et alii Godolias filius Ahicam ad Johanan filium Caree : Noli facere verbum hoc : falsum enim tu loqueris de Ismael.

1. Posita destructione urbis, et populi captivitate, ponit reliquiarum salutem. Et primo ponitur populi congregatio; secundo congregati populi disturbatio, cap. xii. : *Et factum est in mense septimo.* Cirea primum duo. Primo ponitur congregatio; secundo quarundam insidias revelatio, quae pacem populi perturbabant, ibi, *Johanan autem filius Caree.* Cirea primum tria. Primo ponitur congregatio populi quantum ad prophetam; secundo quantum ad principes, ibi,

Cumque audissent omnes principes exercitus venerant ad Godoliam; tertio quantum ad plebem, ibi, *Sed et omnes Judai.* Cirea primum quatror. Primo ponitur liberationis pronuntiatio¹, *Sermo qui factus est ad Jeremiam.* Cum nullus sermo sequatur, intelligitur hoc primum sermone revelatum quod postea opere narratur expletum. Psalm, lxviii : *Exaudi vit pauperes, et vincos suos non despexit.* Secundo ponitur prophetæ liberatio : *Tollens ergo princeps militia Jeremiam.* Et assignat rationem, veritatem scilicet prophetæ : *Dominus Deus tuus locutus est, per te.* Amos. iii : *Non est malum in civitate quod Dominus non fecerit.* Et ponit² liberationem : *Nunc ergo ecce solvi te hodie de catenis.* Psalm. cvi : *Eduxit eos de tenebris, et umbra mortis, et vincula eorum disrupti.* Tertio datur ei optio, utrum vadat in Babylonem, vel cum Godolia remaneat, vel quocumque placeat, perget : *Si placet.* Genes. xv : *Ecce terra in conspectu tuo etc.* Proverb. iv : *Ducam te per semitas aquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.* Et ponitur provisio sibi facta : *Dedit quoque ei magister militia cibaria.* Jud. xiv : *De comedente exiuit cibus, et de forti egressa est dulcedo.* Quarto ponitur prophetæ electio : *Venit autem Jeremias ad Godoliam.* Ideo non in Chaldaeam, ivit, quia illi habebant ad consolationem Danielem et Ezechielem. Isa. vi : *Ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et praedicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertione;* ut praedicarem annum placabilem Domino, et diem ultiionis Deo nostro; ut consolarer omnes lugentes, et ponerem consolationem lugentibus Sion.

2. Ille ponitur congregatio principum: et primo ponitur eorum congregatio : *Cumque audissent omnes principes exercitus... venerant ad Godoliam.* Eccl. x : *Rex insipiens perdet populum suum, et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium.* Secundo ponitur congregatio: *Et juravit eis Godo-*

¹ Al. : « pronuntiatio. »

² Al. : « excludit. » — ³ Al. : « ergo. »

lias... Nolite timere II Petri ii : Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. Tertio ostendit securitatis modum, Ecce ego; quasi dicat : Ego sustinebo totum onus, ut vos in pace sitis. I Cor. iv : Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. Isa. lxi : Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Joan. x : Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Sed et omnes Judæi qui erant in Moab etc. Ille ponitur congregatio plebis. Ps. cxlvii : Dispersiones Israelis congregavit.

3. Ille ponitur insidiarum machinatio :

et primo facta a principibus communiter : *Scito quod Baalis, qui adhuc Chaldaeis resistebat¹. Et non credidit, credens dolosus verbis Ismaelis. Prov. xiv : Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos.* Secundo facta a quodam specialiter, *Johanam.* Et primo exegitatio Ibo. *Prov. xi : In bonis justorum exaltabitur civitas, et in perditione impiorum erat laudatio.* Secundo ponitur repulso : *Et ait Godolias. Supra xi : Et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium.*

CAPUT Q U A D R A G E S I M U M P R I M U M

4. *Et factum est in mense septimo, venit Ismael filius Nathania filii Elisama de semine regali, et optimates regis, et decem viri cum eo ad Godoliam filium Ahicam in Masphat, et comedenter ibi panes simili in Masphat. Surrexit autem Ismael filius Nathania, et decem viri qui cum eo erant, et percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, et interfecerunt eum quem profecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoque Judeos qui erant cum Godoliam in Masphat, et Chaldaeos qui reperti sunt ibi, et viros bellatorum percussit Ismael.*

2. *Secundo autem die postquam occididerat Godoliam, nullo adhuc scienti, venerunt viri de Sichem, et de Silo, et de Samaria octoginta viri rasi barba, et scissis vestibus, et scallentes et numerata, et thus habent in manu ut offerant in domo Domini. Egressus ergo Ismael filius Nathania in occursum eorum de Masphat, incendens, et plorans ibat. Cum autem occurisset eis, dixit ad eos : Venite ad Godoliam filium Ahicam. Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismael filius Nathania circa medium laci, ipse, et viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael : Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumenti, et olei, et mellis. Et cessavit, et non interfecit eos cum fratribus suis.*

3. *Lacus autem in quem projecerat Ismael omnina cadavera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa propter Raasa regem Israel : ipsum replevit Ismael filius Nathania occisus.*

4. *Et captivas duxit Ismael omnes reliquias populi qui erant in Masphat, filias regis, et universum populum qui remanserat in Masphat, quos comandaverat Nabuzardan princeps militia Godoliae filio Ahicam. Et cepit eos Ismael filius Nathania, et abiit ut transiret ad filios Ammon. Audit autem*

Johanam filius Caree, et omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nathania : et assumptis universis viris profecti sunt ut bellarent adversum Ismael filium Nathania ; et invenierunt eum ad aquas multas, quae sunt in Gabao. Cumque vidisset omnis populus qui erat cum Ismael, Johanam filium Caree, et universos principes bellatorum, qui erant cum eo, letali sunt. Et reversus est omnis populus, quem receperat Ismael, in Masphat, reversusque abiit ad Johanam filium Caree. Ismael autem filius Nathania fugit cum octo viris a facie Johanam, et abiit ad filios Ammon. Tulit ergo Johanam filium Caree, et omnes principes bellatorum qui erant cum eo, universas reliquias vulgi, quas reduxerat ab Ismael filio Nathania de Masphat, postquam percusserunt Godoliam filium Ahicam : fortes viros ad prassium, et mulieres, et pueros, et cunctos, quos reduxerat de Gabao, et abiernunt, et sederunt per regimantibus in Chamaean, quae est iuxta Bethlehem, ut pergerent, et intrerent Aegyptum a facie Chaldaeorum. Tinebant enim eos, quia percussisset Ismael filius Nathania Godoliam filium Ahicam quem praeposuerat rex Babylonis in terra Juda.

1. *Hie ponitur congregati populi distractio per nequitiam Ismaelis : et primo ponitur quorundam fraudulentia oeciso : secundo cadaverum intumulatio, ibi, Locus autem in quem projecerat Ismael omnia cadavera virorum... ipse est quem fecit rex Asa; tertio aliorum violenta captivatio, ibi, Et captivas duxit. Circa primum duo. Primo ponit si-*

¹ Al. : « residebat. »

mulae pacis dolum : *De semine regali*, propter quod invidia movebatur adversus eum quem videbat Iudeis praepositum, se a regno excluso. Eccli. vi : *Est amicus socius mensa, et non permanebit in die necessitatis*. Secundo ponit patratum ducis homicidium : *Surreverunt*, de mensa, *decem viri, et percussent*¹, aliis nihil tale suspicantibus. II Reg. iii : *Nequaque ut mori solent ignari mortuorum est Abner*. Tertio ponit occasionem familiarium : *Omnis quoque Iudaos qui erant cum Godolia... percussit*. Eccli. x : *Ab uno scintilla augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis*.

2. Ille ponit occasionem peregrinorum : et primo describit eorum conditioinem quantum ad luctum, *Rasi barba*, Thren. i : *Sacerdotes ejus gementes*. Baruch. iv : *Adducit mihi Deus luctum magnum etc.* Et quantum ad votum : *Munera, habebant, thus, quod in omni oblatione offerebatur*. Levit. n : *In domo Domini, idest in loco templi*. Isa. xix : *Colent eum in hostiis, et munericibus, et vota vovebunt Domino, et soleant*. Secundo ponit occasionem, premitens dolum in tristitia simulatione : *Egressus et plorans*, Eccli. xii : *Et si humiliatus vadat curvus, adjice² animum tuum, et custodi et ab illo*. Et in fraudulentio consilio : *Cum autem occurisset*. Prover. xxvi : *Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas*. Et subiungit homicidium : *Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismael*. Thren. m : *Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me*. Oseea iv : *Sanguis sanguinem tetigit*. Tertio ponit quorumdam liberationem, propter promissionem divitiarum quas se habere

dicebant : *Decem autem viri*, Prov. xiii : *Redemptio anima viri divitiae multae : qui autem pauper est, increpationem non sustinet*.

3. Ille ponit cadaverum intumulatum, *Asa rex*. III Reg. xvi : dicitur, quod Asa fecit construi Gabaa Benjamin in Masphat, de his quae praeparaverat Basaa ad edificandum contra ipsum Rama : et forte fecit in munitionem loci cisternam aliquam. Psal. LXXXV : *Estimatus sum cum descenditibus in lacum, factus sum sine auxilio inter mortuos liber*.

4. Ille ponit captivationem. Et primo ponitur remanentium captivatio, *Reliquias*, quia quosdam interfecerat qui erant de Godolie familia. Isa. v : *Dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino*. Secundo ponitur liberatio, premitens liberantium praeparationem, *Audivit*, Prov. xxiv : *Erue eos qui duocuntur ad mortem, et qui traduntur ad interitum liberare ne cesses*. Et subiungit captivorum liberationem : *Cumque vides omnis populus qui erat cum Ismael, Johanam... letati sunt*. Proverb. xi : *In bonis justorum exaltabitur civitas, et in perditione impiorum erit laudatio*. Et subdit captivantis evasione : *Ismahel autem fugit cum octo, duobus interfectis*. Isa. xxxiii : *Vix qui prædaris, nonne et ipse prædaberis?* Tertio ponit eorum timorem : et circa hoc duo. Primo ponit timoris signum, scilicet propositum fugiendi : *Tulit ergo Johanam*. Prov. xxviii : *Fugit impius, nemine persequente*. Secundo ponit timoris incitatuum : *Timebant enim eos*. Sap. xvii : *Semper enim præsumit sava, perturbata conscientia*. Job xv : *Cum pax sit, ille semper insidias suspicatur*.

C A P U T Q U A D R A G E S I M U M S E C U N D U M

1. Et accesserunt omnes principes hellatorum, et Iohanan filius Carce, et Jechonias filius Ozia, et reliquum vulgo a parvo usque ad magnum, dixeruntque ad Jeremiam prophetam : Cadat oratio nostra in conspectu tuo, et ora pro nobis ad Domini

nun Deum tuum pro universis reliquiis istis, quia derelicti sumus panei de pluribus, sicut oculi tui nos intuerentur : et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, et verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Jeremias propheta :

Audivi. Ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum. secundum verba vestra. Omne verbum quodcumque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad Jeremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis et fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus, sive bonum est, sive malum. Voci Domini Dei nostri ad quem nuntiatus es, obediemus, ut bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

2. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Jeremiam. Vocavitque Johanan filium Caree, et omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, et universum populum a minimo usque ad magnum, et dixit ad eos: Haec dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, ut posterius preces vestras in conspectu ejus: Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabos vos; et non destruam: plantabo, et non evellam. Jam enim placutum sum super malo quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pavidi formidatis. Nolite metuere eum dicit Dominus, quia vobiscum sum ego, ut salvos vos faciam, et eruum de manu ejus. Et dabo vobis misericordias, et miserebor vestri, et habilare vos faciam in terra vestra. Si autem dixeritis vos: Non habitabimur in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri, dicentes: Nequaquam, sed ad terram Aegypti pergerimus, ubi non videbimus bellum, et clangorem tubae non audiemus, et famem non sustinemus: et ibi habitabimus. Propter hoc nunc audite verbum Domini, reliquia Iuda: Haec dicit Dominus exercitum Deus Israel: Si posueritis faciem vestram ut ingrediantur Aegyptum, et intraveritis, ut ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Aegypti, et famem pro qua estis solliciti, adhaeret vobis in Aegyptio, et ibi morientur. Omnesque viri qui posuerint faciem suam ut ingrediantur Aegyptum, ut habitent ibi, morientur gladio, et fame, et peste. Nullus de eis remanebit, nee effugiet a facie mali quod ego affram super eos. Quia haec dicit Dominus exercitum Deus Israel: Sicut confutatus est furor meus, et indignatio mea super habitatores Ierusalem, sic confabitar indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Aegyptum. Et eritis in iusjurandum, et in stuporem, et in maledictum, et in opprobrium; et nequaquam ultra videbitis locum istum. Verbum Domini super vos, reliquia Iuda: Nolite intrare in Aegyptum. Scientes scitis quia otestatus sum vobis hodie, quia deceperitis animas vestras. Vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, et iuxta omnia quecumque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, et faciemus. Et annuntiavi vobis hodie, et non audistis vocem Domini Dei vestri super universis pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scitis, quia gladio, et fame, et peste morientur in loco ad quem volebistis intrare, ut habitaretis ibi.

1. Ille incipit populi congregati instructio. Et dividitur in partes duas. Primo ponitur populi instructio generalis; secundo specialis; secundo specialis Baruch, cap. XLV: *Verbum quod locutus est Jeremias ad Baruch.* Circa primum duo.

Primo ponitur prophetae instructio; secundo populi contradicatio, ibi cap. XLIII: *Factum est autem, cum complessset Jeremias loquens ad populum.* Circa primum duo. Primo ponitur instructio, ibi, *Cum nuntiem complenti essent decem dies.* Circa primum duo. Primo petunt orationis suffragia: ubi ponitur petitio: *Cadat oratio nostra in conspectu tuo;* quasi dicat: *Locum habeat apud te.* Eccli. XXXV: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet non consolabitur, et non discedet donec Altissimus aspiciat.* In quo captant benevolentiam. *Et ora pro nobis;* ubi petunt beneficium. Isa. XXXVII: *Leva ergo orationem pro reliquiis quae reperta sunt.* Qui derelicti sumus pauci: in quo fluctuant ad misericordiam. Deuter. XXVIII: *Remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra caeli præ multitudine.* Et annuntiet: in quo expetitur orationis fructus. Dominus. Isa. VIII: *Nunquid non populus a Deo suo requiriat visionem pro vivis, ac mortuis?* Viam, quia non in Aegyptum ire decreverant. Supra x: *Non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulat, et dirigat gressus suos.* II Paral. XX: *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solvi habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te.* Ponitur etiam prophetæ promissio, ibi, *Dicit.* Promittit autem orationes, Ecce ego. I Reg. XI: *Absit ad me peccatum hoc in Domino, ut cessem orare pro vobis.* Et denuntiationem: *Omne verbum quodcumque responderit mihi, indicabo vobis.* Act. XX: *Non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Secundo promittit obedienciam, quam tamen servaluri non erant: *Et illi dixerunt.* Simile Exod. XIX: *Cuncta quae locutus est nobis Dominus, faciemus.*

2. Ille ponitur instructio: et circa hoc tria. Primo inducit revelantis auctoritatem: *Haec dicit Dominus,* quasi mediator inter vos, et Deum, deferens orationes vestras ad Deum et responsum ipsius ad vos. Dent. V: *Ego sequester, et mediis fui inter Deum et vos in tempore*

¹ Al. : « in homine. »

illo, ut ammuniarem vobis verba ejus.
 Secundo hortatur ad quietem dupliciter.
 Excludendo mala divinae punitionis, po-
 neus promissum : *Edificabo, bona con-
 ferendo, plantabo, confirmando.* Et ex-
 cludens impedimentum : *Iam enim pla-
 catus sum.* Exod. xxxii : *Et placatus est
 Dominus ne faceret malum adversus po-
 pulum suum.* Psal. cx : *Non in perpe-
 tum irascitur, neque in eternum com-
 minabitur.* Et excludit timorem hostilis
 persecutionis faciens securitatem : *Nolite*

timere. Isa. li : *Quis tu ut timeas ab ho-
 mine mortali, et a filio hominis, qui qua-
 si fenum ita arceset?* Et promittit auxilii
 opem : *Quia robiscum sum,* Supra xx :
*Dominus mecum est tanquam bellator
 fortis.* Idecirco qui persequuntur me eau-
 dent, et infirmi erunt, et confundentur
 vehementer : *quia non intellexerant op-
 probrium sempiternum, quod numquid
 delebitur.* Isa. i : *Dominus Deus auxilia-
 tor meus, et ideo non sum confusus.*

*Explicit expositio litteralis S. Thomae super Jeremiam, quam morte præventius
 complere non potuit.*

IN THRENOS JEREMIÆ EXPOSITIO

PRO O E M I U M S . T H O M Æ

Ecce manus missa est ad me, in qua erat liber in volutus. Et expandit illum coram me; qui erat scriptus intus et foris: et scriptæ erant in eo lamentationes et carmen, et vœ. Ezech. 2,

Ex verbis istis quatuor possunt accipi circa præsens opus lamentationum Jeremiæ, scilicet auctor, modus, utilitas et materia. In auctore designatur benignitas: unde dicit: *Ecce manus missa est.* Haec manus sapientia Dei est, qua omnia facta sunt, sicut dicitur in Psal. cui: *Omnia in sapientia fecisti.* Ipsa est qua intellectum aperit ad videndum. Ezech. xi: *Facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc in visionibus Dei.* Ipsa est quæ linguam expedit ad loquendum. Jerem. i: *Misit manum suam, et tetigit os meum, et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Ipsa est quæ manum dirigit ad scribendum. Dan. v: *Apparuerunt digiti quasi hominis scribentes;* qui sunt prophætæ, et alii doctores in quibus sapientiae dona dividimus, ut totum quod homo tradeundo divinam sapientiam, exterius agit ministerio, ipsa interius perficiat auctoritate. Isa. xxvi: *Omnia opera nostra operatus est in nobis.* II. Corinth. iii: *Non quod sufficienes simus cogitare aliquid ex nobis, tuncquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Haec quidem sapientia tam alta est, ut dum nos in infimo sumus, nihil ab ipsa possemus accipere, nisi nobis mitteretur. Et ideo benignitas auctoris designatur in missione manus. Rom. xi:

O altitudo divitiarum sapientiarum, et scientiarum Dei. Mittitur quasi nobis proposita tripliciter. In rerum creatione, ex quibus perpenditur. Rom. i: *Invisibilita Dei per ea quæ facta sunt, intellectus conspicuntur.* Sap. xiii: *A magnitudine speciei, et creaturarum, poterit horum creator videri.* Mittitur etiam interna inspiratione. Sap. vii: *Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, et prophetas ipsa constituit.* Missa est eminentissime in incarnatione, quando coram oculis corporalibus, invisibilis sapientia apparuit. Sap. ix: *Mitte illam de cervis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, et mecum labore, ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.* In modo ostenditur difficultas; unde sequitur: *In qua erat liber involutus.* Est idem iste liber involutus ornatus verborum: unde et metrice descriptus et rhetorice est ornamentis coloratus. Prover. xv: *Lingua sapientum ornat scientiam.* Est etiam involutus profunditate mysteriorum. I Corinth. xiii: *Spiritus enim loquitur mysteria.* Et Apostolus¹ dicitur in persona omnium qui sacras Scripturas ediderunt: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* Matth. xiii. Est etiam involutus varietate similitudinum, sicut et ceteri prophetarum libri. Proverb. i: *Animal-*

¹ Al. : « poterat. » — ² Al. : « et. »

³ Al. : « ad Apostolos. »

*vertet parabolam et interpretationem, verba sapientum, et anigmata eorum. Oscae. xu : Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatos sum. Et hoc signatum est per tria involuenta quibus vasa sanctuarii involvabantur, Num. iv. Per velum enim quod diversis coloribus, et pulchra varietate erat distinctum, ut dicitur Exod. xxvi, significatur diversitas similitudinum. Per pelles, et pallium hyacinthini coloris, significantur celestia mysteria, quibus quasi imprægnatus est liber iste. Per pallium purpureum significatur ornatus verborum. Haec enim involutio Spiritus sancti explicatur a sacris expositoribus : quia sacra Scriptura eodem spiritu sunt expressa quo sunt edita, sicut dicit Augustinus. Et ideo sequitur : *Expandit illum coram me.* Deus enim aperit Scripturarum verba : unde dicitur Luc. ult. : *Aperuit illis sensum ut intellegerent Scripturas.* Revelat occulta mysteria. Dan. ii : *Vere Deus noster Deus deorum, et Dominus regum, revelans mysteria.* Explicat similitudinem. Ps. xvii : *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt.* In multiplicitate etiam ostendit utilitas ; unde sequitur : *Qui erat scriptus intus et foris,* utrobique enim sapientiam scriptam continet : scilicet in cortice litteralis sensus, et in abditis sententialis intelligentie, ut sit verum quod dicitur Joan. x : *In gredietur et egredietur et pascua inveniet.* In materia ostenditur diversitas : unde sequitur : *Et erant scriptæ in eo lamentationes, et carmen et vox.* Deplorat Josiae necem ; et quantum ad hoc continet lamentationes. II Paral. xxxv : *Universus Juda et Jerusalem luxerunt eum, Jeremias maxime, cuius omnes cantores, et cantatrices usque in præsentem diem**

lamentationes super Josiam replicant. Deplorat populi conuenctionem ; et quantum ad hoc continet carmen. Ezech. xxxii : *Fili hominis cane carmen lugubre super multitudine.* Deplorat etiam Jerusalēm, et totius civitatis vastationem ; et quantum ad hoc continet xx. Ier. iv : *Vox nobis, quia rastati sumus.* Vel possunt hæc tria ad triplicem sensum referri, quo liber iste in Glossis exponitur : ut *vox* referatur ad sensum typicum, tropologicum vel moralem, quo deplorat peccati servitatem. Infra ult. : *Cecidit corona capitis nostri : vox nobis, quia peccavimus.* Carmen refertur ad sensum mysticum, quo deplorat Ecclesia: viduitatem. Psal. xxxix : *Immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Lamentationes, quantum ad sensum historicum,* quo deplorat Judæorum captivitatem. Jерем. ix : *Vox lamentationis aulita est de Sion : Quomodo vastati sumus, et confusi vehementer?* Et ab hoc liber iste denominatur, unde alio nomine dicitur *Threni*, quod in græco sonat lamentationem : quamvis a quibusdam dicuntur *Threni*, quasi *Terni*, quia quasi ternis versibus sub una littera procedit in principio libri : unde tribus ordinibus litterarum variatur. Primo sub una littera tres clausulas usque ad tertium capitulum, ubi tribus clausulis singulis eamdem litteram præponit. In quarto capitulo duas clausulas sub eadem littera concludit.

Notandum, quod in Hebreo in singulis litteris per ordinem incipiunt distinctiones singulæ, sicut vocantur, sicut apud nos in illo hymno : A solis ortus cardine. Et secundum hujuscemodi interpretationem litterarum, singulæ litteræ consonant sententiæ clausularum, quibus præponuntur.



TRENORUM JEREMIÆ PROPHETÆ

PROœMIUM

Et factum est, postquam in captivitatem redactus est Israel, et Jerusalem deserta est, sedit Jeremias propheta flens; et planxit lamentatione hac in

Jerusalem, et amaro animo suspirans, et ejulans dixit:

CAPUT PRIMUM

1. ALEPH. Quomodo sedet sola civitas plena populo! facta est quasi vidua domina gentium! principis provinciarum facta est sub tributo!

2. BERA. Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

3. GIMEL. Migravit Judas propter afflictionem, et multitudinem servitibus: habitavit inter gentes, nec inventi requiem: omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

4. DALETU. Via Sion ingent, eo quod non sunt qui veniant ad solemnitatem: omnes porta ejus deserta: sacerdotes ejus gementes; virgines ejus squalidae; et ipsa oppressa amaritudine.

5. HE. Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum faciem: parvuli ejus duci sunt in captivitatem ante faciem trahuntur.

6. VAU. Et egressus est a Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velint arietes non inventientes pascua; et abiernant absque fortitudine ante faciem subsequentis.

7. ZAIN. Recordata est Ierusalem dierum afflictionis sue, et prevaricationis omnium desiderabilium suorum, quia habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus.

8. HETH. Recordatum peccavit Jerusalem, proprieper instabilitate facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus; ipsi autem gomens conversa est retrorsum.

9. TETR. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non lucente consolatorem. Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

10. JODH. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidi gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præcepertas ne intrarent in ecclesiam tuam.

11. CAPH. Omnis populus ejus gemens, et querens panem. Dederunt pretiosas quaque pro cibo ad refocillandam animam. Vide, Domine, et considera, quoniam facta sum vilis.

12. LAMECH. O vos omnes, qui transitis per viam,

attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus; quoniam vindicavit me ut locutus est Dominus in die furoris sui.

13. MEM. De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudit me: expandit rete pedilus meis, conseruit me retrosum: posuit me desolatum, tota die morro confectam.

14. NUN. Vigilavit jugnum iniquitatum mearum: in manu ejus convolute sunt, et impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manus de qua non potero surgere.

15. SAMECH. Absulit omnes magnoceos meos Dominus de medio mei: vocavit adversum me tempus ut conteretur electos meos: torcular calcavit dominus virginis filie Iuda.

16. AIN. Idecirco ego plorans, et oculus mens deducens aquas: quia longe factus est a me consolator, convertes animam meam: facti sunt filii mei perditæ, quoniam invalluit inimicus.

17. PE. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandavit Dominus adversum Jacob in circuitu ejus, hostes ejus: facta est Jerusalem quasi polluta menstrus inter eos.

18. SAM. Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavi: audite, obsecro, universi populi, et videte dolorem meum: virgines meæ, et juvenes mei abiurient in captivitatem.

19. COPA. Vocavi amicos meos, et ipsi decepterunt me. Sacerdotes mei, et senes mei in urbe consumpti sunt: qui quererunt eibam sibi ut refocillarent animam suam.

20. RES. Vide, Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter mens: subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Foris intericti gladio, et domi mors similis est.

21. SIS. Audierunt quia ingenisco ego, et non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt malum meum, letati sunt, quoniam tu fecisti. Adiuxisti diem consolacionis, et tenui similes mei.

22. TAVAR. Ingreduntur omnes malum coram eis: et vindicta eos sicut vindictasti me propter iniurias meas: nulli enim genitus mei, et cor meum morens.

Hinc autem operi præmittitur primum, in quo describitur tempus: Post-

quam in captitatem. Auctor. *Sedit Ieremias,* more plangentis, quasi in terra. Isa. xli : *Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon.* Materia : *Planxit lamentatione.* Jerem. ix : *Super montes assuumam fletum ac lamentum, et super speciosa deserti planetum : quoniam inceusa sunt, eo quod non sit vir pertransiens.* Auctoris affectus : *Animo animo.* Infra in : *Replevit me amaritudinibus, et inebriavit me absynthio.*

1. Dividitur iste liber in partes duas. In prima Prophetia deplorat populi miseriariam ; in secunda, oratione convertit se ad divinam misericordiam, cap. v : *Recordare, Domine, quid acciderit nobis.* Prima dividitur in tres. In prima plangit miseriariam servitutis ; in secunda miseriariam destructionis, II cap. : *Quomodo obterxit caligine in furore suo Dominus filiam Sion ;* in tertia miseriariam obsidianis, IV cap. : *Quomodo obscuratum est aurum ?* Prima in duas. In prima deplorat propheta gentis sua dejectionem ; in secunda inducit plebis, vel civitatis, conquestiōnem, ibi, *O vos omnes qui transitis.* Prima in duas. In prima plangit servitutem ; in secunda prosequitur per partes, servitutis magnitudinem, ibi, *Migravit Judas, etc.* Circa primum duo facit. Primo ostendit populi servitatem, seu abjectionem quantum ad amissionem gloriae ; secundo quantum ad violationem amicitiae, ibi, *Plorans ploravit etc.* Ostendit autem gloriam suam ex tribus. Primo quia populosa civibus : *Quomodo sedet, vilis et dejecta, sola, desolata habitatoribus.* Baruch iv : *Ego autem derelicta sum sola, exui me stola pacis.* Plena, quandam. III Reg. iv : *Juda et Israel innumerabiles.* Isa. xxii : *Urbs frequens, civitas exultans.* Secundo quia honorata principibus : erat enim civitas regalis et sacerdotalis : *Facta est quasi vidua, regibus, vel sacerdotibus.* Isa. xlvi : *Venient tibi duo hæc simul in una die : sterilitas, et viduitas.* Domina gentium, quandam ei subditarum. Ezech. v : *Ista est Jerusalem in medio gentium posita.* Tertio dilata¹ tributis : *Princeps provinciarum, quas tributarias fecerat.* II Reg. viii : *Factus est Moab, et Siria,*

David serviens sub tributo. Vel in quas Salomon regnum suum divisorat, singulis singulos praepositos præpones. III Reg. iv : *Facta² est sub tributo, Chaldaeorum.* Proverb. xii : *Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis serviet.*

Huic autem versui præponitur littera *Alph.*, quæ interpretatur doctrina, ad ostendendum quod quia populus caruit doctrina Dei in observatione, quam tenebat in cognitione, ideo captivatus est, Isa. v : *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Scendum est etiam, quod cum plerumque utatur coloribus, et locis rhetoriciis in hac lamentatione, est quartus locus questionis.

Allegorico-civitas, præsens Ecclesia, *plena populo*, ex diversis gentibus congregata, *domina gentium*, fidei obedientium, *princeps provinciarum*, diversarum Ecclesiarum, quibus vivendi viam³ decernit, *facta est sola, destituta Angelorum custodia, vel auxilio, vidua, subtracta sponsi præsencia, tributaria, tyramnis exposta.*

Moraliter civitas, anima, *plena populo, bonarum affectionum, domina gentium, vitiorum, princeps provinciarum, sensum, desolata, bonorum suffragiis, vidua, sponsi amplexibus, sub tributo, vitiorum.*

2. Ille plangit violationem amicitiae : et primo ostendit amicorum necessitatem : *Plorans, quasi continue diversis adversitatibus pressa Jerusalem, in nocte, privatim, propter timorem hostium, vel in adversitate, in maxillis, quia non erat qui abstergeret.* Ps. vi : *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Secundo auxiliū subtractionem : *Non est qui consoletur eam, auxilium contra hostes præbens, ex omnibus caris, Ægyptiis, et aliis eis federatis.* Eccl. iv : *Vidi calamnias que sub sole geruntur, et lacrymas innocenterum, et consolatorem neminem.* Tertio affectus immutationem : *Omnes amici. Job xix : Fratres meos longe fecit a me, et noti mei quasi alieni recesserunt a me.*

Al. : « data. » — ² Al. : « jam. »

³ Al. : « vita. »

Huic præponitur littera *Beth*, quæ interpretatur domus, quia domus Jacob est plorans.¹ Tertius decimus conquestio[nis] locus.

Allegorice. Ecclesia plorat adversitates, in maxillis, prælatis, ex omnibus caris, Angelis sanctis, spreverunt, conformatantes se divinæ justitiae.

Moraliter anima plorat, in nocte, peccata, in maxillis, conscientia, in qua loquitur hominis operatio : ex omnibus caris, privatis affectionibus, spreverunt, affectus pravae delectationis.

3. Ille prosequitur miseriam servitutis per partes, ut ostendat ipsius magnitudinem. Et dividitur in duas partes. In prima plangit ipsam quantum ad hominum oppressionem ; secundo quantum ad hororum directionem, ibi, *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus*. Prima in duas. In prima plangit oppressionis miseriam ; in secunda ostendit miseria rationem, ibi, *Peccatum peccavit Jerusalem*. Circa primum duo facit. Primo plangit eorum miseriam quantum ad praesentia quæ sustinebant ; secundo quantum ad praeterita quæ recogitabant, ibi, *Et recordata est Jerusalem dierum afflictionis sue*. Circa primum tria ponit. Primo miseriam servitutis quantum ad fugientes ; secundo quantum ad remanentes, ibi, *Vix Sion lugent etc.*; tertio quantum ad captivos, ibi, *Facti sunt hostes ejus in capite*. Circa primum tria ponit : Primo fugam : *Migravit*, fugiens a terra sua ad terras vicinas, propter afflictionem, in personis, et multitudinem servitutis, in tributis, quam in terra sua Chaldaei patiebantur. Isa. xvi : *Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latitudinem eorum*. Ibid. xxi : *Qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugienti : a facie enim gladiorum fugient, a facie gladii imminentis*. Secundo plangit fugientium imminentem angustum : *Habitat inter gentes*, Moabitas et Ismaelitas, nec invenit requiem, quia ibi quoque angustum passa est alii illis. Deut. xxvii : *In gentibus quoque illis non quiesces : neque erit requies vestigia pedis tui*. Tertio prædictit angustias, superveniente

hostium potentia : *Omnes persecutores, Chaldaei, apprehenderunt eam inter angustias, quas ab illis ad quos fugerant patiebantur, sicut in Ægypto*. Jerem. xlii : *Glaelius, quem vos formidatis, apprehendet vos in terra Ægypti, et fames pro qua estis solitarii, ardorebui vobis*. Ezech. vi : *Qui querunt eam non deficient, in mens truis ejus querent eam*.

Huic versui præponitur littera *Ghimel*, quod interpretatur plenitudo : quia ex multitudine peccatorum passi sunt plenitudinem misericordie. Matth. xxiii : *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*. Luc. vi : *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Decimus conquestio[nis] locus.

Allegorice *Judas*, Ecclesia, quæ Christo conjungitur, migravit, de hostibus in hostes, apud quos requiem petit, et non invenit, sed ab omnibus ad libitum opprimitur.

Moraliter *Judas*, anima quæ Deum consideri debet, migravit, ad vitia, inter gentes, vitia, vel daemones, requiem, illudentibus vitiis, vel daemonibus, persecutores, daemones, apprehenderunt, in morte.

4. Ille plangit miseriam remanentium, primo quantum ad peregrinos quibus frequentabatur. *Vix Sion lugent*, luctum excitant, ad solemnitatem, triplicem, Pascha, Pentecosten, Scenopégia. Isa. xxxii : *Dissipata sunt viræ, cessavit transiens per semitam, irruit factum est pactum*. Secundo quantum ad personas quibus civitas ornabatur, scilicet principibus : *Omnes portæ ejus destruetæ*, quia iudicia in portis fiebant. Isa. iii : *Marebunt atque huccebunt portæ ejus, et desolata in terra sedebit*. Sacerdotibus : *Sacerdotes ejus gementes*. Joel. ii : *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes*. Virginibus : *Virgines ejus squalidae*, et deturpatæ. Job. xxx : *Squallentes calamitate et miseri, et mauldicabant herbas arborum*. I Mach. i : *Et ingenerunt priuipes*. Tertio quantum ad populum, quo replebatur : *Et ipsa, plebs, vel civitas, oppressa amaritudine*. Ruth i : *Valde amaritudine me replerit Omnipotens*.

Huic præponitur littera *Daleth*, idest

¹ Al. omittitur : « est. »

tribulatum, ¹ quia plangit destructionem templi, habentis tabulata cedrina et deaurata, ut dicitur III Regum vi. Octavus locus conquestios.

Allegorice *riū*, duecentes ad eorum, *Sion*, prophetae et prædicatores, *ad solemnitatem*, coelestis patriæ : *portæ*, prælati Ecclesiæ, introduceentes, *sacerdotes*, qui saera ministrant, *virgines*, quæ in Ecclesia primum gradum obtinent : isti omnes pro peccatis concutiuntur, quibus conueissis, et ipsa plebs subdita, amaritudine repletur. Unde Exod. xxxii : *Moyses tabulus fregit.*

Moraliter *vix* sunt animæ virtutes, *ad solemnitatem*, contemplationis, *portæ*, sensus, *sacerdotes*, animæ in sanctitate divina religionis, *virgines*, in puritate conscientiae ; quibus concuassis, ipsa anima vitiorum amaritudine opprimitur.

5. Ille plangit oppressionem quantum ad captivos : et primo plangit captivitatem minorum ; secundo majorum, ibi, *Et egressus est a filio Sion onus decor ejus.* Circa primum tria proponit. Primo hostium exaltationem in potentia : *Hostes, scilicet Chaldaei, in capite*, quasi principantes ipsis. Et quantum ad divitias : *Locupletati sunt.* Deut. xxviii : *Ipse erit in caput, et tu eris in caudam.* Secundo assignat exaltationis rationem : *Quia Dominus locutus est*, quasi sententias contra ipsum, inspirans gentibus ad veniendum, vel prædictens per Moysen. Et hoc *propter multitudinem iniquitatum*² : Jerem. xxvii : *Loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut destruam et disperdam illud.* Tertio proponit captivitatem, *Parvuli ejus*, idest parvuli de populo. Isa. vi : *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.*

Huic premittitur littera *De* ; idest, ista sunt judicia quæ Dominus per Moysen dixerat. Est octavus locus conquestios. Hoc quod dicitur, *Propter multitudinem*, est prima pars assumpte conditionis generalis, quæ dicitur concessio.

Allegorice *hostes*, hæretici, deficiente scientia in Ecclesia, *facti sunt in capite*, prævaleentes in contentiōibus, *locupleta-*

ti, eloquentia. *Dominus locutus est*, permissive, *parvuli*, incipientes in *captivitate*, ab Ecclesia adducti.

Moraliter *hostes*, *dæmones*, *in capite*, intentionem corruptentes, *locupletati*, multiplicitate peccatorum, *locutus*, permittens, *parvuli*, motus et affectus, *tribulantis*, *dæmonis*. Psal. xi : *Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero.*

6. Ille plangit majorum captivationem ; et circa hoc tria facit. Primo proponit ornamētorum amissionem : *Egressus est a filia Sion*, idest Jerusalem, *omnis decor*, quantum ad vasa qua ablatā sunt, et thesauros, et principes, et sacerdotes cum Joachim nepote Josiae : IV Reg. xxiv. Ezech. xix : *Ausserentur vasa decoris tui.* Secundo indigentia victualium : *Facti sunt principes ejus velut arices non inventientes pascua*, nec sibi, nec populo ; quia defecit, etiam panis in civitate, quando obsidebatur, tempore Sedeciae, sicut dicitur Jerem. xxxiv. Isa. v : *Nobiles ejus interiorunt fame, et multitudo ejus siti exaruit.* Tertio ponit captivitatem principum : *Et abierunt absque fortitudine*, non potentes resistere, *ante faciem subsequentis*, fugientes, sicut legitur Jerem. ult. Fugati sunt principes in campis Jerichonitis, Psal. xxxvii : *Dereliquit me virtus mea.*

Huic versui hi præponitur littera *Vnu*, que interpretatur, *et* ; quasi, etiam haec adjuncta sunt superioribus iu vindictam nostram a Domino. Et est quintus questionis locus.

Allegorice ab Ecclesia *filia coelestis Sion*, aqua exemplata est, quandoque egressus est decor fiduci, *et principes*, prælati vadunt in diversos errores, *ante faciem subsequentis*, diaboli, vel hæretici fidem pervertentis, *non inventientes*, in Scripturis, *pascua*, verbi Dei et Domini Iesu Christi.

7. Ille deplorat miseriam ex præteriorum memoria : et primo tangit memoriam præteriorum, idest *afflictionis* præteritæ, quæ memorata excitat tedium, *prævaricationis*, idest peccatorum, quæ excitant conscientiae remorsum, *desiderabilium*, idest prosperitatum, quæ causant et in-

¹ Al. : « tabularum. »

² Al. : « peccatorum. »

cendunt concupiscentia desiderium. Isa. xxxviii : *Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animae meae.* Secundo proponit passionem praesentium malorum : *Cum caderet populus ejus in manu hostili.* Psal. xxi : *Tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet.* Tertio contemptum hostium : *Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus, et omnia quae ad cultum religionis pertinebant.* I Machab. i : *Dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum.*

Expositiones litterarum loci rhetorici, et sensus mystici sufficienter tanguntur in *Glossis.*

8. Ille ostendit causam tantæ miseriae : et primo proponit ipsum peccatum ; secundo peccati progressum, ibi, *Sordes ejus in pedibus ejus.* Circa primum duo facit. Primo proponit peccatum, *Peccatum*, anthonomasice infidelitatis et idolatriæ. Proverb. xiv : *Miseros facit populos peccatum.* Secundo ponit peccati effectum. Primo instabilitatis miseriæ : *Propterea instabilis facta est*; idest, non stetit in terra sua, sed captivata est, et fugit in alias regiones. Isa. lvii : *Impi quasi mare servens, quod quiescere non potest.* Secundo confusionis ignominiam : *Omnis qui glorificabant eam, benedicebat tempore prosperitatis, spreverunt illam, quia vidernerūt ignominiam, adversitatim.* Job. xxix : *Auris audiens beatificabat me, et oculus videns, testimonium reddiebat mihi.* Tertio cordis tristitiam : *Ipsa autem gemens conversa est retrorsum, a prosperitate, qua in Deo proficiebat.* Psal. xxxix : *Convertantur retrorsum, et erubescant qui volunt mihi mala.*

9. Ille ponit peccati progressum : et primo ponit culpam : *Sordes*, scilicet peccatorum, *in pedibus*, scilicet in affectibus, quasi ad progrediendum in peccato, *finis*, scilicet mortis, vel judicii divini. Eccli. vii : *Memorare novissima tua, et in alternum non peccabis.* Secundo ponit punam : *Deposita est, a statu dignitatis, vehementer*, idest in extremam miseriæ. Psal. lviii : *Disperde illos in virtute tua, et depone eos.* Tertio exposcit misericor-

diam : *Vide, Domine, scilicet misericordiae affectu.* Psal. cxviii : *Vide humilitatem meam, et eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.*

10. Ille plangit servitutem quantum ad expoliacionem bonorum, quam ab hostibus victoribus patiebantur : et primo ponit honorum expoliacionem quantum ad ea quae hostes auferabant. Secundo quantum ad ea quae ipsimet destruebant, ibi, *Omnis populus ejus gemens.* Circa primum duo ponit. Primo honorum direptionem : *Hostis, Chaldaeus vitor, desiderabilia*, scilicet thesauros domus Dei et domus regiae et omnium aliorum. Isa. lxiv : *Omnia desiderabilia vestra versa sunt in ruinas.* Secundo ponit istorum prophaniationem, *Quia vidit*, scilicet plebs Iudeorum ; ac si dicaret : Hoc ordine potuit fieri ut omnia auferrentur, etiam quae in templo erant. I Mach. ii : *Sancta in manu extranavorum facta sunt.* Vel aliter. *Vidit*, scilicet Dominus, *gentes*, sacerdotes verbo, sed gentiliter viventes, quando in templo idolum posuerunt, *de quibus præceperas.* Levit. xxu, quod homo etiam de stirpe Aaron in quo est macula, non veseatur de sanctificatis Domino. Et sic, quia contra haec fecerunt, ducti sunt in captivitatem, secundum quod culpa est causa paenæ.

11. Ille ponit spoliacionem bonorum quantum ad ea quae ipsimet distrahebant : et primo ponit distrahendi necessitatem, scilicet ex defectu necessariorum : *Querens panem.* Psal. ci : *Percussus sum sicut fenum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Secundo ponit ipsam distractionem : *Dederunt pretiosas ad refocillandam*, non ad satiandum, *animam*, vitem vitam. Sic legitur de Aegyptiis. Genes. xlviij. Tertio provovat Deum ad pietatem : *Vide, Domine.* Jer. ii : *Quam vilis facta es nimis iterans rias tuas !* Et hoc ultimum ponitur ex persona ipsius civitatis vel plebis, quæ quasi propheta proponente miseriæ suam, audiens sustinere amplius non possit in verba² lamentationis singultans prorumpit.

12. Ille ponitur conquestio ex parte ip-

¹ Al. : « exorantium. »

² Al. : « sed in verba. »

suis civitatis et plebis : et primo conque-
ritur ad astantes de severitate judicis ;
secundo ad judicem de crudelitate hostis,
ibi, *Vide, Domine, quoniam tribulor.*
Circa primum duo facit. Primo proponit
severitatem judicis in generali ; secundo
prosequitur in speciali, ibi, *Abstulit omnes magnificos meos.* Circa primum tria facit.
Primo proponit Dei indignationem, in-
quantum puniendo vindicavit ; secundo
proponit disciplinae divine severitatem,
inquantum puniendo eruditivit, ibi, *De excelso misit ignem* ; tertio proponit justi-
tia rigorem, inquantum puniendo officium
judicis exercuit, ibi, *Vigilavit jugum iniquitatum mearum.* Circa primum tria
facit. Primo ponitur invocatio : *O vos omnes qui transitis per viam, regionis
hujus desertae. Jer. xxii : Pertransibunt
gentes per civitatem hanc ; et dicet unusquisque proximo suo : Quare fecit Dominus sic civitati huic grandi?* Secundo pro-
ponitur doloris magnitudo, *Attendite* ;
dum enim suum considerat dolorem, mul-
tum similem putat. Maximus etiam fuit,
quia maxima amissa ; spiritualia scilicet
et temporalia. Jeremi. viii : *Super contritione Jerusalem contritus sum.* Tertio po-
nitur Dei indigatio, quae est ratio doloris,
quia *vindemiarunt*, captivatis, et imperfectis
habitatoribus, sicut vineam racemis. Isa.
v : *Vinea Domini exercituum, domus Israel est.* Psal. lxxix : *Vindemiarunt
cam omnes qui pratergrediuntur viam.
Locutus est, comminando per prophetas.*

13. Hie ponit severitatem discipline,
inquantum quasi magister duri^s castigationibus eruditivit : et primo ponit severi-
tatem in corrigendo commissa : *De excelso*,
idest in alto consilio suo, *misit ignem*,
afflictionis, vel quo civitas et castrum,
ad litteram, combusta sunt, *in ossibus*,
idest in potentibus et munitionibus ; et
sic per gravia flagella eruditivit me. Isa.
xxviii : *Et tantummodo veratio sola dabat intellectum.* Secundo ostendit severitatem
in cavendo futura : *Expandit rete*, idest
impedimentum quo a peccato retraxit.
Oscae n : *Sepiam viam tuam spinis.* Ter-
tio ostendit severitatem, subtrahendo con-

solationis beneficia : *Posuit me desolatum* ;
quasi dicat : Nullam consolationem post
flagella adtribuit, sicut solet magister
pueris facere. Barnab. iv : *Adduxit mihi
Deus luctum magnum.*

14. Hie ostendit rigorem justitiae ipsius
Dei, in quantum judex est : et circa hoc
tria facit. Primo ponit diligentem pecca-
torum considerationem : *Vigilavit*, quasi
vigilanter consideravit, ¹ *jugum*, afflictio-
nis, mihi pro peccatis meis manibus im-
ponendum. Jer. i : *Quid tu vides Jeremia?
Virgam vigilantem ego video.* Secundo
ponit duram penam afflictionem : *Convo-
lute sunt*, scilicet iniquitates, ad modum
catenae, indissolubili vinculo, *impositae*,
dum pro his penam patior. Psal. xxxvii :
*Iniquitates meæ supergressæ sunt caput
meum, et sicut onus grave gravata sunt
super me.* Tertio excludit evasionem, tum
propter debilitatem, *Infirmata est*, tum
propter hostis potestatem : *Dedit me Do-
minus in manu, Chaldaeorum.* Psalm.
xxx : *Infirmata est in paupertate virtus
mea.*

15. Hie prosequitur miseriam servitutis
per partes : et primo quantum ad pri-
mam captitatem sub Joakim nepote Jo-
siae, de quo iv Regum penult. Secundo
de ultima quae fuit sub Sedecia, de qua
4 Reg. ult. et Jer. ult. ibi, *Expandit Sion
manus suas.* Circa primum duo facit. Quia
primo plangit hominum captivationem ;
secundo consolationis subtractionem, ibi,
*Idcirco ergo ploras, et oculus meus de-
ducens aquas.* Circa primum tria facit.
Primo ponit captitatem eorum qui erant
eminentes dignitate, *Magnificos*, princi-
pes, quorum est magna facere : quia, alii
remanentibus, ipsi captivati sunt. Isa.
m : *Auferet Dominus a Iuda et Jerusalem
validum et fortē.* Secundo eos qui erant
eminentes in virtute : *Vocavit adversum
me tempus, aptum destructioni, ut conte-
reret electos, virtute præminentibus.* Psal.
lxxiv : *Cum accerpo tempus, ego justi-
tias judicabo.* Exod. xxxii : *Ego autem
in die ultioris visitabo et hoc peccatum eo-
rum.* Eccl. iii : *Omnia tempus habent.*
Tertio eorum afflictionem, qui præmine-
bant puritate, vel etiam pietate, *Torcula,*

¹ Al. : « considerat. »

idest afflictionem, *virgini* ad litteram; vel ipsi plechi, quae usque tunc quasi virgo fuerat; quae fuit etiam captivata. *Jerem. xxv*: *Celeuma quasi calcantium concinetur¹ adversus omnes habitatores terræ.*

Hic debet præscribi littera secundum *Glossam*; sed melius est quod in sequenti præscribatur, quia per tres vadit.

16. Ille plangit consolationis subtractio-nem: et primo ponit doloris planetum, *Plorans*. *Jer. ix*: *Quis dabit capiti meo aquam?* Secundo doloris materiam: *Quia longe factus est a me consolator, Ægyptius, convertens, a miseria quam patior, in pristinam prosperitatem*. *Psal. lxxxvi*: *Longe fecisti notos meos a me.* Tertio ponit illius effectum: *Facti sunt filii mei per-diti.* Ex defectu enim auxiliū scēta est potestas adversarii, et captivitas populi. *Jer. l*: *Grex perditus factus est populus meus.*

17. Ille plangit secundam² captitatem, quae facta est sub *Sedecia*, quando uni-versaliter populus captivatus est: et circa hoc tria facit. Primo plangit obsidionem; secundo captitatem, ibi, *Justus est Domi-nus etc.*; tertio famis consumptionem, ibi, *Vocavi amicos meos.* Circa primum tria facit. Primo ponit defectum amicorum qui adjuvare debuerant, et prohibere obsidionem: *Expandit Sion manus suas, quasi potens auxilium ab Ægyptiis.* Infra ult.: *Ægypto dedimus manum, et Assyriis.* Vel a Deo. *Isa. i*: *Cum exten-de-ris manus vestras, avertam oculos meos.* Secundo ponit adventum hostium: *Mandavit, juste dispensando, in circuitu, per modum obsidiouis, hostes, Chaldaeos.* *Isa. x*: *Contra populum furoris mei man-dabo illi ut anfrerat spolia.* Tertio vilitatem³ obssessorum: *Facta est Jerusalem quasi polluta, ad quam nullus accedit ad defendendum.* *Jerem. ii*: *Omnes qui qua-runt eam non deficient.*

18. Ille plangit captitatem: et circa hoc tria facit. Primo confitetur judicis justitiam: *Justus est Dominus.* *Dan. ix*: *Justus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quae facit.* Secundo captat auditorum benevolentiam, provocans eos

ad compassionem: *Audite obsecro.* *Jer. iv*: *Audite, civitates Sion.* Tertio plangit captitatis miseriam: *Virgines meæ et juvenes mei, qui potuerunt propter robus ætatis, famis mortem evadere, abiérunt in captitatem.* *Jer. li*: *Implevit ven-trem suum teneritudine mea, et ejicit.*

19. Ille plangit consumptionem corum qui famo in obsidione mortui sunt: et primo præmittit amicorum deceptionem, *Amicos, Ægyptios, quia non adjuverunt, sicut sperabam.* *Isa. xxx*: *Ægyptus frus-tra et vane auxiliabitur; ideo clamavi super hoc.* Secundo ponit consumptionem ex hoc occasionatam: *Sacerdotes, de quibus videtur magis indignum, consumpti fane.* *Isa. v*: *Nobiles enim interierunt fane.* Tertio assignat consumptionis rationem: *Quia quæsierunt, ad rofocillandum, non ad satiandum; et non invenerunt. Vel assignat in hoc rationem culpam eorum: quia quæsierunt sibi non populo.* *Ezech. xxxiv*: *Vx pastoribus Israel, qui pascebant scotipos.*

20. Ille incipit conqueri ipsi judici: et circa hoc tria facit. Primo exponit propriam miseriam; secundo accusat adver-sariorum culpam, ibi, *Audierunt quia ingemisco ego;* tertio petit vindictam, ibi, *Ingridiatur omne malum eorum coram te.* Circa primum tria facit. Primo excitat attentionem: *Vide Domine.* *Psal. xxx*: *Miserere mei, Dominus, quoniam tribulor.* Secundo proponit dolorem sub metaphora doloris interioris, et angustiae cordis, *Conturbatus: quam exponit: Quoniam amaritudine plena sum.* *Jer. iv*: *Ventrem meum dolore.* *Ruth. i*: *Valde amaritudine me replet Omnipotens.* Tertio assignat doloris rationem: *Foris interficit gladius.* *Deut. xxxii*: *Foris vastabit eos gladius, et intus pavor.*

21. Ille accusat aliorum culpam: et circa hoc tria facit. Primo accusat adju-toris defectum: *Audierunt, scilicet Ægyptii, et alii, de quibus confidebam.* *Jer. xxxi*: *Vox in excelso auditu est, lamentationis fletus et planetus.* Secundo ac-cusat iniuriorum gaudium: *Omnes iniici mi audierunt malum mrium, lxtati sunt.* *Psal. xi*: *Qui tribulant me, exultabunt*

¹ Al. : « continetur. » — ² Al. : « secundo. »

³ Al. : « utilitatem. »

si motus fuero. Tertio quasi securus de divina justitia, praedicit eorum interitum : *Adduxisti diem*, hoc est adduces, propter certitudinem, *consolacionis*, mili similes, dolores et afflictiones. Isa. lxxv : *Ecce servi mei comedent, et vos esuriatis.*

22. Ille petit vindictam : et primo redit culpam in memoriam : *Ingrediatur omne malum*, peccatum. Psal. cvii : *In*

memoriam redat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur. Secundo petit prenam, *Vindicta.*¹ Supra : *Vindictarunt me Domini, ut locutus est, in die furoris sui.* Tertio assignat causam : *Muli enim genitus mei*, propter mala quae ab ipsis patior. Jerem. viii : *Dolor meus super dolores.*

CAPUT SECUNDUM

1. ALEPH. Quonodo oblexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion : projecit de celo in terram inclitam Israel : et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

2. BEM. Precipitavit Dominus, nec peperit, omnia speciosa Jacob : destruxit in furore suo munitiones virginis Juda, et dejecti in terram : polluit regnum, et principes ejus.

3. GIMEL. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel : avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici : et succedit in Jacob quasi ignem flammam devorantis in gyro.

4. DALET. Tenebit arcam suum quasi inimicis, firmavit dexteram suam quasi hostis : et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie Sion : effudit quasi ignem indignationem suam.

5. HE. Factus est Dominus velut inimicus : precipitavit Israel, precipitavit omnia membra ejus : dissipavit munitiones ejus, et replevit in illa Juda humiliatam, et humiliatam.

6. VAR. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum : demolitus est tabernaculum suum : obliqui tradidit Dominus in Sion festivitatem et sabbatum : et in opprobrium, et in indignationem furoris sui regem, et sacerdotem.

7. ZAI. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi sua : tradidit in manus inimici mons turrium ejus. Vocem dedecuit in domo Domini, sicut in die solenni.

8. HEM. Cogitavit Dominus dissipare murum filiae Sion : tetendit funiculum suum, et non avertit manum suam a perditione : luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus est.

9. TERTIUS. Defixa sunt in terra portae ejus : perdidit, et contrivit vectes ejus : regem ejus, et principes ejus in gentibus. Nou est lex, et prophete ejus non invenierunt visionem a Domino.

10. IOTH. Sederunt in terra, contigerunt senes filia Sion : consperserunt cinere capita sua, accipi et sunt ciliicis : abjecerunt in terram capita sua virginis Jerusalem.

11. CAPU. Defecerunt pra lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea : effusum est in terra jecur meum super contumione filie populi mei, cum deficeret parvulus, et latens in plateis oppidi.

12. LAMED. Matribus suis dixerunt : Ubi est tritum, et vinnum ? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas in sian matrona suorum.

13. MEM. Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Jerusalem ? Cui excuephabo te, et consolabor te, virgo filia Sion ? Magna est enim velut mare contritio tua : quis medelabitur tui ?

14. NEX. Prophete tui viderunt tibi falsa, et stulta ; nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent : viderunt autem tibi assumptiones falsas et ejectiones.

15. SAMCH. Planerunt super te manus omnes transversas per viam : sibilaverunt, et moverunt capita sua super filiam Jerusalem : Haccine est urbs, dicentes, perfecti decoris, et gaudium universae terra ?

16. PHE. Aperuerunt super te os sumum omnes inimici tui : sibilaverunt, et fremerunt dentibus suis, et dixerunt : Devorabimus ; en ista est dies quam expectabimus, invenimus, vidimus.

17. AN. Peccat Dominus quem cogitavit, complevit sermonem suum, quem praecepserat a diebus antiquis : destruxit, et non peperit : et letescavit super te inimicum, et exaltavit cornu hostium tuorum.

18. SADE. Clamavit cor eorum ad Dominum super muros filie Sion : Deduc quasi torretem lacrymas per diem et noctem : non des requiem tibi, neque tecet pupilla oculi tui.

19. COR. Consurge, lauda, in nocte, in principio vigiliarum : effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini : leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

20. RES. Vide, Domine, et considera quem vindicaveris ita : ergo ne condebeat mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmarum ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos et propheta ?

21. SIX. Jaenerunt in terra foris puer et senex : virgines mox et juvenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui : percussisti, nec miseris es.

22. THAU. Vocasti quasi ad diem sollemnem qui terrenter me de circitu ; et non fuit in die furoris Domini qui effugeret, et relinquerebatur : quos educavi et euntrivi, inimicus meus consumpsit eos.

1. ILLIC plaugit destructionem civitatis, populi, et totius regionis. Et dividitur in duas partes. In prima deplorat destructio-

¹ AL. : *a Devindicta.*

nem ; in secunda excludit populi desperationem, III cap. : *Ego vir videns pauperatem meam.* Prima in duas. In prima plangit destructionis miseriam ; in secunda convertit se ad impetrandam divinam misericordiam, ibi, *Clamat cor eorum ad Dominum.* Circa primum duo facit. Primo plangit in generali destructionem ; secundo in speciali, ibi, *Præcipitavit Dominus.* Circa primum admiratur destructionem propter multiplicitem gloriā quæ præcesserat, et primo quantum ad prærogativam divinæ cognitionis, de qua Ps. cxlvii, *Non fecit taliter omni nationi :* et contra hoc dicit : *Quomodo obtexit caligine, ignorantiae vel tristitia,* Isa. lxx : *Impeditus in meridie quasi in tenbris, in caliginosis quasi mortui.* Secundo quantum ad potentiam regalis dignitatis ; contra quod I Esdræ iv : *Reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui dominati sunt omni regioni quæ trans flumen est.* Contra quod dicit : *Projevit de cœlo, hoc est de culmine dignitatis et potestatis ; vel de cœlesti conversatione.* Apocal. vi : *Stellæ cœli ceciderunt de cœlo.* Tertio quantum ad cultum divinæ religionis. Psalm. cxlii : *Beatus populus cuius Dominus Deus ejus.* Contra quod dicit : *Non est recordatus, in honum, scabelli, templi, in quo adorabatur, sicut rex ad scabellum pedis.* Ezech. xlii : *Locus solii mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in aeternum.*

2. Ille prosequitur in speciali ea quæ circa destructionem acciderunt : et primo plangit destructioni adjuncta ; secundo destructionem consequentia, ibi, *Cui comparabo te ?* Circa primum duo facit. Primo plangit destructionem adiutoriorum communium ; secundo eminentium, ibi, *Et dissipavit quasi hortum etc.* Circa primum duo facit. Primo plangit destructionem adiutoriorum, quæ pertinent ad robur regis ; secundo eorum, quæ pertinent ad usum populi, ibi, *Tetendit areum suum etc.* Circa primum duo facit. Primo plangit destructionem ; secundo resistenterim potentiam, ibi, *Confregit in ira furoris sui.* Circa primum tria facit. Primo plangit eorum destructionem quæ sunt

ad decorem : *Omnis speciosa.* Joel. i : *Ignis comedit speciosa deserti.* Secundo eorum quæ pertinent ad fortitudinem : *Destruxit munitiones.* Isa. xxv : *Mimenta sublimium murorum tuorum coincident¹ et humiliabuntur, et detrahentur in² terrum usque ad pulverem.* Jer xxxiii : *Hac dicit Dominus ad domos urbis hujus, et ad domos regis Iuda, quæ destructæ sunt.* Tertio concludit regni deturpatiōnem : *Polluit regnum.* Ezech. xxviii : *Polluerunt decorem tuum : interficiunt et detrahent te, et morieris in interitu occisorum in corde maris.*

3. Ille ostendit resistendi impotentiam : et primo excludit robur humanum, *Cornu, id est potestatem.* Psalm. lxxixiv : *Omnia cornua peccatorum confringam.* Secundo auxilium divinum, *Avertis, quasi a defensione, qua prius eos descendebat.* Psal. lxxxiii : *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam ?* Tertio concludit terræ incendium : *Et succedit.* Isa. xlii : *Succedit eum, et non intellexit.*

4. Ille plangit destructionem eorum quæ pertinent ad usum populi : et primo eorum quæ pertinent ad decorum ; secundo eorum quæ pertinent ad defensionem, ibi, *Factus est Dominus velut inimicus.* Circa primum tria facit. Primo ostendit divinam indignationem : *Tetendit areum, id est judicium, vel exercitum Chaldaorum, ut quasi a longinquis feriret, firmavit, ad perentendum, dexteram, ut feriat de prope.* Psal. vi : *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit³, areum suum tetendit, et paravit illum.* Secundo ponit poenæ inflictionem : *Occidit, destruxit, omne quod pulchrum erat, homines, aedificia et alia hujusmodi.* Num. xxiv : *Quoniam pulchra tabernacula tua Iacob !* Tertio ostendit poenæ magnitudinem : et quantum ad copiam sive numerum, *Effudit* : et quantum ad aerbitatem, *Quasi iguam* : vel quantum ad speciem, quia civitas combusta fuit Dent. xxxvi : *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.* Ps. lxviii : *Effunde super eos iram tuam.*

5. Ille plangit destructionem adiutorio-

¹ Al. : « coincidere. » — ² Al. : « ad. »

³ Al. : « vibravit. »

rum pertinentium ad defensionem : et circa hoc tria facit. Primo tangit Dei indignationem, *Velut inimicus*, quasi in pugna suum adjuvans inimicum. Isa. lxiii : *Conversus est ris in inimicum, et ipse debellavit eos.* Secundo adficiorum destructionem : *Præcipitavit omnia mortalia.* Ps. lxxxviii : *Destruxisti omnes sepes ejus.* Tertio concludit populi humiliacionem, *Et replevit, idest multiplicavit.* Ps. xlvi : *Humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra revertere noster.*

6. Ille plangit destructionem adficiorum principalium : et primo templi ; secundo domus regiae, ibi, *Cogitavit Dominus dissipare murum filii Sion.* Prima in duas. In prima tangit destructionem ipsius templi ; secundo eorum quae erant in templo. ibi, *Replevit Dominus altare suum.* Circa primum tria facit. Primo tangit templi destructionem : *Tentorium*, quod in deserto factum, in Sylo positum fuerat, *tabernaculum*, quod Salomon adificaverat, *quasi hortum*, qui facile destruitur. Psal. lxxvii : *Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitavit in hominibus.* Jer. xxvi : *Dabo dominum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in maledictionem.* Secundo festorum templi cessationem : *Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem et sabbatum*; quasi, non placent sicut ante. Isa. i : *Calendas vestras et solennitates vestras odivit anima mea.* Tertio ministrorum reprobationem : *Et in opprobrium, scilicet dedit, regem, ad quem pertinebat templi defensio, et sacerdotem ad quem pertinebat administratio.* Job xii : *Ducit sacerdotes eorum inglorios, et optimates supplantat.*

7. Ille tangit destructionem adficiorum quae in templo erant : et primo altaris pertinentis ad religionem : *Altare, holocaustorum, repulit, tradens illud hostibus ad profanandum, sanctificationi, sacrificii placationis, quae offerabantur.* I Mach. iv : *Viderunt sanctificationem desertum, altare profanatum. Tradidit in manus.* I Mach. ii : *Sancta facta sunt in manu extranorum.* Tertio templi ab ho-

minibus combustiouem : *Vocem dederunt, blasphemiar, vel tumultus bellici, sicut in die sollemnii, consueverant sacerdotes laudantes Deum.* Isa. nlt. : *Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentes retributionem inimicis suis.*

8. Ille tangit destructionem accis Sion : et priuino ponit divinam deliberationem : *Cogitavit; quasi, cogita statuit, non statim implens, filia Sion, arcis vel ipsam Jerusalem.* Isa. xiv : *Hoc consilium quod cogitavi super omnem terram etc.* Secundo justum judicium : *Tetendit funiculum*, quasi ad metiendum justitiam suam, ut pena culpe æquaretur, *non avertit, quia nihil dimisit de pena justa.* Isa. xxxiv : *Extendetur super ipsam mensuram², ut redigatur in nihilum.* Tertio ostendit justitiae effectum : *Luxitque antenurale, idest destructum ad luctum provocavit, sicut supra :* *Viae Sion lugent.* Isa. xxi : *Luxit et defluxit terra, et confirmata est; defluxit orbis.*

9. Ille plangit destructionem hominum : et primo eorum quorum miseria est valde miserabilis secundum gradum dignitatis ; secundo quorum est miserabilis propter reverentiam conditionis, ibi. *Sederunt in terra, conticuerunt senes;* tertio illorum quorum est miserabilis propter defectum ætatis, ibi, *Defecerunt pre lacrymis oculis mei.* Circa primum duo. Primo quantum ad principes sacerulares præmittit parabolam vel metaphoram : *Defixus sum in terra, idest tribulationibus implicati, ut facile evelli non possint.* Psal. lxviii : *Infixus sum in limo profundi, et non est substantia Porta,* reges, quorum erat potestas judicii, quod in portis exercebatur, *Perdidit, captivando, et contrivit, in captivitatem redigendo, vectes, principes, quibus, confirmatur regnum, sicut vectibus portæ.* Et exponit : *Regem ejus, et principes ejus in gentibus, inter gentes.* Psal. cvi : *Contrivit portas wreas, et vectes ferreos confregit.* Isa. iii : *Marebunt atque lugebunt portæ ejus, et desolata erunt.* Secundo quantum ad principes spirituales, scilicet sacerdotes : *Non est lex, per sacerdotes*

¹ Al. « cum. »

² Al. : « mensuram. »

edocenda. Malach. ii : *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt de ore ejus. Et prophetas : Et propheta ejus non invenerunt visionem a Domino. Psal. LXXII : Jam non est propheta, et nos non cognoscet amplius.*

10. Ille plangit destructionem eorum qui sunt miserabiles propter reverentiam conditionis : primo senum : *Sederunt in terra, conticuerunt, quæ sunt signa magnæ tristitiae.* Job ii : *Sederunt cum eo in terra sex diebus; et nemo loquebatur ei verbum : videbant enim dolorem esse vehementem.* Secundo quantum ad virgines : *Filiæ Sion, quæ erant in arce; vel juxta templum, filiae sacerdotum, consperserunt, in signum tristitiae; virgines Jerusalēm, quantum ad illas quæ habitabant in civitate, accinctæ sunt ciliis; abjecerunt in terram, præ confusione et timore, virgines Iuda, quantum ad illas quæ per regnum undique habitabant.* Isa. iii : *Erit pro suavi odor fator, et pro zona funiculus, et pro crispano ti crine calvium.*

11. Ille plangit illos qui sunt miserabiles propter defectum ætatis : et primo tangit eorum mortem ; secundo mortis ordinem, ibi, *Matribus suis dicerunt.* Circa primum duo facit. Primo ostendit suam compassionem ex lacrymarum effusione, *Defecerunt, quasi ultra non valentes flere.* Jerem. ix : *Quis dabit capit meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Ex¹ viscerum commotione, *Conturbata sunt viscera mea super eum.* Quantum ad jecoris effusione : *Effusum est in terra jecur meum;* idest, ita doleo ac si effusum esset vel quia amor meus cuius sedes in epato est, ad terram projectus est, illis quos amabam prostratis. Osee xiii : *Rumpam interiora jecoris, et consumam eos.* Secundo compassionis misericordiam : *Super contritione oppidi,* idest Jerusalem, quia vilis facta est, vel cuiuscunq[ue] alterius. Jerem. li : *Collidam in te senem et puerum, juvenem et virginem.*

12. Ille exponit ordinem mortis, ut magis misericordiam exeat : et prius illorum petitionem a matribus : *Ubi est triticum et vinum?* quasi, defecit : date nobis ad comedendum : Infra iv : *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.* Secundo petendi necessitatem : *Cum deficerent, præ fame morerentur, in plateis, quasi omnibus videntibus, et non valentibus proferre remedium.* Jer. xxii : *Omnis qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio, peste et fame.* Tertio amarissimam mortem : *Exhalaverunt animas suas in sinu matrum suarum.* II Reg. iv : *Posuit eum illa super genua sua usque ad moridiem, et mortuus est.*

13. Ille ponuntur consequentia destructionem, que scilicet solent provenire post peractum negotium : et primo excludit plagæ curationem ; secundo ponit videntium admirationem, ibi, *Plausebunt super te manibus omnes transeuntes per viam;* tertio judicis commendationem, qui talem vindictam intulit, ibi, *Fecit Dominus quæ cogitavit.* Circa primum duo facit. Primo ostendit plagam incurabilem ; secundo assignat causam, ibi, *Prophete tui viderunt tibi falsa.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quod non potest leniri consolationibus ex comparatione aliorum, quod solet esse afflictis aliqualis consolatio : *Cui comparabo?* Similitud plus est quam comparatio : qualibet enim distantia ejusdem rationis comparabilia sunt, dummodo in infinitum non distent : nec tamen similia, si eamdem qualitatem participant, nec omnia habeant aqualia ; sed tantum illa quorum unum in participatione qualitatis alterum non excedit. Exedit autem in hoc plagas aliorum, quod et temporalem, et spiritualem gloriam amisit, qua aliae gentes caruerunt². *Consolabor;* quasi dicit : Nihil ali pejus vel simile tibi passi sunt. Supra i : *Adduxisti diem consolationis, et fient similis mei.* Secundo ostendit quod non potest sanari medicinis, propter suam magnitudinem : *Magnu velut mare, quod latissimum est et inquietum.* Jerem. xxx : *Insanabilis plaga tua.*

¹ Al. : « ploraverunt. » — ² Al. : « turbationis. »

³ Al. : « ploraverunt. »

⁴ Al. : « excedit plagas aliorum . quia et tempo-

14. Hic assignat causam incurabilitatis, quia scilicet medici suo tempore curare neglexerunt, scilicet prophetæ. Et primo ostendit falsitatem prophetarum quantum ad falsa qua prædicabant : *Viderunt, videre se dicebant, falsa et stulta* : quia stultum erat credere quia Deus peccatores non puniret. Ezech. xxii : *Propheta: ejus liniebant eos absque temperamento.* II Pet. ii : *Fuerunt enim pseudoprophetæ, sicut et in vobis¹ erunt magistri mendacis.* Et quantum ad ea quæ retinebant : *Nec aperiebant iniquitatem tuam.* Isa. lviij : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam : annuntia populo meo scelera eorum.* Secundo exponit eujusmodi falsa videbant : *Viderunt autem tibi assumptiones, scilicet onera deprimentia, sicut onus assumptionis in altum magis comprimit.* Mich. iii : *Hac dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum. Ejectio-nes, liberationes.* Jer. xxviii : *Confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum.* Vel *assumptiones, quod Deus vos ad se sumet, ejectiones, quod adversarii eorum ejicien-tur.*

15. Ille ponit admirationem videntium; et primo amicorum; secundo ini-micorum, ibi, *Aperuerunt super te os sum omnes.* Cira primum ponit compa-sionis amicorum admirationem ex-pressam quatuor signis. Plausu manu-um, *Plauserunt omnes transeuntes per viam, terre tuae, videntes terræ vasti-tatem : sibilo, Sibilaverunt;* motu capitis, *Et moverunt capita sua : verbo, Haccine est urbs perfecti decoris, quia in spiritua-lichibus et temporalibus ; erat enim civitas regalis et sacerdotalis gaudium universæ terre ?* quia convenientebant undique in so-lemnitatibus. Psalm. xlvi : *Fundatur exultatione universæ terræ, mons Sion, latera aquilonis, civitas regis magni.* Isa. xxii : *Urbs frequens, civitas exultans.* Je-rem. xxii : *Pertransibunt gentes multæ per civitatem hanc ; et dicet unusquisque proximo suo : Quare fecit Dominus sic civitati huic grandi ?*

ralem et spiritualem gloriam amisit, que aliae gentes caruerunt in hoc. »

16. Hic ponit insultationem hostium : *Aperuerunt, accusando, inimici, Idumæi, Moabite et alii, sibilaverunt, detrahendo, tremuerunt, comminando : Devorabitus, insultando.* Psalm. 21 : *Appruerunt su-per me os suum, sicut leo rapiens et rugiens.* Jer. 51 : *Comedit me, devoravit me Nabuchodonosor rex Babylonis.* Ps. 34 : *Dixerunt : Euge euge animæ nos-træ : viderunt oculi nostri.*

17. Hic ponit Judicis commendatio-nem. Et primo ponitur consta-tia in proposito : *Facit Dominus quæ cogitavit.* Isa. xiv : *Hoc est consilium quod cogitavi.* Secundo ostenditur verax in verbo, *Com-plevit : præceperat enim destructionem populi a diebus antiquis,* Dent. xxviii. Vel etiam per priores prophetas. Num. xxix : *Dixit, et non faciet : locutus est, et non impletibit?* Tertio ostenditur justus in facto : *Destruxit, Iudaæam, et non peper-cit, quasi deserens rigorem justitiae, cornu, potestatem.* Psal. lxxxvii : *Ex-al-tasti dexteram deprimentium eum.*

18. Hic convertit se ad petendam ju-dicis misericordiam per orationem. Et primo invitad orandum; secundo ponit orationem, ibi, *Vide, Domine, et con-sidera.* Cira primum duo. Primo docet preparamare locum orationi per lacrymas; secundo docet orandi modum, ibi, *Con-surge lauda.* Cira primum tria facit. Primo ponit planetus rationem; *Cor eorum, scilicet hostium, clamavit, blasphemans, ad Dominum, idest contra eum, super muros, quasi destructio civitatis esset occasio blasphemie, quasi Deus non fuerit potens defendere.* Exod. xvi : *Non contra nos, sed contra Dominum est murmur vestrum.* Vel cor eorum, scilicet Iudæorum : ut dolorem cordis in lacry-mosam orationem prodire doceat. Psalm. cxviii : *Clamavi in toto corde : Exaudi me, Domine.* Secundo invitad lacryma-rum multitudinem : *Deduc quasi torren-tem lacrymas.* Jerem. ix : *Deducant² oculi nostri lacrymas, et palpebra nostræ desulant aquis.* Tertio invitad luctus continuitatem : *Per diem ac noctem,* idest in prosperis et in adversis : vel, ad

¹ Al. : « nobis. »

² Al. : *dederunt.* »

litteram, omni tempore, actu, vel habitu. Jerem. xv : *Deducant oculi mei¹ lacrymum per diem ac noctem.*

19. Ille docet orandi modum : et circa hoc duo facit. Primo docet modum orandi quantum ad tempus : *Consurge, de somno, lauda Deum, per orationem, in nocte*, quando magis vacat tempus, et propter temporis quietem, *in principio vigiliarum*; vigilæ noctis distinguuntur secundum custodias illorum qui civitatem custodiebant, sicut dicitur Cant. iii : *Iuenerunt me vigiles qui custodiebant civitatem.* Et erant quatuor. Prima vocatur conticinium, quando tegitur ignis. Secunda vocatur intempestum circa medianam noctem, quia tempus illud non est opportunitum ad aliquid faciendum : dicitur enim tempestum apud antiquos, opportunum. Tertia galli cantus. Quarta dicitur antelicanum. Dicit ergo, quod surgat *in principio vigiliarum*, idest in prima vigilia; vel *in principio ejuslibet vigilie.* Isa. xxvi : *Anima mea desideravit te in nocte, sed et spiritu meo in præcordis meis de mane vigilabo ad te.* Et quantum ad devotionem cordis, *Effunde sicut aquam;* quasi, liquefias amore et devotione, sicut aqua congelata. Ps. xli : *Hac recordatus sum, et effudi in me animam meam.* Et quantum ad devotionis signum, *Leva ad eam.* I Timoth. ii : *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.* Secundo ponit in materiam orationis, *Pro animabus*, idest pro separatione animarum a corporibus : vel anima pro vita ipsa ponitur : *comitorum*, idest quatuor viarum quam in unam concurrunt. Supra hoc cap. : *Cum desicerit parvulus, et lactens in plateis oppidi.*

20. Ille ponit orationem : et primo provocat ad misericordiam ex poena crudelitatem ; secundo ex ipsius universalitate, ibi, *Jacuerunt in terra foris puer et senex ;* tertio ex evadendi impossibilitatem, ibi, *Vocasti quasi ad diem sollemnem.* Circa primum duo ponit. Primo attentionem : *Quem vindemiaveris;* quasi dicat : Nullum alium prætor me : vel, Quis si-

cut ego ? quia ex patribus electus. Supra i : *Vindemiavit me Dominus in ira furoris sui.* Secundo ponit penae crudelitatem contra naturalem pietatem : *Ergo ne comedent muliere fructum suum ?* quasi dicat : Numquid hoc sustinebis ? Quod impletum legitur in obsidione romanorum in Josepho et Egesippo, et iv Reg. v et vii, in obsidione Samariae. Infra iv : *Manus mulierum nūsericordium coixerunt filios suos.* Et etiam contra religionis honestatem : *Si occidatur in sanctuario Domini sacerdos et propheta ?* quasi dicat : Numquid sustinebis quod occidatur ? Ezech. ix : *a sanctuario meo incipite.*

21. Ille ponit poenae universalitatem : et circa hoc tria facit. Primo ponit poemam omnibus communem : *Jacuerunt, mortui, vel dejecti, foris, idest in plateis, vel extra civitatem.* Jerem. li : *Collidam in te senem et puerum, juvenem et virginem.* Secundo punientis indignationem, *Interfecisti, tua auctoritate, quamvis Chaldaei ministerio.* Isa. lxiii : *Calcam eos in furore meo, et conculeavi eos in ira mea.* Tertio excludit² miserationem : *Percussisti, nec misertus es :* Deut. xxxii : *Ego occidam, et ego vivere faciam : percutiam, et ego sanabo.* Job. v : *Percutit manus ejus, et sanabit ; in sex tribulatiūbus liberabit te, et in septima non tamget te malum.*

22. Ille proponit evadendi impossibilitatem : et circa hoc tria facit. Primo ponit obsidionem : *Quasi ad diem solemnum ;* idest, sicut ad solemnitates consueverint Iudei venire, ita nunc te insipiente venerint ad obsidendum. Isa. xxix : *Circumdabo quasi spharam in circuitu tuo, et jaciam contra te aggrem, et munimenta ponam in obsidione tua.* Secundo evadendi impossibilitatem : *Non fuit qui effugeret.* Isa. xli : *Suscitavi ab aquiloni, et venient a solis ortu.* Tertio comprehensorum destructionem : *Quos educavi et eruteri, inimicus meus consumpsit eos.* Baruch. iv : *Nutrirī illos cum jucunditate.*

¹ Al. « in. »

² Al. « concludit. »

CAPUT TERTIUM

I. ALEPH. Ego vir videns paupertatem meum in virga indignationis ejus. ALERU. Me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem. ALERU. Tantum in me verit, et convertit manum suum totu die.

2. BERN. Vetus tam fecit pelleum meum, et carnem meam, contrivit ossa mea. BERN. Adificavit in gyro meo, et circumdedit me felle, et labore. BERN. In tenebris collocavit me, quasi mortuos sempiter nos.

3. GIMEL. Circumadiebat adversum me ut non egreditur, aggravavit compedem meum. GIMEL. Sed et eum clamavero, et eum rogaro, exclusi orationem meam. GIMEL. Conclausi vias meas lapidibus quadris, semitas meas subverti.

4. DALETU. Ursus insidians factus est mihi, leo in abscondito. DALETU. Semitas meas subvertit, et confregit me, posuit me desolatum. DALETU. Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam.

5. HE. Misit in reuibus meis filias pharetræ sue. HE. Factus sum in derisione omni populo meo, canticis corum tota die. HE. Replevit me amaritudinibus, inleuiavit me absynthio.

6. VAV. Confregit in numerum dentes meos, cibavit me cinere. VAV. Et repulsa est anima mea, oblitus sum honorum. VAV. Et dixi : Perit finis meus, et spes mea domino.

7. ZAIX. Recordare paupertatis, et transgressionis mee, absynthii, et felis. ZAIX. Memoria menor ero, et tabescet in me anima mea. ZAIX. Hec recolens in corde meo, in Deo sperabo.

8. HETU. Misericordia Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus. HETU. Novi diluculo, multa est fides tua. HETU. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum.

9. TETHU. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ querentibus illum. TETHU. Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini. TETHU. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.

10. JOTH. Sedebit solitarius, et tacabit, qui levavit se super se. JOTH. Ponit in pulvere os suum, si forte sit spes. JOTH. Dabit percutienti se maxillam, saturabit opprobriis.

11. CARN. Quia non repellit in sempiternum Dominum. CARN. Quia si abjeicit, et misericorditur secundum multitudinem misericordiarum suarum. CARN. Non enim humiliavit ex corde suo, et abjexit filios hominum.

12. LAMECH. Ut contereret sub pedibus suis omnes vincitos terre. LAMECH. Ut declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi. LAMECH. Ut perverret hominem in iudicio suo, Dominus iguoravit.

13. MEM. quis est iste qui dixit ut fieret. Dominus non juvent? MEM. Ex ore Altissimi non egredieretur nec mala, nec bona? MEM. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis?

14. NRY. Scrutemur vias nostras, et queramus, et revertamur ad Dominum. NRY. Levenus corda nostra cum manus ad Dominum in celos. NRY. inique egimus, et ad iracundiam provocavimus; idecirco tu inexorabilis es.

15. SAMECH. Operuisti in furore, et percussisti

nos : occidisti, nec pepercisti. SAMECH. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. SAMECH. Eradicacionem, et abjectionem posuisti me in medio populi tuorum.

16. PHE. Aperuerunt super nos os suum omnes iunici. PHE. Formido, et laetitia facta est nobis vaticinatio, et contritio. PHE. Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiae populi mei.

17. AIX. Oculus meus afflictit est, nec tacit, eo quod non esset requies. AIX. Domine respiceret, et videret Deus de celis. AIX. Oculus mens deprudatus est animau meum in cunctis filiabus orbis mei.

18. SAD. Venatione ceperunt me quasi aveni initio mei gratis. SAD. Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me. SAD. Iuandaverunt aqua super caput meum : dixi, Peri.

19. CORN. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo. CORN. Vocem meam audisti, ne avertas aurem tuam a singulto meo, et clamoribus. CORN. Appropinquisti in die quando invocavei te; dixisti : Ne timeas.

20. RES. Judicasti, Domine, causam anime mee, Redemptor vita meæ. RES. Vidisti, Domine, iniuriam illorum adversum me, et judica iudicium meum. RES. Vidisti omnem furorem, universas cogitationes corum adversum me.

21. SIX. Audisti opprobrium eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me. SIX. Labia insurgentium mihi, et meditationes eorum adversum me tota die. SIX. Sessionem eorum et resurrectionem eorum vide ; ego sum psalmus eorum.

22. THAU. Reddes eis vicem, Domine, iuxta opera manuum suarum. THAU. Dabis eis scutum cordis, laborem tuum. THAU. Persequeris in furore, et conteres eos sub cœlis, Domine.

1. Illic post multarum pœnarum emerionem, excludit populi desperationem. Et dividitur in partes tres. In prima ponit desperationem provocantium ; in secunda accipiendæ fiducia argumenta, ibi, *Recordare paupertatis*; in tertia, assumpta fiducia, convertit se ad petendam misericordiam, ibi, *Scrutemur vias nostras*. Circa primum tria. Primo proponit afflictionem ; secundo assumit reprobatonem, ibi, *Et repulsa est anima mea*; tertio concludit desperationem, ibi, *Et diri : Perit*. Circa primum duo. Primo ponit afflictionem quam ex percussione manus sustinuerunt ; secundo affligendi modum, ibi, *Urssus insidians*. Circa primum tria. Primo ponit divinae passionis flagellum; secundo percussionis effec-

tum, ibi, *Vetustam fecit pellem meam;* tertio excludit evasionis remedium, ibi, *Circumadficavit.* Circa primum tria. Primo ponit percutientis indignationem : *Ego vir videns paupertatem meam.* Loquitur Jeremias in persona sua, quia etiam cum aliis afflictus fuerat, vel in persona populi, cuius miseriam suam reputabat. Apoc. iii : *Nescis quia excus es, et pauper, et miser, et miserabilis.* Allegorice de Christo et Ecclesia, Moraliter de anima. Secundo ponit consolationis subtractionem : *Me minavit et adduxit in tenebras, tribulationum, et non in lucem,* consolationis : quia post flagella non adhibuit consolationem solito more Job iii : *Circundedit me Deus tenebris.* Tertio flagellorum conditionem : *Tantum in me morem affectorum sequitur, qui solum snas plagas considerant verit et convertit, percutiens et iterum percutiens.* Isa. viii : *In manu forti erudit me.*

Et in hoc capitulo tribus clausulis, singulis per ordinem prescribitur eadem littera, et aliis tribus singulis sequens.

2. Hic ponit effectum divinae percutisionis, sicut livor est effectus virge : et circa hoc tria facit. Primo consumptiōnem virium in toto populo, quia *pellem,* in qua plebs, quasi exterius circumstans, *carnem,* in qua delicati et teneri, *ossa,* in quibus fortes de populo bellatores ; idest, totum vetustale tabescit. Baruch. iii : *Quid est, Israel, quo in terra inimicorum es ? Inveterasti in terra aliena.* Secundo obsidionem jam debilitatorum : *Aedificavit in gyro meo,* idest exercitum obsidentem, *felle,* idest exercitu, qui mihi laborem, et fel intulit. Job vii : *Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circundisti me curvere ?* Tertio jam captorum carcerationem : *In tenebrosis,* carcere, quasi mortuos, illos qui morti adjudicati sunt. Psal. cxli : *Posuit me in obscuris sicut mortuo seculi.* Possunt etiam ex persona Jeremie intelligi, qui pro multis angustiis et in corpore consumptus, et in carcere reclusus est.

3. Hic excludit evasionis remedium primo propter hostium obsidionem : *Circumadficavit,* idest exercitum obsiden-

tem, *compedem,* idem significat quod obsidio ; sicut eis qui mittuntur in carcere, ut non possint effugere. Psalm. lxxxvii : *Traditus sum, et non egrediebar.* Job xiii : *Posuisti in nerbo pedem meum, observasti omnes semitas moas.* Secundo propter orationis exclusionem : *Sed et cum clamavero, et rogavero, exclusit orationem meam.* Psal. xxi : *Clamabo per diem, et non exaudies.* Tertio propter consiliorum impeditiōnem : *Conclusit vias, consilia evadendi, lapidibus, gravibus impedimentis.* Oseea ii : *Sepiam vias tuas spinis.*

4. Hic ostendit affligendi modum : et primo quia insidiōse ; secundo quia aperite, ibi, *Tetendit;* tertio quia copiose, ibi, *Replevit me.* Circa primum duo facit. Primo ponit insidias hostium : *Factus est mihi, Nabuchodonosor pugnans contra me ex insidiis, sicut ursus, in quo erudititas, et leo, in quo potestas ejus designatur.* Oseea xiii : *Ego ero eis quasi leuana sicut pardus in via Assiriōrum.* Secundo excludit insidias, vel consilia ipsorum, quibus insidias hostium repellerent : *Semitas meas subvertit :* Supra ii : *Posuit me desolatam, tota die marore consectam.* *Tetendit.* Hic ostendit, quod publice et patenter ipsam affixit : et circa hoc tria facit. Primo ponit propositiōnem, *Arcum, judicium, vel exercitum hostium, quasi signum,* ad quod omnes publice sagittant. Psalm. vii : *Arcum suum tetendit.* Job. xvi : *Confregit me, et posuit me quasi signum ad sagittam.*

5. Hic secundo ponit penas afflictionem, *In renibus,* in quo designatur luxuria populi, *filias,* sagittas, vel penas diversas de providentia ejus exeentes. Job xxx. *Pharetram suam aperuit, et afflixit me.* Tertio ponit puniti delusionem : *Factus sum in derisum omni populo.* Hoc est impletum Jer xx : *Factus sum in derisum tota die, omnis subsannput me :* sicut etiam populus ab aliis derisi habitus est. *Replevit me.* Hic ostendit, quod copiose : et primo quantum ad multititudinem penarum : *Replevit amaritudinibus,¹* angustiis diversis, iubriacu, abundanter intulit. Jerem. xli. Secundo

¹ Al. : « amaritudine. »

ibi, *Confregit*, quantum ad numerum punitorum.

6. Hic prosequitur afflictiones : *Dentes*, bellatores, quibus defendebantur, sicut bestia dentibus, *ad numerum*, ut nullus remaneret, *cinere*, vilitate¹ Job iv : *Dentes catulorum leonum contriti sunt*. Ps. ci : *Cinerem tanquam panem manducabant*. Et repulsa est anima mea. Hic assumit reprobationem. *Repulsa*, a misericordia Dei. Psalm. lxxxviii : *Tu autem repulisti et despisti. Oblitus sum*, per experientiam malorum. Ecel. xi : *Maliitia unius horae obliuionem facit luxuriae magnae*. Et dixi. Hic concludit desperationem ; quasi dicat : Quia in angustiis sum, et Dominus repulit me ut non adjuvet², dixi, in corde meo ex persona desperantium. *Perit finis*, quasi : non consequar quod expectabam. Jerem. ii : *Desperavi, nequam faciam*. Malach. iii : *Et dixistis : Vanus est qui servit Deo*.

7. Hic ponit argumenta ad excludendum desperationem : et primo ex divina misericordia ; secundo ex divina justitia, ibi, *Ut conferret³ sub pedibus omnes vincitos terræ* ; tertio ex divina potentia, ibi, *Quis est iste qui dixit ut fieret, Domino non jubente?* Circa primum duo facit. Primo ostendit divinam misericordiam quantum ad collationem beneficiorum ; secundo quantum ad revelationem penarum, ibi, *Quia non repellent⁴ in sempiternum*. Circa primum tria ponit. Primo præteriorum beneficiorum memoriam ; secundo presentium experientiam, ibi, *Misericordia Domini quia non sumus consumpti* ; tertio quantum ad expectationem futurorum, ibi, *Bonus est Dominus sperantibus in eum*. Circa primum tria. Primo propheta inducit Denim ad considerationem malorum qua sustinuerunt, dicens : Domine, qui dissimilans oblitus nostri videris, recordare, liberans, paupertatis, quantum ad spoliationem bonorum, transgressionis. culpe, que est causa tantæ, miseriæ, *absinthii*, quantum ad amaritudinem et afflictionem hominum. Infra ult. : *Recordare, Domine, quid acci-*

derit nobis. Secundo reducit seipsum⁵ in memoriam beneficiorum que receperunt : *Memoria menor ero*, scilicet beneficiorum, et tabescet, deficit ex admiratione, vel desiderio, Ps. xli : *Hac recordatus sum, et effudi in me animam meam*. Tertio concludit fiduciam, *Hac recolens*, scilicet beneficia. Ecel. ult. : *Memoratus sum misericordie tui, Domine*.

8. Hic ponit experientiam divinæ misericordiæ in praesenti : et primo ponitur ipsius recognitio : *Misericordia Domini* ; quasi, non puniens ac si immisericors, quia citra condignum punivit, non ad nihilum redigens nos. Jer. x : *Corripe me, Domine, verumtamen in iudicio, non in furore, ne forte ad nihilum redigas me*. Secundo ponitur hujus a Domino approbatio : *Novi diluculo*, idest aperte, ego Dominus. *Multa est fides tua*, idest Jeremiæ, qui inter supplicia recognoscis beneficia. Matth. xv : *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*. Tertio ponit intentam conclusionem : *Pars mea Dominus*, quia ipsum mihi, aliis spretis, in partem elegi. Ps. xv : *Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei*.

9. Hic ostendit diviuam misericordiam ex expectatione futurorum : et primo ponit expectationem ; secundo expectationis conditionem, ibi, *Sedebit solitarius, et tacet*. Circa Primum tria facit. Primo ponit expectationis fructum, *Bonus*, quasi propria bona diffundens, Ps. lxxii : *Quam bonus Israel Deus his qui recte sunt corde!* Secundo ponit expectandi modum : *Bonum est præstolari cum silentio*, patienter, sine murmure. Isa xxx : *In silentio et spe erit fortitudo vestra*. Tertio expectationis tempus : *Bonum est viro cum portaverit jugum*, timoris Domini et amoris, *ab adolescentia*, ut fervens ætas deprimatur, et facilis ad bona assuecat. Prov. xxii : *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea*.

10. Hic ponit expectantis conditionem : et primo quantum ad altitudinem contemplationis : *Solarius*, ut non impe-

¹ Al. : « utilitate. »

² Al. : « adjuver. »

³ Al. : « et conferret. »

⁴ Al. : « repulit. » — ⁵ Al. : « seipsam. »

diatur, *tacebit*, a tumultibus cogitationum, et desideriorum : *quia per hoc levavit¹ se supra se*, et ad divina consideranda. Osee ii : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus*. Vel in hoc ostendit expectantis dejectionem, quia manet ad expectandum : *Sedebit solitarius et tacebit*, quia abjectus, et *levabit²* superbiendo. Secundo quantum ad humilitatem locutionis : *Ponet in pulvere, os suum, humiliiter loquens*. Isa. xxix : *De humo audietur eloquum tuum*. Tertio quantum ac patientiam tribulationis : *Dabit percutienti se maxillam, paratus³ dare*. Matth. v : *Si quis percosserit te in una maxilla, praebet ei et alteram. Saturabitur*, delectabitur, quasi per hoc veniam sperans. Rom. v : *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris*. Isa. l : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus*.

11. Hie ostendit divinam misericordiam quantum ad relaxationem penarum : et primo ponit a penitentia absolutionem : *Non repellat*, quia non semper puniet. Psal. xcvi : *Non repellat Dominus plebem suam*. Isa xxviii : *Non in perpetuum triturans triturabit illum, nec vexabit illum*. Secundo sumit ad hoc rationem ex divina pietate : *Quia abjecit et miserebitur* : pii enim patris est, postquam perensserit ad corrigerendum, consolari. Tob. iii : *Si in correctione fuerit, ad misericordiam tuam pervenire licebit*. Et ex hominum amore : *Non enim humiliavit ex corde suo*, idest depositum ab amore suo. Psal. xxxv : *Fili autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt*.

12. Hie sumit argumentum a divina iustitia : et primo excludit ab ipsa tyrannica oppressionem : *Dominus ignoravit*, practice, *ut contereret*, quasi tyranus, qui praeter iudicium opprimit, *vinetos*, afflictos. Psal. lxviii : *Exaudiuit pauperes Dominus, et vincos suos non desperit*. Secundo excludit iudicis perversitatem : *Ut declinaret*, scilicet a rectitudine, supple. *Dominus ignoravit*. Job xxxiv : *Vere Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subverteret iudicium*. Tertio excludit in iudicio perversam intentio-

rem, sicut est in illis qui sub pallio iustitiae alios opprimere intendant : *Ut perverteret in iudicio*, idest per iudicium, *Dominus ignoravit*. Prov iv : *Vias, quae a deo sunt, novit Dominus*.

13. Hie sumit argumenta a divina potentia, qua omnia gubernat et providet : et primo contra illos qui derogant divinae providentiae, infideliter blasphemando : *Quis est iste qui dixit ut fieret aliquid*, et si non omnia, sine Dei providentia? in quo excluditur haeresis illorum qui dicunt, quod providentia Dei extendit se usque ad universalia, et incorporea, sicut corpora coelestia, et etiam usque ad homines propter conformitatem naturae humanae ad Deum, ut dicit Rabbi Moyses : alia auctem particularia non cognoscit Deus : *Ez ore Altissimi*, idest sententia, *bona, prospera, mala, adversa* : in quo excludit errorum illorum qui dicunt omnia a casu fieri, et etiam qui dicunt a Deo non esse aliquam portionem, sicut dicit Tullius. Joan. i : *Omnis per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*. Isa xlvi : *Ego Dominus faciens bona et creans mala*. Secundo loquitur contra eos qui derogant per impatientiam murmurando : *Quid murmuravit*, idest quare, *pro peccatis suis*, idest pro his que pro peccatis suis patitur? Sapient. i : *Custodite vos a murmuratione, quia nihil prodest, et a detractione, parcite lingue*.

14. Hie jam, assumpta fiducia, convertit se ad petendum divinam misericordiam : et circa hoc duo facit. Primo ponit preparationem ad orationem ; secundo ponit oratio, ibi, *Nos inique ceyimus*. Circa primum duo. Primo paratur locus orationi per vita emendationem : *Scrutemur*, discutiendo peccata praterita, et *quarramus*, dominum, desiderio cordis, et petentes auxilium : quo accepto, *revertonimur*, bene operando. Jer. ii : *Vide vires tuas in convalle, scito quid feceris*. Secundo paratur locus per devotionem : *Leremus corda*. I Tim. ii : *Volo viros orare in omni loco lerentes manus suas*. *Nos inique ceyimus*. Hie incipit oratio : et primo capit benevolentiam ; secundo accusat culpam, ibi, *Vidisti, Domine, iniqui-*

¹ Al. : « terabit. » — ² Al. : « levavit. »

³ Al. « parabitur. »

tutem; tertio petit vindictam, ibi, *Reddeſ ricem, etc.* Cirea primum tria. Primo captat benevolentiam ex persona sua, et populi conquerentis, secundo ex persona adversarii, ibi, *Aperuerunt super nos os ſuum omnes inimici*; tertio ex persona judicis, ibi, *Invoravi nomen tuum, Domine*. Benevolentiam autem ex persona sua et populi captat proponendo sua incommoda: unde cirea primum duo facit. Primo ponit populi afflictionem; secundo suam compassionem, ibi, *Oculus meus afflicitus est*. Cirea primum duo. Primo confitetur culpam, ne sequens poena vergat in judicis crudelitatem: *Inique, pecando contra proximum, ad iracundiam, peccando in Deum, inexorabilis, quia non flexibilis ad orationes nostras*. Jer. vii: *Tu ergo noli orare pro populo isto, neque assumus pro eis orationem et laudem, quia te non exaudiam*. Joan ix: *Peccatores Deus non exaudit; sed si quis cultor Dei est, hunc exaudit*. Secundo proponit peccatum.

15. *Percuſſisti nos*, primo tribulationibus diversis, et ad ultimum *ocidiſti*. Prov. vi: *Quia zelus, et furor viri non parcat in die vindictæ*. Secundo quantum ad peccantium orationis repulsionem, *Oppoſuisti nubem*, idest peccata nostra, apponens ea contra orationem nostram. Isa. lxx: *Peccata vestræ diſiſerunt inter eos et Deum vestrum*. Tertio quantum ad ipsorum dispersionem, *Eradicationem*, quasi eradicatis a firmitate protectionis tuae, et indignatione tua plenos. Sap. iv: *A nimietate ventorum eradicabuntur, conſiſgentur rami inconsuſmati*.

16. Ille captat benevolentiam ex parte adversarii, excitans contra ipsum indignationem ex malis quæ sibi intulit. Et primo ponitur præparatio ad capiendum; secundo ipsa captivatio, ibi, *Venatione ceperunt me*. Cirea primum tria. Primo hostium præparatio, *Aperuerunt*, quasi præparati ad devorandum. Psal. xxi: *Aperuerunt super me os ſuum, ſicut leopapiens et rugiens*. Secundo ponitur prophetarum deceptio, per quos contra hostes muniri debuerunt: *Fornido, cauſa formidinis ante captitatem, et laqueus*,

in captitatem, *contritio*, post captitatem: *eatinatu*, falsorum prophetarum. Isa. xxv: *Fornido et foeca, et laqueus ſuper te qui habitator est terre*. Tertio ponitur sua compassio, *Divisiones*, quasi pro singulis miseriis plorans. Psal. cxviii: *Exiſt aquarum deduxerunt oculi mei*.

Sciendum tamen, quod isti tres versus, secundum quosdam, debent præponi præcedentibus, ut *Phr* littera sit ante *Ain*, præter solitum morem.

17. Ille ponitur prophetæ compassio: et primo quantum ad exteriorem planetum: *Oculus meus afflicitus est, lacrymans, nec tacuit, a lacrymis, requies, a tribulationibus populo*. Jer. ix: *Dederunt oculi mei lacrymas, quia vox lamentationis audita est de Sion*. Et planetus terminus,¹ *Donec respiceret, misericordiae oenlo*. Psalm. ci: *Quoniam prospexit de excelsa sancto suo*. Secundo quantum ad interioris doloris aculeum: *Oculus meus, videns deprædationem terræ, deprædatus est animam meam, spolians eam latitia, vel plangens totum dolorem cordis exterioris traxit*.

18. Ille ponitur afflictio in quam inciderunt: et primo ponitur ipsa captio: *Venatione*; quasi, insidiis, ingeniis, et viribus operantes, *inimici*, scilicet Chaldaei, gratis, quia scilicet nihil eos laeseram, nihil mihi profuerant. Isa. lii: *Assur absque ulla cauſa calumnatus est eum*. Jer. xvi: *Post habe mittam venatores multos et venabuntur eos*. Secundo ponitur captorum incarceratio: *Lapsa est in lacum, carceris et captitatis, vita mea*. Psal. lxxxvi: *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, et in umbra mortis*. Tertio incarcatorum afflictio: *Inundaverunt, multiplicatae sunt, aquæ, tribulationum, dixi, desperans et impatiens*. Jonæ ii: *Omnes gurgites tui super me transierunt*.

19. Ille captat benevolentiam ex judicis persona: et primo ostendit ejus misericordiam ad miseros; secundo ostendit ipsius justitiam, ibi, *Judicasti, Domine, cauſam animarum mox*. Cirea primum tria ponit. Primo miserorum orationem: *In-*

¹ Al. : « non. »

² Al. : « terminans. »

vocavi, alias in angustiis existens, *de lacu novissimo, de maximis tribulationibus*; sicut in Ægypto; et in libro judicum frequenter. Eccli. li: *Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me.* Secundo ponit orationis misericordem exauditionem: *Vocem meam audisti, ita et nunc ne avertas.* Psal. vi: *Exaudi vit orationem meam Dominus, orationem meam suscepit.* Tertio commemorat post auditam orationem, confortationem: *Appropinquiasti in die, confirmans me auxilio tuo; ita et nunc.* Job xvii: *Pone me juxta te.* Isai. xli: *Ne timeas, serve mens, quia ego tecum sum, ne declines.*

20. Ille commendat judicem de justitia, *Judicasti, in præteritis temporibus;* ita nunc fac. Psal. xlII: *Judica me Deus, et discerne causam meam.* Vidisti. Ille, capitata benevolentia judicis, proponit accusationem contra adversarium: et primo accusat iniuriam operis: *Vidisti, Domine;* quasi dicat: Non possunt¹ negare tibi notum. Supra: *Intret omne malum eorum coram te, et vindemias eos, sicut vindemias me.* Secundo accusat furorem cordis: *Vidisti omne furem.* Jerem. xviii: *Venite, cogitemus contra Jeremiām cogitationes.* Tertio accusat peccatum oris: *Audisti opprobrium.*

21. Ille accusat peccatum ejus, et primo quantum ad opprobiorum irrogationem: *Audisti opprobrium;* quasi dicat: Non indiget probatione. Dan. ix: *Jerusalem, et populus tuus opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.* Secundo quantum ad comminationes, *Labia insur-*

gentium. Psal. xxxvii: *Qui inquirēbant mala mihi, locuti sunt vanitates.* Tertio quantum ad irrisiōnem et insultationem: *Sessionem,* quia sedent in concilio ad me destruendum, *resurrectionem,* exaltationem, *psalmus eorum,* quia de me irrisoria cantica faciunt. Et possunt omnia haec intelligi in persona prophetæ, vel in persona populi, ut prius dictum est. Job xxx: *Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum illis in proverbium.* Psal. lxviii: *In me psallebant qui bibebant vinum.*

22. Ille petit vindictam de adversariis: et propter securitatem exaudita orationis ponit magis prædicendo quam orando: unde duo facit. Primo prædicit justam peccatorum retributionem, *Reddes viem,* idest penas. Psal. xxvii: *Secundum opera eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis.* Secundo ponit penas determinationem: et primo quantum ad durationem, *Dabo eis taborem tuum,* idest peccatum in quo te laborare fecerunt. Isa i: *Laboravi sustinens: scutum cordis;* idest, pro peccato eorum retribues scutum cordis, scilicet duritiam, ut non penetretur² sagittis gratia tuae in gladio verbi tui. Job xli: *Corpus illius quasi scuta fusilia.* Secundo quantum ad penam corporis: *Persequeris,* diversis afflictionibus, tandem contores, per inquietum et aeternam damnationem, *sub cordis,* qui in celis esse voluerunt. Jerem. xvi: *Induc super eos diem afflictionis, et dupli ci contritione contere eos,* Domine Deus noster. Psal. lxxxix: *Ita persequeris eos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos.*

7. ZAL. *Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores chore antiquo, saphyo pulchriores.*

8. HIR. *Demigra est super embornes facies eorum, et non sunt cogniti in plateis : adhuc est cutis eorum ossibus, aruit, et facta est quasi lignum.*

9. TETU. *Melius fuit occidis gladio quam interfec-tis fame : quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terra.*

10. JONI. *Manus mulierum misericordium coexerunt filios suos : facti sunt cibis carum, in contritione filii populi mei.*

11. CASA. *Complevit Dominus fuorem suum, effudit iram indignationis sue, et succendit ignem in Sion, et deverbatur fundamenta ejus.*

12. LAMECH. *Non crediderunt reges terra, et universi habitatores orbis, quoniam ingredieretur hostis et iniucus per portas Jerusalemu.*

13. MESS. *Propter peccata prophetarum ejus, et iniquitates sacerdotum ejus, qui effuderunt in mediis ejus sanguinem iustorum.*

14. NOX. *Erraverunt caeci in plateis, polluti sunt sanguine : cumque non possent intrare, tenebunt leinianas suas.*

15. SAMSON. *Recedite, polluti, clamaverunt eis, recedite, abite, nolite tangere : jurgati quippe sunt et commotu dixerunt inter gentes : Non addet ultra' ut inhaliet in eis.*

16. PNE. *Facies Domini divisit eos, non addet ut respiciat eos. Facies sacerdotum non erubuerunt neque serum miseri sunt.*

17. AIN. *Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem, quae salvare nos non poterat.*

18. SADE. *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquavit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.*

19. CORI. *Veloctiores fuerunt persecutores nostri aquilis eruli : super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.*

20. RES. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris ; cui dividimus : In uirbra tua vivens in gentibus.*

21. SIX. *Gaudie et letare, filia Edom, quae habitas in terra Ius : ad te quoque perveniet calix ; inebriaberis, atque nudaberis.*

22. THAT. *Completa est iniurias tua, filia Sion, non addet ultra ut transmigret te. Visitabit iniuriam tuam, filia Edom ; discooperiet peccata tua.*

1. Ille principaliter plangit miseriam obsidionis. Et dividitur in partes duas. In prima plangit populi miseriam ; in seunda arguit insultantium laetitiam¹ ibi, *Gaudie et letare, filia Edom.* Cirea primum duo. Primo plangit populi afflictionem ; secundo resistendi impotentiam, ibi, *Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri.* Prima in duas. In prima plangit populi miseriam in generali ; secundo exequitur per partes, ibi, *Sed et lamiae nudaverunt.* Cirea primum duo. In

prima ponit metaphoram ; in secunda exponit, ibi, *Filiī Sime incliti.* Fuerunt Judaei eminentes in tribus. In subtilitate divina cognitione Psalm cxlv : *Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis.* Ideo dicit, *Aurum.* Prov. xx : *Est aurum, et multitudo gemmarum, et vas pretiosum habia scientia.* Et hoc obscuratum est, indigidatatis ignoratio. Isa v : *Captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Eminentibus secundo in pulchritudine honestatis. Eccl. xlvi : *Pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.* Et ideo dicitur, *Color optimus, quasi mutatus est in nigredinem peccati et tristitia.* II Mach. iii : *Facies, et color immutatus est.* Tertio eminebant in cultu religionis : ideo dicitur, *Lapides sanctuariorum dispersi sunt per caput platearum, diversarum gentium.* I Mach. iv : *Tulerunt lapides contaminationis in locum immunandum.*

2. Ille exponit quod supra dixerat : *Incliti*, quia ex genere sanctorum, *aurum primo, optimo, scilicet sapientia.* Sap. vii : *Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. In vasa teste, idest populum fragilem, et vilem.* Isa. LXIV : *Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lutum.*

3. Ille prosequitur miseriam per partes : et primo ponit afflictionem obsidionis quantum ad famem ; secundo civitatis captionem et destructionem, ibi, *Complevit Dominus fuorem suum* ; tertio civium captorum irrisiōnem, ibi, *Recedite polluti etc.* Circa primum quatuor. Primo tangit famem parvulorum ; secundo famem delicatorum, ibi, *Quivesceban tur voluptuose, interierunt in vis;* tertio famem Deo consecratorum, ibi, *Candidiores nive;* quarto immensam famem ipsarum matrum, ibi, *Manus mulierum misericordiam coixerunt filios.* Cirea primum duo. Primo famem lactentium ; secundo parvulorum et adolescentium, ibi, *Parvuli petiverunt panem.* Circa primum duo. Primo defectum lactis ; secundo defectus effectum, ibi, *Adhuc sit lingua lactentis ad palatum ejus, Lamiae, monstra quaedam habeantia*

¹ Al. : « laetitia. » — ² Al. : « sustineremus. »

³ Al. deest : « optimo. »

corpora feminea, pedes equinos, a laniendo dicta, quia filios suos laniant. *Crudelis quasi struthio*, de quo Job xxxix: *Induratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laboravit nullo timore cogente*. Et comparantur his mulieres Jerusalem, non propter crudelitatem affectus, sed propter similitudinem actus: quia lac filiis non prehebant, quod erat ex defectu nutrimenti.

4. Hie ponit effectum, scilicet sitim puerorum: *Adhuc lingua lactentis ad palatum ejus*, propter siccitudinem. *Parvuli*, qui iam crescentes solido cibo uti poterant, nec lacte egebant Amos viii: *Deficient virginis pulchræ, et adolescentes in siti*. Supra ii: *Matribus suis dixerunt: Ubi est triticum, et viminum?*

5. Hie ponit famem delicate nutritorum: et primo ponit famis afflictionem; secundo ponit comparationem, ibi, *Et major effecta est iniurias filiarum populi mei peccato Sodomorum*. Fames autem ostenditur duobus signis: morte, *interierunt*, et vilium comeditione: *Qui nutritur in crocchis, ab ore subtractis cibariis, amplexati sunt stercore;* idest, avide sumperunt vilia cibaria. Vel ad litteram. IV Reg. VII simile. Job vi: *Animæ esurienti etiam amara dulcia esse videntur.*

6. Hie exaggerat penam in comparatione ad penam Sodomorum: *Major effecta est: major in pena ostensa*. Et major fuit culpa propter ingratitudinem, et propter sanctorum profanationem; et major pena, quia diuturnior. Ezech. xvi: *Non fecit Sodoma soror tua, ipsa et filia ejus, sicut fecisti tu, et filiae tue.* Matth xi: *Terra Sodomorum remissis erit in die iudicii quam tibi.* Job ix: *Sifflagellat, occidat semel, et deponit innocentium non rideat.*

Glossa: Moraliter de peccato simulationis, quod est maius peccatum peccato Sodomorum.

Contrarium est quod dicitur Isa. iii: super illud, *Peccatum suum sicut Sodoma prædicaverunt*: in *Glossa*: Secunda tabula post naufragium est peccatum absconde.

Ad quod dicitur, quod absconse peccare est conditio allevians. Peccatum vero si-

mulationis vitium majus est, quando per hujusmodi quaritur deceptio et gloria apud alios. Et quidem maius dicitur non simpliciter, sed quantum ad effectum deceptionis, vel quantum ad materiam: quia circa spiritualia peccatur, in quibus qui falsitatem facit plus est accusandus quam qui violat numisma, ut dicit Philosophus.

7. Hie describit famem consecratorum Deo, scilicet Nazareorum: de quorum consecratione legitur Num. vi. Et primo corum pulchritudinem; secundo ex fame consecutam turpitudinem, ibi, *Denigrata est super carbones facies eorum*; tertio ponit paenam comparationem, ibi, *Melius fuit occisis gladio quam imperfecta fame*. Ad pulchritudinem autem corporalem hominis requiritur aspectus decens quo ad hilaritatem vultus: et quantum ad hoc dicit: *Sapphyro pulchriores*; qui quidem celestis coloris existens mentem lactificat. Requiritur etiam debitus color duplex: scilicet rubor; et quantum ad hoc dicit, *Rubicundiores*: et candor; et quantum ad hoc dicit, *Candidiores*. Et quia, ut dicit Philosophus, albus color maxime receptivus est aliorum, oportet quod sit candor sine macula; et quantum ad hoc dicit, *Nitidiores*. Et sunt locutiones hyperbolicae, nec tamen falsæ, quia significatae, quibus aliud dicitur, et aliud significatur. Et, ad litteram, decori erant propter vitæ munitiæ et abstinentiam, sicut legitur de Daniele et sociis ejus. Deut. xxxiii: *Benedictio ejus qui apparuit in rubo.*

8. Hie ponit turpitudinem ex fame sequentem quantum ad coloris mutationem: *Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt agniti*, propter deturpationem: et quantum ad desicationem pinguedinis, *Adhuc cutis eorum ossibus*. Nalum ii: *Facies omnium sicut nigredo ollor, ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum.* Job vii: *Cutis mea uruit.*

9. Hie ponit comparationem, *Extabuerunt, defecerunt dum afflitti*. Eccl. xxx: *Melior est mors quam vita amara.*

10. Hie ponit immeasam famem matrem que præ nimietate famis filios suos comederunt. Supra ii: *Ergo ne come-*

dent mulieres fructum suum, et parvulos suos?

11. Hie plangit captivitatem et destructionem civitatis : et primo ponit destructionem ; secundo facti admirationem, ibi, *Non crediderunt reges terrae; tertio assignat destructionis rationem, ibi, Propter peccata prophetarum. Complevit, penam inducens, effudit, propter copiam, succedit ipsum, propter penam determinationem, quia civitas combusta fuit, fundamenta, quidquid forte; vel quia usque ad fundamenta domus destructione sunt. Deu. xxxii : Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.*

12. Hie ostendit factum esse admirable, quia prius erat incredibile : *Non credidero, quando erant in ea reges potentes, et divina protectione munita, hostis, apertus violenter, inimicus, latens fraudulenter. Isa. xxii : Quis cogitavit hoc super Tyrum quondam coronatum? Ibid. xxx : Subito dum non speratur venit contritus ejus.*

13. Ille assignat rationem destructionis, ut admiratio cesseret et primo prælatorum culpam : *Prophetarum et sacerdotum, qui populum gubernare debebant. Dan. xii : Egressa est iniurias a senioribus, qui videbantur regere populum.*

14. Secundo ponit insufficientem emendam, quia abstineunt tantum ab ingressu templi, se satisfacere cedebant : *Erraverunt, vagantes per plateas, cœci : Excavavit enim eos multitia eorum : Sap. ii. Intrare, templum, lucinas suas, vestes scissas ad modum joculatorum, a lacero laceras, dictas : in quo ostenditur quod a voluptatibus non cessabant. Vel secundum aliam litteram, lascivias, et planius est. Isa. lix : Manus vestrae pollute sunt sanguine, digiti vestri iniquitate. Vel potest exponi de illis qui excœacti corporaliter fuerunt ab hostibus capti, qui domos per se intrare non poterant, nisi dutoris simbrias tenerent; et tenet se cum sequente.*

15. Hie ponit civium captorum irrisiōnem ab hostibus : et primo improprial

eis sanctorum prophaniationem : *Clamaverunt, scilicet hostes, eis, scilicet Iudais, recedite, in captivitatem¹ de loco sancto, nolite tangere, sancta vos immundi. Lev. xxi : Omnis qui habuerit manculam de semine Aaron, non accedet offerre hostiam. Secundo improprial eis Dei indignationem quantum ad divini auxiliī destitutionem : *jurgati sunt, hostes contra Iudeos, et commoti, utrique², isti objurgando, et illi dolendo Ut inhabebit, Dens vos defendens. Psal. lxx : Dicentes : Deus dereliquit eum.**

16. Et quantum ad penas inflictionem, cum dicit : *Facies Domini, præscientia, divisit, in gentes dispersit. Psalm. liv : Divisi sunt ab ira vultus ejus. Tertio improprial eis seniorum irreverentiam, et sunt verba hostium cum Iudeis : *Facies sacerdotum non erubuerunt. Isa. iii : Turmultuabitur puer contra semen, et ignobilis contra nobilem. Vel possunt esse verba prophetæ de hostibus.**

17. Hie excludit evadendi facultatem, excludens³ quatuor per quæ possent evadere. Primo auxilium amicorum : *Cum adhuc subsisteremus, expectaremus, auxilium nostrum vanum, scilicet Ægyptiorum. Isa. xxx : Ægyptus frustra et vane auxiliabitur.*

18. Secundo excludit propriarum virium : *Lubricaverunt; quasi, pra debilitate non poteramus firmiter stare, ac si viæ essent tenebrosa et lubrica⁴. Psal. xxxiv : Fiant viæ illorum tenebrae et lubricum, et Angelus Domini persequens eos. Jer. xxiii : Vix illorum erunt quasi lubricum in tenebris. Et ideo appropinquaret finis, scilicet captitatis, vel mortis, et tandem completi sunt dies nostri. Ezech. vii : Finis venit, venit finis.*

19. Tertio excludit fugæ remedium. Tangit historiam hie quæ dicitur Jer. ult., quod Chaldæi comprehendenderunt Secdeciam fugientem per viam solitudinis. Locutio hyperbolica. Habac. i : *Volabunt quasi aquila festinans.*

20. Quarto excludit protectionem regum : *Spiritus oris nostri, quo respira-*

¹ Al. : « captivitate. » — ² Al. : « utique. »

³ Al. : « concludens. »

⁴ Al. : « ac si tenebrosa lubrica. »

bamus inter angustias, *Christus Dominus, Josias, captus est, interfactus est ab Ägyptiis, IV Reg. xxiv, pro peccatis nostris*, quia ipse justus erat. Vel potest exponi de Sedecia, secundum consequentiam historiae. Vel melius de Christo. Isa. LIII : *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. In umbra, protectione. Can. II : Sub umbra illius, quem desideravram, sedi.*

21. Ille comminatur insultantibus, et præcipue Idumæis : quibus primo comminatur ; et secundo Judæos consolatur, ibi, *Completa est iniquitas tua. Circa primum duo. Primo excludit laetitiam, Gaude, irrisorie. II Reg. I : Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis. Filia Edon, plebis Idumæorum, in terra Ius.*

Contra. Deut. II : *In possessionem Esau dedit montem Seir. Præterea. Ius fuit primogenitus Nachor, Gen. xxii.*

Et dicendum, quod non est mentio de

homine Ius, sed de terra Ius, qua: alio nomine dicitur Ausitidis, ut dicit *Glossa*. Jer. xxv : *Cunctibus regibus terræ Ausitidis, qua: est in confinio Idumæorum et Abraham.*

Secundo comminatur poenam : *Ad te quoque perveniet calis ira Dei, inebriaberis, miseria repleaberis, nudaberis, spolaberis omnibus bonis. Jerem. XLIX : Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calamem, bibentes bibent.*

22. Ille consolatur Judæos : et primo ex eorum liberatione : *Completa est iniquitas tua, panis purgata, non addet, pro peccatis præteritis, nisi peccata iteris. Isa. XL : Completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Secundo ex hostium punitione. Visitabit, quasi iudex, vel ipsas inquirens vindictas, discooperiet, manifestans per poenas. Jerem. XLIX : Ego discooperui¹ Esau, revelavi abscondita ejus.*

C A P U T Q U I N T U M

Recordare, Domine, quid acciderit nobis, intuere, et respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos, dominus nostræ ad extraneos, Pupilli facti sumus alsique patre, matres nostræ quasi vidue. Aquam nostram pecunia libimus, ligna nostra pretio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Ägypto dedimus manum, et Assyriis, ut satararetur pane. Patres nostri peccaverunt, et non sunt ; et nos iniquitates eorum portavimus. servi dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In animalibus nostris affrenabamus pacem nobis, et facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi elibanus existens est a facie tempestatum fannis. Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Iuda. Principes manus suspensi sunt, facies sernum non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusus sunt, et pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis, juventes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri, versus est in heluum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri. Va nobis, quia peccavimus. Propterea mastum factum est in dolore cor nostrum ; ideo contencit sunt oculi nostri. Propter montem Sion, quia dispergit, vulpes ambulaverunt in eo. Tu autem, Domine, in eternum permanebas : solum tuum in generatione et generatione. Quaro in perpetuum oblivisceris nostri, et derelinques nos in longitudine dierum ? Converte nos, Domine, ad te, et convertentur ; in-

nova dies nostros sicut a principio. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Hic propheta, post multiplicia lamenta, convertit se ad orationis remedium ; et primo exponit populi miseriam : secundo petit misericordiam, ibi, *Tu autem, Domine, etc.* Prima in duas. Primo exponit miseriam populi, quantum ad mala quæ inenarrant; secundo quantum ad bona, quæ amiserint, ibi, *Senes defecerunt de portis.* Circa primum duo. Primo excitat attentionem, *Recordare*, attende ad miseras meas. Supra in : *Recordare paupertatis, et transgressionis meæ. Recordare*, quasi dicat, in notitia tene, intuere, idest, notitia recoudita considerationem detige, respice, cogitando et discutiendo. Secundo ibi, *Hereditas nostra vestra est ad alienos*, ponit populi afflictionem : et primo in generali ; secundo descendendo ad speciales perso-

¹ Al. : « discooperiam. »

nas, ibi, *Mulieres in Sion humiliaverunt.* Circa primum duo. Primo excludit ea quibus contra miserias sustentabantur, scilicet proprias possessiones, quae in protestate hostium transierunt, *Hereditas nostra versa est ad alienos.* Supra 1 : *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus.* Jer. vi : *Et transibunt dominus eorum ad alteros, et agri, et uxores pariter.* Et divinam protectionem : *Pupilli facti sumus, quia destituti divina, quasi paterna consolatione.* *Matres nostræ, synagogæ, quasi viduae, quarum acus (sic)² sponsus dicebatur.* Isa. ix : *Pupillorum et viduarum ejus non miserabitur : quia omnis hypocrita est et nequam.* Secundo ibi, *Aquam nostram pecunia bibimus,* prosequitur speciales miserias quas patiebantur : et primo servitutem ; secundo afflictionem, ibi, *In animabus nostris afferebamus panem nobis.* Circa primum duo. Primo ponit populi servitutem ; secundo exaggerat ipsam, ibi, *Patres nostri peccaverunt, et non sunt.* Circa primum duo. Primo ponit servitutem quam patiebantur quantum ad bona ipsorum : *Aquam nostram pecunia bibimus hostibus tyraunice nos opprimentibus.* Deut. ii : *Aquam emplam haurietis, et bibetis.* Secundo ponit servitutem quantum ad proprias personas : et primo coactam : *Cervicibus nostris minabamur ;* quasi, in percussione cervicum persistere in via nolebamus ; vel ligati cervicibus. Deut. xxviii : *In gentibus quoque illis non quiesces, nec erit requies tibi.* Secundo ponit servitutem personalem voluntariam, quia³ inopia compulsi se alii in servos vendebant, vel simpli citer, vel ad tempus ; et hoc est, *Ægypto dedimus manum, quasi eis nos subjugantes.* I Reg. ii : *Repleti prius, pro panibus se locaverunt.* Vel *dedimus manum, auxilium postulantes.* Jer ii : *Quid tibi in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam ? Patres nostri peccaverunt.* Hie exaggerat servitutem : et primo ex conditione servientium, quia pro peccatis aliorum puniuntur, *Et non sunt, quia sunt mortui. Portavimus, poenam eorum sustinentes.*

Sed contra, Ezech. xviii : *Quid est quod inter vos rectis parabolam in præredium dicentes : Patres nostri comedederunt uvas aceras, et dentes filiorum obstipuerunt.*

Solutio, Exod. xx : *Ego sum Deus zelotes, visitans iniuriam patrum in filios, in tertiam et quartam generationem.* Deut. xxxii : *His qui oderunt me retribuam.*

Secundo exaggerat ex conditione dominantium *Servi dominati sunt,* sicut Moabitæ, et Edomiti, et alii vicini, quorum prius dominati fuerant. Prov. xxx : *Per tria mala movetur terra... Per servum, cum regnaverit, per stultum, cum saturatus fuerit cibo ; per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta. In animabus.* Hie ponit afflictionem famis : et ostendit primo penitiam, *In animabus,* idest in periculo animarum nostrarum, scilicet vitæ nostræ, fugientes in deserto a facie gladii Babylonis : vel quod onerantes se virtutibus, periculis se exponebant, ut hostes insequentes in deserto effugerent : vel quia nimio labore ad conquirendum cibum corpus suum consumebant. Isa. xxi : *Qui habitatis in terra austri cum panibus occurrite fugienti.* Secundo ponit famis effectum⁴ : *Pellis nostra exusta,* fame desicata, tempestatum, quia obsessi et fugientes famem passi sunt diu. Osee vi : *Omnis adulterantes quasi elibanus succensus a coquente.* Job. ix : *Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum. Mulieres.* Hie descendit ad speciales personas : et primo ad mulieres, *Humiliaverunt, corrumpendo eas.* Deut. xxviii : *Uzorem accipies, et aliis dormiet cum ea : filiae tradentur alteri populo, violentibus oculis tuis.* Secundo quantum ad principes : *Principes manu suspensi sunt, quasi in eculeo ad manifestandum divitias suas.* Deut. xxviii : *Adducet super te gentem de longinquitate, et de extremis finibus terræ, in similitudinem aquilæ cum impetu, cuius intelligere lingua non possis, gentem procacissimam quæ non deserat seni, nec miseratur parvuli.* Tertio quantum ad juvenes : *Adolescentibus impudice*

¹ Al. : « quasi. » — ² Al. : « Deus. »

³ Al. : « quæ. » — ⁴ Al. : « officium. »

abusi sunt. Joel. iii : Posuerunt puerum in prostibulo, et puellam vendiderunt pro vino, ut biberent. Senes defecerunt de portis. Ille ponit miseriam quantum ad bona quae defecerunt : et primo quantum ad officia personarum : De portis defecerunt, quasi ad exerceendum iudicis in portis ; de choro, quasi non choreizant : quod erat officium dominorum. I Mach. ii : Trucidati sunt senes ejus in platea et juvenes ejus ceciderunt gladio. Secundo quantum ad exercitium gaudiorum, Defecit gaudium. Amos viii : Convertam festivitatem vestram in luctum, et omnia cantica vestra in planctum. Tertio quantum ad gloriam dignitatum : et primo quantum ad gloriam regni, Cecidit corona. Job xix : Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo. Secundo quantum ad gloriam templi, ponens super hoc tristitiam. Propterea maxsum factum est in dolore cor nostrum ; ideo contenebratis sunt oculi nostri, præ multitudine lacrymarum. Jer. viii : Dolor meus super dolorem. Et tristitia causam : Propter montem Sion, ubi templum, vulpes ambulaverunt, quasi in locis desertis. Mich. iii : Sion quasi ager arabitur, et Jerusalem quasi acervus lapidum erit, et mons templi in excelsa sylvarum. Tu autem, Domine. Ille jam convertit se ad petendum.

Explicant expositiones in Job, Psalmos, Cant. Canticorum Isaiam et Jeremiaham.

Et primo confitetur ipsam majestatem quantum ad æternitatem substantiae : In æternum permanebis : et quantum ad durationem regalis glorie : Solium tuum in generationem et generationem. Secundo miratur indignationem : Quare in perpetuum oblivisceris nostri ? Isa. xlix : Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui ? Tertio porrigit petitionem : Converte nos, Domine. Jer. xxxi : Converte me, Domine, et convertar, quia tu es Dominus Deus meus.

Sed contra. Zach. i : Convertimini ad me.

Et dicendum, quod utrumque est verum propter hoc quod ad opus meritum exigitur liberi arbitrii præparatio, et gratia infusio.

Innova dies nostros. Job xxix : Quis tribuat ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quando Deus custodiebat me ? Quarto ponit petendi necessitatem : Sed projiciens repulisti nos. Jer. xiv : Numquid projiciens abjecisti Judam, aut Sion abominata est anima tua ? Quare ergo percussisti nos, ut nulla sit sanitas ?



IN MATTHIÆUM EVANGELISTAM EXPOSITIO

ARGUMENTUM

Matthæus ex Judæa sicut in ordine primus ponitur, ita Evangelium in Judæa primus scripsit; cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit, duorum in generatione Christi principia prasumens; unius eius prima circumcisio in carne, alterius eius secundum cor electio fuit. Ex utrisque enim patribus Christus. Sieque quaterdenario numero triformiter posito, principiū a credendi fide in electionis tempus porrigitur, et ex electione usque in transmigrationis diem dirigens, atque a transmigrationis die usque in Christum definiens, decursum adventus Domini ostendit generationem, et numero satisfaciens et temporis; ut et se quod esset ostenderet, et Dei in se opus monstrans, etiam in his quorum genus posuit, Christi operantis a principio testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, dispositio vel ratio, quod fidei necessarium est, Deus Christus est, qui factus ex muliere, factus sub lege, natus ex virgine, passus in carne, omnia in cruce fixit; ut triumphans ea in semelipso, resurgens in corpore, et patris nomine in patribus filio, et illi nomen patri restituens in filii, sine principio, sine fine, ostendens unum se cum patre esse, quia unus est. In quo Evangelio utile est desiderantibus Deum, sic prima vel media vel perfecta cognoscere, ut et vocacionem Apostoli, et opus Evangelii, et dilectionem Dei in carne nascientis per universa legentes intelligent, atque id in eo in quo reprehensi sunt et apprehendere appetunt, recognoscant. Nobis enim in hoc studio argumenti fuit, et fidem factae rei tradere, et operantis Dei intelligentibus diligenter esse dispositionem querentibus non taceremus.

Matthæus ex Judæa etc. Evangelio Matthæi Hieronymus premittit¹ prologum, in quo tria facit: primo enim ipsum auctorem describit; secundo Evangelii mysteria aperit, ibi, *Duorum in generatione Christi principia prasumens;* tertio suam intentionem ostendit, ibi, *Nobis autem in hoc studio argumenti fuit.* Auctorem vero ipsum describit ex quatuor. Primo ex nomine, cum dicit, *Mat-*

thæus; secundo ex origine², cum dicit, *ex Judæa;* tertio ex scribendi ordine, ibi, *Sicut in ordine primus ponitur;* quarto ex vocatione, ibi, *Cujus vocatio ad Dominum;* idest ad Christum. De hoc Math. ix, 9, et Luc. v, 27.

Et nota, quod *Glossa interlinearis* quæ dicit « *Primus;* idest, ante quem nullus etc., » videtur velle quod alii post Matthæum scripserint in Judæa: quod non est verum; solus enim Matthæus scripsit in Judæa, Marcus in Italia, Lucas in Achæa, Joannes in Asia.

Consequenter ipsis Evangelii mysteria aperit; et primo aperit mysteria circa principiū Evangelii; secundo ostendit eadem mysteria requirenda esse et in medio et in fine. ibi, *In quo Evangelio utile est etc.* In principio autem Evangelii duo tanguntur. Primo ponitur quasi quidam titulus, cum dicitur, *Liber generationis;* secundo generationis cuiusdam series describitur, cum dicitur, *Abraham genuit Isaac, etc.* Primo ergo ponit mysteria tituli, vel quæ tanguntur in titulo; secundo mysteria generationis, ibi, *Sicque quaterdenario.* In titulo autem dicitur, *Liber generationis Jesu Christi;* ubi tanguntur duo principia, scilicet David et Abraham. Et hoc quia Abraham prius datum est præceptum de circumcisione Rom. iv, 11. : *Signum accepit circumcisionis: signaculum justitiae fidei quæ est in præputio, ut sit ipse pater omnium creditum.* David autem³ electus est a

vocatione, ibi: *Cujus vocatio ad Dominum, idest ad Christum.* »

² Parm. habet: Reg. xiii, 14. Sed in hoc loco legitur aliter: » *Quæstit sibi Dominus virum secundum cor suum.* »

¹ Al.: « premittit primo. »

² Auctorem vero ipsum describit primo ex origine cum dicit: « *Matthæus ex Judæo;* » secundo ex scribendi ordine, ibi, *Sicut in ordine;* tertio ex

*Domino³. Act. xii. 22. Inveni virum secundum eorū meū. Unde propter hoc isti duo tanguntur, ut denotetur quod Christus traxit originem ex circumcisio[n]e patribus et electis. Et hoc est duorum hominum vel duorum principiorū¹; idest duo principia, scilicet David et Abraham. Consequenter ponit mysteria quae tanguntur in genealogia; et primo tangit mysteria ipsius Evangelii vel Evangelistæ; secundo ipsius Christi, ibi, *Quarum omnium rerum etc.* Et est mysterium quod Evangelista genealogiam Christi per tres tesseradecades distinxit. Quarum prima est ab Abraham usque ad David; secunda a David usque ad transmigrationem, tertia usque ad Christum, ut ostenderet Christum esse et de circumcisio[n]e et de electis et de transmigrantibus. Et hoc est, *triformiter posito*, idest tripliciter repetito, supra in genealogia, *a credenti fide*, idest ab ipso Abraham, qui fuit primum exemplar credendi; *in electionis tempus porrigen[s]*, idest usque ad ipsum David deducens: *et ab electione*, idest ab ipso David, *in transmigrationis dicem dirigen[s]*; *et a transmigrationis die usque in Christum definiens*; patet, *decursam*, idest breviter et curiose tactam adventus Domini ostendit generationem, et numero² satisfaciens et tempor[i]. Patet.*

Quarum omnium rerum etc. Nota, quod in hac generationis serie quatuor tanguntur: *Tempus, numerus, ordo, et dispositio*, sive *ratio*: quia ab Abraham usque ad David etc. Omnia ista nil aliud ostendant nisi quod Deus Christus est. Hoc enim intendit secundum dispositiōnem et rationem allegoricam, quod Christus est Deus. *Quod est fidei necessarium*, scilicet quod Christus Deus est, idest in omnibus non est plus de necessitate fidei nisi quod Christus est Deus. *Qui factus ex muliere etc.* Nota et expone et signa capitula. *Et omnia in cruce fixit*, idest peccata, secundum quod de medio tulit quod adversum nos chirographum erat. Item melius, Christus secundum Deum et hominem, qui est omnia, secundum illud Joan. xii. 32: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*. Phi-

lip. ii. 10. *Ut in nomine Domini omne genitlectatur coelestium, terrestrium et infernorum. Ut triumphans ea in semetipsa*: quia per trophaeum crucis omnia sibi subjicit, et de quolibet triumphavit.

Et patris nomen in patribus filio.

Ad evidentiam autem hujus notandum, quod in serie generationis ponuntur quidam patres et quidam filii, sicut patet. Item ponitur ibi quidam pater sine patre, sicut Adam; quidam filius sine filio, sicut Jesus. Item ponuntur quidam qui sunt patres et filii, sicut omnes intermedii. Per hoc autem mystice designatur, quod in Trinitate est pater et filius, sicut in hac genealogia sunt quidam patres, quidam filii. Item per hoc quod primus pater non habet patrem in hac serie, nec ultimus filius filium, ostenditur quod isti sunt ab aeterno. Item per hoc quod unus et idem in persona est pater et filius respectu diversorum, tangitur quod isti sunt unum, non quidem in persona, sed natura. Ex hoc est quod dicit: *Et patris nomen restituens filio in patribus*; idest, quod filius habeat patrem; *in patribus*, idest per hoc quod ponuntur ibi quidam patres: *et nomen restituens patri*, idest quod pater, habeat filium; et hoc *in filiis*, idest per hoc quod ponuntur ibi aliqui filii sine principio et sine fine: quia pater primus non habet patrem, nec ultimus filius filium.

Ostendens se unum esse cum patre, idest unius naturae: *quia unus*, in persona, scilicet pater et filius, respectu tamen diversorum, in dicta genealogia. Nota interlinearem quae dicit: *Unus*, Christus, quod nihil est dictum.

Consequenter ostendit consimilia mysteria requirenda esse in dicto Evangelio, non solum in principio, sed etiam in medio et fine. Et hoc est, *in quo Evangelio*, scilicet Matthai, *utile est desiderantibus Deum sic*, idest codem modo sicut diximus, cognoscere *prima*, idest principium, *vel media*, *vel perfecta*, finem et consummationem: *ut et vocationem Apostoli etc.* Scriptum est Philip. iii. 12: *Sequor autem si quo modo comprehen-*

dam. Nobis autem. Ille ostendit intentio-
nem suam, scilicet quod intendit quod ea
quaerere hic dicuntur vera sunt in historia,

et tamen spiritualiter intelligenda. *Nobis
autem fuit hoc*, idest haec intentio, *in
studio argumenti*, idest prologi.

EVANGELIUM MATTHÆI

CAPUT PRIMUM

1. Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.

2. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Iuda et fratres eius. Iudas autem genuit Phares et Zaraui de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aran. Aran autem genuit Amiuadab. Amiuadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem.

3. David autem genuit Salomonem, ex ea que
fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam
autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa
autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Jo-
ram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit
Joathan. Joathan autem genuit Achaz. Achaz
autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit
Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon
autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam
et fratres eius in transmigratione Babyloni-
nis.

4. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias
genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorabel. Zorabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit
Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem
genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim
autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem
genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Ma-
riæ, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus.
Omnes itaque generationes ad Abraham usque ad
David, generationes quatuordecim : et a David
usque ad transmigrationem Babylonis, generationes
quatuordecim : et a transmigratione Babylonis
usque ad Christum, generationes quatuordecim.
Christi autem generatio sic erat. Cum esset despon-
sata mater Iesu Maria Joseph, antequam conve-
nienter, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.
Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nolle
eam traducere, voluit occulite dimittere eam. Haec
autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit
in somniis Josephi, dicens : Joseph fili David, noī
timere accipere Mariam conjugem tuam : quod
enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet
autem filium, et vocabis nomen ejus Iesum : ipse
enim salvum faciet populum suum a peccatis
corrum.

5. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur
quod dictum est a Douino per Prophetam dicen-
tem : Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium ;

et vocabunt vocalitur nomen ejus Emmanuel,
quod est interpretatum Nobiscum Deus.

6. Exurgens autem Joseph a somno, fecit sicut
præcepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem
suam. Et non cognoscebat eam donec piperit
filium suum primogenitum : et vocavit nomen ejus
Jesum.

4. Inter Evangelistas Matthæus præci-
pue versatur circa humanitatem Christi : unde, secundum Gregorium, per homi-
nem significatur in figura quatuor ani-
malium. Per humanitatem autem Christus
in mundum introivit, progressus est, et
exivit : et ideo dividitur totum Evange-
lium in tres partes. Primo enim agit
Evangelista de Christi humanitatis in
mundum ingressu; secundo de ejus pro-
cessu; tertio de ejus egressu. Secunda
pars incipit cap. iii, 1, ibi, *In diebus au-
tem illis venit Joannes Baptista prædicans in
deserto Iudeæ. Tertia, cap. xxi, 1 : Et cum appropinquassent Hierosolymis,
et venissent Bethphage ad montem Oliveti.* In prima parte duo facit. Primo describi-
tur Christi generatio; secundo ipsius ge-
nerationis subditur manifestatio, cap. ii,
1. ibi, *Cum natus esset Jesus in Bethlēhem
Iudea in diebus Herodis regis.* In prima
parte tria facit. Primo enim quasi titulus
totius libri præponitur, cum dicitur, *Liber
generationis Jesu Christi*; secundo patrum
series textur, *Abraham genuit Isaac;* ter-
tio cum dicitur, *Christi autem genera-
tio sic erat*, generatio Christi in speciali
describitur. Titulus autem qui præmit-
titur est iste, *Liber generationis Jesu
Christi.*

Et videtur esse oratio imperfecta : po-

nitur enim ibi nominativus sine verbo; sed non est. Matthæus enim Evangelium Hebreis conscripsit; et ideo in scribendo, morem Judæorum servavit. Consuetum est autem apud Hebreos sic loqui; sicut cum dicitur, *Visio Isaiae filii Amos, subauditum, Hæc est; nec oportet apponere: ita hic cum dicitur, Liber generationis, subauditum, Hic est. Et hic etiam modus loquendi consuetus est apud nos: si enim velimus aliquem librum intitulare, dicitur, Priscianus major, vel minor: nec oportet apponere, Hic est, vel, incipit.*

Item¹ queritur, cum parva particula istius libri sit de generatione Christi, quare intitulavit librum suum sic.

Et dicendum, quod Matthæus qui scripsit Hebreis, in scribendo modum Hebreorum servavit. Consuetum est autem apud Hebreos, libros suos a principio intitulare; sicut dicitur Genesis, quia ibi agitur de generatione: unde Gen. v, 1: *Hic est liber generationis Adam.* Et liber Exodi, quia in prima parte agitur de exitu filiorum Israel de Ægypto.

Sed queritur quare additur, *Iesu Christi.* Et dicendum quod, secundum Apostolum, I Corin. xv, 22: *sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.* Viderat autem Matthæus librum primum veteris Testamenti, in quo agitur de generatione, in quo² dictum est cap. v, 1: *Hic est liber generationis Adam.* Ut ergo novum Testamentum, in quo agitur de regeneratione et restaurazione, ei responderet per oppositum, dicit: *Liber generationis Iesu Christi,* ut ostenderet quod idem est anctor utrinque³.

Hic autem queritur de hoc quod hic dicitur, *Liber generationis Iesu Christi:* contrarium enim habetur Isaiae lxx, 8, ubi dicitur: *Generationem ejus quis enarrabit?* Sed sensus est, secundum Hieronymum, quod in Christo est duplex generatio. Scilicet divina, qua enarrari non potest: quia et si aliquo modo dicimus filium genitum, sed modum quo

gignitur, nec homo nec Angelus potest comprehendere. Alia autem est humana, de qua agit. Sed tamen in hac etiam generatione sunt multa difficultia. Et ideo, secundum Reinigium, per pauci sunt qui possint eam enarrare.

Item queritur de hoc quod dicit, Generationis, cum hic plures texantur generationes. Sed dicendum, quod licet multæ enumerentur generationes, omnes tamen introducuntur propter unam, scilicet propter generationem Christi, de qua inferiorius hoc cap. : *Christi autem generatio sic erat.*

Desribitur autem ille cuius generatio textitur, primo a nomine, cum dicitur, *Iesu;* secundo ab officio, cum dicitur, *Christi;* tertio ab origine, cum dicitur, *Filius David, filii Abraham.* Quamvis autem fuerint et alii qui vocati sint Jesus, sicut Jesus filius Nave, de quo Eccli. xlvi, 1: *Fortis in bello Jesus Nave successor Mosis in prophetis:* et alius circa aedificationem templi, de quo in Zach. iii: isti tamen fuerunt Jesus nominales et figurales, in quantum scilicet figurabant istum. Ille Jesus introduxit populum Israel in terram promissionis: sed iste Jesus, id est Salvator noster, non in terram carnalem, sed introducit nos in caelestem. Heb. xii, 2. Ipsum enim habemus auctorem et consummatorem in sanguine ejus etc. Et recte dicitur Jesus, quod nomen convenit ei secundum utramque naturam; scilicet divinam et humanam. Secundum quidem humanam in carne sua passus est, et explevit mysterium nostræ redemptiois: et cum passio illa non haberet efficaciam nisi ex virtute divinitatis adjuncta, propter hoc dicitur infra hoc cap: *Vocabitur nomen ejus Jesus: ipse enim salverit populum suum a peccatis eorum.*

Sed queritur quare dicit, *Christi.* Nonne sufficeret *Iesu?* Respondeo, hoc ideo factum esse, quia, ut dictum est, et alii vocati sunt Jesus.

Mihi autem describit eum, cum dicit, *Christi,* id est uncti. Nota autem

¹ Al.: « item cum queritur. »

² Al.: « quod. »

³ Al.: « Ut ergo novum Testamentum, in quo agitur de responsum, et resolutione, que et re-

pondent per oppositum dicit: *Liber generationis Iesu Christi;* ut ostenderet quod idem est arbor utrinque. »

tres unctiones in veteri lege. Unctus enim est Aaron in sacerdotem, Levit. cap. viii. Uctus est Saul a Samuele in Regem, I Reg. x. Et David, I Reg. xvi. Uctus est et Eliseus in prophetam, III Reg. xix : Quia ergo Christus fuit verus Sacerdos, in Psal. cix, 4 : *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*, et Rex et Propheta; ideo dicitur recte Christus, propter tria officia quæ ipse exercevit.

Filiū David, filiū Abraham. Hic est duplex quæstio; scilicet de numero, et de ordine.

Ad primum, quare istos duos nominavit, propter illam rationem quæ in Prologo dicta est, quod¹ Abraham propheta fuit. Genes. xx, 7, dixit Dominus ad Abimelech regem Gerara : *Redde uxorem viro suo, quia propheta est*: Item fuit sacerdos, Genes. xv, 9, dum implevit officium sacerdotis, offerendo scilicet hostiam Domino : *Sime inquit mihi vaccum tricennem* etc. David autem propheta fuit, sicut patet Act. ii, 30. Fuit etiam Rex, sicut patet II Reg. n, 4. Quia ergo Christus fuit rex et Propheta et Sacerdos; ideo recte dicitur filius istorum. Si enim solum Abraham nominasset, non signaretur quod Christus Rex fuisset. Item si solum David, non denotaretur in Christo sacerdotalis dignitas : et ideo utrumque posuit. Ad secundum dicendum, quod, secundum Hieronymum, David p̄eponitur et commutatur ordo propter necessitatem texendi genealogiam : si enim primo diceret, *Filiū Abraham*; secundo, *Filiū David*, oportet secundo repetrere Abraham ut continuaretur ordo genealogiæ. Secundum Ambrosium² autem dicendum quod David p̄aponitur ratione dignitatis : ad David enim facta est re-promissio de ipso capite, cum dicitur Psal. cxxxii, 11 : *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Sed ad Abraham do membris, scilicet de Ecclesia: unde Genes. xxii, 18 : *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*.

Hic notandum, quod multi fuerunt errores de Christo. Quidam enim errave-

<sup>viro suo
uxorem</sup>

<sup>Benedi-
centur</sup>

¹ Al. : « Quæ dicta in Prologo. Dictum est quod etc. »

² Al. participaret. »

runt circa ejus divinitatem, sicut Paulus Samosatenus, Photinus et Sabellius; qui-dam circa humanitatem; et quidam circa utramque; alii autem erraverunt circa ejus personam. Circa humanitatem ejus primus erravit Manicheus, qui dixit, eum non verum corpus sed phantasticum accipisse. Contra quod est quod dicit Dominus, Luc. ult. 39. *Palpate et videte, quia spiritus carnum et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Secundo post eum erravit Valentinus, qui dixit, eum corpus celeste, secum attulisse; non de virgine assumpsisse, sed per eam sicut aquam per canale transisse. Sed contra est quod dicitur Roman. i, 3 : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Tertius error fuit Apollinaris, qui dixit, eum tantum acceperisse corpus, et non animam; sed loco animæ habuisse divinitatem. Sed contra est quod frequenter³ dicitur Joan. xi, 27 : *Nunc avima mea turbata est*. Sed propter hoc ipse idem mutavit postea opinionem, et dixit, Christum habuisse vegetabilem et sensibilem, non tamen rationalem; sed loco ejus divinitatem. Sed tunc sequeretur inconveniens, quod Christus non esset plus homo quam unum brutum. Ilos autem errores quasi quadam sorte divisserunt sibi quatuor Evangelista. Marcus enim et Joannes principaliter errores illos qui sunt circa divinitatem destruxerunt; unde Joannes in principio statim dixit i, 4 : *In principio erat Verbum*. Et Marcens exorsus est sic i, 1 : *Initium Evangelii Jesu Christi filii Dei*: non dixit, Filiī Abraham. Matthæus autem et Lucas illos qui circa ejus humanitatem sunt errores destruunt in principio. Unde nota, quod in hoc quod dicitur, *Filiū David, filiū Abraham*, omnes errores qui fuerunt circa Christi humanitatem excluduntur. Filius enim non dicitur alicuius aliquis nisi per generationem univocam, quæ est secundum convenientiam in specie. Quantumcumque enim aliquid generetur ex homine, nisi participet³ eamdem specie naturam, nunquam dicitur filius; sicut patet de pedulinis, et hujusmodi. Si igitur Christus est

³ Non frequenter hisce terminis, sed solummodo apud Joannem loco citato; non infrequenter tamen quoad eundem sensum sub aliis terminis.

filius David et Abraham, oportet eum habere eamdem naturam, ratione ejusdem speciei; non autem haberet eamdem naturam secundum speciem, si non haberet corpus verum et naturale; nec si illud de cœlo attulisset; nec etiam si careret anima sensitiva sive rationali; unde patet exclusio omnis erroris.

2. Propositio titulo, hic series genealogie texitur; et dividitur in partes tres, secundum tres quaterdenarios quibus dicta genealogia series texitur. Primus quaterdenarius est ab Abraham usque ad David, qui procedit per Patriarchas. Secundus procedit a David usque ad transmigrationem Babylonis, qui procedit per reges. Tertius a transmigratione Babylonis usque ad Christum, qui incipit a duabus, et procedit per personas privatas. Secunda ibi, *David autem Rex genuit Salomonem*. Tertia ibi, *Et post transmigrationem Babylonis etc.* Prima dividitur in tres: primo enim ponuntur patres qui fuerunt ante ingressum in Agyptum; secundo ponuntur illi qui fuerunt in ipso exitu, et terra promissionis ingressu; tertio illi qui fuerunt post ingressum terra promissionis. Dicit ergo primo: *Abraham genuit Isaac.*

Hic considerandum est, antequam ultrius procedamus, quod duo Evangelista generationem Christi secundum carnem prosequuntur; scilicet Lucas et Matthaeus, sed differenter: et hae differentiae attenduntur quantum ad quinque: primo enim differunt quantum ad situm; secundo quantum ad ordinem; tertio quantum ad modum; quarto quantum ad terminum; quinto quantum ad personas numeratas. Primo dico quod differunt quantum ad situm; quia Matthaeus generationem Christi in principio Evangelii incipit texere; Lucas autem non in principio, sed post baptismum: et ratio hujus est, secundum Augustinum, quoniam Matthaeus generationem Christi carnalem suscepit describendam; et ideo statim in principio debuit eam ponere: Lucas autem maxime intendit commendare in Christo personam sacerdotalem: ad sacerdotem autem pertinet expiatio peccatorum; et ideo post baptismum, in quo fit expiatio, convenienter a Luca

ponitur Christi generatio. Secundo autem Lucas et Matthaeus in texendo genealogiam Christi differunt quantum ad ordinem: quia Matthaeus textit Christi generationem incipiendo ab Abraham, et descendendo usque ad Christum; Lucas autem incipit a Christo, et ascendendo procedit usque ad Abraham, et etiam ultra. Et ratio est quia, secundum Apostolum, in Christo fuerunt duo; scilicet humilitas suscipiendo defectus naturæ nostræ, et potestas divinitatis et gratiæ, per quam nos ab hujus defectibus expiavit. Rom. viii, 3: *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati propter primum; et de peccato damnavit peccatum in carne propter secundum.* Matthaeus ergo qui intendit generationem Christi carnalem, per quam descendit usque ad insegnationem nostræ assumptionem, congrue ejus generationem descendendo describit. Sed Lucas qui in ipso commendat sacerdotalem dignitatem, per quam Deo reconciliatur, et ipsi Christo unimur, congrue ascensendo procedit. Tertio differunt quantum ad modum; quia in enarratione genealogiae Matthaeus utitur hoc verbo *Genuit*, sed Lucas hoc verbo *Fuit*. Et hoc est quia Matthaeus in tota enarratione sua non ponit nisi patres carnales: sed Lucas ponit multos patres secundum legem, sive per adoptionem. Praeceptum enim fuit in lege quod si aliquis moreretur sine filiis, quod frater ejus accepert sponsam ejus, et generaret sibi filios: unde filii illi non erant ejus qui generalbat; sed per quamdam adoptionem imputabantur priori: unde Lucas qui ponit multos filios genitos per adoptionem, non dicit, *Genuit*, sed *Fuit*: quia quanvis ipsi eos non generassent, eorum tamen per quamdam adoptionem erant. Matthaeus autem, qui ponit solum patres carnales, dicit, *Genuit*. Ratio autem hujus est, quia sicut dictum est, Matthaeus versatur maxime circa Christi humanitatem: et quia secundum hominem natus est ex patribus carnalibus, ideo in genealogia Matthei nullus ponitur qui non fuerit pater carnalis. Lucas autem commendat maxime in Christo sacerdotalem dignitatem, per quam adoptamur in filios Dei; et ideo non solum carnales, sed

etiam legales patres posuit. Quarto differunt quantum ad terminum; quia Matthæus generationem suam incipit ab Abraham, et procedit usque ad Christum; Lucas autem a Christo non solum usque ad Abram, sed etiam usque ad Deum. Cujus ratio potest sumi ex hoc quod Matthæus scripsit Hebreis: Hebrei autem maxime gloriabantur de Abraham; Iou. viii. 33: *Semen Abraham sumus*: qui fuit primum credendi principium; et ideo Matthæus ab Abraham incepit. Lucas autem scripsit Graecis, qui nihil de Abraham sciebant, nisi per Christum: si enim non fuisset Christus, nihil unquam scivissent de Abraham: et ideo Lucas incepit a Christo, et terminavit non solum in Abraham, sed in Deum. Quinto differunt quantum ad personas enumeratas: quia serie genealogia Luce nulla prorsus de mulieri sit mentio in tota serie mentio; in Matthæo autem aliquæ interponuntur mulieres. Cujus ratio est, secundum Ambrosium Sup. Luc. Lib. iii, 4, 36, Pat. Lajt. xv, col. 1604: quia Lucas, sicut dictum est, commendat maxime sacerdotalem dignitatem; in sacerdote autem maxima requiritur puritas. Matthæus autem ejus texit generationem carnalem; et ideo ibi ponuntur aliquæ mulieres.

Notandum tamen, quod in tota genealogia Matthæi noui ponuntur nisi mulieres peccatriæ, vel quæ in aliquo fuerant peccato notatae: sicut Thamar quæ fornicata est, Genes. xxxviii, et Ruth, quæ fuit idolatra, quia gentilis; et uxor Uriæ, quæ fuit adultera, II Reg. xi. Et hoc ad designandum, secundum Hieronymum, quod ille cuius genealogia textur, intravit propter peccatores redimendos. Alia ratio tangitur ab Ambrosio, *Ubi Supra*, scilicet ut tolleretur confusio Ecclesiæ. Si enim Christus ex peccatoribus nasci voluit, non debent infideles irridere, si peccatores ad Ecclesiam veniant. Alia ratio potest assignari, credo secundum Chrysostomum, ut ostendatur imperfectionis legis; et quod Christus venit legem implere. Per hoc enim quod tanguntur quadam mulieres peccatriæ, denotatur quod illi qui erant maximi in lege, erant peccatores; sicut David et

Judas: et in hoc designat imperfectiōnem aliorum. Si enim isti fuerint peccatores, multo magis et alii. Rom. iii, 23: *Omnes peccaverunt, et regit gloria Dei*. Et ideo isti ponuntur in generatione Christi, ut designetur quod ipse legem impleverat. Nota tamen, quod istæ mulieres quamvis fuerint omnes peccatriæ, non tamen pro tempore illo quo texitur carum genealogia; sed jam erant mundatae per pœnitentiam.

Dicit ergo: *Abraham genuit Isaac*. Notandum primo, quod hic duo sunt consideranda secundum litteram, sive sensum litteralem. Primo, quod per patres istos positos designatur Christus; secundo, quod etiam ista referuntur et possunt referri ad instructionem nostram. Dicit ergo primo: *Abraham genuit Isaac*; et hoc habetur Genes. xxi: *Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam et fratres ejus*.

Hic queritur, cum Abraham alium haberit filium quam Isaac, scilicet Ismael; et similiter Isaac; quare non fit mentio de eis, sicut hic dicitur: *Judam et fratres*. Item quare magis exprimitur Judas ex nomine quam alii.

Ratio est, quia Judas et fratres ejus sub cultura unius Dei permanerunt; et ideo de eis fit mentio in generatione Christi; non autem Isaac et Ismael; nec Jacob et Esau. Ad secundum, quod hoc fuit ut impleri ostenderetur in Christo prophætia Jacob, Genes. xlix, 10: *Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio gentium*. — *Manifestum est quod de* Juda ortus est Dominus* • *Et ortus ut dicitur Heb. vii, 14; et ideo fit magis mentio de ipso quam de aliis*.

Judas autem genuit Phares etc. Illic queritur, cum Dominus noui sit natus de Zaram, sed de Phare, quare fit mentio de eo. Item quare nominaliter exprimitur: prius enim dixit fratres ejus: quare ergo expressit nomen Zaram?

Et dicendum, secundum Ambrosium, *Ubi. Sup. n. 29*: quod hoc in mysterio factum est. Ad cuius evidentiam nota, historiam quæ habetur Gen. xxxviii, quod in partu Thamar prior apparuit Zaram, in cuius manu obstetrix ligavit

filum coecineum dicens v. 28, 29. *Iste egredietur prior;* et ideo vocavit nomen eius Zaram. Postea illo retrahente madixit que num egressus est alter, dicente obstetrici mulier: *Tunc divisa: Quare propter te divisa est maceria?* non est propria Zaram autem, qui prior apparuit, significat populum Iudaëorum, in cuius manu obstetrix filum coecineum ligavit, hoc est circumcisionem, quae fiebat cum sanguinis effusione. Sed illo retrahente manum etc, egressus est alter; quia cœcitas ex parte contigit in ^{*} *Judæis* Rom. xi, 25. Sie enim populus gentilis divisus intravit in lucem fidei, egressus de vulva ignorantiae et infidelitatis.

^{* in Israel}

Secundo notandum, quod per patres positos in generatione Christi signatur Christus ratione vel nominis, vel facti, vel alicujus alterius, sicut per se patet. Abraham enim interpretatur pater multarum gentium; et significat Christum, de quo Heb. ii, 10; *Qui multos filios in gloriam adduxerat.* Item Abraham ex præcepto Domini exivit de terra sua, Genes. xii. Et Christus est qui dixit Ille rem. xii, 7: *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam etc.* Similiter Abraham, qui risit dicendo: *Nunc risum fecit mihi Dominus;* Gen. xxi, 6. Et Christus est, in ejus nativitate non solum uni persona, sed toti mundo gaudium nuntiatur. Luc. ii, 10: *Eece evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis² hodie salvator, qui est Christus Dominus.* Similiter per Jacob, et ratione interpretationis et ratione facti; sicut patet in hoc quod supposuit lapidem, idest duritatem crucis, capiti suo. Similiter per Judam et Phares, qui interpretatur divisio; ipse cuim dividet oves ab hædis, infra xxv, 32.³

^{• Deus}

Moraliter autem in istis generationibus designatur status nostræ justificationis, secundum sex quæ requiruntur ad justificationem. Scilicet fides per Abraham justificat ex fidei justitia; alibi enim ipse principium dicitur fidei, Rom. iv, 11, 2: *Ut sit pater omnium credentium per prepucium.* Isaac spes, quia inter-

pretatur risus. Rom. xii, 12: *Spe gaudentes.* Jacob caritas, qui duxit duas uxores; Liam quæ interpretatur laborans, et Rachel; idest duas vitas, quæ sunt in caritate, secundum duo præcepta; contemplativa enim delectatur in Deo; activa autem est per quam subvenitur proximo. Judas confessio, quæ duplex est: fidei; Rom. x, 10: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem:* et peccatorum; *Confitemini alterutrum peccata vestra:* Jac. v, 16. Ex hoc autem sequitur duplex effectus; scilicet destructio vitiorum, quæ per Phares designatur; et origo virtutum, quæ significatur per Zaram. Et ista oriuntur de Thamar, quæ interpretatur amaritudo. Isa. xxxviii, 15: ⁴ *Recognitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Phares autem genuit Esron. Ille ponitur series genealogia patrum qui nati sunt in Ægypto, vel in exitu ejus; sicut enim per Phares, qui interpretatur divisione, significatur Christus, infra xxv, 32: *Separabit agnos ab hædis;* ita per Esron, qui interpretatur sagitta, vel atrium. Dicitur enim sagitta propter efficaciam prædicationis, quæ audientium corda penetravit. Psal. xliv, 6: *Sagitta tuæ acuta, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.* Atrium autem propter latitudinem caritatis, qua non solum amicos, sed etiam inimicos dilexit. Rom. v, 10: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo⁵ per mortem filii ejus.* Isa. lxx, 12: *Ipse pro transgressoribus rogavit.* Et idem Luc. xxiii: 34: *Pater dimittit illis: non enim sciunt quid faciunt.*

Esron autem genuit Aram. Aram autem interpretatur electus, vel excelsus. Isa. xlvi, 1. *Eece puer meus, et ipse est excelsus super omnes.* Ephes. i, 21: *Ipsum constituit super omnem principatum.*

Aram autem genuit Aminadab, qui interpretatur spontaneus. Ipse est enim in ejus persona dicit Psalm. lxx, 8: *Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo, quoniam bonum est, Domini-*

¹ Al.: « et ideo. » — ² Al.: « nobis. »

³ Id est apud S. Mattheum.

⁴ Non ut in Parin: Psalm. xxxviii, 25.

⁵ Al.: « oleo. » — ⁶ Al. deest — enim. »

ne. Et Isa. lxi, 7 : Ohlatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum. Joan. vi,

** Descendi de celo non ut faciam, sed ejus qui misit me.*

sed voluntatem ejus Amivudah autem genuit Naasson, qui

interpretatur augurium, vel serpentium; quia Christus non solum praesentia, sed etiam praterita et futura cognovit. Heb. iv, 13 : Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus. Item serpentium propter prudentiam: prudentia enim attribuitur serpenti. Istru x, 16 : Estote prudentes sicut serpentes. Job xii, 16 : Ipse novit decipientem, et eum qui decipiuntur.

*Nota quod ille Naasson fuit in tempore Moysi, et exiit cum eo de Ægypto, et fuit unus princeps in tribu Juda in deserto, sicut habetur in Num. i, 7. Sed adverendum, quod Exodi xiii, 18, ubi nostra littera habet : *Fili Israel ascenderunt armati de Ægypto.* Aquila translutit, Instrueti, propter aequivocationem; melior est autem littera Septuaginta : Filii Israel quinta generatione exierunt de Ægypto.*

Sed contra, Naasson iste non fuit quintus a Jacob, sed septimus, sicut patet computando Jacob, Judam, etc. usque ad Naasson: ergo non quinta, sed septima generatione.

Sed dicitur, quod non est computandum per tribum Juda, sed per tribum Levi, sub cuius ductu exierunt filii Israel de Ægypto, Ps. lxxvi, 21 : Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi et Aaron. Et patet quod tantum sunt quinque generationes: Jacob enim genuit Levi, Levi autem genuit Caath, Caath genuit Aniram². Aniram autem genuit Moysen et Aaron, sicut patet Exod. ii, et sub Moyse exierunt de Ægypto.

Ubi nota, quod inter omnes tribus magis multiplicabatur³ tribus Juda; et hoc quia ex ea erant Reges futuri, qui debebant pugnare. Inter omnes autem minus multiplicabatur tribus Levi; et hoc quia præordinata⁴ erat ad officium divinum, et sacerdotium, ad quod pauciores sufficiebant. Et ideo vult quod etiam compu-

*tando per tribum Juda sit verum quod dicitur Gen. xv, 16 : Quinta generatione revertentur *hic.* Dicit ergo Hieronymus, illud quod ibi dicitur, intelligendum esse computando per tribum Levi: quod autem hic dicitur, per tribum Juda. Phares enim ipse cum Jacob et Juda patre suo intravit in Ægyptum. Et ideo istae generationes non sunt computandæ a Jacob, sed a Phares, qui et ipse intravit in Ægyptum. Et patet quod Naasson fuit quintus a Phares. Similiter Levi ipse intravit in Ægyptum cum patre suo Jacob. Et ideo a Levi et non a Jacob computandæ sunt generationes, Claram autem est quod Moyses fuit quartus a Levi.*

Naasson autem genuit Salmon. Salmon interpretatur sensibilis; et significat Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.

*Moraliter hic notandum, quod sicut in prima generatione significatur ordo nostræ justificationis quantum ad statum incipientium, ita in ista secunda generatione, quæ similiter continet quinque, significatur profectus proficiens. Primum enim quod sequitur ex⁵ quo homo est justificatus a peccato, est quod ipse habet zelum animarum. Et ideo bene Phares genuit Esron, qui interpretatur sagitta, propter efficaciam prædicationis, quæ penetrantur corda auditorum. Isa. xlix, 2. *Posuit me quasi sagittam electam.* Ita ita adapta alia.*

*Salmon autem genuit Booz etc. Illic ponuntur patres qui fuerunt nati post ingressum terræ promissionis: Salmon enim fuit genitus in deserto, et intravit cum Josue in terram promissionis, et accepit uxorum Rahab meretricem, de qua genuit Booz, Booz interpretatur fortis. Hier. xvi, 19 : *Dominus fortitudo mea, et robur meum.* Rahab autem interpretatur famæ, vel latitudo: et significat Ecclesiæ; quia ad ipsam pertinet illa beatitudine, Matth. v, 6 : *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur.* Interpretatur etiam latitudo, quia Ecclesia per totum orbem dilatata est. Isa, lii, 2 : *Dilata locum tentorii tui, et**

¹ Apud S. Matthæum.

² Al. : « Levi autem genuit Aniram. »

³ Al. : « multiplicatur. »

⁴ Al. : « ordinata. »

⁵ Al. : « est. »

pelles tabernaculorum) tuorum extende. Item interpretatur impletus : quia impetu prædicationis reges et philosophos convertit. Item significat Ecclesiam ratione facti. Rahab filum coccineum misit in fenestram, per quem liberata est a subversione. Jericho. Josue xv, 21 : *Fe-nestra nostra est os; filum ergo in fenes-tram est confessio passionis Christi, per quam Ecclesia liberata est a morte.* Item ratione conjugii ; quia sicut Rahab juncta est in matrimonio Salmon, qui fuit princeps in tribu Juda, sic Christus despontavit sibi Ecclesiam. II. Corinthi. xi, 2 : *Despondi enim vos uni viro virginem cas-tum exhibere Christo.*

Sed hic queritur, Secundum litteram, cum Rahab fuerit meretrix, quomodo tanto principi, qui erat major inter alios, despontata est?

Et est dicendum, quod Rahab maximum quid fecit, eo quod contempto populo suo et ritu paterno, cultum Dei Israel elegit : et ideo quasi pro maximo honore nobilissimo principi data fuit.

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Hoc habebut Ruth ultim. cap. Obed interpretatur serviens, vel servitus ; et significat Christum, de quo per prophetam : *Ser-vire me fecisti in peccatis vestris* ¹ Isa. xliii, 24. Ruth autem significat Ecclesiam de gentibus natam ratione loci ; fuit eni Moabit. Moab interpretatur, ex patre. Joan. viii, 44 : *Vos ex patre diabolo estis.* Et iterum ratione conjugii, ut patet in *Glossa.*

Sed queritur quare ista mulieres hie nominantur, cum fuerint peccatrices.

Hieronymus assignat rationem de Ruth, ut scilicet impleretur vaticinium Isa. xvi, 1 : *Emitte aquam, Domine, do-minatorem terræ, de petra deserti.* Petra deserti est, scilicet mali, et significatur Ruth Moabit. Ambrosius autem assignat rationem dicens : Futurum enim erat ut Ecclesia congregaretur de gentibus infidelibus ; et ideo poterat erubescere et confundi, nisi viderent Christum etiam de peccatricibus nasci. Unde ut tolleretur corum erubescencia et confusio, nominanda sunt.

Sed queritur : Deut. xxiii, 3, dicitur : *Moabitæ et Ammonitæ non intrabunt ec-clesiam.* Cum ergo Ruth fuerit Moabit, quomodo recepta est in ecclesiam ?

Sed dicendum per Apostolum ad Gal. v, 18, quod qui spiritu ducentur non sunt sub lege. Semper enim in lege magis debet observari intentio legislatoris quam verba legis ; quæ enim fuit causa quare prohibuit Dominus ut non intra-rent ecclesiam ? Quia scilicet invenit in eis idolatriam, ne scilicet perfraherent Judeos ad idololatriam. Unde ista, quæ jam erat conversa, non erat idololatra² et ideo non erat subjecta prohibitioni.

Obed autem genuit Jesse. Ruth ult. Jesse autem interpretatur sacrificium vel incen-dium ; et significat eum qui obtulit se-met ipsum hostiam Deo in odorem suavi-tatis.

Sed queritur, cum iste alio nomine vocatus sit Isai, sicut patet I Reg. in multis locis, et illud nomen esset sole-mniss³, quare nou nominavit eum Evan-gelista sic.

Et dicendum, quod hoc fuit ut ostendetur in Christo impletum esse quod dictum est per prophetam Isa. xi, 2 : *Egre-dietur virga de radice Jesse.*

Jesse autem genuit David Regem. Da-vid interpretatur manus fortis, et aspectu desiderabilis, quæ omnia competunt Christo, sicut patet : ipse enim fortis est qui diabolum superavit Lue. xi, 22 : *Si autem fortior illo supervenientis vice-rit eum, universa arma ejus auferet, in qui-bus confidebat, et spolia ejus distribuet,* Item ipse, *speciosus formu præ filiis ho-minum.* Psal. xliv. 3.

Sed hic queritur, cum plures alii fuerint Reges, quare solus iste dicitur rex ?

Et dicendum, quod iste primus rex fuit in tribu Iuda, de qua ortus est Dominus : quamvis enim Saul fuerit Rex : ipse tamen fuit de tribu Benjamin. Secunda ratio ; quia alii propter meritum ipsius Da-vid regnaverunt. Psalm. lxxxviii, 30 : *Et ponam in sacerdotum sacerdotum ejus, et thronum ejus sicut dies carli.* Tertia ra-tio, ut ostenderetur impleta prophetia Ilie xxii, 5 : *Suscitabo David germen*

¹ AL. : « Servire me fecisti peccatis tuis. »

² AL. : « idololatria. » — ³ AL. : « solemnium. »

justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitium in terra. Isa ix, 7 : *Super solium David et super regnum ejus sedebit etc.* Moraliter vero in ista generatione designatur fructus perfectorum, sicut in aliis fructus incipientium et proficiuntur. Primum enim quod requiritur in homine perfecto, est quod ipse sit fortis ad aggrediendum adversa, ut scilicet non retardetur propter aliquam difficultatem; et hoc significatur per Booz : *interpretatur enim fortis.* Isa xl, 31 : *Qui sperant in Domino, mutantur fortitudinem; assumunt pennas sicut aquila;* current, et non laborabunt; ambulabunt, et non deficient. Proverb. ult, 40 : *Mulierem fortem quis inveniet?* Secundum est humilitas servientis, ut quanto scilicet magnus est, tanto humiliet se in omnibus: et hoc significatur per Obed, qui et ipse interpretatur serviens, vel servitus. Luc. xxii, 26 : *Qui major est vestrum fiat sicut minister.* Tertium est fervor caritatis, quod significatur per Jesse, qui interpretatur incensum, vel incendium. Ps. cxi, 2 : *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo etc.* Et ex hoc pervenitur ad regnum et ad gloriam: quia Jesse genuit David Regem. Apoc. v, 10 : *Fecit nos Deo nostro regnum, et Sacerdotes Deo patri suo.*¹ I Pet ii, 9 : *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.*

3. Posita serie genealogiae patrum, *ante* ^{et} *excurrit per Patriarchas, hic ponit ron.* Et *postrum*, quæ procedit per reges. generationes *duo.* Primo ponuntur reges Levi autem gen. Israel sine commixtione Aniram². Aniram al. *ndo* ponuntur reges et Aaron, sicut pater Læunctionem alienæ se exierunt de Ægypto. *in genuit Oziam.*

Ubi nota, quod inter om̄o : Lucas enim gis multiplicabatur³ tribus Christi ascenquia ex ea erant Reges futu ute descendentib; pugnare. Inter omnes au'christum per multiplicabatur tribus Levi; et o quædam pravordinata⁴ erat ad officium d et sacerdotium, ad quod pauciorer. Lucas ciebant. Et ideo vult quod etiam *os patres originis*

per propagationem, sed secundum legalem adoptionem: Matthæus autem nullum ponit qui non fuerit pater carnalis. Et verum est quod secundum carnem Dominus descendit a David per Salomonem, et non per Nathan; et tamen, secundum Augustinum, non vacat a mysterio quod Matthæus a David per Salomonem descendit ad Christum; Lucas autem a Christo ad David per Nathan ascendit. Matthæus enim generationem Christi carnalem susceperebat describendam, secundum quam Christus usque ad similitudinem carnis peccati descendit: et ideo recte Matthæus in ejus generatione a David per Salomonem descendit, cum ejus matre ipse David peccavit. Lucas autem, qui maxime commendare intendit in Christo sacerdotalem dignitatem, per quam fuit peccatorum expiatio, recte per Nathan ad David ascendit, qui fuit vir sanctus.

Nota tamen quod, secundum eumdem Augustinum in libro *Retractionum*, non est intelligendum quod idem fuit Nathan propheta qui eum reprehendit, et filius quem genuit; sed solum quod fuerunt similes in nomine.

Secundo queritur quare Bersabee non nominatur ex nomine, sicut Thamar, Rahab et Ruth.

Et dicendum, quod aliae, quamvis per aliquod tempus fuerint peccatrices, tamen postea fuerunt conversæ et penitentes; hæc autem turpiter peccavit erimæ adulterii, et in consensu homicidii: et ideo propter verecundiam subticetur ejus nomen.

Nota tamen, quod in Scriptura recitantur aliquando peccata magnorum, sicut David et aliorum; et hoc quia diabolus non solum parvos et inferiores, sed etiam magnos prostravit: adversarius enim noster est. Et ideo propter cautelam recitantur, ut qui stat videat ne cadat. Alia ratio est ne aliquis putaret eos plus quam homines esse. Si enim aliquis solam in eis perfectionem consideraret, decipi posset per idolatriam: sed cum videt eos per peccatum corruisse, non credit jam aliquid amplius ab homine in eis esse.

¹ Apud S. Matthæum.

² Al. : « Levi autem genuit Aniram. »

et sacer-

dotium Deo et patri suo. »

Nota etiam hoc, secundum Gregorium, quod aliquando factum litterale est malum, et significatum est bonum; aliquando vero factum bonum, et significatum malum. Urias enim fuit vir bonus et justus, nec de aliquo in Scriptura reprehenditur; et tamen significat diabolum. Bersabee autem fuit peccatrix; et tamen rem bonam significat, scilicet Ecclesiam, ut notat *Glossa* II Reg. xii, et etiam *Glossa* quae dicitur exponere figuram secundum sensum allegoricum. Urias enim interpretatur lux mea Deus, et significat diabolum qui lucem divinitatis appetivit. Isa xiv, 14: *Ero similis Altissimo*. Bersabee interpretatur puteus septem, vel puteus societatis; et significat Ecclesiam de gentibus, propter septiformem gratiam baptismalem. Ilanc sibi desponsaverunt primo diabolus; sed David, id est Christus, abs tulit eam ab eo, et copulavit sibi, et ipsum diabolum interfecit. Alter Bersabee significat legem, per cuius vias populus inductus est, qui non vult ingredi in dominum per spiritualem intelligentiam; et ideo desert litteras mortis sue: quia *littera occidit*: II Cor. iii, 6. Sed David, id est Christus, abstulit a Judais legem, quando docuit eam spiritualiter intelligendam.

Salomon autem genuit Roboam etc. Sicut autem David interpretatur manus fortis, vel aspectus desiderabilis, ita Salomon pacificus: et hoc est rectum, quia ex fortitudine operationis honeste provenit pax conscientiae. Psal. cxviii, 165: *Pax multa diligenteribus legem tuam*. Contingit autem quod ex pace conscientiae homo velit alios ad bonum venire: unde Salomon genuit Roboam, qui interpretatur impotus: quia impetu predicationis moveretur habens pacem conscientiae ad dilatandum nomen Christi; sicut legitur de Apostolis Isa. xxvii, 6: *Qui ingredientur impetu ad Jacob¹ florbit, et germinabit Israel, et implebunt faciem orbis semine*. Utrumque autem significat Christum, quia ipse est pax. Item ipse Roboam, qui populum impetu predicationis convertit.

Roboam autem genuit Abiam, qui in-

terpretatur pater Deus: quia ex hoc quod homo studet ad profectum aliorum spiritualem vel corporalem per opera misericordiae, efficitur dignus paternitate Dei, ut infra v, 44: *Benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cordis est etc*. Et Luc. vi, 36: *Estote misericordes*. Hoc etiam competit Christo, cui dicitur Heb. i, 5: *Ego ero illi in patrem, et ipse erit nihil in filium*.

Abias autem genuit Asa, qui interpretatur attollens: quia quandoque homo ex hoc quod efficitur pater et superior aliorum, incurrit quamdam negligentiam securitatis: ideo *Abias genuit Asa*, ut scilicet homo sit in continuo profectu, et attollat se semper ad majora. Hoc etiam competit Christo, qui dicitur attollens, id est crescent. Luc. xi, 40: *Puer autem crescebat*. Vel attollens, quia abstulit pecata mundi.

Asa autem genuit Josaphat, qui interpretatur judicans; quia ex hoc quod semper crescit homo spiritualis, efficitur judicans, I Corinth. ii, 15: *Spiritualis homo omnia dijudicat*. Et hoc Christo competit, quia Pater omne judicium dedit Filio. Joan. v, 22.

Josaphat autem genuit Joram, qui interpretatur habitans in excelsis: quia ille qui iudex constitutus, debet in excelsis habitare. Isa. xxxiii, 16: *Iste in excelsis habitabit*. Quomodo autem hoc sit, dicit Apostolus Phil. iii, 20: *Nostra conversatio in celis*. Et hoc competit Christo, quia *excelsus super omnes gentes Dominus*: Psal. cxii, 4.

Joram autem genuit Oziam. Hic est quaestio litteralis. Nam I Paral. iii, 41, dicitur quod Joram genuit Ochoziam, Ochozias autem genuit Joram, Joras autem genuit Amasiam, qui et Azarias dicitur, Amasias autem genuit Oziam. In duobus ergo videtur Evangelista in genealogia serie defecisse. Primo, quia Joram non genuit Oziam, sed Amasias; secundo, quia omisit tres generationes.

Et dicendum ad primum, quod generare aliquem alium potest intelligi dupliciter. Mediate, vel immediate. Immo-

¹ Al.: « Qui ingredientur impetu a Jacob. »

diate, sicut pater carnalis immediate generat filium; et sic Joram non genuit Oziam. Alio modo mediate, sicut nos dicimus filii Adam: et sic filius potest dici genitus ab avo vel proavo, quia ab ipso per generationem mediatam descendit. Quare autem omisit tres reges, triplex ratio assignatur. Prima ab Hieronymo, qui dicit sicut scriptum est Exod. xx, 5: *Dominus visitat peccata patrum in tertium et quartam generationem, his qui patrum sceleris efficiuntur imitatores.* Joram autem duxit uxorem filiam Jezabel, scilicet Athaliam, quae traxit eum ad idololatriam. Ochozias etiam magis quam pater idolatriæ deditus fuit. Et similiter Joras, qui cum seclere idololatriæ etiam Zachariam filium Ioiadae occidit. Ei ideo isti tres quasi indigni excluduntur a generatione amittere nomen posteritatis in genealogia Christi usque in quartam generationem, facta expiatione peccati. Augustinus in *Quæstionibus novi et veteris Testamenti* aliam assignat rationem. Dicit enim, quod quidam fuerint boni, et bonos invenerunt patres, sicut Isaac et Jacob: quidam mali, et tamen bonos invenerunt patres, sicut Salomon, qui peccator fuit, et tamen David virum justum et sanctum habuit patrem: quidam nec honi fuerunt nec bonos patres haberent, sicut fuerint isti tres, ut patet per prædicta. Joram peccavit: et peccatum ejus continuatum fuit usque ad Oziam, qui pene nihil mali fecit, nisi quod incensum adolevit; continuatio autem peccati, causa vel ratio est destructionis. Et ideo isti tres qui in peccato idolatriæ permanserunt, excluduntur a genealogia Christi. Ratio autem mystice assignatur propter tres quaterdenarios, per quos Matthæus genealogiam Christi describere intendit. Ozias autem interpretatur robustus Domini, et signat Christum, de quo in Psalm. cxvi, 14: *Fortitudo mea et laus Dominus factus est mihi in salutem etc.* Mysticæ autem *Joram genuit Oziam*, quia qui in excelso habitant, debent esse fortiter operantes.

Nota, quod sub hoc Ozia prophetavit Isaías, ut patet Isa. i. Propter enim peccatum principum, et regum, et etiam po-

puli, abstulit Deus prophetiam et doctrinam; unde sub rege bono cœpit iterum emanatio prophetia.

Ozias autem genuit Joathan, qui interpretatur profectus; et significat Christum, per quem Ecclesia proficit quotidie. Et sic bene *Ozias genuit Joathan*, quia qui fortiter operantur, sunt in continuo profecti. Psalm. lxxxiii, 8: *Ibunt de virtute in virtute.*

Joathan autem genuit Achaz, qui interpretatur comprehendens, quia per continuum profectum virtutum venit homo ad cognitionem Dei. Psalm. cxvii, 104: *A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniuritatis.* Psalm. lxxii, 10: *Annuntiaverunt opera Dei ostendendo in opere et facta ejus intellexerunt.* Propter quod Paulus ad Philip. iii, 12: *Sequor, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.* Et competit Christo qui solus perfecte divinitatem comprehendit, Luc. x, 22: *Nemo novit Patrem nisi Filius.*

Achaz autem genuit Ezechiam, idest fortis Dominus; quia talis habet fortitudinem a Domino. II Reg. xxii, 2: *Dominus fortitudo mea et robur meum.* Et hoc competit Christo, qui fortis est in prælio.

Ezechias autem genuit Manassen: et interpretatur oblivio; quia qui tam perfecte Deum cognoscit, istorum temporalium obliviscitur. Psalm. xliv, 11: *Obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Gen. xli, 51: *Oblivisci me fecit Dominus Deus omnium laborum meorum.* Et hoc Christo convenit, de quo dicitur Ezech. xvii, 21: *Si impius egerit paupertatem ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, omniuum iniuritatum ejus quas operatus est, non recordabor.*¹

Manasses autem genuit Amon: idest fidelis et nutriendis, quia vere est ille fidelis qui contemnit temporalia. Secundum enim Gregorium, fraus et filia avaritiae; et ideo qui temporalia perfecte contemnit, jam non curat de infidelitate. Unde recte *Manasses genuit Amon*. Ille etiam interpretatur nutriendis; quia qui temporalia contemnit, debet inde nutrire pauperes

¹ Al.: « Si conversus fuerit peccator, omnium

iniuritatum ejus non recordabor. »

per misericordiam. Infra xix, 21 : *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia que habes : ecce contemptus : et da pauperibus : ecce nutrimentum.* Hoc autem Christo competit, qui vere fidelis est. Ps. cxliv, 13 : *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Et iterum nutritius. Osca x, 3 : *Ego, qui nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, et nesciorunt quod curarem eos.* Infra xxii, 37 : *Quoties colui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et nolusti?*

Amon autem genuit Josiam, qui interpretatur salus Domini, vel incensum ; quia ex hoc consequitur homo salutem quod etiam temporalia obliscitur, et Christi. Chrysostomus aliam assignat rationem. Praecepit enim Dominus iv Reg. 9, Jehu filio Nansi, quod ipse extirparet dominum Achab ; qui diligens fuit in executione praeepti, et tamen a cultura deorum non recessit : adoravit enim vitulos conflatis : et quia diligenter perfecit Domini imperium destruendo domum Achab, dictum est ad eum, quod filii ejus usque in quartam generationem sederent super thronum domus Israel : unde sicut Jehu meruit regnum Israel usque in tertiam vel quartam generationem ; ita per oppositum Joram qui commiscuit se feminis gentilibus, et transtulit iniuritatem domus Israel ad dominum Juda, debuit largitur, sive distribuit. Vel incensum hoc competit Christo. Psal. lxxvii, 12 : *Qui operatus est salutem in medio terræ... Et se obtulit sacrificium Deo in odorem suavitatis :* Ephes v, 2.

Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus, qui interpretatur preparatio Domini, vel resurrectio ; et significat Christum, qui preparavit nobis locum, Joan. xiv, et qui dicit Joan. xi, 22 : *Ego sum resurrectio et vita.* Et per hanc venimus ad resurrectionem.

Hic autem² triplex est questio secundum litteram. Primo queritur quomodo dicatur Josias genuisse Jechoniam ; et tamen non ipsum, sed patrem ejus Joakim genuit.

Et ad hoc est duplex responsio. Secundum enim Chrysostomum, cui consentit Augustinus, nomine Joakim prætermittitur omnino, et hoc quia non per divinam ordinacionem regnavit, sed per Pharaonis potentiam, qui ipsum in regno instituit, incarceratedo primogenito fratre ejus Joathan, qui regnaverat ante eum. Et ad hoc nota historiam, IV Reg. xxu. Et II Paral. xxxvi. Habuit etiam Josias tres filios, Joathan,³ Joakim, qui et Eliacim, et Sedecciam. Si enim, ut dicit Augustinus, illi tres Reges removentur de genealogia, quia per idolatriam depravatisunt : quanto magis iste, qui non per Deum vel prophetam, sed per gentilis hominis positionem institutus est in regno ? Sententia est, non verba Hieronymi, ut vult et ei consentit Ambrosius. Ubi Sap. n, 16. Quod uteisque dictus est Joakim, et ille qui ponitur in fine quaterdenarii, et qui ponitur in principio tertii ; et uteisque Jechonias et Joakim idem sunt. Unde notandum, quod Josias tres habuit filios, Joakim, qui et Eliacim, Joathan et Sedecciam. Mortuo autem Josia regnavit pro eo Joathan, medius scilicet filius ; quo capto a Pharaone rege Ægypti, et incarceratedo, constituit fratrem ejus primogenitum Joakim, regem, imponens ei tributum. Postea Nabuchodonosor rex Babylonis, superato rege Ægypti, obsedit Hierusalem, et cepit Joakim, quem sub tributo remisit in Hierusalem. Postea autem cum vellet Joakim rebellare contra regem Babylonis confusus de auxilio regis Ægypti, ascendit Nabuchodonosor Hierusalem, et cepit eum et occidit, et constituit filium ejus pro eo Joachim, quem et Jechoniam nominavit nomine patris. Quo facto, timens Nabuchodonosor, ne iste memor mortis patris confoderaretur cum rege Ægypti, rediit in Hierusalem, et obsedit eam, et Jechonias vel Joachim iste, filius scilicet alterius, de consilio Hieremias tradidit se regi Nabuchodonosor et uxori et filios ; et isti proprie dicuntur transmigrasse in transmigrationem. Nabuchodonosor vero constituit regem loco ejus Sedecciam fratrem patris ejus, et ip-

¹ Al. : « quia. »

² Al. : « hic enim. »

³ Al. : « Zach. »

sum Joakim duxit in Babyloneum, et ille est de quo dicitur post : *Et post transmigrationem.*

Sed quare nominatus est Jechonias, cum nomen ejus fuerit Joachim ? Et dicendum, quod istud nomen impositum fuit a propheta, scilicet Hieremia, Hier. xxii, 24 : *Hæc dicit Dominus : Si fuerit Jechonias filius Joakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde vellam eum.* Et infra 28 : *Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Jechonias ?* Et ideo potius nominatur ab Evangelista tali nomine, ut ostendatur Evangelistam concordare cum propheta.

Nota etiam, quod quamvis idem sit nomen, diversimode tamen scribitur. Primi enim Joakim nomen scribitur per k, et videtur dici Joakim ; sed secundi scribitur per gimel, unde dicitur Joachim ; et ideo diversas habent interpretationes. Primum enim interpretatur resurrectio : secundum vero preparatio Domini.

Secundo queritur quare dicitur ; *Jechoniam et fratres ejus.* Multi enim fuerunt de regibus qui fratres habuerunt ; sed nunquam dicitur vel fit mentio de fratribus.

Et dicendum, secundum Ambrosium, quod ubicumque fit mentio de fratribus, sicut cum dicitur : *Iudam et fratres ejus : et Phares et Zaram de Thamar :* hoc significat quod aquales fuerunt in sanctitate vel malitia. Iste autem tres omnes sunt mali. Alter potest dici, quod ideo quia istorum fratrum quilibet regnavit, sicut patet per ea quæ dicta sunt : sic autem nou fuit de fratribus aliorum regum.

Tertio queritur de hoc quod dicitur *In transmigratione.* Videtur falsum, quia Iosias nunquam transmigravit.

Et dicendum, hoc accipiendum esse secundum præscientiam divinam, secundum quam ordinatum erat eos quos tunc generabat, transmigrandos esse. Vel dicendum, quod *in transmigratione* idem est ac prope *transmigrationem*¹, sive jam imminentie.

4. Hic ponitur tertius quaterdenarius generationis Christi, qui procedit per

personas privatas. De isto Jechonia, sicut dictum est supra, fuit duplex opinio. Hieronymus enim et Ambrosius. *Ubi Supra* ii, 46 : Volunt quod alter fuerit ille qui ponitur in fine primi quaterdenarii, et vocatus est Joakim ; alter vero qui dictus est Joakim : secundum vero Augustinum, *ut supra.* Ista enim transmigrationis filiorum Israel significat translationem fidei ad gentes. Act. xiii, 46 : *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei.* In illa transmigratione facta est quasi quædam reflexio Judæorum ad gentes. Unde quasi quidam constituitur angulus ; et ideo Jechonias iste significat Christum, qui factus est lapis angularis, in seipso utrumque copulans, populum Judæorum et gentium. Psal. cxvi, 22 : *Lapidem quem reprobaverunt edificantes, hic fecerunt est in caput anguli.*

Sed hic queritur. Hier. xxii, 30, dicitur : *Scribe virum istum Sedeciam virum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur ; nec enim erit qui sedeat de semine ejus super solium David.* Quomodo ergo dicitur Christus descendisse a David per Sedeciam, cum de Christo scripserit sic Isa. ix, 2 : *Super solium David et super regnum ejus sedebit ?*

Et dicendum secundum Ambrosium, *Ubi Sup. ii, 43, 44.* Quod cum Christus² dicitur sedere super solium, intelligitur³ de regno spirituali, non corporali, nisi in quantum per regnum David corporale, significatur spirituale.

Salathiel autem genuit Zorobabel. Contra, ¶ Paral. iii, dicitur, quod filii Jechonias fuerunt Asir, Salathiel, et Melchiram, et Phadaja. Phadaja autem filios habuit Zorobabel et Semei. De Abiud autem nulla prorsus fit ibi mentio. Ergo videtur quod male dicit Evangelista, quod Salathiel genuit Zorobabel, et quod Zorobabel genuit Abiud.

Ad hoc tripliciter respondetur in *Glossa.* Una responsio, quod in libro Paral. multa depravata sunt vitio scriptorum, præcipue de his quæ pertinent ad numerum et ad nomina. Unde istis generationibus vitiatis prohibet Apostolus intendere, quæ magis questionem quam utilitatem inducent :

¹ Al. : « id est prope transmigrationem. »

² Al. : « quod Christus. » — ³ Al. : « intelligit. »

I Tim. 1. Alia est responsio, quod Salathiel binomius fuit: vocatus est enim Salathiel et Caphadara; et ideo liber Paralip., dicit Zorobabel filium Capha, Evangelista vero filium Salathiel. Nulla est ergo contrarietas. Tertia est responsio, et verior, quod Salathiel et Caphadara fuerunt fratres, sicut dicit Liber Paralip. Caphadara autem genuit filium quem vocavit eodem nomine, scilicet Zorobabel, et iste genuit Abiud. Dicendum etiam quod Liber, Paral. narrat genealogiam ipsius Capha, Evangelista generationem Salathiel, quia de eo erat Christus nasciturus.

Notandum autem, quod de illis qui fuerunt ab Abiud usque ad Joseph, nulla sit mentio in libris sacrae Scripturae, sed ex annalibus Hebreorum, quos Herodes pro magna parte comburi fecit, ut occultaretur ignobilitas sui generis, accepta sunt. Patet littera: sensum mysticum prosequamur.

Nota ergo quod in hac parte genealogiae ponuntur tres ordines. Primus est ordo doctorum, et continet quatuor generationes: ante orationem enim requiritur præparatio, secundum illud Eccli xviii, 23: *Ante orationem præpara animam tuam*: et ideo de Jechonias, qui interpretatur præparatio Domini, sequitur Salathiel, qui interpretatur petitio mea; et designant¹ Christum, qui in omnibus *exauditus est pro sua reverentia*: Hebr. v, 7. Oratio autem debet præcedere doctrinam, secundum illud ad Eph. vi, 19: *Orate ut detur sermo in apertione oris mei*. Et ideo Salathiel sequitur Zorobabel, qui interpretatur magister Babel, idest confusionis: quia per doctrinam et prædicationem Apostolorum revocata sunt gentes ad Deum verum, et hoc fuit ad confusionem idolatriæ. Et hoc competit principaliter Christo, qui dicit: *Vocatis me Magister et Domine; et bene dicitis*: Joan. xiii, 13. Per doctrinam autem, et prædicationem acquirit² homo patris dignitatem; unde patres dicuntur eorum qui instruuntur spiritualiter. Cor. iv, 45: *Nam et si decem millia paedagogorum habebitis in Christo, sed non multos patres*:

in Christo enim Jesu per Evangelium filii sumus. Et ideo sequitur: *Zorobabel autem genuit Abiud*, qui interpretatur pater meus iste, ethoc competit Christo. Psal. lxxxviii, 27: *Ipse invocabit me: Pater meus es tu*.

Abiud autem genuit Eliacim. Hic designatur ordo incipientium, scilicet auditorum. Primum autem quod fit per prædicationem in auditore, et quod debet prædictor intendere, est quod resurgat³ a vitio ad virtutes, secundum illud Eph. v, 4: *Surge qui dormis*. Et ideo *Abiud genuit Eliacim*, qui interpretatur resurrectione; et competit Christo, qui dicit Joan. xi, 26: *Omnis qui credit in me, habet vitam eternam*. Non autem resurgens potest pervenire ad statum justitiae nisi per auxilium Dei; et ideo postquam resurrexit indigit homo auxilio Dei, secundum illud Psal. cxx, 2: *Auxilium meum a Domino*. Et ideo sequitur: *Eliacim autem genuit Azor*, qui interpretatur adjutus. Et hoc etiam competit Christo, de quo in Psal. xxvi, 9: *Adjutor meus esto, Domine*. Et per hoc auxilium deveitur ad justitiam: unde *Azor genuit Sudoch*, qui interpretatus iustus. Rom. i, 22: *Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes, et super omnes qui credunt in eum*. Cousummatio autem justitiae sive finis est caritas. *Finis justitiae Christus, sive precepti est caritas*: I Tim. i, 5. Tantum sunt duo præcepta, scilicet dilectio Dei et proximi, I Joan. iv, 21: *Et hoc mandatum habemus a Deo ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum*. Et ideo *Sudoch* sequitur *Achim*; et *Achim Eliud*, Achim interpretatur frater meus: unde signat dilectionem proximi. Psal. cxlviii, 4: *Ecce quam bonum at quam jucundum habitare fratres in unum!* Hoc competit Christo, qui caro et frater noster est. Et quia dilectio proximi non potest esse sine dilectione Dei, ideo sequitur: *Eliud autem genuit Achim*. Eliud interpretatur Deus meus. Psal. xvii, 2: *Diligam te, Domine*. Et hoc competit Christo. Psal. xxxiii, 15: *Deus meus es tu*.

Achim autem genuit Eleazar etc. Hic

¹ Al. : « signant. »

² Al. « requirunt. » — ³ Al. « resurgent. »

designatur ordo proficiuntium. Non potest autem profici sine auxilio divino : unde primum quod requiritur ad proficiendum, est auxilium divinum : et ideo *Eliud* recte sequitur *Eleazar*, qui interpretatur, Deus meus adjutor. Psal. lxxxvii, 6 : *Beatus vir cuius est auxilium abs te.* Sed quia Deus multis modis potest juvare ad salutem, ut removendo prohibentia, et dando occasiones, potissimum adjutorium est per donum gratiae sua. 1 Cor. xv, 10 : *Gratia Dei sum id quod sum.* Et ideo *Eleazar*, idest adjutorium Dei, sequitur *Mathan*, qui interpretatur dominum, scilicet gratiam divinam. Et hoc competit Christo, qui est etiam donans. Iohu. iii, 16 : *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Ephes. iv, 8 : *Dedit dona hominibus.* Sed quia homo posset tantum confidere de dono gratiae, quod ipse incideret in negligientiam non cooperando per liberum arbitrium gratiae, ideo sequitur *Jacob*, qui interpretatur luctator. Propter hoc 1 Cor. xv, 10 : *Gratia Dei sum id quod sum : et sequitur : Et gratia ejus in me vacua non fuit.* II Corinth. vi, 4 : *Hortamus vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Nunc autem sequitur *Joseph*, idest augmentum, quia per gratiam et liberi arbitrii conatum venit homo ad augmentum. Prov. iv, 8 : *Justorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem.* Unde *Jacob* genuit *Joseph* viro *Mariæ*.

Sed hic oritur duplex quaestio. Primo enim queritur de contrarietate que videtur esse inter Lucam et Matthaeum : Lucas enim dicit, quod Joseph fuit Heli, qui fuit Mathat; Matthaeus autem dicit, quod fuit Jacob : ergo videtur esse contrarietas inter eos.

Sed dicendum est ad hoc, quod duo fuerunt de eadem stirpe, sed non de eadem familia, scilicet Mathan, et Mathat : fuerunt enim de stirpe David ; sed unus descendit de stirpe David per Salomonem, scilicet Mathan ; alius per Nathan, scilicet Mathat. Accepit ergo Mathan uxorem Iesta nomine, ex qua genuit Jacob : mortuo autem Mathan, quia lex non prohibebat viduam nubere, nupsit fratri ejus Mathat, qui genuit de ea Heli : unde

Jacob et Heli fuerunt fratres de eadem matre, sed non de eodem patre. Accepit autem Heli uxorem, et mortuus est sine liberis : unde Jacob, ut suscitaret semen fratri suo, accepit eandem uxorem, et genuit Joseph : unde Joseph fuit filius Jacob secundum adoptionem. Et ideo Matthaeus qui ponit in genealogia Christi solum patres carnales, dicit Joseph filium Jacob ; Lucas autem, qui ponit multos qui non fuerunt patres carnales, dicit eum filium Heli. Ratio autem hujus diversitatis dicta est superioris.

Notandum autem, quod quando frater accipiebat uxorem fratris ut suscitaret nomen ejus, non est ita intelligendum quod filius ille qui generabatur, vocaretur nomine fratris defuncti : Booz enim qui accepit Ruth, ut suscitaret semen Elimelech, genuit filium, quem non vocavit Elimelech, sed Obed : sed pro tanto dicitur suscitare nomen ejus, quia filius ille ei adscribatur secundum legem. Nec est hoc inconveniens; quia, sicut dicitur in ecclesiastica historia, ipsi Apostoli et Evangelista fuerunt instructi a proximis parentibus Christi de genealogia Christi : qui eam partim memoria, partim ex dictis libris Paralip., corde tenebant.

Seunda quaestio est : Matthaeus intendit scribere generationem Christi : cum ergo Christus non fuerit filius Joseph, sed solum Mariae ; ad quid necesse fuit pretendere generationem Christi ab Abraham usque ab Joseph?

Ad quod dicendum, quod consuetum fuit apud Iudeos, et est usque hodie, accipere uxorem de tribu sua : unde Num. xxxvi, 9, dicitur quod accipiat uxorem quisque de tribu et cognatione sua. Et quamvis hoc non necessario observaretur, tamen ex consuetudine observabatur : unde Joseph Mariam tanquam sibi propinquissimam duxit uxorem. Et ideo, quia erant de eodem genere, per hoc quod ostenditur Joseph a David descendisse, ostenditur etiam, Mariam et Christum de semine David fuisse. Sed unde potest haberi hoc quod Joseph et Maria fuerint de eadem tribu? Patet ex hoc quod habetur Luc. ii, 4, quia cum debuisset fieri descripicio, ascendit ipso Joseph

et Maria in civitatem David, quæ est Bethlehem : unde per hoc quod eam duxit secum, patet quod de eadem erant familia.

Sed queritur quare per Mariam non ostendit Christi generationem ex David. Dicendum, quod non est consuetum apud Hebreos nec etiam gentiles, genealogiam texere per mulieres : unde Christus qui venerat pro salute hominum, voluit in hoc imitari vel observare mores hominum ; et sic non per feminas ejus genealogia describitur, præcipue cum sine periculo veritatis posset per viros ejus genealogia cognosci.

Virum Mariæ. Hieronymus : Cum audieris virum, suspicio non oriatur nuptiarum.

Contra. Nonne fuit verum matrimonium? Dicendum, quod sic, quia ibi frequunt tria bona matrimonii. Proles, ipse Deus; fides, quia nullum adulterium; et sacramentum, quia indivisibilis conjugatio animarum. Quid ergo dicendum? Illoc intelligitur quantum ad nuptiarum complementum, quod est per carnalem copulam. Ideo autem, ut dicit¹ Augustinus, nominatur vir Mariæ, ut ostendatur matrimonium esse inter pari voto contiuentes.

Sed quomodo fuit matrimonium? Votum enim impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum. Cum ergo Beata Virgo voverit virginitatem, nullum videtur fuisse matrimonium. Præterea. Consensit in carnalem copulam, si fuit matrimonium.

Sed dicendum, quod Beata Virgo angebatur inter duo. Ex una enim parte angebatur propter maledictum legis, cui subjacebat sterilis; ex alia parte angebatur propter propositum servandaæ castitatis : et ideo virginitatem proposuit, nisi Dominus aliter ordinaret : nude divinae dispositioni se commisit. Quod dicitur quod consensit in carnalem copulam, dicendum quod non : sed in matrimonium directe; in carnalem antem copulam quasi implicito, si Deus volisset.

De qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Ille duplex error excluditur.

Unus qui dicit, Christum fuisse filium Joseph : et hoc excluditur per hoc quod dicitur, *De qua.* Si enim fuisset filius Joseph, dixisset, *De quo :* vel saltem, *De quibus.* Alius excluditur error, scilicet Valentini, qui dicit Christum non assumptissime corpus de Beata Virgine; sed de cœlo apportasse, et per Beatam Virginem sicut per carnale transisse. Contra est quod dicitur, *De qua.* Si enim ita esset sicut dixit, dixisset Evangelista non *De qua*, sed *Per quam vel A qua*, vel *Ex qua*, vel aliquid tale. Hæc enim propositione *de semper* notat consubstantialitatem ; non autem hæc præpositio *ex* : unde potest dici : *Ex mane fit dies*; et quod area procedit ex artifice; nunquam dicitur, *De artifice*: *Unde per hoc quod dicit De,* denotat² quod de corpore Beatae Virginis formatum est corpus Christi. Gal. iv, 4 : *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Ille cavendus est error Nestorii, qui duas in Christo personas posuit; et ideo non concedit Deum natum vel passum; nec alia quæ sunt Dei, ut esse³ ab aeterno, vel creasse stellas, attribuit homini. Unde in quadam sua epistola accipit istam auctoritatem ad confirmationem sui erroris : *De qua natus est Jesus.* Non dicit Deus, sed *Jesus* : quod est nomen hominis, et *Christus*. Sed secundum hoc nulla esset unio in Christo, nec Christus diceretur unus.

Unde nota, quod in Christo, quia fit unio duarum naturarum in una persona, fit communicatio idiomatum, ut illa quæ sunt Dei attribuantur homini, et e converso. Et potest poniri exemplum quæcumque de duobus⁴ accidentibus in subjecto, sicut pomum dicitur album et saporosum. Et quantum ad saporosum dicitur album, ratione qua pomum est album, et e converso.

Qui vocatur Christus. Nota. Simpliciter dicitur Christus sine additione, ad determinandum quod oleo invisibili unctus est, non materiali, sicut reges vel prophetae in lege. Psal. xliv, 3 : *Unit te Deus, Deus tuus, oleo letitiae pœ consortibus tuis.*

Omnis ergo generationes. Posita gene-

ratione Christi, hic concludit numerum generationum. Et dividit eas per tres quaterdenarios. Primus quaterdenarius est ab Abraham usque ad David inclusive, ut scilicet David numeretur in illo primo quaterdenario; et hoc est, *Omnis ergo generationes*. Secundus quaterdenarius protenditur a David exclusive, ita scilicet quod ipse David non numeretur, sed incipiatur a Salomone, et terminatur ad transmigrationem Babylonis; et hoc est : *Et a David usque ad transmigrationem Babylonis*. Tertius incipit a transmigratione Babylonis, et terminatur in Christum; ita quod Christus sit quaterdenarius.

Sed queritur quare Evangelista ita diligenter et attente distinxit generationem Christi per tres quaterdenarios.

Chrysostomus assignat rationem : quia in istis tribus quaterdenariis semper facta est aliqua mutatio in populo Israel. In primo enim quaterdenario fuerunt sub ducibus; in secundo sub regibus, in tertio sub Pontificibus. Et ipse Christus est Dux est Rex et Pontifex. Isa. xxxii, 22 : *Dominus Iudez noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster*. Et de ejus Sacerdotio dicitur in Psal. cix, 4 : *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*. Aliam rationem assignat ipse, ut scilicet ostenderetur necessitas adventus Christi. In primo enim quaterdenario petierunt regem contra voluntatem Dei, et legem transgressi sunt; in secundo autem propter peccata sua ducti sunt in captivitatem; sed in tertio per Christum ab omni culpa et miseria et servitute peccati spirituali liberamur. Hieronymus tertiam assignat rationem : quia per istos signantur tria tempora, quibus omnium hominum vita ducitur. Per primum enim quaterdenarium signatur tempus ante legem, quia in illo ponuntur aliqui patres qui fuerunt ante legem; per secundum, tempus sub lege, quia omnes illi qui ponuntur sunt sub lege; per tertium autem, tempus gratiae, quia terminatur ad Christum, per quem scilicet *gratia et veritas facta est* : Joan. i, 17. Congruit etiam ista distinctio

mysterio, quia quaterdenarius est numerus compositus ex quatuor et decem. Per decem ergo, vetus intelligitur testamentum, quod datum est in decem mandatis: per quatuor autem, Evangelium, quod in quatuor libris distinguitur. Tres autem quaterdenarii designant fidem Trinitatis. Unde per hoc quod Matthaeus genealogiam in tres quaterdenarios dividit, designatur quod per novum et vetus testamentum in fide Trinitatis pervenitur ad Christum. De numero autem generationum est duplex opinio. Secundum enim Hieronymum, qui dicit quod aliud est Jechonias in fine primi quaterdenarii et in principio secundi, sunt xlii generationes : tot enim faciunt quaterdenarii tres. Sed, secundum Augustinum, non sunt nisi xli, et quod Christus sit ille unus; et hoc competit mysterio. Quadrageparnarius enim numerus consurgit ex ductu quatuor in decem, et e converso : secundum autem Platonicos, quatuor est numerus corporum : corpus enim componitur ex quatuor elementis. Decem autem est numerus qui consurgit ex aggre-gatione numerorum linealium : unus enim, duo, tres et quatuor faciunt decem. Et quia Matthaeus intendit declarare quomodo Christus linealiter descendit ad nos, ideo per xl generationes venit ad nos Christus. Lucas autem qui intendit in Christo commendare sacerdotalem dignitatem, cui competit expiatio peccatorum : infra xviii, 22 : *Non dico tibi usque septies, sed usque septuages septies, etc.*, ponit generationes lxxvii. Consurgit enim iste numerus ex ductu septem in undecim : septies enim 11 sunt lxxvii. Per xi ergo intelligitur transgressio decalogi; per septem autem septiformis gratia, per quam fit remissio peccatorum. Quod autem, secundum Hieronymum, sunt xlii generationes, etiam non vacat a mysterio, quia per illas duas intelliguntur duo precepta caritatis, vel duo testamenta, novum et vetus.

Christi autem generatio sic erat. Posita genealogia Christi in generali, hic describitur generatio ejus in speciali. Et dividitur in tres partes. Primo ponit

quemdam¹ titulum! secundo Evangelista describit generationis modum, ibi, *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Joseph;* tertio probat generationis modum, ibi, *Joseph autem vir ejus.* Dicit ergo, *Christi autem.* Hoc dupliciter legitur: secundum

Chrysostomum enim, est quasi quidam prologus dicendorum; sed secundum Remigium, est quidam epilogus dictorum². Primo modo legitur sic: Ita dictum est de genealogia Christi, quomodo Abraham genuit Isaac etc. per carnalem admixtionem. *Sed Christi generatio sic erat:* supple, sicut dicitur in sequentibus. Secundo modo legitur sic, ut sit epilogus praecedentium: Ita Abraham etc., usque ad Christum. *Christi autem generatio sic erat:* supple, ut ab Abraham per David et alios protenderetur ad Christum.

Consequenter describit generationis modum, et primo describit personam generantem, cum dicit: *Cum esset desponsata;* secundo ipsam Christi generantem, cum dicit: *Antequam convenient, inventa est in utero habens;* tertio generationis auctorem. *De Spiritu sancto.* Personam generantem describit a tribus. Primo a conditione, cum dicit, *Desponsata Joseph;* secundo a dignitate, *Mater ejus;* tertio a proprio nomine, *Maria.* Dicit ergo: *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Joseph.*

Sed hic statim oritur quaestio. Cum Christus voluerit nasci de virginie, quare voluit matrem suam despansari?

Ratio, secundum Hieronymum, triplex assignatur. Prima est ut credibilius esset testimonium virginitatis³ ejus. Si enim non fuisset desponsata, et diceret se esse virginem cum esset impragnata, non videretur ob aliud dicere nisi ut celaret crimen adulterii. Sed cum desponsata erat, non habebat necesse mentiri. Et ideo magis esset credendum ei. Psal. cxvi, 5: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Alia ratio est ut haberet prasidium viri, sive cum fugeret in Aegyptum, sive cum inde rediret. Tertia⁴ fuit ut partus ejus diabolo celaretur, ne scili-

cet, si ipse sciret, impediret passionem ejus, et fructum nostræ redemptionis. I Cor. ii, 8: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Expouititur de diabolo; idest, non crucifigi permisisset.

Sed contra. Diabolus numquid non cognoscit an ista est virgo? Virginitas enim ejus erat in carne non corrupta: ergo diabolus potuit scire eam esse virginem.

Sed dicendum, secundum Ambrosium, Sup. Luc. lib. ii, n. 3, qui etiam istam rationem assignat, quod diaboli possunt aliqua subtilitate naturæ, quæ tamen non possunt nisi divina permissione. Unde diabolus ejus virginitatem cognosceret, nisi a diligenti consideratione divinitus fuisset prohibitus. Secundum Ambrosium Ubi Sup. n. 1, assignatur triplex ratio. Prima est propter honorem matris Domini conservandum. Maluit Dominus de ore suo homines dubitare quam de pudicitia matris: et ideo voluit eam despansari ut tolleretur suspicio adulterii. Ipse enim venerat legem adimplere, non solvere. Matth. v, 17: *Non veni solevere, sed adimplere.* Exod. xxu, 12, dicitur: *Honora patrem tuum et matrem tuam.* Alia ratio est ut virginibus notatis de anteriori auferretur excusatio. Si enim mater Domini non fuisset desponsata, et tamen gravida, posset similiter se per eam excusare. Psal. cxi, 4: *Non declinas cor meum in verba maliarum, ad excusandas excusationes in peccatis.* Tertia ratio, Ubi sup. n. 7, quia Christus Ecclesiam sibi despansavit, que virgo est. II Cor. ii, 2: *Despondi enim eos.* Et ideo de virginie despontata nasci voluit in signum quod Ecclesiam sibi despansavit⁵.

Cum ergo esset desponsata. Sed cui? Joseph. Secundum Chrysostomum, Joseph fuit faber lignarius; et signat Christum qui per lignum, erueis omnia restauravit, celestia etc.⁶

Mater ejus, idest Dei. Hic ostenditur ejus dignitas. Nulli enim creatura hoc concessum est, nec homini, nec Angelo, ut esset pater aut mater Dei; sed hoc fuit

¹ Al. : « quidem. » — ² Al. : « dicendorum. »

³ Al. : « virginitas. » — ⁴ Al. : « tertio. »

⁵ Al. : « ecclesiam despansavit. »

⁶ Al. : « celo etc. »

privilegium gratiae singularis, ut non solum hominis, sed Dei mater fieret : et ideo in Apoc. xii, 1, dicitur : *Mulier amicta sole, quasi tota repleta dicinitate.* Quod negavit Nestorius : et hor quia divinitas non fuit accepta a virgine. Contra quem Ignatius martyr pulchro exemplo utitur ad ostendendum quod fuit mater Dei. Constat, inquit, quod in generatione hominum communium mulier dicitur mater; et tamen mulier non dat animam rationalem, quæ a Deo est, sed ministrat substantiam ad corporis formationem. Sic igitur mulier dicitur mater totius hominis, quia id quod sumptum est de ea unitur animæ rationali. Similiter cum humanitas Christi sumpta sit de Beata Virgine, propter unionem ad divinitatem dicitur¹ Beata Virgo non solum mater hominis, sed etiam Dei; quamvis ab ipsa non sumatur divinitas : sicut nec in aliis anima rationalis sumitur a matre.

Maria, proprium nomen : interpretatur maris stella vel illuminatrix, et suo sermone domina : unde in Apoc. xii, 1, describitur luna sub pedibus ejus.²

Antequam convenienter etc. Hic objicit Elvidius : si antequam convenienter ! ergo aliquando convenerunt. Unde iste negavit virginitatem matris Christi. Non ante partum, nec in partu; sed post partum dicit quod fuit cognita a viro.

Et respondet Hieronymus, quod sine dubio hoc quod dicitur *Antequam*, semper importat ordinem ad futurum. Sed hoc potest esse dupliceiter : vel secundum rationem, vel secundum intellectus acceptionem. Si enim dicatur : Antequam comedarem in portu Romæ, navigavi³ ad Africam; non est intelligendum quod postquam navigarim ad Africam, comederim; sed quia proposueram comedere, et præventus navigatione nou comediri. Ita est hic : non est ita intelligendum quod postea realiter convenienter, sicut dicit impius ille; sed quia ex hoc ipso quod sibi desponsata erat secundum communem opinionem, licet eis aliquando convenire, quamvis nunquam convenienter⁴. Remigius aliter exponit, ut intelli-

gatur de solemnis celebrationibus nuptiarum. Ante enim erat, et siebat per aliquos dies desponsatio, et interim sponsa non erat sub custodia viri; postea autem siebat solemnis celebratio nuptiarum, et tunc traducabatur ad dominum viri. De his nuptiis loquitur⁵ Evangelista hic; et secundum hoc non habet locum objectio Elvidii. Nota proprietatem verbi. Proprie enim illud inventum dicitur, de quo non sperabatur nec petabatur; et Joseph tamen habebat opinionem de pudicitia Marie, quod præter estimationem ejus fuit quod invenit eam gravidam.

In utero habens : supple, ab ipso Joseph, qui sicut dicit Hieronymus, maritali licentia pene omnia secreta ejus rimabatur.

De Spiritu sancto. Illic tangitur auctor conceptionis. Hoc autem legendum est divisim ab illo praecedenti. Nou enim legendum est aut intelligendum quod Joseph invenerit eam habentem in utero de Spiritu sancto; sed solum quod inventit eam gravidam. Et ne oriretur auditoribus interim suspicio adulterii, addidit, *De Spiritu sancto*, id est de virtute Spiritus sancti, non de substantia, ne filius Spiritus sancti credatur. Luc. i, 35 : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quamvis autem, secundum Augustinum, indivisibilis sint opera Trinitatis, et ideo ipsum conceptionem non solum Spiritus sanctus, sed etiam Pater et Filius operari sint; tamecum per quamdam appropriacionem Spiritui sancto attribuitur : et hoc tribus rationibus. Prima ratio est, quia Spiritus sanctus amor est. Hoc autem fuit signum maximi amoris, quod Deus filium suum incarnari voluerit. Joan. iii, 16 : *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret.* Secunda, quia Spiritui sancto attribuitur gratia. I Cor. xii, 4 : *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.* Et hoc⁶ fuit maxima gratia. Tertia ratio assignatur in gestis Nicæni Concilii; et est quod in nobis est duplex verbum : verbum cordis, et verbum vocis. Verbum cordis est ipsa concepcionis intellectus, quæ occulta est homini.

¹ Al. : « dicetur. » — ² Al. : « naviganti. »

³ Al. : « convenienter. » — ⁴ Al. : « sequitur. »

⁵ Al. : « et fuit. »

nibus, nisi quatenus per vocem exprimitur, sive per verbum vocis. Verbo autem cordis comparatur Verbum aeternum, ante incarnationem, quando erat apud Patrem, et nobis absconditum; sed verbo vocis comparatur Verbum incarnatum quod jam nobis apparuit, et manifestum est. Verbum autem cordis non conjungitur voci nisi mediante spiritu; et ideo recte incarnatione Verbi, per quam nobis visibile¹ apparuit, mediante Spiritu sancto facta est.

Nota hic qualiter rationes quare Christus de virginie nasci voluit. Quarum prima fuit quia² peccatum originale contrahitur in prole ex commixtione viri et mulieris: unde si Christus natus fuisset de concubitu conjugali, peccatum originale contraxisset: hoc autem esset inconveniens, cum ipse ad hoc venisset in mundum ut peccata nostra tolleret: unde peccati contagione infici non debuit. Secunda, quia Christus praeipius fuit doctor castitatis. Infra xix, 42: *Sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum cōdorūm.* Tertia propter puritatem et munditiam. *In malerolam animam non introibit sapientia:* Sap. 1, 4. Unde dicit ut venter matris ejus nulla corruptione pollueretur. Quarta propter proprietatem verbi: quia sicut verbum sine corruptione cordis emanat a corde, ita Christus de virginie nasci voluit et debuit sine corruptione.

Joseph autem vir ejus cum esset justus. Postquam posuit generationis modum, hic confirmat ipsum per testimonium. Cum enim supra dixerit Evangelista, quod mater Iesu inventa est in utero habens, et quod hoc erat de Spiritu sancto, possit aliquis credere quod Evangelista hoc apposuisse ob gratiam Magistri; ideo hic Evangelista confirmat generationis modum supradictum. Et primo praenuntiatione prophethica: *Hoc autem factum est;* secundo revelatione angelica, ibi, *Exurgeus autem Joseph.* In prima parte sunt tria. Primo introducitur persona cui facta est revelatio; secundo persona revelans ibi, *Hoc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini appa-*

rūt; tertio ponuntur verba revelationis, ibi, *Joseph filii David.* Persona autem cui sit revelatio commendatur ex duobus: scilicet ex hoc quod est justus; et ideo non mentiretur: secundo ex hoc quod sponsus, sive vir; et ideo crimen in ea non pateretur. Proverb. vi, 34: *Zelus et furor viri non parcat in die vindictæ.* Dicit ergo ita: *Inventus est a Joseph habens in utero. Sed Joseph vir ejus, cum esset justus et nollet eam traducere.* Ille est duplex sanctorum sententia, Hieronymi videlicet et Augustini. Augustinus enim vult quod Joseph qui non erat praesens quando facta est annuntiatio angelica, rediens, et iuveniens eam gravidam, habuit suspicionem adulterii.

Sed tunc statim oritur questio. Quomodo justus erat, si eam quam suspectam habebat de adulterio, nolebat traducere, idest crimen ipsius propalare? In hoc enim videbatur ei in peccato consentire; et Rom. 1, 32, dicitur, quod *non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiant facientibus digni sunt morte.*

Sed ad hoc est triplex responsio. Prima est secundum Chrysostomum, quod duplex est justitia. Una enim est justitia qua: est virtus cardinalis, quae dicitur justitia specialis; alia est justitia legalis, quae includit omnem virtutem et pietatem et clementiam et huiusmodi. Quando ergo dicitur quod Joseph justus erat, intelligendum est de justitia generali, ut justitia accipiatur pro pietate. Unde quia justus erat, idest pius, noluit eam traducere. Alia est responsio Augustini, qui dicit, quod duplex est peccatum: scilicet peccatum occultum et peccatum manifestum: peccatum enim occultum non est publice argendum, sed alter est ei regne immi adhibendum. Suspicio ergo adulterii, quam habuit Joseph, erat suspicio peccati occulti, et non manifesti: quia ipse solus sciebat: et iterum si alii scirent eam gravidam, non possent opinari nisi quod de ipso esset; et ideo crimen ejus non debuissest propalasse. Tertia vero responsio est Rahani, quod etiam Joseph justus fuit et pius. In hoc enim quod pius, non voluit crimen propalare;

¹ Al. : « visibilis »

² Al. : « quia »

sed in hoc quod voluit eam dimittere, apparet justus. Sciebat enim quod qui tenet adulteriam, stultus et insipiens est: ut dicitur Proverbi. xviii, 22. Secundum autem Hieronymum et Origensem, non habuit suspicionem adulterii. Noverat enim Joseph pudicitiam Marie: legerat in Scriptura quod virgo concepiet, Isa. vii; et cap. xi, 1: *Egregieatur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet etc.* Noverat etiam Mariam de David generatione descendisse. Unde facilius credebat hoc in ea impletum esse, quam ipsam fornicatam fuisse. Et ideo indignum reputans se tanta coabitare sanctitati, voluit occulte dimittere eam, sicut Petrus dixit; *Exi a me Domine, quia homo peccator sum:* Luc. v, 8. Unde nolebat eam traducere, idest ad se ducere, et in conjugem accipere, se indignum reputans: vel, secundum aliorum sententiam, ignorans finem, ne tanquam reus haberetur, si celaret, et secum eam teneret.

Hac autem eo cogitante. Hic persona revelans introducitur, et tanguntur tria. Primo enim tangitur tempus; secundo persona revelans introducebitur, *Ecce Angelus;* tertio revelationis modus exprimitur: *Apparuit in sonnis Joseph.* Dicit ergo: *Hac autem eo cogitante,* idest dum ista secum in mente revolvet, *ecce Angelus Domini apparuit.* Nota quod duo commandantur hic de Joseph'; scilicet sapientia, et clementia. Sapientia quidem in hoc quod ipse antequam ageret deliberavit. Proverbi. iv, 23: *Palpebra tuæ præcedant gressus tuos;* hoc est, nihil facias sine iudicio et deliberatione rationis. Item clementia sive pietas in hoc quod factum ejus non propalavit, vel promulgavit: contra multos qui statim illud quod habent in corde volunt exteriorius publicare. Proverb. xxv, 28: *Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohíbere spíritum suum.* Et ideo mernit instrui, sive consolari: unde sequitur: *Ecce Angelus Domini apparuit;* quasi, in promptu sit adjutorium Dei: Psal. ix, 10: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.*

Psalm. iiii, 6: *Ecce enim Deus adjuvat me, et Dominus susceptor est animæ meæ.*

Angelus Domini: nihil enim melius potuit excusare quam ille qui consuebat virginitatis servatorem: unde ille idem Angelus qui missus est ad Mariam, Luc. i, creditur missus ad Joseph. Psalm. xxxiii, 8: *Immitit Angelus Domini in circuitu timoribus eum;*¹ scilicet Maria et Joseph, ut ipsam liberaret ab infamia, et Joseph in perturbatione non dimitteret.

Sed hic queritur quare non a principio facta est Joseph revelatio, anteqnam ita perturbaretur. Item quare Maria ei non revelavit annuntiationem angelicam qua sibi facta fuerat?

Et dicendum ad primum, quod hoc foret ut testimonium ejus esset credibilis. Sicut enim Dominus Thomam Apostolum permisit dubitare de sua resurrectione, ut scilicet dubitans palparet, et palpans crederet, et credendo infidelitas in nobis vulnus amoveret; sic permisit Dominus Joseph de pudicitia Mariæ dubitare, ut dubitans revelationem angelicam acciperet, et accipiendo firmius crederet. Ad hoc quod queritur secundo, dicendum, quod si Maria ei dixisset, ipse non credidisset.

Apparuit ei in sonnis. Ecce modus revelationis. Nota quod apparere proprie est illius rei quae de natura sua est invisibilis, tamen in potestate sua est ut videatur; sicut est Dens, vel Angelus. Illa enim quae de sui natura habent ut videantur, proprie apparere non dicuntur. Unde dicitur apparatio divina, vel angelica: unde proprie loquitur: *Apparuit in sonnis.*

Sed hic queritur quare in somnis. Ratio redditur in *Glossa*, quia Joseph quodammodo dubitans erat: unde quasi quodammodo dormiebat: ideo recte in somnis dicitur Angelus apparuisse ei. Alia ratio potest assignari melior. Sicut enim dicit Apostolus, I Cor. xiv, 22, *Prophetia data est fidelibus, signa autem infidelibus.* Proprie autem revelatio quae dicitur prophetica fit in somnis. Num

¹ AL: « a Joseph » — ² Parm.: « Ambrosii. »

² AL: « etiam. »

xii, 6 : *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.* Et ideo quia Joseph justus erat et fidelis, ipsi tanquam fidi delubri fieri apparitio qua competit credentibus, scilicet revelatio quasi prophetica. Quia vero apparitio corporalis est miraculosa, talis apparitio sibi non competit, cum ipse crederet, et esset fidelis.

Sed tunc queritur quare Mariae facta est visibilis apparitio, cum ipsa esset fidelissima.

Et dicendum est, quod mysterium Incarnationis a principio revelatum est Virgini Mariae, quando difficilius erat ad credendum; et ideo oportuit quod sibi fieret apparitio visibilis: ipsi vero Joseph non est revelatum a principio, sed magis quando jam pro magna parte erat impletum, cum jam videret alvum ejus intumescere: unde facilis poterat credere, et ideo sufficiebat sibi apparitio qua sit in somnis.

Joseph filii David. Hic revelationis verba ponuntur. Et dividitur in tres partes, secundum tria quae facit Angelus. Primo enim Mariae et Joseph prohibet divorcium: secundo incarnationis aperit mysterium, cum dicit, *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est;* tertio ipsis Joseph futurum praeannuntiat obsequium, quod scilicet puer exhibebat, ibi, *Parvit autem filium.* Dicit igitur, *Joseph.* Vocat eum ut reddat eum attentum ad audiendum, et ut revocet eum ad seipsum. Hoc commune est in Scriptura, quod scilicet quando praemittitur apparitio qua est de superiori, requirit in auditore quamdam mentis elevationem et attentionem. Ezech. ii, 4 : *Fili hominis stu super pedes tuos, et loquar tecum.* Et infra 8 : *Fili hominis, audi quaecumque loquor ad te, et noli esse exasperans.* Habac. ii, 1. *Super custodiam meam stabo. Fili David.* Ideo genus exprimit ut avertat illud quod dicitur Isa. vii, 13 : *Audite domus David: numquid parum est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo?* etc. Signum enim datum fuit non una personae, sed toti tribui sive domini: unde quia de hoc debebat eum instruere, jubetur in expressione generis sui, vali-

cium prophetae ad memoriam reducere. *Noli timere,* Omnis apparitio, sive sit boni vel mali Angeli, timorem quemdam incurrit; et hoc quia talis apparitio est inconsueta, et quasi extranea natura hominis; et ideo ponit hominem quasi extra se. Sed in hoc est differentia: quia apparitio mali Angeli terrorem incurrit, et in ipso terrore hominem dimittit, ut scilicet hominem quasi extra se positum facilis pertrahat ad peccatum; sed boni Angeli apparitio, quamvis terrore incurrit, tamen statim subditur conclusio, et assecutio consolationis, ut scilicet homo ad se redeat, et quae sibi dicuntur adverterat. Unde Luc. i, ubi diecitur quod apparuit Angelus Zachariae, statim sequitur v, 13 : *Ne timeas Zacharia:* et similiter in codem v, 30 : *Ne timeas Maria.* Undo post apparitionem factam Joseph, statim subditur consolatio. Duplarem habebat iste timorem, scilicet Dei, et etiam peccati, ne scilicet Mariae cohabitando peccaret tanquam concius peccati; et ideo, *Ne timeas, subditur, scilicet metu peccati, accipere Mariam conjugem tuam.* Nota, quod conjux dicitur, non propter matrimonium, sed propter sponsationem. Consuetudo enim est Scripture et sponsas vocare conjuges, et conjuges sponsas.

Sed queritur quomodo jubet eam accipere, cum eam nondum dimisisset. Et dicendum, quod licet eam corporaliter non diisset, tamen in animo eam dimiserat: et ideo jubetur eam accipere. Vel *ne timeas accipere,* quantum ad solemnitatem, et mihiarum celebracionem.

Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Hic aperit incarnationis mysterium: et nota, quod cum tria ibi fuerint, scilicet ipsa virgo concepiens, Filius Dei conceptus, et virtus activa Spiritus sancti; duo bene exprimit Angelus, scilicet concipientem, et conceptionis auctorem; sed tertium ipsum Dei Filium conceptionem, non exprimit nisi indefinite: *Quod enim, inquit, in ea natum est.* Et hoc ut denotetur quod ipsum est ineffabile, et incomprehensibile, non solum homini, sed etiam ipsis Angelis. *Quod enim, inquit, in ea natum est:* non dicit,

De ea, quia nasci de matre est in linea prodire : in matre nasci est ipsum concepi. *De Spiritu sancto est.* Hoc est ergo testimonium angelicum, quod inducit Evangelista ad probandum quod supra dixerat : *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto.*

Nota, quod in conceptione aliarum mulierum, in semine viri est virtus formativa, enjus subjectum est semen : et per hanc virtutem formatur fetus, et vegetatur in corpore mulieris. Hanc autem supplevit virtus Spiritus sancti ; et ideo aliquando invenitur dictum a sanctis, quod Spiritus sanctus fuit ibi pro semine : aliquando tamen dicitur, quod non fuit ibi semen. Et hec est quod in semine viri sunt duo ; scilicet ipsa corpulenta substantia, qua descendit a corpore viri, et ipsa formativa virtus. Dicendum ergo quod Spiritus sanctus fuit pro semine quantum ad virtutem formativam : sed non fuit ibi pro semine quantum ad corpulentam substantiam : quia non de substantia Spiritus sancti facta est caro Christi, vel conceptio ejus : et ideo patet quod Spiritus sanctus non potest dici pater Christi, quia nec secundum divinam naturam nec secundum humanam. Secundum divinam naturam quidem, quia quamvis Christus sit ejusdem gloriae cum Spiritu sancto, Filius tamen secundum divinam naturam nihil accipit¹ a Spiritu sancto ; et ideo non potest dici filius ejus : filius enim aliquid accipit a patre. Similiter nec secundum humanam, quia pater et filius debent convenire in substantia : Christus autem quamvis sit conceptus virtute Spiritus sancti, non tamen de substantia Spiritus sancti.

Sed contra hoc quod dicitur, *De spiritu sancto*, est quod Prov. ix, 1, dicitur quod *sapientia edificavit sibi donum*. Ergo videtur quod ipsam divina sapientia, id est dei Filius, sibi humanam naturam univit ; et ita non est facta virtus Spiritus sancti.

Sed duplex est responsio, secundum Augustinum. Prima, quod verbum illud

quod scribitur Proverb. ix, intelligitur de Ecclesia, quam Christus in sanguine suo fundavit. Alia est quod indivisa sunt opera Trinitatis : et ideo illud quod facit Filius, facit etiam Spiritus sanctus ; sed tamen per quamdam appropriationem attribuitur Spiritui sancto. Et ratio hujus dicta fuit superioris.

Pariet autem filium. Hic praenuntiat obsequium, quod exhibebit Joseph puero jam nato : et facit tria. Primo enim praenuntiat Virginis partum ; secundo praemonstrat obsequium ab ipso Joseph puero exhibendum, cum dicit, *Et vocabis nomen* ; tertio aperit nomen impositum ipsi puero², cum dicit, *Jesum*. Dicit ergo, *Pariet* : ita concepit de Spiritu sancto quidem primo ; sed *pariet filium* : non dicit, Tibi, quia ipse puerum non genuit. Lue. i, 13, Dicendum est Zacharias : *Uxor tua pariet tibi filium* : quia ipsum Zacharias genuit. Vel ideo non dicit, Tibi, ut ostendatur quod pro omnibus natus est : non solim tibi vel ipsi pariet filium, sed toti mundo. Lue. ii : *Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus in cœitate David etc.* Sed quia Joseph posset dicere : Ita concepit ipsa de Spiritu sancto³ et pariet filium ; quid ergo ad me ? in nullo sum ei necessarius : ideo subdit ipsius Joseph obsequium. *Vocabis nomen ejus.* Consuetudo erat apud Hebreos, et est hodie, quod die octavo circumeidebant puerum, et tunc imponebant ei nomen ; et hoc factum est per Joseph : unde in hoc opere minister fuit. Unde dicitur ei : *Vocabis* : non dicitur, Impones, quia jam est sibi impositum. Isa. lxii, 2 ; *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Jesum*, Hoc est nomen a Deo impositum. Et reddit causam : *Ipsa enim salutem faciet populum suum*, quem sibi acquisivit sanguine suo, hoc est populum ejus. Dan. ix, 26, dicitur : *Noe erit populus ejus qui est cum negaturus*. Unde est populus Domini per fidem. I Petr. ii, 9 : *Vos estis genus, electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. A precatis*

¹ Al. : « accepit. »

² Al. : « quidem. »

³ Al. : « tertio ipsi puero aperit nomen impositum. »

eorum. In libro *Judicium* frequenter dicitur, quod talis vel talis salvavit *Israel*: sed a quibus? ab inimicis carnalibus. Ille autem *a peccatis*, remittendo peccata, quod soli *Deo* competit. *Luc. v. 24*: *Ut autem scias quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.*

Nota, quod hic confunditur Nestorius, qui dicebat, quod illa quae Dei sunt, ut esse ab aeterno, esse omnipotens, vel hujusmodi, non convenient illi homini. Ecce quod ille idem homo qui natus est de virgine, qui vocatur *Jesus*, *ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Unde cum peccata dimittere non possit nisi solus *Deus*, oportet dicere quod iste homo sit *Deus*, et quod ea quae Dei sunt, ei verissime convenient.

3. Præmisserat Evangelista, quod mater *Dei* inventa est in utero habens de Spiritu sancto, et hoc supra probavit per angelicam revelationem; hic probat per prophetæ prænuntiationem: unde dicit: *Hoc totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam.* Et sciendum, quod ista particula dupliciter potest introduci hie. Chrysostomus enim vult quod totum hoc dixerit *Angelus*, et prophetiam introduxerit. Et ratio est, quia ipse, ne quod prænuntiabat videretur novum, subito voluit ostendere quod ab antiquo prænuntiatum erat. *Isa. xliii, 3*: *Qui fecit jam quod futurum est*; Secundum aliam translationem. Alii dicunt et credo melius quod istud, scilicet *Hoc totum factum est etc.* sunt verba Evangelista: nam ibi terminantur verba *Angeli*: *Et ipse salvum faciet etc.* Et inducit ea Evangelista propter tria. Primo ut ostendat quod *vetus Testamentum* est de Christo. *Act. x, 45*: *Huius omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.* Secundo ut facilius Christo credant. *Joan. v, 46*: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit.* Tertio ad ostendendum conformitatem veteris et novi Testamenti. *Col. ii, 17*: *Quar sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.* Sed ad hoc quod sciatur quid in ista propheta continetur, sciendum quod tria annuntiat *Angelus*.

Primo enim dixit: *Quod in ea natum est etc.* secundo, *Pariet filium*; tertio, *Vocabitur nomen ejus Jesus*, ista per ordinem in prophetia continentur. Et primum probat quod dicit, *Ecce virgo*; secundo, *Pariet autem*; tertio, *Et vocabitur*. Ergo de Spiritu sancto erat quod per virginitatem concepit. Et hoc est quod dicitur in prophetia: *Ecce virgo concipiet*. *Isa. xxxv, 2*: *Germinans germinabit, et exultabit letabunda et laudans etc.* Item *virgo pariet filium*, quia in pariendo, in nullo læsa est virginitas. *Isa. xi, 1*: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet etc.* Christus quidem flos est: ergo in nullo læsa est virginitas. Sequitur: *Et vocabitur nomen ejus Emmanuel.*

Sed queritur quaro non consonat hoc cum verbis Angeli, dicendo, *Et vocabitur Jesus?*

Dicendum, quod ista reprobmissio facta fuit Judais qui ex adventu Christi salutem haberent, Et Jesus salvator interpretatur, quod idem est quod *Emmanuel*, nobiscum *Deus*. Est enim Deus nobiscum quatuor modis. Per naturæ assumptionem. *Jo. i, 14*: *Verbum caro factum est.* Per naturæ conformitatem, quia in omnibus similis. *Phil. ii, 4*: *In similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.* Per conversationem corporalem. *Bar. iii. 38*: *Post hoc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Per spiritualem conversationem. Infra, ult., 20; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.*

Sed quarrendam circa litteram, cur Evangelista non utitur eisdem verbis eum propheta, sed utitur nomine *Iesu*.

Sed dicendum, quod eodem spiritu loquebatur. Tamen Hieronymus dicit, quod ideo Evangelista dixit, *Habebit*, quia iam de facto loquebatur.

Hem quarrendum cur in *Isaia* dicitur, *Et vocabitur*: hic autem dicitur, *Et vocabatur*. Sed Hieronymus dicit, quod hic dicitur, *Vocabatur*, quia quod primo Angelii vocaverunt annuntiando. *Luc. ii*, postea Apostoli vocaverunt prædicando et magnificando; *ut in nomine Jesu omne genitum flectatur*: *Phil. ii, 10*.

Quod est interpretatum Nobiscum Deus. Sed queritur quis apposuit hanc interpretationem prophetiae, *Nobiscum Deus;* propheta, an Evangelista. Et videtur quod non Evangelista, quia hoc non indignit, quia scripsit in Hebreo.

Sed dicendum uno modo, quia Emmanuel est nomen compositum, ideo Evangelista illud etiam in Hebreo interpretatus est. Vel dicendum, quod ille qui primo transtulit de Hebreo interpretatus est.

Et notandum, quod in *Glossa* dicitur quod triplex est species prophetiae: scilicet prædestinationis, præscientie, et comminationis: et differentur. Prophetia enim dicitur prænuntiatio eorum quae sunt proœcul, idest futurorum. Sed futurorum quadam sunt quae solus Deus facit: quadam vero, et si Deus facit, tamen sunt per nos, et per alias etiam creaturas; quadam autem sunt quae nullo modo Deus facit, ut mala. Prænuntiatio illorum quae solus Deus facil, vocatur propheta prædestinationis, sicut conceptus Virginis: unde illud Isa. vii, 14: *Ecce virgo concipiet*, est propheta prædestinationis. Sed ea quae sunt a causa secundis possunt dupliciter considerari. Primo secundum quod sunt in præscientia Dei: verbi gratia de Lazaro. Si enim aliquis consideret causas naturales, dicet quod nunquam sugeret, et verum dicere; cum tamen deberet resuscitari secundum ordinem divinae præscientiae. Ergo quando propheta est prænuntiatio, secundum quod est in præscientia divina, semper impletur; quando autem secundum ordinem causarum inferiorum, non semper, sicut patet Isa. xxxviii, 4, quando Isaia ad Ezechiam dixit: *Dispone domui tuæ, quoniam morieris tu, et non vives etc.*

Sed numquid propheta imponit necessitatem præscientie? Et dicendum quod non, quia propheta est quoddam signum divinae præscientie, quae non imponit necessitatem rebus præscitis, quia considerat futura in sua præsentialitate. Quidquid enim agitur est Deo præsens, quia ejus intuitus se extendit ad omno

tempus. Si enim video aliquid præsens, non imponit necessitatem mens intuitus, sicut quando aliquem sedere video. Et hoc modo istas prophetias que in isto libro inducuntur intelleximus. Considerandum est enim tres errores fuisse. Unus Manichaorum dicendum, quod in toto veteri Testamento non invenitur propheta de Christo: et quicquid inductum est in novo Testamento de veteri, totum est ex corruptione, Contra quod Rom. i, 1: *Paulus servus Christi vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis.* Et quod loquitur de Iudaeorum prophetiis, patet infra ix, 5: *Quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem etc.* Alius fuit Theodori dicentis, quod nihil eorum quae inducuntur de veteri Testamento, sunt ad litteram de Christo, sed sunt adaptata, sicut quando inducunt illud Virgilii: *Talia pendebat memorans, fixusque manebat:* hoc enim adaptatum est de Christo. Et tune illud, *Ut adimpleretur*, debet sic exponi, quasi diceret Evangelista: Et hoc potest adaptari. Contra quod Luc. ult., 44: *Oportet impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me.* Et sciendum quod in veteri Testamento aliqua sunt quae referuntur ad Christum; et de eo solo dicuntur; sicut illud: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium.* Isa. vii, 14: Et illud Psal. xxi, 2: *Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* etc. Et si quis alium sesum litteralem poneret, esset hereticus, et heres damnata est. Sed quia non solum verba veteris Testamenti, sed etiam facta significant de Christo, aliquando dicuntur aliqua ad litteram de aliis; sed referuntur ad Christum, inquantum illa gerunt figuram Christi: sicut de Salomone dicitur Psal. lxxi, 8: *Et dominabitur a mari usque ad mare etc.* Hoc enim non fuit implementum in eo. Tertius error fuit Judaeorum.

Sciendum autem quod Iudaï specialiter objiciunt contra istam auctoritatem, quia in Hebreo non habetur *Virgo*, sed

¹ AL. : « pendebant. »

Alma, quod idem est quod adolescentula. Unde ad litteram non sunt dicta de Christo, sed de Emmanuel, vel de quodam filio Isaiae secundum alios.

Sed contra hos objicit Hieronymus. Et quod de filio Isaiae non potuerit dici, probatur, quia jam erat natus, quando hoc dictum fuit. Item non invenitur aliquis famosus fuisse tempore illo, qui vocaretur Emmanuel. Item non est signum quod juvencula pariat. Unde dicit Hieronymus, quod alma est equivocum, et significat quandoque aetatem, quandoque absconditam; et tunc significat virginem studiose conservatam; et sic significat hic.

Item objiciunt Judaei quod illud datum fuit ut signum, Isa. vii, 3: *Venient duo reges contra Achaz etc.* Et promisit quod liberarentur ab his dando hoc signum ad Achaz.

Sed dicendum, quod dedit hoc signum non solum ad Achaz, sed etiam ad dominum David, quia dicit: *Audite ergo domus David;* quasi dicat propheta: Dominus adjuvabit te contra istum regem, quia ipse multo majora faciet, quia non solum ipsius liberatio erit, sed totius mundi. Sed revertamur ad litteram. *Hoc totum factum est.*

Sed contra. Angelus multa præmisserat, scilicet *Quod in ea natum est etc.* *Pariet etc.* El iterum, *Vocabitur etc.* Hoc vero non totum factum erat.

Sed dicendum uno modo, secundo Rabantum, ut *Hoc totum factum etc.*, referatur ad præterita facta, quod Angelus apparuit virgini, et dixit illa verba, *hoc totum factum fuit*, ad conservationem virginis, ut ly ut teneatnr cansaliter: vel refertur ad ea que prænuntiaverat, et protest dici totum factum propter prædestinationem. Vel dicendum, quod Evangelista scriberat quando totum factum erat, et ideo refertur ad id. Unde ly ut teneatur consecutive, quia non voluit Deus incarnari propter hoc ut impleretur prophætia, quasi vetus Testamentum dignius sit novo; sed consecutum est ad prophætiam hoc quod Christus incarnaretur.

6. Supra probavit Evangelista, quod mater Dei de Spiritu sancto concepit, ex duobus; scilicet ex revelatione Angeli,

et ex prænuntiatione prophetæ. Hoc idem intendit ostendere ex obedientia Josephi, qui non acquevisset verbis Angeli ut Mariam susciperet in sponsam, nisi cognovisset eam imprægnatam de Spiritu sancto. Et circa hoc duo facit. Primo ponitur obedientia ipsius sponsi ad Angelum; secundo describitur obedientiae modus, ibi, *Et accepit*. Et nota quod quia per inobedientiam primi hominis prolapsi sumus in peccatum: Rom. v, 19: *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi*: ideo in principio reparationis nostre proponitur obedientia.

Et possunus quatuor notare que sunt necessaria ad obedientiam. Primum est ut sit ordinata. Et dico ordinata, quia primo deserenda sunt vitia, et postea obediendum est ad operationem virtutum. Hierem. iv, 3: *Novate vobis novale, et nolite serere super spinas etc.* Et ideo hic dicitur, quod Joseph *exurgens a somno*, pigritia scilicet, et dubietatis. De hoc somno dicitur Ephes. v, 14: *Surge qui dormis, et exurge a mortuis.* Secundum vero est quod debet esset festina; et hoc est quod dicitur Eccli. v, 8: *Non differas de die in diem, non tardes converti ad Dominum.* Subito enim veniet ira illius. Et ideo hoc hic dicitur quod statim fecit sicut præcepisti ei. Et *Glossa*: Quisquis a Deo monetur, solvat moras, surgat a somno, faciat quod jubetur. Tertium vero quod debet esse perfecta, ut non solum quod jubetur, sed eo modo quo jubetur, fiat, et que eis imperatur: unde hic dicitur, *Sicut præcepérat*. *Glossa*: Perfecta obedientia. Col. iii, 20: *Filiū obediē parentibus per omnia.* Quartum quod debet esse discreta, ut obediatur cui obediendum est, et in quo, ut non fiat aliquid contra Deum: unde dicit quod fecit sicut præcepit ei Angelus, non malus, sed Dei. 1 Joann. iv, 1: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum etc.*

Et accepit. Hic ostenditur in quibus obediuit: et ponuntur tria. Primo obedientia quam exhibuit ad Angelum; secundo reverentia quam exhibuit ad matrem; tertio obsequium quod exhibuit

Christo nato. Angelus praecepit Joseph : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Et fecit Joseph sicut praecepit etc. Ubi patet quod invenit mulierem bonam.

Sed numquid non habebat eam in domo? Quare ergo dicit : *Exortens... accipit?*

Respondet Chrysostomus : Quia eam non ejecerat a domo, sed a corde. Vel quia primo duecatur, sed postea celebrandae sunt nuptiae : et tunc dicitur et est coniux. Et ne aliquis suspicaretur quod copula carnalis interveniret, subiungit : *Et non cognoscebat eam.*

Ubi sciendum, quod hoc verbum *cognoscere* dupliceiter accipitur in sacra Scriptura. Quandoque pro agnitione. Joan. xiv., 7 : *Et a modo cognoscetis eum, et vidistis eum.* Ali quando pro carnali copula, sicut Gen. iv., 1 : *Adam vero cognovit uxorem suam Hecam etc.* scilicet carnaliter.

Sed ob jicitur, quia non dicitur simpli ceter, *Cognoscebat etc.* sed *Donec peperit filium suum.* Ergo postea cognovit : unde etiam dixit Elvidius : *Quamvis virgo concepit Christum, tamē postea habuit alias filios ex Joseph.*

Et ideo dicit Hieronymus, quod *donec* aliquando significat aliquid finitum et determinatum, sicut si dicam : Non veniam donec comedo : quia postea significo me venturum. Quandoque significat infinite et in determinate : v. g., I Corinth. xv., 25 : *Oportet et illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Numquid postea non regnabit? immo : sed utitur Scriptura tali modo loquendi, quia intendit removere illud quod potest esse dubium. Dubium enim esse poterat utrum regnaret quando non posuerat inimicos sub pedibus. Item dubium esse poterat cum Beata Virgo peperisset, an ante partum fuisse cognita a Joseph, quia prium nulli debebat venire in dubium. Scilicet quoniam Angeli decantaverunt: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis :*

Luc. ii, 14 : et ideo hoc intendit Evangelista. Et argumentatur optimus Hieronymus contra Elvidium : Tu dicas, Elvidi, quod ante non cognovit Joseph, quia fuit admonitus in somnis ab Angelo. Si ergo admonitus in somnis tantum valuit quod non conjungeret se Mariae ; quanto magis Angelorum cognitio, pastorum, et Magorum adoratio? Chrysostomus autem accepit cognitionem pro agnitione intellectuali. *Non cognoscebat,* scilicet quante dignitatis esset; sed postquam peperit cognovit. Alii dicunt, quod accipitur pro agnitione sensibili; et sic est satis probabilis horum opinio. Dicunt enim quod Moyses ex locutione Domini habuit tantam claritatem in facie ut filii Israel non possent intendere in faciem eius : II Cor. iii, 7 : Ergo si ex consortio Dei¹ hoc habuit Moyses, multo magis haec Beata Virgo, que portavit eum in utero, habuit tantam claritatem in facie quod Joseph non cognoscebat eam. Sed prima expositio est magis litteralis.

Item dicit Elvidius quod littera dicit : *Donec peperit filium suum primogenitum.* Primum dicitur respectu posterioris : ergo habuit alios.

Respondet Hieronymus, quod consuetum est in sacra Scriptura quod primogeniti vocantur illi quos alii non praecedunt. Exod. xiii, dicitur quod primogeniti Iudeorum offerrentur Domino. Quarit Hieronymus : Numquid oportebat expectare quod non offerrentur donec nasceretur secundus? Ergo primogeniti dicuntur quos alii non praecedunt; et sic intelligitur hic.

Sequitur obsequium. Lucas ii, cap. plenius exequitur hoc; sed Matthaeus breviter tangit. Ita enim vult Spiritus sanctus, quod quae unius dixit, alias taceat. *Vocavit nomen ejus Jesus.* Istud quidem nomen non parum celebre fuit apud antiquos, et desideratum. Gen. xlix, 2 : *Salutare tuum expectabo, Domine.* Et Habac. iii, 18 : *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Iesu meo.*

¹ Al.: « verbi »

C A P U T S E C U N D U M

1. Cum natus esset Jesus in Bethlehem Iudea in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes: *Ubi est qui natus est rex Iudeorum?* Vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum.

2. Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi secesserunt ab eis ubi Christus nasceretur. At illi discerunt ei. In Bethlehem Iudea: si enim scriptum est per Prophetam: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequam minima es in principiis Iudea: ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel.* Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellarum quae apparuit eis: et mittens illos in Bethlehem, dixit: *Ite, et interrogate diligenter de puer: et cum inveneritis, renuntiate mihi: ut et ego veniens adorem eum.* Qui cum audissent regem, abiérunt.

3. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videentes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum: et apertis thesauris suis obtulerunt et immura, aurum, thus, et myrram. Et responso accepto in sonniis ueo redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

4. Qui enī recesserent, ecce Angelus Domini apparuit in sonni Joseph, dicens: *Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Egyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum.* Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Egyptum: et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: *Ex Egypto vocavi filium meum.* Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimpleretur quod dictum est per Hierosolymam prophetam, dicentem: *Vox in Rama audiita est, ploratus, et ululatus multus; Rachel plorans filios suos, et molitus consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in sonni Joseph in Egypto dicens: Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quererunt animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, temuit illo ire: et admotus in sonni, secessit in partes Galileeas: et veniens habitat in civitate que vocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam: *Quoniam Nazareus vocabitur.**

4. Supra egit Evangelista de Christi generatione, hic intendit manifestare

ejus nativitatem: et primo, testimonio Magorum; secundo testimonio innocentium, ibi, *Qui cum recesserent.* Circa primum tria ponuntur: Primo enim annuntiatur Christi nativitas; secundo inquiritur persona. Secundum ibi, *Audiens autem Herodes;* tertium ibi, *Tunc Herodes.* Circa primum tria facit: primo enim proponitur Christi nativitas, cui testimonium perhibetur; secundo inducuntur testes; tertio ponitur testimonium. Secundum ibi, *Ecce Magi;* tertium ibi, *Ubi est qui natus est?* Circa primum quatuor tanguntur: nativitas, nomen nati, locus, et tempus. Primum ibi, *Cum ergo natus esset.* Et notandum, quod Lucas plenus exequitur nativitatem; sicut et converso Matthæus plenus exequitur de adoratione Magorum quam Lucas. Nomen tangitur ibi, *Jesus.* Locus ibi, *In Bethlehem Iudea;* non Iudea, quia Iudea vocatur tota regio populi Israëlitici; sed *Iudea:* ista est terra illa qua venerat in sortem Iudea. Dicitur Bethlehem Iudea ad differentiam alterius Bethlehem que est in tribu Zabulon, de qua Josue xix. Et nota quod ista tria verba, *Cum natus esset Jesus in Bethlehem Iudea in diebus Herodis regis,* congrue ponuntur: Bethlehem enim significat Ecclesiam, in qua natus est Jesus, qui est verus panis: de quo Joan. vi, 35: *Ego sum panis virus qui de celo descendit.* Nulli ergo provenit salvis nisi sit in domo Domini. In his salvator natus est Christus. Isa. lx, 18: *Occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio etc.* Et addidit¹ regis, ad differentiam alterius Herodis: hic enim fuit sub quo natus est Christus, Ascalonita; alius autem qui Joannem occidit, fuit filius hujus Herodis, et non fuit rex.

Sed queritur quare Scriptura facit mentionem de isto tempore. Et dicendum, propter tres rationes. Primo ut

¹ Al.: « et addit. »

completam ostendat esse prophetiam Jacob. Genes. penult., 10 : *Non auferetur sceptrum de Iudea et dux de semore ejus donec reniat qui mittendus est; et ipse erit expectatio gentium.* Herodes enim fuit primus alienigena qui regnavit in Iudea. Secunda ratio est quod major morbus indiget majori et meliori medico : populus autem Israel tunc erat in maxima afflictione sub gentili dominio, et ideo indigebat maximo consolatore. In aliis enim afflictionibus suis mittebantur eis prophetæ ; sed nunc propter magnitudinem, afflictionis mittebatur eis prophetarum Dominus. Psalm. xcii, 19 : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tue latificeaverunt animam meam.*

Inde ponuntur testes, ibi, *Ecce Magi :* et describuntur tripliciter ; possessione, a regione, et a loco, ubi testimonium dederunt. De primo dicit, *Ecce Magi*, qui secundum usum loquendi vocantur cantatores ; sed lingua Persica vocat Magos philosophos et sapientes. Isti quidem venerunt ad Jesum, quia gloriam sapientia quam possidebant recognoverunt a Christo. Et sunt quidem primitiae gentium, quia primo venerunt ad Christum. Et impletur, secundum Angustum, in istorum adventu illud Isa. viii, 4 : *Antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae coram rege Assyriorum etc.* Ante enim quam Christus loqueretur eripuit fortitudinem Damasci, et divitias, et spolia Samariae, idest idolatriam. Dimiserunt enim illi idolatriam, et munera obtulerunt.

Item considerandum, quod ad Christum venerunt aliqui ex Judais, scilicet pastores ; aliqui ex gentibus, scilicet Magi : ipse enim Christus est lapis angularis, qui fecit utraque unum. Et quare Magi et pastores ? Quia pastores magis simplices, et isti magis peccatores, ad significandum pro Christus utrosque recipit¹.

Quot autem fuerint illi Magi, Evangelista non dicit. Videtur autem secundum

numeris, quod fuerunt tres reges², quamvis plures alii in eius representabantur. Isa. lx, 3 : *Amulabunt gentes in lumine tuo.*
De secundo, scilicet regione dicit, *Ab oriente.*

Et notandum, quod quidam ab oriente exponunt a simibus orientis : sed tunc quomodo in tam paucis diebus venissent ? Et respondetur ut quidam dicunt quod miraculose venerant ; alii quod dromedarios haberunt. Chrysostomus tamen dicit, quod stella apparet eis per duos annos ante nativitatem, et quod tunc se paraverunt, et venerunt Hierosolymam in duobus annis et tredecim diebus. Alter autem potest exponi ut dictatur : *Ab oriente*, idest a quadam regione qua era erat prope Hierusalem a parte orientali. Dicuntur enim isti fuisse de sceta Balaam, qui dixit Num. xxiv, 17 : *Orietur stella ex Jacob : qui Balaam habitabat juxta terram promissionis in parte orientali.*

Sequitur de loco : *Hierosolymam venerunt.* Sed quare venerunt Hierusalem ? Duplex est ratio. Una, quia erat civitas regia : unde regem Iudaorum in regia civitate quererant. Item hoc factum fuit ex divina dispensatione, ut primo testimonium ferretur de Christo in Hierusalem : ut adimpleretur propheta Isa. ii, 3 : *De Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem.* Consequenter ponitur testimonium, ibi, *Ubi est qui natus est ?* in quo tria dicunt. Primo denuntiant regis nativitatem ; secundo assertunt³ nativitatis signum, ibi, *Vidimus enim stellam ejus ; tertio profitentur pium positionum, ibi, Et venimus adorare.* Dicunt³ ergo, *Ubi est ?* Considerandum autem, quod isti Magi sunt primitiae gentium, et praefigurant in se statum nostrum : isti enim aliquid supponunt, scilicet Christi nativitatem ; et aliquid querunt, scilicet locum. Et quidem nos fide tenemus Christum ; sed aliquid querimus, scilicet spe : videbimus enim eum facie ad faciem. II Cor. v, 7 : *Per fidem ambulamus, et non per specm.*

Sed quæstio est. Cum ipsi audissent

Regem esse in Hierusalem, quomodo ista dicebant? Omnis enim qui alium regem profitetur in civitate regis, se exponit periculo. Sed certe hoc zelo fidei faciebant: unde in istis nuntiabantur fides illa intrepida, infra x, 28: *Nolite timere eos qui occidunt corpus.*

Consequentur proponunt signum hujus nativitatis, *Vidimus.* Et nota quod in istis verbis fuit occasio duorum errorum. Quidam, sicut Priscilianistæ, dixerunt, omnes actus hominum fato agi et regi. Et confirmant per hoc: *Vidimus enim stellam ejus.* Ergo natus est sub aliqua stella. Alius error Manichæorum, qui reprobant fatum; et per consequens istud Evangelium: quia dicebant quod Matthæus introduxit fatum. Sed excluditur error utriusque.

Sed antequam procedamus ad expositionem litteræ, oportet primo videre quid est fatum, et quomodo sunt haec credenda, et quomodo non. Nota ergo quod videmus multa in rebus humanis per accidens et casualiter accidere. Contingit autem aliquid casuale et fortuitum esse relatum ad causam inferiorem, quod relatum ad causam superiorem non est fortuitum: sicut si aliquis dominus mittat tres ad querendum aliquem, et unus nesciat de alio¹; si occurrant sibi invicem, est eis casuale: sed si referantur ad intentionem domini, non est casuale. Sed secundum hoc fuit duplex opinio de fato. Quidam dixerunt quod ista casualia non reducuntur in aliam causam superiorem ordinantem; et isti sustulerunt fatum, et ultra hoc omnem providentiam divinam. Et fuit, secundum Augustinum, haec opinio Tullii. Sed dicemus, quod ista casualia reducuntur in causam superiorem ordinantem. Sed cum fatum dicatur a *for faris*, quasi quoddam pronuntiatum et prolocutum; a qua causa sit ista ordinatio, est differentia. Quidam enim dixerunt quod est ex virtute corporum super celestium: unde dicitur fatum nihil aliud esse quam dispositio siderum. Alii ista contingentia reducent in providentiam divinam. Sed primo modo negandum est esse fatum. Actus enim hu-

mani non reguntur secundum dispositiōnem corporum cœlestium; quod patet ad præsens, cum multæ sint ad hoc rationes efficaces. Primo, quia impossibile est quod virtus corporalis agat supra virtutem incorpoream: quia nihil inferius in ordine naturæ agit in superiore naturam. In anima autem sunt quædam potentiaæ elevatae supra corpus; quædam potentiaæ sunt organis affixæ, scilicet potentiaæ sensitivæ et nutritivæ: et corpora quidem cœlestia, quamvis directe agent supra corpora inferiori et mutant ea per se, per accidens tamen agunt in potentis organis affixis nullo modo agunt necessitando, sed inclinandum tantum. Dicimus enim istum hominem iracundum, idest primum ad iracundiam, et hoc ex causis cœlestibus; sed directe electio ut sic in voluntate est. Unde nunquam potest fieri tanta dispositio in corpore humano quin superabundet judicium liberi arbitrii: unde quicumque poneret liberum arbitrium sub corporibus cœlestibus de necessitate, poneret sensum ab intellectu non differre. Secundo, quia per hoc excluditur omnis cultus divinus: quia tunc omnia essent ex necessitate; et sic tunc etiam regimen reipublicæ destrueretur: quia nec oportet consiliari, neque aliquid providere, et hujusmodi. Tertio, quia nos attribueremus Deo maiestatis hominum; quod esset ipsum infamare qui creator est stellarum. Patet ergo quod hoc dicere est contra fidem omnino. Et ideo dicit Gregorius: Absit a fidelium cordibus ut fatum aliquid esse dicatur. Si autem vis vocari fatum divinam providentiam, tunc aliquid est. Sed, sicut dicit Augustinus, quia nihil commune debemus habere cum infidelibus, non hoc uenit ei imponere debemus. Unde dicit: Lingua corrigas, sententiam teneas. Non ergo potest dici: *Vidimus stellam*, idest a qua tota vita ejus dependeat: quia, secundum Augustinum, tunc stella non sequetur generatum, quia tunc Christus magis dicitur fatum stellæ, quam e converso.

Et notandum, quod ista stella non fuit de primis causatis: quod patet ex qua-

¹ Al. : « de aliquo. »

tuor. Primo ex motu, quia nulla stella moveatur de septentrione in meridiem. Regio autem Persarum unde isti Magi veniebant, est posita ad septentrionem. Item alia nunquam quiescunt; ista autem non continue movebatur. Tertio ex tempore, quia in die nulla luet; ista autem de die præbebat lucem Magis. Quarto ex situ, quia noui in firmamento; quod patet quia isti per eam determinate distinxerunt domum. Ergo dicendum, quod ista specialiter creæ fuit ad servitium Christi. Et ideo dicit: *Vidimus stellam ejus, idest ad obsequium ejus factam.*

Quidam autem dicunt, quod ista stella fuit Spiritus sanctus, qui, sicut super baptizatum apparuit in specie columbae, ita et nunc in specie stellæ. Alii dicunt, quod fuit Angelus. Sed dicendum est, quod vera stella fuit. Et voluit ostendit sub indicio¹ stellæ, primo, quia conveniebat ei: est enim rex colorum; et ideo per coeleste indicium voluit manifestari. Psal. xviii, 1: *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Iudeis quidem per Angelos, per quos legem acceperant: Gal. iii, 19: *Lex data est per Angelos: gentilibus per stellam, quia per creaturas in cognitionem Dei venerantur.* Rom. i, 20: *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur.* Secundo, quia congruebat his quibus demonstrabatur, scilicet gentilibus, quorum vocatio promissa fuit Abraham in similitudinem stellarum. Gen. xv, 5: *Suspice cœlum, et munera stellas, si potes, etc.* Unde tam in nativitate quam in passione factum est signum in cœlo, quod omnibus gentibus Christum notum fecit. Item congruebat omnibus, quia ipse est salvator omnium. Sed dicit, *In oriente:* quod exponitur duplum, secundum Rabanum, sic. Stella existens in Iudea, apparuit illis gentibus in oriente. Vel nos vidimus stellam in oriente. Istud melius dicitur. Unde hoc cap.: *Ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos.* Item patet ex hoc quod ista secundum situm erat propinqua terræ, quia aliter non distinxisset locum:

ergo non potuisse videri a tam remota regione.

Consequenter ponitur pium propositum: *Et venimus adorare.*

Hie est duplex quaestio. Dicit enim Augustinus: Numquid isti erant curiosi quod quandocumque fieret aliquod indicium per aliquam stellam quererent regem natum? Hoc enim stultum fuisset.

Sed dicendum, quod non præstaverunt obsequium regi terreno, sed coelesti: in quo virtus divina ostenditur affuisse, quia aliter si terrenum regem quiescissent, totam devotionem amissent, quando vilibus pannis invenerunt involutum.

Sed querit iterum Augustinus: Quomodo ex stella potuerunt seire quod homo Deus natus esset? Et respondebat, quod hoc fuit Angelo revelatum. Qui enim ostendit eis stellam, misit Angelum qui hoc revelaret. Leo Papa dicit, quod sicut exterius oculi replebantur lumino istius stellæ, ita interius radius divinus² reuelabat.

Tertia ratio, quia isti erant de stirpe Balaam, qui dixit Num. xxiv, 17: *Oreatur stella ex Jacob.* Unde habuerunt a prophetia ejus. Et ideo videndo tantam claritatem stellæ, suspiciati sunt quod rex colestis natus esset; et ideo querebant. Et hoc est, *Et venimus adorare.* In hoc impletum est illud Psal. lxxi, 2: *Et adorabunt cum omnes Reges, omnes gentes servient ei.*

2. Prænuntiata Christi nativitate per Magos, hic inquirit de loco nativitatis: et ponuntur tria. Primo ponitur motivum ad inquirendum; secundo imponitur inquisitio; tertio veritatis inventio. Secundum ibi, *Et congregans; tertium ibi, At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudeæ.* Motivum fuit turbatio Herodis. Unde, *Audiens.* Et signanter vocat Herodem regem, ut ostendat esse aliud a rege quem querebant. Fuit autem triplex causa turbationis. Prima processit ex ambitione quam habebat circa custodiā regui sui, propterea quia alienigena erat. Sciebat enim vel audiverat illud Daniel. xi, 44: *In diebus regnum Israel suscitabit Deus*

¹ Al. : « judicio. »

² Al. : « divinum. »

cœli regni quod in eternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur etc. Sed in hoc decipiebatur quia regnum illud spirituale erat. Joan. viii, 36 : *Regnum meum non est de hoc mundo.* Unde Herodes turbabatur timens amissionem regni sui : sed magis turbabatur diabolus timens regni sui destructionem¹ totalem. Joan. xii, 31 : *Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras.*

Et nota, quod homines sicut dicit Chrysostomus in sublimibus constituti, ex levi verbo contra prolatu conturbantur. Psalm. lxxxviii, 6 : *Exaltatus autem, humiliatus sum, et conturbatus. Humiles autem nunquam timent.*

Secunda causa processit ex timore Romani² Imperii. Statutum enim erat a Romano Imperio quod nullus Deus aut Rex diceretur sine eorum consensu : unde timebat ; sed iste timor mundanus erat, qui prohibetur. Isa. ii, 12 : *Quis tu ut timeras ab homine mortali, et filio hominis, qui quasi fenum ita arescit?* Tertia ex rubore verecundiae. Verecundabatur enim coram populo ut alius rex vocaretur, similis in hoc Sauli, qui dixit I Reg. xv, 30 : *Peccavi, sed rogo honora me coram senioribus populi mei et coram Israel etc.* Sed mirum quod sequitur : *Et omnis Hierosolyma cum illo.* Videbatur enim quod deberent gaudere. Sed sciendum, quod triplicem causam turbationis habuerunt. Prima fuit ipsorum iniquitas : iniqui enim erant, quibus semper detestabilis est conversatio justorum. Prover. xii, 19 : *Detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Secunda ut placeret Herodi, Eccli. x, 2 : *Secundum judicem populi, sic et ministri ejus.* Tertia quia timebant ne Herodes hoc auditu amplius desaviret in gentem Iudeorum.

Mystice autem in hoc significatur quod iste terrenus erat. Gregorius : Rex terraturbatus est, eoli rege nato, quia nimirum terrena altitudo confunditur cum celestis celsitudo aperitur.³ Isa. xxix, 21 : *Eruget luna, et confundetur sol cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, et in Hierusalem :* Et notaendum quod, sicut dicit Augustinus : Quid autem

erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cum terrebant infantis? Pertimeant reges ad dexteram patris sedentem, quem rex impius timuit matris ubera lambentem.

Et congregans. Hic ponitur inquisitio. Et, sicut dictum est, Herodes solicitus erat inquirere et propter timorem Romanorum : unde inquisivit veritatem. Sed ad habendam certitudinem de aliquo tria requiruntur ab inquirentibus. Creditur enim multitini, auctorati, et litteratis. Unde congregavit multos, et auctoritatem habentes, et sapientes. Et hoc est quod dicit, *Congregans omnes*, quantum ad primum. Sap. vi, 29 : *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Principes Sacerdotum, quantum ad secundum. Malach. ii, 7 : Labia sacerdotum custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus. Et scribas, quantum ad tertium : non ad scribendum tantum dicitur, sed ad interpretandum legis scripturam : per istos quidem voletabat investigare veritatem.* Eccli. xxxii, 13 : *In medio magnorum loqui non præsumas, et ubi sunt senes non multum loquaris. Seiscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.* Magi regem vocaverunt ; sed ipsi Christum quaerabant. Sciebant enim ex conversatione cum Iudeis regem Iudeorum legitimum inungi.

Sed queritor : Aut ipse credebat prophetia, aut non. Si credebat quod non poterat impediri quin ipse regnaret : quare ergo interfecit pueros? Si non credebat, quare ergo querrebat?

Sed dicendum, quod non perfecte credat, quia ambitiosus erat ; et ambitio hominem caecum reddit.

At illi dixerunt : In Bethlehem Iuda. Hic invenitur veritas : et primo ponitur veritas ; secundo confirmatur ejus prophetia, ibi, *Et tu Bethlehem terra Iuda.*

Et sciendum, quod Christus voluit nasci in Bethlehem propter tria. Primo ad vindicandam gloriam : propter hoc enim elegit duo loca : unum in quo nasci voluit, scilicet Bethlehem ; alium in quo passus fuit, scilicet Hierusalem. Et hoc est contra illos qui gloriam querunt, qui volunt

¹ AL. : « detractionum. » — ² AL. : « humani. »

³ AL. : « prædicatur. » — ⁴ AL. : « sciendam. »

nasei in sublimibus locis, et nolunt pati in loco honoris. Joan. viii, 50 : *Ego gloriam meam non quaro.* Secundo ad confirmationem sue doctrinæ, et ostentationem sua veritatis. Si enim natus fuisset in aliqua magna civitate, virtus sua doctrinæ potuisset adscribi humanas virtutis. II Coriu. viii, 9 : *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi.* Tertio ad ostendendum se esse de genere David. Luc. ii, 3 : *Joseph et Maria ibant in Bethlehem ut profiteretur ibi, eo quod esset de domo et familia David.* Competit etiam mysterio,¹ quia Bethlehem interpretatur dominus panis : et Christus est ille *panis vivus, qui de corlo descendit* : Joan. vi, 51.

Consequenter confirmatur veritas. Unde *Et tu Bethlehem terra Juda.* Ex ista prophetia duo possumus considerare. Magi enim aliquid annuntiabant, et aliquid quaerebant. Et ex ista prophetia ostenditur utrumque. Quia quantum ad primum dicit, *Et tu Bethlehem;* quantum ad secundum dicit : *Ex te enim exiet dux.* Et ita confirmatur nativitas Christi duplice testimonio, scilicet stellæ, et prophetia : quia in ore duorum vel trium testimoniū est veritas. Deut. xix, 13 : *In ore duorum aut trium testimoniū stabit omne verbum.*

Et nota, quod quando jam erant omnes fideles data sunt signa corporalium ; quando jam erant fideles data est prophetia. I Corinth. xiv, 22 : *Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus ; prophetiae autem non infidelibus, sed fidelibus.*

Et sciendum, quod Judæi duplíciter defecerunt in prolatione prophetia : quia ibi Mich. v, 2 : dicitur :² *Et tu Bethlehem Ephrata :* et iterum quia non est ibi : *Nequaquam minima es.* Et potest assignari duplex ratio quare mutaverunt. Uno modo potest dici, quod hoc fecerunt ex ignorantia. Alio modo potest dici quod isti usi sunt scienter aliis verbis, et dicunt sententiam : quia cum Herodes esset alienigena, non intellexisset auctoritatem prophetarum ; et ideo dixerunt illud quod notum erat Herodi : unde dicunt : *Terra Juda, et Nequaquam minima es :* idest, tu non es minima inter millia hominum

Juda : vel *In principib⁹ Juda,* idest inter principales civitates Juda. *Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.* De isto duce habetur Dan. ix, 25 : *Usque ad Christum ducerem.* Et Psal. xxx, 5 : *Dux mihi eris.* Regit enim populum Israel non solum carnaliter, sed etiam spiritualiter. Rom. xi, 4 : *Nunquid Deus reputat populum suum ? etc.* Psal. lxxxix, 2 : *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph.* Et nota quod truncant eaudam auctoritatis, scilicet. *Et egressus ejus sicut ab initio, a diebus aeternitatis :* per quod insinuat quod non debebat esse rex terrenus, sed cœlestis : quod si scivisset Herodes, non fuisset impius : unde fuerunt causa necis illorum. Item ex illa etiam cauda patet esse falsam interpretationem Judæorum, qui exponunt de Zorobabel : quia non convenit ei. *Et egressus ejus ab initio a diebus aeternitatis.* Item noui in Judea, sed in Babylone natus est.

Consequenter inquiritur de persona nati, cum dicit : *Tunc Herodes vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.* Et primo ponitur inquisitio ; secundo inventio inquisiti, ibi, *Invenerunt eum etc.* ; tertio veneratio inventi, ibi, *Et procidentes adoraverunt eum.* Ad inquirendum personam ex duobus moti sunt. Ex persuasione Herodis, et ex ducta stellæ. Unde circa primum ponitur exhortatio ; secundo studium Magorum in mutatione stellæ, ibi, *Qui cum audissent regem, abierunt.* Circa primum tria ponuntur. Primo enim inquit tempus ; secundo annuntiat locum, ibi, *Et mittens illos in Bethlehem ;* Tertio injungit officium inquisitionis, ibi, *Ite et interrogate diligenter de puer.* Dicit ergo : *Tunc Herodes.* Ubi considerandum, quod Judæi sciebant locum, sed non tempus. Unde confutantur a Domino. Luc. xix, 45 : *Eo quod non cognovisti tempus visitationis tuæ :* Et Isa 1 : *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui ; Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit.* Ergo inquiritur tempus. Et dicit Chrysostomus, quod per biennium ante apparuit istis³ stellæ. Alii

¹ Al. : « in mysterio. »

² Al. : « non dicitur. » — ³ Al. : « ista. »

autem quod in ipsa die nativitatis. Annuntiat locum, ibi, *Et mittens*. Jungit officium inquisitionis, ibi, *Ite, et interrogate etc.* Et admonet duo : et ad hoc quod impleant premitit tertium. Quantum ad primum dicit : *Ite etc.* Et querit insidiose ad occidendum, sicut illi quibus dicitur *Joan. vii, 34 : Quæretis¹ me, et non invenietis.* Quantum ad secundum dicit sic : *Cum inveneritis renuntiate mihi : et hoc propter malum etiam dicebat.* Eccli. xm, 14 : *Ez multa loquela tentabit te.* Quantum ad tertium dicit : *ut et ego veniens adorem eum : et quidem dolose promittit Dei cultum.* Hierem. ix, 8 : *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est.* Psal. xxvi, 3 : *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.*

Et nota, quod cum Magi profiterentur regem, iste vocat puerum, quia ex abundantia cordis os loquitur. Nota etiam, quod petit a Judeis ubi Christus nascetur, volens experiri et tentare utrum gaudenter.

Consequenter ponitur studium Magorum. Duo injunxerat : quod inquirerent, et reverterentur. Sed unum fecerunt Magi : unde, *Qui cum audissent regem, abierunt.* Aliud autem non fecerunt. Tales quidem debent esse auditores, quod bona addiscant, mala vero relinquant. Infra, xxii, 3 : *Quæ dicunt facite, secundum operam eorum nolite facere, etc.*

3. Supra Evangelista posnit unum motivum Magorum, scilicet persuasionem Herodis ; hic ponit aliud motivum Magorum ad inquirendum Christum, scilicet ducatum stellæ : et circa hoc duo facit : Primo enim ponit ducatum stellæ : secundo effectum letitiae hujus ducatus, ibi, *Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.* Et nota, quod stella primum exequitur suo motu, quia directe duebat Magos ad Christum : item manifestat suo statu pueri locum, ibi, *Usque dum veniens staret supra ubi erat puer.* Unde quantum ad primum dixit : *Antevedebat eos.*² Ex hoc autem quod dicit : *Ecce stellæ quam viderant in oriente, an-*

tecedebat eos, datur intelligi quod quando Magi declinaverunt in Hierusalem, stella disparuit ; recedentibus autem ab Herode, apparuit. Disparuit autem propter tria. Primo, propter confusionem Judæorum ; qui cum instructi essent in lege, ut Christum quererent, et gentes non essent instructæ ; tamen gentes querunt, et Judæi contemnunt. Unde impletur illud Isa. lv, 5 : *Gentes quæ te non cognoverunt, ad te current.* Secundo propter Magorum instructionem : non enim solum per stellam Dominus voluit se eis manifestare, sed etiam per legem ; ut sic adjungeretur cognitioni creaturarum cognitio legis. In ore duorum vel trium testium stabit onus verbum : Deuter. xix, 15. Isa vii, 20 : *Ad legem³ magis, et ad testimoniorum.* Tertio propter instructionem nostram : et instruimur de duobus, secundum Glos- sam. Primo quod qui humandum auxilium querunt deseruntur a divino : illicitum est enim humandum auxilium querere, non querendo divinum. Isa xxxi, 1 : *Vñ qui descenditis in Ægyptum ad aurum, in equis sperantes, habentes fiduciam super quadrigas, quia multa sunt, et super equitibus, quia prævalidi nimis, et non sunt confisi super Sanctum Israel, et Dominum non requisiérunt.* Secundo instruimur quantum ad hoc quod nos, qui fideles sumus, non debemus querere signa sicut isti, qui videntes stellam gavisí sunt etc. Sed debemus esse contenti doctrinis prophetarum, quia signa data sunt infidelibus. In hoc etiam est duplex mysterium. Stella enim significat Christum. Apoc. ult. 16, *Ego sum radix David, stellæ splendida et matutina.* Unde per istam stellam intelligere possumus gratiam Dei : quam amittimus, cum ad Herodem, idest diabolum, accedimus. Ephes. v, 8 : *Eratis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino.* Item cum ab Herode, id est diabolo, recedimus, stellam, id est Christi gratiam, invenimus. Simile Exod. xiii, 21 : ubi dicitur, quod, *Dominus præcedebat Israel quando exiit de Ægypto in specie ignis, etc.* Ille autem præcedebat in specie stellæ.

¹ Al. : « queritis, »

² Al. : « usque dum veniens, »

³ Al. : « Numquid ad legem? »

*C*isque dum veniens staret supra ubi erat puer. Duo intelligimus hic. Unum, quod ista stella non erat multum alta, quia aliter non discrevissent dominum pueri. Aliud, quod stella completo officio suo redacta est in suam materiam. *H*ibi erat puer. Frequenter puerum vocat, ut scias illum esse de quo dicitur Isa. ix, 6 : *Puer natus est nobis.*

Consequenter ponitur effectus ducatus hujus, quantum ad Magos : unde, *Videntes autem stellam gavisi sunt, etc.* Gavisi sunt propter spem quam recuperaverunt : timebant enim quia de longinquis partibus venerunt amittere quod sperabant. Rom. xii, 12 : *Spe gaudentes.* Item addit, *Gaudio.* Aliqui enim gaudent, et non gaudent, quia laetitia humana non est perfectum gaudium. Prov. xiv, 13 : *Extrema gaudi luctus occupat.* Verum autem et perfectum gaudium de Deo est. Isa lx, 10 : *Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo.* Tertio addit, *Magno,* quia isti¹ magna jam cognoscebant de Deo, quia Deum incarnatum, et multum misericordem. Isa xii, 6 : *Eculta et lauda habitatio Sion,* quia magnus in medio tui *Sanctus Israel.* Quarto addit, *Valde,* quia intense gaudebant. Recuperaverant enim quod amiserant. Luc. xv, 10 : *Gaudium erit Angelis Dei, etc.*

Consequenter igitur de inventione pueri : unde *Et intrantes domum, inventerunt puerum.* Et tangit tria : *domum :* quam si queratur qualis erat, ostenditur Luc. ii. Item *si queratur qualis puer,* inullo ab aliis differebat, sicut dicunt sancti. Quantum ad apparentiam, non loquebatur, infirmus videbatur, et hujusmodi. Item *si queratur qualis Mater,* respondebat qualis est uxor carpentarii. Et hoc ideo dico, quia si isti quasivissent regem terrenum, videndo ista scandalizati fuissent ; sed videntes vilia, et considerantes altissima, moti sunt ad admirationem, et adoraverunt eum. Et hoc est *Et procidentes adoraverunt eum.*

Sed quare non sit mentio de Joseph ? Dicendum quod divina dispensatione factum est quod non adesset, ne istis qui

primitiæ gentium erant, daretur suspicio præve opinionis.

Consequenter tangitur reverentia quam exhibuerunt ad puerum, ibi, *Et procidentes.* Et fuit triplex : in adorando, offrendo, et obediendo. Dicit ergo : *Et procidentes adoraverunt eum, tamquam Deum in homine latentem.* Psal. lxxi, 9 : *Coram illo procident Ethiopes.* Item offrendo, reverentiam exhibuerunt : unde : *Et apertis thesauris suis :* consuetudo enim erat apud Persas quod semper cum munere adorabant : et hoc est : *Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham.* Psalm. lxxi, 10 : *Reges Tharsis et insulae munera offrunt, reges Arabum et Saba dona adducunt.* Isa ix, 6 : *Omnes de Saba venient aurum, et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes.*

Mystice considerandum est, quod isti noui in via, sed tune primo aperuerunt thesaurem, quando venerunt ad Christum. Similiter nos bona nostra in via non debemus manifestare : unde reprehenditur hoe infra, 25, de virginibus : et xii, 44 : dicitur : *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenerit homo abscondit, et prægaudio illius vadit, et vendit universa que habet, et emit agrum illum.*

Obtulerunt ei munera, etc. Aliqui assignant rationem istorum munerum litteralem : et dicunt isti quod tria inventerunt ; domum sordidam, puerum infirmum, et matrem pauperem. Et ideo obtulerunt aurum ad sustentationem matris, myrrham ad sustentationem membrorum pueri, thus ad tollendum foetorem. Sed dicendum, quod aliquid mystice hic prætenditur, et potius ista tria ad tria referuntur quae offerre debemus ; scilicet fidem, actionem, et contemplationem. Quantum ad fidem duplicerit. Primo quantum ad ea quæ in Christo concurrunt Scilicet regia dignitas. Hierem. xxiii, 5 : *Regnabit rex, et sapiens erit, etc.* Et ideo in tributum obtulerunt aurum. Sacerdotii magnitudo ; et ideo thus in sacrificium. Hominis mortalitas ; et ideo myrrham. Item quantum ad fidem Trinitatis, quia

¹ Al. : « addidit, *Magna,* quia ista. »

designantur in nobis personæ Trinitatis. Secundo possunt referri ad actionem nostram. Per aurum enim potest signari sapientia. Prover. ii, 5 : *Si quasi thesauros effuderis illam, tunc intelliges timorem Domini.* Per thus oratio devota. Psal. cxlii. *Dirigatur, Domine, ora mea sicut incensum in conspectu tuo etc.* Per myrrham mortificatio carnis. Col. iii, 5 : *Mortificate membra quæ sunt super terram.* Can. v, 5 : *Manus meæ distillaverunt myrrham.* Quantum autem ad contemplationem, per ista tria possunt significari vel tres sensus sacrae Scripturae ; scilicet litteralis, sub quo comprehenditur allegoricus, anagogicus et moralis. Vel tres partes Philosophia ; scilicet moralis, logica et naturalis. Omnibus enim his debemus uti ad servitium Dei.

Consequenter ponitur quomodo reverentiam exhibuerunt in obediendo : unde : *Et responsio accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regnum suum.*

Sed quomodo responsum acceperunt qui non interrogaverunt. Sed dicendum, quod Dominus respondet aliquando interrogationi mentali, et isti intus quaerabant quid placeret Deo de reversione, Exod. xiv, 15 : *Quid clamas ad me? Sed numquid sunt revelationes immediate a Deo?* Dionysius probat quod non, nisi medianibus Angelis. Quare ergo non nominat Angelum ? Sed dicendum, quod quandocumque Scriptura facit mentionem de Deo et non de Angelo, hoc sit per quandam excellestiam illius manifestationis. Gal. iii, 19 : *Lex ordinata per Angelum in manu mediatoris.* Act. vii, 37 : *Hic est Moyses qui dixit filii Israhel: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris : tamquam meipsa unictis, etc.* Unde quod dicit *Glossa*, quod hoc fuit immediate per Deum, refertur ad modum loquendi Scripturae.

Per aliam viam reversi sunt in regionem suam. In hoc ostenditur quod ad regionem nostram paradisum, a qua per peccatum expulsi sumus, per obedientiam pervenimus. Prover. iv, 27 : *Fuimus deritis sunt nunc Domines, per tristitia eorum sunt que sunt a misericordia.* Catozontes hic dicit, quod isti reverti exernal san-

tam vitam, et postea facti sunt coadjutores S. Thomæ Apostoli : tamen nihil de eis inventur scriptum in sacra Scriptura post recessum eorum.

4. Supra habitum est quomodo nascenti Christo Magi testimonium perhibuerunt ; nunc autem agitur quomodo innocentes testimonium perhibent, non loquendo, sed moriendo : et circa hoc tria facit Evangelista : primo enim ponitur occultatio Christi : secundo interfictio puerorum, ibi. *Tunc Herodes* : tertio ponitur reditus ipsius Christi, ibi, *Defunctus Herode.* Circa primum tria facit : primo enim ponitur admonitio Angeli ; secundo ostenditur obedientia Joseph ; tertio impletio prophetia. Secundum ibi, *Ut adimpleretur.* Circa primum tria tanguntur. Primo ponitur tempus apparitionis : secundo describitur ipsa apparitio, et modus apparitionis, ibi, *Ecce Angelus* ; tertio ponitur ipsa admonitio facta per Angelum, ibi, *Surge et accipe puerum.* Tempus describitur ibi, *Qui cum recessissent.* Et intelligendum, quod non statim post recessum Magorum facta est ista apparitio ; quia totum quod dicitur Luc. ii, 6, debet interponi, scilicet de purificatione : *Postquam impleti sunt dies, etc.* Non enim Herodes statim cogitavit de interfictione puerorum. Unde eum dicit, *Qui cum recessissent, debet interponi tota historia purificationis.* Consequenter ponitur ipsa apparitio : unde : *Ecce Angelus apparuit in somnis etc.* In somnis dicitur apparere, quia tunc homines ab artibus exterioribus cessant : et talibus fit revelatio per Angelos. Psal. iv, 9 : *In pace in idipsum dormiunt et requiescant.* Prover. vi, 24 : *Quiescat et siccetur somnus tuus.* In ista ab initio metrica ponuntur. Primo enim persuadet Angelus fugere : secundo determinat moram : tertio assignat causam. Dicit ergo, *Surge.*

Et nota quod, sicut dicit Hilarius, *Besta Vitæ ante nativitatem ab Angelo nominata est conjux, supra, i, 3 : sed post nativitatem in non : et hoc propter duo.* Primo ad representationem Virginis : sicut enim via a concepiti, ita virtus poparet. Secundo propter manifestatiæ ejus, et ratem in misericordia, prodicabilitate nolle rueri, et denominatio ita dignior. Item

quod, sicut dicit Chrysostomus, puer non venerat propter matrem, sed potius e converso : et ideo dicit : *Accipe puerum et matrem ejus etc.*

Sed quare *Fuge in Ægyptum?* Nonne dicit Psal. xviii, 45 : *Dominus adjutor meus, et redemptor meus?*

Sciendum, quod propter tria fugit. Primo ad manifestandam suam humanitatem : sicut enim divinitas in stella apparuit, ita humanitas in fuga. Phi. ii, 7 : *In similitudinem hominum factus.* Secundo propter exemplum : illud enim exemplo ostendit¹ quod verbo docuit. Infra x, 23 : *Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam.* Tertio propter mysterium : sicut enim voluit mori ut nos a morte revocaret, ita voluit fugere, ut fugientes a facie sua propter peccatum revocaret. Ps. cxxxviii, 7 : *Quo ibo a spiritu tuo?*

Et esto ibi. Sed quare potius in Ægyptum² quam alibi in aliam regionem?

Dicendum propter duas rationes. Prima est, quia proprium est Dei ut memor sit misericordie in ira : Habac, iii, 8 : *Dominus enim iratus fuit contra Ægyptios persequentes filios Israel : quia filii Israel erant primogenitus Dei.* Et ideo datum est ei ut obsequeretur Unigenito. Isa. xix, 1 : *Ecce Dominus ascendens nubem levem, et ingreditur Ægyptum, etc.* Ibid. ix, 2 : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidi lucem magnam ; habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.* Joan. i, 14 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis.* Secunda, quia ipse induxerat tenebras in Ægypto, ideo voluit eam primo illuminare : et ideo bene ibi fugit. Isa. ix, 2 : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidi lucem magnam ; habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis.*

Nota, quod quando³ aliquis vult fugere peccatum, primo debet excutere pigritiam. Ephes. v, 14 : *Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Secundo debet accipere fiduciam a matre et filio, scilicet Christo. Eccl. xxiv, 24 : *In me omnis spes vita et virtutis.* Tertio debet fugere a peccato

adjutus auxilio matris et pueri. Psal. liv, 8 : *Ecce elongari fugiens, et mansi in solididine.*

Subdit causam hujus fugae : *Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perpendendum eum.* Deceptus fuit Herodes, quia voluit perdere qui venerat regnum summum communicare. Luc. xxii, 29 : *Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi Pater mens regnum.* Secundo quia eum qui⁴ non gloriam mundanam querebat. Heb. xii, 2 : *Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem.*

Qui consurgens. Hie ponitur executio mandati Angelici ; et ponit eam quantum ad fugam, et quantum ad moram. Unde *Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus.* Et fit mentio de tempore : unde dicit. *Nocte,* propter timorem et tribulationem, secundum illud Isa. xxvi, 9 : *Anima mea desideravit te in nocte,* idest in tribulatione, in tribulationibus enim recurrendum est ad Deum Osee vi, 1 : *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* *Qui consurgens.* Tunc adimpletum est illud Isa. xix, 1 : *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingreditur Ægyptum :* quod ad litteram impletum est. *Et erat ibi.* Dicitur quod septem annos fuit ibi, et habitavit in civitate Ieliopolim.

Quantum autem ad mysterium, per Joseph signifiant prædicatores, hoc est Apostoli, qui ponuntur ad expellendas tenebras per doctrinam ; qui recedentes a Judais conversi sunt ad gentes. Act. xiii, 16 : *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei ; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.* Et ideo ibi usque dion dicam tibi ; idest, usquequo finiatur infidelitas Iudaorum. Rom. n. 23 : *Cæcitas ex parte contigit in Israel.*

Consequenter adhibet testimonium prophetiarum : unde dicit : *Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam.* Istud est, secundum translationem Hieronymi, Osee xi, 1 : In translatione autem Septuaginta non est ita ; sed *Ex Ægypto vocavi filium ejus.*

Videtur hic esse quæstio ; quia non videtur hoc facere ad propositum, quia

¹ Al. : « docuit. » — ² Al. : « in Ægypto. »

³ Al. : « nota quando. » — ⁴ Al. : « secundo qui. »

præmittitur ibi, Puer Israel etc. et sic loqui videtur de vocatione Israel de Ægypto.

Sed dicendum, quod in omnibus auctoritatibus quæ in Evangelii vel in epistolis ponuntur de Christo, quædam distinctio notanda est : quia quædam dicuntur specialiter de Christo, sicut illud Isa. lxx, 7 : *Tamquam ovis ad occisionem duetur* : quædam autem dicuntur de quibusdam secundum quod duxerunt figuram Christi, et sic est ista auctoritas. Isti enim non fuerint filii Israel, nisi inquantum similitudinem gesserunt veri filii unigeniti : et hoc est *Ex Ægypto vocavi filium meum*, scilicet speciem.

Tunc Herodes. Ille agitur de interfectione puerorum : et circa hoc duo facit. Primo ponitur occasio interfectionis ; secundo ponitur interfectio, ibi, *Et mittens occidit omnes pueros*; tertio inducuntur prophetæ, ibi, *Tunc impletum est*. Occasio fuit ira Herodis : unde : *Tunc Herodes iratus est*¹. Jac. i, 20 : *Ira viri justitiam Dei non operatur*. Et notandum quod quando aliquis Rex amissionem regni suspicatur, cito irascitur et accenditur². *Videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde*. Et dicitur iratus valde propter duo : quia quando aliquis irascitur, de modica occasione fortiter accenditur : unde quia in suspicione erat amissionis regni, et illusus fuit a Magis, *iratus est valde*. Eccli. xi, 34 : *A scintilla una augetur ignis*. *Et mittens*. In ira ista fuit crudelitas³ quantum ad tria : quantum ad locum, quantum ad multitudinem, et quantum ad tempus. Quantum ad multitudinem : ut unum quereret, omnes occidit : unde dicitur : *Et mittens occidit omnes pueros*. Et nota quod dicit Augustinus, quod iste nunquam profuissest tantum obsequio, quantum profuit odio.

Sed queritur, cum non habuerint liberum arbitrium, quod modo dicti sunt mori pro Christo.

Sed sicut dicitur Joan. iii, 17 : *Non misit Deus filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus*

per ipsum. Nunquam enim Deus permisisset eos occidi, nisi fuisset eis utile; unde dicit Augustinus, quod idem est dubitare utrum profuerit illis ista occiso quod est dubitare utrum pueris prosit baptismus. Passi sunt enim ut martyres ; et Christum moriendo confessi sunt⁴, quamvis non loquendo. Apoc. vi, 9 : *Vidi subtus altare animas interactorum propter verbum Dei*.

Secunda crudelitas est, quia occidit in omnibus finibus : timebat enim ne fugeret, scilicet ad aliquam civitatem. Et contigit ei sicut bestiae vulnerata, que non attendit quem vulnerare debeat. Proverb. xxviii, 15 : *Leo rugiens, et ursus esuriens, princeps impius super populum pauparem*. Tertia quantum ad tempus : unde, *A bimatu*, idest duorum annorum.

Et nota, quod Augustinus dicit, quod illo anno quo Christus natus est, Innocentes sunt occisi. Sed quare dicit : *A bimatu et infra?* Dicunt quidam, quod⁵ stella apparet per duos annos ante : Herodes dubitabat utrum a tempore stellæ natus fuisset ; et ideo dicit : *Secundum tempus quod exquisierat a Magis*. Alii autem dicunt, quod isti non sunt occisi eodem anno, sed post duos annos.

Sed quare tantum distulit? Triplex ratio redditur a diversis. Una est, quia a principio putabat quod Magi fuissent decepti, et quod nihil inventissent. Sed postquam audivit multa verba de Christo a Zacharia et Simeone et Anna : tunc motus fuit ad quarendum. Alii dicunt, quod hoc fecit ex cautela : timebat enim ne puerum quem quereret parentes occultassent. Unde primo voluit eos assecrare. Alii quod occupatione impeditus : quia misit post Magos usque ad Tharsum Ciliciæ, et fecit incendi naves eorum. Item fuit occupatus, quia citatus fuit Romæ, accusatus a filiis. Et sic post reversionem incepit sayire. Et dicit : *Et infra etc.* ; quia cogitavit illum esse tantæ potentie quod posset communicare faciem suam.

¹ Al. : « iratus tyrannus. »

² Al. : « et notandum, quod quando aliquis irascitur, cito accenditur. »

³ Al. : « mira crudelitas. »

⁴ Al. : « passi sunt enim propter Christum : unde et martyres moriendo confessi sunt. »

⁵ Al. : « bestiae que vulnerata. »

⁶ Al. : « dicunt quod. »

Per istam occisionem significatur occasio martyrum, quia pueri per humilitatem et innocentiam, Iusta xix, 14: *Sinete parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire.* Item infra xviii, 3: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parenti, non intrabitis in regnum carolorum.*

In Bethlehem, et in omnibus finibus ejus: quia per totum mundum occiduntur. Aet. i, 8: *Eritis mihi testes, scilicet moriendo.* Duo anni sunt duplex caritas Dei et proximi: *quia fides sine operibus mortua est.* Jac. ii, 20¹.

Et nota quod nato Christo, statim persecutio saevit, quia statim quando quis convertitur ad Christum, ineipit tentari. Ecli. ii, 4: *Fili accedens ad servitatem Dei, sta in justitia et in timore, et præpara uniam tuam ad tentationem.*

Tunc impletum est quod dictum est per Hierosam prophetam. Posita occisione puerorum, hic more suo Evangelista prophetiam annuntiantem ponit, quae est Hier. xxxi, 15: *Vox in Rama auditæ est lamentationis, luctus et fletus; Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.*

Et notandum quod, sicut dicit Hieronymus, ubiquecumque per Apostolos et Evangelistas introducitur aliqua auctoritas veteris Testamenti, non oportet introducere verbum ex verbo semper; sed si eut dedit eis Spiritus sanctus, aliquando sensum ex sensu in usu nostro. Ita habemus Hier. xxxi, 15: *Vox in excelsis auditæ est lamentationis, luctus et fletus, Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Et sensus idem est.

Et considerandum, quod quantum ad hanc auctoritatem pertinet, ista est una de illis quæ introducuntur in Evangelio, quæ tamen sensum litteralem habet, qui est figura ejus quod fuit in novo testamento. Unde ad intellectum ejus consideranda est quædam historia quæ legitur Iudicum xxi, ubi dicitur quod propter peccatum commissum circa uxorem Levitæ fere tota tribus Beniamin extincta est;

et dicitur quod ibi fuit maximus planetus, ita quod fuit auditus de Gabaa² usque in Rama longe a Bethlehem per duodecim milliarum. Hoc dicitur Rachel plorare, quia mater fuit Beniamin: et est locutio figurativa, scilicet ad exprimendum magnitudinem doloris. Sed haec est propheta de præterito. Alio modo est de futuro dupliciter: quia uno modo potest referri ad captivitatem Israel, qui quando in captivitatem ducebantur, dicuntur in via juxta Bethlehem plorasse: et tunc dicitur Rachel plorasse, quia sepulta erat ibi, Genes. xxxi. Et dicitur hoc eodem modo loquendi quo locutus dicitur plorare mala quæ in loco³ accidunt. Vult ergo dicere propheta, quod sicut maximus dolor et luctus fuit quando extincta est tribus Beniamin, ita futurus est maximus alijs tempore captivitatis. Tertio modo exponitur sic. Evangelista assumit factum⁴ de occisione Innocentum, et exaggerat istum dolorem quadrupliciter. Ex diffusione doloris, ex multitudine doloris, ex materia, et inconsolabilitate. Dicit ergo: *Vox in Rama: quædam civitas est in tribu Beniamin, Iosue xviii, et potest accipi pro civitate Lia.* Ille autem accipitur pro excelso; et potest dupliciter exponi. Primo sic. Vox in excelso prolatæ, *audita est,* quia vox quæ in loco alto est, longe lateque diffunditur. Isa xlix: *Supra montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion, exulta in fortitudine vocem tuam.* Vel audita est in excelso, id est in caelo apud Deum. Ecli. xxxv, 21. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet non consolabitur, et non discedet donec Altissimus aspiciat.* Et iterum v, 18: *Nonne lacrymae viduæ⁵ ad mausulum descendunt, et exclamatio ejus super deducentes eas?*

Ploratus. Hoc potest referri ad fletum infantium occisorum. *Et ululatus multus.* Hoc ad matrem ploratus⁶ Vel utrumque ad pueros: *Ploratus.* inquit quantum elevabantur a militibus: *ululatus,* inquit quantum jugulabantur. Major est dolor matrum quam filiorum. Item matrum erat dolor

¹ Al. in Edit. an. 1527, hic ponitur sententia quæ suo loco seq. pag. restituta est sub nota.

² Al. : « Gralva. »

³ Al. : « in Christo. » — ⁴ Al. deest: « factum. »

⁵ Al. : « et iterum lacrymae viduae, etc. »

⁶ Sententia suo loco restituta ex Edit. an 1527, quæ in ceteris tamen deest.

⁷ Al. : « planetus. »

assiduus, puerorum fuit brevis; propter quod dicit Zach. xi, 10. *Plangent eum quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut dolori solet in morte primogeniti.* Item ex materia doloris, quia de morte filiorum. Unde Rachel plorat.

Sed objicitur, quia Bethlehem non erat in tribu Beniamin, sed in tribu Iuda qui fuit filius Lia.

Et solvitur tripliciter. Primo, quia Rachel sepulta fuit iuxta Bethlehem, Genes. xxxv. Et ita ploravit pueros eo modo quo aliquis locus dicitur plorare. Hierem. ii, 12: *Obstupescite caeli super hoc, et porta ejus desolacionis vehementer, dicit Dominus.* Vel aliter. Supra habitum est quod Herodes occidit pueros in Bethlehem et in omnibus finibus ejus etc. Bethlehem autem erat in confinio duarum tribuum, scilicet Iudee et Beniamini; unde de pueris Beniamini occisi sunt; et sic cessat objec-
tio, sicut exponit Hieronymus. Augustinus autem aliter exponit: et dicit quod consuetudo est quod quando alicui aliqua prospera succedit, ille quando adversitates veniunt, magis dolet. Lia et Rachel sorores fuerunt, et isti qui occisi sunt fuerunt de filiis Lia. Et sic corporaliter occisi sunt, ne aternaliter punirentur, ut¹ in facto Gabaa. Dicitur ergo plorare videns filios suos occidi et damnari. Vel per Rachel Ecclesia signatur: quia interpretatur videns Deum; et Ecclesia per fidem videt; que plorat filios suos occisos, non quia occisi sunt, sed quia per ipsos poterat alios acquirere. Vel non plorat propter occisos, sed propter occidentes.

Sequitur de inconsolabilitate doloris. *Et noluit:* et exponitur illud multipliciter. Primo ut referatur ad populum qui tunc erat. Consolatio enim debetur quan-
din speratur aliquid remedium; sed quando non speratur, non est consolatio, sicut palet in infirmo desperato; et ideo dicit, ut referatur ad opinionem: matrum. *Quia non sunt,* quia scilicet non apparent. Gen. xxxvii, 20: *Puer non comparet.* Vel *noluit consolari quia non sunt,* id est ac si non essent. Consolatio enim non debetur nisi de malis; nuda secundum hoc refer-

tur ad opinionem Ecclesiae, quae habet eos tanquam regnarent; unde sicut de regnantibus gaudet de eis. Thess. iv, 12: *Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent.* Vel *noluit consolari,* de presenti; sed expectat consolationem in futuro. Infra v, 5: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

Consequenter agitur de revocatione Christi; unde: *Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph:* et primo ponitur apparitus Angeli, secundo mandatum Angeli; tertio execu-
tio mandati Angeli. Cirea primum tria ponuntur. Primo describitur tempus; secundo persona; tertio modus apparitionis. Dicit ergo, *Defuncto Herode:* non ille qui fuit in morte Christi, quia ille fuit filius istius: *ecce apparuit.*

Notandum, quod omnis turbatio Ecclesie secundum mysterium terminatur per mortem persecutorum Prob. xi, 10: *quia in perditione impii erit laudatio.* Item nota, quod infidelitate Iudeorum terminata, Christus redibit ad eos. Rom. xi, 26: *Et tunc omnis Israel salvens fiet.*

Ecce apparuit. Notandum quod talis est ordo Angelorum et hominum, ut divinas illuminationes non sicut nobis nisi per Angelos. Hebr. i, 14: *Omnes sunt administratori spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem copiunt salutis.* Unde etiam Christus, secundum quod homo, voluit per Angelos nuntiari. Modus, ibi, *In somnis Joseph in Egypto.* Mandatum, ibi, *Surge et accipe puerum.* Non dicit nullum, non coniungem, sed puerum, ut designetur dignitas pueri, et integritas matris. In hoc significatur quod Joseph non fuit eius datum ad carnalem copulam, sed ad ministerium et custodiā.

Consequenter assignat causam: *Defuncti sunt enim qui querabant animam pueri.*

Sed queritur quare dicit *sunt;* non enim nisi Herodes mortuus erat.

Hoc solvitur duplicitate. Primo, quia iste tot mala fecerat quod Iudei gaude-

¹ Al. deest: « ut. »

bant de morte ejus : qui præsentius mandavit adhuc vivens sorori sua quod nobiliores de Iudeis interficeret in morte sua ; et isti quasiverant animam pueri cum Herode ; et hoc est *Defuncti sunt enim qui quarreabant animam pueri*. Vel aliter, Mos est sacrae Scripturae ponere plurale pro singulari ; unde *mortui sunt idest mortuus est*, etc. ; unde in hoc quod dicit : *Qui quererant animam pueri*, destruitur error Apollinaris, qui dixit, quod divinitas erat in Christo loco animæ.

Ponitur executio hujus mandati : *Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus*. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo reversus est in terram Israel ; secundo quam partem vitavit ; tertio qua parte declinavit, ibi, *Et admonitus in somnis secessit in partes Galilæas*. Dicit ergo : *Qui consurgens*. Notandum, quod Angelus non dixit : Vade in terram Juda, vel in Hierusalem ; sed universaliter, *In terram Israel*, sub qua etiam Galilæa potest comprehendendi. Unde potest dici, quod Joseph intravit fines terræ quam habitabat Judas.

Consequenter ponitur quam partem vitavit, ibi, *Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa*.

Iste notanda est hic historia Herodis. Iste Herodes habuit sex filios : et ante mortem suam occidit Alexandrum et Aristobulum, in morte autem sua mandavit ut occideretur Antipater : unde tres remanserunt, inter quos Archelaus primogenitus fuit et usurpavit sibi regnum ; sed tandem accusatus a Iudeis apud Cæsarem Augustum, ablatum fuit ei regnum ; et divisum fuit in quatuor partes ; et duas habuit Archelaus, duas alias alii diviserunt sibi, ita quod unam tetrarchiam habuit Herodes, aliam Philippos, sicut habetur Lue. iv. Iste Archelaus missus est in exilium post novem annos regni sui.

Et admonitus in somnis. Dixerat primo

Angelus, quod iret ad terram Israel ; sed quia Joseph nondum intellexerat, ideo Angelus, qui prius indeterminate revelaverat, nunc determinat ; et hoc est, *Et admonitus secessit in partes Galilæas*.

Sed contra. Sicut Archelaus in Iudea, ita Herodes in Galilæa regnabat. Sed dicendum, quod hoc fuit statim post mortem Herodis, quando Archelaus tecubebat totum ; quia postmodum facta est divisio.

Sed tunc etiam queritur quare non timuit Archelaum. Dicendum, quod in Hierusalem erat sedes regni ; unde ibi quasi semper morabatur.

Sed queritur quare Lue. ii, 41, dicitur quod singulis annis ducebant puerum in Hierusalem. Et solvit Augustinus, quod securè ducebant per turbam magnam, quæ tunc ascendebat ; sed periculum fuisse si ibi diu moratus fuisset.

Item queritur quare innuit Evangelista, quod quasi per accidens venit Joseph in Nazareth, sed in Lue. ii, 39, dicitur, quod in Nazareth habuit proprium domicilium. Sed dicendum, quod Angelus dixerat ei quod iret in terram Israel, quæ stricte accepta non continebat Galilæam nec Nazareth : et sic intellexit Joseph ; et ideo non proponebat ire in Nazareth.

Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam : Quoniam Nazareus vocabitur. Hoc non invenitur scriptum ; sed potest dici, quod ex multis locis colligitur. Nazareus igitur interpretatur sanctus, et quia Christus dicitur sanctus. Dan. ix, 24. *Donec ungatur sanctus* : ideo signanter dicitur ; per Prophetam. Vel potest dici, quod per Nazarenum interpretatur floridus. Et hoc habetur Isa. 1 : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet*. Et convenit cum eo¹ quod dicitur Cant. v, 1 : *Ergo flos campi, et lumen convallium*.

¹ Al. : « et ideo venit cum eo. »

CAPUT TERTIUM

4. In diebus autem illis venit Joannes Baptista predicans in deserto Iudeæ, et dicens : Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est per Isaiam prophetam dicentem : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis canicolorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos; esca autem ejus erait locusta, et mel sylvestre. Tunc exibat ad eum Hierosolymam et omnis Iudea et omnis regio circa Jordaniam; et baptizabantur ab eo in Jordane conitentes peccata sua. Videamus autem multos Pharisæorum et Saducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiae. Et ne velitis dicere intra vos : patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitat filios Abraham. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam; qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sunt digni calceamenta portare; ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni. Cujus ventilabrum in manu sua, et perundabili aream suam, et congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburет igni inextinguibili.

2. Tunc venit Jesus a Galilea in Jordaniem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens ; Ego a te debeo baptizari; et tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei : Sime modo; sic enim doceat nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Jesus, confessum ascendit de aqua; et ecce aperti sunt cieli, et vidit spiritum Dei descendenteum sicut columbam et venienteum super se. Et ecce vox de celis dicens : Hic est filius meus dilectus, in quo nibi complacui.

Supra agit Evangelista de ingressu Christi in mundum; nunc autem agit de ejus processu, qui quidem est attendendus secundum processum suæ doctrinæ; ad hoc enim venit, Joan. xviii. Circa doctrinam autem duo considerantur : primo enim ponitur preparatio ad doctrinam; secundo ponitur ipsa doctrina, cap. v. Ad doctorem autem evangelicæ doctrinæ duo requiruntur. Primo ut sit voluntarius sacris mysteriis; secundo ut probatus sit virtutibus : et sic duo præmittuntur ante doctrinam, scilicet baptismus ejus, et tentatio, cap. 4 : Circa primum duo facit. Primo introducitur Joannis baptismus, ibi, *Exhibit ad eum Hierosolymam*; secundo instructio baptizatorum, ibi, *Videns autem multos*. Invitantur autem dupliciter a Joanne; scilicet verbo, et exemplo. Secundum ibi, *ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum etc.* Circa doctrinam Joannis tria facit, sive tanguntur. Primo persona doctoris introducitur; secundo ponitur doctrina; tertio confirmatio. Secundum ibi, *Pœnitentiam agite*; tertium ibi, *Hic est enim de quo dictum est*. Circa personam quinque ponuntur : scilicet tempus, persona, officium, studium, et locus. Primum ibi, *In diebus illis etc.* Et notandum, quod tempus prædications Lucas describit per Principes Reipublicæ et Iudæorum. Illud ergo quod dicit Lucas, exprimitur hic, dum dicit : *In diebus illis*. Nec debet hoc referrri ad dies de quibus facta est mentio, scilicet ad tempus infantiae Christi; non enim est intelligendum hoc fuisse in diebus illis in quibus Christus reversus est de Ægypto. Sed hoc sic ponitur, quia Christus habitavit continue in Nazareth. Lue. ii, 40 : *Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia; et gratia Dei erat in illo.* Secundo ponitur persona, ibi, *Venit Joannes*: venit, idest apparuit qui primo oculatus erat. Hic est de quo Joan. i : *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de homine.*

Sed quare Christus voluit ejus testimonium, cum haberet testimonium operum?

Dicendum, quod propter tria. Primo propter nos, qui ducemur in cognitionem spiritualium per ea quæ sunt similia nobis. Joan. i, 7 : *Hic venit ut testimonium perhiberet de homine.* Et quare? ut omnes crederet per illum. Secundo propter malitiam Iudeorum, quia non solum Christus sibi testimonium perhibet, secundum quod ipsi dicebant, Joan. iii, 26 : *Tu de te ipso testimonium perhibes;* sed etiam aliis, Joan. v, 33. *Vos misistis*

ad Joannem, et testimonium perhibet veritati. Tertio ad ostendendum aequalitatem Christi ad Patrem : quia sicut Pater prænuntios habuit, scilicet prophetas, ita Christus. *Iac. i, 76 : Tu puer propheta Altissimi vocaberis : præribis eum ante faciem Domini parare vias ejus.*

Tertio ponitur officium baptizandi. Hoc fuit speciale ejus officium ; quia primus baptizavit, et fuit ejus baptismus præparatorius ad baptismum Christi ; quia si Christus novum ritum adjunxisset, statim potuissent homines scandalizari. Et ideo prævenit Joannes, ut præpararet homines ad baptismum. *Joan. i, 31 : Ut manifestetur in Israël.* Quarto ponitur studium ; quia *venit*, ut diligenter prædicaret ; et hoc est *Prædicans baptismum*. Christus quidem baptizatur ista adjunxit, *Mattth. vlt. 19. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos² in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Joannes autem in utroque preparavit viam.

Et notandum, quod Joannes in trigesimo anno hoc fecit, in qua ætate David etiam factus est Rex, et Joseph gubernacula regni Ægypti suscepit. *Gen. xlii* : per quod datur intelligi, quod ad nullum officium debet aliquis assumi ante perfectam ætatem.

Quarto ponitur³ locus, *In deserto.* Prædicavit autem in deserto propter quatuor. Primo ut quietius audirent : in civitate enim multi curiosi⁴ impedites convenissent, sed in deserto non nisi studiosi ibant. *Eccle. xi, 2 : Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.* Secundo, quia congruebat sue prædicationi, quia ipse pœnitentiam prædicabat. Talis autem debet esse locus pœnitentiae, vel corporaliter vel mentaliter. *Psal. lxxv, 8 : Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine.* Tertio ad designandum conditionem Ecclesiæ, quæ per desertum significatur. Datur enim intelligi, quod non est in synagoga prædicatio salutis, sed in Ecclesia. *Isa. lxxv : Lætare sterilis quæ non paris, decanta laudem, et hinni quæ*

non pariebas ; quoniam multi filii deserterunt magis quam ejus quæ habebat virum : dicit Dominus. Quarto ad designandum conditionem Judicæ, quæ jam derelinquebatur a Deo. *Infra, xxiii, 38 : Ecce relinqueretur eobis dominus exercitus dererta.*

Sequitur, *Pœnitentiam agite, etc.* Joannes anuntiat quamdam novam vitam, sicut dicit Augustinus in lib. de *Pœnit.* Nullus qui suæ voluntatis arbiter constitutur, potest novam vitam inchoare, nisi pœnitentia veteris vitæ. Quare in *Glossa.* Et ideo primo monet ad pœnitentiam, secundo annuntiat salutem, ibi, *Appropinquabit enim regnum cœlorum.* Item *pœnitentiam agite*, per quam est remissio peccatorum. Chrysostomus : *Natus a filio Dei, Deus misit praconem in mundum.*

Et notandum, quod aliud est pœnitentiam agere, et pœnitere, ille pœnit qui peccata deflet, et flenda non committit. Et sciendum, quod totum refertur ad propositum mentis, ut scilicet dicatur : *Et flenda non committit, id est proponit non committere, hoc enim requirit pœnitentia.* Pœnitentiam autem agere est satisfacere pro peccatis. *Luc. iii, 8 : Facite fructus dignos pœnitentiae.*

Et fit hic questio. Cum omnia peccata dimittantur in baptismō, quare Joannes prænuntians baptismum Christi, incepit a pœnitentia?

Et respondeatur in *Glossa*, quod triplex est pœnitentia ; scilicet ante baptismum, quia oportet ut doleat de peccatis quando accedit ; secunda post baptismum de mortalibus ; tertia de venialibus, hic agitur de pœnitentia quæ est post baptismum ; unde Petrus dixit, *Ate. ii, 38 : Pœnitentiam agite, scilicet ut sitis purati ad salutem consequendam.*

Appropinquabit. Et nota quod numquam in Scriptura veteris Testamenti inventur promissum regnum cœlorum ; sed primo Joannes nuntiat ; quod pertinet ad dignitatem ejus. Regnum autem cœlorum in Scriptura quatuor modis accipitur. Quandoque enim dicitur ipse Christus habitans in nobis per gratiam. *Luc,*

xvii, 21 : *Regnum Dni intra vos est.* Et dicitur regnum cœlorum, quia per inhabitantem gratiam inchoatur nobis via cœlestis regni. Secundo sacra Scriptura Infra 21, 43. *Ausseretur a vobis regnum Dei*, idest sacra Scriptura. Et dicitur regnum, quia lex ejus dicit ad regnum. Tertio dicitur præsens Ecclesia militans. Infra xm, 47. *Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti*, etc. Et dicitur regnum cœlorum, quia ad modum cœlestis Ecclesiæ est institutum. Quarto dicitur regnum cœlorum cœlestis curia. Infra 8, 2 : *Venient ab oriente et occidente, et recumbent eum Abraham et Isaac et Jacob in regno cœlorum.* Ante tempus autem Joannis non sicut mentio nisi de regno Iehesuorum. Exo. m, sed modo promittitur regnum cœlorum suæ Ecclesiæ¹.

Consequenter ponitur confirmatio hujus prædicationis : *Hic est de quo dictum est per Isaiam prophetam etc.* Et, sicut dicit Augustinus, istud potest dupliciter exponi. Primo quod hoc, scilicet *hic est de quo scriptum est*, sicut verba Evangelistæ, et tunc sensus est planior. Secundo illud introducitur a Matthæo velut sicut verba Joannis præuentiam agentis; unde, *Hic est*, idest ego sum; et loquitur de se sicut de alio, sicut Joan. 1, loquitur de alio sicut de se. Sed non est vis enjus sicut verba, quia sensum cumdem habent. Hic est ergo de quo scriptum est, Is xl, 3 : *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.* Tria ponuntur, per quæ confirmantur tria prædicta. Primo prænuntiatur locus prædicationis Joannis, quia *vox clamantis in deserto*; secundo adventus regni cœlorum; unde : *Parate viam*; tertio paupertatem, ibi, *Rectas facite semitas ejus.* Dicit ergo : *Vox clamantis in deserto.* Et dicit, *Vox*, propter tria Primo, quia, sicut dicit Gregorius, vox verbum præcedit; et Joannes, Christum. Lue. i, 7 : *Ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliae.* Secundo, quia per vocem verbum cognoscitur; vox enim verbum deducit in cogni-

tionem; ita Joannes Christum. Joan. i, 31 : *Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.* Tertio, quia vox sine verbo non facit animi certitudinem. I Cor. xiv, 8 : *Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?* Et revelatio divinorum mysteriorum non facta est per Joannem nisi in quantum annuntiavit Christum; sed per Christum verbum. Joan. i, 18 : *Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Igitur *Vox clamantis*; et potest intelligi dupliciter. Primo Christi clamantis, qui in Joanne loquebatur. II ad Cor. xiii, 3 : *An experientum queritis ejus qui in me loquitur Christus?* Ita etiam clamavit in omnibus prophetis; unde semper dicitur : *Factum est verbum Domini ad Hieremiam, vel Isaïam etc.* Et tamen nullus est dictus vox, quia non immediate præcesserunt Christum. Mal. m, 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam.* Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis, et *Angelus testamenti quem vos vultis.* Vel *vox clamantis*, idest Joannes clamans. Scendum, quod clamor fit ad surdos; et tales erant Judei. Isai. xlvi, 48 : *Surdī audite, et ræci intuemini ad videundum.* *Quis cæcus, nisi servus meus ; et quis surdus, nisi ad quem nuntios meos misi?* Secundo ex indignatione Ps. cx, 40 : *Iratus est furor Dominus in populum suum, et abominatus est hereditatem suam.* Tertio ad distantes. Et isti elongati a Deo, *Parate viam Domini.* Et videtur magis fuisse consonum quod dixisset : *Parate viam vestram ad suscipiendum Bonum.* Et sciendum, quod nos adeo eramus infirmi, quod non poteramus accedere ad Dominum, nisi ipse veniret ad nos. Et ideo supra dixit Joannes; *Appropinquabit enim regnum cœlorum.* Et hoc est, *Parate.* Sed quae est ista via? Fides, qua est per auditum. Eph. m, 17 : *Habitate Christum per fidem in cordibus vestris.* Gregorius : *Via fidei, devotus auditus est.* Amos iv, 12 : *Præpara te in occursum Dei tui Israel.* *Rectas facite.* Fides est communis, est una; sed dirigit in diversis operibus; et

¹ Al. : *a sive cœlestis.*

ideo, *Rectas facite*. Tunc autem sunt rectæ istæ viae operum quando non discordant a lege divina, qua est regula actuū humanorum; sicut secundum voluntatem signi est regula bonitatis in variis iotilibus, ut haberi potest Hier. xviii. Vel hoc, scilicet *parate*, pertinet ad caritatem, qua est de necessitate salutis. Isa. xxxvi, 21: *Hæc via: ambulate in ea, et non declinetis neque ad dextram, neque ad sinistram*. Ergo via intelligitur totum illud quod pertinet ad communem salutem. I Corinth. xi, 31: *Adhuc excellentiorem vobis viam demonstro*. Semita vero sunt¹ observationes consiliorum; quæ semita dieuntur esse rectæ, quia non propter inanem gloriam debent fieri. Infra 6, *Non faciatis justitiam coram hominibus, ut videamini ab eis*. Proverb. iii, 27: *Via ejus, via pulchræ, et omnes semita ejus pacificæ*.

Consequenter ostenditur quomodo Joannes testimonium perhibuit Christo in vita, ibi, *Ipse autem Joannes*. Sed quis perhibuit testimonium de Joanne, qui perhibebat testimonium Christo? Et dicendum, quod vita sua; quia, sicut dicit Chrysostomus, nullus idoneus testis alterius est, nisi sit testis suus, et hoc bona vita. Eccl xix, 27. *Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant de illo*. Unde hic describitur austeritas ejus in vita et cibo. Et hoc est *Ipse autem erat indutus pilis camelorum etc.* Alii de lana; Joannes de pilis. Reputabat enim vestimentum de lana mollitiem, quæ non convenit predicatori. Item *zona pellicea*. Illud dupliciter exponit. Hieronymus dicit, quod tunc temporis Judæi habebant cingulum de lana, sed Joannes reputans ad mollitiem, accipit de pellicibus, imitans Eliam, sicut dicitur IV Reg. 1. Rabanus exponit sic, et dicit, quod Joannes accipiebat pelles crudas, non paratas, et utebatur eis, ut refrenaret libidinem; et hoc est *Et zonam*. Sed sive sic exponatur in utroque tamen austeritas vita intelligitur. *Cibus autem ejus locusta, et mel silvestre*. Illic cibus non paratus,² sed quem natura ministrabat; et sunt

locusta animalia quedam apta ad comedendum. *Et mel silvestre*. Ille dupliciter potest intelligi. Proprie enim silvestre dicitur illud quod non reconditur in alveis artificiosæ factis, sed inventur in silvis in aliquibus arboribus. Alii dicunt quod est canna mellis, et quoddam quod inventatur in cannis valde dulce; tamen in omnibus his nihil aliud habetur, nisi quod simplicibus erat contentus. I Tim. vi, 8: *Habentes alimenta et quibus tegatur, his contenti sumus*.

Consequenter agitur de baptismo; unde dicitur *Tunc exibant*. Et tangit tria. Primo quomodo visitabatur a turbis, secundo quomodo turbæ baptizabantur; et tertio quomodo confitebantur peccata sua. Quantum ad primum sciendum, quod tria sunt quæ invitabant homines ad exendum ad Joannem. Primo nova predictatio. Nunquam audiverant fieri mentionem de regno cœlorum, et ideo mirabantur. Job xxxviii, 33. *Nunquid nosti ordinem cœli; et pones rationem ejus in terra?* Joannes primo³ docuit quod ratio regni cœlorum non esset ponenda in terra. Secundo propter vitam; unde dicit, *Tunc exibant*; videntes scilicet vitam ipsius. Jac. ii, 18: *Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam*. Tertio, quia Iudea privata erat instructione prophetarum. Ps. LXXIII, 9: *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta*. Et ideo exibant a Iudea ad videndum; et hoc est, *Tunc exibant et baptizabantur ab eo in Jordane*.

Sed quare in Jordane? Quia in Jordane primo fuit præfiguratus baptismus, iv Reg. ii, ubi dicitur de Eliseo, quod⁴ transivit per Jordanem, et Elias raptus est in cœlum. Item ibi fuit mundatus a Naaman leprorus, qui significat mundatum a peccatis in baptismo. Item quia ipsa interpretatio convenit baptismo; interpretatur enim descecessus, et significat humilitatem quam homo debet habere in baptismo. I Pet. ii, 2: *Quasi modo genit infantes, rationabiles et sine dolo luc concupiscite*.

¹ Al. deest: «sunt.»

² Al.: «paratur.»

³ Al.: «Joan. ii, primo.»

⁴ Al.: «quando.»

Tertium ponitur ibi, *Confiteentes peccata sua*. Causa quare confessio est inducita, supra est ostensa, quia de necessitate salutis. Jac. 5, 16 : Confitemini alterum peccata vestra. Et dicit *Glossa*, quod ideo inducta est, ut homo habeat erubescientiam. Sed sciendum, quod erubescientia est causa concopitans, sed principalis est propter virtutem clavium; nullus enim posset ligare vel solvere, nisi sciret quid ligandum vel solvendum esset; unde, sicut nullus potest amovere necessitatem clavium, ita nullus posset amovere confessionem vocalem.

Sed quaritur an accedens ad baptismum confiteri teneatur. Videtur quod non indigeat virtute¹ clavium, cum omnia dimittantur peccata in baptismo.

Sed dicendum, quod tenetur saltem in generali; et hoc facit quando abrenuntiat satanæ et omnibus pompis ejus; in hoc enim profitetur se esse satanæ obligatum.

Videns autem multos. Ostendo quod multi a Joanne baptizabantur, hic agit de instructione eorum; et circa hoc duo facit. Primo ponuntur qui sunt qui instruantur; secundo ponitur eorum instructio, ibi, *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Dicit ergo; *Videns autem multos Pharisæorum et Saducæorum*. Sciendum, quod apud Iudeos sunt aliqua sectæ, inter quas istæ duas erant præcipuae. Pharisæi enim dicebantur, quasi a communi vita divisi, propter suas² observantias. Isti in multis bene dicebant; tamen deficiebant, quia, ut dicitur, omnia provenire ex necessitate ponebant. Alii, scilicet Sadducæi, dicebantur justi propter quasdam speciales observantias legis, qui non recipiebant prophetas, nec dicebant animas post corruptionem corporis resuscitari, nec spiritum esse. Utrique autem ex ipso nomine notabantur³, quia Phares divisionem significat, qua opponitur caritati. Et hi omnino erant divisi ab aliis⁴, quasi haberent superabundantem Spiritum sanctum; hoc enim bonum est. Alii etiam, scilicet Sadducæi, sibi jus-

timam usurpabant; contra quos Rom. 10, 5 : *Ignorantes enim justitiam Dei, et suam querentes statuere, justitiam Dei non sunt subjecti*. Et tamen quamvis magis justi apparerent, tamquam ad magistrum ad Joannem veniebant. Isa. 49, 7 : *Reges videbunt et consurgent Principes et adorabunt propter Dominum quia fidelis est, et Sanctum Israel qui elegit te*. Isti ergo hic convenienter instruuntur; unde : *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Et notandum quod instructio debet variari secundum conditiones auditorum. Sinaplicibus enim sufficit ea quae ad salutem pertinent breviter loqui; sed sapientibus debent singula explicari. Quod innuit Apostolus in Corinthi. iii, 4 : *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus*. Ita fecit Joannes; breviter turbas admonuit de pœnitentia, et annuntiavit regnum cœlorum. Ista duo hic explicat per singula Phariseis; unde primo exhortatur ad pœnitentiam: secundo munitat de appropinquatione regni cœlorum, ibi, *Ego quidem baptizo vos etc.* Circa primum duo facit. Primo ponit inductivum ad pœnitentiam; secundo removet ea quae possunt a pœnitentia retrahere, ibi, *Et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham*. Circa primum duo facit. Primo ponit inductionem ad pœnitentiam; secundo ponit perfecta pœnitentia modum; ibi, *Facite ergo fructum dignum pœnitentie*. Duo autem sunt quae inducent ad pœnitentiam. Recognitio proprii peccati. Isaia xviii, 1 : *Annuntia populo meo scelerum eorum*. Secundo timor divini iudicij. Ista duo annuntiat Joannes; unde dicit : *Progenies viperarum*. Et notandum, quod in sacra Scriptura dicitur filius alienus ad imitationem. Ezechiel. xiv, 43 : *Pater vester Amorbiens*. Jo. viii, 44 : *Vos et patre diabolo estis, et desideria patris vestris vultis facere*. Isti similes erant viperis: et ideo dicit : *Progenies viperarum*. Et sunt similes in tribus, secundum Chrysostomum. Natura enim illius est quando mordet aliquem, reurrece ad aquam; et si invenit, non moritur.

¹ Al. : « et hoc virtute. »

² Al. : « duas. » — ³ Al. : « vocabantur. »

⁴ Al. : « unde hi sunt qui omnino erant divisi ab aliis. »

Unde Joannes perpendens intentionem eorum, quare veniebant ad aquam baptismi, dixit : *Progenies viperarum.* Sed quomodo venenati veniebant ad baptismum? Quia Joannes promittebat remissionem peccatorum; unde faciebat intrare aquam deponentem¹ pravam intentionem; ideo dicit : *Agite penitentiam. Et baptizabuntur ab eo.* Secunda proprietas est quod nascendo occidit parentes: unde dicitur quasi vi pariens; et isti similiter. Infra, xxii, 31²: *Quem prophetarum non occidistis?* Tertia ratio est, quia est pulchra exterius³, interius habens venenum: Isti etiam pulchri sunt exterius quadam simulata justitia, interius habentes peccata. Infra, xxii, 27: *Væ robis quia similes estis sepulchrī dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spuria.* Et secundum hoc progenies viperarum sonat in malum. Ambrosius exponit aliter, et dicit, quod prudentia serpentibus ascribitur. Infra x, 16: *Estate prudentes sicut serpentes.* Unde Joannes commendans eos de prudenter, quia veniebant ad baptismum, dicit: *Progenies viperarum.* Primum ergo quod inducit ad penitentiam est recognitio proprii peccati; secundum est timor divini judicij. Prov. xv, 27: *Per timorem Domini declinat omnis a malo.* Job. xix, 29: *Scitote esse iudicium.* Et hoc est quod dicit: *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Et sciendum quod Ambrosius et Chrysostomus exponunt de præteritis: Rabanus de futuris; unde dicit, *Quis demonstravit?* Et secundum Ambrosium sic: *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* quasi diceret: *Quis demonstravit ut recederetis a malo?* quasi dicat: Nullus, nisi Deus. Ps. lxxiv, 8: *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Secundum Chrysostomum sic: *Progenies viperarum, quia retinent voluntatem peccati, quis demonstravit vobis fugere, sicut vos vultis?* Non, quia dixit Isaías i, 16: *Lacrimi et mundi estote, auferete malum cogitationum vestra-*

rum ab oculis meis. Non, quia dixit David, Psalm. i, 4: *Amplius lava me, Domine, ab iniustitate mea, et a peccato meo inunda me.* Et post: *Sacrificium Dei spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias⁴.* Rabanus de futuro sic, quasi diceret: Bonum est quod agatis penitentiam, quia aliter quis demonstrabit? Ps. cxxxviii, 8: *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam!* Ira de Deo non accipitur pro affectu mentis, sed pro effectu; unde ejus ira est ultio.

Pamissis his duobus ducentibus ad penitentiam, consequenter concludit Evangelista: *Facite ergo fructum dignum penitentiae.* In arbore fructus sunt post flores: et si flores non sequantur fructus arbor illa nihil valet. Flos enim quidem penitentiae appetit in contritione; sed fructus est in executione. Eccli. xxiv, 23: *Flores mei fructus honoris et honestatis.*

Et notandum, quod aliis est fructus justitiae et aliis penitentiae: plus enim requiritur a penitente⁵ quam ab eo qui non peccat. Est autem triplex fructus dignus penitentiae. Primus est ut puniat in se quod commisit; et hoc iudicio sacerdotis. Ilier. xxxi, 19: *Postquam convertesti me egi penitentiam; et postquam ostendisti mihi percussi femur meum; id est carnem meam afflisi.* Secundus est, ut fugient peccata et occasiones peccati: unde dicitur, quod satisfacere est causas peccatorum excidere. Eccli. xxi, 4: *Fili peccasti, ne adjicias iterum; sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur...* Quasi a facie colubri fuge peccatum. Eccli xxi, 1: *Tertius est ut tantum⁶ studeat ad bene agendum quantum studuit ad peccandum.* Rom. vi, 19: *Humanum dico propter infirmitatem carnis nostræ. Sicut enim exhibuisti membra vestra servire immunditiae et iniustitiae ad iniustitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem.*

Consequenter excludit impedimentum penitentiae cum dicit: *Et ne velitis dicere*

¹ Al.: « deponentes. »

² Matth. xxii, 31: *Qui prophetas occiderunt.* »

³ Al.: « pulchritudo. » — ⁴ Al.: « despiciet. »

⁵ Al.: « ad penitentem. » — ⁶ Al.: « tunc. »

intra vos : Patrem habemus Abraham. Duplex impedimentum est paenitentiae. Praesumptuositas de se, et desperatio de divino iudicio. Primo removet primum, secundo secundum, ibi, *Jam enim securis ad radicem arborum posita est.* Cirea primum duo facit. Primo excludit impedimentum; secundo assignat rationem, ibi, *Dico enim vobis.* Dicit ergo : *Et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham.* Isti secundum carnem erant de genere Abraham; unde poterant credere, quod quantumcumque peccarent, Deus misereretur eis propter Abraham. Exod. xxxii, 11 : *Civ, Domine, irascitur furor tuus?* Et post : Recordare Abraham, Isaac et Jacob servorum tuorum, etc. Et ideo excludit hoc Joannes : *Et ne velitis dicere.* Et est modus loquendi; quasi diceret : Non dicatis hoc, quia non valebit vobis. Romau. ix, 8 : *Non qui filii sunt carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis astimantur in semine,* etc. Iste enim multum gloriabantur de Abraham; sed Dominus dicit Joan. 39 : *Si filii Abraham estis, opera Abraham facite.* Contra tales dicit Chrysostomus : Quid prodest, ei quem mores deturpant, generatio clara? Et est etiam hoc in spiritualibus.

Consequenter assignat rationem : *Dico enim vobis* magis est enim magnum imitari patrem, quam nasci ex eo. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.* Legitur Josue iv, quod quando populus Israel transivit Jordanem siccis pedibus, in memoria miraculi, mandavit Josue quod extraherentur duodecim lapides ex fundo fluminis, et ponerentur extra, et duodecim de lapidibus exterioribus ponerentur intus. Joannes autem in illo loco baptizans, eos ostendit Potest autem intelligi tripliciter. Ad litteram primo. Hoc enim est primum fidei fundamentum, credere omnipotentiam Dei. Job xlii, 2 : *Scio quia potes, et nulla te latet cogitatio.* Vel possumus intelligere per lapides, gentiles, qui dicuntur lapides propter duo : primum quia lapides adorant; secundo propter duritatem : et licet lapides sint duri, tamen diu conservant impressio-

nem ; et licet etiam aedificium ex eis factum tarde fiat, tamen forte est et durable. Unde gentiles quamvis fuerint duri ad accipiendo fidem Christi, tamen tenuerunt fortiter. Hoc significatur Ezech. xi, 19 : *Auferam a vobis cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carnem, et spiritum meum ponam in medio vestri.* Secundum autem Hierouymum, in verbis istis videtur reducere ad memoriam prophetiam Isa. li, 2 : *Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quam peperit vos etc.* Nominat enim petram Abraham propter impotentiam generandi, et Saram propter sterilitatem; quasi dicat : Deus, qui fecit potentem Abraham et secundam Saram, *potens est de lapidibus istis suscitare filios Abraham.* *Jam enim securis ad radicem arborum posita est.* Possent enim dicere : Nec credimus quod aliqua ira superveniat nobis; et ideo hoc removet dicens, *Jam enim.* Unde primo ponit iudicium; secundo ponit sententiam iudicij. Dicit ergo : *Jam enim.* Dupliciter enim aliqui paenitere nolunt. Ex desperatione iudicij, quia non credunt iudicium esse. Eccli. v, 4 : *Ne dixeris, Est mihi sufficiens vita.* Job xix, 29 : *Fugite a facie gladii, quoniam ulti iniquitatum gladius est : et scitote esse iudicium.* Aliqui autem ex mora. II Pet. iii, 9 : *Nos tardat Deus promissionem suam, siue quidam astimant; sed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reverti.* Sed utramque Joannes excludit.² Primo primam, cum dicit, *Jam enim securis;* secundo secundam, cum dicit, *Posita est;*³ quasi dicat, non tardabit. Et tripliciter intelligitur hoc. Chrysostomus dicit, quod per securum intelligitur districtio divini iudicij, qua quandoque per securum, quandoque per arcum et gladium designatur. Psal. vii, 13 : *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit; arcum suum tetredit, et parvum illum.* Hieronymus : Per securum predicatione Evangelii intelligitur : quia sicut per doctrinam Evangelii aliqui ducti sunt ad vitam, ita contemptores ad mortem. Hier. xxiii, 29 : *Nonne verba*

¹ Al. : « jam nunc. »

² Al. : « sed per utramque Joannes excludit. »
³ Al. : « Jamque. »

mea sicut ignis, et quasi malleus contemperans protream? Lue. ii, 31 : *Ecce posui usum hic in ruinam et resurrectionem auditorum in Israel, et in signum cuiuslibet dicetur, etc.* Jam enī securis ad radicem arborum posita est; quasi dicit: In promptu est ut veniat. Secundum Gregorium, per securim Redemptor noster intelligitur, qui velut ex manubrio et terro, ex humanitate et divinitate constat; eius humanitas, quia patienter expectat, quasi tenetur; divinitas quasi ferrum inedit. Securis ergo ad radicem ponitur; quia iudicium fit per Deum et hominem.¹ Et dicit, ad radicem, propter duo. Quia in radice fit praeceps universalis, ejus etiam² quod est in ramis. Item quia quod a radice³ exciditur, non germinat: quasi diceret: Universalis erit extirpatio malorum.

Sequitur ergo, et ponit primo universalitatem, dicens, *Omnis arbor*; quasi dicit: Tam Iudeus quam Gentilis.⁴ Rom. ii, 2: *Non est acceptio personarum apud Deum.* Item culpam:⁵ quia non facit fructum: propter solam enim omissionem fit punitio. Infra, xxv, 42: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare.* Tertio ponit duplēcēm pœnam: scilicet temporalem: *Excidetur*, scilicet ex hac vita. Lue. xii, 7: *Ecce tres anni sunt ex quo venio querens fructum in seculum hanc, et non invento: succide ergo illam.* Et post: *Ut quid terram occupat?* Et hoc est *Excidetur*, cum prosperitate terrena. Item ponit pœnam aeternam: Unde dicitur, *In ignem mittetur*. Isaiae lxvi, 24: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.* Et infra xxv, 41: *Ite maledicti, in ignem aeternum.*

Ego quidem baptizo. Supra Joannes exhortatus fuit ad penitentiam explendam; modo intendit facere quod frequenter dixerat, scilicet annuntiare regnum celorum: et circa hoc duo facit. Primo ponitur preparatio ad regnum; secundo agitur de prænuntiatione regni, ibi, *Qui autem post me venturus est.* Regnum illud

Christus est, de quo Lue. xvii, 21: *Regnum Dei intra eos est.* Preparatio quidem est baptismus: unde, *Ego quidem, quod mirabile est vobis, baptizo, in aqua sola, scilicet quia sum purus homo: unde non poterat nisi corpus lavare: nec poterat dare Spiritum sanctum, cum nondum esset solutum pretium pro peccato.* Hebr. ix, 22: *Non enim fit remissio sine sanguine.* Item Spiritus sanctus nondum descendebat, nec Christus tactu sue carnis aquam sanctificaverat. Quare ergo baptizabat? Propter tria. Primo ut preveniret Christum, baptizando. Lue. i, 76: *Præxibit ante faciem Domini parare vias ejus.* Secundo ut congregatis hominibus haberet opportunitatem praedicandi de Christo. Joan. i, 31: *Ut manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.* Tertio ut ad baptismum Christi prepararet. Unde consuetudo est in Ecclesia ut prius catechumeni siant qui baptizari debent, scilicet ut fiat quedam preparatio, et accipiant quoddam signaculum, per quod idonei reputantur. Et hoc est quod dicit: *Ego baptizo;* ut scilicet sciatis vos apertos esse, qui a Christo baptizari intenditis.

Nota, quod Magister in IV Sententiārum dicit, quod baptizati a Joanne non baptizabaniūr a Christo, nisi illi qui ponebant spem suam in Joanne. Sed hoc falsum est; unde dicit: *Ipse vos baptizabit.*

Item nota, quod Augustinus movet quæstionem. Si post baptismum Joannis rebaptizabantur, quare non rebaptizabantur post baptismum haereticorum?

Dicendum, quod Joannes baptizabat in persona sua; haeretici in persona Christi; unde baptismus Christi judicandus est.

Consequenter agitur de regno; et primo ostendit dignitatem ipsius; secundo officium ejus, ibi, *Ipse vos baptizabit.* Dicit ergo: *Qui post me venit, nascendo, baptizando, prædicando, moriendo, ad*

¹ Al: « secundum hoc ergo tenetur ad radicem: intelligitur humanitas et divinitas; per ferrum dicimus enim fit per Deum hominem. »

² Al. deest: « ejus etiam. »

³ Al.: « in radice. »

⁴ Al.: « sequitur. » *Omnis arbor.* Ponit universalitatem: unde *Omnis arbor, quasi tam Iudeus quam Gentilis.*

⁵ Al.: « deinde. »

inferos descendendo. Sed hic de duobus tantum loquitur; ¹ videlicet de predicatione et baptismo; unde dicit: *Qui post me venit, ad baptizandum et doceendum.* Luc. i, 17: *Ipsa precedet ante illum in spiritu et virtute Eliae: fortior me est, et fortior ejus baptismus.* I Reg. ii, 2: *Non est sanctus ut est Deus.* Job ix, 49: *Si fortitudo queritur, robustissimus est.* Et ne sic creditur quod sit comparatio inter eos, dicit: *Cujus non sum dignus calcementum portare;* quasi dicas: Incomparabiliter me dignior est, ut exponit Chrysostomus, ita ut ei officium non debeam exhibere.

Sed sciendum, quod in aliis tribus Evangelii non est sic: quia illuc dicitur: *olvere,* hic *portare.* Unde dicit Augustinus, quod Joannes voluit tantum suam humilitatem et Christi excellentiam ostendere; et tunc idem significatur in omnibus: unde dicit, quod hoc fuit per Spiritus sancti inspirationem, quod in talibus Evangelista dissonent in verbis, ut documentum accipiamus, quod non mentimur, si cumdem sensum ² eum aliis loquimur, quamvis non eadem verba dicamus. Si vere mysticum aliquid significare voluit, tunc differentia est in verbis Matthaei et aliorum. Et possunt in corrigia calcementum duo significari: quia per calcementum humanitatem. Psalm. lxx, 10: *In Iudicium extendam calcamentum meum.* Corrigia est unio, qua ³ humanitas ligata est divinitati. Et quia non reputabat se sufficientem ad explicandum mysterium unionis, ideo dicit: *Cujus non sum dignus calcamenta portare.* Vemos erat apud Iudeos, Deuter. xxv, quod si quis nollet accipere uxorem fratris sui, deberet solvere corrigiant ab illo qui uxorem accipiebat. Sponsa Christi Ecclesia est: tunc ergo Joannes reputabat se indignum esse accipere sponsam Christi. Vetus aliter secundum Hilarium: calcamentum portant qui pro munitatores humanitatis Christi per mundum, quod fuit reservatum Apостolis. Isa. iii, 7: *Quoniam pulchri super montes pedes annuntiantis et perfruentis patrem, annuntiantis bonum, annuntiantis*

salutem! Ergo Joannes dicit se non esse dignum portare calcementum, quod Apostolis erat reservatum. Majus enim officium est evangelizare, quam baptizare. I Corin. i, 17. *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare.*

Vnumquid ergo majores Apostoli Joanne? Non merito, sed officio novi testamenti. Et secundum hunc sensum dicitur infra xi, 11: *Qui minor est in regno coram major est illo.*

Vel aliter secundum Chrysostomum, pedes Christi sunt Apostoli, et alii ejus famuli, inter quos Joannes erat. Calcementum est infirmitas eorum, quia sicut decr pedum non cognoscitur quamdiu teguntur calcamento, ita decr Apostolorum. II Corin. xii, 9: *Libenter gloriabor in infirmitatibus iusti, ut inhabet in me virtus Christi.* Cujus non sum dignus calcamenta portare: quia nec ipse nec Apostoli se dignos reputant ut sint ministri Evangelii Christi. II Corinth. iii, 4: *Fideliam ictem habemus per Christum ad Deum, non quid sufficientes simus cogita e aliquid a nobis qui i ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Si ergo diversa significat secundum myterium, quid horum dixit Joannes?

Dicendum, secundum Augustinum, quo si verba Joannis ad diversa referuntur, sic utrumque dixit. Vero quod Joannes turbis praedicans quandoque dixit illud, quondamque aliud.

Consequenter agit de officio Christi: et primitio de officio baptizandi; secundo de officio iudicandi, ibi. *Cujus renitabrum in anima sue.* Dicit ergo: *ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.* Multi libri habent. *Et ignis;* sed loquuntur more Grecorum, qui carere ablativo. Et dicit: *Spiritu sancto et igni;* in quo datur intelligi quod baptismus Christi habet amplius quam baptismus Joannis, quia addit super illud: *vix Christus in aqua et spiritu.* Ioh. iii, 3: *Nisi renatus fuisti, non es in spiritu et sancto spiritu.* non protestat contra eum.

Sed noli quod eum dicit, *Baptizabit*

¹ Al. : *a est loqui.* *

² Al. : *a eodem sensu.* *

A. : *a quod.* *

V. : *a sed nota quod dicit.* *

vos in Spiritu sancto, insinuat habendam esse affluentiam Spiritus sancti; quam habentes totaliter ablinuntur. Act. i, 5 : *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto.* Insinuat etiam facilem immutationem.

Et igni. Istud multipliciter exponitur. Hieronymus dicit, quod idem designatur per Spiritum sanctum et ignem. Lue. xii, 49 : *Ignem veni nattere in terram, et quid volo nisi ut accendatur?* idest Spiritum sanctum. Et ideo etiam in igne apparuit. Act. ii, 3 : *Et apparuerunt illis dispersitæ lingua tanquam ignis.* Secundum Chrysostomum, per ignem significatur praesens tribulatio, quae purgat peccata. Eccli. xxvii, 6 : *Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulatio nis.* Sed sciendum, quod dicit, istud baptismus Spiritus sancti continet mentem ne vineatur a temptationibus, sed non totaliter tollit germina earnis; et ideo necessaria est tribulatio, quia caro tunc atrita non germinabit concupiscentiam. Necessarium ergo est ignis qui reficiat carnem. Vel per ignem intelligitur purgatio futura in purgatorio. I Cor. iii, 13 : *Quale sit opus, ignis probabit.* Hilarius autem exponit de igne inferni: et dicit quod duo intendit in hoc quod dicit: *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igni:* salutem scilicet quam efficit in præsentib; et in futuro. In futuro, purgabit per ignem inferni, in quantum attrahet malos; et hoc consonal ei quod sequitur: *Paleas autem comburet igni inextinguibili.*

Consequenter agitur de judiciaria potestate: *Cujus ventilabrum in manu ejus:* et primo tangitur judiciaria potestas; secundo judicii effectus; tertio judicii modulus. Dicit ergo: *Cujus ventilabrum:* et utitur similitudine. Area dicitur Ecclesia; fruges, fideles, qui congregabuntur per Angelos. Lue. x, 2: *Rogate dominum missis, ut mittat operarios in messem suam.* Joan. iv, 34: *Qui misit me ut perficiam opus ejus.* Ventilabrum, judiciaria potestas Christi, quae discerneret triticum a paleo. Joan. v, 42: *Pater omne judicium dedit Filio.* Act. x, 42: *Ipse est qui cons-*

titutus est a Deo iudex virorum et mortuorum. Permundabit, idest perfecte mundabit: primo per tribulationes, quae sunt quasi quidam ventus, qui si non est, paleæ sunt cum tritico; ita etiam quādiū sunt in Ecclesia, non disceruntur boni a malis: et sicut per minorem ventum paleas tenues expelluntur, et per fortē grossæ; ita in Ecclesia, si crescat tribulatio, etiam qui firmi videntur, cadunt. Lue. viii, 13: *Ad tempus credunt, et in tempore temptationis recedunt.* Secundo per sententias prelatorum, quando scilicet excommunicantur. I ad Corinth. v, 13: *Aufeite malum ex vobis ipsis.* Tertio in die judicii quando se gregabuntur boni a malis. Infra, 23: *Et congregabit in horreum suum, scilicet paradisi, triticum,* idest electos. Psalm. cv, 47: *Saluos nos fac¹ Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus.* Paleas autem comburet. Et nota, quod differentia est inter paleas et zizania. Aliud enim est semen palearum et zizaniorum: quia palearum est idem semen cum tritico. Unde per zizianam possimus intelligere schismaticos, qui non communicant nobiscum in sacramentis; per paleas, fideles, licet malos.² Sed utriusque igni comburentur. *Igni inextinguibili.* Isa. ult. 24: *Ignis eorum non extinguetur.* Et dicit, *Inextinguibili,* ad differentiam ignis purgatori. De hoc igne infra, xxv, 41: *Ita maledicti in ignem eternum etc.*

2. Supra introduxit Evangelista Joannem baptizantem; nunc introducit Christum ad baptismum Joannis venientein: et circa hoc duo facit. Primo ponit ea quæ præcesserunt baptismum; secundo consequentia ad baptismum, ibi, *Baptizatus autem Jesus.* Circa primum ponuntur quatuor. Primo mira Christi humilitas; secundo humilitatis admiratio; tertio Christi satisfactio admirationi; quarto Joannes satisfactioni consentit. Secundum ibi, *Joannes autem prohibebat cum: terium ibi, Respondens autem Jesus: quartum ibi, Tunc dimisit eum.* Circa primum quatuor ponuntur: tempus, personæ, loca, et officium. Tempus, cum dicit, *Tunc,* scilicet Joanne lumen suum

¹ Al. : « Salva nos. »

² Al. : « scilicet mali. »

habente. Sicut enim sol oritur adhuc apparente lucifero, ita Christus Joanne praedicante et baptizante, Luc. i. Job. xxxviii, 32 : *Nunquid producis luciferum tempore suo, et vesperum super fines terre consurgere facis?* Vel tunc, quando Christus fuit in trigesimo anno, Luc. vii, ut daret intelligi quod officium praedicationis et praelationis non debet aliquis sumere ante perfectam aetatem. Vel tunc quando secundum cursum aliorum multa peccata poterat perpetrassae. Unde noluit statim baptizari, sed multo tempore legem servavit, quasi constitutus sub lege; et ut Judaei non haberent causam scandalii, quia non veuit solvere legem: infra, v. Sed posset alicui videri quod ideo Christus terminasset legem, quia non potuisse legem implire: et ideo voluit dum obserbare, et ideo non ita cito baptizatus est. Ponuntur personae eum dicitur: *Venit Jesus ad Joannem, dominus ad servum, creator ad creaturam.* Infra xi, 29: *Discite a me, quia misericordia sum et humilis corde.* Loca, *A Galilaea.* Ista mystice conuenient baptizatis, quia Galilaea significat transmigrationem: oportet enim baptizatos transmigrare de vitiis ad virtutes. I Petr. ii, 4: *Deponentes omnem malitiam et omnem dolum, et simulationes et invidias, et omnes detractiones.* Item, *In Jordanem.* Jordanus interpretatur descendens; et significat humilitatem, que debet esse in baptizando ad gratiam percipiendam Jacob. iv, 6: *Humilibus autem datum gratiam.* Ponitur officium, *Ut baptizetur.* Deus voluit baptizari a Joanne, quatuor rationibus. Primo ut baptismus Joannis conservaretur, quia illi aliqui detrahebant, infra xxi. Secundo, ut suo tactu totam consecraret aquam. Et ideo baptismus dicitur fieri de fontibus Salvatoris. Isa. xiii, 3: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Tertio, ut demonstraret in se veram conditionem hominis: quia sicut fuit in similitudinem carnis peccati, Roman. viii, ita voluit mundari quasi peccator. Quarto, ut alias imponeret necessitatem baptizandi. Prius enim voluit servare quae imposuit. Act. i, 1: *Cupit Jesus facere et docere.* Contra illos de quibus infra xxi, 41: *Alligauerat gravia et importabilia, et imponebat*

in humeros hominum; digito autem suo noluit ea tangere.

Consequenter ponitur admiratio. Et nota tria. Primo enim Joannes recusat honorem sibi oblatum; secundo confitetur suam humilitatem; tertio suam infirmitatem. Secundum ibi, *Joannes autem prohibebat eum.* Eccli. vi, 4: *Noli querere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris.* Tertium ibi, *Ego a te debeo baptizari.* Cognoscebat enim quod interius baptizaret: et ideo dicit, *Baptizari,* idest ab originali peccato mundari. Ita dicit *Glossa.*

Sed contra, quia erat sanctificatus in utero. Sed dicendum, quod ante adventum Christi aliqui quoddammodo mundati sunt quantum ad infectionem personae per circummissionem, et hujusmodi; sed quantum ad culpam et infectionem totius naturae, nullus mundatus fuit ante passionem Christi.

Et tu venis ad me? Psal. cxxxviii, 6: *Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, et non potero ad eam.*

Consequenter ponitur Christi satisfactio. Nota quod Joannes unum fecerat, quia prohibebat, et duo dixerat: *Ego a te debeo baptizari;* et *tu venis ad me?* Et tamen Christus ad unum non respondit: ad hoc scilicet, *Ego a te;* sed respondit ad hoc quod prohibetur: nude. *Sine modo.* Et dicit, *Modo,* quia, secundum Chrysostomum, Joannes postmodum baptizatus est a Christo, non solum baptismo flaminis, sed etiam aquae. Vel, *Sine modo,* hoc dicit, quia postmodum baptizatus est Joannes baptismo Spiritus sancti. Vel, *Sine modo,* ut baptizer baptistico aquae, quia alio baptismo habeo baptizari, scilicet baptismo passionis. Luc. xii, 30: *Baptismo habeo baptizari;* et quomodo coactus usque dum perficiatur? Et isto etiam Joannes baptizatus est a Christo, inquit, ut mortuus est pro justitia; quod idem est quod mori pro Christo. Vel, *Sine modo,* quando gero fornacem servilem, implere me humilitatis officium: quia quando apparebo gloriose is, tunc baptizabo in baptismo glorie.

Consequenter respondet Christus admiratio, et dicit: *Sic enim decet nos im-*

plerē omnem justitiam : quod exponitur tripliciter. Primo : *Sic decet nos implere omnem justitiam*, scilicet per baptismum. Futurum enī erat quod Christus implete om̄em justitiam, et legis, et naturae : sed voluit per istam viam implete, quia sine baptismo non impletur. Joan. m, 3 : *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Remigius sic exponit, *Sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Decet me dare exemplum hujus sacramenti, in quo datur plenitudo omnis justitiae, quia datur plenitudo gratiae, et aliarum virtutum. Psal. LXIV, 10 : *Flumen Dei repletum est aquis*, scilicet gratiarum. Vel sic. *Sic enī decet etc.*, id est decet me habere perfectam humilitatem. Primus gradus est non præferre se pari, et subjicere se majori; quod quidem est necessitat̄. Secundus cum subjicit se aequali. Perfecta autem quando prælatus se subjicit inferiori, et hoc est, *Sic enim decet etc.*, id est perfectam humilitatem implere. Sed cum esset inter eos talis alteratio; Christus vicit; unde, *Tunc dimisit eum*; hoc est, permisit ut ab eo baptizaretur. *Glossa*: *Vera est humilitas, quam non deserit obedientia* : pertinaciter enim resistere, superbie est. I Reg. xv, 23 : *Quasi seclusus idololatriæ nolle acquiescere.* Sic enim laudantur Ilieremias et Moyses qui finaliter consenserunt.

Consequenter cum dicit, *Baptizatus autem Jesus, confessim ascendit de aqua*, ponuntur quatuor consequentia ad baptismum. Et sciendum, quod sicut Christus in suo baptismo dedit exemplum baptizandi aliis, ita in consequentibus baptismum, dedit intelligere quae nos consequamur. Sunt autem quatuor consequentia; scilicet ascensus Christi, aperitio cœli, apparitio Spiritus sancti, et protestatio Patris. Primum ibi, *Baptizatus autem Jesus confessim ascendit de aqua*. Et ad litteram hoc dicit, quia fluvius habebat alveos altos. In hoc tamen significatur quod illi qui baptizantur, ascendunt per bona opera. Et dicit, *Statim*, quia immediate baptizati in Christo induunt Christum. Gal. m, 27 : *Quicumque enim in Christo baptizati estis. Christum induistis.* Item adipiscuntur hereditatem

cœlestem. I Pet. i, 3 : *Regnurravit nos in spem rivanū per resurrectionem in hereditatem incorruptibilem.* Et hoc est, *Et aperti sunt cordi.* Hoc non est intelligentia corporaliter, sed imaginaria visione. *Et aperti sunt ei cordi.* Et significat hoc quod humano generi clausum erat cœlum per peccatum. Gen. m, 24 : *Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, et flammum gladium atque versatorem, ad custodiendam viam ligni vitae.* Dicitur quod posnit Seraphim, sed aperatum est per Christum.

Sed queritur quare aperti sunt ei cœli, cum semper fuerint ei aperti?

Et dicendum, secundum Chrysostomum, quod Evangelista loquitur secundum communem modum locutionis; quia merito baptismi ejus aperti sunt nobis: sicut rex amico suo petenti pro alio gratiā, dicit; *Concedo hoc vobis.*

Et sciendum, quod tria suū hominū genera qui statim ad cœlum evolant post mortem. Baptizati, ut hic. Martyres; unde Act. vii, 55 : *Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei.* Et qui peregerunt pœnitentiam. Act. x, 19, dicitur, quod *Petro oranti apertum est cœlum.*

Consequenter ponitur apparitio Spiritus sancti: unde: *Et vidit Spiritum Dei descendente sicut columbam, et venientem super se.* Ille est quod competit baptizatis, qui accipiunt Spiritum sanctum in se. Joan. iii, 6: *Quod natum est ex spiritu, spiritus est*: id est, spiritualis est. *Et vidit*, non imaginaria visione; alias ipse solus vidisset, *Spiritum Dei*, id est columbam. Et sciendum, quod nihil corporale dieitur de Deo secundum substantiam suam, sed vel per imaginariam visionem: Isa. vi, 1: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum etc.* vel per significationem; I Corinth. x, 4: *Petra autem erat Christus*: vel per assumptionem in unitatem personæ. Joan. i, 14: *Verbum caro factum est.* Nullo autem istorum modorum Spiritus sanctus dicitur columba. Quod non per imaginariam visionem, patet, quia communiter ab omnibus visa est. Non per significationem; quia non primo extiterat. Non per assumptionem in unitatem

personæ. Et ideo est quartus modus, qui est quando de novo formatur aliqua species ad representationem divinorum effectuum, sicut in Exod. iii, 2, apparuit Dominus in igne et rubo : et in legislatione, in fuligine et tonitruo, Exod. xix. Unde columba fuit ad representandam influentiam Spiritus sancti. Et hoc est : *Et vidit Spiritum Dei descendenter.* Apparuit autem in specie columba propter quatuor. Primo propter caritatem, columba enim est animal amorous. Chrysostomus : Alia dona habet etiam servus diaboli in simulatione quæ habet servus Dei in veritate ; solam caritatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari. Cant. v : *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Secundo propter innocentiam, et simplicitatem. Infra x, 16 : *Estate prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.* Tertio, quia habet gemitum pro canto : et homo sanctificatus per Spiritum sanctum debet gemere pro peccatis. Nann. ii, 7 : *Et ancillæ ejus minabantur gementes ut columbae.* Quarto propter fecunditatem ; unde etiam precepiebatur in lege ut offerrent columbam. Et hoc convenit baptizatis : quia, sicut dicit Joan. iii, 6 : *Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Descendentem sicut columbam.* Semper emanatio donorum divinorum a Deo in quacumque creatura est per descensum, quia creatura non potest recipere nisi per descensum in illam. Jac. i, 17 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum deservum est, descendens a patre luminum. Et venientem super se.*

Nota. Missio visibilis semper est signum missionis invisibilis, et significat gratiam de novo acceptam, aut augmentum gratiae, sicut in Apostolis, quando in linguis apparuit Spiritus sanctus, significavit augmentum gratiae. Item missio talis vel significat gratiam tunc factam, aut prius factam. In Christo autem non significavit novum effectum, quia ab instanti conceptionis sua fuit plenus gratia et veritate. Sed gratia quæ fuit ante super se, fuit in quantum homo, non in quantum Deus.

⁴ Al. : « totus. »

Consequenter cum dicit, *Et ecce vox de celo dicens,* ponitur protestatio Patris : *Hic est Filius meus.* Nota, quod baptismus non solum facit spiritualem, sed etiam filios Dei. Joan. i, 12 : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et sciendum, quod ista vox quasi exprimit illud quod columba significavit. *Dilectus*, non sicut alia creatura. Sap. ii, sed tamquam filius naturalis. Joan. v, 20 : *Pater diligit Filium, et omnia demonstrat ei quæ ipse facit, et maior his demonstrabit ei opera, ut vos nuremini.* Hoc enim significat Psalm. ii, 7 : *Dominus, dixit ad me : Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Sed quia sancti etiam diliguntur ab eo, addit, *Filius*, per quod distinguit filium, secundum unum intellectum, ab aliis : *In quo mihi complacui.* In quocumque enim reluet bonum alicuius, in illo aliquid complacet sibi : sicut artifex sibi complacet in pulchro artificio suo, et sicut si homo videat suam pulchram imaginem in speculo. Bonitas divina est in qualibet creatura particulari, sed nunquam tota perfecta nisi in Filio et Spiritu sancto : et ideo totum⁴ non complacet sibi nisi in Filio, qui tantum habet de bonitate quantum Pater. Et hoc est : *In quo;* idest, ego complaceo mihi in ipso. Joan. iii, 33 : *Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus.*

Sed nota, quod contrarietas quadam videatur esse inter istum Evangelistam et alios ; quia Marcus I cap. et Lucas iii, cap. dicunt : *Tu es Filius meus dilectus.* Matthaeus vero : *Est Filius meus dilectus :* et *In te.* Sed eadem est sententia, quia quod dicitur, *Tu es,* hoc directe videbatur dici ad Christum ; sed dicebat propter alios, quia Christus certus erat de dilectione Patris. Et ideo Matthaeus expressit intentionem dicentis, et dicit : *Hic est etc.* Unde demonstrat quasi alii dictum esse. Ha dixit Augustinus.

Ite n queritur quare Matthaeus et Marcus dicunt, *In quo mihi;* Lucas vero, *In te.* Augustinus dicit, quod Pater in Filio complacet sibi : et hominibus. Propter hoc ergo quod dicitur, *In quo,* significat quod complacet sibi in hominibus. Unde complacet alii mihi, idest ad honorem

mem, quia aliqui videntes Filium, glorificaverunt Patrem. Vel secundum utrumque sensum : *In quo mihi complacui*; id est, placitum mem fuit implere saditem hominum : et hoc est *In te*, id est per te.

Et nota, quod in isto baptismo non solum representatur finis, et fructus, sed etiam forma baptismi, que est, *In nomine Patri et Filii et Spiritus sancti*: Infra, ult. Filius enim fuit in carne, Pater

in voce, *Spiritus sanctus in columba* specie. Et nota, quod hoc quod seorsum fuit, non pertinet ad divisionem operationis personæ de Trinitate, cum, sicut est communis essentia, ita operatio; sed hoc dicitur propter appropriationem quandam : quia tota Trinitas illud, et columbam creavit, et carnem creavit; sed referuntur ista ad diversas personas.

C A P U T Q U A R T U M

1. Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadragesita diebus et quadraginta noctibus, postea esuriri. Et accedens tentator dixit ei : Si filius Dei es, die ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi, et dixit ei : Si filius Dei es, mitte te deorsum : Scriptum est enim : Quia Angelus suis mandavit de te, et in manibus tollente, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus rursus : Scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum. Herum assumpit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum, et dixit ei : Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dixit ei Jesus : Vade satana ; scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli serveis. Tunc reliquit eum diabolus, et ecce Angeli accesserunt, et ministrabant ei.

2. Cum autem audisset Jesus quod Joannes tradidisset, secessit in Galileam : et relieta civitate Nazareth, venit, et habitavit in civitate Capharnaum maritimam, in fluminibus Zabulon et Neftalim : ut adimpleret quod dictum est per Iosuam prophetam : Terra Zabulon, et terra Neftalim, via maris trans Jordanem Galilea gentium, populus qui ambulabat in tenebris, videt lucem magnam : et sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis. Exinde coepit Jesus prædicare, et dicere : Premonitam agite : appropinquat enim regnum celorum. Ambulans autem Jesus iuxta mare Galilee vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus,mittentes rete in mare : erant enim pescatores. Et ait illis : Venite post me; et facient vos fieri pescatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secent sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedaei et Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedaeo patre eorum relictis retibus et patre, secent sunt eum.

3. Et cirenilatum Jesus totam Galileam, docens in synagogis eorum, et predicens evangelium regni, et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam: et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, et tormentis comprehensos, et qui dæmo-

nia habebant, et innaticos, et paralyticos; et curavit eos. Et secutæ sunt cum turba multæ de Galilæa, et Decapolis, et de Hierosolymis, et de Iudea, et de trans Jordanem.

1. Supra ostensum est, quod Christus se preparavit ad doctrinam, baptismum accipiendo: nunc autem tentationem superando. Cirea hoc duo facit. Primo ponitur victoria quam de temptatione habuit; secundo quomodo discipulos ad doctrinam audiendam vocavit, ibi *Ambulans autem Jesus iuxta mare Galileæ*. Cirea primum tria facit. Primo premittunt quedam præambula de temptatione; secundo ponitur temptationis insultus, ibi, *Et accedens tentator dixit*; tertio victoria, ibi, *Tunc reliquit eum diabolus*. Ponuntur autem tria præambula; scilicet locus, jejunium, et famis experientia. Quantum ad primum, quatuor tanguntur; tempus, et locus, ductor, et finis hujus duratus. Tempus. *Tunc*, quando scilicet jam declarabatur voce paterna quod esset filius Dei. In quo datur intelligi, quia illis tentatio imminet qui efficiuntur filii Dei per baptismum. Eccli. n, 1 : *Filiū accedens ad servitutem Dei sta in justitia et timore, et prepara animam tuam ad temptationem*. Istud desertum erat inter Hierusalem et Hiericho, ubi nulli occidebantur : de quo Luc. x, 30 : *Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hiericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, et plagiis impositis abierunt semivivo relicto*.

Et nota quinque rationes, quare quis post accep tam spiritualem gratiam tentatur. Prima, ut accipiat experimentum sue justitiae. Eccli. xxxiv, 9 : *Qui non est tentatus qualia scit?* Secundo ad reprimendam superbiam. II Corinth. xi, 7 : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me, colaphizet, etc.* Tertio ad confundendum diabolum, ut sciatis quanta sit virtus Christi, ut superare non possit¹. Ilujus exemplum habetur Job. i, 8 : *Nunquid considerasti servum meum Job? etc.* Quarto, ut fortior reddatur, sicut milites fortes redduntur per experientiam. Judic. iii, *Quare voluit dimittere hostes cum filiis Israel?* Quinto, ut suam dignitatem cognoscat: quia quando diabolus aggreditur aliquem, hoc cedit ad honorem, quia diabolus sanctos agreditur. Job. xl, 10 : *Cibus ejus fenum... Et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus.*

Sequitur de loco: *Tunc ductus est Jesus in desertum.* Hoc convenit praecedentibus et subsequentibus: quia conveniens fuit quod post baptismum desertum intraret. Hoc significatur in populo Israelitico, qui post transitum maris rubri, qui fuit figura baptismi; in terram promissionis venit per desertum et solitudinem². Ita baptizati vitam solitariam et quietam debent querere, corpore mundum derelinquenti, vel mente. Oscar. ii, 14 : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.* Ps. liv, 8 : *Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine.* Conveniens enim erat ut exiret in desertum³, quasi ad singulare certamen cum diabolo. Chrysostomus : Ille in desertum vadit, qui exit extra fines idest voluntatem carnis et mundi, ubi non est locus temptationis⁴. Quomodo enim de libidine tentatur, qui tota die est cum uxore? Sed qui non excent a voluntate carnis et mundi, non sunt filii Dei, sed filii diaboli, qui etiam uxorem propriam habentes, appetunt alienam :

¹ Al. : « ut enim superare non possit. »

² Al. deest : « per desertum et solitudinem. »

³ Al. : « in deserto. »

⁴ Al. : « Ille in desertum vadit qui exit extra fines carnis et mundi, qui non est ibi locus temptationis. Quia qui non jejunat, non tentatur de gula. Si sunt aliqui etiam formam uxoris habentes, non

sed filii Dei habentes Spiritum sanctum, ducuntur in desertum, ut tententur cum Christo, de quo sequitur : *Ductus est a Spiritu, intellige sancto.*

Sed ille qui ducit, major est eo qui ducitur : ergo Spiritus sanctus major Christo.

Respondendum. Si referatur ad Jesum secundum quod est filius Dei, sic est aequalis Spiritui sancto: et aliquis potest alium ducere, vel imperio, et sic est major; vel exhortatione, et sic est par. Joani. i Andreas duxit Petrum ad Jesum⁵: et sic ductus est Jesus. Hilarius refert ad Christum, secundum quod homo: scilicet Spiritus sanctus⁶ hominem quem repleverat, exponit temptationi. Homines enim tunc ducuntur a Spiritu sancto, quando caritate moventur, sic quod non motu proprio moventur, sed alieno, quia sequuntur impetum caritatis. II Cor. v, 14: *Caritas Dei urget nos.* Et sic filii Dei aguntur a Spiritu sancto, ut tempus hujus vita: qua plena est temptationibus. Job. vii, 1 : *Tentatio est vita hominis super terram, transire eum Victoria per Christi virtutem.* Ipse enim tentari voluit, ut sicut morte sua vicit nostram, sic temptatione sua superaret omnes temptationes nostras. Hebr. iv, 15 : *Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Gregorius dicit, quod est triplex temptationis gradus: scilicet per suggestionem, delectationem, et consensum. Prima ab extrinseco est, et potest esse sine peccato: secunda est ab intrinseco, in qua incipit esse peccatum: qui quidem perficitur per consensum. Primus gradus potuit esse in Christo, non alii. Et nota, quod diabolus non fuisset ausus accedere ad tentandum Christum, nisi prius Christus accesisset ad eum⁷.

Consequenter ponitur secundum præambulum scilicet jejunium: *Et cum jejuasset, etc.* quod convenit et præteri-

sunt isti filii Dei, sed diaboli. *Ductus a Spiritu sancto.* Quæsto. Ille qui ducit major est eo qui ducitur: ergo Spiritus sanctus major Christo, »

⁵ Al. : « et Andreas duxit etc. Spiritus. »

⁶ Al. : « scilicet Christus sanctus. »

⁷ Al. : « ad Deum. »

tis et futuris. Praeteritis, quia convenienter aliquis post baptismum jejunat, cum post baptismum non sit' otio vacandum, sed exerecendum in honis operibus. Gal. v, 13 : *Vos autem fratres in libertate et recti estis.* Libertas autem vera non est committenda carnali vita. Item futuris competit ut is jejunaret quem diabolus erat tentans : quia *hic genus damnorum non ejicitur nisi per orationem et jejunium*; infra xvii, 20 : *Quadragesima diebus.* Ad litteram hoc intelligendum est. Et addit, *Et noctibus*, ne credenter aliqui quod comedere licet in nocte, sicut Saraceni faciunt.

Et sciendum, quod hic numerus praesigatur in veteri Testamento in Moyse et Elia. Exod. xxiv, et III Reg. xix. Et latet in hoc mysterium, quia numerus in iudeo-modi consurgit ex denario ducto¹ per quaterdenarius. Denarius significat legem, quia in decem praeceptis tota lex continetur. Quaternarius significat compositionem carnis, quia caro composita est ex quatuor elementis. Quia igitur nos per suggestionem carnis transgredimur legem divinam, iustum est ut carnem nostram affligamus diebus quadraginta. Secundum autem Gregorium, hic numerus est ad jejunandum ab Ecclesia institutus, quod per hoc decimas solvimus totius anni. A prima enim dominica usque ad Pascha, sunt trigesima sex dies jejunabiles, qui sunt decima pars ipsius anni, sex diebus exceptis. Et ideo ab antiquo a quibusdam addita fuit dies media, quia jejunabant usque ad medium noctem sabbati sancti.

Tertium additur, quia *postea esuriet*. Non legitur hoc de Moyse et Elia, qui homines erant. Sed Christus esurire voluit ut suam humanitatem demonstraret : quia aliter diabolus ausus non fuisset accedere ad tentandum eum. Phil. ii, 7 : *In similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.*

Consequenter iustus temptationis ponitur, et est triplex. Primus de gula; secundus de inani gloria; tertius de ambitione. Secundum ibi, *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem* : tertium ibi,

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. Circa primum duo facit. Primo ponit insultum diaboli; secundo quomodo Christus respondit, ibi, *Qui respondens etc.*

Et accedens tentator dixit. Hoc enim poterat effici, ut ipse ad Jesum accederet in aliqua forma corporea. Et est triplex tentatio : quia Deus tentat ut instruat. Gen. xxii, 1 : *Tentari Deus Abraham.* Quandoque homo, ut addiscat, sicut regina Saba tentavit Salomonem², III Reg. x, 1, ubi de ea dicitur : *Sed et regina Saba, audita fama Salomonis, venit tentare eum in anigmatibus.* Diabolus tentat ut decipiatur. I Thes. iii, 3 : *Ne forte tentaverit vos is qui tentat.* Quicumque vult tentare de scientia, primo de communib[us] tentat. Communia autem totius generis humani vitia sunt vitia carnis, et praeципue gula. Item qui vult obsidere castrum, incipit a debiliore parte ; homo autem habet duas partes, carnalem et spiritualiem ; diabolus ex parte debiliori semper tentat. Unde primo de vitiis carnalibus tentat, sicut patet in primo parente, quia primo tentavit de gula. Sed notanda est mira astutia tentando. *Si filius Dei es.* Ita enim directe de uno tentavit quod ex obliquo de altero. Unde in primo homine suadebat quod comedaret de ligno, quod ad peccatum carnale, scilicet gula, directe pertinebat ; sed latenter inducebat ad superbiaem et avaritiam, quae sunt peccata spiritualia. Unde dixit : *Et eritis sicut dei.* Gen. ii. Ita in Christo. Audierat enim quod Christus venturus esset in mundum, et hic videbatur esse filius Dei. Sed in dubitatione generali utram hic esset ille de quo erat prophetatum, quia nihil inventiebat in eo. Joan. xiv, 30 : *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quicquam.* Unde suggestebat quod homini esurienti delectabile est. Item induxit ad appetendum ea quae sunt Dei. Et hoc est : *Si filius Dei es, die ut lapides isti panes fruant.* Eccl. viii, 4 : *Sermo illius potestate plenus est.* Et Ps. xxxii, 6 : *Verbo Domini carli fieri sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

¹ Al. : « est. » — ² Al. : « conducto. »

³ Al. omittitur : « tentavit Salomonem. »

Ergo potest ejus verbo lapis mutari. Ergo volebat inclinare ad hoc quod si faceret, sciret esse filium Dei. Si non, inducet ad arrogantiam. Et notandum, quod multi homines sunt qui consentiunt peccatis carnalibus, estimantes, quod non debeat amittere statum spiritualem. Sed si in hoc quod tentatur consentiens homo, non amitteret spiritualitatem, levis esset tentatio. Ita persuadere voluit mulieri diabolus, et Christo, promittens spiritualia. *Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo.* In ista responsione dat tria documenta quae facienda sunt tentato¹. Primum ut recurrat ad Scripturæ medicium. Psalm. cxviii, 2: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Unde dixit, *Scriptum est.* Secundum documentum ut homo nihil faciat ad arbitrium diaboli. **Vegetius**: Nihil unquam sapiens dux debet facere ad arbitrium sui hostis, etiam si bonum videatur. Et ideo Dominus cum posset sine peccato lapides in panem commutare, noluit, quia ille suggerebat. Tertium est quod non debet facere sine utilitate, ad ostentationem sue virtutis, quia hoc est vanitas. *Qui respondens dixit: Scriptum est; Non in solo pane vivit homo.* Notandum, quod diabolus ad duo nitiebatur². Primo ducere in affectum carnalium, item præsumptionis. Christus autem contra utrumque primo vital jactantiam; quasi dicat: Tu vocas filium Dei, ego nomino hominem: unde: *Non in solo pane vivit homo.* Item trahit diabolus in affectum carnalium: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Hic trahit se in affectum spiritualium: *Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei;* quasi dicat: Non tantum vita corporalis affectanda est, quantum vita spiritualis, quae conservatur per eibun spiritualem. *Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Joan. ii, 69: *Domine ad quem ibimus?* *Verba vita æternæ habes.* Ps. cxviii, 23: *In aeternum non obliiscar justificaciones tuas, quia in ipsis vivificasti me.* Et dicit, *In omni verbo:* quia tota spiritualis doctrina est a Deo: sive ab homi-

ne, sive a Deo dicatur. Et iterum, *De ore.* Quia predictor os Dei. Hier. xv, 19: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.* Vel aliter. *Non in solo;* id est, non vivit solum homo per panem, sed etiam verbo id est imperio Dei potest conservari sine aliquo cibo.

Tunc assumpit eum diabolus in sanctam civitatem. Posita prima tentatione, de qua diabolus victus fuit; nunc ponitur secunda, scilicet de inani gloria. Et ordo congruus est, quod postquam diabolus se victimum videret vitio carnali, tentaret de inani gloria, vel superbia: quia superbia bonis operibus insidiatur, ut pereant³: Augustinus in *Regula.* Carea istam ergo tentationem tria facit. Primo ponitur locus tentationis; secundo insultus, sive conatus tentantis, ibi, *Si filius Dei es, mitte te deorsum;* tertio resistentia Christi, ibi, *Ait ei Jesus.* Sed sciendum, quod Lucas posuit tertiam tentationem; hic e converso. Sed nou est vis, secundum Augustinum: quia omnia quae narrantur hic, et in Luca narrantur; nec ponitur in Luca vel hic quia fuit prima vel secunda. Rabanus vero dicit, quod Laeas attendit ad ordinem historie; et ideo sic ordinavit, secundum quod factum est. Matthaeus vero naturam tentationis seculus est; quia post tentationem de gula, et de inani gloria, sequitur tentatio de ambitione. Ita enim fuit tentans Adam. Quia primo de gula unde Gen. xii, 17: *In quamcumque die comederis ex eo, morte morieris.* Secundo de gloria ibid. iii, 5: *Eritis si-cut dii.* Tertio de avaritia, sive ambitione: ibid. *Scientes bonum et malum.*

Sed quare dicit, *Tunc assumpcio vim importat.* Hoc enim nomen *assumptio* vim importat.

Et respondet Hieronymus, quod hoc dicit Evangelista secundum opinionem diaboli: quia quod Christus sustinuit ex virtute, diabolus accepit quasi faceret sua potentia.

Dicit *Sanctam*: vel quia ibi agebantur sancta, temporalia scilicet sacrificia, et hujusmodi: vel dicit propter sanctitatem patrum eorum qui ibi fuerunt. Unde

¹ Al.: « in ista responsione de tentato dat tria documenta quae facienda sunt. »

² Al.: « multebatur. »

³ Al.: « pereat. »

ex antiqua consuetudine vocat *sancam*, licet cessaverit. Isa. 1, 12 : *Quoniam facta est meretriz civitas fidelis, plena iudicii?* Sed potest dicit : *Vocaberis civitas justi, urbs fidelis, etc.*

Sed sciendum quod Marc. 1, 13, dicitur, *quod erat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et tentabatur a satana.* Ex quo videtur quod omnes tentationes fuerint in deserto. Ergo non videtur verum esse quod dicitur : *Tunc assumpsit eum diabolus.*

Et est hic duplex responsio. Quidam dicunt, quod omnes tentationes fuerint in deserto, et quod fuerint secundum imaginariam visionem, scilicet quod Christus ita imaginabatur, ipso etiam permittente. Alii dicunt, quod fuerint secundum visionem corporalem, et quod diabolus apparuit ei in specie corporali. Hoc videtur innui, quia dicit, quod *assumpsit eum in sanctam civitatem.* Quidam dicunt, quod hoc ideo ad desertum pertinet, quia Hierusalem deserta erat a Deo. Sed dicendum melius, quod illud quod dicitur Marc. 1, 13, non est intelligendum quod omnes tentationes fuerint in deserto, nec etiam ipse hoc dicit; sed quod tentabatur a satana. Et ideo sciendum quod prima tentatio fuit in deserto, aliae duae extra desertum.

Sed queritur quomodo assumpsit. Dicunt quod deportavit eum supra se. Alii et melius quod exhortando induxit ad hoc quod iret; et Christus ex dispositione sua sapientia ivit in Hierusalem.

Et statuit cum super pinnaculum templi, etc. Sciendum quod legitur III Reg. vi, quod Salomon fecit tria tabernacula¹ in templo cum tecto piano, et quædam pinnacula juxta templum per quæ poterant homines ascendere. Et de hoc dicitur hic: *Et statuit eum super pinnaculum templi.* Utrum autem accesserit in primum vel secundum vel tertium, hic non dicitur; sed certum est quod aliquod ascendit.

Sed numquid homines non videbant quando diabolus Christum portabat?

Dicendum, secundum illos qui dicunt quod eum portabat, quod Christus sua virtute faciebat quod videri non posset.

Vel dicendum, quod diabolus in figura hominis erat; et consuetudo erat quod homines sic ascenderent.

Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Semper diabolus duabus sagitis perevit: ex una parte enim inducit inanum gloriam, ex alia parte homicidium: et hoc est: *Si filius es etc.* Sed certe ista consequentia Christo non convenit, quia ei competit ascendere. Joan. iii, 43: *Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo.* Et dicit, *Mitte,* quia ejus intentio est semper præcipitare, sicut ipse præcipitus est. Apoc. xii, 4: *Cauda draconis trahebat tertiam partem stellarum coeli, et misit eam in terram.* Notat etiam diabolus infirmitatem suam, quia nullus nisi volens ab eo vincitur: unde dicit, *Mitte, noui præcipitat.* Isa. xli, 23: *Incurvare et transcamus.*

Sed quare supra pinnaculum? *Glossa:* Quia in illo loco docebant. Unde significat quod diabolus magnos de inani gloria tentat. Contra quod Apostolus I Thessalon. ii, 6: *Nec querentes ab hominibus gloriam, neque a nobis neque ab aliis.* Et dicit: *Mitte te deorsum etc.*; quia homines qui querunt gloriam, oportet quod intantum persuadeant ut ostendant Dei filiationem in multis humilem. Et ideo dicit Tullius in libro *de Officio*: Cavenda est gloriæ cupiditas, eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esset contentio.

Consequenter inducit auctoritatem, *Scriptum est.* Et utilitur ista non ut doceat, sed ut decipiat; et ex hoc sumitur argumentum, quod sicut ipse transfiguratus se in Angelum lucis, ita et sui ministri, qui utuntur auctoritate sacre Scripturae ad simplices decipiendum. II Petr. ult.: *Indocti et instabiles depravant Scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Unde hoc præfigurabat diabolus in se sicut in capite. *Quia Angelis suis mandavit de te.*

Nota quod tribus modis depravat quis auctoritatem sacrae Scripturae. Aliquando sicut enim dicitur de uno et exponitur de alio, sicut si dicitur de uno justo, ei ex-

¹ Al. : « tabernacula. »

ponitur de Christo. Verbi gratia : *Qui potuit transgredi, et non est transgressus* : Eccl. xxxi, 10. Item Joan. xiv: 28 : *Pater major me est* : hoc dicitur de Christo, secundum quod homo : unde si exponatur de eo secundum quod filius Dei, depravatur auctoritas : Ita diabolus hic dicit, *Angelis*, quia Psalm. xc dicit hoc de membro Christi, qui indiget custodia Angelorum : quod patet, quia subdit : *Ne forte offendas*. Hoc enim non potest dici de Christo, quia non poterat offendere occasione alicuius peccati. Secundo modo depravat quando inducit quis auctoritatem ad aliquid ad quod non est auctoritas. Sieut illud Prov. xxv, 21, et Rom. xii : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, etc.* Si enim aliquid facit alicui ut ille puniatur a Deo, hoc facit contra sensum auctoritatis. Ita diabolus : quia Scriptura intendit quod homo justus ita per Angelos custoditur quod in periculo non incidat : Psalm ix, 10 : *Adjutor in opportunitatibus in tribulatione* : diabolus autem exponit quod homo periculo¹ se ingrat ; quod est Deum tentare. Tertio modo quando illud quod est pro se, de auctoritate accipit, et aliud quod est contra se, dimittit ; quod est mos haereticus. Ita fecit hic diabolus, quia dimisit illud quod subditur, quod erat contra eum, scilicet : *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculeabis leonem et draconem* : Psal. xc, 13 : Unde factus est exemplar omnium Scripturas depravatum.

Ait illi Dominus. Non violentia, sed sapientia se defendit. Sap. vi, 30 : *Sapientia non vincit malitia.* Et ideo contra auctoritatem ponit auctoritatem, quae exponit premissam ; quasi dicat : Tu dicis ut projiciam me, ut videam a Deo eripiāt me ; sed hoc prohibetur in Scriptura : unde : *Non tentabis Dominum Deum tuum* : Deut. vi, 16. Vel aliter. Tu tentas, et tentando contra auctoritatem facis. Non debet autem nisi auctoritate sacra Scriptura, qui contra auctoritatem facit. Et Scriptura dicit : *Non tentabis etc.* Sed tu tentas Dominum Deum tuum, qui sum ego. Joan. xii, 13 : *Vos vocatis me, Ma-*

gister et Domine, et bene dicitis, sum enim. Tamen prima est magis litteralis.

Consequenter ponitur tertia tentatio, scilicet de ambitione vel de avaritia : unde : *Tunc assumpsit super montem excelsum valde.* Et ponitur insultus temptationis² ; secundo resistentia Christi, ibi, *Tunc dicit ei Jesus : Vade satana.* Tentat autem diabolus dupliciter : facto, et verbo. Unde, *Hac omnia tibi dabo etc.* In facto duo consideranda sunt : quia primo assumpsit in montem ; secundo ostendit omnia regna mundi. Dicit ergo, *Tunc assumpsit.* De assumptione dictum est supra : sed hoc, scilicet *In montem*, potest dupliciter exponi. Rabanus dicit, *quod iste mons erat in deserto, quia secundum eum omnes tentationes in deserto fuerint.* Dicitur autem excelsus in comparatione ad aliquos qui in circuitu erant. Chrysostomus autem dicit, quod duxit eum ad majorem montem de mundo ; et hoc videtur littera sonare, cum dicitur, *Excelsum valde.* In hoc autem significatur, quod diabolus semper ad superbiam erigit, sicut et ipse superbus est. Hierem. xiii, 16 : *Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* Unde etiam dicitur mons³. Hierem. 1, 15 : *Ecce ego convocabo omnes cognationes regnum aquilonis, ait Dominus.*

Et ostendit ei omnia regna mundi. Scieundum, quod regnum mundi dupliciter accipitur. Primo spiritualiter ; et sic diabolus dicitur regnare in eo. Joan. xii, 31 : *Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras.* Secundo ad litteram dicitur regnum mundi, secundum quod unus regnat super alium. Hoc autem quod hic dicitur, videtur quibusdam quod dicatur de regna diaboli : unde *ostendit omnia regna mundi*, scilicet super quae regnabat, et *gloriam eorum etc.* ; quia quando perfecte regnat super homines, facit eos etiam gloriarī. Prov. u, 11 : *Lvtantur cum male frerint, et exultant in rebus pessimis.* Psal. lii, 3 : *Quid gloriaris in malitia ?* Et hic est ultimus gradus peccati. Alii exponunt de regno carnali.

Sed tunc queritur quonodo potuit os-

¹ Al. : « in periculo. »

² Al. : deest a temptationis. — ³ Al. : « meus. »

tendere omnia regna mundi. Remigius dicit, quod miraenlose, quia omnia regna in iectu oculi ostendit, sicut etiam de beato Benedicto legitur, quod ostensus est ei totus mundus in uno intuitu. Sed sciendum, quod iste dux non videntur bona expositiones; quia non oportet dicere quod *assumpsit in montem excelsum valde*; quia totum hoc potuisse fieri in valle. Unde dicit Chrysostomus aliter: *Ostendit ei*: non quod ostenderit ei singula regna, sed ad quam partem singulum regnum esset; et non solum hoc, sed *ostendit gloriam eorum*; hoc est expressit ei temporalem gloriam mundi. Osee. iv, 7: *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*. Philip. iii, 49: *Gloria in confusione ipsorum qui terrena sapient.* Et dixit ei: *Hæc omnia tibi dabo*. In istis verbis duo facit. Unum promittit, et aliud expedit; et in promissione est mendax, in expeditione superbus. Diabolus in primis explorat si esset filius Dei; modo credens jam reprehendisse quod non esset, dicit: *Hæc omnia tibi dabo etc.*, ubi mendax est, quia haec non erant in potestate sua. Proverb. viii, 13: *Per me principes regnant, et potentes decernunt justitiam*. Daniel. iv, 44: *Donec cognoscant viventes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum, et cuiuscumque voluerit dabit illud*. Alias non dixisset: *Hæc omnia tibi dabo*: nullus enim malus regnat nisi permissione divina. Job xxxiv, 30: *Qui regnare fecit hominem hypocritam propter peccata populi*. Expedit aliud: unde, *Si cadens adoraveris me*.

Nota tria. Primo, quod diabolus semper in id quod in principio appetit, perseverat. Isa. xiv, 13: *In eodem onscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*. Et propterea inducit ad idolatriam homines, volens usurpare sibi quod Dei est. Item nota, quod nullus adorat diabolum nisi cadat, sicut et ipse cecidit; Dan. iii, 4: *Cadentes adoraverunt statuum au-*

ream. Et ideo dicit: *Si cadens adoraveris me*. Tertio nota hic esse avaritiam: unde promittit regnum, in quo intelligitur abundantia divitiarum, et excellentia honorum; et petit quod cadat, quia ambitionis semper humiliant se ultra debitum. Unde Ambrosius: Lib. iv *Sup. Luc.* n. 3. Habet ambitionem domesticum... domesticum scilicet... sublimi simulata humilitate, fit viiior periculum; curvatur obsequio, ut honore donetur; et dum vult esse sublimis fit dejecta.

Consequenter ponitur reprehensionis hostis: unde, *Tunc dicit ei Jesus*. Et circa hoc duo facit. Primo cohabet tentationem; secundo inducit auctoritatem, illic, *Scriptum est, etc.* Dicit ergo: *Tunc dicit ei Jesus*.

Nota, quod Christus audierat multas injurias; sed non curavit. Sed hoc, *Si cadens adoraveris me*, non sustinuit: quia primæ cedebant in injuriam sui; sed hoc ad injuriam Dei. Unde Chrysostomus: *Injuria propria toleranda est: injuriam Dei dissimulare nimis est impium*. Et ideo dicit: *vade satana*. Il Reg. xix, 10: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercitum: quia dereliquerunt pactum suum filium Israel*. Psal. lxviii, 10: *Zelus dominus tuus comedit me*. Item quod non est in potestate diaboli ut tentet⁴ quantum Deus permittit: unde dicit, *Vade*; quasi dicat: *Nolo quod amplius tentes*. I Cor. x, 13: *Fidelis Deus, qui non patietur⁵ vos tentari super id quod potestis, sed faciet etiam cum temptatione proventum, ut possitis sustinere*. Job xxxviii, 2: *Hucusque venies et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos*. Et notandum quod Dominus quasi similia verba dixit Petro, infra 16. Sed ibi dixit, *Retra*: unde alia est sententia hic et ibi: quia satan interpretatur adversarius. Voluit ergo Dominus, quod Petrus iret post eum, qui volebat impidire passionem; sed hic dicit, *Vade tantum*: quia diabolus eum sequi non petet; et ideo dicit, *Vade, scilicet ad infernum*. Infra xxv, 41: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo*

⁴ Al.: « curatur. »

Al.: « deprehensus hostis. »

⁵ Al.: « Vade retro etc. »

Al.: « quod tentet. » — ⁵ Al.: « patitur. »

et angelis ejus. Scriptum est, Deuteronomii vi, 16. Et inducit frequenter tales auctoritates ex Deuteronomio, ut significet doctrinam novi Testamenti per Deuteronomium significari. Quod insequitur, Dominum Deum, hoc dupliciter inferri potest; quasi dicat: Tu diabole dicis, quod eadens adorem te; sed lex dicit: Dominum Deum tuum adorabis. Unde potest induci ad hoc quod purus homo non debet adorari. Vel accipendum est quod loquatur de se tanquam deo: Dominum Deum tuum adorabis etc. quasi dicat: Magis debes adorare me, quam e converso: quia scriptum est etc. Prima tamen est magis litteralis.

Et nota, quod duo dicit, scilicet *adorabis et servies*: et est inter ista differencia. Homo enim duplicitor se habere debet ad Deum: quia debet ei subjectus esse; et debet se in eum erigere, sicut in ultimum finem. Quantum ad primum debemus ei omnem obedientiam. Act. v, 29: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Tunc enim sumus ei subjecti quando omnem ejus voluntatem facimus. In Deum autem erigimur duplicit: quia aliquando¹ trahimus nos ad ipsum: Psalm. xxxiv, 6: *Accedite ad eum et illuminamini, et facies vestrae non confundentur*: aliquando² alios ad ipsum trahimus. I. Corinth. iii: *Dei enim sumus coadjutores*. Utrumque istorum demonstramus sensibiliter: quia dum prostrationes facimus, admoneamus nos quod debemus esse subjecti Deo: et ideo dicit, Dominum Deum. Psalm. lxxi, 11: *Omnes gentes servient ei*. Item in hoc quod offerimus sacrificia et laudes, significamus hoc quod mentem nostram debemus elevere in ipsum; et ad hoc pertinet servitus: et hoc est, *Et illi soli servies*. Et est duplex servitus: quedam quae debetur soli Deo; et ista in greco dicitur latraria: et haec est duplex. Quodam enim est adoratio quae soli Deo debetur, quae est ut ei praे omnibus serviat; alia servitus est ut in ipsum tendamus sicut in ultimum flumen. Aliqua enim est adoratio vel servitus quae solum subjectorum est; sicut quando superioribus

serviunt inferiores. Rom. xiii, 4: *Omnis anima potestatis sublimioribus subjecta sit*. Sed non debet illi obedire super omnia, quia nunquam contra Deum. Similiter nulla creatura est quae debeat haberi sicut finis ultimus. Psalm. cxlv, 3: *Nolite confidere in principiis, filiis hominum, in quibus non est salus*. Ilier. xvi, 5: *Maledictus homo qui confidit in homine*. Est etiam servitus secunda quae debetur prælatis, quae in greco vocatur dulia.

Consequenter ponitur victoria Christi; et insinuat in duobus. In recessu diaconi: *Tunc reliquit cum diabolus*. Jac. iv, 7: *Resistite diabolo et fugiet a vobis*. Et sicut consuetudo erat apud antiques quod quando aliqui victoriam habebant, venerabantur; ita hic celebratur triumphus Christi ab Angelis; unde: *Et ecce Angeli accesserunt et ministrabant ei*. Non dicit, Descenderunt, quia semper cum eo erant; etsi ad horam recesserunt de ejus voluntate, ad hoc ut diabolus locum tentandi haberet. Exhibebant enim ministerium in exterioribus, scilicet in miraculis et aliis corporalibus, quae sunt meditantibus Angelis; in interioribus enim non indigebat. In hoc significatur quod homines qui vineunt diabolum, merentur ministerium Angelorum. Luc. xvi, 22: *Factum est ut moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abraham*. Et sciendum quod diabolus reliquit Christum usque ad tempus; quia post usus est Iudei tanquam membris suis ad eum impugnandum etc.

2. Supra Evangelista ostendit quomodo Christus examinatus est et approbatus, scilicet vineendo diabolum; hic ostendit quomodo Christus docere incepit: et eirea hoc tria facit. Primo enim describitur locus in quo prædicat: secundo ostendit quomodo ministros sua prædicationis elegit, ibi, *Ambulans autem Jesus juxta mare Galileam, vidit duos fratres: tertio quomodo turbam ad audiendum induxit, ibi, Et circuibat Jesus totam Galileam*. Circa primum describit tempus, locum, et modum prædicandi. Secundum ibi, *Secessit in Galileam etc*. Tertium ibi, *Et*

¹ Al.: « vel quando. »

² Al.: « vel quando. »

exinde capit Jesus prædicare. Tempus istud publica prædicationis Christi fuit post incarcerationem Joannis; unde dicit: *Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, a Deo scilicet¹, quia ipso permittente.*

Et notandum hoc pro intellectu Evangeliorum, quod hic videtur quedam contrarietas esse inter Joannem et alios tres: quia illi dicunt quod Christus descendit in Capharnaum post incarcerationem Joannis; Joannes vero dicit, quod descendit in Capharnaum ante incarcerationem Joannis; que tamen in Galilæa erat. Respondetur, quod Joannes qui ultimus fuit, supplevit ea quæ ab aliis prætermissa sunt.

Sed quare prætermiserunt? Dicendum, quod licet Christus aliqua fecerit primis duobus annis, pauca tamen fecerat respectu eorum quæ facta sunt ultimo anno. Ergo dicendum, quod Joannes loquitur de his quæ fecit primo et secundo, et aliqua de tertio; isti vero quæ facta sunt ultimo anno.

Item queritur quot annis Christus prædicaverit. Quidam dicunt quod duabus annis et dimidio, ut dimidiis computetur ab Epiphania usque ad Pascha, licet non sit completus. Joannes enim non fecit mentionem nisi de triplici Pascha; quia post baptismum dicit quod ivit in Hierusalem, Joan. ii: postea facit mentionem de Paseha quando factum fuit miraculum de quinque panibus; et post unus annus fuit usque ad passionem. Sed ista opinio non videtur vera pro tanto, quia non concordat opinioni Ecclesiæ; tenet enim Ecclesia quod tria miracula sint facta in die Epiphianæ; scilicet de adoratione Magorum, de baptismo, de conversione aquæ in vinum. Oportet ergo dicere quod a baptismo usque ad conversionem aquæ in vinum fuerit annus unus. Unde videtur quod Christus tribus annis prædicavit; quia usque ad miraculum de vino fuit unus annus; et inde ad Paseha fuit mediis alias: a purificatione alias usque ad passionem. Ita enim sint Ecclesia. Et secundum hoc dicendum, quod Joannes parum dicit de

primo anno; de secundo vero dicit aliquid, scilicet quonodo descendit Capharnaum; et de quæstione quæ fuit de purificatione inter ipsum Christum et Iudeos.

Sciendum etiam, quod Joannes circa Pascha occisus fuit: quia legitur Joan. vi, quod quando factum fuit miraculum de quinque panibus, quod Pascha proximum erat. Et Matth. xiv, dicitur, quod Christus, auditæ morte Joannis, secessit in Galilæam. Patet ergo quod Joannes decollatus fuit circa Pascha; et Christus publice prædicationem non tenuit nisi per unum annum.

Deinde agitur de loco, cum dicitur: *Secessit in Galilæam.* Et primo agitur de loco province; secundo de civitate. Dicit ergo, *Secessit.* Ista secessio non est prima de qua Joannes dicit; sed post unum vel duos annos hoc fuit: quia hanc tacent Evangelistæ. Secessit autem propter duo. Primo ut differret tempus passionis sive. Joan. vii, 6: *Tempus meum nondum advenit.* Secundo propter exemplum nostrum, ut scilicet persecutio figeremus Joan. xv, 20: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur.* Sed mystice declarat quod prædicatio Christi transitura erat ad gentes: quia Judæi persecutabantur gratiam Dei, Act. xiii, 46: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repudistis illud, et indignos vos judicatis externe vitæ, ecce convertimur ad gentes.* Veniens autem in Galilæam, venit primo in Nazareth, sicut dicit Lucas; et ibi intravit in synagogam et docuit cap. iv, 18: *Spiritus Domini super me.* Et inde duxerunt eum Judæi ad supercilium montis, et voluerunt eum præcipitare, et post Christus fugit, et venit in Capharnaum, et ibi statim curavit daemonicum, de quo Marc. i. Sed hoc Matthæus omittit. Nazareth autem interpretatur flos: per hoc intelliguntur doctores legis qui non veniunt ad maturitatem. Capharnaum enim interpretatur villa pulcherrima, et significat Ecclesiam. Cant. vi, 3: *Pulchra es, amica mea etc.* Capharnaum est maritima ad litteram, quia juxta lacum quemdam dulcem. Iudei enim omnem congregatio-

¹ Al.: « *Cum autem etc. Traditus, Deo scilicet.* »

nem aquarum appellant mare. Et mystice, quia Ecclesia posita est juxta tribulationes mundi. *In finibus Zabulon et Nephtalim*: Galilea enim divisa erat; et una pars erat in tribu Zabulon et Nephtalim: inde enim electi sunt Principes Ecclesiae, scilicet Apostoli.

Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam. Nota quod hic non dicitur sicut Isa. iv, 1. Sed ponitur sensus tantum. Isaías sic: *'Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephtalim, et novissima aggravata est via maris trans Jordanem Galilæa gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, etc.'* Et exponitur tripliciter secundum Hieronymum. Primo sic. Primo tempore alleviata est per prædicationem Christi a peccatis: et novissima, via qua juxta mare Galilææ, aggravata est onere peccatorum: quia post prædicationem Christi, persecuti sunt Apostolos. Vel alter. *Primo tempore.* Tangit² historiam: quia rex Assyriorum Teglatphalassar, qui primo venit super terram Iudeorum,

primo duxit in captivitatem illas tribus. Et hoc est: *Primo tempore alleviata est:* quia tunc peccatores fuerunt primo in captivitatem ducti. *Etnovissimo etc.*, quia postea totus populus ductus fuit in captivitatem (*a*).

Sed quid ad propositum? Dicendum, quod ubi primo incepit persecutio, ibi prius Dominus voluit dare consolacionem.

Vel aliter. *Primo tempore*, idest tempore prædicationis Christi, *alleviata etc.*, idest onere peccatorum exonerata per prædicationem Christi: *et novissime aggravata est*, idest condensata Christi prædicatio, et multiplicata per Paulum, qui ibi prædicavit. Evangelista enim non ponit nisi sensum in constructione. *Terra Zabulon et terra Nephtalim, via maris trans Jordanem, idest, juxta mare.* Et dicit, *Terra*, idest populus; ut omnes sint nominati. Et dicit, *Galilæa gentium*, quia Galilæa dividitur in duas partes: una gentium, alia Iudeorum: et tunc divisa erat secundum quod dicitur in Reg. ix, quia Salo-

¹ Al.: « sed ponitur sensus tantum Isaie, sic. »

² Al. deest: « tangit. »

(a) Mathias Dorincus hanc reprobavit expositionem quae intelligit illam Isaiae prophetam de duabus captivitatibus Hebreorum, quarum prima fuit facta per Teglatphalassar, qui captivavit duas tribus cum dimidia quae erat trans Jordani respectu Ierosalem, et de tribu Zabulon et Nephtalim que erant circa Jordani, tantum quod posset aequiparari dimidiae tribui, de qua captivitate dicitur IV Reg. xv; et Secunda fuit facta per Salmansasar, nonno anno Osee, qui captivavit residuos ex decem tribus qui erant circa Jordani respectu Iudeæ, et de hac habetur IV Reg. xvi. Mathias Dorincus dicit hanc expositionem esse incompetenter propter quatuor:

1. Quia implicat contraria saltem in modo loquendi: quia primam captivitatem nominat alleviationem, et secundam aggravationem, cum tamen fuerint ejusdem rationis:

2. Quia si loqueretur de secunda captivitate, enim dicitur: *Et novissima aggravata est, etc.*, non feret ibi mentio de Galilæa que in prima captivitate fuit captivata, saltem in magna parte, sed magis de Samaria que erat civitas metropolis regni; et principaliter fuit obsessa et capta per Salmansasar:

3. Quia Matthæus dicit hanc prophetiam fuisse completam ad litteram in Christo: *Et, velicta civitate sua Nazareth, venit et habitat in civitate Capernaum maritima in finibus Zabulon et Neptalin*, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam etc.

4. Cum omnes Expositores Catholici dicunt quod necesse est de Christo intelligi illud quod dicitur: *Ecce virgo concepit etc.*, eo quod dicit Matthæus: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod*

dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo habebit in utero, etc., eadem necessitate compellit quilibet doctorum catholicis exponere de Christo quod dicitur hic: *Primo tempore alleviata etc.*, cum Matthæus dicat hoc impletum esse in Christo.

Respondetur:

1. Ad primum. In prima captivitate terra fuit alleviata, idest minorata habitatoribus suis, non penitus expoliata, et novissime in secunda captivitate aggravata, idest totaliter vastata et expoliata, quod est aggravatio respectu primæ captivitatis, sicut prima captivitas est alleviatio respectu secundæ:

2. Ad secundum non dicit textus non solam Galileam fuisse captivitatem in secunda captivitate, sed viam maris, idest regionem per quam iter ad mare quod est trans Jordani Galileam, et illa via transibat non sołum per Galileam, sed etiam per aliquam partem septem trituum cum dimidia. Insuper in prima captivitate non fuit tota consumpta, in secunda fuit depopulata penitus.

3. Ad tertium. Non probatur effaciens ex textu Matthæi debere exponi ad litteram de Christo textum Isaie ab illa parte: *Primo tempore*, usque ad illam: *Populus qui ambulabat*; sed solenniter dicit Evangelista terram Zabulon et Nephtalim illuminatam fuisse a Christo iuxta prophetam Isaie: *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam*. Insuper idem textus aliquando potest duas expositiones ad litteram habere.

4. Ad quattuor. Ex eo quo minus textus exponitur ad litteram de aliquo non sequitur sic exponi debere textus antecedentes, vel sequentes: min. Isodoro teste, aliquid scriptura simili contextus sermones qui ad diversa referuntur.

mon, propter ligna quæ rex Tyri misit ad eum in aedificationem templi, dedit ei viginti oppida : qui cum esset gentilis, posuit gentiles ad habitandum, et ideo¹ dicitur *Galilæa gentium* : et erat in tribu Nephatalim, iacet alia in tribu Juda. Alia littera : *Trans Jordanem Galilæa*, idest in comparatione ad Galilæam. Sed prima expositio melior est.

Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Duo dicit : *Qui ambulabat, et Qui Sedebat*; qui enim est in tenebris a principio quæ nou sunt multum condensæ, nec stupefit² ab eis, vadit ; maxime quando sperat invenire lucem ; et dum stupefactus est a tenebris, stat. Ista est differentia inter Judeos et gentiles ; quia Judæi, quamvis essent in tenebris, non tameo totaliter oppressi erant ab eis, quia non omnes colebant idola ; sed sperabant Christum venturum, et ideo ambulabant. Isa. 1, 40, 10 : *Quis ambulavit in tenebris, et non est lumen ei? Speret in nomine Domini, etc.* Gentiles vero non expectabant, et ideo non erat spes de luce. Et iterum oppressi erant tenebris, quia idola colebant : quia secundum Psalm. LXXV, 2. *Notus in Iudea Deus*, et ideo stabant. Et hoc est quod dicitur : *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Lux Iudeorum non magna. II Pet. 1, 19 : *Habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attentes, sicut lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Sed ista magna siue solis lux. Malach. iv, 2 : *Vobis autem timentibus nomen Domini, orietur sol justitiae : Et sedentibus, idest gentibus, in regione umbræ mortis.* Mors est damnatio in inferno ; Psalm. XLVIII, 15 : *Mors depascat eos.* Umbra mortis est similitudo futurae damnationis, qua est in peccatoribus.³ Magna autem pœna eorum qui in inferno sunt, est separatio a Deo ; et quia peccatores jam separati sunt a Deo, ideo similitudinem habent futurae damnationis, sicut et justi similitudinem habent futurae beatitudinis. II Cor. iii, 18 : *Nos autem gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in clara-*

¹ Al. : « qui cum essent gentiles ad habitandum, ideo etc. »

² Al. : « ne stupefiat. »

ritatem. Et nota quod gentibus lux orta est, quia ipsi non iverunt ad lucem, sed lux venit ad eos. Jo. iii, 19 : *Lux venit in mundum. Orta est eis.* Et illa terra est in confinio Iudeorum et Gentium, ut ostenderet quod utrosque vocavit. Isa. XLIX, 6 : *Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israel convertendas ; et post : Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.*

Exinde corpit Jesus prædicare. Posito loco ubi Christus primo prædicare incepit, hic ponitur modus prædicandi. *Exinde*, scilicet post superationem⁴ gulæ, inanis gloriae, et ambitionis, sive avaritiæ, *coepit prædicare* ; tales enim convenienter prædicare possunt. Et sic impletur illud Act. 1, 1 : *coepit Jesus facere et docere.* Vel *exinde*, idest post incarcerationem Joannis, incepit publice prædicare : prius enim occulite, et quibusdam, Joan. 1 : scilicet Petro, Andrea, Philippo, et Nathanael ; sed hic publice. Noluit autem primo prædicare publice, ut daret locum prædicationi Joannis ; alteri nihil valuerisset : sicut lumen stellarum offuscatur per lumen solis. Significatur autem per hoc quod cessantibus figuris legis, incepit prædictio Christi, I Corinth xiii, 10 : *Cum venierit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* Per Joannem enim significatur lex. Infra xi, 13 : *Lex et prophetæ⁵ usque ad Joannem.*

Penitentiam agite. Notandum, quod eadem verba dicit hic Christus quæ Joannes, propter duo. Primo enim admonet nos de humilitate, ut scilicet nullus dediti gnetur verba ab aliis dicta prædicare, cum ipse fons ecclesiastice scientiae eadem prædicaverit. Secundo, quia Joannes est vox ; ipse vero verbum : idem autem significatur per verbum et vocem ; nisi quia verbum est expressivum vocis.

Circa hoc autem duo facit. Unum admonet, aliud promittit. Primum ibi, *Penitentiam agite* ; secundum ibi, *Appropinquabit enim regnum calorum.*

Sed quare non admonuit de justitia in

³ Al. : « quæ est peccatoribus. »

⁴ Al. : « separacionem. »

⁵ Al. : « prophetæ. »

principio suæ prædicationis, sed ad poenitentiam? Dicendum quod causa fuit, quia prius admonuit de justitia per legem naturæ et Scripturæ; sed transgressiorant. Isa. xxiv, 5 : *Transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fædus sempiternum.* In hoc enim dat intelligere quod omnes peccatores invenit. I Tim. 1, 15 : *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Rom. iii, 23 : *Omnis enim peccaverunt, et egerint gloria Dei.* Et hoc est *Poenitentiam agite.* Promittit autem aliud : unde : *Appropinquabit enim regnum cœlorum.* Ista promissio in duobus differt a promissione veteris testamenti. Quia ibi temporalia, hic cœlestia et aeterna. Isa. i, 19 : *Si me audieritis, bona terra comedetis.* Item ibi regnum Chananæorum et Jebuseorum; hic regnum cœlorum. Unde *Appropinquabit, in vos, regnum cœlorum.* Et ideo doctrina Christi dicitur novum testamentum : quia facta est ibi nova pactio inter nos et Deum de regno cœlorum. Hier. xxxi, 31 : *Feriam domui Israel et domui Iuda fædus novum.* Secundo, quia vetus lex simil cum promissione habebat communionem. Isa. i, 19 : *Si volueritis, et audieritis me, bona terra comedetis : quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos.* Et Deut. xxviii idem habetur : ubi multæ benedictiones promittuntur his qui legem servaverint, et multas communias Moyses maledictiones transgressoribus. Et hoc ideo est, quia vetus erat lex timoris, nova vero amoris Augustinus: Brevis differentia ; timor et amor. Heb. xi, 18 : *Non enim accessistis ad tractabilem et accessibilem ignem et turbinem et caliginem et procellum et tubæ sonum et vocem verborum, quam qui audierunt excusaverunt se, ne eis fieret verbum.* Et ideo dicit : *Appropinquabit regnum cœlorum,* scilicet beatitudo aeterna. Et dicit, *Appropinquabit,* quia ille qui dabit, ad nos descendit, quia nos non poteramus ascendere ad Deum.

Ambulans autem etc. Postquam incepit prædicare, voluit sua prædicationis habere ministros; unde hic advoeat ad se

eos. Et circa hoc duo facit, secundum quod duo paria ministrorum advocat : quia primo Petrum et Audream; secundo Jacobum et Joannem. Circa primum quatuor facit : primo enim describitur locus vocationis; secundo ponitur conditio vocatorum, ibi, *Erant enim pescatores;* tertio vocatio, ibi, *Et ait illis;* quarto ipsorum obedientia perfecta, ibi, *At illi continuo relictis rebus seculi sunt cum eum.* Dicit ergo : *Ambulans juxta mare Galilæa.* Locus congruus : quia, sicut dicit *Glossa,* pescatores vocaturus ambulat juxta mare.

Quantum autem ad mysterium, secundum quod stare Dei significat aeternitatem et immobilitatem; ipsius ambulare, temporalem nativitatem. Per hoc ergo quod ambulans discipulos vocavit, significatur quod per mysterium suæ incarnationis nos ad se traxit. Psal. vii, 7 : *Exurge, Domine, in præcepto quod mandasti idest disposuisti impletum et synagogam populorum circumdabit te.* Et dicit, *Galilæa,* per quod intelligitur turbulenta hujus mundi. Isa. lvii, 20 : *Cor impium quasi mare fervens quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculationem et luctum.* Christus similitudinem habuit peccatoris. Rom. viii, 2 : *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, etc.*

Consequenter vocatorum describitur conditio : et primo quantum ad numerum; secundo quantum ad nomina; tertio quantum ad actum, quarto quantum ad officium. Dicit ergo, *Vidit duos,* non oculo corporis tantum, sed etiam mentis; visus enim ejus est respectus¹ misericordia : unde Exod. iii, 7 : *Videns vide afflictionem populi mei qui est in Egypto, etc.* Et nota, quod idem significatur per *duos et fratres* : utrumque enim ad caritatem pertinet, qua consistit in dilectione Dei et proximi. Et ideo binos eligit, et binos ad prædicandum misit : et volunt significari per hoc caritas spiritualis : quia caritas firmatur magis quando in natura fundatur. Psal. cxxxvi, 1 : *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Simonem qui vocatur

¹ Al. : « respectu. »

Petrus; nunc scilicet, sed non tunc; quia Christus postea imposuit ei hoc nomen, sed primo promisit, Iohu. i, : *Tu vocaberis Cephas*: sed imposuit, Matth. xvi, 18 : *Tu es Petrus. Et Andreas*. Ista nomina debet habere quilibet prædicator; Simon enim interpretatur obediens; Petrus agnoscens; Andreas fortitudo. Et prædicator¹ debet esse obediens, ut alios possit ad hoc invitare. Prov. xxi, 28 : *Vir obediens loquetur vitorius*: agnoscens, ut alios sciat instruere. I Corin. xiv, 19 : *Volo quinque verba sensu meo loqui, ut alios instruam*: fortis, ut non terreatur comminationibus. Iliorem. i, 18 : *Dedi te hodie in civitatem nūnitam, et in columnam ferream, et in murum æreum*. Ezech. iii, 8 : *Dedi faciem tuam valentiori faciebus eorum, et frontem tuam duriori frontibus eorum: ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam*.

Sequitur : *Mittentes rete in mare*.

Quarit Chrysostomus quare Dominus captavit istam horam; et dicit, ut daretur exemplum quod nunquam debemus omittere² servitium Dei propter occupationes. Vel ideo quia per hunc actum præfigurabatur actus futurorum prædicatorum; quia per verba prædicantium quasi per retia trahuntur homines.

Ponitur officium : *Erant enim piscatores*. Et sciendum, quod inter omnes homines, piscatores sunt simpliciores; et Dominus de simplicissimo statu voluit habere homines, et illos eligere, ut non imputaretur sapientia humanae id quod factum fuit per eos. I Corinth. i, 26 : *Videite vocationem nostram, fratres: quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes*. Et ideo non elegit Augustinum aut Cyprianum oratorem; sed Petrum piscatorem. Et de piscatore lucratus est et imperatorem et oratorem.

Ei ait. Ille ponitur vocatio: circa quam tria consideranda sunt. Primo enim invitat, secundo ducatum promittit; tertio præmium. Dicit ergo, *Venite*. Ille ex sola liberalitate divina est, ut ad se trahat.

Ecli. xxiv, 26 : *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis uidimetiui*. Infra. xi, 28 : *Venite ad me omnes qui laborati et onerati estis, et ego reficiam vos. Post me; quasi dicat: Ego vado, et vos venire post me: quia ego ero dux vester*. Prov. iv, 2 : *Viam sapientiae monstrabo tibi, et ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum*. Psal. cxxxviii, 17 : *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Faciam, quasi commutabo vestrum officium in majus. De istis dieitnr* Ilior. xvi, 16 : *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos, etc.* Et dicit, *Faciam*, quia frustra laborat prædicatio exterius, nisi adiut interius gratia Redemptoris. Non enim virtute sua trahebant homines, sed operatione Christi: et ideo dicit, *Faciam*. Ista quidem est maxima dignitas: unde Dionysius: *Nihil dignius in officio hominum quam Dei cooperatorem fieri*. Dignitas enim sola in sua claritate consistit. Ad illam autem dignitatem magis approximquant qui sic illuminantur quod alia illuminent. Quamquam vero illuminent homines qui sequuntur Christum, et quantum ad justitiam magna faciunt: sed tamen asserunt dignitatem Christi quantum ad innum tantum: vita autem prædicatorum quantum ad duo. Dan. xii, 3 : *Qui ad justitiam eruditunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*.

Ponitur eorum obedientia. *At illi, relictis retibus et navi, secuti sunt eum*. Et ostendit obedientiam eorum quantum ad tria. Primo quantum ad promptitudinem, quia non distulerunt: unde, *At illi*. Contra illos de quibus Ecli. v, 8 : *Ne differas de die in diem*. Gal. i, 15 : *Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam; ut revelaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquevi carni et sanguini*. Isa. l, 5 : *Domini aperte nihili aurem; ego autem non contradico; retrorsum non abi*. Secundo quantum ad expeditionem, quia relique-

¹ Al. : « prædicatio. »

² Al. : « amittere. »

runt : quia non pensandus est census, sed affectus ; quia omnia dimittit qui quicquid habere potest, dimittit.

Sed quæ necessitas relinquendi omnia ? Chrysostomus : Nullus potest possidere divitias, et perfecte ad regnum colorum venire. Sunt enim impedimentum virtutis : diminuunt enim sollicitudinem æternorum : propter quod non perfecte potest homo inhaerere divinis. Et ideo dimittenda sunt. I Corinth. ix, 25 : *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet etc.*

Tertio quantum ad executionem, quia secuti sunt eum. Non est enim nimis magnum dimittere omnia : sed perfectio consistit in sequela ipsius quæ est per caritatem. I Corinth. xii, 3 : *Si distribuerò in cibos pauperum omnes facultates meas; et si tradiderò corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero; nihil mihi prodest.* Non enim consistit per se in exterioribus perfectio, scilicet paupertate, virginitate, et hujusmodi : nisi quia ista sunt instrumenta ad caritatem. Et ideo dicit : *Et secuti sunt eum.*

Consequenter agitur de alia vocatione : *Et procedens inde, vidit alios duos fratres; Jacobum, Zebedæi et Joannem fratrem ejus.* Et primo describuntur vocati, secundo ponitur vocatio, ibi, *Et vocavit :* tertio obedientia vocatorum, ibi, *Illi autem, relictis rectibus et patre, secuti sunt eum.* Vocati quadrupliciter describuntur. Quantum ad numerum, nomina, pietatem, et paupertatem. Dicit ergo : *Et procedens inde vidit duos fratres.* Nota quod a principio vocavit fratres ; et quamvis multos alias vocavit, tamen de istis specialiter fit mentio, quia præcipui erant, et quia binos vocavit eos. Lex enim nova in caritate fundatur. Unde et in veteri testamento duos fratres vocavit, Aaron et Moysen, quia etiam ibi dabatur mandatum de caritate. Et quia perfectior est nova, ideo in principio vocatur duplex numerus fratrum : *Jacobum, Zebedæi et Joannem fratrem ejus.* Per istos quatuor designatur doctrina quatuor Evangeliorum, vel quatuor virtutes : quia per Petrum, qui

interpretatur agnoscens, virtus prudentiae ; per Andream¹ qui interpretatur virilis, seu fortissimus, virtus fortitudinis ; per Jacobum, qui interpretatur suppluator, virtus justitiae ; per Joannem propter virginitatem, virtus temperantiae. Ponitur pietas, quia erant cum Zebedæo patre. Chrysostomus : Admiranda est eorum pietas, quia pauperes arte piscatoria panem querunt, et tamen senem patrem non derelinquent. Eccli. iii, 8 : *Qui timet Deum honorat parentes.* Paupertas designatur in hoc, quia reficiebat retia sua. Nihilominus per istos qui mittebant retia, signantur illi qui in prima aetate negotiantur in mundo ; per istos qui jam miserunt et reficiebant, significantur illi qui diu negotiati sunt in mundo, et sunt jam per peccatum absorpti, et vocantur ad Christum. Thren. iii, 27 : *Bonum est viro cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua.*

Et vocavit eos, interius et exterius. Rom. vii, 30 : *Quos prædestinavit hos et vocavit.* Vocare interius nihil aliud est quam præbere auxilium humanae menti cum vult convertere nos.

Sequitur de obedientia : *Illi autem, relictis retibus et patre, secuti sunt eum.* Nota, quod duo superiores navem tantum, isti autem reliquerunt retia, navem, et patrem ; in quo significatur quod propter Christum dehemos omittere omnes terrenas occupationes, quæ designantur² per rete. II, Tim. ii, 4 : *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus : divitias sive possessiones, quæ designantur per navem : infra xix, 21 : Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo ; et veni sequere me : affectum carnalem, qui per patrem.* Psal. xlii, 2 : *O'diviscerre populum tuum et domum patris tui.* Mystice vero per Zebedæum significatur mundus, qui interpretatur flumus vehemens.³

Sed hic est questio : videtur enim quod isti peccaverunt dimittenda patrem senem et pauperem, quia filii tenentur subvenire parentibus. Et generaliter que-

¹ Al. : « per Andream qui interpretatur fortitudo, virtus fortitudinis. »

² Al. : « quod designatur. »

³ Al. : « fugiebus, »

ritur utrum alicui licet dimittere parentes in ultima necessitate, intrando reliquionem.

Dicendum, quod consilium nunquam præjudicat præcepto; sed hoc, scilicet: *Honora patrem tuum et matrem tuum*, Exod. xx, 12, est præceptum; et ideo si pater nullo modo possit vivere nisi adiutus a filio, filius non debet intrare reliquionem. Sed hic casus non erat in Zebédæo, quia poterat se juvare, et habebat necessaria.

Item est quæstio litteralis: Matthæus enim videtur hic contrarius Joanni et Lucæ: Joannes enim I cap. dicit eos vocatos juxta Jordanem: hic dicit juxta mare Galileæ. Item Lucas v, dicit, quod simul vocavit Petrum et Andream, Jacobum et Joannem, licet de aliis duobus non fiat mentio, quia creditur quod ibi fuerint. Item ibi dicitur quod omnes simul, hic quod seorsum.

Sed sciendum, quod tria fuit vocatio Apostolorum. Primo enim vocati sunt ad Christi familiaritatem; et illud dicitur Joan. i; et hoc in primo anno prædications Christi. Nec obstat quod dicitur post Joan. ii, 2. *Ascenderunt cum eo discipuli ejus in Cana Galilæa*¹; quia secundum Augustinum non tunc erant discipuli, sed futuri erant; sicut si dicatur quod Paulus Apostolus natus fuerit in Tharsos Ciliciæ, cum tunc non esset Apostolus. Vel dicendum, quod loquitur de aliis discipulis, qui vocantur omnes credentes in Christo. Secundo vocati fuerunt ad discipulatum, et de ista dicitur Luc. 5. Tertia vocatio fuit ut totaliter Christo adhærerent; et de ista hic dicitur: quod patet, secundum Augustinum, quia Luc. v, 2, de hoc habetur: *Et², subductis ad terram navibus*: ergo habebant navim, et curabant de ea, quasi ad eam reddituri; hic vero dicit: *At illi, relictis omnibus etc.* Et ideo dicendum, quod de ultima sequela loquitur hic.

3. Consuetudo est apud reges, quod congregato exercitu procedunt ad bellum; ita Christus congregato exercitu Apostolorum, procedit ad pugnandum contra diabolos.

¹ *Joan. ii, 2*: « Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias. »

lum per officium prædicationis, ad expellendum enim de mundo. Unde hic agitur de doctrina et prædicatione Christi: et ponitur primo Christi prædicatio; secundo effectus prædicationis, ibi, *Abiit opinio ejus in totam Syriam, etc.* Circa primum tria tangit. Primo solicitudinem docentis, et modum docendi, et propositione doctrinae confirmationem. Et solicitude ostenditur in duabus: quia non querebat propriam quietem: unde *circuibat*; Rom. xi, 4: *Solicitudine non pigri*. Secundo, quia nou erat acceptator personarum, terrarum, vel villarum; sed *circuibat totam Galiliam*, absque differentia. Marc. 1, 38: *Eamus in proximas civitates, ut et ibi prædicem*. Psalm. cii, 22: *In omni loco dominationis ejus*. Modus, ibi, *In synagogis docens*. Duo dicit, *Docens et prædicans*; docens quæ agenda sunt in praesenti, prædicans de futuris; vel docens ea quæ pertinent ad instructionem morum: Isa. xlvi, 17: *Ego Dominus docens te utilia; prædicans futura*: ibid. lxi, 7; *Quam pulchri super montem pedes annuntiantis et prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem!* Vel docens naturales justitias. Quædam enim in theologia traduntur quæ naturæ ratio dictat, scilicet justitia et hujusmodi; et quantum ad hoc dicit, *Docens*. Quædam vero quæ excedunt rationem: sicut mysterium Trinitatis, et hujusmodi; et quantum ad hoc dicit, *Prædicans*.

Sed objicitur de hoc quod dicit *Glossa*, quod doceret naturales justitias, ut est castitas, et humilitas, et hujusmodi. Naturales enim virtutes non videntur posse dici virtutes; quia virtutes sunt per gravitatem.

Et dicendum, quod inclinatio et inchoatio est naturalis; sed profectio, qua gratus homo redditur, est ex gratia, polititia, et ex assuetudine.

In synagogis eorum. Nota duo. Primum quia querebat³ multitudinem, ut prædictatio magis proficeret. Psalm. xxxiv, 18: *Confitebor tibi in Ecclesia magna*. Item quia solum Judæis prædicabat. Act.

² Al.: « at illi etc. »

³ Al.: « querebant. »

xm, 46 : *Vobis primum oportuit prædici verbum Dei. Et prædicans evangelium regni : non fabulas et curiosa ; sed quæ ad Dei regnum pertinebant, et ea quæ hominibus proficerent.*

Consequenter confirmatur prædicatio miraculis. Marc. ult. 20 : *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.* Unde, *Sanans.* Languor potest referri ad infirmitates corporales, infirmitas ad infirmitatem animæ : non enim minores sunt infirmitates animæ quam corporis. Vel per languores, graves infirmitates et diuturnas ; per infirmitates, quamecumque aliam. Psal. cii, 3 : *Qui sunat omnes infirmitates tuas.* Eccli. x, 13 : *Brevem languorem præcedit medicus.* Datur intelligi etiam hoc, quod prædicatores debent suam doctrinam confirmare per opera ; et si non per miracula, per vitam virtuosam. Rom. xv, 18 : *Non audeo aliquid loqui eorum quæ per me non officit Christus in obedientiam gentium in verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.*

Et abiit opinio ejus in totam Syriam. Ille ponitur effectus prædicationis ; et est triplex : scilicet fama circa exemplum, fiducia quam homines de eo habebant, et devotione qua homines eum sequerentur. Dicit ergo : *Abiit opinio ejus in totum Syriam.* Syria est regio a Capharnaum usque ad mare magnum : unde et in terra gentilium divulgatum est. Hoc etiam pertinet ad prædicatores, ut habeant testimonium bonum ; Eccli. xli, 15 : *Curam habe de bono nomine.* II Timoth. u, 5 : *Solicite autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.* Per Syriam autem potest intelligi superbia mundi, quia sic interpretatur : et fama Christi per totum mundum diffusa est. Fiducia ibi, *Et obtulerunt ri onnes male habentes :* scilicet enim quod sanare poterat. Hierem. xvii, 14 : *Sana me Domine et sanabor ; salva me fac et salvus ero.* Et dicit primo : *Abiit opinio ejus etc.:* et post *Ohtulerunt ri-*

etc.; quia quando aliquis habet famam de sanctitate, homines faciliter detegunt ei conscientia vulnus. *Variis languoribus et tormentis comprehensos.* Per istas graves infirmitates designantur infirmitates spirituales. Per languores possunt intelligi diuturnae infirmitates ; et signatur infirmitas diu perseverans, Eccli. x, 2. *Languor prolixior gravat medicum.* Et quia aliqui gravantur infirmitate, aliqui vero exacerbante doloris, hoc significatur cum dicit : *Et tormentis comprehensos.* Et significantur illi qui habent conscientiam gravatam remordentem : Psalm. xviii, 5 : *Circumdederunt me dolores mortis, dolores inferni circumdederunt me.*

Et qui demonia habebant. Et hoc est quod dicitur Lue. vi, 18 : *Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur.* Per hos intelliguntur illi qui colebant idola. Psal. xcv, 5 : *Omnis dii gentium daemonia.* I Corinth. x, 20 : *Nolo vos socios fieri demoniorum.* Lunatici proprio dicuntur qui patiuntur infirmitatem cuiusdam amentiae in defectu lunæ ; et tune arripuntur a dæmonibus. Et diabolus tune magis affligit, propter duas rationes. Unam assignat Hieronymus, et est, ut infamet creaturam Dei ; et hoc etiam sit in effectibus magie artis, qua invocantur dæmones sub certis constellationibus, et dæmones veniunt ad hoc ut extollant creaturam, et inducent ad idololatriam. Secunda ratio est melior, quia diabolus non potest aliquid nisi per virtutes corporis. Non est autem dubium quod corpora inferiora immutantur secundum diversas immitationes corporum superiorum ; et ideo tune diabolus invocatus libenter venit quando videt superiora corpora operari ad illum effectum pro quo invocatur. In defectu autem lunæ, sicut patet¹, humiditates deficiunt ; et ideo defectus lunæ facit ad talē infirmitatem, quando terra non abundant humeribus : et ideo diabolus tune magis vexat. Et hoc est, *Et luvaticos.* Per istos possumus intelligere inconstantes Eccli. xxvi, 14 : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol : nam stultus sicut luna mutatur qui habent propositum caste vi-*

¹ Al. : « sicut post. »

vendi, sed vineuntur passionibus, secundum illud Romi. vii, 45 : *Non enim quod volo homini hoc facio, sed quod odi malum illud ago.*

Et paralyticos : Paralytici proprie dicuntur qui habent membra resoluta, ita quod non possunt habere officium membrorum. Per istos significantur ignorantes. Et isti omnes a Christo curantur : unde, *Et curavit eos*, scilicet perfecte.

Consequenter ponitur tertius effectus, scilicet devotio sequentium : unde : *Et secutæ sunt eum turbæ multæ.* Psal. vii, 8 : *Exurge, Domine, in præcepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te.* Scendum autem quod diversimode aliqui sequebantur. Quia quidam studio salutis, scilicet spiritualis, scilicet Apostoli : unde supra hoc cap. *Relictis omnibus sequenti sunt cum.* Et infra xix, 27 : *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.* Quidam studio salutis corporalis, Lue. vi, 47 : *Turba copiosa plebis ab omni Iudea, et Hierusalim, et maritima, et Tyri et Sidonis, qui venerant ut audirent cum, et sanarentur a languoribus suis.* Quidam curiositate tan-

tum videndi miracula. Joan. vi, 2 : *Et sequabantur eum multi, quia videbant signum quod faciebat super his qui infirmabantur.* Alii ad insidiandum, ut Pharisæi, et Scribæ : Iier. xx 10 : *Audi vii contumelias multorum et terrorum in circuitu.*

De Galilea.² Provincia est ubi Christus præcipue prædicabat, et interpretatur transmigratio. Per hoc significantur illi qui debent transmigrare de vitiis ad virtutes. *Et decapolis.* Regio est ubi sunt decem villaæ ; et significantur illi qui student ad observantiam decem mandatorum. *Et de Hierosolymis.* Hierosolyma interpretatur visio pacis; et significat illos qui desiderio pacis ad Christum veniunt. Psalm. cxviii, 165 : *Pax multa diligentibus nomen tuum.* *Et de Iudea.* Iudea interpretatur confessio; et significat illos qui per peccatorum remissionem ad Christum veniunt. Psalm. cxii, 1 : *Facta est Iudea sanctificatio ejus.* *Et de trans Jordanem :* et significantur illi qui per baptismum ad Christum veniunt : in Jordane enim fuit figuratus baptismus.

² *Et de Galilæa etc.*

CAPUT QUINTUM

1. Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem; et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et aperiens os suum docebat eos, dicens :

2. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esurient et sitiunt justitiam : quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabantur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsum est regnum eorum.

3. Beati estis enim maledixenteri vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omnes malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate : quoniam merces vestra copiosa est in eolis : sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

4. Vos estis sal terre. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculeetur ab hominibus. Vos estis lux mundi.

5. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sint. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in eolis est.

6. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transcat colum et terra, jota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia flant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno eorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno eorum.

7. Dic autem vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Phariseorum, non intrabis in regnum eorum. Audistis quia dictum est antiquis : Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo rucha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehenna ignis. Si ergo offeras munus tuum ad altare, et ibi recordaratus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi manus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo : et tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo citudum es cum eo in via : ne tradat te adversarius iudici; et index tradat te ministro, et in carcere mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas novissimum quadratum.

8. Audistis quia dictum est antiquis : Non molesteris. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concepcionem eam, jam maculata est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erua eum, et projice ab te : expedit enim filii ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat

te, abscinde eam, et projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum cat in gehennam. Dictum est autem : Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicacionis causa, facit eam merehari; et qui dimissam duxerit, adulterum. Iterum andistis quia dictum est antiquis : Non perjurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ergo autem dico vobis, non jurare omniu[m], neque per eundem, quia thronus dei est : neque per terram, quia sebellum est pedum ejus; neque per Hierosolymam, quia civitas est magni regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester. Est vest, Non non : quod autem his abundantius est, a malo est.

9. Andistis quia dictum est : Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo ; sed si quis te percussit in dextram tuam tuam, praebe illi et alteram; et ei qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium; et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo et alia duo. Qui autem petit a te, da ei : et volenti mutuaria a te, ne avertaris. Audistis quia dictum est : Dilige proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Dilige inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro perseuerantibus et calumniantibus vos : ut sitis filii patris vestri qui in eolis est ; qui solum sumus oriri facit super bonos et malos; et pluit super justos et injustos. Si enim diligitis eos qui vos diligit, quam mercede habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et pater vester celestis perfectus est.

Videns autem Jesus turbas. Illic Dominus suam doctrinam proponit : et dividitur in partes tres. In prima ponitur doctrina Christi; in secunda ponitur virtus doctrine; in tertia finis ad quem perduicit. Secundum in cap. XIII; tertium in cap. XVII. Prima dividitur in tres. In secunda instruuntur ministri doctrine; in tertia confunduntur adversarii. Secunda in cap. X, tertia in cap. XI. Prima dividitur in duas. In prima proponitur doctrina Christi; in secunda confirmatur per miracula, in cap. VIII. Prima in duas. In prima premititur quasi quidam titulus ad doctrinam; in secunda explicatur ipsa doctrina, ibi, *Brati pauperes spiritu.* Circa primum tria facit. Primo describit

locum ubi doctrina fuit proposita; secundo auditores doctrinæ; tertio ponit monum docendi. Secundum ibi, *Et cum sedisset*; tertium ibi, *Et aperiens os suum docebat eos*. Dicit ergo: Ita dixi quod seculi sunt etc. *Videns autem Jesus turbas*. Ista littera duplarem intellectum habere potest. Primo sic: *Ascendit*, ad docendum turbas, scilicet non fugiens. Unde Chrysostomus dicit, quod sicut artifex quando videt preparatam materiam delectatur operari; ita sacerdos delectatur prædicare quando populum videt congregatum. Et ideo *ascendit*. Psal. xxxiv, 18: *Confitebor tibi in ecclesia magna*. Vel aliter. *Ascendit*, fugiens scilicet turbas, ut securius discipulos doceret. Eeci. ix, 17: *Verba sapientium audiuntur in silentio*.

Et notandum, quod legitur quod Christus habebat tria refugia: Quandoque enim fugiebat ad montem, sicut dicitur hic; et Jo viii, 41: *Jesus autem perrexit in montem Oliveti*. Aliquando ad navem: Luc. v, *Cum turbæ multæ irruerent in eum ascensens in unam navim, qua erat Simonis sedens docebat*. Tertium in desertum. Marc. vi, 31: *Eamus seorsum in desertum*. Et satis convenienter. In tribus enim homo potest habere refugium ad Deum. In protectione divinae altitudinis, qua per montem significatur. Psal. cxxiv, 1: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion*. In societate ecclesiastica, qua per navem designatur. Psal. cxxi, 3: *Hierusalem qua ædificatur ut civitas, cuius participatio ejus in idipsum*. In solitudine religionis, que per desertum accipitur per contemptum temporalium. Osee ii, 4: *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus*. Psalm. liv, 8: *Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine*. Ascendit autem in montem propter quinque rationes. Prima ad ostensionem sua excellentiae ipse enim est mons, de quo Psal. lxvi, 16: *Mons Dei, mons pinguis*. Secunda ad ostendendum quod doctor hujus doctrinae debet ad eminentiam vite condescendere. Isa. xl, 9: *Super montem excelsum ascende tu*

qui evangelizas Sion. Chrysostomus: *Nemo potest in valle consistere, et de celo loqui*, etc. Tertia ratio ad ostendendum altitudinem¹ Ecclesie, cui doctrina proponitur. Isa. n, 2: *Erit mons dominus domini in vertice montium, et elevabitur super colles*. Quarto ad ostendendum perfectionem hujus doctrinae: quia perfectissima. Psalm. xxxv, 7: *Justitia tua sicut montes Dei*. Quinto ut congrueret ista veteri legislationi, quae data fuit in monte; Exod. xix et xxiv.

Consequenter ponuntur auditores: *Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus*. Duo possunt notari in sessione ejus. Humiliatio. Psalm. cxxxviii, 2: *Tu cognoscisti sessionem meam*. Quando erat in altitudine divinae majestatis, non poterat capi ejus doctrina; sed tunc coperunt homines capere quando se humiliavit. Vel hoc pertinet ad dignitatem magisterii. Infra xxiii, 2: *Super cathedram Moysi sederunt Scriba et Pharisæi*. Ad studium enim sapientie requiritur quies. Accesserunt ad eum discipuli ejus, non tantum corpore, sed animo. Psalm. xxxiii, 6: *Accedite ad eum, et illuminamini*. Deuter. xxxii, 3: *Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius*. Et nota quod quando Dominus prædicavit turbis, stetit. Luc. vi, 17: *Descendens Jesus de monte stetit in loco campestri*. Sed hic quando discipulis, sedit. Ex hoc inolevit consuetudo quod turbis prædicatur stando, religiosis sedendo.

Et aperiens os suum docebat eos. Ille ponitur modus doctrinæ. In hoc quod dicit, *Aperiens*, significatur quod diu ante facuerit. Et demonstrat quod magnum et longum erat facturus sermonem, sicut dicit Augustinus; vel quod magna et profunda dicturus erat: sic enim consecverunt facere homines. Job. iii, 1: *Post hoc Job aperuit os suum, et maledixit diei suo*. Et dicit, *Suum*: prius enim aperuit ora prophetarum. Sap. x, 2: *Sapientia aperuit os mutorum, et linguis infantium fecit disertas*. Ipse enim est sapientia Patris.

Sed hic est quæstio. Ille enim sermo

¹ Al.: « quod cum turbæ etc. »

² Al.: « multitudinem. »

ponitur quantum ad multa etiam Luc. vi. Sed videtur hic et ibi contrarietas, sicut patet in textu.

Et ponit Augustinus duas solutiones. Una est quod iste est alius sermo ab illo : ipse enim primo ascendit in montem, et fecit hunc sermonem discipulis ; et postea descendens invenit turbam congregatam, cui eadem prædicavit, et multa recapitulavit ; et de hoc dicitur Luc. vi. Vel aliter dicendum, quod unus mons erat, et habebat planitem in latere ; illam planitem elevabat monticulus alias¹ Unde Dominus ascendit in montem, idest in planitem illius montis. Et primo ascendit superius, et convocavit discipulos ; et ibi elegit duodecim Apostolos, sicut patet in Luca : et postea descendens invenit turbam congregatam, et venientibus discipulis sedidit, et habuit sermonem istum ad turbas et discipulos. Et hoc videtur verius : quia Matthæus dicit in fine sermonis cap. vii, 28, quod *mirabantur turbæ super doctrinam ejus*. Tamen quodcumque accipiatur, non est contrarietas.

2. Posnit supra Evangelista quasi breuem titulum doctrinæ Christi; nunc ponit ipsam doctrinam et effectum ejus, scilicet admirationem turbarum. Considerandum autem, quod, secundum Augustinum, in isto sermone Domini tota perfectio vitæ nostræ contingit. Et probat per id quod Dominus subjungit finem ad quem dicit, scilicet reprobationem aliquam. Id autem quod maxime homo desiderat, est beatitudo. Unde Dominus hic tria facit. Primo premitit premium quod consequitur istos qui istam doctrinam accipiunt ; secundo ponit præcepta, ibi, *Nolite putare quoniam veni solvere legem*; tertio docet quomodo quisquis potest pervenire ad observandum ea, ibi, *Petite, et accipietis*. Circa primum duo facit ; quia huius doctrinae aliqui sunt observatores tantum, aliqui ministri. Primo ego describit beatitudinem observantium : secundo ministrantium, ibi, *Beatis estis cum maledixerint vobis*.

Notandum autem, quod hic ponuntur plura de beatitudinibus ; sed nunquam

aliquis in verbis Domini posset ita subtiliter loqui, quod pertingeret ad propositionem Domini. Scendum tamen quod in istis verbis includitur omnis plena beatitudo. Omnes enim homines appetunt beatitudinem, sed differunt in judicando de beatitudine. Et ideo quidam istud, quidam illud appetunt. Invenimus autem quadruplicem opinionem de beatitudine. Quidam enim credunt quod in exterioribus tantum consistit, scilicet in affluentia istorum temporalium. Psalm. cxlii, 13 : *Beatum dixerunt populum cui haec sunt*. Alii quod perfecta beatitudo consistit in hoc quod homo satisfaciat voluntati sua : unde dicimus : *Beatus est qui vivit ut vult*. Eccl. iii, 12 : *Et cognovi quod non esset melius nisi lastari etc.* Alii dicunt quod perfecta beatitudo consistit in virtutibus activæ vite. Alii quod in virtutibus contemplativa vite, scilicet divinorum et intelligibilium ; sicut Aristoteles. Omnes autem istæ opinions falsæ sunt ; quoniam non eodem modo. Unde Dominus omnes reprobat. Opinionem illorum qui dixerunt, quod consistit in affluentia exteriorum, reprobat : unde dicit, *Beati pauperes*; scilicet quasi, non beati affluentes. Opinionem vero eorum qui ponebant beatitudinem in satisfactione appetitus, reprobat cum dicit, *Beati misericordes*. Sed sciendum quod triplex est appetitus in homine. Irascibilis, qui appetit² vindictam de inimicis ; et hoc reprobat cum dicit, *Beati mites*. Conecupisibilis, cuius bonum est gaudere et delectari. Hoc reprobat cum dicit, *Beati qui lugent*. Voluntatis, qui est duplex secundum quod duo querit. Primo quod voluntas nulla superiori lege coerecatur³ ; secundo quod possit restringere alios ut subditos : unde desiderat præesse et non subesse. Dominus autem contrarium ostendit quantum ad utrumque : et quantum ad primum dicit, *Beati qui esurunt et sitiunt justitiam* ; quantum autem ad secundum dicit, *Beati misericordes*. Ergo et illi qui ponunt beatitudinem in exteriori affluentia, et qui in satisfactione appetitus, errant. Illi autem qui ponunt beatitudinem in actibus activæ vite, scilicet moralibus,

¹ Al. : « monticulis aliis. »

² Al. : « petit. » — ³ Al. : « correctur. »

errant, sed minus, quia illud est via ad beatitudinem : unde Dominus non reprobat tanquam malum; sed ostendit ordinatum ad beatitudinem ; quia vel ordinantur ad seipsum, sicut temperantia et iugismodi ; et finis eorum est munditia cordis, quia faciunt vincere passiones : vel ordinantur ad alterum, et sic finis eorum est pax et iugismodi. Opus enim justitiae est pax. Et ideo iste virtutes sunt viae in beatitudinem, et non ipsa beatitudo. Et hoc est *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.* Non dicit, Vident, quia hoc esset ipse beatitudo. Et iterum. *Beati pacifici* : non quia pacifici, sed quia in aliud tendunt : *quoniam filii Dei vocabantur.* Illorum autem opinio qui dicunt quod beatitudo consistit in contemplatione divinorum reprobatur Dominus quatuor ad tempus, quia alias vera est : quia ultima felicitas consistit in visione optimi¹ intelligibilis, scilicet Dei. Unde dicit, *Videbunt.*

Et notandum, quod secundum *Philosophum*, ad hoc quod actus contemplativi facient beatum, duo requiruntur. Unum substantialiter, scilicet quod sit actus altissimi intelligibilis, quod est Dens. Aliud formaliter, scilicet amor et delectatio. Delectatio enim perficit felicitatem, sicut pulchritudo juventutem. Et ideo Dominus duo ponit : *Deum videbunt et filii Dei vocabantur.* Hoc enim pertinet undi unionem amoris. *I Joan. iii, 1: Videte qualem caritatem dedit nobis pater, ut filii Dei nominemur et simus.*

Item notandum, quod in istis beatitudinibus quedam ponuntur ut merita, et quedam ut præmia. Et hoc in singulis. *Beati pauperes spiritu* : ecce meritum : *quoniam ipsorum est regnum caelorum* : ecce præmium ; et sic in aliis.

Et notandum est etiam aliquid circa meritum in communi, et aliquid circa præmium in communi. Circa meritum sciendum, quod *Philosophus* distinguit duplex genus virtutis : *uuum communis*, quæ perficit hominem humano modo ; aliud specialis, quam vocat *heroicam*, quæ perficit supra humanum modum. Quando enim fortis timet ubi est timen-

dum, istud est virtus ; sed si non timeret, esset vitium. Si autem in nullo timeret contumis Dei auxilio, ista virtus esset supra humanum modum ; et iste virtutes vocantur divinae. Iste ergo actus sunt perfecti ; et virtus etiam secundum *Philosophum*, est operatio perfecta. Ergo ista merita vel sunt actus donorum, vel actus virtutum secundum quod perficiuntur a donis. Item nota, quod actus virtutum sunt illi de quibus lex præcipit ; merita autem beatitudinis sunt actus virtutum : et ideo omnia que præcipiuntur, et infra continentur, referuntur ad istas beatitudines. Unde sicut Moyses primo proponit præcepta, et post multa dixit, quæ omnia referebantur ad præcepta propria : ita Christus in doctrina sua primo præmisit istas beatitudines, ad quas omnia alia reducuntur. Circa præmium² autem notandum, quod Deus est præmium eorum qui ei serviant. *Thren. iii, 24: Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. Psal. xv, 5: Dominus pars hereditatis meæ et calicis mei.* Gen. xv, 7: *Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldeorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam.* Et sicut Augustinus dicit in II Confess. Anima cum recedit a te, bona querit extra te. Illomines autem diversa querunt ; sed quicquid inveniri potest in qualibet vita, totum Dominus repromisit in Deo. Aliqui enim ponunt summum, bonum affluentiam divitiarum, per quam possunt pervenire ad maximas dignitates : Dominus promittit regnum quod complectitur utrumque ; sed ad hoc regnum dicit perveniri per viam paupertatis, non divitiarum : unde, *Beati pauperes.* Alii pervenient ad istos honores per bella : Dominus autem dicit : *Beati mites etc.* Alii consolationes querunt per voluptates ; Dominus dicit : *Beati qui lugent.* Aliqui voleant subdi : Dominus autem dicit : *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam.* Aliqui volunt vitare malum opprimendo subditos : Dominus dicit : *Beati misericordes etc.* Aliqui ponunt visionem Dei in contemplatione veritatis in via : Dominus autem promittit in patria : unde, *Beati mundo*

¹ Al. : « optime. »

² Al. : « primum. »

corde etc. Et notandum, quod ista præmia quæ Dominus hie tangit, possunt dupliciter haberi : scilicet perfectæ et consummate ; et sic in patria tantum : et secundum inchoationem et imperfecte ; et sic in via. Unde sancti habent quamdam inchoationem illius beatitudinis. Et quia in hac vita non possunt explicari illa sicut erunt in patria; ideo Augustinus exponit secundum quod sunt in hac vita. *Beati ergo pauperes spiritu*, non spe tantum, sed etiam re. Luc. xvii, 21 : *Regnum Dei intra vos est.* Unde istis præmissis, accedamus ad litteram.

In istis beatitudinibus duo facit Evangelista. Primo ponuntur ipsæ beatitudines; secundo manifestatio beatitudinum; ibi, *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsorum est regnum cælorum* : hoc enim est declarativum omnium beatitudinem. Virtus autem tria facit : quia rem ovet a malo ; operatur et facit operari b onum: et disponit ad optimum. Primo ergo determinat de primo, ibi, *Beati pauperes* : de secundo, ibi, *Beati qui esuriunt*: de tertio, ibi, *Beati mundo corde*, determinat. Removet autem virtus a tribus malis ; cupiditatis, crudelitatis, sive inquietudinis, et voluptatis noxiæ. Primum notatur ibi, *Beati pauperes*; secundum ibi, *Beati misericordes*; tertium ibi, *Beati qui lugent*. Dicit ergo : *Beati pauperes*. Dupliciter legitur. Primo sic. *Beati pauperes*, idest humiles, qui se astimant pauperes : illi enim sunt vere humiles, qui se pauperes astimant, non solum in exterioribus, sed etiam in interioribus. Psal. xxxix, 48 : *Ego autem mendicus sum et pauper* ; contra illud Apoc. iii, 17, *Dicis quia dives sum et locupletatus et nullius ego* ; et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cacus et nudus etc. Et tunc hoc quod dicit, *Spiritu*, potest tripliciter legi. Spiritus enim aliquando dicitur superbia hominis. Isa. ii, 22 : *Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus est, quia excensus reputatus est ipse*. Isa. xxv, 4 : *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem*. Et dicitur superbia spiritus : quia sicut per flatum instaurant utres, ita

per superbiam homines. Col. ii, 18 : *Inflatust sensu carnis sue*. Ergo *beati pauperes*, scilicet hi qui parum habent de spiritu superbie. Vel accipitur spiritus pro voluntate hominis : quidam enim sunt necessitate humiles : et isti non sunt beati : sed qui humilitatem affectant. Tertio accipitur pro Spiritu sancto : unde, *Beati pauperes spiritu*, qui humiles sunt per Spiritum sanctum. Et iste due quasi ad idem redeunt. Et dicit, *pauperes spiritu* : quia humilitas dat Spiritum sanctum. Isa. lxvi, 2 : *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos?* Istis pauperibus reprobatur regnum, in quo intelligitur, summa excellentia. Et licet istud retribuatur cuilibet virtuti; specialiter¹ tamen datur humilitati : quia *omnis qui se humiliabit exaltabitur* : infra xxii, 42 : Et Prover. xxix, 33 : *Humilem spiritum suscipiet gloria*. Vel aliter, secundum Hieronymum. *Pauperes spiritu*, ad litteram, in abdicatione rerum temporalium. Et dicit, *Spiritu* : quia quidam pauperes necessitate sunt, sed non debetur illis beatitudo ; sed illis qui voluntate. Et isti dicuntur dupliciter : quia etsi aliqui divitias habent, tamen non habent eas in corde. Psal. lxi, 41 : *Dicitur si affluant, nolite cor opponere*. Aliqui nec habent affectant; et istud securius est ; quia mens trahitur a spiritualibus ex divitiis. Et isti dicuntur proprie pauperes spiritu : quia actus donorum qui sunt supra humanum modum, sunt hominis beati : et quod homo omnes divitias abjeciat, ut nec aliquo etiam modo appetat, hoc est supra humanum modum. Istis autem reprobatur regnum cælorum : in quo notatur non solum altitudo honoris, sed affluentia divitiarum. Iac. ii, 5 : *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, dives in fide?*

Et nota, quod Moyses primo promisit divitias. Deuter. xxviii, 1 : *Facit te Dominus Deus tuus excelsorem cunctis gentibus quæ versantur in terra*. Et infra v, 3 : *Benedictus tu in civitate, et benedictus in agro*. Et ideo ut distingnat Dominus legem veterem a nova, primo ponit bea-

¹ Al. : « spiritualiter. »

titudinem in contemptu divitiarum temporalium.

Item, secundum Augustinum, nota, quod ista beatitudo pertinet ad donum timoris : quia timor, maxime filialis, facit habere reverentiam ad Deum : et ex hoc contemnit homo divitias. Ponit Isaías beatitudines descendendo. Isa. xi, 1 : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiesceret super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini.* Christus e converso, a dono timoris, scilicet a paupertate incipit : quia Isaías prænuntiavit¹ adventum Christi ad terram ; Christus autem de terra sursum trahebat.

Beati mites. Haec est secunda beatitudo. Sed ne aliquis dicat quod sufficit paupertas ad beatitudinem, ostendit quod non sufficit ; immo requiritur mausuetudo, quae temperat circa iras, sicut temperantia circa concupiscentias. Ille enim est mitis qui, nec irritatur. Hoc autem poterit fieri per virtutem, ut scilicet non irascatur nisi causa justa ; sed si habeas etiam causam justam et non provocaris, hoc est supra humanum modum : et ideo dicit, *Beati mites.* Pugna enim est propter abundantiam exteriorum rerum ; et ideo nunquam esset turbatio, si homo divitias non affectaret ; et ideo qui non sunt mites, non sunt pauperes spiritu. Et propterea statim subjungit, *Beati mites.* Et nota, quod hoc in duobus consistit : primo quod homo non irascatur ; secundo quod si irascatur, iram temperet. Ita dicit Ambrosius : Prudentis est, irae motus temperare ; nec minor virtus dicitur temperare irasci, quam omnino non irasci est ; plurimumque hoc levius, illud fortius existimo, etc. Chrysostomus dicit : Inter multas promissiones aeternas ponit unam terrenam. Unde, ad litteram, terram istam possident mites. Multi enim litigant, ut possessiones acquirant ; sed frequenter vitam et omnia perdunt. Sed frequenter mansueti totum habent. Ps. xxxvi, 11 : *Mansueti hereditabunt terram.* Sed melius exponitur, ut referatur ad

futurum. Et potest tunc exponi multipliciter. Hilarius sic, *possidebunt terram*, idest corpus Christi glorificatum : quia erunt conformes in corpore suo illi claritati. Isa. xxxiii, 17 : *Videbunt regem in decoro suo, oculi ejus cernerent terram de longe.* Philip. iii, 21 : *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Vel aliter, ista terra modo est mortuorum, quia² subjecta est corruptioni ; sed liberabitur a corruptione, secundum Apostolum, Rom. viii, 24 : Ergo ista terra quando erit clarificate et liberata a servitute corruptionis, vocabitur terra viventium. Vel per terram intelligitur cœlum empyreum, in quo sunt beati : et vocatur terra, quia sicut se habet terra ad cœlum, ita cœlum illud ad cœlum Sanctæ Trinitatis. Vel *possidebunt terram*, idest corpus suum glorificatum Augustinus exponit metaphorice, et dicit quod per hoc intelligenda est quædam soliditas sanctorum in cognitione primæ veritatis. Psal. xxvi, 13 : *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

Ista secunda beatitudo adaptatur dono pietatis : quia illi proprie irascuntur qui non sunt contenti divina ordinatione.

Beati qui lugent, etc. Positæ sunt due beatitudines per quas abstrahimus³ a malo cupiditatis et crudelitatis ; hic ponitur tertia, per quam abstrahimus a malo noxiæ voluntatis vel judicatis. Et hoc est *Beati qui lugent.* In veteri testamento terrena promittebat et terrenam jucunditatem. Hier. xxxi, 17 : *Confuent ad bona Domini super frumento, vino et oleo, etc.* Post. v, 13 : *Lætabitur virgo in choro, juvenes et senes simul.* Sed per contrarium Dominus ponit beatitudinem in luctu. Notandum autem quod non quicumque ploratus luctus dici potest ; sed ille quo quis mortuum plorat sibi dilectum. Dominius enim per excessum loquitur hic. Sicut supra, *Beati pauperes* ; ita hie de maximo luctu mentionem facit : sicut enim nullam⁴ recipiunt consolationem hi qui mortuum plorant ; ita Dominus vult vitam nostram in luctu esse. Hier. vi, 26 : *Luctum unigeniti fac tibi, planetum*

¹ Al. : « pronuntiavit. » — ² Al. : « quæ. »

³ Al. : « abstrahitur. » — ⁴ Al. : « sicut illus. »

amarum, etc. Et potest iste luctus tripli-citer exponi. Primo pro peccatis non solum propriis, sed etiam alienis : quia si lugemus mortuos carnaliter, multo magis spiritualiter. I Reg. xvi, 4 : *Usque-quo tu luges Saul?* etc. Hierem. ix, 4 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* et plorabo die ac nocte interfectos filia populi mei. Ponitur autem satis congrue ista beatitudo post præmissam : posset enim quis dicere : Suficit non facero malum : et verum est a principio ante peccatum ; sed post cominissimum peccatum, non sufficit nisi satisficias. Secundo potest accipi de lucta pro incolatu præsentis miseriae. Psalm. cixix, 5 : *Ite mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Istud est irriguum superius et inferius, de quo Josue xv, 49 : *Pro peccatis plorate, et pro caelostis patriæ incolatu.* Tertio, secundum Augustinum, pro luctu quem habent homines de gaudiis sæculi, quæ dimitunt veniendo ad Christum. Illoines enim aliqui sæculo moriuntur, et sæcum moritur eis. Gal. ult. 4. *Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Nos autem sicut de mortuis lugemus, ita illi lugent : quia non potest esse quin in dimitendo, aliquem dolorem sentiant. Isti autem triplici luctui triplex consolatio respondet : quia luctui pro peccatis datur remissio peccatorum, quam petebat David dicens, Psal. l, 43 : *Redde mihi latitudinem salutaris tui.* Dilationi colestis patriæ et incolati præsentis miseriae respondet consolatio vitæ aeternæ, de qua Hierem. xxxi, 13 : *Convertam luctum vestrum in gaudium, et consolabimini.* Tertio luctui respondet consolatio divini amoris : quando enim aliquis dolet de ammissione rei dilectæ, consolationem recipit si aliam¹ rem magis dilectam acquirit : unde homines consolantur quando pro temporalibus rebus recipiunt spirituales et aeternas, quod est Spiritum sanctum recipere : quare dicitur Paracletus; Joan. xv, 26. Per Spiritum saeculum enim, qui est amor divinus, homines gaudebunt. Joan. xx, 16 : *Tristitia vestra convertetur in gaudium.*

Et notandum, quod ista beatitudo appropriatur dono scientiæ : quia illi lugent qui miseras aliorum cognoscunt : unde de quibusdam talem scientiam non habentibus dicitur Sapient. xiv, 22 : *In magno viventes inscientia bello, tot et tam magna mala pacem appellant.* E converso. Eccl. 1, 18 : *Qui addit scientiam, addit et laborem.*

Et notandum, quod ista præmia ita ordinantur, quod semper secundum addit super primum. Primo enim dicit : *Beati pauperes : quoniam ipsorum est regnum celorum.* Postea : *Quoniam ipsi possidebunt terram : plus enim est possidere quam habere tantum.* Item postea : *Quoniam ipsi consolabuntur : plus enim est consolari quam possidere.* Aliqui enim possident ista, sed non delectantur in eis.

Consequenter positis beatitudinibus quæ pertinent ad remotionem mali, hic ponitur beatitudo quæ pertinet ad operationem boni. Est autem duplex bonum nostrum : justitiae scilicet, et misericordie ; et ideo duo ponit. Quatum ad primum dicit : *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam.* Justitia tripliciter sumitur, secundum Chrysostomum et Philosophum. Quandoque enim pro omni virtute ; et dicitur omnis virtus justitia legalis quæ præcipit de actibus virtutum : unde in quantum homo obedit legi, implet opus omnium virtutum. Alio modo secundum quod est specialis virtus, de quatuor cardinalibus, quæ opponitur avaritiae vel injustitiae ; et est circa emptiones, venditiones, conductiones. Quod ergo dicit hic, *Qui esuriant justitiam,* potest intelligi generaliter, vel specialiter. Si intelligatur de generali, hoc dicit propter duas rationes. Prima Hieronymi, qui dicit, quod non sufficit quod homo justitia opus operetur, nisi cum desiderio operetur. Psal. lxx, 8 : *Voluntarie sacrificabo tibi, etc.* Et alibi Psal. xl, 3 : *Sitavit anima mea ad Deum fontem vivum, etc.* Amos viii, 11 : *Mittam tanquam terram istam, non famem panis, neque sitiū aquæ, sed audiendi verbum Dei.* Ergo est esuries quando cum desiderio operatur quis. Alia

¹ Al. : « illam. »

ratio. Justitia est duplex: perfecta, et imperfecta. Perfectam in mundo habere non possumus: quia si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est: I Joan. i, 8 et Isa. lxiv, 10: *Omnis justitiae nostra quasi pannus menstruatus*. Sed haec habemus in celo. Isa. ix, 21: *Populus tuus omnes justi, in perpetuum hereditabunt terram*. Sed desiderium justitiae possumus hic habere; et ideo dicit: *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam etc.* Et est simile illud quod Pythagoras fecit. Tempore enim Pythagorae illi qui studabant vocabantur sophi, idest sapientes. Pythagoras autem noluit vocari sophos, idest sapiens, sed Philosophus, hoc est sapientiae amator. Ita vult Dominus quod sui sint et vocentur amatores justitiae. Si autem intelligatur de justitia speciali¹, quae est quod homo reddit unicuique quod suum est, convenienter dicitur: *Beati qui esuriant, etc.* Quia esuries et sitis proprio avarorum est, quia nunquam satiantur qui aliena injuste possidere desiderant. Unde ista esuries de qua dicit Dominus, opponitur huic, scilicet avarorum. Et vult Dominus quod ita anhelemus ad istam justitiam quod nunquam quasi satiemur in vita ista, sicut avarus nunquam satiatur. *Beati ergo qui esuriant et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur*. Convenientis premium ponitur, *Saturabuntur: et primum in eterna visione: videbunt enim Deum per essentialiam*. Psalm. xxvi, 15: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Ibi enim nihil restabit ad desiderandum. Psalm. cxxii, 1: *Qui replet in bonis desiderium tuum*. Proverb. xxi: *Desiderium suum justis dabitur*. Secundo in presenti. Et haec est duplex. Una est in bonis spiritualibus, hoc est in impletione mandatorum Dei. Joan. iv, 34: *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus*. Et de isto exponit Augustinus. Alio modo accipitur de saturitate rerum temporalium. Homines injusti nunquam saturantur: sed homines qui habent terminum suum ipsam justitiam, ultra non procedunt. Prov. xii, 25:

Justus comedit, et replet animam suam.

Ista beatitudo, secundum Augustinum, reducitur ad dominum fortitudinis: quia quod homo juste operetur, hoc pertinet ad fortitudinem. Item superaddit aliquid premio supra positio, quia saturari est implere totaliter desiderium.

Item nota, quod primo dicit: *Beati qui lugent*: homo enim quando infirmus est non appetit comedere; sed tunc appetere incipit quando jam incipit sanari. Et ita est in spiritualibus, quod quando homines sunt in peccato, non sentiunt famem spiritualem; sed quando dimittunt peccata, tunc sentiunt. Et ideo statim subdit: *Beati misericordes*: quia justitia sine misericordia crudelitas est; misericordia sine justitia, mater est dissolutionis. Et ideo oportet quod utrumque conjugatur, secundum illud Prov. m, 3: *Misericordia et veritas non te deserant etc.* Psalm. lxxxiv, 11: *Misericordia et veritas obvia- verunt sibi etc.*

Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Misericordem esse est habere miserum cor de miseria aliorum: tunc autem habemus misericordiam de miseria aliorum quando illam reputamus quasi nostram. De nostra autem dolemus et studemus repellere: ergo tunc vere misericors es quando miseriā aliorum studes repellere. Est autem duplex miseria proximi. Prima in istis rebus temporalibus; et ad istam debemus habere miserum cor. I Joan. iv, 17: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necesse habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* Secunda qua homo per peccatum miser efficitur: quia sicut beatitudo est in operibus virtutum, ita miseria propria in vitiis. Prov. xiv, 34: *Miseros facil populos peccatum*. Et ideo quando admonemus corruebentes ut redeant, misericordes sumus. Infra ix, 36: *Videns autem Jesus turbas, misericordia motus est*. Iste ergo misericordes beati. Et quare? *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Et secundum, quod semper dona Dei excedunt merita nostra. Eccli. xxxiii, 11: *Quo-*

¹ Al.: « spirituali. »

niam Dominus retribuens est, et septies tantum retribuet tibi. Ergo multo major est misericordia quam Dominus impendet nobis, quam illa quam impendimus proximo. Ista misericordia inchoatur in hac vita dupliciter. Primo¹, quia relaxantur peccata. Psalm. cii, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Secundo, quia removet defectus temporales, ita quod solem suum facit oriri. Perficietur tamen in futuro, quando omnis miseria, et culpæ et pœnae removebuntur. Ps. xxxv, 6 : *Domine, in celo misericordia.* Et hoc est : *Quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Ista beatitudo reducitur ad donum consilii : quia hoc est singulare consilium ut inter pericula hujus mundi misericordiam consequamur. I Tim. iv, 8 : *Pietas ad omnia utilis est.* Dan. iv, 24 : *Consilium meum regi placeut.*

Sic ergo positi sunt actus virtutum quibus removemur² a malo et operamur bonum; nunc ponuntur actus quibus disponimur ad optimum : unde, *Beati mundo corde etc.* Ista beatitudo in duobus consistit : in visione Dei, et dilectione proximi : unde primo ponit beatitudinem quæ pertinet ad visionem Dei; secundo beatitudinem quæ pertinet ad dilectionem proximi, ibi, *Beati pacifici etc.* Dicit ergo : *Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt.*

Hic primo est quæstio litteralis. Habeimus enim quod Deus videri non potest. I Joan. iv, 12 : *Deum nemo vidit unquam.* Et ne aliquis diceret, quod quavis nullus videat in presenti, videbit in futuro, removet hoc Apostolus I Tim. ult. 16 : *Lucen habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.*

Sed sciendum, quod circa hoc sunt diverse opiniones. Aliqui enim posuerunt quod nunquam Deus per essentiam videatur; sed in aliqua refulgentia sua claritas : sed hoc reprobat *Glossa* super illud Exod. xxxiii, 20 : *Non videbit me homo et vivet : propter duo.* Primo, quia hoc repugnat auctoritati sacrae Scripturae. I Joan. iii, 2 : *Videbimus eum sicut est.*

Item I Corinth. xiii, 12 : *Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem.* Item ratione : quia beatitudo hominis est ultimum hominis, in quo quietatur desiderium ejus. Naturale autem desiderium est quod homo videns effectus inquirat de causa : unde etiam admiratio philosophorum fuit origo Philosophiae, quia videntes effectus, admirabantur et quaerebant causam. Istud ergo desiderium non quietabitur donec perveniat ad primam causam, quæ Deus est, scilicet ad ipsam divinam essentiam. Videtur ergo per essentiam. Alii plus etiam erraverunt ponentes contrarium : quia dixerunt, quod non solum videbimus oculo mentis, sed etiam corporis, essentiam Dei ; et quod Christus videt oculo corporali essentiam divinam. Sed hoc non convenit : quod patet primo ex auctoritate quae hic ponitur ; quia non diceret : *Beati mundo corde*; sed, *Beati qui habent mundos et puros oculos.* Ergo dat intelligere, quod non videtur nisi corde, idest intellectu; sic enim accipitur hie cor, sicut et Ephes. i, 18 : *Illuminatos oculos cordis vestri.* Secundo, quia sensus corporis non potest nisi in suum objectum. Si autem dicatur quod tunc habebit majorem potentiam ; dicendum, quod tunc non esset visio corporalis ; quia oculus corporalis, non videt nisi coloros, essentiam autem per accidens, secundum Augustinum, libro ult. de *Civitate Dei*, cap. xix. Sicut cum video vivens, possum dicere quod video vitam, in quantum video quedam indicia quibus indicatur mihi vita sua. Ita erit in visione divina : quia tanta erit refulgentia in celo novo et terra nova, et corporibus glorificatis, quod per ista dicemur³ videare Deum quasi oculis corporalibus. Ergo *beati mundo corde etc.* Solvit vero⁴ illud, *Deum nemo vidit unquam*, tripliciter. Primo, quia non visione comprehensiva ; secundo, oculis corporalibus ; tertio, in hac vita : quia si alieni datum fuerit quod viderit in hac vita Deum, hoc fuit quia totaliter alienatus est, et elevatus supra sensus corporales. Et ideo dicitur : *Beati mundo corde : quia sicut*

¹ Al. deest : « primo. » — ² Al. : « removemur. »

³ Al. : « diceremus. » — ⁴ Al. : « ergo. »

oculus videns colorem oportet quod sit depuratus, ita mens videns Deum. Sap. 1 : *In simplicitate cordis quarebit illum : quoniam inventur ab his qui non tentant illum : appetit autem his qui fidem habent in illum.* Fide enim purificatur cor. Act. xv, 9 : *Fide purificans corda eorum.* Et quia visio succedit fidei, ideo dicitur : *Quoniam ipsi Deum videbunt. Beati mundo corde,* qui scilicet habent munditiam generalem ab alienis cogitationibus, per quam cor eorum templum Dei sanctum est, in quo Deum contemplandum vident. Templum enim a contemplando dici videtur. Specialiter vero *beati mundo corde*, idest qui habent munditiam carnis¹ : nihil enim ita impedit spiritualem contemplationem sicut immunditia carnis : *Pacem sequimini; et sanitatem, sine qua nemo videbit Deum;* Heb. xii, 14. Et ideo quidam dicunt, quod virtutes morales proficiunt ad vitam contemplativam, et praeципue castitas. Et secundum hoc, *Beati mundo corde*, potest intelligi² de visione viae : sancti enim qui habent cor repletum justitia, vident excellentius quam alii qui vident per effectus corporales. Quanto enim effectus sunt propinquiores, tanto Deus magis cognoscitur per illos. Unde sancti qui habent justitiam, caritatem, et hujusmodi effectus, qui sunt simillimi Deo, cognoscunt magis quam alii. Psal. xxxiii, 9 : *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus.*

Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabuntur. Ille ponitur septima beatitudo. Et, sicut dictum est ; virtutes ad optimum disponentes disponunt ad duo : scilicet ad visionem Dei, et dilectionem. Et sicut munditia cordis disponit ad visionem Dei, ita pax ad dilectionem Dei disponit, qua filii Dei nominamur et sumus ; et sic disponit ad dilectionem proximi : quia sicut dicitur I Joan. xiv, 20, *qui non diligit fratrem suum³ quem videt ; Deum quem non videt quomodo potest diligere ?* Et notandum quod hic po-

nuntur duo praemia beatitudinis ; videlicet⁴. *Beati pacifici, et, Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam :* et omnia praecedentia reducuntur ad ista duo, et sunt effectus omnium praecedentium. Quid enim agitur per paupertatem spiritus, per luctum, per mansuetudinem, nisi ut mundum cor habeatur ? Quid per justitiam et misericordiam, nisi ut pacem habeamus ? Isa. xxxii, 17 : *Fructus justitiae pax, et cultus justitiae silentium, et securitas usque in sempiternum.* *Beati ergo pacifici.* Sed videndum est quid si pax, et quomodo ad eam possimus pervenire. Pax est tranquillitas ordinis. Ordo autem est parium disparium que sua loca cuncto tribuens dispositio. Ergo pax est in hoc quod omnes teneant sua loca. Unde debet mens hominis primo Deo subjecta esse. Secundo motus et vires inferiores, que sunt nobis et brutis communes, subjectae esse homini ; per rationem enim homo praest animalibus. Gen. i, 26 : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, et volatilibus caeli, et bestiis, universaque terræ, omniisque reptili quod movetur in terra.* Tertio ut homo pacem habeat ad alios : quia sic totaliter erit ordinatus. Ista autem ordinatio non potest esse nisi in hominibus sanctis. Psal. cxviii, 165 : *Pax multa diligenter nomen tuum.* Isa. xlvi, 22 : *Non est pax impiis.* Pacem enim interiorem habere non possunt. Sap. xiv, 22 : *In magno viventes inscientia bello, tot et tam magna mala pacem appellant.* Pacem talem mundus dare non potest. Joan. xiv, 27 : *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Item non sufficit totum hoc, sed debent inter discordes pacem facere. Prover. xi, 20 : *Qui inuenit pacis consilia sequitur eos gaudium.* Tamen sciendum quod ista pax hic inchoatur, sed non perficitur : quia nullus potest totaliter habere motus brutales ratione subjectos. Rom. vii, 23 : *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi*

¹ Al. : « et ideo dicitur quod visio succedit fidei : Beati ergo mundo corde, qui scilicet habent munditiam generalem : eorum templum Dei sanctum est : templum a contemplando dicitur. Vel *beati mundo corde*, idest qui habent munditiam carnis. »

² Al. : « et sciendum, quod hoc, scilicet *Beati mundo corde* potest intelligi etc. »

³ Al. : « qui odit fratrem suum. »

⁴ Al. : « unde. »

mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Unde vera erit in vita aeterna. Ps. iv, 9 : In pace in idipsum dormiam et requiescam. Phil. iv, 7 : Pax Dei exsuperat omnem sensum. Quoniam filii Dei vocabuntur, triplici ratione. Prima est, quia habent officium filii Dei : ad hoc enim Filius dicitur venisse in mundum ut congregaret dispersos. Ephes. 44 : Ipse enim est pax nostra. Col. i, 20 : Pacificans in sanguine crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cælis. Secundo, quia per pacem cum caritate pervenitur ad regnum aeternum, in quo omnes filii Dei vocabuntur. Sap. v, 5 : Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Eph. iv, 3 : Soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Tertio, quia per hoc homo assimilatur Deo, quia ubi est pax, non est aliqua resistantia : Deo autem nullus resistere potest. Job. ix, 4 : Quis restitit ei, et pacem habuit ?

Et notandum quod ista beatitudines sibi invicem superaddunt : plus enim est misericordiam consequi quam saturari : quia saturari est impleri eo quod est sibi proportionatum, sed misericordia superabundat. Item non omnes qui misericordiam accipiunt, admittuntur a rege ad videndum regem. Item plus est esse filium regis, quam regem video. Et tamen sciendum, quod per omnia ista unum præmium designatur.

Sed quare ita Dominus² per multa voluit significare illud ? Dicendum, quod omnia quæ in inferioribus divisa sunt, in superioribus congregantur. Et quia in rebus humanis ista inveniuntur dispersa, et nos manuducimur³ per sensibilia ; ideo Dominus per multa significavit illud præmium aeternum.

Ista autem septima beatitudo adaptatur dono sapientiae ; sapientia enim facit esse filios Dei. Item notandum, quod in septima beatitudine ponitur pax, sicut in die septima requies ; Gen. ii.

Consequenter ponitur octava beatitudo, quæ designat perfectionem omnium precedentium : tunc enim homo in omnibus

illis perfectus est, quando nullam deserit propter tribulationes. Eccli. xxvii, 8 : *Vasa siguli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis. Beati ergo qui persecutionem patiuntur etc.*

Sed aliquis forte audiens, *Beati pacifici*, dicet hos non esse beatos propter persecutionem : quia persecutio pacem turbat vel totaliter tollit. Sed certe non interiorum, sed exteriorum. Psalm. cxviii, 165 : *Pax multa diligentibus legem tuam, etc.*

Ipsa autem persecutio, non facit beatum⁴, sed ejus causa : unde dicit, *Propter justitiam*. I Petr. iii, 14 : *Si quid patimini propter justitiam, beati. Chrysostomus* : Non dicit a paganis, et pro fide, sed propter justitiam.

3. *Beati estis cum maledixerint vobis homines, etc.* Supra ab illo, *Beati pauperes spiritu etc.*, instruxit generaliter ea quæ erant perfectionis; hic sermonem ad discipulos dirigit : ubi primo monet eos ad passionum tolerantiam, quod opus perfectum habet ; Jac. i, 3 : secundo ad executionem sui officii diligentem⁵, ibi : *Vos estis sal terræ. Insuper prima in tres. Primo monet ad persecutionum patientiam considerando causam propter quam patiuntur ; secundo considerando præmium quod ex passionibus consequuntur, ibi, *Gaudete et exultate ; quoniam merces vestra copiosa est in cœlis* ; tertio exemplo prophetarum quos sic patientes imitantur, ibi, *Sic enim persecuti sunt prophetas. Tria autem monet sustinenda ; duo in præsentia, scilicet contumelias in verbis, et injurias in factis ; et unum in absentia, scilicet detractiones, sive morsiones ex odio cordis. Dicit ergo : Beati estis* ; idest causa assumenda beatitudinis adest vobis, *cum maledixerint vobis homines*, idest peccatores. *Glossa* : Ex odio cordis in faciem contumelias dixerint. Hieronymus : Ubi Christus in causa est, optanda est maledictio. I Pet. iv, 14. *Si exprubramini in nomine Christi, beati. Et persecuti vos fuerint, vim inferendo, vel injuriando, secundum Glossam. Et dixerint omne malum adversum**

¹ Al. : « resistit. »

² Al. : « ita quod Dominus. »

³ Al. : « inducimur. »

⁴ Al. : « pacem. »

⁵ Al. : « ad executionem sui officii diligentem. »

vos, scilicet famam vestram laetando in absentia per omnia genera verborum malorum. Et sic est triplex persecutio; scilicet cordis, operis et oris. Menticentes; hoc dicit, quia non est gloria, de quo vere mala dicuntur: propter me, id est occasione mei, cui inharetis. Chrysostomus: Qui mendaciter blasphematur, et propter Deum, beatus est; sed si alterum deest, non est merces beatitudinis. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Eece secundum, scilicet consideratio premii quod consequuntur: unde dicit: Gaudete, Glossa, mente, et exultate, corde, in illa die, scilicet quando sustinueritis illa. Rabanus: Nescio quis nostrum hoc possit implore, ut laceretur opprobriis fama nostra, et exultemus in Domino. Hoc qui vanam sectatur gloriam implore non potest. Eleganter enim in quoddam volume legimus, quod si non quaeras gloriam, non dolebis cum inglorius fueris. Chrysostomus: Quantum quisque de laude hominum laetatur, tantum de opprobrio tristatur. Et infra: Qui querit tantum gloriam apud Deum, non timet confundi in conspectu hominum.

Sed est hic questio. Quare hujusmodi additur persuasio, dieens: *Gaudete, exultate, etc.*, et in praecedentibus beatitudinibus non?

Responsio. Haec beatitudo est circa tolerantiam passionum, quod est difficultatum in comparatione ad alia supra posita: propter quod indiget persuasione. Vel hoc addit, ne Apostolos quasi novitos cito terreat: quos alloquitur, cum dicit: *Brati estis etc.* *Quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*, scilicet Deus in se. Gen. xv, 1: *Ego merces tua magna nimis.* Item copiosa respective. Ad Rom. viii, 18: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* II Corinth. iv, 17: *Id quod in præsenti momentaneum est et leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate aeternam gloria pondus operatur in nobis.* *Copiosa est*, quia secundum numerum tribulationum erit et numerus consolationum. Psal. xciii, 19: *Secundum multitudinem dolorum meo-*

rum consolations tue letificaverunt animam meam. II Corinth. i, 4: *Sicut abundant passiones Christi in vobis, ita per Christum abundat consolatio vestra.* Lucas dicit vi, 33: *Multa rest in celo.* Et dicit, *In celis*, pluraliter propter multitudinem gaudiorum. *Glossa*: In superioribus partibus mundi.

Contra, dicit Beda: *Cœlos nou hi dicunt superiores partis aeris.*

Responsio. Mundus hic dicitur cœlum empyreum cum tota machina mundialis, et non tantum id quod includitur per primum mobile, ut volebant philosophi: unde superiores partes mundi dicuntur quia est supra mundum istum.

Sic enim persecuti sunt prophetas. Ille ponitur tertium, quod scilicet debent sufferrere passiones exemplo prophetarum: unde: *Sic, id est per contumelias, injurias, et verba maligna, persecuti sunt prophetas.* Jac. v, 10: *Exemplum accipite, fratres, exitus mali et longanimitatis, laboris et patientie, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini. Qui fuerunt ante vos; et ideo exempla eorum vos invitant.* Gregorius: *Si facta præcedentium recolamus, gravia non sunt quæ sustinemus.* Hebr. penult., 1: *Itaque habentes tantam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.*

4. *Vos estis sal terra.* Haec est secunda pars, ubi monet diligentiam habere in executione sui officii: et primo in forma exequendi, quæ sub ratione exempli informantis, eis ostenditur; secundo in modo docendi, qui eis præscribitur, ibi, *Sic luceat lux vestra.* Exemplum informans designatur in varietate similitudinum, quarum duæ sunt per affirmationem, ubi ostenditur ad quod debent esse, quia ad condendum exemplo vitæ, ibi, *Vos estis sal terra;* secundo ad lucendum, vel illuminandum verbo doctrinæ, ibi, *Vos estis lux mundi.* Inter condimenta nihil sale utilius; inter visibilias nihil luce clarius. Duæ autem aliae dicuntur per negationem, in quibus ostenditur ad quod debent non' esse, quia nec in absconzione vitæ vel personæ: unde

¹ omittitur: « nou. »

dicit : *Non potest civitas abscondi supra montem posita* : neque in occultatione doctrinæ vel gratiæ : unde dicit : *Negre accendant lucernam et ponunt eam sub modo*. Inter præsidia nihil civitate manifestius ; inter ustensilia nihil lucerna convenientius. Ergo debent esse sol in vita et moribus ; lux in doctrinis et prædicationibus : *civitas* in præsidii et defensionibus ; lucerna in accessionibus. Beda docet ut sale condiant animas ad incorruptionis sanitatem, ut illuminent ad veritatis intelligentiam, ut acquisitos, ab hostibus defendant, defensos ad amorem deitatis accendant : Dicit ergo : *Vos estis, idest esse debetis, sal terræ*. *Glossa* : Sal optimum condiens terrenos exemplo vite. Hieronymus : Sal appellantur Apostoli, quia per ipsos universum hominum genus conditur. Notantur autem hic tria. Primo corum et omnium apostolicorum virorum officium, cum dicit : *Vos estis sal terræ*; secundo eorum periculum, cum dicit : *Quod si sal evanuerit*; tertio eorum supplicium, cum dicit : *Ad nihilum valet ultra*. Comparant autem sal ratione consuetudinis. Ratione virtutis primo, quia habet virtutem saporativam, quia cibos condit : sic sermo apostolicus mentes insipidas condiebat. Col. iv, 6 : *Omnis sermo vester in gratia semper sit sale conditus*. Secundo habet vim arescitivam : unde Augustinus : Stal sterilem terram facit : sic Apostoli, destructo regno peccati, germen vitiorum compescabant. Sap. iii, 13 : *Felix sterilis et in eoquinata, quæ nescivit torum in delicto, habebit fructum in respectione animalium sanctorum*. Tertio habet virtutem restrictivam : unde Augustinus : Sal carnes desiceat : sic ipsi carnales concupiscentias retringebant. I Pet. ii, 11 : *Obsecro vos abstinere a carnalibus desideriis*. Quarto habet virtutem mundificativam : unde Augustinus : Sal a vermis et putredine servat : sic predicatione verbi divini arect a putredine vitiorum. Rom. vi, 12 : *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus*. Quinto habet virtutem sanitativam, sicut habet IV Reg. ii, quod Elensis sale in vas novum missò sanavit aquas Hierico : sic infuso sale sapientia

cœlestis in corde Apostolorum, sanata sunt aquæ, idest populi. Psalm. cxi, 20 : *Misit verbum suum, et sanavit eos*. Secundo comparantur sali ratione originis. Nam sal ex aqua maris et calore ignis vel solis conficitur; et Apostoli ex aqua tribulationis et calore dilectionis facti sunt. Psalm. lxx, 12 : *Transivimus per ignem et aquam*. Thren. i, 13 : *De calo misit ignem in ossibus meis*. Tertio ratione consuetudinis, quia usus ejus in omni sacrificio erat. Lev. ii, 13 : *Omnis victimæ sale salicietur*. Sic honesta conversatio erat, et in oculo et in aperto, et coram Deo et coram proximo. Rom. xii, 17 : *Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus*.

Quod si sal evanuerit, in quo salicietur? Hie ostenditur eorum periculum : unde dicit : *Quod si sal, idest predictor, vel prælatus, vel doctor, evanuerit*. Evanescentre dicuntur sal tripliciter : scilicet liquefactione, quod fit per humidum et frigidum ; secundo infatuatione ; tertio evanescit quando omniu[m]o deficit. Expone ergo tripliciter si. *Si evanuerit*, idest frigore, sive timore adversitatis, vel humiditate prosperitatis si dissolverit, *in quo salicietur?* idest, in quo populus bonis moribus informabitur? Vel *si evanuerit*, idest infatetur; deviando a veritate, *in quo*, idest per quem, eruditetur? secundum Bedam. Thren. iv, 4 : *Parruli petierunt panem, et non erat qui frangere eis*. Vel *si evanuerit*, idest omnino defecerit, *in quo salicietur?* idest, per quem modum penitentia condicitur populus? Hier. xxx, 12 : *Insuperabilis fractura tua, pessima plaga tua*. De omnibus his Hieronymus : Evanescit sal cupiditate effluens, timore succumbens, errore subvertens, prosperis elatus, adversis depresso. *Ad nihilum valet ultra*. Hie notatur eorum supplicium : ubi tria ponuntur. Primo valoris annihilatio per subtractio[n]em gratiæ. I Cor. xv, 10 : *Gratia Dei sum id quod sum, etc*. Et quantum ad hoc dicit : *Ad nihilum valet ultra* : quia, ut dicit Beda, suo inelu[m] germinare prohibet, et fecundare non sinit. Unde Luc. xiv, 35 : *Negre in terra neque in sterquilino utile est*. Secundo gloriae amissio ex defectu negligentiæ : unde subditur :

Nisi ut mittatur foras, idest extra Ecclesiā, vel extra paradisum, vel ab officio docendi removeatur. Apoc. 15 : *Foris eunes et benefici et impudici et homicidie et idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium.* Joan. xv, 6 : *Mittetur foras sicut pabnes, et arescat.* Tertio damnatio gehennæ ex cumulatione nequitiae : nude subditur ; *Et conculeetur ab hominibus*, idest a dæmonibus : dæmon enim aliquando dicitur homo, sicut Psal. cxvii, 6 : *Non timebo quid faciat mihi homo :* *Glossa*, idest diabolus. *Vel conculeetur ab hominibus* idest, simul cum aliis calcetur, vel subitus alios in profundum inferni projiciatur. Malach. ult. 3 : *Calcabitis impios* ; Job. xx, 25 : *Vadent et venient super eum horribiles.* *Vel conculeetur ab hominibus* idest, irrideatur a carnalibus hominibus. Oscae iv, 9 : *Sicut populus, sic et sacerdos.* *Glossa* : Irrideatur ab hominibus. Sed ille qui persecutionem patitur, irreditur ab hominibus : ergo calcatur.

Contra. Augustinus et Rabanus : Non calcatur qui persecutionem patitur. Responso. Calcari non dicitur nisi qui inferior est ; et ideo ille qui persecutionem patitur, licet in terra multa sustineat in corpore, et a malis irrideatur ; tamen quia fixus est in cœlo corde, non dicitur calcaria.

Vos estis lux mundi etc. Illic ostenditur quod debent illuminare verbo doctrinæ : in qua possunt notari tria, quæ debet habere prædicator verbi divini. Primum est stabilitas, ut non deviet a veritate ; secundum est claritas, ut non doceat cum obsecuritate ; tertium est utilitas, ut quærat Dei laudem, et non suam. Primum notatur cum dicitur. *Vos*, discretive, scilicet qui estis derivati a me, qui sum prima lux : Joan. viii, 12 : *Ego sum lux mundi* : *estis*, idest esse debetis. Ecce stabilitas quæ notatur in verbo substantivo, in quo excluditur lucis defectio, contra illos qui prædican falsitatem ; et lucis fictio contra illos qui se transfigurant in Angelum lucis, II Cor. xi, 14 : et lucis diminutio, contra illos qui timore

vel adulatio non reprehendunt vitia. Deinde notatur claritas cum dicitur, *Lux* : *Glossa* : Per quos omnes illuminantur a tenebris ignorantia. Comparantur autem luci ratione essentia, ratione actus, ratione virtutis, sive efficacie. Nam ejus essentia est celestis : unde Basilius in *Hesameron* : Lux est natura sibi per omnia similis, et simplex. Eccl. xxiv, 6 : *Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indecens.* Et ipsi conversatione debent esse celestes. Phil. iii, 20 : *Nostra conversatio in cœlis est.* Item non inquinatur ab immunditiis. Sap. vii, 25 : *Nihil inquietum in illam incurrit.* Et ipsi docebent esse mundi. Eccl. ix, 8 : *Omnis tempore vestimenta tua sint candida.* Item omnibus est communicabilis. Job xxv, 3 *Super quem non splendet lumen ejus?* Et prædicatores se debent omnibus exponere. Luc. vi, 30 : *Omnis petenti te tribue.* Secundo ratione actus, qui, secundum Basilium, est tenebras illuminare, vias dirigere, latibula manifestare, differentias rerum ostendere. Et ipsi prædicatores debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, et modo comminando, modo exhortando hominibus prædicare. Tertio ratione sua efficacie : lux enim ingerit delectationem. Eccl. xi, 7 : *Dulce est lumen, et delectabile est oculis² videre solem.* Item terre fecunditatem. Eccl. xiii, 4 : *Radios igneos exsufflans etc.* Item viventibus cognitionem. Philosophus : Homo generat hominem et sol. Præter hæc ; secundum Basilium, veniente luce diei, ægritudines alleviantur, homines a somno excitantur, aves garrisunt, bestiae ad latibula sua fugiunt. Sie luce Apostolorum mundus est adificatus exemplis, inflammatus doctrinis, fecundatus bonis operibus, alleviatus peccatis, excitatus a negligentiis, animatus ad contemplationem cœlestium, eruptus de potestate dæmonum. Deinde notatur utilitas, dum dicit, *Mundi*, idest universaliter. Psal. xviii, 5 : *In omnem terram exivit sonus eorum.*

Quaritur autem hic quare præmiserit

¹ Al. : « vivent. »

² Al. : « hominibus. »

sal luci. *Responsio Chrysostomi* : Quia prius vita quam doctrina : vita enim ducit ad scientiam veritatis.

5. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Haec est pars ubi ostenditur quod non debent esse in absconzione vite : unde dicit : *Non potest civitas abscondi.* *Glossa* : Idest soliditas Apostolice doctrinæ, vel sancta vita ipsorum munita virtutibus. *Iierem. i, 48 : Dedit in civitatem munitam.* *Abscondi*, idest celari, *supra montem posita*, idest sita super Christum vel Ecclesiam. Quare non potest celari? Quia ipse mons manifestat eam, secundum *Glossam Chrysostomi* : Omnia tuba documenta sunt operum clariora, vitaque munda ipsa est luce fulgentior, nec obscurari poterit etiam si innumeri fuerint obloquentes. Et notandum, quod ex virtute verbii, *supra montem*, notantur tria, quia est secura, quod indicat constantiam : quia est inexpugnabilis, quod indicat patientiam : quia est in firme et immobili loco sita, quod indicat perseverantiam. Deinde ponit quod non debent esse in absconzione doctrinae : unde dicit : *Negue accendent, scilicet viri sancti, lucernam*, idest doctrinam prædicationis, vel fervorem doctrinæ : nam in lucerna est ignis et lumen ; sic et in prædicatione debet esse fervor spiritus interius, et lumen boni exempli exterius. Sieut dicitur, quod *Joannes erat lucerna ardens et lucens* : *Joan. v, 35. Sub modio*, idest in abscondito ; *sed super candelabrum*, idest in manifesto. *Glossa Bedæ* : Idest super Ecclesiam quasi diceret : Non ideo data est doctrina prædicationis ut celetur sub modio timoris, vel commodo vite praesentis. Modius enim, secundum *Isidorum lib. Ethymolog. xvii*, est vas in quo mensuratur ; et id quod mensuratur, secundum *Bedam*. *Mystico Christus lucernam incarnationis sua non inclusit sub modio*, idest mensura legis, vel in terminis unius gentis, *sed super candelabrum* ; idest Ecclesiam, *ut luceat omnibus qui in domo sunt*, idest in Ecclesia vel in mundo.

Sed est hic quæstio cur Apostoli, sive

apostolica doctrina, dicuntur civitas, cum potius sint fundamentum, et Ecclesia sit civitas cuius sunt fundamentum.

Responsio : dicuntur civitas, quia sub Christo fuerunt initiatores Ecclesiae. Vel nomine totius intelligitur pars, nomine civitatis fundamentum : mons enim super quem civitas ponitur, Christus est : de quo Isa. ii, 2 : *Erit novissimis diebus preparatus mons dominus domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.*

Deinde dicit : *Sic luceat lux vestra coram hominibus.* Et est secundum ab illo loco, *Vos estis sal terræ*. Ubi informat eos quo ad modum docendi ; et hunc modum describit quo ad tria. Primo quo ad doctrinæ manifestationem : unde dicit : *Sic luceat lux vestra, idest doctrina, coram hominibus.* Rom. xii, 17 : *Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Secundo quo ad manifestatae doctrinæ per opera bona confirmationem ; unde subdit : *Ut videant opera vestra bona* *Glossa* : Opera requiro ut videantur ; et sic doctrina confirmetur. *Jac. xi, 12 : Sic loquimini, et sic facite.* *Chrysostomus* : Nomen Dei per eos¹ blasphematur qui non faciunt quod docent.

Sed contra hoc videtur esse quod infra vi, 3 dicitur : *Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Item : *Ora patrem tuum in abscondito ; et pater tuis qui videt in abscondito, reddet tibi.*

Responsio. Bona opera prohibet fieri in manifesto, quaerit ad laudem hominum. Illic autem requirit fieri ut confirmetur doctrina, et Deus glorificetur, secundum *Glossam*. Si enim doctrina est bona, et prædicator malus ; tunc ipse est occasio blasphemiae doctrinæ Dei. Unde *Bernardus* : Lingua magniloqua, et manusotiosa, doctrina lucida et vita tenebrosa, est res monstruosa.

Tertio quo ad rectam intentionem : unde addit : *Et glorifcent patrem vestrum* : *Glossa* : In vobis et non vos, quia ejus opus est : *qui in cordis est.* *Gregorius* : Sic opus sit in publico, ut intentio

¹ Al. : « os. »

maneat in occulto ; ut de bono opere proximis præbeamus exemplum, et tamen pro intentione qua soli Deo placere querimus, semper optemus secretum.

6. *Nolite putare quoniam veni solvere legem.* Haec est tertia pars a principio hujus capituli, ubi tacita questioni respondet. Unde Beda : Quia poterant aestimare quod vetera præcepta vellet abolerre, ante interrogata prius occurrit, dicens : *Nolite putare etc.* Ubi tria facit. Primo dicit se non velle legem destruere, sed implere ; secundo docet eam impletandam fore, ibi, *Amen dico vobis etc.*; tertio ad ejus impletionem incipit alios provocare, ibi, *Qui ergo solverit etc.* Dicit ergo : *Nolite putare, idest opinari, quia veni, idest quod venerim, solvere legem aut prophetas.* Per haec duo comprehendit totam continentiam veteris legis ; quia lex principaliter erat ad declinandum a malo, prophetia ad faciendum bonum, illa operandorum, et haec credendorum. Solvere autem est uno modo secundum Bedam, non facere quod illa spiritualiter dicit. Vel solvere est non intelligere quod illa declaravit¹ secundum *Glossam*. Unde Christus non venit solvere, quia spiritualiter implevit. Propter quod dicit : *Non veni solvere, legem, sed adimplere, idest perfecte implere.* Implevit autem primo moralia, caritatis dulcedine condendo, quia plenitudo legis est dilectio. Rom. xiii, 40; Joan. xv, 11 : *Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Secundo cæteromialia, figurarum velamen detegendo. Infra xxvii, 51 : *Velum templi scissum est.* Apoc. v, 9 : *Dignus est agnus aperire librum, et solvere signacula ejus;* idest observationes figurarum in lege. Tertio prophetias in se completas ostendendo. Luc. ult., 23 : *Oportet impleri quæ scripta sunt in prophetis de me.* Quarto promissiones confirmando. Ad Gal. iii, 16 : *Abrahæ dictæ sunt promissiones.* Quinto judicialia per misericordiam temperando. Joan. viii, 11, de adultera² : *Nec ego te condemnabo.* Sexto consilia addendo. Infra xix, 21 : *Vade et vende omnia, etc.* Septimo promissiones omnes eis³ factas

de Spiritu sancti missione et Filii incarnatione etc. persolvendo. Ad Heb. viii, 8 : *Consummatio testamentum novum.* Joan. xix, 30 : *Consummatum est. Amen dico vobis etc.* Ecce secundum, ubi ostendit quod ex parte sui implenda est : unde dicit, *Amen* : assertivum veritatis est. Unde secundum Augustinum, nomen Hebreum est, et interpretatur verum vel vere ; secundum Hieronymum, vere, vel fideler, vel fiat. *Dico vobis, donec, idest antequam, transcat cœlum et terra.*

Contra. Eccl. i, 4 : *Terra autem in aeternum stat.* Responsio. Non dicuntur cœlum et terra transire secundum substantiam, sed secundum formam : unde II Pet. in, 10 : *Adveniet dies Domini sicut fur, in quo curli cum magno impetu transient, et elementa calore solvuntur.* Unde, *Donec transcat cœlum et terra;* idest, elementa mutentur de hac mutabili forma ad immutabilitatem, secundum *Glossam*.

Iota unum. Iota unum est decima littera græca, et est minima ceteris litteris, ut dicit Augustinus, quia uno ductu fit. Apex est aliqua distinctio ipsius litteræ, idest quadam virgula in summitate. Hebrei autem diversa elementa significant per eamdem figuram ; sed per quosdam punctos supra vel infra positos distinguunt. Unde illi puncti vocantur apices ; et, secundum Rabanum, iota significat decalogum ; secundum Hieronymum, significat ea que minima putantur in lege, sicut forte erant aliquæ figuræ. Apex significat minimam particulam præcepti, vel minimum significativum legis, secundum Rabanum. Vult ergo dicere, quod *iota unum, idest unum de decem mandatis, aut unus apex, idest minimum significativum in lege, non præterbit a lege donec omnia sicut;* idest, non remanebit quiu impleatur et perficiatur. *Glossa :* In capite vel in corpore. Isa. xxvii, 22 : *Consummationem et abbreviationem audiri a Domino.* Qui ergo solverit etc. Hie provocat ad ejus impletionem, dicens : *Qui solverit unum de mandatis istis minumis.*

Contra, Joan. x, 35 : *Non potest solvi Scriptura.* Responsio. Non solvitur sim-

¹ Al. : « depravavit. » — ² Al. : « de meretrice. »

³ Al. : « ei. »

pliciter, sed in aliquibus : unde Rabanus : Mandata solverit in seipso, et non in ipsis. Solvuntur autem tripliciter ; scilicet non agendo, non credendo, alios in errorem trahendo. Minima mandata sunt moralia vel legalia aliqua, quia minus sunt significatio, vel minima quantum ad remunerationem, in comparatione ad illa qua Christus dixit. Unde Chrysostomus : Mandata Moysi in actu facilia sunt, ut non occidas ; et ideo in remuneratione modica, et in peccato magna ; sed mandata Christi, ut non irascaris, in actu difficultia ; et ideo in remuneratione magna, et in peccato minima.

Minimus vocabitur in regno cœlorum.
Contra. Cassiodorus : Qui majora negligens docere præsumpsit, consequens est ut non jam minimus in cœlo, sed in gehennæ supplicio maximus habetur.

Responsio. Non habebitur, ut dicit Cassiodorus, sed vocabitur, quia erit eo indignus, ut dicit Augustinus. Unde *minimus vocabitur in regno cœlorum*, idest nullus, quia non erit ibi. Vel ipse non existens in regno vocabitur minimus, idest despectissimus et vilissimus, ab his qui sunt in regno. Vel secundum *Glossam, minimus*, idest despectissimus in Ecclesia.

Contra. Inmo minimus est qui male facit et male docet. Responsio. Qui male facit et male docet non est in Ecclesia quo ad hoc opus : et ideo non vocatur in regno cœlorum nec magnus nec parvus : sed qui male facit et bene docet est in Ecclesia quo ad aliquid opus, sed minimus in illa : *Qui autem fecerit*, idest servaverit, et docuerit sic esse faciendum, *hic magnus vocabitur*, scilicet merito in Ecclesia militante, et magnus premio, *in regno cœlorum*, idest in Ecclesia triumphante. Augustinus : Non dicit determinate. Qui fecerit minima ; sed indeterminate, ut ostendat quod majora et minima oportet enim facere qui in regno cœlorum vult magnus esse.

7. *Dico autem vobis etc.* Haec est secunda pars a principio hujus capituli principialis, in qua ad impletionem novae legis monet : et haec pars dividitur in

duas. Primo monet ad impletionis executionem ; secundo monet ad executionis rectam intentionem, cap. vi : *Attendite etc.* Circa primum duo facit. Primo monet ad impletionis perfectionem, explanando præcepta ; secundo addendo consilia, ibi, *Dictum est : Oculum pro oculo etc.* Circa primum duo. Primo monet ad abundantem justitiam ; secundo ostendit modum abundantis justitiae, ibi, *Audistis quia dictum est antiquis.* Dicit ergo : *Dico autem vobis*, idest hic prædicto ; unde attendite diligenter, *quia nisi abundaverit justitia vestra*. Chrysostomus : Justitiam vocat universalem virtutem. Augustinus : Non solum legis præcepta, sed etiam illa que addo.

Contra. Act. xv, 10 : *Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus.* Exod. xvii, 12 : *Erant manus Moysi graves.* Quomodo ergo dicit, *Abundaverit ?*

Responsio. Quia¹ specialiter hoc dicitur discipulis, et per consequens omnibus ; et extendum² est non solum ad exteriorum operum exhibitionem, sed etiam³ ad animi cohibitionem. Levior autem est, quia est lex amoris, et amor omnia facit levia.

Item videtur ex hoc, quod moderni tenentur ad majorem justitiam quam antiqui. Contra. Celibatus Joannis non praefertur coniugio Abrahæ.

Responsio. Ad justitiam majorem non tenentur ; sed abundare in justitia dicuntur, quia quod occulte dictum est antiquis, expressum est modernis : unde ibi figura, hic veritas.

Item super illud, *Plusquam scribarum*, Chrysostomus : Non iniquorum, quia non ei que non erat comparasset illam justitiam quæ erat : plus enim et minus ejusdem generis sunt. Ergo scribæ erant justi.

Responsio. Talis justitia erat apparenrens : unde non ei quæ non erat, idest quæ non esse videretur.

Plusquam Scribarum et Pharisorum : quia justitia lorum erat in præsumptione sue actionis, et in judicio alterius ; sicut patet de illo Luc. xvi, 12 : *Jejuno*

¹ Al. deest : « quia. » — ² Al. : « retroquendum. »

³ Al. deest : « etiam. »

bis in sabbato. Secundo, quia erat in ostentatione operis, non in rectitudine intentionis. Tertio, quia erat in lotione, et exteriori munditia, non in opere. Quartto, in afflictione corporis per jejunia, et non in mandatorum observatione. Quinto, quia erat in minoribus observantibus, relictis gravioribus legis. Quasi ergo dicat : Non solum si minima, quemadmodum Pharisæi faciunt, impleveritis, sed etiam illa quæ addo ad perfectionem, *non intrabit in regnum cœlorum*, idest in Ecclesiam triumphantem. Prover. xv, 5 : *In abundanti justitia virtus maxima est.*

Audistis quia dictum est antiquis, etc. Ille ostendit modum abundantis justitiae. Abundans autem justitia est ordinans omnem motum animæ. Propter quod dividitur in tres. Primo docetur ordinari in suis motibus virtus irascibilis, sive animalis ; secundo concupisibilis, sive affectiva, ibi, *Dictum est antiquis : Non macaberis etc.*; tertio rationalis, sive intellectiva, ibi, *Dictum est antiquis : Non perjurabis, etc.* Item prima describitur in duas. Primo ponit prohibitionem legis circa actum ex indebita inordinatione irascibilis erga proximum ; secundo ponit superadditionem ipsius prohibitionis secundum perfectionem evangelicam, ibi, *Dico autem vobis etc.* Circa primum iterum duo facit : quia primo replicat prohibitionem ; secundo pœnam legis, ibi, *Qui autem occiderit, reus erit iudicio.*

Quærerit autem primo Chrysostomus quare non incipit a primo mandato. Responsio. Incipit a generalissimis passionibus, scilicet furore et concupiscentia, quæ destruunt caritatem : nam concupiscentia destruit amorem Dei, furor amorem proximi.

Juxta hoc quæritur, cum rationalis sit prior in modo quam irascibilis et concupiscentialis, quare non prius ordinatur quam ipsæ. Responsio. Procedit ab inferiori ad superiori : quia doctrina levior et universalior. Motus autem iræ et concupiscentia sunt motus virtutis animalis, quæ inferiori est rationali.

Item cum motus iræ sequatur ad motum concupiscentiæ, quare non prius or-

dinatur virtus concupisibilis, quam irascibilis ? Responsio. Prior est natura, et conservatio ejus quam multiplicatio ; sed ira est contra conservationem naturæ, et ideo primo admonet iram, deinde ordinat concupiscentiam quæ est ad multiplicationem naturæ.

Dicit ergo : *Audistis quia dictum est.* Non dicit, Dixi, vel Pater meus ; sed simpliciter, *Dictum est*, ne sermo ejus repelleretur. *Antiquis*, quibus data est lex Exod. xx, 13 : *Non occides.* Ecce prohibitio actus, qui est destructio naturæ ; qui provenit ex furore iræ. Chrysostomus : Nihil ita malitiam et errorem inducit et radicat, ut amoris destructio. *Qui autem occiderit, reus erit iudicio*, idest punitione legis, quæ est pœna talionis, de qua Exod. xx, quæ est occasio actualis. *Ego autem dico vobis* ; quasi dicit : Lex data punit actualiter ; sed dico quod iudicio legis cœlestis, non solum qui occidit, sed etiam qui irascitur, reus est. Unde hæc est pars ubi ponitur superadditio, ex qua ordinatur irascibilis in suis motibus. Est autem ira et ad proximum, et ad adversarium, quæ est discordia, quam ibi prohibet, *Esto conciens adversario tuo.* Insuper ira ad proximum est vel subita, vel inveterata, quæ est idem quod odium, quam ibi removet, *Si offens munis tuum etc.* Ira subita est duplex : vel intus latens, vel exterius apparet. Et haec duplex, scilicet cum apparens exterius per signum confusum, quando quis prorumpit in vocem indignationis, quam removet, ibi, *Qui dixerit fratri suo Racha etc.* Vel per signum determinatum, sicut quando prorumpit in sermonem, exprimendo affectionem irascibilis cum certa malitia, quam removet, ibi, *Qui autem dixerit Fatus etc.* ; per hoc enim exprimitur discreta indignatio procedens a ratione. Quantum ad primum, scilicet prohibitionem iræ latentis, quæ est motus indignationis, sive malevolentia, dicit : *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo*, idest quicumque motu malum ad nocendum proximo habuerit et retinuerit, secundum Rabanum, *reus erit iudicio*, idest dignus accusatione. Unde secundum Augustinum, hoc iudicium habet condemnatio-

nem, et pœnam incertam. Unde qui habet voluntatem nocendi tantum in animo, debet judicare se reum. Et hæc ira radix est homicidii, de quo supra. Unde Chrysostomus : Radix occisionis est ira. Qui radicem abscindit destruit ramos.

Sed hic est questio. Si enim omnis qui irascitur fratri suo, reus est judicio, cum sancti irascuntur malis, peccant, cum nullus excipiatur.

Responsio. Duplex est ira. Per zelum¹, et hæc non est peccatum; et talem habent sancti: et est ira per consensum; et de tali dicitur hic: *Qui irascitur etc.* Unde *Glossa*: Ira est omnis malus motus² animi ad nocendum.

Qui autem dixerit ecce prohibito iræ per signum indignationis expressivum *fratri suo*, per naturæ communionem, vel per fidem, sicut sunt Christiani, vel per possibilitem ad fidei unitatem; et sic sunt fratres Judæi, vel Gentiles: *Racha*, idest, qui motum in voce indignationis proruperit.³ Unde Hieronymus: Racha Hebreum est, quod interpretatur cenos, idest inanis aut vacuus, quem nos possumus nuncupare absque cerebro: in quo notatur affectus indignantis. *Reus erit judicio.* *Glossa*: Id est consensu in judicium de danda sententia in eum: quasi dicat: Dignum est ut sententia proferatur contra eum.

Glossa: Dignum accusatione: quod supra dictum est de homicidio: ergo semper talis peccat mortaliter.

Responsio. Ira quæ est motus animi est duplex: vel subita, vel cum deliberatione. Si subita, veniale: unde Hieronymus: Si subitus motus cui non consentitur, propassio est. Si cum deliberatione, mortale: unde Hieronymus: Accidente consensu, passio mors in domo.

Qui autem dixerit Fatus. Ecce tertius gradus iræ, scilicet quæ est per signum certum expressivum malitia: unde dicit: *Qui autem dixerit Fatus*; idest, qui usque ad concivium processerit, quod est ex certa malitia; *reus erit gehenna ignis*; idest, puniatur aeterna pœna. Gehenna, secundum Hieronymum dicitur a *Ge*,

quod est terna, et *Ennon*, qui est locus juxta Hierusalem, ubi Judæi idolis immolabant. Sed tempore captivitatis repletus est locus ille cadaveribus mortuorum: cui comparat Christus infernum, vocando pœnam aeternam gehennam.

Sed est hic questio: quia Paulus ad Gal. iii, 1, dicit: *O insensati Galatae etc.* Item Luc. ult., 23: *O stulti et tardi corde ad credendum.*

Respondeo secundum Chrysostomum. Cum dicit, *Racha et Fatus*, intelligendum est sine causa: nam hoc dicere non est peccatum, cum causa subest.

Contra hoc Hieronymus inquit: In quibusdam codicibus additur. *Sine causa*, in veris autem non est: et ita penitus tollitur. Unde radendum est, *Sine causa*, quia ira viri justitiam Dei non operatur.

Responsio. Intelligit de ira quæ est inordinatus motus animi ad nocendum cum consensu.

Item queritur quare ita gravat peccatum linguae: Responsio secundum Chrysostomum: Omnis sermo vanus qui dicitur, immundo spiritu dictante profertur. Vanum ergo dicentes, non tantum ideo peccamus quia aliquem ledimus, sed quia locum damus in nobis immundis spiritibus agendi quod volunt.

Notandum autem circa supradicta, quod judicium, concilium et gehenna exprimit pœnam infernalem, sed plus et minus secundum qualitatem culpæ. Unde Gregorius: Circenit gradus culpæ, circuit ordo sententia: quia in judicio adhuc causa dicitur,⁴ in concilio jam sententia apta definitur: in gehenna vero ea quæ de concilio sententia egreditur, completeruntur. Propter hoc dicitur Levit. xix, 17: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo.* Et ad Ephes. iv, 36: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Qui ergo motus nocendi habet in animo, debet judicare se reum; si autem prodeat in contumeliam adversus fratrem, eget reconciliatio: si autem non judicial se reum, nec fratri vult reconciliari, ex con-

¹ Al. : « cœlum. »

² Al. : « omnis motus. »

³ Al. : « prorupit. »

⁴ Al. : « ducitur. »

temptu perseverans in odio, reus erit gehenna.

Si ergo offers. Hie prohibet iram invenitatem, ex qua odium nascitur, etcludit a majori, secundum Rabanum, sic. Si non licet fratri tuo irasci, multo fortius non licet detinere iram, unde nascatur odium : ergo si tu offers, idest offerre¹ proponis, ad altare. Hoc multipliciter exponitur, secundum quod altare aliquando accipitur pro materiali templo, sicut in Psal. xxv, 6 : *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum. Domine.* Aliquando pro Christo. Thren. ii, 7 : *Repulit Dominus altare suum, idest Christum, scilicet in passione.* Aliquando pro cordis devotione, et hoc est templum interior, secundum Augustinum. Quantum ad primum, *Si offers munus tuum,* idest oblationem, ad altare, materiale, ad litteram, vel munus boni operis, secundum Glossam, ad altare, idest Christum. Vel secundum Augustinum, *Munus tuum,* idest orationes, psalmos, hymnos, et hujusmodi, ad altare, idest in corde, quod est templum ubi oblatus es ; et ibi, scilicet in Ecclesia vel in corde, recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te. Hoc potest intelligi duplíciter : scilicet de laidente et læso. De laidente sic, secundum Augustinum : *Si recordatus fueris, idest si in mentem, et notitiam tibi venerit quod frater tuus, quem laesisti, habet aliquid adversum te,* scilicet pro contumelice affectione, pro corporali laesione, pro temporalium subtractione, pro famae denigratione ; *relinque ibi,* scilicet coram altare, sive coram Deo, *munus tuum, et vade,* si absens est, non pedibus corporis, ut dicit Augustinus, sed animo humili te prosternas in prospectu ejus cui oblatus es ; si praesens est, revocandus est ad amorem petendo veniam ab eo. Vel si *frater tuus,* qui te laesit, *habet aliquid adversum te,* idest unde adversatur tibi, *vade reconciliari fratri tuo,* dimittendo rancorem sibi. Ex hoc enim quod dicens : *Si frater tuus habet aliquid adversum te,* non apponit, *juste,* dat intelligere quod etiam ille cui

injuria facta est, debet querere amici-
tiam. Unde Crysostomus : *Si pro gloria
saintis tuae jubeat te dominus amicitiam
facere, multo magis debes rogare ut
duplicem gloriam consequaris : munus, quia
innoxius es ; alteram, quia prior rogasti.
Et tunc veniens, quasi placens Domino,
qui prius non placebas, offers munus
tuum.* Chrysostomus : *Si cogitatu offendisti,² cogitatu reconciliare ; si verbis,
verbis ; si factis, factis.* Et iterum : *Nisi
quem factis laesisti, factis placaveris ; sine
causa oras ad Dominum, sine causa elec-
mosynas facis de rebus quibus alios ex-
poliasti. Quid enim prodest, si alius pro
te orat ad Dominum, et alius adversum
te interpellat ad Dominum ?* Eccl. xxxiv,
23 : *Dona iniquorum non probat Altissi-
mus.*

Et nota hic quatuor quae requiruntur ad dationem,³ sive oblationem : scilicet mentis hilaritas : unde dicit, *Si offers.* Eccl. xxxv, 11 : *In omni dato hilarem
fac vultum tuum.* Secundo rei proprietas : unde dicit : *Munus tuum.* Prover. iii, 9 : *Honora Deum de tua substantia.* Tertio loci opportunitas, *Ad altare.* Quarto proximorum caritas : unde dicit, *Et recordatus fueris.* I Corinth. xm, 3 : *Si distri-
buero in cibos pauperum omnes facultates
meas, caritatem autem non habuero, nihil
mihi prodest.* Stultus est qui copiam ei-
borum perdit pro denario salis, idest car-
ritatis, quæ dat omnibus saporem et de-
corem, ut aurum aliis metallis. *Esto con-
sentiens adversario tuo.* Supra prohibuit
habere iram, sive discordiam cum fratribus ; hic removet habere discordiam cum
adversario, dicens : *Esto consentiens, idest
benevolus vel benignus, ut habetur ex
græco, sicut dicit Hieronymus, adversario
tuo.*

Contra, diabolus est adversarius : ergo
est sibi consentiendum.⁴

Responsio. Loquitur de illo qui nobis-
cum est in via ; sed diabolus non est in
via, nec potest esse ; sed est in devio
eterno. Unde, *Adversario tuo,* secundum
Chrysostomum, idest homini adversanti,
sive inimico ad litteram. Rom. xii, 18 :

¹ Al. : « differre. »

² Al. : « ostendisti. »

³ Al. : « damnationem. »

⁴ Al. adversario tuo : « ergo est tibi consentiendum. »

Si fieri potest, cum omnibus pacem habentes.

Dum, idest donec, es cum eo in via, idest in statu mereundi. Joan. ix, 4 : *Venit tempus quando non licet operari.* Vel adversarius noster est Deus, de quo Exod. xxii, 7 : *Ego Dominus qui aduersor impium.* Vel sermo divinus, qui adversatur peccare volentibus. Il Tim. ult., 46 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum.* Vel conscientia² remordens, de qua Psal. xlix, 21 : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam.* Et sic iterum omnibus istis modis exponitur. Unde, *Esto consentiens aduersario tuo,* idest Deo et divino sermoni, secundum Augustinum et Bedam; quibus est consentiendum in spe promissi, in timore supplicii, in opere praecepti, in declinatione prohibiti. Cito, idest sine mora. Eccli. v, 8 : *Ne tardes converti ad Dominum.* Dum es cum eo, idest cum quo recte graderis, in via, scilicet Christi, sive mundi. Psal. cxxviii, 32 : *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.* Ne forte tradate, secundum Augustinum, ne forte causa sit occasionaliter ut² tradaris. Et dicit, *Forte,* secundum Glossam, ne auferatur paenitentiae loens.³ Si enim obiisset adversarius antequam consentiret, sive esset benevolus, videretur quod damnaretur, dicendo simpliciter, *Ne tradat te aduersarius,* idest sermo divinus, vel Deus, vel conscientia remordens judici, *Glossa :* In manus Christi. Joan. v, 22 : *Omne iudicium dedit Filiu.* Et iudex, idest Christus : Iliem. xxix, 23 : *Ego sum iudex, et testis : tradat te ministro,* *Glossa :* Idest Angelo, qui colligit zizania ad comburendum : infra xiii, Psal. cxi, 4 : *Qui facit Angelos suos spiritus.* Vel ministro, idest exactori diabolo. Isa. xiv, 4 : *Quomodo cessavit exactor ? Et in carcere mittaris,* idest in abyssum inferni. Isa. xxiv, 22 : *Claudentur in carcere.* Apoc. xx, 2 : *Misit illum in abyssum, et clausit.* Amen dico tibi, idest certe scias, quia non eries inde donec *Glossa :* Idest nunquam. Unde Augustinus : *Donec non significat hic*

¹ Al. : « conscientiam. »

² Al. : « ne. »

³ Al. : « ne auferat penitentiae locum. »

finem poena, sed continuacionem misericordie ; quasi dicat : Semper solves, et nunquam persolves. Sicut in Psal. 109, 4 : *Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos sebellum pedum tuorum ; idest, semper sedebis.* *Reddas novissimum quadrantem,* idest minutissima peccata, secundum Bedam et Rabanum ; quia nihil remanebit imputatum. Est enim quadrans genus nummi habens duo minuta. Vel, secundum Augustinum et Hieronymum, per quadrantem volnit intelligere terrena peccata : nam quadrans novissimum est terra, que quarta pars elementorum hujus mundi est, et ea novissima ab igne :⁴ quasi dicat : Quia noluit esse ignis per caritatem, aercus per boni operis strenuitatem, aqueus per baptismatis sanctificationem ; sed fuisti terrenus inharente terrenis ; non exhibis inde : quia nunquam persolves peccata que de terra contraxisti.

8. *Audistis quia dictum est antiquis : Non mochaberis etc.* Supra ordinavit irascibilem respectu sua passionis ; hic ordinat concupiscibilem respectu passionis quae est in radice, scilicet in virtute generativa. Ponuntur autem hic duo. Primo ordinatio concupisibilis circa suum motum ; secundo confirmatio ipsius matrimonii dati in ejus remedium, ibi, *Dictum est : Quicumque dimiserit uxorem suam.* Insuper in prima⁵ primo monet concupiscentiae inordinatum motum ; secundo tollit occasionem, sive provocationem ad ipsum, ibi, *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te.* Prima duo continet ; scilicet justitiam legis veteris, quae consistebat tantum in opere exteriori ; deinde explanationem novae, quae consistit etiam in interiori, ibi, *Ego autem dico vobis etc.* Dicit ergo : *Audistis quia dictum est antiquis,* idest Iudaicis sub praeceptis legis degentibus multo tempore jam elapsa. Unde Chrysostomus : Dicendo, *Antiquis,* ostendit multum tempus ex quo mandatum hoc accepimus. *Non mochaberis,* idest non illegitime commisceberis mulieri. Mochia enim proprie est illicita commixtio maris et feminæ.

⁴ Al. : « nam quadrans novissimum est terra ab igne. »

⁵ Al. : « insuper priuus. »

Quærerit hic Chrysostomus quare non dicit de primo mandato. Responsio. Quia incepit a generalissimis passionibus, ut dictum est supra.

Ego autem dico vobis; id est, ad hoc mandatum, quod solum in actu putatis esse servandum, addo, et explano esse servandum in voluntate, secundum Augustinum. *Quia omnis qui viderit mulierem;* idest, qui visum infixerit in mulierem.

Est autem quæstio hic quare præter alios sensus solum visum nominat. Responsio. Quia visus magis est in promptu; vel, secundum Bedam, in visu omnem motum animi ad delectationem intellegit.

Item hic quæritur quare non dicit, Concupierit, sed, *Omnis qui viderit.* Responsio. Quia concupiscere est aliquando subito, et non deliberate; et sic est veniale, et est propassio, secundum Hieronymum. Sed videre ad concupiscendum est cum deliberatione; et ideo mortale, et est passio, secundum Hieronymum.

Juxta hoc² queritur quare non dicit ad mœchandum, sed solum ad concupiscendum. Responsio. Ut det intelligere quod non solum operatio vel consensus ad operandum, est damnabilis, sed etiam intentio vel consensus ad delectandum.

Ad concupiscendum eam; secundum Augustinum et Hieronymum, idest ut eam eo fine videat ut concupiscit interius, ut faceret si facultas se offerret. *Jam mœchatus est eam in corde suo;* idest, mœchia reus est, quia³ jam transivit in affectum cordis, secundum Rabanum. Gregorius: Non licet intueri quod non licet concupisci. Thren. iii, 2: *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Secundum Augustinum, nomine mœchium, omnem carnalem delectationem intelligit; et cum dicit, *Viderit,* visus pro omni motu qui est ad delectationem, non solum corporalis, sed etiam interior, qui est in concupiscentia, ponitur, ut dicit

Beda. *Quia si oculus tuus etc.* Hic removet provocantia ad ipsum motum; quæ sunt duo principaliter; scilicet visus et tactus. Primum removet dum dicit: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te;* deinde secundum, ibi, *Et si dextra manus tua scandalizat te.* Dicit ergo: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te;* quasi dicat: Supra prohibui vobis moechiam in actu et voluntate; sed et plus prohibeo, scilicet omnem occasionem provocantem ad ipsum: unde dico: *Quod si oculus tuus dexter etc.* Hoc exponitur multipliciter a Sanctis, secundum Hieronymum, Bedam, et Hilarium. *Oculum* dicit visum et affectum mentis: undo Hieronymus: Quia supra de concupiscentia mulieris dixerat, recte nunc cogitationem etiam sensum in diversa volentem, oculum nuncupavit. Et Hilarius: In oculo et dextro intelligitur affectus quorumlibet animorum. Secundum Augustinum et Rabanum et Chrysostomum, oculus dexter potest hic accipi pro amicis et consiliariis, qui quasi iter in agendis demonstrant. Unde Chrysostomus: *Dexter,* apposuit, ut discas, quoniam non de membris est sermo, sed de his qui familiariter ad nos se habuerint. Item secundum Augustinum et Bedam et Hieronymum, pro parentibus et propinquis potest accipi oculus dexter. Vel secundum unam *Glossam*, pro vita contemplativa. Intelligendum est ergo sic: *Si oculus tuus,* idest sensus et cogitatio, *dexter,* idest sub specie bonæ intentionis, *scandalizat te,* illicita concupiscentia, crue eum, scilicet malum usum ejus frangendo, et projice abs te, scilicet ipsum ex toto aminhilando. Unde Chrysostomus: Erat mulier religiosa, et⁴ respexi, et dixi: Debeo visitare illam assidue, ut instruam illam, et confirmem in bono; bonus est iste respectus, et oculus dexter: sed dum assidue visito, decidi in laqueum desiderii ejus; ecco respectus bonus et dexter oculus factus est mihi in scandalum. Ejiciam ergo illum bonum respectum qui generaturus est malum. Et⁵ concludit infra: Omne ergo bonum quod nos vel alios

¹ Al.: motum animi, ac delectationem. »

² Al.: « hic. »

³ Al.: « que. »

⁴ Al.: « est concupiscentia, »

⁵ Al. omittitur: « et. »

⁶ Al.: « etiam. »

scandalizet, præscindere debemus a nobis. Item si *oculus dexter*, id est amicus et consiliarius in divinis, scandalizet, trahendo in haeresim; talis est eruendus reprobando; projiciendus, manifeste contra dicendo. Item si parentes scandalizant, vita sanitatem impediendo, talis oculus erundens est resistendo, projiciendus a se separando. Item si vita contemplativa scandalizat, in tedium vel arrogantium vertendo, eruendas est, aliquando diminuendo; projicieendas, ad activam transundo. *Expedit enim tibi*; id est, magis est necesse et utile tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, id est sensus talis, vel consiliarius, vel propinquus, vel contemplatio. Unde *Glossa*: Ille quem habes ut membrum, ¹quam totum corpus tuum eat² in gehennam; id est, quam tu tolliter, in anima et corpore, mittaris in infernum. *Glossa*: Melius est illo praeciso salvari, quam cum illo damnari.

Contra. Secundum Cauones, quicunque tali occasione abscederit sibi membrum, irregularis est. Præterea alia *Glossa Chrysostomum* et Augustini: Nullum membrum ad litteram erui praecipitur. Contra: In *vitis Patrum* hoc legitur factum fuisse.

Responsio ad primum. Quod nullum membrum intendit debere praecidi propter hoc; sed vocat praecidere vel eruere, usum vel actum hujusmodi a se per studium pii laboris amovere, ut supra dictum est. Ad secundum quod objicitur de *vitis Patrum*, respondeatur, quod hoc excusatur per Spiritum sanctum, quo inspirante creditur fuisse factum; sicut dicit Augustinus de Samsone in libro de *Civitate Dei*, quod non aliter excusatur, nisi quia Spiritus sanctus latenter hoc jussicerit, qui per eum miracula faciebat.

Et si dextera manus tua, id est operatio vel tactus exterior cum bona intentione, vel amicus qui tibi ministrat in bonis. Vel, secundum Chrysostomum, *Dextera manus*, voluntas anime; sinistra, voluntas corporis. Haec autem corporea, ut dicit idem, ³ organum est illius manus.

¹ Al. : « unum membrum. »

² Al. : « erat. »

Sed queritur quare non mentionem fecit de oculo sinistro et manu sinistra, cum contigat et per illam pati scandalum.

Responsio. Removendo unum quod videbatur minorem prestare occasionem, removet et id quod majorem dat occasionem. Vel, secundum Chrysostomum, ut intelligas quod non de membris corporalibus loquitur, sed loquitur de familiaribus vel amicis, ut supra dictum est.

Scandalizat te, id est occasio ruina tua, sive scandali, *abscinde eum*, scilicet dimittendo, vel fugiendo. Unde Chrysostomus: Ad litteram nullum membrum in homine abscedi præcipitur; sed per studium pii laboris, si nocet, est revocandum et removendum, et etiam longe a se faciendum, ut nec in memoriam habeatur. Unde addit, *Et projice abs te*, scilicet ex toto relinquendo. *Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam*. *Glossa*: Id est melius est tibi illo praeciso salvari quam cum illo damnari.

Dictum est etc. Hic ponitur secundum, scilicet *confirmatio matrimonii* dati in remedium concupiscentiae. Unde, cum supra removerit illicitam commixtionem contra matrimonii legem, hic removet illicitam conjunctorum separationem. Et per hoc confirmatio matrimonii est contra haereticos. Dicuntur autem hic duo. Primo legis Moysi permisso; secundo legis novae justitia, et prohibitio, ibi, *Dico autem vobis*. Dicit ergo: *Dictum est*: non dicit a quo, vel quibus, per hoc significans ipsos esse quasi alienos a Deo, quibus hoc dicebatur. Denteron. xxiv, ubi scripsit Moses, quod si uxor non placaret viro proper aliquid fuditatem, dimittat eam. *Quicumque dimiserit uxorem suam*, id est dimittere voluerit; et hoc fuit permisum a Moyse, non præceptum: unde Marc. x, 4: *Moses permisit libellum repudii scribere et dimittere. Det ei libellum repudii*. Hoc fuit præceptum sub ista conditione, si dimitteret. Et in libello repudii ut dicunt scripta erat causa divertii, et dos quam dabant ei, et licentia quam ha-

³ Al. deest : « idem. »

bebat nubendi alii. Unde, secundum Chrysostomum, abdiebat a se, ut non esset in ejus potestate ad eam reverti.

Quarerit autem hic quare hoc permisit Moyses, cum non esset ei indictum a Deo mino.

Responsio secundum Ambrosium et Chrysostomum. Permisit, ne odio, vel alia causa habita in uxorem contingere majus malum, scilicet occisio ejus. Unde Ambrosius : Melius est enim dividi, quam odio sanguinem fundi.

Sed notandum, quod est multiplex permisso. Primo concessionis licita, ut Prior concedit te visitare parentes. Secundo dispensationis, quando permittit quod tibi non licet comedere,¹ ut comedere carnes. Tertio tolerantiae, ut quando permittitur inter duo mala minus malum nefat majus ; et talis fuit permisso Moysis : dicitur enim permisso, quia toleravit, ne majus malum facerent, scilicet homicidium, ut supra dictum est. Et ideo dicit Dominus, quod hoc praecepit Moyses ad duritiam cordis eorum, infra xix, 8. Et talis permisso permittenti peccatum non est, quia hoc facit ut resistat majori malo. Quarto indulgentiae, quando permittitur aliquid enijs oppositum melius est : sicut Apostoli secundas nuptias, I Coriuth. vii, permiserunt : cum tamen melior esset continentia vidualis. Quinto sustinentiae, sicut Deus permittit mala fieri, ut eliciat bona.

Ego autem dico vobis etc., idest, id determinando, uxorem non dimittendam ex qualibet causa : et toleratum a Moyse, ne majus malum fieret, scilicet homicidium. Sic astringo, et explano. *Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis*, scilicet corporalis, viri vel mulieris, *facit eam mœchari*, quia illa nubit alteri. Et hoc non est conjugium, sed adulterium. Unde addit : *Et qui dimissam duxerit, adulterat* : quia debet manere innupta, vel viro reconciliari, ut dicit *Glossa*. Quod si ipsam dimittat ob causam fornicationis, ut dicit Augustinus, ipse non facit eam mœchari, sed ipsa, cu-

jus est reatus. Nec dimittens sic, potest illa vivente aliam ducere, ut tangitur I Corinth. vii.

Nota, quod qui dimittit sive repudiat, quatinus mala facit, ut dicit Chrysostomus. Quia quantum ad Deum existit homicida ; secundo dimittit non fornicantem ; tertio facit eam adulteram ; et quarto accipientem facit adulterari. Item adulterans quantum peccata committit. Exheredit filios ; fidem violat, virum dimittit, et ex adulterio fornicatur. Propter hoc dicitur Isa. i, 1 : *Quis est hic liber repudii matris vestrae quo dimisi eam?* Eccli. xxm, 32 : *Omnis mulier relinquens virum suum peccabit.* Item nota super illud : *Excepta causa fornicationis etc.* Glossam Augustini et Chrysostomi : Causa fornicationis est, si uxor cogitat ad idolatriam, vel avaritiam, vel ad alias illicitas concupiscentias. Non enim fornicatio est tantum stupri, sed generaliter quæ a lege Dei aberrare facit. Ergo spiritualis fornicatio solvit matrimonium. Contra, Ileronymus : Si mulier peccat in animam suam, non est polluta viro ; quasi dicat : Propter hoc quod peccat tantum in animam suam, non peccavit contra virum. Et sic per hoc non debet solvi matrimonium.

Responsio. Vinculum matrimonii consideratur tripliciter. Vel quantum ad minutam continentiam, vel quantum ad redditum debitum carnale, vel quantum ad cohabitationem mutui serviti. Primum vinculum non solvit nisi mors alterius, vel utriusque : quia consummato matrimonio, alter contrahere, altero vivente, non potest. Secundum vinculum solvit in carnali fornicatione, cum distinctione tamen ; nam quedam spiritualis fornicatio corrumpit facientem tantum ; sicut superbia, ira, et similia : alia corrumpit² cohabitentem, sicut hæresis, vel furtum, et similia. Quantum ergo ad primum modum non debet solvi vinculum cohabitationis. Quantum ad secundum debet solvi manente illa fornicatione spirituali, ut si dicetur mulier se nolle³ habitare cum viro, nisi faceret furtum, vel talia hujus-

¹ Al. : « concedere. »

² Al. : « alia que corrumpit. »

³ Al. : « ut si dicaret se nolle. »

modi. Sunt autem sex casus, qui continentur his versibus :

Simile, prostituens, vis, mors, et credita forma.
Si convertatur, post novit, mittere nequit.

In istis casibus non licet dimittere uxorem fornicantem. Primus est similitudo, idest si ipse vir convincitur fornicari. Secundus prostitutio, hoc est si ipse vir prostitutat ipsam. Tertio est violentia, hoc est quando ab altero opprimitur per violentiam : et intelligitur de violentia absoluta, et non de illa que est per metum. Quartus est credita forma, hoc est quando ab alio cognita est sub specie viri sui, quem putabat virum suum. Quintus est mors, hoc est cum credit probabilitatem virum suum mortuum, et alteri nubit, et viro redeunte statim recedit a priori. Sextus est conversio ; hoc est, fidelis ab infideli, secundum ritum sue sectae, dimittatur. Postea utroque converso ad fidem cogitur per Ecclesiam eam recipere. Septimus est reconciliatio, hoc est cum reconciliavit eam sibi post commissum adulterium, vel publice adulterantem retinuit. In istis casibus nequit vir mittere, idest dimittere uxorem fornicantem. Et sic intelligitur *Glossa* Augustini et Chrysostomi.

Quæritur autem hic utrum similis causa sit in viris, si dimittantur ab uxoribus suis causa fornicationis.

Responsio Hieronymi : Quidquid viris dicitur redundat in feminas ; neque enim adultera uxor dimittenda, et vir moechus retinendus. Aliae sunt leges Casaris, aliae Christi. Apud illas in viris frena pudicitiae laxantur ; apud Christum, quod non licet temini, aequo non licet viris : quia eadem servitus pari conditione censetur.

Item super illud, *Facit eam mochari*, queritur quare non dicit : Et mulier si nubat alteri, adulterat.

Responsio. Mulier, ut dicit Chrysostomus, imbecillis est : propterea per minas quas in virum dimittentem eam facit, vult emendare illius stultitiam. Sicut habens filium prodigum, illum dimittens

inerepat eos qui faciunt eum tales, et prohibet eos non convenire, neque apparere sibi.

Iterum audistis quia dictum est antiquis. Supra ordinavit irascibilem et concupiscentiale ad suas passiones ; hic ordinat rationalem respectu veritatis. Est autem duplex veritas : creata et increata. Ordinat ergo virtutem rationalem ad veritatem incretam per debitam reverentiam et honorificationem. Secundo ad veritatem creatam per rectam interpretationem, ibi, *Sit autem sermo vester, Est est, Non non.* In primo dicuntur duo. Quia primo ponit justitiam legis, quae consistit in duobus ; scilicet in evitazione perjurii, et solutione praestiti juramenti, ibi, *Redde autem Domino iuramenta tua.* Secundo justitiam Evangelii, quae consistit in duobus : in prohibitione assiduitatis juramenti, cum dicit : *Ego autem dico vobis, non jurare omnino* : et in prohibitionis explanatione, cum dicit : *Neque per calum, etc.* Dicit ergo : *Iterum audistis, quia dictum est antiquis, Non perjurabis*; idest, non perjurium committes. Unde Lev. xix, 14 : *Non pejerabis, ne polluas nomen Dei tui.*

Quærit autem Chrysostomus quare furtum præterius, ad falsum testimonium transcendit.

Responsio. Quoniam qui furatur, quan-
doque pejorat², et non e converso. Quoniam qui non vult mentiri, vel jurare, nunquam eliget³ furari. Et per hoc id avertit. Vel dieendum, quod furtum puniebatur in lege, mendacium autem non. Et ideo ne putetur licitum, hic prohibet.

Reddes autem domino iuramenta tua. Hieronymus : Id est si jurare contigerit, per creatorem jurabis, non per creaturam. Unde Domino dicit : non idolo vel creaturæ : quia, ut dicit Chrysostomus, qui Domino non reddit juramenta sua, sed elementis, duplicitate peccat : primo quia non reddit Deo jus suum ; secundo quia deilebat per quod jurat, et sic idolatriam committit.

Glossa Hieronymi : Sicut victimas Leo

¹ Ordinat per virtutem.

² Al. : « qui novit mentiri, vel jurare, neque eliget. »

³ Al. : « qui novit mentiri, vel jurare, neque eliget. »

immolare jussit, ne eas idolis immolarent; sic parvulis concessum est jurare per Deum. Ergo si parvulis, non licet hoc perfectis. Contra. Apostolus juravit. Rom. i, 9: *Testis est mihi Deus, etc.* Et Angelus Apoc. x, 6.

Responsio. Parvulos dicit qui veritatem dicens, seu humiles Deum timentes. Vel parvulis, idest pro parvulis, hoc est pro istis temporibus.

Ego autem dico vobis: idest occasione perjurii etiam juramenta prohibeo, mandans vobis non jurare omnino, idest ex qualibet causa, sive sine legitima causa: quia cum sine causa juratur, attestatio prima veritatis contemnitur, quia assumitur, in vanum: quod prohibetur. Exod. xx, 7: Non assumes nomen Dei tui in vanum.

Contra. Psal. cix, 4: *Juravit Dominus, et non panitebit eum.* Ad Hebr. vi, 16: *Omnis controversiæ finis ad confirmationem est juramentum.*

Responsio. Prohibet jurare omnino, idest assidue. Vel omnino, in sensu composito¹, idest in omni casu. Debent autem in juramento tria esse. Materia debita, scilicet veritas; forma debita, scilicet justitia; et finis rectus: unde, secundum Augustinum et Gregorium et Origenem, non penitus jurare prohibuit, sed occasione perjurii, quod perfectius est, docuit. Secundum Alexandrum. Hoc præcipitur solum Apostoli in primitiva Ecclesia, ne imperfecti haberentur. Vel cum dicit, *Non jurare omnino*, prohibetur affectus jurandi, non effectus. Sicut Jac. v, 12: *Ante omnia fratres nolite jurare*, idest non appetatis. Unde Hieronymus: Christus omnino jurare prohibet, ne quis quasi bonum appetat jusjurandum, et assiduitate jurandi labatur in perjurium. Item Augustinus in libro de Mendacio dicit: *Omnino non jurare*; idest, quantum in te est, non ames, neque cum aliqua delectatione appetas. Item idem Augustinus: *Juratio non est bona, non tamen est mala cum est necessaria.*

Contra. Augustinus in *Sermone de periculo* Falsa juratio perniciosa, vera periculosa, nulla secura. Si periculosa, ergo mala.

¹ Al.: « ut compositum est. »

Responsio. Periculosa dicuntur respectu jurantis, non quia mala, sed quia de facile potest omitti aliqua conditio juramenti, que est triplex, juxta illud Hierrem. ix, 2: *Jurabis, Vivit Dominus, in veritate, in judicio, et in justitia.* In veritate jurat qui secundum veritatem rei, et conscientia; in justitia qui licite; in iudicio qui pro causa sufficiente.

Neque per corlum. Chrysostomus: Qui per corlum jurat, cœlum deſteat: et per coelum intelligit omnem creaturam superiorem naturalem. Clossa: Non juremus per creaturas.

Contra. Joseph juravit per salutem Pharaonis. Genesis xlvi, 45. Responsio. Juravit, potestatem ejus a Deo atque salutem cognoscens. Ergo non fuit per creaturam jurare, sed per Denm, in cuius manu salus est omnium.

Quia thronus Dei est. Isa. ult., 1: *Cœlum mihi sedes est: neque per terram,* per quam intelligitur omnis creatura naturalis inferior: *quia scabellum pedum eius est.* Isa. ibid. *Terra scabellum pedum meorum.* Et, ut dicit Augustinus, in celo dicitur Deus sedere, terramque, calcare, non quod membra sic locata habeat: sed quia in corpore mundi maxima species est cœli, minima terræ. Propter quod in celo dicitur sedere, quia in magna sua potentia reluet.

Deinde comprehendit creaturam, articularem, dicens: *Neque per Hierosolymam.* Consuetudo erat Iudeis jurare per Iherusalem, et templum, et hujusmodi. *Quia est civitas magni regis.* Psal. lxxvi, 14: *Quis Deus magnus, sicut Deus noster?* Neque per caput tuum juraveris. Per hoc intelligitur omnis creatura quæ est idem quod nos. Augustinus: Cum quis per salutem meam jurat, salutem suam Deo obligat. Cum per filios meos, oppignorat Deo, ut hoc eveniat in caput eorum quod exit de ore ejus. *Quoniam non potest unum capillum album facere aut nigrum,* scilicet naturaliter; quasi dicat: Non est opus tuum, sed Dei. Unde Augustinus: *Jurare per quaslibet creaturas est creatorem earum testem adhibere.* Propter² haec omnia dicitur Eccli. xxiii, 9: *Jurationi non assuescat os*

² Al.: « per. »

tuum. Chrysostomus : Nemo est qui frequenter juret qui aliquando non perjuraret. *Sit autem sermo vester sit, Est est, Non non.* Ille est secunda pars ubi ordinat rationalem veritatem creatam per rectam interpretationem, scilicet quando veritas exprimitur verbo secundum quod concipitur in animo. Unde dicit : Ita prohibui non jurare etiam cum oportet loqui : *sit autem; id est, sed sermo vester sit, Est est;* id est sermo vester habens existentiam rei¹, *sit, Est est;* id est profatur secundum veritatem conscientiae : *Non non;* id est, de re qua non est, proferatur non esse. Unde Rabanus : *Est est, Non non :* his dicit, ut quod ore dieis operibus comprobet ; quod verbis negas, factis non confirmes. *Quod autem his abundantius est,* id est, illud quod asseritur, vel negatur supra simplicem veritatem rei, sicut per juramentum ; *a malo est :* non dicit quod malum sit, ut dicit Augustinus ; sed a malo, scilicet non tuo, sed ex infirmitate compellentis te jura-re, aut incredulitate.

Unde nota, *quod jurare licet multis de causis.* Primo pro veritate confirmanda incredulis. II Cor. i, 48 : *Fidelis Deus, quia sermo qui fuit apud nos, non fuit in illo est et non.* Secundo pace praeformanda ; ut Jacob juravit Labau, Gen. xxxi. Tertio pro amicitia contrahenda. Gen. xxvi, 28 : *Dixerunt viri Gerar ad Isaac : Sit juramentum inter nos.* Quarto pro veritate manifestanda. Deut. xix, 15 : *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.* Quinto pro fidelitate servanda. II Reg. v, 3 : *Venerunt seniores Israel ad regem, et percussit cum eis fondus.* Sexto pro obedientia et subjunctionis recognitione. Sic viri Galaad Jephite Ju-dic. xi, 10. Septimo pro consuetudine Ecclesie servanda, ut Canonici ; sicut ju-raverunt filii Israel se Domino servitu-ros. Et haec septem causae sunt propter bonum introduceendum. Item aliae duas cause sunt propter malum amoveendum ; scilicet sicut juratur in contestatione litis, ut calunnia sopiatur. Ad Hebr. vi, 16 : *Omnis controversia finis ad confirmationem est juramentum.* Alia causa est

ad infamiam purgandam. Deut. xxi, 1 : *Quando inventum fuerit cadaver homines occisi, et ignorabitur exdis reus ; egredientur majores natu, et judices tui... E*dit : *Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. Propitiatus esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine.*

Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo. Ille est secunda pars ab illo loco, *Dico autem vobis etc.,* in qua monet ad impletionis perfectionem, addendo consilia. Et primo ponit consilia respectu judicialium ; secundo respectu moralium, ibi, *Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum.* Prima in duas. Primo ponit veteris legis justitiam : secundo novæ legis perfectionem, quæ consistit in duobus : scilicet in mali illati perpessione, et in beneficentia operatione, ibi, *Qui autem petit a te, da ei.* In patiendo autem malum illatum dupliciter aut in corpore aut in re, ibi, *Si quis voluerit tecum in judicio contendere ; aut in operatione,* ibi, *Si quis te angariaverit mille passus.* Ad patientiam mali illati in corpore monet² secundum duplificem gradum. Uno modo ad non appetendum vindictam ; alio modo esse paratum ad plura sustinenda, ibi, *Si quis te percussit in dexteram maxillam tuam.* Dicit ergo : *Audistis quia dictum est.* Non dicit quibus, ut innuat illos esse duros corde. *Oculum pro oculo, dentem pro dente ;* in quo lex talionis erat injuria illata statuta, ut Augustinus dicit Exod. xxi, et Deut. xix.

Sed queritur quare legem talionis concessit Moyses. Responso. Moyses videt eos temerarios in injuriis et vindictis facientis ; et ideo cum non posset aliter eos retrahere, peccatum vindicta voluit temperare, ne supra modum illatas injurias vindicarent, sed ad plura pro parem redderent talionem.

Item super illud *Glossa Augustini :* Lex modum ultionis constituit. *Contra, Levit. xix, 18 : Nou queras ultionem, nec menor eris injuria civium tuorum.* Responso. Talionis erat lex judicii in præcepto, et hoc ut facerent zelo justitiae, et non zelo vindictæ ad malorum cohibitio-

¹ Al. : « Dei. »

² Al. : « movet. »

nem, et sic intelligit Augustinus. Sed quia erat permissa injuriatio secundum paritatem, putabant Judæi se posse nlicei, et ideo inhibetur in Levitico.

Item ibidem Augustinus: Injustorum justitia est; non quia iniqua est ultio quam lex statuit. Ergo ultio erat licita. Responsio. Ultio amore justitiae erat licita ipsi judicii, non amore vindictæ. Unde sic intelligitur *Glossa*. Ultio justa in justorum, idest vindictam inuste exigentium.

Ego autem; quasi dicat: illis sic concessum est: *ego autem dico vobis*, idest dicendo moneo vos, *non resistere malo*; idest, non velitis repellere injuriam illatam ulciscendo, vel animo ulciscendi. Unde cum dicit, *Malo*, intelligit de malo temporali, sive pena, ut dicit Augustinus et Hieronymus: et non de malo culpe, cui usque ad mortem resistendum est. Chrysostomus: Praecepit istud, non ut nobis mutuo oculos eruamus, sed ut potius innocentes custodiamus, vel contineamus manus; sieque¹ comminatione tali impetum frenavit injuria. Item idem: Irae undia per iraeundiam non compescitur. Et intelligi debet de malo pena: quod est tripliciter, ut Augustinus dicit; in cruciatu corporum, damno rerum, et angariis operum.

Quaritur autem utrum non resistere malo, sit præceptum vel consilium. Responsio. Injuria quam appellat hic malum, aut est particularis et privata, aut publica. Si publica, tunc repelli debet jussu principis. Roman. m. 4: *Dei minister est, vindex in iram ei qui male agit*. Item Augustinus: Fortitudo quaæ a barbaris defendit patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena justitia est. Et sic præceptum est subditis, non solum principibus. Vel potest esse injuria particularis: et tunc injuria repelli potest tripliciter. Vel impediendo, sicut Paulus, qui per milites impeditivis injuries Iudaorum. Vel arguendo, sicut Dominus fecit danti ei alapam, Joan. xviii: Et sic licet omnibus tam perfectis quam imperfectis. Vel repellitur cogente necessitate, sicut quando non potest vi-

tari laesio nec per fugam, nec per aliud impedimentum: et tunc aut repellitur siue armis, et hoc modo permittitur clericis, et laicis; aut cum armis, et sic non licet clericis, et si laicis forte licet flagrante maleficio cum moderamine inculpata intelle, ut dicit lex. Et sic est in præcepto clericis, laicis autem in consilio. Aut repellitur animo ulciscendi, sive vindictæ libidine; et sic omnibus est prohibitum, et præceptum. Et sic intellectum multipliciter, *Non resistere malo*, est in præcepto, vel in consilio.

Si quis te pereisserit in dexteram maxillam, ad litteram, *præbe ei et alteram*; idest, paratus sis sustinere patienter. Rabanus: Non tantum non repercutias, sed si vult alteram ferire, patienter feras. Et hoc congruebat Apostolis pro tempore illo: nam quia fundaturi erant Ecclesiam, voluit eos debere sustinere primos impetus persecutorum, ut homines videntes eorum patientiam, converterentur ad fidem. Unde Chrysostomus: Si diligenter inspiceris quam illi fuerunt legi auditores, et in qua conversatione degentes, et quando haec præcepta suscepserint; facile intelliges, maxime miraberis legislatoris sapientiam. Vel *præbe ei et aliam*: *Glossa*: Totum corpus ad afflendum. Hieronymus: *Aliam*, idest dexteram, quia justus totus est dexter. Ambrosius: Quid tam mirum quam percipienti maxillam præbere? Nonne omnis impetus indignantis frangitur, ira sedatur, et per patientiam ille qui injuriatur ad penitentiam revocatur? *Et ei qui vult tecum in iudicio* *Glossa*, altercationis contendere, idest contentiose agere, et tunicam tuam tollere, idest vestes viliores, dimite ei et pallium, idest vestes pretiosiores, sive exteriiores, priusquam contentiose agas et fraudulerenter. Et secundum hoc inhibitum est omnibus causam movere contra aliquem cum fraude, et contentione. Unde de isto iudicio dicit Chrysostomus: Omne iudicium irritatio est cordis. Si semel in iudicium ingressus fueris, jam non cogitas ut veritas cause appareat, sed ut quoquo modo victor existas. Vel potest esse monitio

¹ Al.: « sic quod. »

quo ad perfectos : quia quamvis infirmis sit licitum movere causam contra proximum sub iudice, dummodo sit sine fraude ; tamen hoc non licet perfectis item cum proximo habere. Unde Chrysostomus : Qui te venerari debuerat propter dignitatem filii, judicat te propter necessitatem causae, et perdis dignitatem Christi propter negotium mundi. Unde solent dici hi versus :

Expedit infirmis, licet absque dole, sine lite, Prelatisque licet, non expedit anaclorite : Non licet ut per eum sint res in jure petitae.

Triplex autem est causa qua possunt ablata repeti ab aliquibus vice perfectorum. Prima est malorum refrenatio. Job. xxix, 27 : *Contrebam molas iniqui, et de dentibus illius auferbam prædam.* Gregorius : Non solum cura debet esse ne nostra subtrahant, sed ut rapientes non sua, semetipsos non perdent. Secunda est pacis conservatio. Isa. xxxii, 17 : *Erit opus justitiae' pax.* Tertia est pauperum consolatio, quibus data sunt illa bona temporalia ad sustentationem.

Et quicumque. Ecce tertium, scilicet munitione in angaria operum² : angaria enim est exigentia indebiti servitii, vel operis in propria persona ; unde dicit : *Et quicumque te angariaverit; idest, servire te coegerit corporaliter, verbi gratia, ut vadas cum eo mille passus, vade cum eo et alia duo;* idest adhuc sis paratus ut amplius patiaris. Augustinus : Historialiter hoc nec in Iesu nec in suis inventum impletum. Exponitur ergo, *Vade,* secundum Augustinum, non tam pedibus, quam parato affectu et animo ; quasi dicat : Si quis cogit te servire, et solatium impendere, paratus esto compassionis affectu multo plura impendere. *Et qui petit a te, da ei.* Hic ponitur perfectio in beneficentiae exhibitione ; quod sit dupliciter ; scilicet sine remunerationis spe, donando indigentibus, et absque usuris mutuum concedendo potentibus. Quantum ad primum dicit : *Qui petit a te, rem, vel correctionem, da ei.* *Glossa :* Quia honeste, et juste possunt dari. Ho-

neste dicit, quia res ita posset esse necessaria, quod honeste non posset dari. Juste, quia aliena res non potest dari iuste. Augustinus : Ita des ut nec tibi nocetas, nec alii. Est autem triplex donum quod maxime debemus dare : scilicet de corde compassionem. Isa. lvi, 10 : *Cum effuderis esurienti animam tuam, etc.* Gregorius : Plus est compati ex corde quam dare : quia qui competitur, de scipso dat ; qui de pecunia, de alieno. Secundo de ore, dulcis verbi coniunctionem. Eccli. xvii, 16 : *Nonne ardorem? brigebabit ros?* Tertio de manu temporalem substantiam. Deut. xv, 11 : *Principio ut aperius manum fratri tuo ogeno.*

Quæritur autem hic an ad hoc teneantur omnes, et semper. Responsio. Datum potest esse, temporale, vel spirituale. Si temporale, vel est de obsequio in opere ; et sic tenetur quilibet ad indigentem. Exod. xxii, 5 : *Si videris asinum odientis te jacentem sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Vel est de rebus ; et tunc vel est de superfluis ; vel de necessariis. Ad superflua tenentur clerici. Unde Ambrosius : Non majoris est criminis habenti tollere, quam cum possit, indigentibus denegare. De necessariis autem, vel superfluis, in easu tenetur quilibet, scilicet posito in extrema necessitate. Unde Hieronymus super id Rom. xu, 20 : *Si esurierit inimicus tuus. Quisquis in quacumque necessitate mortuus succurrere poterit, si non fecerit, occidit.* Si autem nou sit dives, cum non possit dare temporalia, tene ad effectum³. Unde *Glossa* : Si deest facultas, da effectum. Si autem est spirituale, tunc vel est compassio de corde, vel dulcis verbi de ore, vel sapientie de mente ; et obligat tani pauperes quam divites. Unde Hieronimus : In plerisque pauperibus hoc stare non potest : sed etiam divites si semper dividunt, semper dare non poterunt. Præceptum ergo intelligitur de illa peccitia, secundum Hieronymum, quæ dando non deficit, idest de sapientia, sed quanto plus data fuerit, tanto amplius duplicatur.

Et volenti mutuare a te, ne avertaris.

¹ Al. : « ejus justitiae. »

² Al. : « eorum. »

³ Al. : « ad effectum. »

Ecce secundum genus praestandi, secundum Chrysostomum, scilicet cum redditu commodamus. Unde dicit : *Et volenti mutuare a te, id est volenti a te accipere mutuo, ne avertaris*: *Glossa* : Id est ne alienus voluntatem. Chrysostomus : Similis est pecunia usurarii morsui aspidis. Percussus enim ab aspide quasi delectatus vadit in somnum, et per suavitatem soporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic qui sub sura accipit, sub tempore quasi beneficium sentit ; sed usura per omnes ejus facultates decurrit, et totum convertit in debitum. *Audistis quia dictum est* : *Diliges proximum tuum etc.* Ille ponit consilia respectu moralium. Et quia moralia compleuntur in dilectione proximi. Rom. xii, 8 : *Qui diligit proximum legem impletiv* : ideo monet ad dilectionem eujuslibet tibi proximi, et conformis in natura, sicut sunt et inimici. Dicuntur autem hic tria. Primo legis antiquæ reprobatio ; secundo Iudeorum facta traditio, ibi, *Et odio habebis inimicum tuum*; tertio legis evangelica perfectio, ibi, *Ego autem dico vobis* : *Diligite inimicos vestros*. Ubi quatuor tangit : scilicet inimicorum dilectionem ; secundo monitionis sua rationem, ibi, *Ut sitis filii patris vestri*; tertio sua rationis approbationem, ibi, *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis*? quarto perfectionis conclusionem, ibi, *Estote, ergo vos perfecti*. Dicit ergo : *Audistis quia dictum est* Levit. xix, 18 : *Diliges proximum tuum*, scilicet affectu et effectu, et *odio habebis inimicum tuum*. Istud nunquam invenitur in lege, sed additio est ex parte Iudeorum. Putabant enim hoc forte addendum ex multis quæ in lege dicta sunt. Nam Deus praecepit ut delerent Amalecitas, et Exod. xxii, 22. dicitur : *Inimicus ero inimicis tuis*. Et sic de aliis. Et ideo contra hoc ponitur evangelica perfectio, quæ consistit in tribus : in actu cordis, operis et oris. quantum ad actu cordis dicit : *Ego autem dico vobis* : *Diligite inimicos vestros* : ad litteram, consulendo, auxiliando, beneficiis largienda. Augustinus, *de vera*

Religione : Quid ei nocebit qui bene utiam inimicos potest? Ejus enim praesidio, atque merito inimicitias non timescit, cuius praecepto et dono diligit inimicos.

Queritur autem si omnes ad hoc tenentur. Responso. Omnes tenentur ad hoc affectu, et etiam effectu in necessitate, ut dictum est supra. Perfecti vero extra necessitatem debent diligere inimicos perfecte affectu et effectu. Effectu autem possunt diligere inimicos generalis Ecclesia.

Benefacite, in effectu operis his qui vos oderunt : tum ex naturæ conformitate; Isa. lviii, 7 : *Carnem tuam ne despexeris* ; tum ex Dei et proximi caritate. Rom. xii, 20 : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum*. Chrysostomus : Si bene feceris inimico, tibi amplius beneficisti. *Et orate, verbo oris, pro persecutibus vos*, per apertam injuriam, et calumniantibus, per apparentem injustitiam. Vel *persecutibus*, facto, calumniantibus, id est falso criminibus verbo. Hoc fecit Stephanus, Act. vii. Et Christus, Lucae xxii, 34 : *Pater ignosce illis : non enim sciunt quid faciunt*. Ut sitis filii patris vestri. Ille ponitur monitionis ratio ex duplice exemplo, scilicet divino et humano. Quantum ad exemplum divinum dicit : Ita debetis diligere, ut sitis filii patris vestri, id est imitatione. Unde Rabanus : Filii non degeneres. Carnales filii si similares sunt patribus, nullam laudem merentur; si dissimiles, nullum vituperium : quia non est potestate hominis quam¹ accipiat corporis qualitatem. Filii autem spirituales, si similes, laudandi; si dissimiles, vituperandi : quia in potestate cuiuslibet est mensuram justitiae faciendi. *Qui in celis est*, per operis sui maiorem reducentiam. Vel *in celis*, secundum *Glossam*, id est in electis et sanctis per gratiam. *Qui solem suum*. Ecce exemplum humanum. Et dicit signanter, *Suum*, id est quem ipsem fecit, contra haereticos. *Facit oriri super bonos, et malos ad litteram*, secundum Rabanum ; *et pluit super justos, et iniustos*, similiter ad litteram. Vel per solem potest signi-

¹ Al. : et quod.

ficari influentia divinae bonitatis, per pluviam manifestatio veritatis; quasi dicat¹: Si es similis patri coelesti, benefacies bonis et malis. *Si enim diligitis eos qui vos diligunt etc.* Ille probat rationem, et admonitionem suam exemplo publicanorum; quasi dicat: Non est perfectio tantum diligere amicos: *quia si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* quasi dicat, nullam. Infra vi, 2: *Recepistis mercedem vestram. Nonne et publicani hoc faciunt?* quasi dicat: Qualis in vobis erit perfectio, si in dilectione non superatis exemplum publicanorum, qui imperfecti sunt. Secundum Rabanum, dicuntur publicani qui vesticalia publica vel negotia secularia vel luera sectantur. Et, ut idem dicit, Publicanus nomen traxit a Publico rege, qui primus eos ordinavit. *Et si salutaveritis fratres vestros tantum?*² idest, si tantum oraveritis pro his qui aliqua affinitate, vel amicitia conjuncti sunt vobis; nam salutatio, ut dicit *Glossa*, est quedam species orationis: *quid amplius facitis?* idest, quid plura facietis quam gentes, sive gentiles, qui ex quadam humano affectu hoc faciunt? quasi dicat: In hoc non eritis gentilibus perfectiores. *Nam et ethnici*: Rabanus, idest gentiles, sive, gentilibus dediti: *εθνος греческого народа*, gens latine: *hoc faciunt*, idest humano affectu suis cōpatiuntur, et pro suis orant. Chrysostomus: Si indignum est ut te qui in eodem est³ honore contemnat, quanto indignius est a te Deum contemni? *Estate ergo.* Ille ponitur conclusio; quasi dicat: Moniti vos ad perfectionem evangelicam: *ergo estate perfecti*: *Glossa*: In caritate Dei, et proxim: *sicut et pater vester coelestis perfectus est.* *Glossa*: *Si-*

cum imitationem notat; non aequalitatem; quasi dicat: Hoc quod dixi faciatis, ut mereamini esse filii patris coelestis per adoptionis gratiam.

Et nota, quod duplex est perfectio; scilicet glorie, et viae. De prima ad Eph. v, 13: *Donec occuramus omnes in virum perfectum etc.* Perfectio viae vel est naturae, de qua Gen. ii, 1: *Perfecti sunt cœli, et terra, et omnis ornatus eorum*: vel est gratiae: et haec est duplex; vel status, vel meriti. Perfectio meriti est multiplex. Prima cordis. Is. xxxviii, 3: *Memento quomodo ambulaverim corante in veritate et corde perfecto.* Secunda oris. Jac. iii, 2: *Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Tertia operis; et haec est multiplex. Prima innocentia, Ecli. xxxi, 8: *Beatus vir qui inventus est sine macula, etc.* Et sequitur: *Qui probatus est in illo, et perfectus inventus est.* Secunda excellentiae vitae. Gen. vi, 9: *Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis.* Ad hanc tenentur clerici super laicos. Tertia obedientiae. Gen. xvii, 4: *Ambula coram me, et esto perfectus.* Quarta patientiae. Jac. i 4: *Patientia opus perfectum habet.* Quinta perseverantiae. I Pet. i, 13: *Sobrium et perfecti.* *Glossa*: *Constanter perseverando.* Sexta est caritatis. I Joan. iv, 18: *Perfecta caritas foras mittit timorem.* Ad hanc tenentur omnes. Perfectio status est duplex. Primo ordinis. Deut. xxxiii, 8: dicitur Levitis: *Perfectio tua, et doctrina tua viro sancto tuo.* Secunda prælationis. Luc. vi, 4: *Perfectus erit omnis si sit sic ut magister ejus.* Tertia religionis. Infra 19, 21: *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus etc,*

¹ Al.: « quia si dicat. »

² Al.: « *Et si salutaveritis fratres vestros;* sup. tan-

tum. »

³ Al.: « es. »

CAPUT SEXTUM

1. Attende ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Ameu dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam, nescia sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit elemosyna tua in abscondito: et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

2. Et cum oratis, non eritis sicut hypocrita, qui aurum in synagogis et angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Ameu dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

3. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. El dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a coram, dimittet et vobis pater vester celestis de malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata letitia vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

4. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas, ut apparent hominibus jejunantes. Ameu dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo qui est in abscondito: et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

5. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolituri, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi nec aerugo, nec tinea demolituri, et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipse tenebrae quantas erunt? Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diligeret; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae. Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis anima vestre quid manducetis, neque corpori vestro quid indumentini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cerli, que non seruit, neque mentut, neque congregant in horrea; et pater vester colestis pascit illa. Nonne vos magis plures estis illis? Quis autem vestrum cogitat potest adiuvare ad statuam

summi cubitum num? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate filia agri, quomodo crescent: non laborant, neque merit. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis. Si enim femina agri quod hodie est, et eras in elibamnum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimmo, aut quid bibemus, aut quo operierum? Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quarate ergo primum regnum Dei, et justitiam eius; et haec omnia adjicentur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

4. Attende ne justitiam vestram faciatis coram hominibus. Haec est pars secunda ab illo loco, *Dico autem vobis etc.* in qua postquam mouit ad executionem evangelicae perfectionis, mouet ad executionis rectam intentionem. Et dividitur in duas. Primo mouet ad simplicitatem sanctae intentionis; secundo ad puritatem sanctae conversationis, ibi cap. vii, *Attende ne falsis prophetis.* Simplicitas sanctae intentionis debet esse affectus et effectus: contra duplicitatem effectus, de qua Eccli. n. 14: *Vix peccatori ingredienti terram duabus viis:* et contra duplicitatem affectus, de qua Jac. 1, 8: *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus operibus suis.* Primam ergo removet in hoc capitulo: et duplicitatem effectus removet, ibi, *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Duplicitas affectus⁴ est cum quis quod est bonum ex genere, facit ex mundano favore. Removet ergo primo apelitum mundani favoris ab omnibus operibus generaliter; secundo specialiter, ibi, *Cum ergo facis elemosynam.* Insuper primo ponit mundani favoris exclusionem; secundo subjungit rationem, ibi, *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum.* Bilit ergo: *Attende, id est canti et attenti estote, ne justitiam vestram, Glossa: Id est, opera justitiae vestrae: faciatis, Glossa, eo fine, coram hominibus, ut videamini ab eis;*

⁴ Al.: « effectus. »

idest, ut humanum favorem appetatis. Augustinus : Non prohibet videri ut Deus laudetur; sed videri ut ipsi laudentur. Chrysostomus : Sieut lampas abscondi non potest, sic nec opus justitiae celari. *Alioquin*; quasi dicat, quod si ita non feceritis, non habebitis mercedem apud patrem vestrum, qui in cælis est. *Glossa* : Quia humanus favor vobis deputatur pro cuius mercedis amore¹ fit. *Aggæi* i, 6 : *Qui mercedes congregavit, misit eas in sæculum pertusum.* Hieronymus. Non virtus, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. *Cum ergo facis eleemosynam.* Haec est secunda pars, ubi removet specialiter humani favoris appetitum a bonis operibus. Unde Augustinus in *Glossa* : A toto descendit in partes. Sunt autem tria bona opera maxime, scilicet eleemosyna, oratio, et jejunium. Eleemosyna contra oculorum concupiscentiam; oratio contra superbiam vitae; jejunium contra concupiscentiam carnis. Prima ordinat ad proximum; secunda ad Deum; tertia ad seipsum. Excludit ergo appetitum favoris humani, primo ab eleemosyna; secundo ab oratione, ibi. *Et cum oratis etc.*; tertio a jejunio, ibi, *Cum autem jejunatis etc.* In prima dicuntur quatuor. Primo ponit favoris exclusionem; secundo ejus rationem ibi, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ille ponit exclusionis rationem. Tertio dandi modum et discretionem, ibi, *Te autem faciente quarto danti promissionem, ibi, Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Dicit ergo : *Cum ergo facis eleemosynam, idest opera misericordie, noli ante te tuba canere, ad litteram, secundum Anselmum, forte canebant ut omnes venirent, quasi ad spectaculum cum eleemosynas dabant.* Vel tuba canere est pompa vanæ laudis appetere : unde Rabanus : Ante se tuba canit qui ante alios vult laudari. Vel, ut dicit Chrysostomus, tuba est omnis actus vel sermo, per quem ipsa operis jactantia designatur. Et sic aliquando ipsa etiam abscondit tuba est. *Sicut hypocrite faciunt.* Hypocrita, ut dicit Augustinus, est qui simulat quod non est : unde dicitur ab *hypo* quod est sub, vel supra, et

crisis aurum, quasi supra aureatus, intus luteus. *In synagogis*, ut videantur a sapientibus, et vicis, ut videantur a turbis : et per hoc notatur vana eorum intentio. *Ut honorificentur ab hominibus*; idest, eo fine ut honorent eos homines. Ecce vanæ pompa appetitus. Chrysostomus : Non est ingrata Deo quæ ab hominibus visa est eleemosyna; sed quæ ad hos est facta ut ab hominibus visa sit. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ille ponit exclusionis rationem. *Amen dico vobis, idest certe sciatis, receperunt mercedem suam.* *Glossa* : Id est merces sua laus humana est. *Te autem faciente eleemosynam.* Ille tertio ostenditur modus faciendi eleemosynam : unde dicit : *Te autem faciente eleemosynam, idest cum opus aliquod misericordie facis, nesciat sinistra tua.* Per sinistram intentio perversa designatur vanæ laudis, per dexteram intentio sancta implendi præcepta Dei, ut dicit Augustinus : unde *nesciat sinistra tua*, idest non se immiscat perversa intentio laudis, vel ineptæ latitiae, vel elationis, *quid faciat dextera tua,* idest cum præcepta Dei implere contenditis ; quasi dicat : Quod agit virtus, nesciat clatio, vel vana gloria. *Ut sit eleemosyna tua in abscondito,* idest in secreto conscientiæ, secundum *Glossam*. In conscientia dicit fieri eleemosyna quando propter Deum fit; non quia abscondatur aliquando ab hominibus. Unde Chrysostomus : Qui propter beum facit eleemosynam, neminem videt in corde suo nisi Deum, propter quem facit; et ideo si presentibus aliquibus faciat, tamen animus ejus non videt illos, etsi videatur ab eis. Potest et e contrario fieri ut nemo sit praesens, tamen ille in corde suo gerit personas quibus vult ostentare. Eleemosyna in abscondito fit quæ nullis miscentur tenebris. Lux intus est; tenebra extra. *Et pater tuus.* Ecce quartum, scilicet facienti promissio. Unde dicit : *Et pater tuus, qui videt in abscondito idest qui est discretor intentionum : ad Heb. iv, et 1 Reg. xvi, 7 : Homo videt quæ foris patent; Deus autem intuetur cor?* *reddat tibi,* scilicet mercedem. Eccli, v,

¹ Al. : « mercede. »

¶ : *Altissimus est patiens redditor.* Chrysostomus : Impossibile est ut hominum opus in abscondito dimittat Deus, quia gloria ejus est. Si vis ergo directiones tuas video, absconde eas. Si enim studueris nunc latere, tunc Deus famose prædicabit toto orbe terrarum præsente.

2. *Et cum oratis, non eritis sicut hypocrita.* Ille secundo removet appetitum humani favoris ab oratione. Et continet tria. Primo excludit humani favoris appetitum; secundo docet orandi modum, ibi, *Tu autem cum oraveris*; tertio orationis debitam subjungit formam, ibi, *Sic ergo orabitis etc.* Prima continet tria. Primo removet ab oratione, hypocritarum ostentationem; secundo ostentationis modum et finem, ibi, *Qui amant in synagogis et angulis platearum stantes orare;* tertio subdit eorum condemnationem, ibi, *Amen dico vobis, reecepérunt mercedem suam.* Dicit ergo : *Et cum oratis,* scilicet ex affectu mentis.

Sed hic est quæstio litteralis; quare non dixit : Cum oras, singulariter, sicut superioris; et, Cum facis etc. Responsio. Pluraliter dicit, *Cum oratis* quia omnium est orare; quia ad hoc non exigunt res temporalis, nisi cordis intentio. Sed elemosynam dare non est omnium. Vel dicendum, quod oratio dupliciter fit : in communi, sicut in choro; et solitario, etc. *Non eritis sicut hypocrite,* foris lucentes, intus fœtentes infra xxii : *Qui amant.*

Sed queritur quare non dicit, Qui orant. Responsio Chrysostomi. Qui revera non orant, sed amant videri ac si orarent.

Juxta hoc queritur quare non similiter dixit de elemosyna. Responsio. Quia licet dent elemosynam mala intentione, dant tamen ipsam rem.

In *synagogis*, ubi conveniunt sapientes, *orare*, ut videantur. *Stantes.* Ille dicit, quia mos Iudeorum est ut stando orent: quia stando legem acceperunt. Exod. xix, 17 : *Steterunt ad radicem montis etc.* Et in *angulis platearum* : supple amant orare. Chrysostomus : Querunt se abscondere ut dupliciter laudentur : primo quia

orant; secundo quia latenter orant. Ut videantur ab hominibus. Ecce vanæ intentionis Chrysostomus : Non intendunt exaudiri; sed videri. Item idem : O insania vanitatis! Esse nolunt quod desiderant apparere. Mendaciter orant enim non orent; et mendaciter laudantur enim non sint laudabiles. Speciem vacanæ religiosi vendunt et verbum vacuum ludis emunt. Finito verbo, finitur et bonum quod positum erat in Verbo. Unde bene subjungit : *Amen dico vobis;* quasi dicat, pro certo sciatis; *reecepérunt mercedem suam Glossa* : Laudem humanaam, sed a me recipient æternam ponam. *Tu autem cum oraveris etc.* Haec est secunda pars, ubi dat orandi modum : et primo ostendit debitum modum, secundo excludit ab ipso modo ritum gentilium, sive multiloquium, ibi, *Orantes autem nolite multum loqui.* Prima in duas. Primo dat orandi modum : secundo subdit promissum. ibi. *Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Modus autem orandi consistit in tribus. Primo in secreto meditationis, secundo in exclusione pravae affectionis, ibi, *Et clauso ostio;* tertio in rectitudinem intentionis, ibi, *Ora Patrem tuum in abscondito.* Dicit ergo : *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, idest secretum mentis et arcuatum, ut dicit Augustinus et Rabanus, per actum secretae meditationis.* Chrysostomus : Deus non voce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus : quia non est vocis, sed cordis auditor. Vel¹ *intrā in cubiculum* ad literam. Et signanter² dicit, *Cubiculum,* quia tunc anima debet ab exterioribus quiescere cum orat; et tunc est tempus convenientius, et locus secretior. Chrysostomus : Per diem mille te circumdederunt causæ, et non permiserunt te esse secretum orationi. Sed quando ad lectum perveneris, dic animæ tuae : *Animæ quomodo expendimus diem? Quid boni vel mali fecimus?* Roga Deum prius, et sic animæ tuae soporari permitte. Sic faciebat Judith, viii, sic Petrus, Act. x, et Tobias, iii. *Et clauso ostio;* idest, exclusa omni prava affectione et mundana, vel sensibus exte-

¹ Al. : « tu. »

² Al. : « significanter. »

rioribus clausis, ut dicit *Glossa*, Isa. xxvi, 20 : *Vade populus mens in cubicula tua, et clade ostia tua super te. Ora patrem.* *Glossa* : Qui oratur in spiritu, et veritate. Joan. ix, 23 : Ora non de mundanis. Isidorus : Longe est a Deo animus qui in cogitationibus seculi fuerit occupatus. Hieronymus : Aliud est narrare nescienti, aliud rogare scientem. Illic indicium, hie obsequium. In *abscondito*, idest cordis intimo. Chrysostomus : Orans nil novi faciat quod aspiciant homines, nec voce clamet, nec manus expandat, nec impudenter oculos tollat ad coelum, ut notabilis fiat. *Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Ecce promissum subdit dicens : *Et pater tuus, qui videt in abscondito, idest qui intuetur cor.* Hebr. iv, 13 : *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus : reddet tibi.* Non dicit, Dabit : quia iam se debitorem constituit, idest pro certo retribuet tibi mercedem. Chrysostomus : Intende Dei philautriam, idest amorem quod habet ad homines, et misericordiam Dei cum admiratione considera, cum pro his quoque qua nobis rogatur bonis, mercedem se pollicetur daturum. *Orantes autem nolite multum loqui.* Hic excludit ab oratione multiloquium : ubi primo ponit multiloquii prohibitionem ; secundo prohibitionis rationem, ibi, *Nolite ergo assimilari eis.* Dicit ergo : *Orantes autem nolite multum loqui;* idest, in verbis nolite confidere.

Contra I Thess. ult., 47 : *Sine intermissione orate.* Praterea Dominus multum stetit in oratione, infra xxvi, et Luc. vi.

Responsio secundum Augustinum. Damnat multiloquium de infidelitate, sed non orationes quas in cordis puritate sancti faciunt. Unde Anselmus : Nou est peccatum orare cum cordis devotione per multiloquium.

Sicut ethnici faciunt : gentiles enim multiplicabant¹ verba in orationibus primo ut indicarent intentionem suam da monibus quos adorabant : quia aliter non potuissent cognoscere. Unde Augustinus : Gentilibus erat necessaria verborum mul-

tiplicitas propter da mones. Secundo ut da mones absentes ad se revocarent ; et huic cause alludit Elias III Reg. xviii, 27 : dicens sacerdotibus Baal cum diu orassent : Clamate voce majore : Deus enim vester est, et forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut forte dormit : ut excitetur. Tertio ut verborum persuasione inclinarent eos ad miserendum : unde subdidit : *Putant enim quod in multiloquio exaudiantur* ; idest, opinantur quod in multitudine verborum persuasib illium preces eorum effectui mancipentur. Et quis illi ita faciunt : *ergo vos, mei fideoles, nolite assimilari eis,* scilicet in multiloquio, ut credatis Deum inclinari personasibilibus verbis. Isidorus : Non in multiloquio exaudiuntur homines, quasi pluribus verbis concutur Deum inflectere. Item ut putetis Deum vestrum ignorare quod petitis : *Scit enim pater vester quid opus sit vobis.* Ecce ratio prohibitionis ; quasi dicat : Non oportet vos multis verbis orare ; sed rebus, et cordis affectu simplici : dicit Rabanus : *quia scit pater rester quid opus,* idest quid necesse, sit vobis antequam petatis.

Quare ergo oportet orare? Responsio. Non ut doceas, sed inflectas : ut familiaris efficiaris, ut humiliaris, ut peccatorum tuorum rememoreris.

Et signanter dicit, *Pater vester*². Chrysostomus : Dicendo, *Pater*, et veniam peccatorum, et penarum interitum, et justificationem, et sanctificationem, et liberationem, et filiorum adoptionem, et hereditatem Dei et fraternitatem cum Unigenito copulatam, et sancti Spiritus dona largissima, uno sermone significavit.

Querunt hic Hieronymus et Rabanus. Si novit Deus antequam petamus, ad quid scienti petimus? Responsio. Multiplex est causa quare scienti loquimur et oramus. Prima ut nos profiteamur et sciamus habere nos ab eo quod petimus. Unde Rabanus : Nou est opus narrare, sed obsecrare. Secunda ut exemplum prae stetur. Unde Rabanus : Vult Deus ro gari, ut bonitas ejus derivetur ad populos. Tertia ut mens nostra excitetur. Un-

¹ Al. : « multiplicant. »

² Al. : « noster. »

de Hieronymus : Nos tempore orandi excitamus. Quarta ut devotio excitetur astantibus. Hieronymus : Loquimur, non ut nostræ faciamus indicium voluntatis, sed ut excitemus obsequium piaæ devotionis. Quinta, ut desiderium accendatur. Sexta ut cor purgetur. De his duobus *Glossa interlinearis* : Verbis cor accenditur, et precibus serenatur. Septima ut animus occupatus circa sancta verba retrahatur a superfluis cogitationibus.

3. Dominus dixit : *Sic orabitis*; non hoc orabitis. Non prohibet aliud ab hoc orare, sed docet sic orare. Unde haec oratio habet tria : est enim brevis, perfecta, et efficax. Brevis est, ut omnes possent capere tam docti quam indocti. Item ut daret fiduciam de facile impetrando. Unde Isa. x, 23 : *Verbum abbreviatum faciet Dominus*. Item perfecta est : ipse enim Deus tradidit hanc, et Dei perfecta sunt opera. Item efficax : unde Apostoli dicebant : Doce nos orare. Ipse autem sic dixit : *Sic orabitis* : *Pater noster qui es in celis etc.*) Et in hac oratione sicut in oratione r̄fectorum, duo facit. Primo captat henevolentiam : secundo docet quid petendum. Captat benevolentiam, sed alio modo quam captet homo hominis¹ benevolentiam, ut scilicet flectat eum ad se. Captum autem nos Dei benevolentiam ut elevemur ad eum. Requiruntur duo ad dantem, quod possit, et velit. Et ut velit, dicit, *Pater* : si enim est pater, vult utilitatem filiorum. Quod possit ostendit subdens : *Qui es in celis* : si enim est in celis, potest quod vult. Hoc autem quod dicit, *Pater noster*, valet ad fidei instructionem. Et removet duos errores, qui destruebant orationem. Quidam enim dicebant, Deum non habere curam de hominibus, ut habetur Ezech. ix, 9 : *De reliquit Dominus terram, et Dominus non videt*. Quidam autem dixerunt, quod habet curam, et providet de omnibus : sed providentia dat necessitatem rebus ; et sic non oportet orare, quia si providet

Deus, ita erit. Sed istas opiniones destruit enim dicit, *Pater* ; si enim est pater, providet filiis, ut habetur Sap. xii, 13 : *Non est autem aliis Deum quam tu, cui est cura de omniis*. Item pater dicitur ad filium, ut dominus ad servum. In eo enim quod ipse pater est, dicimus nos liberos : non enim dicitur pater aliam. Si ergo sumus liberi, habemus libertatem arbitrii² : ego aliquid est a nobis³. Per hoc vero quod dicit, *Qui es in celis*, ostendit omnia impetrabilia, quando ipse ibi immobilis est⁴. Quia sicut ipse qui est in celis, dispositus effectus produci ex causis, ita providit talē petitionem nobis dari. Unde valet⁵ ad sublevandum spem. Luc. xi, 13 : *Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester caelestis ? etc.* Item *Pater* valet ad excitandum caritatem : naturale enim est quod a patre diligatur filius⁶. Ephes. vi, 7 : *Filiū obedite parentibus vestris in Domino*. Item invitamus ad imitandum. Supra v, 45 : *Ut sitis filii patris vestris*. Item ad humilitatem provocamus⁷. Malach. i, 6 : *Filius honorat patrem, et dominum servus*. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus ? Et si Dominus ergo sum, ubi est timor meus ? Item dicens, *Pater noster*, affectus ordinatur ad proximum⁸ : quia si unus pater omnium, non debet contemnere quis proximum ratione generis. Item dicit, *Pater noster* : non dicit, Pater meus : quia Christus voluit servare quod sibi proprium est, quia quadam singularitate est filius Dei. Unde dicit, Joan. xx, 17 : *Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum* : quia aliter meum, aliter vestrum. Item docuit pro toto populo orare. Chrysostomus : Dulcior est apud Deum oratio quam non transmittit necessitas, sed fraternitas. Secundo ad captandum benevolentiam dicitur⁹, *Qui es in celis*, non pro corporali loco : quia celum et terram ego imleo, dicit Dominus : Ille rem. xxiii, 24 : sed propter eminentiam.

¹ Al. : « hoc. »

² Al. : « hominī. »

³ Al. : « libertatem liberi arbitrii. »

⁴ Al. omittitur : « est. »

⁵ Al. : « ostendit quod non sunt omnia immobilia, quia ipse immobilis. »

⁶ Al. : « secundo valet. »

⁷ Al. : « item ad caritatem excitandam : naturale est quod pater diligat filium. »

⁸ Al. : « item invitamus ad imitandum. Item ut ad humilitatem provocemur. »

⁹ Al. : « item affectus ordinatur ad proximos. »

Unde per hoc infirmis providetur, ut considerent per id quod supremum est in corporibus, quod Deo debent obsequi. Propter hoc versus orientem oramus, quia ab oriente vertitur cœlum. Et sicut cœlum supra corpus, ita Deus supra spiritum. Unde sicut corpus convertitur ad cœlum, ita spiritus convertitur ad Deum. Ut ergo spiritus revocetur a terrenis, dicit : *Pater noster, qui es in cœlis.* Aliter per cœlos, sancti intelliguntur. Isa. ii, 2 : *Audite cœli, et auribus percipe terra.* Psal. xxi, 4 : *Tu autem in sancto habitas.* Dat enim fiduciam impetrandi, quia non longe sunt a nobis. *Sanctificetur nomen tuum.* Hic captata benevolentia accedit ad petitiones. Sed omnis petitio habet desiderium : unde in hac oratione¹ continetur omne quod homo desiderare potest : et eo ordine quo petere debet : homo² enim desiderat consequi bonum, et vitare malum. Quatuor autem petuntur desideranda. Desiderium enim tendit in finem : unde in unquamque quod primo desiderandum est, est finis. Finis autem est Deus ; unde honor Dei primo est petendus ; et hoc tangitur : *Sanctificetur nomen tuum.* Item petenda sunt quæ ad nos pertinent : et primum est gloria Dei ; et haec tangitur : *Adveniat regnum tuum.* Item virtutes et merita bona ; et hoc tangitur : *Fiat voluntas tua etc.* Item subsidia mortalis vita, sive temporalia³ sive spiritualia ; et hoc tangitur : *Panem nostrum quotidianum :* sive intelligas panem temporalem, sive spiritualem vel sacramentalem. Item malum est vitandum. Contra bona sunt quedam impedimenta. Contra primum non est impedimentum, quia semper est honorandus Deus, sive velis, sive nolis habere. Beatitudinem impedit peccatum : ideo petit : *Dimitte nobis debita nostra etc.* Virtutes etiam et operationes bonas impedit tentatio ; ideo dicitur : *Et ne nos inducas in temptationem.* Habere necessaria hujus vita impedit malum ; ideo dicitur : *Sed libera nos a malo.*

Sanctificetur nomen tuum. Semper sanctificatum est : quomodo ergo peti-

mus ? Exponitur sic. Sanctificetur ; idest, quod in se sanctum est, manifestetur in nobis ; non quod accrescat sibi, sed nobis accrescit manifestatio gloriae suæ. Alter Chrysostomus, *Sanctificetur etc.* idest, sanctificetur ex operibus nostris ; idest, det nobis talia opera facere, ut sanctificetur etc. Secundum Cyprianum, *Sanctificetur ; idest, sanctifica nos in nomine tuo.* Isa. viii, 14 : *Et erit vobis in sanctificationem.* Sed sanctificari est ut qui non sunt sancti sanctificentur, et ut sancti in sanctitate perseverent, et si quidem sanctificati non sint, contrarium amoveatur.

Sequitur : *Adveniat regnum tuum* ; idest, fac nos ad regnum tuum pervenire, ut dicatur infra xxv, 34 : *Venite benedicti, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Alter Augustinus in sermone Domini in monte : Deus regnare incepit cum mundum redemit. *Adveniat*, idest, veniat consummatio regni tui. Luc. xxi, 31 : *Prope est regnum Dei.* Vel sic, *Adveniat regnum tuum* ; idest, regnes in nobis, non peccatum. Unde Rom. vi, 12 : *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Sed non potest venire quis ad regnum celeste nisi fiat coelestis ; ideo petimus ut fiamus colestes. *Fiat voluntas tua sicut in celo* ; idest, fac nos colestes. Unde petimus ut voluntas Dei impleatur per nos ; et hoc frustra, nisi a Deo esset ; ideo dicitur : *Fiat voluntas tua* : quia Deus operatur in nobis. Sed quid ? *Sicut in celo et in terra* ; idest, sicut Angeli faciunt voluntatem in celo, sic nos terreni faciamus in terra. Vel aliter. *Fiat voluntas tua*, sicut in Christo⁴, sic in Ecclesia. Unde : *Fiat voluntas tua in celo, idest in Christo, et in terra*, idest Ecclesia. Vel aliter. Per cœlum sancti, per terram peccatores. Unde, *Fiat voluntas tua etc.* idest, converte peccatores ut servant tibi ut justi. Unde Psalm. xvii, 29 : *Illuminas lucernam meam, Domine, illumina tenebras meas.* Vel aliter ; quia spiritus comparatus ad carnem, ita contrariatur. Unde Apostolus : *Video aliam legem in membris meis*

¹ Al. : « petitione. »

² Al. : « hic. »

³ Al. : « mortalia. »

⁴ Al. : « *Fiat voluntas tuas* ; idest, fiat voluntas sicut in Christo etc. »

repugnantem legi mentis meae. Rom. vii, 23. Unde, *Fiat etc.*, idest, sicut spiritus concordat voluntati tuae, sic et caro.

Et nota quod dicitur, *Sanctificetur nomen tuum*; et non Sanctificemus. Et hoc est, quia ad salutem requiriunt persona Dei, et liborum arbitrii. Sed si in prima persona peteretur, jam videretur quod solum ad liberum arbitrium pertinere.

Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Postquam docent petere gloriam et beatitudinem et operationes virtutum; hic docet petere quae sunt necessaria ad praesentem vitam, cum dicit: *Panem nostrum etc.* Hoc autem exponitur quatuor modis. Primo exponitur de pane qui est Christus, qui dicit de scipso. Joan. vi, 32: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Sed dicit *nostrum*, quia non enjusecumque, sed fidelium solum. Isa. ix, 5: *Parvulus natus est nobis etc.* Unde ex quo quis baptizatus est, jus habet in isto¹ pane. Sed hoc quod dicit, *Supersubstantialem*, loco ejus habetur in Graeco *Ūsion*, idest peculiarem; et quod sit supersubstantialis habetur ad Ephe. i, 20: *Constituens ad dextram suam in cœlestibus supra omnem principatum, potestatem, et virtutem, et dominationem.* Iste panis est quotidianus, qui quotidie debet sumi non a quoicumque, sicut in libro de Ecclesiasticis dogmatibus dicit Augustinus, quod quotidie recipere nec laudo, nec vitupero: sed in Ecclesia quotidie debet sumi a fidelibus; et percipitur, si non sacramentaliter, tamen spiritualiter. Sed Orientales aliam consuetudinem habent: quia in aliquorum Ecclesiis non celebratur nisi semel in hebdomada. Et Augustinus in *Sermone Domini in monte* dicit, quod illud sustinetur.

Da nobis. Sed qualiter dicitur, *Da nobis*, si nostrum est? Cyprianus. *Da nobis*, idest da ita vivere quod per peccatum non reddamur non idonei ad habendum istum panem. Non enim datur ei qui indigne recipit: sed assumit in damnum suum. *Qui enim manducat, et bibit indigne, judicium sibi manducat, et bibit*; ut habetur I ad Corinth. xi, 19.

¹ Al. : « de isto. »

Sed quid est quod dicit, *Hodie?* Dicendum, quod hodie aliquando accipitur pro praesenti die, aliquando pro tota vita nostra. Unde, *Da nobis hodie*; idest, ut in tota vita nostra possimus percipere; quia in hac vita tantum est necessarius: in alia enim, habita veritate, non indigebimus. Unde in hac vita, et nunc pecuniaris est, tunc continuus. Alia exposatio, ut per panem Deus, vel divinitas intelligatur. Lue. xiv, 13: *Beatus qui manducat panem in regno cœlorum.* Psal. lxxvii, 23: *Panem Angelorum manducavit homo.* Unde, *Da nobis hodie*: da ut in praesenti vita possimus ea frui. Item aliter potest exponi de pane sapientiae. Unde Prov. ix, 9: *Venite comedite panem meum.* Ille enim comedit panem sapientiae qui inquirit documenta salutis, qui facit divina præcepta. Quarto exponitur de pane corporali. Dixerat: *Sanctificetur nomen tuum*; et *Fiat voluntas tua etc.* Unde docerat nos cœlestes esse. Sed memor fragilitatis nostræ, docet nos petere terrena ad vitam necessaria. Unde I ad Tim. vi, 8: *habentes alimenta et quibus tegamur his contenti sumus.* Idem petuit Patriarcha Jacob Gen. xxviii, 20: *Si dederit mihi panem quo vescar, et vestes quibus operiar etc.* Sed dicit, *Nostrum*, quia de proprio, non de rapina. Alia ratio quare dicit nostrum, quia hoc datur ad necessitatem. Unde debemus accipere ut communia, ut dicebat Job xxxi, 17: *Si comedи bucellam panis solus.*

Sed quid est quod dicit, *Supersubstantialem?* Hoc ideo dicit, huius ut dicit Augustinus in lib. de orando *Deum ad Probum* id quod est præcipuum in vita hominis est panis. Eccli. xxix, 28: *Initium vite hominis aqua et panis.* Unde per hunc omnia quæ sunt substantialia ad vitam intelliguntur.

Sed dicit, *Quotidianum*, idest pro hac vita brevi: si enim peteret ad longum tempus, contrariaretur petitioni sue, quæ dixit: *Adveniat regnum tuum*, idest ad nos veniat². Si ergo longa petitio esset, contrariaretur orationi præcedenti. Item ut superfluitatem tollat, quia quod

² Al. : « veniet. »

necessarium est ad diem : contra quos-dam qui plus expendunt in uno prandio quam necesse esset in multis diebus. Item dicit, *Da nobis*. Chrysostomus : Temporalia habent boni et mali, boni ad utilitatem, mali ad dannum : boni igitur a Deo, mali a diabolo. Alia ratio. Sicut si aliquis offerret panem sacerdoti ad sanctificandum, postea peteret a sacerdote jam sanctificatum : sic dicitur, *Da nobis*, idest sanctifica nobis; et sanctificatur per orationem. Et quia noluit ut petatur ad longum tempus, ideo dicit, *Hodie* : vel *hodie*, idest in vita ista.

Sed quaeritur quare Dominus prohibuit sollicitudinem : unde dicit : *Nolite solicieti esse etc.* Illic autem docet petere. Sed homo licet potest desiderare quae necessaria sunt ad vitam, et non solum quae ad vitam sed quae ad statum : quia plura sunt necessaria regi quam homini : unde licet haec petere. Sed aliud est desiderare, et aliud sollicitum esse.

Item videtur quod non potendum sit nisi ad unum diem, quia dicit, *Hodie*. Solutio. Non intendit¹ quin cogites de futuro; sic enim periret populus Dei, quia sic non esset congregandum in astate quod comedendum est in hieme; sed sollicitudinem removet de futuro.

Sequitur : *Et dimitte nobis debita nostra etc.* Illic intendit ponere petitiones quae fiunt ad remotionem mali : et primo magis principalis, quod magis impedit. Hoe autem est peccatum ; ideo dicit : *Et dimitte nobis debita nostra* : quia contra eum peccavimus : nos enim indigemus de bono Dei. Hieronymus : Indignum est quod agamus aliquid contra Deum. Quando tu peccas, tu usurpas quod Dei est : quia voluntas Dei est regula omnium. Si ergo dimittis voluntatem Dei pro voluntate tua, usurpas quod Dei est. Ideo *dimitte nobis*, peccata. Et hoc ille petebat Psal. xxxviii, 14 : *Dimitte mihi ut refrigererar prius quam abram, et amplius non ero.* Et per hoc duos errores excludit. Error scilicet Pelagii, qui dicebat, quod sine peccato poterat homo vivere : et hoc est falsum, quia esset aliquis qui non posset dicere hanc oratio-

nem ; sed hanc Dominus dedit omnibus : omnes ergo peccatum habent. Et Joannes in prima canonica, cap. i, 8 : *Si dixeremus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* Item alias error, quod si quis peccavit, non potest agere paenitentiam ; sed hoc non doceret Dominus petere, nisi vellet remittere. Unde Joan. i, 12 : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri* : quod non fieret, nisi remitterentur peccata. *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Debitorum dicuntur duobus modis : vel quia peccant contra nos ; vel quia aliquid nobis debent, ut pecuniam, et hujusmodi. Non ergo docet ut dimittam debita pecuniae, sed debitum quo peccavit quis contra me ; vel etiam si offendit me pro solvenda pecunia, offensam teneor dimittere, non pecuniam. Indignum enim esset quod peterem misericordiam, si remittere non vellem. Unde Eccli. xxviii, 1 : *Homo homini servari iram, et a Deo petit medlam.*

Sed sunt multi qui nolunt dimittere, debent ne dicere : *Pater noster etc?* Quidam enim subtrahebant verbum illud, *Sicut et nos etc.*, sed talis omittens peccat, quia formam Ecclesie non servat. Dicendum ergo, quod licet sit in peccato, debet dicere : quia debet facere quicquid boni potest, quia licet non sint meritoria ad vitam aeteruam, tamen sunt proficia ad impetrandam gratiam. Item oratio dicitur in persona Ecclesie : unde licet ipse non remittat, tamen Ecclesia remittit.

Item querit Augustinus si solum illis qui remittunt offensas Dominus remittit. Et vult Augustinus quod eo tenore dimittamus quo dimittit Dominus. Dominus enim rogantibus dimittit : qui ergo paratus est roganti dimittere, fructum recipit orationis.

Et ne nos inducas in temptationem. Cyprianus exponit sic. *Et ne nos* ; idest, non sinas nos perducere in temptationem. Tentatio enim utilis est. Sed ille inducitur in temptationem qui tentationi succumbit. Multi volunt igne caeliceri, sed non igne comburi. I Corinthus, x, 43 : *Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari ultra*

¹ Ali. : « solummodo non intendit. »

quom possitis. Et per hoc amovet error Pelagi, qui dicebat, quod homo poterat perseverare per liberum arbitrium. Et hoc amovet eum docet non consentire tentationi. Ad Phil. ii, 13 : *Deus operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate.* Ultimum est, *Sed libera nos a malo*, praesenti vel futuro, pone vel culpe. Unde Augustinus, in hoc verbo : Omnis homo lacrymas fundit. Ita dicebat ille, Psal. lvi, 2 : *Eripe me de inimicis meis Deus meus.* Sequitur autem Amen, idest ita fiat. Hebraium est. Datur securitas impetrandi, si tales fuerimus quod dimittamus etc. In Graeco adduntur tria verba : *Quoniam tuum regnum et veritas et gloria.* Et haec tria tribus præmissis respondent. Vel sic. Tu potes, quia tuum regnum, tua est virtus qua potest donare : item totum ad gloriam Dei. Ps. cxiii, 4 : *Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam.*

4. *Cum autem jejunatis etc.* Haec est tertia pars ab illo loco, *Cum facis elemosynam etc.*, in qua excludit appetitum humani favoris a jejunio. Ubi primo excludit a jejunio modum indebitum ; secundo subjungit modum jejunandi debitum, ibi, *Tu autem cum jejunas ctc.* In prima dicuntur tria. Primo dissuadet hypocritarum simulationem ; secundo ponit sna ostentationis perversam intentionem, ibi, *Exterminant enim facies suas;* tertio subjungit eorum condemnationem, ibi, *Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.* Dicit ergo : *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocrita.* Per hoc quod dicit, *Nolite*, prohibet non solum facere, sed velle : quia in voluntate radix merendi, et demerendi est. *Tristes* : signatur dicit fieri tristes et non esse : quia ista tristitia, sive simulatio, solum in apparentia est. Chrysostomus : *Dum singunt se jejunare, non sunt tristes, sed sunt. Exterminant.* Ecce perversa intention : quia exterminant, idest extra proprios terminos humanae conditionis ponunt, secundum Augustinum et Rabanum : *facies suas*, in quibus magis apparent boni, Augustinus : Sicut de nitore vestrum jacantia, sic de nimio squalore, et macie. *Ut appareant hominibus*, qui vident solum exteriora, I Reg. xvi : *Jeju-*

nantes, idest abstinentes. Isidorus super Amos : Qui cibis abstinent, et mala agunt, diemones imitantur quibus culpa adest, et cibus abest. Chrysostomus : Si quis jejunat et tristem se facit hypocrita est. Quanto nequior est qui non jejunat, sed in facie sua argumentis quibusdam fingit venalem pallorem ? *Amen dico vobis.* Hic subjungitur eorum condemnatio : unde dicit : *Amen, idest vere, dico vobis, recuperunt mercedem suam*, non Dei, idest laudem quam intendebant. Gregorius in *Homilia* : Incassum caro afterrit, si a suis voluptatibus animus non refrenatur. *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum.* Hic subdit debitum jejunandi modum : et primo hortatur ad ipsum, secundo ponit promissum, ibi, *Et pater tuus etc.* Quantum ad primum dicit : *Tu autem cum jejunas unge caput tuum*, quadrupliciter. Primo caput, idest mentem oleo nitoris conscientiae, ne diabolus per capillos, idest cogitationes, teneat. Esther ii, 12 : virgines oleo mirrhyino ungebantur. Secundo oleo caritatis. Hoc inunguntur pugiles, idest activi boni. Infra xxv, 4 : *Prudentes virgines acceperunt olrum in vasis suis cum lampadibus.* Item oleo compassionis, et misericordiae, quo debent inungi prælati. Ecclæ ix, 8 : *Oleum de capite tuo non deficiat.* Chrysostomus : Caput tuum Christus est. Esuriens ciba, sicutem pota : et sic caput tuum unxit oleo misericordiae, qui clamat in Evangelio : Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Item oleo spiritualis lætitiae, quo inunguntur reges, idest contemplati. Exod. xv, 19 : *Sanctificabis vasa tabernaculi oleo.* Unde Hieronymus et Augustinus : Palæstinæ mos erat caput ungere. Ergo *caput ungi*, idest hilarem et festivum te exhibe, et faciem tuam lava. Chrysostomus : Facies est conscientia. Lava ergo faciem tuam quadruplici lotione. Primo per veram contritionem. IIiere. iv, 14 : *Lava a malitia cor tuum, Hierusalem, ut salva sis.* Secundo per confessionem Isa. i, 16 : *Lavamini, mundi estote, etc.* Tertio per tribulationum permissionem. Apoc. vii, 14 : *Laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine agni.* Quarto per devotam orationem.

Gen. xviii, 4 : *Afferam pauxillum aquæ ut laventur pedes vestri. Vel lava faciem idest intellectum a curiositate, et affectum ab illicito amore. Ne videaris hominibus jejunans.* Non prohibet simpliciter videri, sed velle videri; quasi dicat : Ne velis favorem vel laudem pro jejunio ab hominibus captare. *Sed patri tuo, per creationem m, et recreationem, et conservationem qui est in abscondito.* Glossa : idest in corde per fidem. Isa. xliv, 13 : *Vere tu es Deus absconditus. Et pater tuus ecce promissum qui videt in abscondito,* idest in humili et pura conscientia, reddet tibi. Sapien. x, 17 : *Reddet Deus laborem sanctorum suorum.*

5. Postquam docuit nos de jejunio, docet nos de eleemosyna, et dicit : *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.*

Sed videtur quod hoc non sit verum : quia regibus convenit thesaurizare. Sed dicendum, quod per thesauros intelligit abundantiam ; et haec duplex : necessaria, et superflua. Quod non est necessarium uni, est necessarium alteri. Et ideo cum rex multis indiget, multa potest congregare. Uni simplici peccatum esset quod non est regi, quia indiget defendere regnum. Item prohibit his qui videntur habere fiduciam in eis. Unde i ad Tim. ult. : *Divitibus hujus saeculi præcipe non subline sapere, nec sperare in iuerto divitiarum suarum.* Baruch. iii, 16 : *Ubi sunt principes gentium, qui argentum fabricant, sive thesaurizant, et aurum in quo confidunt homines ?* Item prohibit propter instabilitatem, quia cito amittuntur. Et ponit tria quæ in divitiis habentur : metallum, et haec rubigine consumuntur : vestes, et haec tineis ; et quadam quæ neutro modo, ut lapides pretiosi. Alia littera habet, *Nec commestura.* Unde tripliciter destruntur. Aut ex principio intrinseco, et sic tinea quæ innascitur vestibus : unde, *Ubi arugo et tinea :* aut ex luxuria possidentis ; ideo commestura ; quandoque ab extraneis : unde dicit : *Ubi fures non effodiunt.*

Si aliquis dicat, quod haec non finit ;

dicendum, et si non siant, tamen saepè contingit ; et si non contingit, possibile tamen est contingere : ideo arguit eas incertas esse.

Item exponitur mystice. Aerugo appetret, tinea latet : unde per aeruginem peccata corporalia, per tineam spirituallia. Item quadam sunt peccata quæ per scipios faciunt homines, quædam quæ cum alio ; et illa magis nocent. Dicit : *Nec fures effodiunt.* Vel dicit propter thesauros absconditos. Item per aeruginem superbi. Eccli. xii, 10 : *Sicut aramentum aruginat nequitia eorum.* Tinea corrodit vestimenta ; et haec significat exteriora opera, quæ per invidiam corroduntur. Proverb. xxv, 20 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno ; ita tristitia viri nocet cordi.* Item fures per vanam gloriam ; fures, idest dæmones, qui¹ cum non possint decipere homines per alia peccata, decipiunt per vanam gloriam. Item ponit stabilitatem divitiarum celestium, ubi dicit : *Thesaurizate vobis thesauros in celo.* Et hic Augustinus : Thesaurizate vobis in celo, non in aliquo loco corporali, sed in celo, idest in spiritualibus bonis ; idest, abundantiam honorum meritorum acquirite. Et dicit, *Vobis, non Deo,* quia nihil accrescit ei. Job xxxv, 7 : *Si justa eris, quid donabis ei : aut quid de manu tua accipiet ?* Docet antem Dominus unde hoc acquiritur, scilicet per eleemosynam, dicens Lue. xvm, ², 22 : *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo.* Ibi eniim, idest in celo, nulla erit ³ corruptio : quia corruptibile hoc induit incorruptionem. I Corin. XV Sequitur : *Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.* Docet contrariam conclusionem ⁴ esse nocivam : et hoc quia cordis distractionem habet : quia si terrena diligis, ibi erit cor tuum ; ubi eniim amor ibi oculus : oculi stultorum in finibus terra. Sed quia pauci sunt qui considerent istud, ideo ostendit quantum sit periculum, per exemplum. *Lucerna corporis tui.* Et hoc primo exponitur de oculo corporali : sicut enim lucerna ⁵ dirigit gressus hominiis, sic oculus :

¹ Al. : « quia. »

² Al. : « docet autem Dominus hoc, dicens Luece xviii. »

³ Al. : « ibi enim nulla est. »

⁴ Al. : « docet, hanc conclusionem. »

⁵ Al. : « sicut lucerna. »

unde si oculus tuus fuerit simplex, idest fortis ad videndum, corpus totum erit lucidum, idest dirigetur ad faciendum; si nequam, idest lippus et obscurus, totum corpus tuum tenebrosum erit; idest omnia opera tua sicut ad modum tenebrarum. Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipsæ tenebrae quantæ erunt? Lumen quod in te est, est cor et mens: si ergo ad terram dirigatur, et omnes sensus hominis ad terram dirigentur.

Aliter exponitur de oculo spirituali. Lumen enim inducit ad probandum, sicut hominis ratio. Prover. xx, 27: *Lucerna Domini spiraculum hominis.* Unde si oculus tuus fuerit simplex, sic quod ratio tua dirigatur in Deum, totum corpus tuum, inest omnia membra tua, a peccato servabuntur: si non, involventur in operibus tenebrarum. Vel *lucidum*, in resurrectione sanctorum. Infra xiiii, 43: *Tunc justi fulgebunt sicut sol.* Item per oculum significatur intentio. Unde qui vult operari, aliquid intendit: unde si intentio tua sit lucida, idest ad Deum directa, totum corpus, idest operationes tuae erunt lucide. Et hoc intelligitur in simpliciter bonis. Item per oculum intelligitur fides: unde si simplex est, ita quod tendat in Deum, idest non vacillet etc. Ad Rom. xiv, 23: *Quod non est ex fide, peccatum est.* Item per oculum significatur prælatus, qui est oculus subditorum. Unde cum prælati boni dirigunt plebes, tota populi congregatio lucet virtutibus etc. Ecol. x, 2: *Secundum judicem populi sic et ministri ejus.* Sequitur: *Nemo potest duobus dominis servire etc.* Quia dixerat quod thesaurizavit distrahit a Deo, ideo fugienda dicitur, quia non solum distrahit, sed alienat a Deo: quia *nemo potest duobus dominis servire.* Servus est qui ipsum quod est, alterius est: sed impossibile est quod animus feratur ad duos fines simul et semel dico contrarios et dissentientes. Item nota quod quidam dominatur ut subditi dirigantur; quidam autem ut timantur. Dominus et divitiae sunt contrariae domini; ideo *non potestis Deo servire et mammonam.*

Sed nota, quod aliud est habere divitias

ut dominus, aliud ut servus. Habet enim ut dominus, qui bene utitur illis, et inde facit fructum; sed ille est servus divitiarum qui fructum inde non accipit. Ecol. v, 12: *Est aliud malum quod vidi sub sole. Divitiae conservatae in malum domini sui.* Omne autem in quo quis ponit¹ finem suum Deus suus est: unde qui ponit finem suum in divitiis, Deus suus est, sicut dicitur de illis *quorum Deus venter est.* Phil. iii.

Non potestis Deo servire et mammonam. Per mammonam potest intelligi diabolus qui præstet divitias, et quasi Deus suus est; non quia possit dare, sed quia nimirum divitiae homines decipere: unde sicut est quidam spiritus fornicationis, sic est spiritus divitiarum. Aliter exponit Augustinus: *Nemo potest etc.,* scilicet contrariae: sed Deus et diabolus contrariae sunt. Quae conventio Christi ad Belial? II ad Corin. vi, 15: et in lib. III Reg. xviii, 21: *Quid claudicatis in duas partes?* Et sequitur: *Aut unum sustinebit,* idest diabolum. Et non dicit, Diligit, quia diabolus naturaliter diligit, diabolus vero sustinetur, sicut ponit exemplum Augustinus. Si aliquis cupit ancillam alienus, servit ei amore ancillæ, non ipsis: unde sustinet servitium domini propter ancillam. Sie aliquis sustinet servitium diaboli propter divitias.

Item posset aliquis dicere: Non pono finem in divitiis superfluis, sed necessariis. Et hoc prohibet Dominus dicens: *Ideo dico: Ne solliciti stis animæ vestre etc.* non quia anima manducet, sed quia homini convenit, anima existente in eo. Vel *animæ;* idest vitæ animæ. Et destruitur hic error Eutichiarum, qui dicebant quod viri apostolici non debebant laborare. Sed hos reprehendit Paulus dicens, II Thessal. iii, 10: *Qui non vult laborare, non manducet.* Secundum ergo Apostolum omnes teneantur.

Sed quaro, aut est consilium, aut preceptum. Si preceptum, ergo omnes teneantur; si consilium, constat quod non omnes, quia ad consilia non tenentur nisi homines perfecti.

¹ Al.: « quod quis ponit. »

Dico quod aliquid est praeceptum¹ propter se, aliquid propter aliud: ut cum aliquis cepit crucem ut eat ultra mare, quod eat ultra mare tenetur: sed non potest ire nisi querat navem: unde quererere est ei necessarium. Sic omnes tenentur ad conservandum vitam, ideo tenentur ad omnia quae faciunt ad istum finem: unde tenetur quilibet qui non habet unde conseruet vitam, laborare ut conservet.

Quid ergo dicit: *Nolite solliciti esse etc.* Dicendum; quod sollicitudo nominal providentiam cum studio; studium autem est vehementis applicatio animi. In ista autem vehementi applicatione potest esse peccatum, quando scilicet ponit animum ibi ut ad finem: et sic non debemus solliciti esse. Et ideo habetur Prover. ii, 7: *Expectatio sollicitorum peribit.* Item potest esse quod mens intendat ad superflua acquirenda; et sic prohibetur, ut habetur Eccl. ii, 4: *Dixi ego in corde, Vadam, et affluam divitias.* Item sollicitudo potest esse, quia animus nimis solicitatur ad temporalia acquirenda, et necessaria. Et de hoc habetur I ad Corinth. ii. Item quidam solliciti sunt cum quodam timore et desperatione, quia timent sibi deficere; et haec sollicitudo prohibetur.

Sequitur: *Nonne anima plus est quam esca?* Docuit vitare sollicitudinem etiam necessariorū. Ponit rationes: et primo talem. Qui dedit majora, dabit minora; sed Deus dedit animam et corpus, ergo qui dedit haec, servabit ea. *Respicite voluntia cari etc.* Est haec alia ratio.² Qui providet minoribus, providebit majoribus; sed Deus providet brutis: ergo etc. Primo deducit in cibo; secundo in vestimento. Docet ergo vitare sollicitudinem, dicens: *Respicite, idest considerate, voluntia cari,* quia ex his est sapientia. Unde Joh. xii, 7: *Interroga jumenta, et docebunt.* Unde cum non habeant operationem ad acquirendum panem, attamen etc. Et tria dicit, quo ad tria quae requiruntur; scilicet serere, metere, et congregare. Et quantum ad hoc tria dicit: *non serunt neque metunt, neque congregant in horrea;*

et tamen pater vester celestis pascit illa. Et dicit, *Vester, non illorum,* quia proprius pater est rationalis creatura. *Pascit ea:* de quo in Psalm. cxlvii, 9: *Qui dat jumentis escam ipsorum etc.* Nonne vos magis pluris estis illis, idest majoris valoris? Homo enim omnibus praeponitur, ut habetur Gen. i, 26: *Facianus hominem: et sequitur: ut prasit piscibus maris, et volatilibus caroli.* Et non est intelligendum quin apostolici viri non congregent; sed est intelligendum quod Deus in congregatione, a tribulatione liberat justos, ut Danielem liberavit de lacu leonum, et tres pueros de fornace. Et non dico quod existentes in tribulatione non debeant facere ut eruantur, quia praecepit Dominus ut ex una civitate fugerent in aliam; sed est intelligendum, quod si faciant isti quod in se est, quod liberabit eos Dominus. Et ista exempla inducuntur ad sciendum quod Dominus habet providentiam de omnibus, et dat unicuique secundum modum suum. Avibus enim dedit quomodo necessaria acquirerent: dedit enim eis naturalem instinctum quo moverentur ad inquirendum unde viverent: ideo non debemus esse nos nimis solliciti. *Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?* Ille probat experimento, quod sicut providet avibus, ita et nobis. *Quaedam enim est pars animalis, qua subjacet rationi, ut motiva et sensitiva;*³ *quædam qua non, ut augmentativa et nutritiva;*⁴ et in his convenit homo cum brutis: et sicut providet brutis in augmentatione et nutrimento, sic et hominibus. Unde augmentatione non est nobis ex nobis, sed ex Deo: unde de providentia Dei non debetis desperare. *Considerate lilia agri etc.* Instruxit nos de cibo; modo de vestimento: unde *habentes alimenta et quibus tegamus, his contenti simus.* Iad Tim. vi, 8. Dicit ergo: *Considerate lilia agri.* Consideratio creaturarum debet esse ad laudem Dei. Psalm. cxlii, 3: *Meditabor in omnibus operibus tuis etc.* *Non laborant neque nent.*⁵ Ad vestimentum enim requiruntur et opus virorum et mulierum. Ideo ad amovendum

¹ Al.: « docet quod est praeceptum. »

² Al.: « est haec est alia ratio. »

³ Al.: « ut motiva sensitiva. »

⁴ Al.: « ut augmentativa nutritiva. »

⁵ Al.: « nec hinc non laborant. »

opus virorum dicit, *Non laborant*; ad excludendum opus mulierum dicit, *Neguent*. *Dico enim quod neque Salomon in omni gloria sua copertus est sicut unus ex istis*: quia et si ars imitetur naturam, non tamē consequitur: unde nunquam ars faceret colores ita puros, sicut in natura sunt in floribus. Et dicit, *In gloriam*, quia inter notos¹ apud Iudaos Salomon gloriosior fuit; et tamen vestimentum non potuit ita adaptari ei sicut lilio. Item dicit Chrysostomus, quod liliū habet ista sine solicitudine: Salomon autem saltem oportuit præcipere. Hieronymus retorquet ad resurrectionem: quia per lilia Angeli; et sicut Angeli non indigent vestimento, sic in resurrectione, qui reformatum corpus, providebit de vestimento. *Si enim fenum agri* etc. Ille commutat liliū in fenum;² et argumentatur, quia si minoribus providet, providebit et nobis, qui potiores sumus quo ad dignitatem substantiæ, quia nos super ista sumus. Item quo ad durationem, quia nos aeterni quo ad animam; istud vero *hodie est*, et *cras in elibamum mittitur* etc. Isaï xl, 7: *Exsiccatum est fenum, et cecidit flos*. Item quo ad finem, quia homo est propter beatitudinem; fenum vero propter usum hominis. Psal. cxlvii, 8: *Qui producit in montibus fenum, et herbam screvitū hominum* etc. Et ad vilem usum, scilicet ut in elibamum mittatur, quo ad aliquas terras ubi fit ignis de stipulis. Et si hoc *sic vestit*, idest dat necessarium ornatum, quanto magis vos modicae fidei? Vel sic ut per fenum intelligentur infideles. Si ergo infidelibus, qui parati sunt ad elibamum ignis, multo magis electis. *Nolite ergo solliciti esse* etc. Ille concludit de nraque; et debes exponere sollicitudinem quatuor modis, ut superius dictum est. Vel sic. Si vivis in aliqua societate, non sis sollicitus de cibo ampliori, vel vestimentis amplioribus; immo esto in eis quasi unus ex eis, *Habe enim omnia gentes inquirunt*: quia ibi ponunt finem, quia credunt in eis esse beatitudinem. Et si hoc non credant, ponunt ibi magnam sollicitudinem, quia non credunt providentiam divinam. Et quia in ordinatione

ad finem dno requiruntur, scilicet scientia et voluntas; dicit: *Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis*. Unde seit, quia Deus: item, quia pater, vult. Quid ergo facietis? dicit tria. *Primum quarrite regnum Dei*, tamquam finem, quia regnum est beatitudo. Regnum dicitur a regendo: tunc enim homo regitur, quando voluntati regenti subditur. *Hoc autem erit in celo*: unde Lue. xiv, 15: *Beatus qui manducat panem in regno Dei*. Item justitia perducit ad regnum. Proverb. viii, 20: *In viis justitiae ambula, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam etc*. Et ideo dicit, *Et justitiam ejus*: et dicit ejus, et non hominis, quia per justitiam propriam nullus potest venire ad regnum. Tertio dicit: *Et haec omnia adjicientur vobis*; quasi, ultra forum haec adjiciuntur. Proverb. x, 13: *Non affliget Dominus fanie animam justi*. Non ergo debemus haec temporalia querere; et hoc verum est tamquam finem aut mercedem. Unde non debemus evangelizare ut comedamus, sed potius e converso.

Sed contra hoc objicit Augustinus de Paulo, quia dicit. II Corinth. xi, 27: *In fane et siti et nuditate laboravi*. Et respondet, quod sicut medicus aliquando abstractum cibum et potum infirmo ut curet eum; sic Dominus, qui habet providere, permittit hominem pati, vel ut curetur si curanda sunt aliqua vel ut alii exemplum recipiant.

Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Sed hoc non videtur, quia nullus tenetur ad maiorem perfectionem quam Christus³ et Apostoli: sed Christus habuit loculos; Apostoli etiam congregabant. Augustinus exponit sic. *In crastinum*, idest futurum, cogitando nimis de temporalibus, scilicet ibi finem ponendo, vel etiam superflua congregando. Vel, secundum Hieronymum, *Nolite solliciti esse in crastinum*, verum est de his quæ ad Dnm pertinent, faciendo quæ in nobis sunt. Non enim debemus dimittere laborare, si timeamus de pluvia, vel hujusmodi, quæ ad Dnm pertinent. Vel sic. Nolite illam sollicitudinem quam debetis in futuro habere, acci-

¹ Al. : « natos. » — ² Al. : « et fenum. »

³ Al. : « Christi. »

pere in praesenti ; sicut tempore messium accipere curam de vindemiis non est competens. Quare ? *Sufficit enim dici malitia sua*, idest tribulatio et angustia,

quam habet homo in die, sufficere debet ei, non autem accipere eam quam debet habere in futuro etc.

CAPUT SEPTIMUM

1. Nolite judicare, et non judicabimini; nolite condemnare, et non condemnabimini; in quo enim iudicio judicaveritis, judicabimini; et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo : et ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Nolite sanctum dare canibus, neque militias margaritas vestras ante poros, ne forte conculeant eas pedilus suis, et convexis dirumpant vos. Petrite, et dabitur vobis; querite, et inuenietis; pulsate, et aperietur vobis : omnis enim qui petiti accepit, et qui queritur inventit, et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porrigit ei? Aut si pisces petierit, nunquid serpente porrigit ei? Si ergo vos cum sitis mali, nosta bona data dare filii vestris; quanto magis pater vester, qui in celis est, dabit bona potenteribus se? Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hec est enim lex, et prophete. Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via que dicit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arca ista est que dicit ad vitam, et pauci sunt qui invenient eam!

2. Attende a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt hui rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis avas, aut de tribulis fici? Sic omnis arbor bona bonus fructus facit, mala autem arbor mala bonus fructus facere, neque arbor bona mala fructus facere. Omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Ideo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent nulli in illa die: Domine, Domine, noue in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc contibelior illis: Quia non propterea novi vos. Discedite a me omnes qui operamini iniuriam, Omnis ergo qui audit verba mea here et facit ea, assimilabitur viro sapienti qui adflicavit dominum suum supra petram, et descendit pluvia, et venerunt fluminia, et flaverunt venti, et iruerunt in domum illam, et non eccecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea here et non facit ea, similis erit viro stulto qui adflicavit dominum suum super arenam: et descendit pluvia, et venerunt fluminia, et flaverunt venti; et ierue-

rint in domum illam; et eccecidit, et fuit ruina ejus magna. Et factum est, cum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam ejus. Erat autem docens eos sicut potestatem habens, et non sicut Scribe eorum et Pharisaei.

4. Implevit legem quo ad precepta et quo ad promissa; nunc quo ad iudicia. Primo ergo ordinat ut non sit temerarium iudicium, et dicit: *Nolite judicare etc.*, idest ex amaritudine odii. Amos vi, 13: *Convertisti iudicium in amaritudinem*. Vel sic. *Nolite*, quantum ad ea quae nostro iudicio non sunt commissa. Domini est iudicium, nobis commisit iudicare de exterioribus, de interioribus vero sibi retinuit. Nolite ergo iudicare de eis. I Corinthi. iv, 5: *Nolite judicare ante tempus*. Hier. xvii, 9: *Primum est cor hominis; et quis cognoscet illud?* Nullus enim debet iudicare de aliquo quod sit malus homo: dubia enim in meliorem partem interpretanda sunt. Item iudicium debet esse congruum quantum ad personam iudicantis: unde si es in eodem peccato vel majori, non debes iudicare. Ad Roman. ii, 1: *In quo enim iudicas alterum, te ipsum condennas*. Item non prohibetur prelati, sed subditis: unde non debent iudicare nisi subditum. Sed Chrysostomus, *Nolite judicare etc.*: idest nolite iudicare vosmetipsos vindicando.¹ Unde si remittitis, non inde judicabimini: immo ratione hujus misericordiae, misericordiam consequemini. Sequitur ratio. *In quo enim iudicis iudicaveritis, judicabimini*; idest, pro quo iudicio iudicaveritis iudicabimini. Psalm. vii, 17: *Convertetur dolor ejus in caput ejus etc.* Et infra xxvi, 52: *Qui percusserit gladio, gladio peribit*. Vel sic. Timere debent qui iudicant, ne hoc iudi-

¹ Al. : « judicando. »

² Al. : « unde. »

eo Dominus permittat eos puniri, ut in Isa. xxxiii, 1 : *Vix tu qui prædaris; nonne et tu prædaberis? In qua mensura etc.* Hic ponit rationem sub similitudine judicii. Index enim est sicut regula animata. Cum enim vis æquare duo, defers ad regulam; et quod superabundat de uno resecas; sic si aliquis habeat de alieno plusquam debeat habere, id resecat,¹ et reddit unicuique quod summum est: idest, pro ista mensura remetetur nobis.

Sed objicitur. Aliquis peccat temporaliiter, et inde punitur aeternaliter: videtur, quod non sit æquum iudicium.

Dico, quod in peccato duo sunt consideranda: duratio et offensa: et in offensa duo; scilicet aversio et conversio. Ex parte conversionis, culpa finita est: ex parte aversionis, infinita, quia avertitur a Deo qui est infinitus. Cum ergo avertat se ab infinito, infinite puniri debet. Item ex parte durationis est duo considerare; scilicet actum, et maculam. Actus momentaneus est, macula infinita, idest aeterna; ideo infinite, idest aeternaliter puniri debet. Unde si a dæmonibus posset deseriri macula, possent liberari a culpa et poena. Similiter a parte poenae est acerbitas, et hæc est finita; item duratio, et hæc est infinita.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? Hic dicit, quod non debet esse iudicium inordinatum. Inordinatum enim est quando ab aliquo incipit, non plene examinata causa aut gravitate delicti. In judicando enim duo sunt necessaria: cognitio causæ, et iudicium. De primo Job xxix, 16: *Causam quam nesciebam, diligenter invesigabam etc.* Quid autem vides festucam, leve peccatum, in oculo, idest in conscientia fratris; trabem autem, idest grave peccatum, in oculo tuo non vides? Per trabem et festucam docet considerare quantitatem peccatorum. Sæpe enim qui gravia peccata committunt reprehendunt eos qui levia; sicut contingit in iudicandis religiosis, cum aliqui qui gravia faciunt, quæ vident levia in

religiosis iudicant gravia; sed absorben-
tur illa sicut una gutta aquæ in multi-
tudine vini. Item contingit quod aliquis ex
infirmitate peccet leviter, et aliquis ju-
dex malus, qui vellet² punire illum ex
odio considerat festucam in oculo illius,
non autem trabem in oculo suo. Quo-
modo ergo, idest, qua fronte dicere potes.
Frater sine ejiciam festucam de oculo tuo? Veretur te debes.³ Chrysostomus: Quo animo eiligit homo magis alium
quam se? Si enim corrigis eum animo
correctionis, prius corriges te; sed hoc
facis odio, vel inani gloria; ideo
etc.

Sed queritur utrum qui in peccato
mortali est, possit alium corrigeri. Dico,
quod aut aliquando fuit in peccato, aut
non. Si nunquam fuit in peccato, debet
timere ne cadat, ideo invite debet corri-
gere: si aliquando in peccato fuit, cum
mansuetudine corripere debet. Et ideo
forte Dominus permisit Petrum cadere,
qui debebat esse pastor Ecclesiæ, ut mi-
tius se haberet cum peccatoribus. Et do
Christo dicit Paulus Hebr. iv: *Non habe-
mus Pontificem qui non possit compati
infirmitatibus nostris, tentatum per omnia
pro similitudine absque peccato.* Si au-
tem subjacet peccato; aut est publicum,
aut occultum. Si occultum, aut ex infir-
mitate, quia displicet ei quod peccat; et
sic corripere potest; quia quod corripit
in alio, corripit in seipso. Si ex malitia,
nunquam debet corripere. Si autem
publicum, non debet arguere cum severi-
tate, sed mansuetè seipsum conjungere
illi. Unde contra peccatores non est objur-
gandum cum asperitate.

Sequitur: *Hypocrita, ejice primum
trabem de oculo tuo.* Incipit Dominus
arguendo, sicut inferius contra servum
nequam etc. Augustinus: Ostendit quod
intendit reprehendere eum qui assumit
auctoritatem quæ non est sua. Ps. xlii, 6:
*Peccatori autem dixit Deus: Quare
tu enarras justitias meas, et assumis tes-
tamentum meum per os tuum? Tu vero
odisti disciplinam etc.* Ejice primum,
jejunando, orando, trabem de oculo tuo;

¹ Al.: « sicut si aliquis habeat de alieno plus-
quam debet habere, ideo resecat. »

² Al.: « et male affectus vellet. »

³ Al.: « debet. »

et tunc poteris videre festucam in oculo fratris tui. Sequitur : *Nolite sanctum dare canibus* : in quo ostendit quod iudicium debet esse discretum.

Notandum ergo quid per sanctum, et quid per margaritas. Augustinus : Sancta sunt inviolata et immaculata conservanda; margaritaque pretiosa: non debent contemni. Per canes, qui lacerant dentibus haereticis significantur. Per porcos, qui conculeant pedibus, immundi. Sancta ergo dare canibus est sancta haereticis ministrare. Item si aliquid spirituale dicatur, et istud contemnitur, porcis datur. Vel per sancta, ecclesiastica sacramenta, per margaritas, mysteria veritatis¹. Canis est animal totaliter immundum. Porcus partim immundus, partim non. Per canes infideles, per porcos mali fideles. *Nolite ergo sanctum dare canibus*; idest sacramenta dare infidelibus. Margarita: idest sensus spirituales, non debet porcis dari : I Corinth. ii, 14 : *Animalis homo non percipit ea quae Dei sunt*: idest, ne forte contemnant. Proverb. xxvii, 7 : *Anima satiata conculet favum*. Unde diversi, ad peccata, dirumpunt, qui contemnunt, vel calumniam inferunt.

Sed quare? Nonne Christus multa bona dixit infidelibus, et illi dirumpabant verba sua? Dico, quod hoc fecit propter bonos qui cum malis erant, qui inde proficiebant.

Petite, et dabitur vobis. Dedit suam doctrinam, quae est completa et perfecta; hic docet qualiter possit impleri. Ad hoc autem est necessaria oratio, et diligens attentio. Primo ergo docet petere; secundo dat seenitatem ad impetrandum, ibi, *Aut quis, ex vobis etc.* Dicit ergo. *Petite.* Et in hoc vide duas falsas opiniones amoveri. Primam, scilicet superhorum, qui putant suis viribus precepta complere. Sed dicit, quod necesse est petere a Deo, *quid enim habes quod non accipisti?* I Cor. iv, 7. Hem amovet opinionem multorum qui dicunt, quod Deus

non curat de orationibus, et quod non impearcent si peterent. Ideo addit : *Et accipietis.* Item addit : *Quarite et invenietis.* Et hoc exponitur primo ut in istis duabus nihil addatur, sed tantum exprimitur modus². Requiritur enim ad petitum sollicita attentio: item fervens devotio. Et haec duo innuit³, cum dicit, *Quarite*, idest orate. Vel *perte*, sicut qui aliquid querunt, totam intentionem ibi ponunt. Unde ad illud pertinet quod sponsa dicit in Cant. iii, 1 : *Quæsici quem dilexit anima mea. Et invenietis.* Psalm. xxvi, 4 : *Unam peti a Domino, hanc requiram.* Item *quarite*, ad modum pulsantis: quia qui clamat ad ostium, si uon exaudiatur, fortiter pulsat. Cant. vii, 2 : *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Secundo exponitur juxta Augustinum referendo ad ea quæ Christus dicit de seipso Joan. xiv, 6 : *Ego sum via, veritas, et vita.* Si vis per hanc viam ire, pete ab eo ut vias tuas dirigat, dicens cum Psalm. xxiv, 4 : *Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* Si vis veritatem cognoscere, quare, et invenies. Sed non sufficit viam nosse et veritatem querere, nisi veniamus ad vitam; idest⁴, ut in illam ingrediaris, pulsa. Ude exod. xv, 17 : *Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuae.* Sed juxta eundem, longe melius ad instantissimam petitionem omnia ista referuntur⁵. Item aliter exponitur referendo⁶ ad diversos actus. *Petite orando, quarite studiendo, pulsate operando. Omnis enim qui petit accipit etc.*

Dicit aliquis : Tu dicas quod petamus. Credo quod dicitur istud sanctis hominibus; sed non sum de numero istorum. Ideo dicit : *Omnis qui petit accipit etc.* Sed videtur falsum esse: quia scribitur Joan. ix, 31 : *Scimus quia peccatores Deus non audit.*

Et Augustinus solvit id. Si peccatores Deus non audit, quomodo dictum est de Publicano, quod dicebat Lue. xviii, 13 : *Propitiis esto, Domine, mihi peccatori?*

¹ Al. : « dignitas veritatis. »

² Al. : « sed tantum modus. »

³ Al. : « hic duo innuit. »

⁴ Al. : « Secundum vero Augustinum retorquetur de ea qua Christus dicit de seipso. »

⁵ Al. : « unde in Psal. xxiv. »

⁶ Al. : « nisi venimus ad vitam: unde etc. »

⁷ Al. omittit sententia: « Sed juxta » usque ad referuntur. »

⁸ Al. : « retorquendo. »

Unde addit : *Peccatores non audiunt*, scilicet
volentes remanere in peccatis. Sed sci-
endum, quod oratio est meritoria, et impe-
tratoria; et potest esse meritoria etiam si
non sit imperatoria.

Sed quid est quod dicit quod *omnis qui petit accipit?* Videtur esse falsum,
quia non semper accipitur quod peti-
tur.

Dico, quod in quatuor casibus petit
homo et non exauditur. Quia vel petit
quod non expedit. Infra xx, 22 : *Nescitis quid petatis?* Ideo petenda sunt necessaria
ad salutem. Item secundo quia non
bene petit. Jacob. v, 3 : *Petitis et non accipitis, eo quod non bene petatis.* Ideo
petendum est pie, idest cum fide. Item
humiliter : unde Lue. i, 48 : *Respirat humilitatem ancille sue.* Item pie, idest
devote. Item non aliquando auditur,
^{cum¹} pro alio oratur eius merita con-
tradicunt. Illicere. xv, 1 : *Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum etc.* Item non
exauditur, quia non perseverat. Lue.
xviii, 1 : *Quia oportet semper orare, et perseveranter: quia Dominus vult quod crescant vota.* Item contingit quod Dominus
exaudit, sed non videtur: quia dat
Dominus ad utilitatem, non ad voluntatem, ut accidit Panlo. Augustinus: Bonis
Dominus qui saepè non tribuit quod petimus, ut tribuat quod mallemus; et quia
nos vocamus eum patrem, tribuit nobis
quod pater filio. Ideo subdit : *Quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porrigeret ei?*
Per panem intelligitur Christus. Iou. vi,
51 : *Ego sum panis vivus, qui de celo descendit etc.* Item panis est sacra doc-
trina. Ecli. xv, 3 : *Cibabo illum pane vitæ et intellectus.* Item caritas. Isa. xxx,
23 : *Erit panis terræ uberrimus et pinguis.* E contrario lapis est diabolus. Job.
xli, 15 : *Indurabitur cor ejus quasi lapis.* Item dicitur obdurate; unde dicitur
Ezech. xxxvi, 26 : *Auerum a cibis cor lapideum, et dabo cor carneum.* Item
dicitur falsa doctrina. Job. xxviii, 3 : *Lapidem caliginis et umbram mortis divi-*

dit torrens etc. Unde si quis petit a Deo,
ut a patre, panem, idest Christum, non
dabit diaholum. Similiter *si pisces.* Pisces
vivit in aquis, et est intelligentia in dog-
matibus². Iou. iv, 14 : *Qui biberit ex hac aqua, non sitiet amplius.* Et ibid. 14,
Erit sors aquæ vita salientis in vitam aeternam. Item per aquas tribulationes.
Unde per pisces, viventes in aquis tribu-
lationis. Vel pisces dicitur fides, qua latet
sub aqua, idest custodia spiritus. Sed per
serpentem falsa doctrina haeticorum.
Dicit ergo : *Et si petierit piscom, non dabit ei serpentem.* Alius Evangelista
ponit tertium, scilicet ovum. Ita quod
per panem caritas, per piscom fides, per
ovum spes. Infert : *Ergo si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris,*
quanto magis pater vester, qui in celis est, dabit bona petentibus se?

Sed dicit aliquis : Hoc dixit Apostolis,
qui non erant mali. Et solvit Chrysostomus : Quia immo ad comparationem ho-
niritatis divinae. Isa. lxiv, 6 : *Omnes iustitiae³ nostræ quasi pannus mensuatae.* Hieronymus dicit : Et si non omnes mali
secundum actum, tamen omnes mali
secundum proutitatem ad malum. Unde
habetur Gen. vi, 5 : *Quia cuncta cogitatio humani cordis intenta est ad malum omni tempore.* Et Illic. xvi, 12 : *Ecce enim unusquisque ambulat post pravitatem cordis sui.* Augustinus : *Si ergo vos, cum sitis mali:* non dicitur, *Vos estis mali;* sed *Cum sitis mali;* daretis filiis temporalibus temporalia bona, qua: reputati bona, multo magis ergo pater vester
qui est summe bonus. Et hoc est quod
sequitur : *Quanto magis pater vester qui in celis est, dabit bona petentibus se, si vultus accipere? Omnia ergo quæcumque vultus ut faciant vobis homines, et vos facite illis :* idest, aliis dimittite, si vultus
ut dimittatur vobis. Aliqui apposuerunt *omnia bona;* sed non oportet, quia dicit,
Vultis : voluntas autem bonorum, et eu-
cipititas malorum; ideo non est necessariū addere *bona.* Unde quod tibi vis
fieri, aliis facias. *Hac est enim lex et prophetæ :* et non dicit : Tota lex et pro-

¹ Al. : « quia. »

² Al. : « et est abundantia dogmatum. »

³ Ap. : « iustitiae. »

phetae, sicut in primis praeceptis. Infra xxii, 40 : *Ab illis enim duobus tota lex pendet et prophete. Intrate per angustum portam.* Ne forte crederet aliquis, eo quod dixerat, *Petite et accipietis*, quod homo totum haberet a Deo sine operibus bonis; ideo docet¹ quod hoc etiam sit per opera bona. Primo ergo ponit admonitionem; secundo rationem. Dicit ergo, *intrate;* idest, conemini ad intrandum. Augustinus exponit dupliciter. Christus porta est. Joan. x, 9 : *Ego sum ostium:* quia sine ipso non venitur ad regnum. Haec porta est angusta per humilitatem: quia humiliavit se usque ad mortem. Unde Isa. x, 23 : *Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram.* Unde *intrate per angustum portam*, idest per Christi humilitatem. Luc. ult. 26. : *Oportuit eum Christum pati, et ita intrare in gloriam suam;* et sic nos oportet. Unde per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Item haec porta dicitur caritas. Psalm. cxvii, 20 : *Haec porta Domini, justi intrabunt in eam.* Haec est arctata lege divina: et per hanc debemus intrare servando legem et praecepta. Deinde assignat rationem: *Quia lata porta et spatiosa via est quæ dicit ad perditionem.* Et describit duas portas: unam latam, aliam strictam. Lata describitur, quia lata dia bolus, lata præsumptio superbite. Infra xvi, 18 : *Porta inferi non prævalebunt adversus eam.* Haec porta lata est, quia latum est quod omnes recipit: non enim est quod eam replet². Item haec porta dicitur iniustitia, sive vitium. Et haec est lata, quia multipliciter contingit. Dicitur enim virtus uno modo, vitium autem multis variis. Osea iv, 2 : *Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit etc.* Item est via lata: et hoc est opus peccati. Hier. ii, 18 : *Quid tibi vis in via Aegypti?* Item haec via est spatiosa, quia in sui principio videtur esse lata, sed post angustatur, quia exitus ejus est ad perditionem: quia *stipendia peccati mors est.* Rom. vi, 23 : *Et multi sunt qui intrant per eam.* Hie tangit nu-

merum, quia ad litteram *stultorum insinuatus est numerus.* Eccl. i, 15 : *Angusta est porta, ei arcta via quæ dicit ad vitam.* Haec est contraria præcedenti, et haec est arcta, quia arctata secundum regulam legis, et est via contra viam. Prover. iv, 27 : *Vias enim quæ a dextris sunt, novit Dominus; perversæ vero sunt quæ sunt a sinistris etc.*

Sed potest queri quare via caritatis est arcta: quia videtur quod sit lata. Proverb. xi, 2 : *Ducam te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris nos arctabunt gressus tui.* Via autem peccatorum est via stricta: unde Sapien. vii, 5 : *Ambulavimus vias difficiles.*

Dicendum, quod est via carnis et rationis. Via caritatis in via carnis est stricta via, in via rationis et contra. Et est exemplum de Paedago: quia quanto plus diligit puerum, magis arctat gressus suos. Unde via caritatis in via carnis arctantur, in via rationis et contrario. Psal. cxviii, 120 : *Conlige timore tuo carnes meas.*

Et pauci sunt qui inventiunt eam. Ille facit mentionem de difficulti et rara inventione in via spiritus; et in via carnis non. Et est ratio: quia via carnis est delectatio, et haec est in promptu; via vero spiritus est occulta: unde Psalm. xxx, 20 : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Quia enim est in occulto, ideo et pauci inventiunt eam. Sed et aliqui inventiunt et retrocedunt: de quibus dicitur Luc. ix, 62 : *Nemo mittens manum suam ad aratum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei.*

2. Docet cautelas, a quibus cavendum sit. Describuntur autem a professione: quia prophetae.

Sed potest queri, de quibus prophetis, quia lex et propheta usque ad Joannem: unde in templo illo non erant prophetæ de Christo, quia in ipso finiuntur. Ideo dicendum quod prophetæ sunt doctores in Ecclesia et prælati.

Sed quid est quod dicit, *Falsi?* Falsi dicuntur qui non mittuntur. De talibus dicitur Hier. xxiii, 21 : *Non mittebam eos,*

¹ Al. : « quia forte crederet aliquis quod dixerat, Petite etc. Ne crederet quod totum haberet a Deo

sine operibus bonis. Ideo docet etc. »

² Al. : « quod replet, »

et ipsi currebant. Item falsi dicuntur qui mendacium dicunt : unde Hiero, ii, 8 : *Prophetæ ejus prophetaverunt in Baal.* Si etiam multi fuerint pseudoprophetae in populo : sicut et in novis erunt magistri mendacii.

Attendite, idest diligenter cavete : quia occulti sunt, et a laqueis occulti caverendum est. Unde malignitas eorum intrinsecus latet. Dicit ergo : *Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium etc.* Oves sunt fideles. *Nos autem populus ejus, et oves pastores ejus :* Psalm. xlxi, 3 : Vestimenta autem eorum sunt jejunitum, eleemosynæ, quibus se tegunt. It ad Tim. iii, 5 : *Habentes speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Sed sciendum, quod si lupi se tegant pelibus ovium, non tamen propter hoc ovis perdit pellem suam : sic fiet illi mali bonus operibus teguntur, tamen mali boni proficiunt. *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hoc principalius exponitur de hereticis, ex consequenti de malis praefatis. Unde habetur super illud Joan. x, 2, *Ego sum pastor bonus :* Dicitur quod quidam est pastor, qui gubernat et regit; quidam lupus, qui perniciem intendit; quidam mercenarius, qui commodum proprium querit : unde pastor est amandus, lupus fugiendus, mercenarius tolerandus. Quod ergo dicitur, quod *intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, intelligitur de his qui habent intentionem pervertendi plebem; et lupi sunt dicendi. Item mercenarii, scilicet mali Christiani, qui dispergunt malo exemplo, qui vitam habent malam, quantum ad effectum, habent modum lupi. Act. xx, 29 : *Quoniam intrabunt post dissensionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Et dicit, *Intrinsecus,* quia malam habent intentionem occidendi plebem. *A fructibus eorum cognoscetis eos etc.* A fructibus, idest operacionibus.

Sed videtur contra : quia habent vestes ovium et vestes sunt opera : ergo ab eis cognoscetur. Chrysostomus : *Fructus est confessio fidei.* Unde si confitetur fidem, non est haereticus. Ad Eph. v, 9 : *Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia et*

veritate etc. Si autem exponatur de simulatoribus, tunc sic exponitur, quod per exteriora opera. Unde ad Gal. v, 22 : *Fructus autem spiritus est caritas, galudum et pax etc.*

Sed quares : Qualiter possunt cognosci? Dicendum, quod potest vix aliquis hypocrita esse ita compositus quin apparat aliquid malitiae vel verbo vel facto. Prov. xxvi, 19 : *Quomodo in aqua resplendent vultus prouidentium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Et Seneca : Nemo potest diu fletam ferre personam. In duobus autem maxime manifestantur. In his quae subito ageuda occurunt : quia in his quae cum deliberatione quis facit, cavit sibi. Item in tribulationibus. Eccli. vi, 8 : *Est amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.* Item manifestantur quando non possunt consequi quod volunt, vel cum iam consecuti sunt : unde principatus virum estendit¹.

Numquid colligunt de spinis uvas? Per uvas ex quibus fit vinum, intelligitur spiritualis letitia : quia *vinum letificat cor hominis.* Psol. cxii, 15. Per sius dulcedo ecclesiastica pacis quae est caritas. Haec non possunt nasci de tribulis, idest peccatoribus, quia *spinæ et tribulos germinabit tibi.* Gen. iii, 18. Et hoc probat per exemplum. *Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.* Ex hoc Manichæi assumpserunt duas naturas, scilicet bonam et malam. Sed hoc non est verum : quia videamus de mala creatione bonum fructum, et e converso. Unde ad hoc debes intelligere quod arbor est principium fructus. Sed principium est duplex. Principium naturæ et principium moris. Principium naturæ est anima; et quicquid inde procedit naturaliter, totum bonum est. Principium autem moris est voluntas; ideo si voluntas fuerit bona, et opus bonum, cum habeat voluntatem bonam cum intentione bona : quia si vellet furari pro eleemosyna danda et si voluntas bona est, non tamen intentione est recta. Sed quid fiet de arbore mala? *Omnis arbor quæ fructum non fa-*

¹ Al. : « cognoscit. »

cit excidetur : quia si non facit, vel si omittit facere cum possit, excidetur. Unde Joan. xv, 6 : *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet ; et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Unde Luc. xii, 7, dicitur de siculnea, quam scilicet praecepit Dominus succidi¹ et tolli : *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.* Concludit : *Ergo a fructibus eorum cognoscitis eos. Non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine etc.*

Posita doctrina, ostendit quod oporteat eam observare, quia nihil aliud sufficit ad salutem. Et circa mandata, sive doctrinam Dei, quatuor sunt necessaria, sive laudabilia ; ut ore confiteamur, confirmetur miraculis, et audiatur verbum Dei, et exequatur opere. De primo, ad Rom. x, 10 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* De secundo, Marci ult., 20 : *Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.* Item ut audiatur. Joan. vii, 47 : *Qui ex Deo est verba Dei audit.* Item quanto requiritur quod faciat. Jae 1, 22 : *Estate factores verbi, et non auditores tantum.* Unde vult ostendere quod tria sine quarto non proficiunt ; unde dicit : *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine etc.*

Sed videtur hoc esse contrarium Apostolo dicenti : *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto : sed qui habet Spiritum sanctum intrat in regnum celorum.*

Solvit Augustinus, quod dicere dicitur multipliciter. Communiter, et stricte et proprio. Et stricte non est aliud nisi manifestare affectum et voluntatem ; et sic dicitur ab Apostolo loc. cit : *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.* Et hoc nihil aliud est quam credere Dominum, et obedire. Item communiter, id est ore qualitercumque numerare : de quo habetur Hierem. xvi, 13 : *Populus hic labiis me honorat ; cor autem eorum longe est a me.* Vel sic : *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine etc.* Ingeminat verbum hoc, ² *Domine, Domine,* ad significandum quod duplex est confessio ; scilicet vocis, et laudis : qua-

rum neutra sufficit. Ideo Isai. xxvi, 43 : *Populus hic labiis me honorat ; cor autem eorum longe est a me.* Quis ergo intrabit ? Non qui dicit, *Domine, Domine* ; sed qui fecerit voluntatem patris mei etc. in, Joan II, 13 : *Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo* etc. Unde nemo potest ascendere, nisi descendat ut Christus, de quo dicitur Joan. vi, 38 : *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Unde oportet facere voluntatem Dei, Thess. iv, 3 : *Hoc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra.* Unde dicebat David Psal. cxlii, 10 : *Doce me facere voluntatem tuam.* Et etiam sicut Dominus docuit orare : *Fiat voluntas tua.* Sed notandum, quod per hoc quod dicit, *Regnum,* tangitur remuneratio eterna : unde dicit, *Intrabit.* Illud enim regnum in bonis spiritualibus est, non in bonis exterioribus ; ideo dicit, *intrabit.* Ideo Cant. i, 4 : *Introduxit me rex in cellaria sua.* Item dicit, *Celorum :* quia licet aliquis hie divitias habeat, vel honores, hoc totum est propter illud. Unde in sublimibus erit renumeratio. Sed posset aliquis dicere quod facero miracula sufficit ad salutem. Istud excludit : *quia multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus ?* Et dicit *Multi,* significans eos qui ab unitate recedunt, quia sunt sub multitudine : *quia stultorum infinitus est numerus :* Eclesiast. i 15. Item introducit hoc ad noticiam ejus quod dixerat, quod *omnis arbor qua fructum non facit, absindetur.* Et non dixerat a quo ; ideo, dixit, *Mihi,* tanquam judicii constitutio : *quia nonne iudicium dedit Pater Filiu.* Joan. v, 22. Item dicit, *In illa die.* Dies terminum nominat, sed non secundum temporis qualitatem : quia dies iudicii aliquando nox dicitur. Ali quando autem dies dicitur, aliquando nox : *quia in certum est quando veniet :* unde infra xxv, 6 : *Media nocte clamor factus est : ecce sponsus venit, exite obruiam ei.* Diem dicit Apostolus, i ad Corinthi, iv, 3. Et in Psal. xxxvi, 6 : *Et educet quasi lumen iustitiam meam, et iudicium meum tamquam meridiem.* Domine

¹ Al. : « scindi. »

² Al. : « verbum hie. »

Domine. Multiplicat ad significandum maiorem confusionem et timorem. Sap. 5, 2 : Turbabuntur enim timore horribili. Nonne in nomine tuo ejicimus daemonia ? Haec est potestas supernaturalis. Job. xli, 24 : Non enim est potestas super terram quæ huic scilicet potestati diaboli caleat comparari.

Sed tunc queritur qualiter qui ejiciunt daemonia sint reprobati. Respondet Chrysostomus, quod isti mentiuntur. Alia responsum est, quod aliquando fuerint boni et fecerint miracula, post facti sunt mali. Sed hoc non potest stare; quia dicit Dominus : *Nunquam novi vos.* Alio modo dicendum, quod dicunt, *In nomine tuo*, non in nomine Spiritus sancti. Quidam enim in virtute Spiritus sancti, quidam non. Ut enim habetur Hierem. ii, 8, quidam prophetaverunt in nomine Baal. Item quidam per artes magicas.

Sed queritur qualiter daemones faciunt miracula. Dico, quod non possunt; sed faciunt aliqua quæ viduntur miracula. Non tamen sicut miracula. Illa dicuntur miracula quando effectus patent, causa latent. Unde potest esse aliquid mirum apud quosdam minus scientes quod non est apud sapientes, ut patet de eclipsi. Unde cum daemones veriori modo cognoscant naturalia, possunt facere quæ nobis videntur miracula. Alter secundum Hieronymum. Quia secundum quod dicit, inter dona Spiritus sancti quedam sunt quæ gratis data sunt: sola caritas est quæ distinguit inter filios Dei et filios diaboli. 1 Corinth. xii, 7 : *Unicuique datur manifestatio ad utilitatem*, vel ad profectum bonitatis ejus, vel Ecclesia, ut fides quam praedicat manifestetur. Et sic etiam aliquando prælatus male vivens potest miracula facere.

Et tunc confitebor illis, quia non novi vos; id est, non approbavi, nec etiam cum faciebatis miracula. n ad Timoth. ii, 19 : *Novit Dominus qui sunt ejus.* Dicit, *Non novi vos;* cum dicit, *Discide a me, quia nunquam approbati estis.* Omnis ergo qui audit etc. Ostendit quod sine operibus nihil sufficit, nec etiam auditus verbi Dei: quia auditus ordinatur ad fidem. Rom. x,

17 : *Fides autem ex auditu.* Auditus enim non sufficit. Et hoc dupliceiter manifestat: quia proponit eventum ejus qui audit et facit, et ejus qui audit et non facit, sub similitudine. Et primo facit tria. Primo ponit adificationem: secundo impugnationem, ibi, *Et descendit pluvia etc.*, tertio immutabilitatem, ibi, *Et non cecidit etc.* Dicit ergo quod non sufficit auditus: auditus enim est necessarius; Joan. viii, 47 : *Quia qui ex Deo est, verba Dei audit;* sed non sufficit Rom. ii, 13 : *Non enim auditores verbi, sed factores justificabuntur*¹ Item bene dicit, *Verba mea haec:* quia quicquid ad salutem pertinet, ibi continetur. Unde *qui audit verba haec, et facit, assimilabitur viro sapienti.* Et non dicit quod sit sapiens; sed *Assimilabitur.* Et potest haec similitudo intelligi de corporali adificatore, et sic plana est littera; vel potest intelligi spiritualiter; et sic iste vir est Christus. Eccl. vii, 29 : *Virum unum de mille reperi.* Dominus Christi est Ecclesia: scit enim qualiter oportet adificare: unde de ipso, Proverb. ix, 4 : *Sapientia adificavit sibi dominum.* Et Proverb. xiv, 4 : *Mulier sapiens adificat dominum suum supra petram.* 1, Corinth. x, 4 : *Petra autem erat Christus.* Unde Christus super se adificat: ipse enim fundatum: unde I ad Corinth. iii, 2 : *Fundamentum aliud nemo ponere potest prater id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Hoc enim est fundamentum veritatis aeternæ. Hoc autem est omnino immobile. Psal. cxxiv, 1 : *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion.* Sequitur impugnatio hujus domus: *Et descendit pluvia.* Pluvia doctrina intelligitur; et est bona et mala pluvia. Ergo quæ irruit est mala doctrina. Genes. xix, 24 : *Dominus pluit super Sodomam sulphur et ignem.* Item flumina sunt bona et non bona. Isa. xviii, 2 : *Dixerunt flumina terram ejus.* Et per hoc significantur sapientes qui reputant se sapientes esse. Ista flumina ex pluviis generantur. Per ventos daemones. Unde in Canonica Jude xii : *Nubes sine aqua, que a ventis circumferuntur etc.* Et irruerunt in domum idest in Ecclesiam, et non cecidit. Non

¹ Al. : « glorificabuntur. »

*nim dirumpentur funiculi ejus in extre-
num, Isa. xxxiii, 20. Et quare? Fundata
erat super petram, idest Christum. Con-
sequenter ponit similitudinem, ponens
eventum illius qui audit, et non facit :
et circa hoc primo ponit adificationem ;
secundo impugnationem, ibi, *Et descen-
dit pluvia etc.* tertio ruinam, ibi, *Et ce-
cidit etc.* Dicit : *Et omnis qui audit verba
mea hæc, et non facit ea, similis erit viro
stulto, qui eccecidit a lumine sapientiae.*
Unde Eccl. iv, 16 : *Melior est servus sa-
piens quam senex infatuatus.* Item stul-
tus est diabolus. Domus quam adificat,
est congregatio infidelium : unde Psalm.
lxxiii, 30 : *Repletæ sunt terræ domibus
iniquitatum.* Et iste super arenam. Per
arenam infideles, qui infructiosi sunt.
Item propter numerositatem. *Stultorum
euim infinitus est numerus :* Ecclesiast. i,
45. Item arena non adhaeret, sic isti
semper in jurgio sunt. Fundat ergo supra
arenam ; idest, sine, qui est quasi
fundamentum ; scilicet intentionem suam
firmat super bonum temporale. *Descendit
pluvia,* idest bona doctrina, *venerunt flu-
mina,* idest sacri doctores ; *faverunt
venti,* idest Angeli : Psal. cii, 4 : *Qui fa-
cit Angelos suos spiritus : et irruerunt in
domum illam, et cecidit.* Apoc. xiv, 8 :
Cedicit, cedicit Babylon, scilicet per pre-
dicationem. *Et fuit magna ejus ruina.*
Si velimus adaptare similitudinem, dicen-
dum est sic, quod homo debet adificare
sicut Christus. Et hoc docet Apostolus i
Corinth. iii, 10 : *Unusquisque videtur quo-
modo superadficere etc.* Aliquis enim ad-
dificat habitaculum Dei : quidam e con-
trario, ut infra ; et, ut habetur I Corinth.
iii, quidam super stipulam aedificant.
Fundamentum euim est illud super quod
ponit aliquis intentionem suam. Quidam
enim audiunt ut sciant, et hic adificant
super intellectum ; et haec est adification
super arenam : unde Iac. i, 33 : *Qui au-
dit et non facit, similis est consideranti
vultum nativitatis sur in speculo.* Unde
super mutabile addificant. Quidam autem
audit ut faciat et diligat ; et hic adificant
super petram, quia super firmum et sta-
bile. Prover. xxii, 6 : *Adolescens jueta**

*viam suam, etiam cum scuerit, non re-
cedet ab illa.* Istud enim fundamentum
est super caritatem. Apostolus, Rom.
vii, 35 : *Quis nos separabit a caritate
Christi?*

Sed hic potest queri quare fundamen-
tum quod est in intellectu, instabile et
non firmum est, sed quod in affectu. Ra-
tio est, quia intellectus est universalium :
non enim potest scire multa nisi in uni-
versali ; ideo vagando circa universale
non est stabilitas. Sed operationes et af-
fectus sunt circa particularia, et circa
consuetudinem bonam : ideo si tentatio
veniat, adhaeret ei quod consuevit, scili-
et operationi bone ; ideo resistit.

Sed tunc¹ queritur quid intelligat per
pluviam. Ideo dicendum, quod diabolus
nunquam tentat primo in majoribus ; sed
primo in minoribus, deinde procedit ad
majora. Unde per pluviam cogitatio pra-
va. Tentat ergo in cogitatione prava ; et
si consentit, tentat postea in majori ; et
sic postea augmentatur. Et ex ipsis sunt
flumina. Et post totis viribus irruit, et
necessario cedit. Eccli. xix, 1 : *Qui speri-
nit modica, paulatim decidit.* Vel sic.
*Pluvia tentatio carnis, flumina tentatio
mundi, venti tentatio diaboli.* Vel secun-
dum Augustinum, *pluvia* superstitionis
doctrina, cui inhaerens gravissime cedit,
et haec facta est ruina magna ; sed non
magna quando titubat et non cedit :
quia cum accedit tentatio, timet et dolet.
Quidam vero totaliter. Psalm. cxxxvi,
7 : *Erixanite, erinanite usque ad funda-
mentum in ea.* Vel dicitur ruina magna,
quia impenitens est cor. Job xxi, 13 :
*Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad
inferna descendunt.*

*Et factum est cum consummasset Jesus
verba hæc, mirabantur turbæ.* Ponitur
effectus. Erat enim triplex modus homi-
num qui sequebantur Dominum Jesum.
Quidam enim mirabantur et scandaliza-
bantur, ut Pharisæi, de quibus infra xv.
Quidam mirabantur sed non scandaliza-
bantur, ut turbae. Quidam vero, ut per-
fecti non mirabantur.

Sed querendum de hoc quod dicit,
Turbæ, quia non erant ibi turbae. Et po-

¹ Al. : « nunc. »

test dici, quod factus est sermo et turba et discipulis; sed in monte sub caeruleo montis erat quedam planities. Discipuli ergo erant in caeruleo cum Christo; sed turba in planities. Vel potest dici, quod primo discipulis, et post turbis. Vel potest dici: Secuta sunt eum turbae discipulorum.

Sed quæ erat ratio admirationis? Quia erat docens tanquam potestatem habens. Unde in eo impietur quod dicitur Eccl. viii, 4: *Sermo illius potestate plenus est.* Unde *Quasi potestatem habens*, quia ut dominus loquebatur, vel sicut legislator. Vel *sicut potestatem habens*, cum virtute penetrandi cor. Unde dicitur Ps. lxvii, 34: *Dubit voci sue vocem virtutis.* Vel cum potestate faciendo miracula: quia quod dicebat, miraculis confirmabat.

Augustinus dicit, quod omnia quæ dicuntur in hoc sermone debent reduci ad septem dona et ad beatitudines: quia

quod primo dicitur, *Non occides*, hoc pertinet ad donum timoris, et ad beatitudinem paupertatis. Istud autem quod sequitur, *Esto consentiens adversario*, pertinet ad donum pietatis, per quod impletur mansuetudo. Illud autem, *Non machaberis etc.*, pertinet ad donum scientiae, per quam impletur beatitudo iustitiae. Istud de sustinendo, ad donum fortitudinis, quo impletur, et ad beatitudinem, *Beati qui esurient et sitiunt justitiam etc.* Illud autem quod dicitur, *Diligite inimicos vestros*, ad donum consilii, quo impletur beatitudo misericordiae. Per¹ illud vero quod sequitur in IV cap. de non habendo solicitudinem usque ad *intrate per angustum portam*, intendit mundare cor: unde pertinet ad donum intelligentiae, et ad beatitudinem quæ est munditia cordis: unde: *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Quicquid autem sequitur, ad bonum sapientia.

CAPUT OCTAVUM

1. Cum autem descendisset Jesus de monte, secutæ sunt eum turbae multæ. Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens. Mundare. Et confessum mundata est lepra ejus. Et ait illi Jesus: Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti et offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis.

2. Cum autem introisset Capernaum, accessit ad eum Centurius, rogans eum, et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torturatur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurius ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: et dieo huic: Vade, et vadi; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fas hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non iuveni tantum fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno cœdorum; filii autem regni ejicietur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Dixit Jesus Centuriui: Vade, et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa horâ.

3. Et cum venisset Jesus in dominum Petri, vidit sarcinam ejus jacenteam et frébricamentem, et tetigit manum ejus: et dimisit eam febris, et surrexit, et ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei

multos demonia habentes; et ejiciebat spiritus verbo; et omnes male habentes curavit. ut adimpleretur quod dictum est per Iesum prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, et aggrationes nostras portavit. Vident autem Jesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris. Et dicit Jesus: Vulpes cavae habent, et volucres carli nidos; filii autem hominis noui habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis ejus ait illi: Domine, permittite me primum ire, et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi: Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos tuos. Et ascendente eo in naviculum, scenti sunt cum discipulis ejus; et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiatur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?

4. Et cum venissent Jesus trans fretum in regionem Gerasenorum, ocurrerunt ei duo labentes demonia ex monumentis exenuentes, saevi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis et tibi, Jesu fili Dei? Venisti hic ante tempus torpere nos? Erat autem non longe ab illis grec multorum porcorum pascens. Daemones autem rogabant eum, dicentes:

¹ Al. deest: « per. ».

Si ejicis nos hinc, mitte nos iu gregem porcorum. Et ait illis, Ite. At illi exentes abiuerunt in poros. Et ecce magno impetu abiit totus grex per praecepsum in mare, et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, et venientes in civitatem nuntiaverunt hanc omnia, et de his qui demonia habuerant. Et ecce tota civitas exiit olyviam Iesu; et viso eo rogabant eum ut transiret a flauibus corum.

1. Posset videri quod ex jactantia loqueretur Dominus; ideo auctoritatem suam signis commendat. Primo ergo ponuntur signa quibus liberantur homines a corporalibus periculis; secundo a spiritualibus, cap. ix. Circa primum duo facit. Primo ponit signa quibus homines liberantur a periculis provenientibus ex intrinsecis causis, ut lepra secundo ex extrinsecis, ut tempestate, ibi, *Et ascendente eo in naviculam*. Commendat auctoritatem: quia statim, quia absens, quia perfecte, quia multis. Quia statim in leproso, quia absens in servo Centurionis, quia perfecte in socru Petri, quia multis in aliis multis.

Circa primum tria. Primo testes miraculi introducuntur; secundo infirmus inducitur, ibi, *Et ecce leprosus*; tertio auxilium praebetur; ibi, *Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare*. Dicit ergo: *Cum autem descendisset Jesus de monte etc.* Mons iste est cælum. Psal. LXVII, 17: *Mons in quo beneplacatum est Deo habitare in eo.* Unde postquam descendit de caelo, *secutæ sunt eum turbæ*. Phil. II, 7: *Exinanivit semetipsum formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo.* Vel per montem altitudine doctrinæ. Psalm. XXXV, 7: *Justitia tua sicut montes Dei.* Cum esset in monte, idest cum altam duxit vitam, secuti sunt eum discipuli sui. *Et cum descendisset, secutæ sunt eum turbæ.* I ad Corinth. viii, 4: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus.* Secundo persona infirmi introducitur: et ponuntur duo. Primo infirmitas ostenditur; secundo sollicitudo adhibetur. Infirmitas, quia est leprosus; et hoc significat spirituales infirmitates. Quædam enim infirmitates, sunt intra latentes, ut febres; quædam vero, etsi sunt ab intra, ejus tamen effectus patet exteriorius, ut lepra. Illo ergo leprosus est cuius mala voluntas manifestatur per ma-

lum actum. Isa. LIII, 4: *Et nos putavimus eum quasi leprosum.*

Sed quæstio est: quia in Luca habetur, quod cum veniret Capharnaum, mundavit leprosum. Dicendum, quod Matthæus sequitur historiam, quia cum iret in Capharnaum, in via apparuit leprosus.

Sequitur sollicitudo: quia primo venit, secundo adoravit: unde dicit, *Ecce leprosus.* Sic peccator per fidem venit, sed adorat per humilitatem. Psal. XXXVII, 19: *Humiles spiritu salvabit Deus.* Item confitetur Christi potentiam, cum dicit: *Dominus, si vis, potes me mundare.* Item vocat Dominum. Si Dominus est, potest salvare. In Psalm. XCIX, 3: *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.* Item confidit de Dei misericordia. Misericordem non oportet petere, sed solum indigentiam ei monstrare: sic iste: *Domine, si vis, potes me mundare.* Unde Psalm. XXXVII, 10: *Domine ante te omne desiderium meum, et genitus meus a te non est absconditus.* Item ostendit sapientiam Christi: quia non petit nisi voluntatem suam: quia melius scit quid opus sit tibi quam ipse. Ideo sapientia Christi dimisit. Deinde tangit auxilium. Primo sanat, secundo instruit. Primo tangitur opus, secundo effectus, ibi, *Et confessim mundata est leprora ejus.* Christus tria facit curando. Extendit manum quando auxilium impendit. Psal. CXLI, 1: *Emitte manum tuam de alto, et eripe me.* Aliquando extendit manum, sed non tangit. Isai. LXV, 2: *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum etc.* Aliquando tangit; et hoc est quanda immunit, ut in Psalm. CXLI, 5: *Tange montes (idest superbos) et fumigabunt, per compunctionem.*

Sed quare tetigit cum esset prohibitum in lege? Hoc fecit ut monstraret se esse supra legem. Legitur de Eliseo quod non tetigit Naaman, sed misit eum ad Jordaneum. Unde iste qui tetigit videtur solvere legem. Sed secundum veritatem non solvit, quia prohibitum fuit propter contagionem: quia igitur infici non potuit, tangere potuit. Item tetigit, ut humanitatem monstraret: quia non sufficit peccatori subdi Deo quantum ad divinitatem, sed et quantum ad humanitatem.

Volo : Mundare. Hieronymus dicit, quod quidam male exponunt. Volunt enim quod ly mundare si infiniti modi; sed hoc non est verum; immo quia dixerat, *Sic vis, respondit, Volo*, et ly mundare est imperativi modi. Unde imperavit qui dixit, et facta sunt.

Item tetigit, ut daret doctrinam de virtute que est in sacramentis: quia non solius requiritur tactus, sed verba: quia cum accedit verbum ad elementum, fit sacramentum. Et per hoc exclusit tres errores, quando tetigit. Ostendit enim corpus verum contra Mauichaos. Quod³ dicit, *Volo*, dicit contra Apollinarem. Per hoc quod est mundare ostendit Deum verum contra Photinum.

Et sequitur effectus: *Et confestim mundata est lepra ejus, et curatus est.* Chrysostomus dicit, quod citius quam posset dici hoc verbum: *mundare*: quia istud in tempore dicitur, illud vero in instanti. *Et ait illi.* Ille instruit: cum: parum enim esset sanare nisi instrueret eum. Psal. xxxi, 2: *Intellectum tibi dabo, et instruam te.* Primo injungit ei taciturnitatem: *Nemini dizeris.* Chrysostomus: Qui sciebat quod Judæi calumniabant de factis suis, ideo⁴ dixit: *Nemini dixeris.* Vel aliter. Quia hoc dixit ad exemplum: quia non enim supra docuerat abscondere opera bona, ideo dat exemplum, quod minus in bonis operibus gloriari debet. Sequitur: *Sed vade, ostende te sacerdotibus.* Et quare hoc dicit? Quia tetigerat leprosum, ne penitus videretur fractior legum. Ad sacerdotes mittitur, ut habefetur Levit. xiv: *Et offer munus tuum,* etc. Quare? Quia hoc erat præceptum legis, quod sanatus a lepra offerret duos pullos turturum.

Sed secundum hoc videtur, quod cum Dominus præcepit, adhuc sit tenendum. Dicendum, quod figuræ non debebant cessare donec penitus veritas manifestaretur. Hoc autem non fuit nisi post resurrectionem.

In testimonium illis: et hoc exponitur dupliceiter. *Moyses præcepit in testimonium illis.*⁵ Et per hoc docet quod præcepta

Mysi erant in testimonium Christi, sicut habetur Joan. v, 46: *Si crederetis⁶ Moysi, crederetis forsitan et mihi.* Vel aliter. *In testimonium illis*, idest contra illos qui viderunt miracula, et non crediderunt. Vel *in testimonium illis*, scilicet curationis tuae. Quia cum receperint oblationem tuam, non poterunt negare.

Item secundum mysticum intellectum tria a Christo injunguntur. Ut erubescat de peccato, contra illos de quibus dicitur. Isa. iii, 9: *Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt.* Unde Eccl. iv, 25: *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.* Item debet ostendere sacerdoti confitendo. Jac. v, 16: *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Et hic videtur Dominus injungere confessionem. Et confestim sanatus est: quia in ipsa contritione quando dolet et proponit consoleri et abstinere, remittitur peccatum, juxta illud Psalm. xxxi, 5: *Dixi: Confitebor adversum me justitiam meam; et tu remisiisti iniquitatem peccati mei.* Item injungit satisfactio, cuni dicit: *Offer munus tuum.* Item docet observare mandata, cum dicit: *Sicut præcepit Moy-ses.*

2. *Cum autem introisset Capharnaum.* Ille ostenditur virtus Christi ex absentia. Et primo designatur pietas Centurionis cum fide; secundo humilitas, ibi, *Et respondebas Centurio etc.* Circa primum duo: quia designatur primo pietas Centurionis; secundo ostenditur Christi benignitas. Et circa primum tria. Primo locus ponitur; secundo oratio describitur, ibi, *Domine, puer meus jacet in domo paralyticus;* tertio exauditus ponitur, ibi, *Et ait illi Jesus.* Locus primo: *Cum autem introisset Capharnaum*, qui interpretatur villa pinguedinis, scilicet villa gentium, quæ pinguedine devotionis destituit. Psal. lxii, 6: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Deinde accessit.

Sed hic potest queri: quia Lucas posuit quod misit sacerdotes. Augustinus dicit, quod non personaliter venit; sed quod

⁴ Al.: « quidem. »

⁵ Al.: « excludit. »

⁶ Al.: « quia. » — ⁴ Al. deest: « ideo. »

⁴ Al. « *Quia Moses præcepit in testimonium illius.* »

⁵ Al.: « *credererunt.* »

dicitur quod venit, totum refertur ad intentionem : quia ille facit rem enijs auctoritate sit. Chrysostomus aliter : quia dicit quod iste constitutus erat super centum milites, et ideo erat praepositus. Unde Judæi volentes adulari propter benevolentiam habendam, dixerunt ei, Domine nos ibimus et impetrabimus vobis. Tunc ut satisfaceret eis, permisit eos abire ; sed post ipse secutus est eos.

Istud miraculum differt¹ a primo itribus. Quia primum Judæo fuit factum, secundum Gentili ; per quod datur intelligi, quod non solum pro Judæis, sed pro Gentibus Christus venit. Item in primo Judæus per se accessit, iste non. Et hoc quia misericordia Dominus aliorum per propriam devotionem, qnorundam per aliorum intercessionem. Item iste Centurio potest intelligi aliquis Angelus præsidiens ibi ad salutem gentium, vel primitiæ gentium. Item ille fuit leprosus, in quo immunditia quiescit. Paralytici autem sunt qui non possunt membra movere. Leprosi sunt intemperati, et² paralytici sunt incontinentes. Et sunt paralytici qui ex infirmitate peccant ; leprosi qui ex certa malitia. Per Centurionem potest intelligi mens. Ad Ephes. iv, 23 : *Renovamini spiritu mentis vestrae.* Et iste dicit : *Domine, puer meus, idest servus meus.* Et in hoc ostenditur benignitas Centurionis, quia ita pro servo orat : unde facit illud quod dicitur in Eccl. xxxiii, 31 : *Si fuerit tibi servus fidelis, sit tibi sicut anima tua.* Et iste servus dicitur inferior pars animæ. Dicit ergo quod jacet, et male torquetur, et loquitur ex affectu : quia quando aliquis diligit aliquid, reputat parvam aegritudinem valde magnam. Jacet ergo inferior pars animæ, quando non potest se erigere : Galat. v, 17 : *Caro concupiscit adversus spiritum : et torquetur.* Homines lascivi gaudent : *lentantur enim cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* Prov. ii, 14. Sed isti torquentur, quia cum peccent ex infirmitate, cum cedderint dolent. Et ita torquentur ex dolore. *Et ait illi Jesus : Ego veniam, et curabo*

eum ; idest, non loquar. Unde nota, quod nullus auderet tantum petere quantum Dominus dare dicit : *Veniam, et curabo eum* : quia præsentia Christi est causa salutis.

Sed notandum, quod ad filium Reguli noluit ire, et ad servum ivit ; quod esset contra multos qui nolunt visitare nisi magnos. Contra illud Eccli. iv, 7 : *Congregationi pauperum affabilem te facito.*

Sequitur : *Et respondens Centurio.* Posita fuit cum fide benignitas Centurionis ; nunc tangitur humilitas cum fide. Primo ergo ponitur humilitas et fides ; secundo benignitas Christi, ibi, *Audiens autem Jesus miratus est.* Circa primum tria facit. Primo confitetur suam indiguitatem, ibi, *Sed tantum dic verbo* ; secundo Christi potestatem ; deinde inducit similitudinem, ibi, *Nam et ego homo sum sub potestate constitutus.* Oltulerat se Dominus benignum. Sed quia iste gentilis erat, reputavit se indignum, dicens : *Domine, non sum dignus etc.* Sic etiam Petrus dixit, Luc. v, 8 : *Recede a me, quia homo peccator sum.* Et dicit Augustinus, quod confitendo se indignum, reddidit se dignum. Et sicut iste dicit, sic et nos debemus dicere : Non sum dignus ut intres in corpus meum. Deinde tangitur fides Centurionis confitentis potestatem Christi : *Dic tantum verbo, et sanabitur puer meus* : quia,³ ut habetur Sap. xvi, 12, non *herba, non malum* sanavit eos, sed *sermo tuus, Domine.* Et in Psalm. cxv, 20 : *Misit verbum suum, et sanavit eos.* Deinde inducit similitudinem ; et probat a minori : et describit ordinem primo ; secundo potestatem, et dicit : *Nam et ego homo sum sub potestate constitutus etc.* Et tangitur ordo ; quia quidam sunt superiores ita quod non habent superiorem se ; quidam sunt superiores ita quod habent superiorem se ; quidam vero inferiores qui non habent inferiores se ; quidam ergo sunt medi : et de ipsis erat iste, quia erat sub Tribuno,⁴ sed habebat sub se milites. Habebat enim sub se quosdam, quorum erat gubernator ; et isti erant milites :

¹ Al. : « nufert. »

² Al. : « quia. »

³ Al. : « quia dic tantum verbo, et sanabitur puer meus, ut habetur etc. »

⁴ Al. : « tributo. »

unde dicit : *Et dico vobis. Vade, et vadit ; et alii, Veni, et eruit :* in quo commendatur nobis obedientia. Ad Heb. xii, 4 : *Obedite praeceptis vestris, et subjaceite eis.* Item alios habebat servos quibus cibaria ministrabat. Eccli. xxxii, 25 : *Cibari et virga et omnis asino ; panis et disciplina et opus seruo. Et seruo meo, Fas hoc, et facit :* unde vult arguere a minori : quia si ego qui sum in potestate constitutus, haec possum ; quanto magis Dominus dominantium potest etc.

Sed videndum quod rationales creaturæ sunt liberae, et sunt sicut milites. Job xxv, 3 : *Numquid est numerus militum ejus ?* Et ideo dicitur Dominus exercituum. Sed creatura irrationalis habet subjectiōnem servilem, quia non habet liberi arbitrii facultatem. Vult ergo dicere : Quia tibi natura obedit, die naturæ, et obedienti tibi, quia sermo tuus iudicio plenus est. Videndum est, quod istud duplex dominium invenitur in anima ; anima enim præsident corpori ; ratio vero irascibili et concupisibili. Prima est dominativa potestas, quia ad imperium animæ movetur corpus ; secunda præstis alius quadam imperativa potestate, et dominativa vel regali : unde habent aliquid de motu suo. Et haec sunt quasi milites. Jac. iv, 1 : *Unde bella et lites in vobis ? Nonne ex concupiscentiis, quæ militant in membris vestris ?* I Pet. ii, 11 : *Hortamur vos abstinere a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.* Debemus ergo dicere huic, *Vade, idest malis moribus ; et veni, scilicet bonis moribus ; et seruo huic, Fac hoc.* Unde corpus debemus operi applicare, ut sicut exhibuimus membra nostra servire immunidatæ et iniqüitatæ ad iniqüitatem ; ita nunc exhibeamus membra nostra servire justitiae in sanctificationem : ut habetur Rom. vi, 19.

Audiens autem Jesus miratus est etc. Hic tangitur Christi benignitas. Sed quid est quod dicit, *Admiratus est ?* Quia admiratio non cadit in Deo : quia non fit nisi ex ignorantia causæ, quæ non potest¹ esse in Deo. Item est apprehensio ma-

gnitudinis effectus, quod fit ex imaginatiōne et phantasia alienus effectus magnum : et sic potest cadere etiam in Christo : unde admiratus est, idest magnum reputavit ; et hoc turbis sequentibus ostendit, ² et commendavit eum : unde sequentibus se dixit ; *Non inveni tantam fidem in Israel.*

Sed quid est ? Nonne in Abraham, Isaac et Jacob fuit major fides ? Dicendum, quod immo ; sed quod hic dicitur, intelligitur pro tempore illo.³

Sed tunc est quaestio de Apostolis, et Martha et Maria. Et dicendum quod iste majoris fidei erat, quia nullum præambulum viderat, sicut isti qui miracula videbant. Item Petrus venit ad vocem Andreae, Andreas ad vocem Joannis. Item in verbo Marthæ fuit aliiquid dubietatis, quia dixit Joan. xi, 21 : *Domine si fruisses hic, frater meus non fuisset mortuus ;* quasi absens non posset.⁴ Sed in verbo istius nihil fuit dubietatis. Aliter exponit Chrysostomus. Quia magnum et parvum aliquando dicuntur non absolute, sed in comparatione ; sicut dicuntur in domo multi, in theatro punci. Unde, *Non inveni tantam fidem in Israel,* scilicet per comparationem illius gentilis. Deuteronom. xxvii, 43 : *Advena qui tecum moratur in terra, ascendet super te, eritque sublimior.*

Dico autem vobis. Occasione hujus agit de comparatione Judæorum et Gentilium : et primo de vocatione Gentilium ; secundo de reprobatione Judæorum. *Dico quod multi ab oriente et occidente venient etc.* Et dicitur istud in comparatione ; quia multi sunt vocati, pauci vero electi : infra xx, 16 : *Ab oriente et occidente ;* ita quod per hoc totus mundus intelligatur. Vel ab oriente, in tempore prosperitatis ; et occidente, scilicet in tempore adversitatis. Vel ab oriente, in tempore juventutis ; et occidente, in tempore senectutis. *Et recumbent.* Iste recubitus opulentia est rerum spiritualium, scilicet in contemplatione. Luc. xxii, 29 : *Ecce dispono vobis regnum, ut edat et bibatis super mensam meam in regno meo.* Et Isa. lxv, 13 :

¹ Al. : « et sic non potest. »

² Al. : « et sic admiratus est, idest magnum admirandum reputavit, eum turbis frequentibus os-

tendit. »

³ Al. deest : « illo. »

⁴ Al. : « quasi non absens posset. »

Ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce servi mei bibent, et vos sitiatis etc.

Sed quare cum Abraham, Isaac et Jacob? Quia Gentiles per fidem justificantur, sicut Judaei, ut habetur Rom. iv, et Gen. xii. Item istis facta est reprimissio: quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. xv, 18: Ideo isti recumbent cum patribus suis.

Sequitur: *Filiū autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Ille ostendit reprobationem Iudaorum; et describit penam damni: quia amittunt bona, et incurvant mala. Dicit autem *Filiū regni*, quia in illis Deus regnabat.¹ Psal. lxxv, 2: *Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Item figuris legis servi erant.² Item facta est eis promissio, ut habetur Rom. 4: *Ejicientur in tenebras exteriores.* Et haec est pena damni. Consequenter enumerat mala quae incurrent: quia primo quo ad intellectum incurrerunt³ tenebras interiores, ejicientur postea in tenebras exteriores: quia tunc erunt totaliter alienati a Deo qui est lux vera. Et hoc est quod dicitur Tob. iv, 11: *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animas ire in tenebras.* Item quantum ad effectum, *ibi erit fletus.* Fletus nuntiat dolorem. Isa. lxxv, 14: *Ecce servi mei letabuntur, et vos confundemini.* Item ostenditur passio in corpore, quia *stridor dentium*: habeant enim corpora in resurrectione. Prov. xix, 29: *Parata sunt derisoribus iuuicia, et mallei, et ferrum.* Que iudicia doloris pertinent ad concepiscibilem, stridor ad irascibilem. Vel, secundum Hieronymum, utrumque pertinet ad penam corporalem: quia resurrectio non erit solam in anima, sed in corpore; quia erit et multis calor et multum frigus. Job xxiv, 19: *Transibunt ab aquis nivis ad calorem nimium.*

Ostenditur autem⁴ Dei benignitas, cum dicit: *Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti fiat tibi.* Sed sequitur effectus: *Et sanatus est puer: quia sermo ejus virtute plenus est.* Eccl. viii, 4:

¹ Al.: « repugnat, »

² Al.: « item figuris servi erant regni, »

³ Al.: « et primo quo ad intellectum incurrerunt tenebras interiores, deinde ejicientur, »

3. Et cum venisset Jesus in domum Simeonis Petri etc. Commendata est virtus Christi in curatione leprosi, commendata est etiam in curatione festina servi Centurionis; hic commendatur in curatione perfecta. Primo ergo describit curationis locum; secundo infirmitatis modum; tertio declarat Christi auxilium; quarto curationis effectum. Dicit ergo: *Cum venisset etc.* Non tangit Evangelista, quando hoc fuit factum. Sed et Lucas et Marcus transiunt ad alia.

Sed sciendum, quod ubi Evangelistæ ponunt statum, vel aliquid ad ordinem pertinens, signum est quod ad continuationem historiæ pertinet, Ubi vero non, signum est quod ad continuationem memoriarum; unde secundum quod recolabant, scribebant.

Venit in domum Petri. Et tria possumus considerare. Honorem quem intulit discipulis suis, quia nolnit ire ad dominum Centurionis, ivit tamen ad dominum pauperis piscatoris. Unde Ps. cxxxviii, 17: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus.* Item informavit in humilitate, quia nihil plus placet Domino. Jac, 1, 21: *In mansuetudine percipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras etc.* Tertio in hoc ostenditur reverentia quam habuit Dominus ad Petrum: quia se obtulit, licet Petrus non rogaret, *Vidit socrum: vidit, oculo scilicet mentis.* Exod. iii, 7: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto.* *Socrum Petri.* Per hoc potest intelligi synagoga. Qui operatus est Petro in Apostolatu circumcisionis scilicet in Iudaïs, operatus est et mihi inter gentes. Ad Gal. ii, 8: Haec febricitabat, scilicet synagoga, febre scilicet invidiae. Vel per istam socrum intelligitur anima astutus igne concupiscentia. *Et tetigit manum ejus.* Hie tangit curationem.

Quarit Chrysostomus quare curavit servum Centurionis solo verbo, istam vero tactu. Et respondet, propter familiaritatem: et in hoc etiam magis ostendebat suam humilitatem: ideo⁵ in tactu auxilium dedit. Psal. lxxii, 23: *Tenuisti*

⁴ Al.: « Et ostenditur, »

⁵ Al.: « scilicet Judaei, »

⁶ Al.: « ideo, »

manum dexteram meam. Sequitur. *Et surrexit* Consuetudo est febricitantium, quod quando incipiunt sanari, debiliores sunt quam in infirmitate : sed talis non fuit curatio Domini ; immo plenam sanitatem redditum : *quia Dei perfecta sunt opera :* Deuteronomio. iii, 4. Alter enim curat Dominus, aliter natura. Ideo sequitur, *Et ministrabat. Vespere autem facto.* Hic confirmatur Dei potestas per multitudinem curatorum. Primo ergo tangit Evangelista multitudinem ; secundo subiungit auctoritatem Scripturæ, ibi, *Ut adimpleretur quod dictum est per Isatam prophetam.* Dicit ergo quod curavit daemoniacos et male habentes. Et possunt intelligi per daemoniacos, peccantes ex malitia : et per male habentes, peccantes ex ignorantia. Unde dicit, *Vespere autem facto* : quare nota hoc non factum fuisse die sabbati, in quo habebant pro inconvenienti curare ; sed in vespere, finito sabbato, *obtulerunt ei multos daemons habentes.* Vel dicitur, *Vespere,* quia Salvator noster vespere venit. *Orientur sol et occidit,* scilicet Christus : Ezechiel. i, 45 ; *Ejiciebat,* sola increpatione : unde ad solam vocem ejus fugiebant daemons. Item *male habentes,* ita quod conveniat ei illud quod dicitur in Actibus x, 38 : *Liberavit omnes oppressos a diabolo.* Unde notandum, quod non omnia miracula Christi posuerunt Evangelistæ, sed magis vulgata. Et quia videretur mirabile quod tot curaret, ideo confirmat auctoritatem quae habetur Isa. lxi, 4 : *Infirmitates nostras ipse accepit, et agrotationes nostras portavit.* Et quoniamvis non ita sit in serie textus, exponamus prout jacet. *Infirmitates nostras ipse accepit,* idest absulit, ita quod infirmitates accipiuntur pro levibus peccatis : *et agrotationes* idest majora peccata portavit, idest asportavit : vel cum ipse sit Dei virtus et sapientia, infirmitates nostras, scilicet passionis et mortis. Unde possibilitatem accepit ad tollendum infirmitatem, et agrotationem nostram etc. 1 Pet. ii, 24 : *Qui peccata nostra pertulit in corpore suo, ut peccatis nostris mortui, justitiae vivamus.*

Sed cum Isaías dixerit de peccatis, queritur quare hoc de infirmitatibus corporalibus dicatur. Et hoc est, quia plerunque ex peccatis spiritualibus causantur aegritudines corporales.

Videns autem Jesus turbas. Quia possita sunt miracula contra peccata interiora, hic ponit miracula contra peccata exteriora, scilicet contra procellam. Et primo ponit praembulum ad miraculum, scilicet de introitu navis ; deinde miraculum, ibi, *Tunc surgens imperavit ventis et mari;* tertio effectum, ibi, *Et facta est tranquilitas magna.* Circa primum primo ponit præceptionem, secundo mandati adimplectionem. Circa primum tria. Primo præcipit¹ ut sequantur, secundo unum se ingerentem repellit; tertio alium discipulum arguit. Dicit ergo : *Videns Jesus turbas etc.*

Sed quare intravit navem? Hoc fecit propter duo. Primo ut ostenderet infirmitatem humanae nature ; secundo ut placaret discipulis. Unde aliquando cum discipulis ascendit in montem, aliquando in desertum, aliquando in navem. Item ut nobis daret exemplum, ne favores hominum quereremus. Item ad tollendam invidiam Judæorum. Isa. xlvi, 2 : *Linum² fumigans non extinguet.*

Sequitur repulsio : *Et accedens unus scriba.* Et videtur quod iste valde devote accessit. Et quare repulit? Hieronymus : Quia non habebat bonam fidem. Et hoc patet quia solum vocavit eum magistrum ; sed veri discipuli vocabant eum Dominum : unde in Joan. xiii, 13 : *Vos vocatis me Magister et Domine.* Item ex mala intentione volebat eum sequi, ut faceret signa, ut dicitur de Simone mago. Item dicit Chrysostomus, quod in alio peccavit, scilicet in superbia : quia seorsum traxit se : nude reputabat se digniorum alii. Hilarius interrogative legit: *Magister sequar te?* Culpa istius est, quia quod certum erat, interrogavit ; et quod debebat facere, posuit sub dubio. Sequitur : *Vulpes foveas habent.* Hieronymus exponit ad litteram, quod Deus ad intentionem respondit, ut saepe facit. Volebat sequi, sed intendebat lucrum :

¹ Al. : « præcepit. »

² Al. : « Lignum. »

et Dominus contra hoc allegat paupertatem; ideo dicit: *Vulpes foras habent, et volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet:* ut habetur II Corinthi. viii, 9: *Qui egenus factus est cum dives esset etc.* Secundum Augustinum, notat eum de triplici vitio. De vitio dolositatis: quia dulcedinem habebat in ore, et venenum in corde; habetur Psal. xiii, 3: Item notavit eum de superbia, cum dixit¹ *Volucres cœli, per quos superbia intelligitur. Vel volucres, demones², ut habetur infra xiiii, 4, ubi dicitur, Et venerunt volucres et comederunt ea.* Item de infidelitate: quia non erat in caritate quae habitat³ in nobis per fidem. Sequitur: *Alius autem de discipulis ejus ait illis.* Primus se ingessit, sed alter se excusavit⁴. Et ponitur reprobatio, excusantis, ibi, *Jesus autem ait illi etc.* Domine, permitte me primum ire, et spelere patrem meum. Et magna est differentia inter istum et praecedentem. Iste vocavit eum Dominum; ille vocavit eum magistrum. Item ille dolum allegavit, iste pietatem: quia præceptum erat de honoratione patris. Unde dilationem petuit, Simile habetur III Reg. xix, de Eliaso. Sequitur istius reprehentio *Sequere me: quia qui vult sequi Christum, non debet dimittere sequi propter alind negotium temporale: unde Psal. xlii, 2: dicitur: Obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Item hoc præcepit ei, quia erant alii qui poterant sepelire. Ideo dixit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Item quia accidit, ut saepè, quod qui impeditur aliquo uno negotio; cum unum alind trahat, cito ruat in alind; sic si iste ivisset sepelire patrem, haberet fortassis post sepelitiones de testamento patris; et ita forte totaliter retraheretur. Isa. v, 18: *Vix qui trahitis iniuriam in finiculis vanitatis.* Unde hoc non fuit crudelitatis. Ut si videamus aliquem affectum nimis de morte patris, prohibetur a funere propter periculum, ut habetur Eccli. xxx, 23: *Multos occidit tristitia. Sed dicit, mortuus, in plurali, quia mortuus erat duplci*

morte; scilicet morte infidelitatis et morte corporis. Unde mortuus erat et in corpore et in anima. Unde dat quatuor documenta. Primum scilicet, ut qui vocatus est ad statum perfectionis, non cognoscat patrem carnalem per affectionem inordinatam. Infra xxiiii, 9: *Unus est enim pater vester qui in cœlis est.* Secundum est quod inter fidèles et infideles retrahunt germanitatis affectus. Unde Luc. xiv, 26: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc et animam suam, non potest meus esse discipulus.* Et hoc verum est ubi pater et mater retrahunt a Deo. Tertium est quod infidelium mortuorum non est facienda memoria apud sanctos. Quartum est quod omnis qui vivit extra Christum, mortuus est, quia ipse est vita, secundum Gregorium.

Et ascendente eo in naviculanum. Positum est præceptum Domini de transfiguratione; hic ponitur executio præcepti. Erant enim manifestata miracula terra: vult manifestare in aquis, ut ostendat se esse dominum terrae et maris. Per istam naviculam intelligitur Ecclesia, vel crux Christi: unde de ista potest dici illud Sap. xiv, 5: *Exiguo ligno committunt animas suas.* Discipuli Domini sequuntur eum in Ecclesia per obsequium mandatorum; item sequuntur eum ascendentem in crucem. Ad Gal. vi, 14: *Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.*

Deinde subjungitur miraculum: et primo ponitur periculum imminentis; secundo discipulorum interpellatio, ibi, *Et accesserunt; tertio eorum exauditio, ibi, Et dicit eis Jesus.* Periculum tangitur ex procolla, et Christi dormitione: *Et ecce mortuus factus est magnus etc.* Sicut sancti dicunt, non est facta tempestas ex intemperie aeris, sed ex divina ordinatione provenit. Et hoc factum est multipliciter ratione. Primo, ut discipuli, qui specialiter dilecti et vocati erant, humilia sapient, et non se extollerent: et hoc significabat futurum periculum, quod imminentere debebat tempore passionis, et post,

¹ Al. : « dicit. »

² Al. : « unde per volucres demones. »

³ Al. : « habitabat. »

⁴ Al. : « protinus se ingessit, sed aliter se excusavit. »

ut ait Paulus Apostolus II ad Cor. i, 8 : *Gravati sumus supra virtutem, ita ut nos trideret etiam vivere.* Item alia causa, ut seirent in periculis vivere, et vincere, ut habetur Rom. viii, 37 : *In omnibus his superarus propter eum qui dilexit nos.* Item Chrysostomus exponit, quia ipsi erant praedicaturi quæ de Christo viderant; ideo ut magis in ipsis experti essent miraculis, et essent certiores, voluit Dominus eos pati. Unde in Psal. lxxv, 16 : *Venite, et narrabo opera Domini.* Cittius enim¹ poterant recordari de hujusmodi quæ sibi evenerunt. *Ipse vero dormiebat :* et hoc ut ostenderet se verum hominem : sic enim erat in omnibus, ut ubi volebat ostendere divinitatem, semper ostendebat aliquid humanitatis. *Dormiebat, quia habitu inventus est ut homo :* Philip. ii, 7 : Secundum enim divinitatem non dormiebat. Unde Psal. cxx, 7 : *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* Item dormiebat, ut constituerent inter timorem et spem. Item ut ostenderet singularitatem, quia in tantâ tempestate manebat securus. Prover. viii, 28 : *Quando librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum suum et legem ponebat aquis.* Sequitur interpellatio discipulorum : *Accesserunt discipuli etc.* Tantus enim erat ventus quod oportuit eum evigilare. Et totum istud dictum fuit in figura de Iona: quia Iona in navâ dormiebat; et nautæ evigilaverunt eum ad interpellationem, isti vero ad salvandum: unde dicunt: *Domine, salva nos, perimus.* Et primo confiteuntur potestatem ejus, dum dicunt, *Domine.* Psal. lxxxviii, 10 : *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Item petunt auxilium, quia sciabant ipsum esse salvatorem, Isa. xxxv, 4 : *Ipse veniet, et salvabit nos.* Item periculum terrenorum exprimunt. Et hic signatur mors Christi in dormitione, qui et excitatus est per resurrectionem. Vel dicitur dormire in tribulationibus et temptationibus sanctorum; et tunc precibus sanctorum evigilat². Unde dicitur Psal. xl, 2 : *Exurge, quare obdormis Domine?*

Item dormit in pigris. Unde excitandus est, ut admonet Paulus ad Eph. v, 14 : *Exurge qui dormis, et exurge a mortuis; et illuminabit te Christus.* Sequitur quo modo subvenit: *Quid timidi estis modice fidei?* Videtur quod non essent modice fidei, quia dicebant, *Salva nos;* sed vere modice fidei fuerunt; qui non credebant quod etiam dormiens posset salvare. Vel modice fidei, quia si ipsi haberent magnam fidem, ipsi possent imperare mari. *Tunc surrexit, et imperavit ventis;* tempestas enim oritur ex ventis ut ex causa efficiente, ex aquis ut ex causa materiali: et utriusque³ imperavit. Unde Psal. cvi, 25 : *Dixit, et stetit spiritus procellarum.* Et hoc est quod dicitur: *Es facta est tranquillitas magna.* Sed consuetudo est quod quando fit tempes- tas, duobus diebus mare non sedatur totaliter. Ideo ut appareat perfectum miraculum, statim facta est tranquillitas magna: quia *Dei perfecta sunt opera.* Deut. xxxii, 4 : *Porro homines mirati sunt etc.* Illic ponitur effectus, scilicet admiratio turbarum. Quod dicit *homines,* non intelligatis Apostolos, quia nunquam Apostoli sic appellantur, sed per homines intellige nautas. Vel, secundum Hieronymum, si etiam intelligas homines, id est Apostolos, potest esse, quod dubitare potuerunt ut homines, dicentes: *Qualis est hic?* Illic Chrysostomus addit *Homo:* quia enim ipsum viderant, ideo dubitabant. *Quia venti et mare obedient ei:* quia omnis creatura suo creatori obedit. Ps. cxlviii, 8 : *Ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum, quæ faciant verbum eum,* non quia animam rationalem habent, sed quia ad modum obedientis se habent. Ut manus et membra animæ obedient, quia statim moventur ad ejus nutum; sic omnia Deo obedient.

4. Sequitur: *Et cum venisset Jesus trans fretum.* Quia⁴ posita miracula quibus Dominus liberavit multos a periculis exterioribus, hic ponuntur quibus fit liberatio a periculis interioribus sive spiritualibus: et primo ponitur miraculum; secundo effectus. ibi, *At illi exeuntes*

¹ Al. : « Cujus enim. »

² Al. : « evigilatur. »

³ Al. : « utrobique. »

⁴ Al. : « sed quia. »

*abierunt in porcos*¹. Et circa primum primo² ostenditur malitia dæmonum quantum ad sævitiam quam in homines exerceat; secundo quantum ad impatientiam, ibi, *Et ecce clamaverunt*³ etc., tertio quantum ad nequitiam, quia animalibus brutis nocuerunt, ibi, *Dæmones autem rogabant eum* etc. Circa primum primo locus describitur; secundo sævitia dæmonum declaratur. Erat quædam regio quæ dicebatur regio Gerasenorum. Gerasa interpretatur colonum ejiciens, vel advena appropinquans : quia prope gentiles. *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia.* Ostenditur sævitia, primo quia opprimebant eos; secundo quia homines decipere nitebantur.

Sed queritur quare alii Evangelistaæ non faciunt mentionem nisi de uno; iste de duobus. Dicendum, quod sine dubio fuerunt, sed unus fuit magis famosus.

Et erant sævi, quia nocebant non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter. Undo in monumentis habitabant⁴, ut inducerent hominibus terrorem. Unde error fuit quem quidam posuerunt, quod dæmones aliquam animam reducerent in corpus mortuum; ut legitur de Simone mago : sed nihil erat, sed fingebant dæmones ad homines decipiendum. Unde dicit Porphyrius, quod genus dæmonum est falax. Unde isti magi maxime intutur corporibus mortuorum : quare habitabant dæmones in sepulcris. Isa. xxxv, 4 : *Qui habitant in sepulchris, et in delubris idolorum dormiunt.* Erant enim tam savi, ut nemo posset⁵ transire per viam illam, quia in via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Psal. cxli, 4 : superbi idest dæmones. Sed ostenditur eorum impatientia, quia Christi presentiam non forebant : unde dicitur, *Clamaverunt*; et in hoc ostenditur impatientia. Isa. lxv, 14 : *Clamabis pra dolore cordis, et pra contritione spiritus ultoribus.* Item fatentur Dei potentiam, dicentes : *Quid nobis et tibi, Jesu filii Dei?*

¹ Al. : « at illi etc. »

² Al. deest : « primo. »

³ Al. : « et exclamaverunt. »

⁴ Al. : « habitant. »

⁵ Al. : « poterat. » — ⁶ Al. : « nulla. »

Vere nihil⁶, quia nulla convenientia Christi ad Belial. Sed quare hoc dicebant? Quia graviter puniebant homines; et audierant qui Christus deberet eis potestatem amovere. Unde voluerunt⁷, dicere : Etsi alii nocimus, tibi non nocimus; quare non debes nos gravare. Item confitentur filium Dei. Et in hoc confunduntur Ariani : quia si non saeculis credunt, sunt dæmonibus credant.

Sed contra, quia videtur quod non cognoverunt eum : quia I ad Corinth. ii, 8 : *Si cognovissent, nunquam regem gloriarum crucifixissent etc.* Sed dicendum, quod quando Dominus volebat, humilitatem ostendebat, ita quod se eis oculabat.

Quare venisti ante tempus torquere nos? Sciunt dæmones quod in die judicii dæmones debent suscipere majus tormentum⁸, cum dicetur infra xxv, 41 : *Ite maledicti in ignem eternum.* Item credunt aliqui quod dæmones usque in diem judicii non patiuntur penam sensus, sed penam danni⁹. Et hoc pro isto verbo, *quia venisti ante tempus.* Sed contra hoc est quod dicit Damascenus : Hoc hominibus mors quod Angelus casus. Sed homines cum moriuntur statim recipiunt penam sensus, sic Angeli¹⁰ qui ceciderunt. Quidam dicunt quod ignem sumi semper secum portant.

Sed quomodo potest hoc fieri, quia iste ignis corporeus est? Dicendum, quod licet hic ignis sit corporalis, habet tamen aliiquid spirituale : unde cruciat per modum ejusdem alligationis. Spiritus enim excedit naturam corporis; sed Deus alligat spiritus corporibus; sicut cum alligatur anima corpori dat corpori ut moveatur, secundum voluntatem anime : sicut si datur aliqua prælatura aliqui in aliqua Ecclesia, ipso non existente in eadem; sic licet iste ignis sit corporeus, ratione spiritualitatis potest agere.

Torquere nos etc. Magnum tormentum reputant quod non possint hominibus nocere : sed si essent in inferno, non

⁷ Al. : « voluit. »

⁸ Al. : « tormentorum. »

⁹ Al. : « penam danni, sed penam sensus. »

¹⁰ Al. : « non statim recipiunt penam sensus, sicut Angeli etc. Vide i. p., q. lxiv, a. iv, ad lit. »

possent ita nocere; et ita tormentum eis magnum est intrare in infernum. Erat autem non longe ab eis gres multorum pororum pascens. Hic tangitur malitia: quia non solum hominibus nocent, sed et brutis. *Gres pororum*: unde patet quod hoc non erat in Iudea, quia Iudei non utinam porcis. *Si ejicias nos, mitte nos in porcos.*

Sed quare non petierunt quod mitteret eos in homines? Quia ipsi videbant eum sollicitum circa curam hominum. Sed quare in gregem pororum? Quia erant magis vicini. Item quia est animal valde immundum. Unde ad designandam immunditiam permisit intrare in poros. Et hoc videtur significari Job xl, 22: *Nunquid multiplicabit ad te preces¹, aut loqueretur tibi mollia?*

Sequitur Christi concessio: *Et ait illis, Ite. Sed videtur Dominus audisse daemos. Dicendum, quod non audivit, sed ex sua sapientia sic fieri permisit et ordinavit, ut ostendatur malitia daemonum: quia nisi Dominus cohiberet, ita ruerent in homines, sicut ruerunt in poros. Sed quando Dominus permittit aliquid² daemonibus, non totaliter permittit, sed imponit eis frenum, ut in Job. Unde ad hoc designandum permisit eos ruere in poros. Item ad designandum quod nihil possunt nisi ex Dei permissione. Item ut homo suam dignitatem cognosceret,*

cum³ ad salutem minus hominis tot millia pororum permiserit interfici.

Sequitur executio mandati. *Et magno impetu abiit totus gres praeceps in mare;* in quo deuotatus quod nullus a diabolo totaliter potest extingui nisi poreum⁴ se exhibeat, idest totaliter immundum. *Unde habetur Apoc. xvi, 21: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna II Petr. ii, 13: Hi velut irrationabilia pecora peribunt, percipientes mercedem iniustitiae, etc.* Sequitur pastorum admiratio: unde, *Pastores fugerunt... et nuntiaverunt huc omnia.*

Unde profecti nuntiaverunt triste et laetum. Triste de porcis; sed laetum de dæmoniaco curato. Per istos pastores signantur principes synagogæ, qui propter temporalia quantumcumque possunt contradicunt Christo. Consequenter sequitur totius populi admiratio: *Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu, et viso eo rogabant eum ut transiret a finibus eorum.* Et quare? Quia multa damna eis fecerat; immo timebant quod si plus ibi moraretur quod plura eis faceret damna. Sic aliqui propter detrimentum temporale, timent esse cum Christo: ut habetur Isa xxxiv, 2: *Declinate a me semitam: cesseret a facie nostra Sanctus Israel.* Vel alter. Quia non ex malitia, sed ex devotione, quia indignos se reputabant. Simile dixit Petrus Lue. v, 8: *Recede a me, quia homo peccator sum.*

C A P U T N O N U M

1. Et ascendens Jesus in naviculam, transfretavit, et venit in civitatem suam. Et ecce offerabant ei paralyticum jacentem in lecto. Videns autem Jesus fidem illorum, dixit paralytico: *Confide fili: restituuntur tibi peccata tua.* Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: *Hic blasphemat.* Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimitiatur tibi peccata tua;* an dicere, *Surge, et ambula?* Ut autem scieatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralytico: *Surge, tolle lectum tuum, et vade in dominum tuum: et surrexit, et abiit in dominum suum.* Videntes autem turba timuerunt, et

glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talium hominibus.

2. Et cum transiret inde Jesus, vidi hominem sedentem in telonio Mattheum nomine; et ait illi: *Sequre me.* Et surgens secutus est eum. Et factum est discubinente eis in domo, ecce multi publicani, et peccatores venientes discubebant cum Iesu et discipulis eius. Et videntes Pharisei dicebant discipulis ejus: *Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester?* Ait Jesus audiens ait: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Eantes autem discite, quid est: *Misericordiam volo, et non sacrificium.* Non enim veni vocare justos, sed peccatores.

¹ Al.: « porcos. »

² Al.: « aliquibus. »

³ Al.: « ut. »

⁴ Al.: « paratum. »

3. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicens : Quare nos et Pharisei jejunamus frequentanter ; discipuli autem tui non jejunant ? Et ait illis Jesus : Numquid possunt filii sponsi lugere cum auferetur ab eis sponsus ; et tunc jejunabunt. Nemo autem immitit commissuram pauperi rudit in vestimentum velut : tollit enim plenitudinem ejus a vestimento, et pejor scissure fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres : alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres perirent. Sed vinum novum in utres novos mittunt : et ambo conservantur.

4. Haec illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, et adorabat eum, dicens : Domine, filia mea modo defuncta est. Sed veni impone manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus sequebatur eum, et discipuli ejus. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et teligit finitriam vestimenti ejus. Diebat enim intra se : Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero. At Jesus conversus, et videntes eam, dixit : Confida filia. Fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibienses, et turbam tumultuantem, diebat : Receditis : non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebat eum. Et cum ejecta esset turba, intravit, et tenet manum ejus, et dixit : Puella surge. Et surrexit puella, et exit fata haec in universam terram illam.

5. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo eae clamatantes, et dicentes : Miserere nostri, fili David. Cum autem venisset dominum, accesserunt ad eum eae ; et dicit eis Jesus : Creditis quia hoc possum facere vobis ? Dieunt ei : Utique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens : Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperi sunt oculi eorum. Et communis est illis Jesus, dicamus ? Videat ne quis sciatur. Illi autem exenuerunt diffamaverunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum draconum habentem : et ejecto diemonio, locutus est mutus ; et mirata sunt turba dicentes : Numquam apparuit sic in Israel. Pharisei autem diebant : In principe diemoniorum ejicit diemones.

6. Et circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum, et predicans Evangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis : quia erant vexali et jacentes, sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis : Messia quidem multa, operarii autem paci. Rogati ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.

1. Supra posuit miracula contra pericula corporalia ; hic ponit miracula contra pericula spiritualia : et secundum hoc duo facit. Primo ostendit quomodo subvenit sibi occurrentibus ; secundo quomodo inquirit quos salvet, ibi, *Et circuibat Jesus omnes civitates et castella.* Cœra primum primo ponit remedium contra peccatum ; secundo contra mortem, ibi, *Haec illo loquente ad eos etc.*

Cœra primum primo ponit remedium contra peccatum remittendo ; secundo peccatores ad se trahiendo, ibi, *Et factum est discubente eo in domo etc.* Et primo ponit quedam praembula ad beneficium ipsum, ibi, *Ut autem sciatis etc.* Et primo ponitur locis ; secundo devotis offerentium, ibi, *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Dicit ergo : *Ascendens Jesus in naviculam transfravat.* Et continuatur haec pars : quia rogabant eum ut ab eis discederet, ideo ascendit navim. Unde dat intelligere, quod si dicant aliqui : *Recede a nobis viam, mandatorum tuorum nolumus* Job xxi, 14 : statim recedit. Unde *ascendit naviculam.* Haec navicula significat crucem, vel Ecclesiam. *Et venit civitatem suam,* scilicet in civitatem gentium, quæ sibi datae sunt. Unde in Psal. ii, 8 : *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.*

Sed est questio, quare Marcus et Lucas dicant istud esse factum in Capharnaum ; hic vero habetur quod in Nazareth, quæ erat civitas sua.

Dicendum, quod quedam erat civitas Christi ratione nativitatis ; et haec erat Bethlehem : quedam ratione educationis ; et haec erat Nazareth ; quedam ratione conversationis, et operationis miraculorum ; et sic Capharnaum. Ideo bene dicitur, *In civitatem suum.* Unde dicitur Lue. iv, 23 : *Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua¹.* Augustinus aliter solvit : quia Capharnaum inter alias civitates Galilæe erat magis famosa : unde erat quasi Metropolis. Et sicut si aliquis esset de aliqua villa juxta Parisios, diceretur quod esset de Parisius propter notitiam loci ; sic Dominus quia erat de finibus Capharnam, dicebatur inde esse. Vel aliter : quia prætermittunt aliquid Evangelistæ : unde aliquid potest addi, quod videlicet transiit per Nazareth, et venit in Capharnaum. Et tunc obtulerunt ei.

Ecce offerebant ei paralyticum. Hie tangitur devotio offerentium : unde in Marco tangitur, quod quia non poterant transire, posuerunt per tegulas. Iste paralyticus significat peccatorem in peccato

¹ Al. et quanta audivimus miracula quæ fecisti in

Capharnaum, fac hic in patria tua. »

jacentem : unde sicut non potest paralyticus se mouere, sic nec iste. Illi autem qui portant eum, sunt illi qui suis motionibus portant eum ad Deum.

Videns autem Jesus fidem illorum etc.
 Ponit beneficium : ubi possumus tria videre. Primo quid movit Iesum ; secundo quid sit quod requiritur , tertio¹ disceptationem contra beneficium. Curat aliquando Dominus aliquem propter fidem suam : aliquando propter preces suas, et aliorum. *Videns ergo fidem illorum dixit.* Unde dicitur Marc. xi, 24 : *Quiequid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis. Confide fili.* Quid ergo requiritur ? Fides. Ps. cxxiv, 1 : *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion; non commovebitur in eternum qui habitat in Hierusalem.* Et act. xv, 9 : *Fide purificans corda eorum. Remittuntur tibi peccata tua.* Hie tangitur beneficium. Sed quid est quod iste petebat sanitatem corporis, et Dominus dat sanitatem animæ ? Ratio est, quia peccatum erat causa aegritudinis ; sicut in Psal. xv, 4 : *Propter iniquitates eorum multiplicata sunt infirmitates eorum.* Unde fecit Deus sicut bonos medicus, qui causam curat. Deinde ponit disceptationem contra beneficium, ibi, *Et cum cognovisset Jesus cogitationes eorum etc.* Dicit ergo : *Ecce quidam de scribis dicebant infra se : Hic blasphemat.* Et quare mirabantur ? Quia videbant hominem et non videbant Deum : solius autem Dei est dimittere peccata : ideo dicebant eum blasphemum, juxta illud Job xxxiv, 18 : *Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios etc.* Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum dixit : *Ut quid cogitat mala in cordibus vestris?* Hie consultat eos tripliciter : sua cognitione, verbo, et facto. Cognitione : quia sicut² soli Deo pertinet dimittere peccata, sic cognoscere secreta cordis. Psalm. vii, 11 : *Scrutans corda et renes Deus. Cum vidisset : quia solus scit cogitationes hominum.* Et primo reprehendit eorum nequitiam : *Ut quid cogitat mala in cordibus vestris?* quia blasphemum cum dicebant. Isa. I, 16 : *Aufeite mala de-*

cogitationibus vestris. Quid est facilius etc. Hie ponit confutationem. Sed videtur male argnere Dominus : quia arguit a minori affirmando. Facilius enim videtur sanare corpus, quam sanare animam. Sed exponit sic Hieronymus. Facilius est dicere quam facere : verum quantum ad factum, fortius est animam quam corpus sanare ; sed quantum a potestate, eadem est potestas utrobique. Sed si ad dictum referatur, videamus quod mendaces cito mentintur, ubi non possunt deprehendi. In his enim quæ apparent, deprehendi possunt, sed non in his quæ latent. Unde in his audacter loquuntur ubi deprehendi non possunt. Facilius est ergo dicere, si non possitis cognoscere. Ideo : *Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* Ostendit facto. Et primo ponitur finis operationis ; secundo modus ; tertio efficientia : unde dicit : *Et propter hoc uisiciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam.* Per hoc manifestat se Deum. Supra, 1, 21 : *Ipse enim est qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Dicit : *Quod filius hominis et dicit In terra, et elidit duplarem errorum ; scilicet Nestorii, et Photini.* Dicebat Nestorius, quod Filius hominis et Filius Dei erant duo supposita, nec poterat dici de uno quod dicitur de altero : unde non poterat dici : *Iste puer creavit stellas.* Ideo dicit, *Hominis :* quia Dei est dimittere peccata. Item contra Photinum, qui dicebat, quod Christus accepérat initium de Virgine Maria, et merito acquisivit divinitatem : et nitebantur super illud, infra xxviii, 18 : *Et data est mihi omnis potestas in celo et in terra.* ideo dicit, *In terra :* unde Barnabæ in, 38 : dicitur : *Post huc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est : Habet potestatem.*

Videtur quod per hoc non ostendatur ; quia etiam ipsi Apostoli habebant potestatem. Sed dicendum, quod ipsi habebant per viam administrationis, non au-

¹ Al. : « unde possumus videre quid movit Iesum, quod si quod requiritur. »

² Al. : « consultat eos, tripliciter. Sua cognitione : quia sicut etc. »

toritatis. Hoc autem quod dicitur, *Ut autem sciatis etc.* dupliceiter potest legi : vel ut sint verba Evangelista, et ita fuit narratoria : vel sint verba Christi dicentis, *Ut sciatis etc.*, et sic oratio est imperfecta, quia ipsi dubitabant. Ideo ut sciatis quia ego habeo potestatem dimittendi peccata, *ait paralytico : Surge etc.* Unde verbo curavit; quod proprium est Dei, juxta illud Psal. xxxii, 9, *Dixit et facta sunt.*

Tria habebat infirmus. Jacebat in lecto, portabatur ab aliis, ire non poterat, Quia ergo jacebat, dicit, *Surge*: quia portabatur, praecepit ut portaret, *Tolle lectum tuum*: quia ire non poterat, dixit, *Et ambula*: *Dei enim perfecta sunt opera.* Deut. xxxii, 4 : Similiter peccatori in peccato jacenti dicitur, *Surge*, a peccato per contritionem : *tolle lectum*, per satisfactionem : Michæl. vii, 9 : *Iram Domini portabo, quia peccavi ei : et vade in dominum tuam*, in dominum aeternitatis, vel in conscientiam propriam. Sap. vii, 16 : *Intrans in dominum meam, conquiescam in illa.*

Sequitur executio : *Surrexit, et abiit.* Videntes autem turbæ, non scribat, quia isti dedignabantur, timuerunt. Habac. iv, 2 : *Domine audivi auditum tuum, et timui.* Sed quo timore? Quia, *glorificaverunt Dæm*: quia omnia in Deum retulerunt. Psal. cxii, 1 : *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Qui dedit potestatem talem hominibus. Unde isti non contemnunt, sicut scribæ. Sed quia dicitur, *hominibus*, ideo Ilarius exponit : *Qui dedit talem potestatem hominibus*, ut siant filii Dei : ut in Joan. I, 12 : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

2. Hic ponitur primo conversio peccatorum; secundo disceptatio Pharisæorum, ibi, *Et videntes Pharisæi dicebant discipulis ejus.* Et primo dicit, qualiter quemdam vocavit ad disciplinam; secundo quomodo multos ad familiaritatem, ibi, *Et factum est discubente eo in domo etc.* Dicit ergo : *Cum transiret inde Jesus.* Quare transivit? Quia insidiabantur ei, ideo nolebat turbas¹, ut dicitur Eccl. viii, 13 : *Non incendas carbones peccatorum.*

Vidit hominem. Vere hominem, quia peccatorem. Psal. lxxxii, 7 : *Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus eadetis. Sedentem in telonio.* Teloni ins uestigialium²: unde erat locus ubi uestigalia recipiebantur. Unde erat in quadam statu ubi vix homo vivere potest sine peccato. *Matthæum nomine.* Alii appellant eum Levi, ad servandum honorem ejus, ut non nesciatur ille esse peccator: sed ipse vocat se Matthæum, quia *justus in principio accusator est sui*, dans intelligere quod Dominus non est acceptor personarum. *Et dixit ei : Sequere me.* Et hoc magnum est quod moveat Dominus ad sequelam. *Et surgens secutus est eum.* Unde potuit dicere illud Job xxiii, 2 : *Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi, et non declinavi ab ea.*

Sed objicitur quod hoc non potest esse quod ad unum verbum iste secutus est eum. Et dicendum, quod fama Jesu ita divulgata erat quod jam beatum se reputabat qui sequiebatur eum; ideo ad unum verbum iste secutus est enim. Unde ostenditur obedientia quia statim secutus est eum.

Sed quare non statim vocavit a principio? Dicendum, quod iste sapiens erat sapientia saeculi³. Tardavit autem Dominus vocare eum, donec miracula provocarent. Vel dicendum, quod istud dictum est per reiterationem: quia iste fuit in predicazione Domini in monte.

Sed quare ergo sic ponit Matthæus? Dico, ratione humilitatis: quia enim miraculum reputavit vocacionem ejus, ideo inter miracula recitat.

Sed quare plus fit mentio de vocatione Petri et Andreae et Matthæi, quam aliorum? Dicendum, quod inter viliores homines fuerunt pescatores. Item inter peccatores, illi maxime qui uestigia recipiebant. Et ideo specialiter illi mentio, ad cognoscendum quod Deus non est personarum acceptator.

Sequitur: *Et factum est eo discubente in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discubebant cum Iesu et discipulis ejus.* Hic tangitur quo-

¹ Al. : « turbari. » — ² Al. : « uestigialum. »

³ Al. : « servili. »

modo multos vocavit ad familiaritatem : unde dicit : *Et factum est etc.* Alii dicunt quod fecit et convivium ; iste vero tacet. Et verum est quod fecit : unde invitavit multos, ut ad Deum traherentur : quia cortina eortinam trahit, Exod. xxxvi, Unde signum est quod aliquis firmiter conversus est ad Dominum, quando alios trahit, quos magis diligit. Unde dicit quod *multi publicani discubebant, et peccatores cum Iesu* : quia si quis aperuit mihi, intrabo, et canabo cum eo, et ipse mecum : Apocalyp. iii, 20. *Et videntes Pharisæi etc.*

Dictum est qualiter Dominus peccatores invitat ad sequelam, et ad convivium recipit ; hic ponitur disceptatio : primo de societate ; secundo de convivio, ibi, *Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis.* Circa primum primo ponitur quaestio ; secundo responsio, ibi, *Ait Jesus etc.* Dicit ergo : *Et videntes Pharisæi dicebant discipulis ejus.* Notandum, quod isti Pharisæi erant malitiosi, unde volebant schisma ponere inter discipulos et Jesum : unde discipulis, Jesum accusabant, et discipulos et Jesu. Unde volentes erga discipulos accusare Jesum, dicunt : *Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester?* Isti sunt de numero illorum de quibus habetur Prov. vi, 16 : *Sed sunt quae odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus, scilicet qui seminat inter fratres discordias.*

Sed queritur quare Lucas dicit istud esse dictum de discipulis. Et respondet Augustinus, quod eadem est sententia utrobiique, licet verba differant : quia totum imputabant doctrinæ magistri. Unde Lucas refert ad verba, sed Matthæus ad sententiam.

Sed videtur quod isti recte arguebant, quia sunt vitanda peccatorum consortia. Sed notandum, quod aliquando sunt vitanda peccatorum consoritum propter superliam et contemptum, ut isti, sicut habetur Isa. lxy, 5 : *Non appropinquas mihi, quia immundus es.* Alii vero vitant consoritum propter peccatorum utilitatem², ut erubescant, et sic

convertantur ; et sicut dicit Paulus I ad Corinth. vi, 5 : *Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam.* Item aliquis vitat propter cautelam sui, timens ne pervertatur. Eccl. xxii, 4 : *Qui tangit picem coiuquinabitur ab ea.* Et in Psal. xvn, 27 : *Cum per verso perverteris.* E contrario similiter aliqui commorantur cum³ peccatoribus ad sui probationem : unde tentatio est sui probatio, ut habetur Eccl. xxvn, 6. Et II Pet. ii, 18 : *Aspectu enim et auditu justus erat habitans apud eos.* Et Cant. n, 2 : *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Et ibi dicit *Glossa* : Non fuit bonus, qui malos tolerare non potuit. Item aliqui inter malos commorantur propter conversionem, ut Paulus dicit I Corinth. ix, 19 : *Omibus omnia factus sum, ut omnes lucifacerem.* Sed differentia est : quia peccatoribus perseverantibus et ponitere nolentibus non oportet communicare. De illis vero de quibus speratur, distinguendum est ex parte illius qui habitat : quia aut est firmus, aut infirmus. Si infirmus, habitare cum eis non debet : si firmus, competens est ut cum eis habitet, ut eos ad Deum convertat. Item Jesus medicus erat certus, ideo cum esset cum eis periculum non timebat ; ideo etc.

Sed sequitur Jesu responsio. Et ponit rationes tres. Primo ex similitudine dicit : *At Jesus audiens dixit : Non est opus valentibus medicus.* Et vocat se Dominus medicum, et bene. Psal. cu, 3 : *Qui sanat omnes infirmitates tuas, scilicet tam animæ quam corporis*⁴. Ideo tangit infirmitates et animæ et corporis : unde dicit : *Non est opus valentibus medicus etc.* Valentes dicuntur qui ex superbia reputant se valere : de quibus Apoc. iii, 17, dicitur : *Dicis : Dives sum et locupletatus, et nullius ego; et nescis quia tu es miser, et miserabilis, pauper, cæcus et nudus.* Et talibus non est opus medicus, sed male habentibus, idest peccatum recognoscientibus ; sicut dicebat David Psal. l, 5 : *Iniquitatem meam ego cognosco etc.* Secundo inducit auctorita-

¹ Al. deest : « primo. »

² Al. : « vilitatem. »

³ Al. omittitur : « cum. »

⁴ Al. : « erit habitum inter illos. »

⁵ Al. : « qui propitiatur Dominus omnibus infirmitatibus tuis, animæ quam corporis etc. »

tem, dicens : *Euntes autem discite quid est*; quasi dicat : Vos non intelligitis Scripturas ; sed ite, et discite quid est : *Misericordiam volo, et non sacrificium*. Illoc scribitur Oscar vi, 6. Et dupliceiter exponitur. Primo ita quod intelligatur unum alii praeferri : quia magis volo misericordiam, quam judicium : unde prasertur sacrificium sacrificio. Sacrificium est agnus item misericordia : talibus enim hostis miseretur 'Deus. Quid ergo istorum melius? Prover. xxi, 3 : *Facere misericordiam et judicium magis placet Deo quam victimæ*. Vel ita quod unum approbetur, reliquum vero reprobetur. *Misericordiam volo, sed non sacrificium*, quod faciatis¹. Unde Isa. i, 15 : *Holocausta nolui*², quia, *manus vestræ sanguine plena sunt*. Vel aliter : *Misericordiam volo; et non sacrificium*. Illud enim dicitur aliquis velle quod vult propter se et non propter aliud : sicut se medieus diceret : Volo sanitatem ; et sic in operibus quæ offerimus Deo, quædam offerimus propter se, ut diligere Deum et proximum ; alia vero propter ista. Michæ vi, 8 : *Indicabo tibi, homo, quid sit bonus, et quid Dominus requirat a te. Utique facere judicium, et diligere misericordiam*. Tertio indicit Dominus aliam rationem ex suo officio : ut si aliquis legatus missus esset et uteretur suo officio, si prohiberetur ab alio, diceret : Stultus es, quia prohibes quod ad me pertinet. Venerat Dominus ad salvandum peccatores : unde dictum est cap. i, 21 : *Et vocabis nomen ejus Jesum : hic enim salvum facies populum suum a peccatis eorum*. Et ideo dicit : *Non veni vocare justos, sed peccatores*. Lucas addit, ad paenitentiam. Et justa est hæc additio : quia non venit vocare peccatores ut remanerent in peccatis, sed ut amoveantur ab eis.

Sed potest quaeri de justis, quia nullus justus nisi solus Deus, quia omnes simus peccatores. Item videtur falsum quod dicit, quia Joannes justus fuit, Simeon justus, Zacharias justus ; et tamen eos vocavit.

Dicendum, quod distinguendum est de

justitia : quia justus aliquis dicitur qui peccato non est obnoxius ; et sic non est justus quisquam, quia omnes vel mortali vel veniali vel originali sunt obnoxii saltem quantum ad reatum : et istud penitus delevit : quia Joan. v, 40, *Ipse venit ut vitam habeant*. Unde nouenit vocare justos inquantum justos, sed inquantum peccatores³. Item dicitur justus qui non est obnoxius peccato mortali : unde nouenit vocare justos ad paenitentiam, sed ad majorem justitiam. Vel sic. *Non veni vocare justos*, id est qui de sua justitia confidunt ; sed peccatores, qui paenitent, ignorantis suam justitiam.

3. Ille ponitur quæstio de convivio ; et sequitur responsio, ibi, *Et ait Jesus*.

Sed tunc est hic quæstio litteralis, quare Marc. ii, et Luc. vi, videtur quod ab aliis facta fuerit quæstio : ubi dicitur Luc. iii, 18 : *Quare discipuli Joannis et Pharisavorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant?* Ergo discipuli non dixerunt.

Angustinus solvit. Ita erat quod Pharisæi insidiabantur Christo : unde aliquando secum Herodianos traxerunt ; modo vero assumpserunt discipulos Joannis. Unde potuit et ab aliis et a discipulis peti.

Sed unde hoc quod jejunabant? Respondeatur hic ex traditionibus suis, vel ex lege, sicut habetur quod in die propitiationis teneluntur jejunare. Et Zach. viii, 19 : *Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domini Iuda in gaudium et letitiam, et in solemnitates præclaras*. Item discipuli Joannis jejunabant exemplo magistri sui, qui magna fuit austерitas. Discipuli vero Christi non jejunabant.

Et ait illis Jesus. Ille respondet Jesus, et subtiliter. Primo assignat causam a parte sua ; deinde a parte discipulorum. Circa primum duo facit. Primo determinat tempus epulandi ; secundo jejunandi, ibi, *Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus ; et tunc jejunabunt*. Dicit ergo : *Numquid possunt filii sponsi*

¹ Al. : « promeretur. »

² Al. : « noluit. »

³ Al. : « sed peccatores. »

lugere quandiu cum illis est sponsus? Tibi iste dicit lugere, alius dicit *jejunare*. Licet enim jejuniū quamdam habeat latitudinem spiritualem, tamen, ut habetur Hebr. xii, 2, *Omnis disciplina in præsentia quidem videtur esse non gaudium, sed mororū*. Unde est jejuniū spiritualis letitiae, ut habetur Daniel. ix, 3 : *Posui faciem meam ad Dominum Deum meum deprecari et rogare in jejunio, sacco et cinere*. Item est luctuosum et afflictionis, ut quando propter dolores. Respondet Dominus de utroque. Sponsus Christus est : quia enim habet sponsam sponsus est. Ipse enim est sponsus totalis Ecclesiæ, et primordium. Alind habuit primordium lex vetus, et alind lex nova : lex enim vetus primordium habuit in timore : lex nova in amore : unde Rom. viii, 15 : *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei*. Et Heb. xii, 22 : *Accessistis ad montem Sion, et civitatem Dei viventis Hierusalem*. Quia igitur primordium nova legis fuit in amore, ideo discipulos suos nutrire debuit in amore quodam ; ideo se sponsum nominat, et discipulos filios : quia ista sunt nomina amoris. Unde bonum est quod conservem eos : et ideo nolo aliquid grave eis impunere, ne abhorreat, et sic retrocedant. Et ideo qui in religionibus sunt, non sunt gravandi. Unde Ambrosius in *libro de Similitudinibus* reprehendit eos qui novitios graviter onerant. Et hoc est quod Christus dicit : *Nunquid possunt filii sponsi lugere?* etc., quasi dicat : Non oportet quod jejuent ; sed magis in quadam dulcedine vivere et amore ; ut sic legem meam recipient in amore, ut habetur ad Rom. vi, : *Qu modo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus*. Unde a Pascha usque ad Pentecostem non sunt jejuniū : quia tunc recolit Ecclesia novitatem legis. *Venient autem dies etc.* Et hoc ad litteram. *Venient dies*, quando scilicet vobis prorenantibus, *aferetur ab eis sponsus*; et tunc *jejunabunt*. Et hoc prædictum eis, dicens, Iac. xvi, 20 : *Vos plorabitis; mundus autem gaudebit*. Illi enim qui ante Christum fuerunt, desideraverunt Christi præsentiam, ut Abraham

et Isaías, et alii prophetæ. Item post mortem ejus desiderata fuit ab Apostolis : unde Petrus quasi in continuo doloro erat propter absentiam Christi ; et Paulus diebat : *Cupio dissolvi, et esse cum Christo ad Philip. 4, 23*. Unde tunc erat tempus jejunandi. Alia ratio quare in præsentia non tenentur jejunare : quia jejuniū eligendum est in quantum castigat carnem, ne contra spiritum invalescat : sed cum erat præsens, custodiebat eos ab excessu : ideo non oportebat eos jejunare. Unde in Joan. xvii, 12 : *Pater, cum eram cum eis, conservabam eos*. Sed Joannes Baptista non habebat hanc virtutem ; ideo jejunare debebant ejus discipuli. Sed quando Christus ablatus fuit, eos oportuit jejunare. Unde Paulus dicit I Corinth. ix, 27 : *Castigo corpus meum, et in servitatem redigo etc.* Nemo autem mittit commissuram panni rudiis in vestimentum vetus. Illic ponit aliam rationem a parte discipulorum ; et ponit duo exempla. Unum secundum Augustinum, aliud secundum Hieronymum. Unde secundum Augustinum, vult dicere : Dicitur est quod in præsentia Christi non debebant jejunare discipuli, nec etiam ex conditione sua, quia imperfectis gravia injungi non debent. Igitur cum isti sint imperfecti, eis jejuniū injungi non debet. Ut istud ergo significet, tangit sub metaphora panni et vini. Quia justitia consistit in operibus exterioribus et in novitate affectionis, ideo duo exempla ponit. Dicit ergo : *Nemo mittit etc.* ut si vellet jungenre novum paunum, non ponet commissuram, idest depelit a turram, *panni rudiis*, idest novi, in *vestimentum vetus*, quia tolleret ejus pulchritudinem : sic si aliquis imperfectus habet aliquam consuetudinem vitæ suæ, si vis impunere ei alind jugum, recedit ab eo quod consueverat, et efficitur pejor scissura, ut habetur infra. *Neque mittunt vinum novum in utres veteres*. Ponit hic alind exemplum de vino : quasi dicat : Discipuli mei sunt quasi utres veteres. Vinum novum est lex nova, ratione novitatis : unde cum receperint Spiritum sanctum, dixerunt eos musto madere. Act. ii, 13. Unde : *Neque mittunt vinum novum in utres veteres* : alioquin rumpuntur utres. Unde

si homini veteri, qui aliquando habet aliquam consuetudinem, imponis novum vivendi modum, rumpitur cor per intollerantiam. Item *effundit vinum*, idest non custoditur, et *utres pereant*; quia concavarunt mandata Dei, et ideo pereant. *Sed vinum novum in utres novos mittunt*, doctrinam spiritualem innovans per affectum, ut dicit Apostolus I Corinth. II, 13 : *Spiritualibus spiritualia comparantes*. Proverb. II, 10 : *Si introierit sapientia cor tuum, et scientia animae tuae placuerit, custodiet te, et prudentia servabit te, ut eruaris a via mala, et ab homine qui perversa loquitur etc.* Hieronymus aliter exponit : quia institutum Pharisaeorum vocat vestimentum velut, novum doctrinam evangelicam ; quasi dicat : Non est bonum ut servent documenta vestra, quia sic facerent scissuras veteres ; et sic novam doctrinam recipere non possent : sicut videmus quod facilius recipit doctrinam suam qui non est imbutus contraria doctrina quam qui est imbutus. Et ideo non est bonum quod vestra imbuanatur doctrina.

4. Posuit miracula quibus adhibentur remedia contra pericula peccati; hic ponit illa quibus adhibentur remedia contra pericula mortis. Et dividitur iuⁿ partes duas : quia primo narrat quomodo vitam restituit ; secundo quomodo opera vitae, ibi, *Et transiunte inde Jesu*. Cirea primum primo ponitur invitatio ad miraculum peragendum ; secundo indicium, ibi, *Et ecce mulier etc.*; tertio miraculi preparatio, ibi, *Et cum ejecta esset turba*. Cirea primum quatuor facit. Primo describitur tempus invitationis ; secundo persona invitans ; tertio invitatio : quarto admissio invitationis. Dicit ergo : *Huc illo loquente, scilicet in domo Matthei.*

Sed est objectio : quia Marens et Lucas alio ordine recitant, scilicet quod iste accessit ad Jesum postquam transfrateraverat.

Augustinus solvit, quod quando ponitur in Evangelistis aliquid ad tempus portinens, si statim ponitur, representatur tunc ordo historiæ ; et ideo eum dicitur

hic, *Hæc eo loquente*, significatur ordo historiæ : sed in Marco et Luca refertur ad ordinem memoriae sue. Vel potest dici, quod fuit aliquis locus medius ubi istud accidit : aliquando enim non dieunt utrum statim, post, vel quando factum quid sit.

Sequitur : *Ecce princeps*. Illic ponitur persona invitans, scilicet princeps synagogæ, et dicitur Jairus illuminatus, vel illuminatus. In Gen. xxii, 6 : *Princeps Dei est apud nos*. Sequitur invitatio ; et duo facit. Primo exhibuit reverentiam, quia personaliter accessit, et adoravit. Item potestate confitetur, quia dicit, *Domine*. Iste princeps significat antiquos patres, quia isti accesserunt per desiderium et credentes Christum venturum adoraverunt. Ps. cxxxi, 7 : *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus*. Item confitebantur : *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus*. Psal. xcix, 3.

Sequitur periculum : *Filia mea modo defuncta est*. Contrarium habetur in Luca et in Marco : quia ibi Mar. V, 23, dicitur : *Filia mea in extremis est*. Et cum esset in via, occurserunt ei famuli etc.

Solvit Augustinus : quia quando iste Jairus recessit, jam erat in extremis, et credebat quod eam non inveniret vivam : ideo magis petebat ut veniret et resuscitaret eam, quam ut curaret : unde dicit : *Filia mea modo defuncta est etc.*, quasi dicat : *Credo quod jam mortua sit*. Alii igitur dixerunt secundum quod fuit ; sed Matthæus ad intentionem retulit. Ideo Augustinus dat honum documentum, quod non est necessarium quod eadem verba referantur, sed sufficit quod solum intentio dicatur.

Sed quare dixerunt famuli ibid. xxxv : *Noli rexare magistrum?* Videtur hoc fuisse incredulitatis. Dicendum, quod hoc verum esset si hoc dicerent ex intentione domini ; sed ipsi nesciebant ejus intentionem Chrysostomus sic exponit. Consuetudo est aliquorum quando volunt movere ad pietatem, quod exaggerant malum : ideo ut magis moveret eum, dixit, *Defuncta est*.

Ista filia est synagoga, quæ filia est

¹ Al. : « dividitur quia primo etc. »

² Al. : « ut. »

principis, scilicet Moysi, que mortua est per infidelitatem, Luc. xix, 42 : *Nunc autem abscondita est ab oculis tuis etc.* Sed videtur esse in isto fides infidelitati conjuncta : quia quod credebat quod resuscitaret, erat¹ fidei ; sed quod credebat quod absens non posset, hoc erat infidelitatis. Unde iste videtur similis Naaman, qui dixit : *Putabam quod egredere tur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu sua locum leprae, et curaret me etc.* IV Reg. v, 11.

Sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet. Mystice hic significatur appetitus patrum de venturo² Christo : unde dicebant : *Veni, impone manum tuam*, idest Christum, ut in Psal. cxliii, 7 : *Emitte manum tuam de alto. Et surgens Jesus secutus est eum.* Surgens, scilicet a prandio. Hic habetur documentum misericordiae Christi, quia ad petitionem illius, statim ivit, ut habetur Isa xxx, 19 : *Statim ut audierit, respondebit tibi Dominus.* Item dat exemplum praelatis de sollicitudine, quod statim solliciti sint ad subveniendum peccatis. Item dat documentum obediendi, quia discipulos secundum duxit, ut habetur Heb. xiii, 17 : *Obedite præpositis vestris.* Sed non duxit Matthæum, quia adhuc infirmus erat.

Et ecce mulier. Dat exemplum virtutis. Et tria facit. Primo describitur ejus infirmitas ; secundo commendatio mulieris, ibi, *Dicebat enim intra se etc.* ; tertio benignitas Christi sanantis, ibi, *At Jesus con versus etc.* Dicit ergo : *Et ecce mulier.* Uthabetur Lev. xii, mulier quæ patiebatur fluxum sanguinis, immunda erat, et non habitabat cum hominibus : ideo non accessit in domo, sed in via. Et haec significat gentilitatem, quæ ingressa est in plenitudinem Iudeorum, ut habetur ad Rom. xi, 25 : *Cœxit ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.* Haec, scilicet synagoga, habet fluxum sanguinis, scilicet errorem immolutiū sanguinis. Vel potest retorqueri ad peccata carnalia : unde caro et sanguis regnum Dei non possidebunt : i ad Cor.

xv, 50. Haec mulier patiebatur duodecim annis : et filia principis erat duodecim annorum : unde haec incepit pati quando filia principis nata fuit. Accessit retro, et tetigit simbriam vestimenti ejus. Hic ponitur commendatio ipsius mulieris ex ipsis humilitate, et ex fide quæ maxima est ad impetrandum³. Accessit, et tetigit simbriam, a retro. Quare a retro? Quia immunda reputabatur : unde quicquid tangebat, immundum erat secundum iesem; ideo temebat ne repudiaret eam. Item non est ausa tangere nisi simbriam. Principiebatur in lege quod in quatuor angulis vestis portarent simbrias, et ibi habebant tympana ad memoriam mandatorum Dei, et ut sic ab aliis dignoscerentur : et hanc vestem Christus habebat. Mystice hoc significat gentilitatem, quæ accessit per fidem ; sed retro, quia non ipso vivente. Item tetigit vestimentum, scilicet humanitatem, et solum simbriam, quia per Apostolos tantum. *Dicebat enim intra se : Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.* Hilarius dicit : Multa est virtus Christi : quia non solum in animam, sed ex anima in corpus, et ex corpore in vestes redundat. Et sic omnia quæ tetigerunt Christi corpus habere debemus in reverentiam. Psal. cxxxii, 2 : *Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron;* quod descendit in oram vestimenti ejus etc. Quod descendit in barbam, idest divinitas in carne ; et in oram vestimenti, idest in Apostolos⁴. *Salva ero :* sic si fecerimus et ei adhaeserimus, salvi erimus. Joel. n, 32 : *Omnis enim qui invocaverit nomen Domini salvus erit.*

At Jesus conversus, et videns eam, dixit, *Confide filia.* Hic ponitur Christi benignitas. Et primo ostenditur factus : quia conversus ad eam. Et quare? Ne dissideret : quia enim furtive accesserat, nou credebat quia converteretur ad eam. Item ut traheretur ad exemplum fides istius item ut se Deum ostenderet : unde conversus est conversione misericordiar, et vidit eam oculo pietatis. Zach. i, 3 : *Convertimini ad me, et ego convertar ad*

¹ Al. : « est. »

² Al. : « veniendo. »

³ Al. : « imperandum. »

⁴ Al. : « idest divinitas in carne, quod descendit in barbam, idest in Apostolos, et in oram vestimenti. »

vos. Item ostenditur ejus benignitas verbo, cum dicit, *Confide.* Quia timens accessit, ideo blande eam alloquitur. Isa. xxx, 45 : *Si revertimini et quiescatis, salvi, eritis.* Item vocat eam filiam, ne diffidat. Joan. i, 42 : *Dedit eis protestatem filios Dei fieri.* Item dat spem : *Fides tua te salvam fecit.* Unde nostra salus ex fide est, ut habetur ad Rom. iii. Et sequitur effectus : *Et salva facta est mulier ex illa hora :* et non ex hora qua Christus dixit, sed ex hora qua tetigit.

Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines etc. Hie ponitur resuscitatio. Et quatuor facit. Primo mortis indicia describuntur; secundo datur spes, ibi, *Recondite etc.*; tertio ponitur resuscitatio; quarto ponitur effectus. Dicit ergo : *Cum renisset... et vidisset etc.* Et quare venerunt tibicines? Turba venit sicut solet fieri etiam de mortuis modo; sed tibicines, quia fuit consuetudo quod veniebant tibicines, et cantabant lugubria, ut alios excitarent ad fletum, ut habetur Iler. xix, 47 : *Contemplinati, et vocate lamentatrices, et veniant.* Hic tibicines sunt falsi doctores: *lingua enim eorum adiunctiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.* Isa. iii, 8 : Turba autem populus Judaeus. Exod. xxiii, 2 : *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Hanc suscitavit Dominus in domo. Tres enim mortuos suscitavit Dominus: Phellam in domo, juvenem in porta, Lazarum in sepulchro. Quidam enim peccato moriuntur, sed non extra fermentum; et hoc est per consensum in peccatum, sed non excepto ad extra per opera. Quidam autem extra fertur ad actum, et hic significatur per eum quem suscitavit in porta. Quidam vero ex consuetudine jacet in sepulchro, qui significatur per Lazarum. Haec igitur puerilla significat peccatorem qui est in peccato occulito, scilicet in mente. Tibicines sunt qui sovent eum in peccato. Ps. x, 3 : *Laudatur peccator in desideriis animarum sur.* Turba est cogitationes. Et haec sanat Dominus: nunc dicit : *Recedite, nou est mortua.* Hie dat spem. *Nou est mortua,* scilicet sibi; *sed dormit,* quia est ita sibi

facile¹ resuscitare, sicut alieni aliquem excitare a somno. Simile habetur Joan. xi, 11 : *Lazarus amicus noster dormit.* *Non est mortua.* Et quare dixit hoc modo? Quia deridebant eum. Sed quare volunt derideri? Hoc fuit ut non possent contra miraculum dicere. Unde primo adversarios faciebat confiteri, ut post contradicere non possent. *Et cum ejecta esset turba, intravit.* Et quare ejecta fuit turba? Quia videre non fuit digna. Turba sunt Iudei qui non convertuntur. Et moraliter, ad hoc quod anima suscitetur, oportet quod turba cogitationem expellatur; et tunc intrat Dominus. *Intravit, et tenuit manum ejus etc.* Psal. xi, 16 : *Dexter a Domini fecit virtutem.* Tencit manus peccatoris quando adjutorium ei praebet. *Et surrexit puella,* scilicet ad vitam: sic nos per Dei adjutorium a peccato. Sequitur divulgatio in omnem terram.

5. Supra ostensum est qualiter vitam restituit; hic tangitur quomodo dedit officia vitae: et primum tangitur quomodo vitum restituit; secundo quomodo loqulam, ibi, *Egressus autem illos, etc.* Et primo quatuor facit. Primo ponitur petitio eacorum: secundo examinatio credentium ibi, *Et dicit eis Jesus etc.*; tertio exauditio, ibi, *Tunc tetigit oculos eorum;* quarto instruc*ti*o illuminatorum, ibi, *Et communias est.* Circa petitionem istorum quinque notare possumus, quae faciunt petitionem exaudibilem. Primo, quia congruum tempus elegerunt ad petendum, quia *transirent eo*: et in hoc significatur tempus incarnationis, quod est tempus miserendi. Unde in Psal. c. 14 : *Quia renit tempus miserendi ejus.* Et ideo melius exauditi fuerunt, ut habetur Heb. v, 7 : *Exauditus est pro reverentia sua.* Item ad hoc ut impetrarent, *secuti sunt eum*; qui enim Deum non sequuntur obediendo, non impetrant. *Duo eccl.* Isti duo eccl. sunt duo populi, scilicet Iudeorum, et Gentilium: eccl. enim sunt qui fidem non habent. De talibus dicitur Isa. lxx, 10 : *Palparinus sicut eccl. porietem.* Item requiritur fervor devotionis, eum dicitur, *Clamantes,* ut

¹ Al. : « ita facile. »

habetur in Psal. cxix, 4 : *Ad Dominum cum tribulaver clamari, et eraudivit me.* Item humilitas petentium, cum dicitur : *Dicentes : Filii David miserere nostri : ut habetur Dan. ix, 17 : Eraudi Deus noster orationem serri tui.* Item tangitur fides eorum, quia filium David nominant ; et haec est necessaria ; ut habetur Iac. 1, 6 : *Postulet in fide, et nihil hasitans.* Deinde petentes examinat, Primo facto, differendo exauditionem eorum : tunc enim firma fides ostenditur quando statim non impetratur. Habac. ii, 3 : *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet.* Unde duxit eos usque ad domum. *Cum autem venisset dominus etc.* Per domum istam intelligitur Ecclesia, quia ista est domus Dei, vel cœlum. Psalm. cxvi, 16 : *Caelum cœli Domino.* Item examinavit eos verbo : *Creditis quia hoc possum facere vobis?* Et hoc non petit quasi ignorans ; sed ut meritum eorum augeatur. Rom. x, 10 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Item petit ut ostendatur fides alii, ut sciunt quia justo illuminavit. Item petit ut ad majora promoveat : magnum enim professi erant, quia filium David : sed non sufficiebat ; ideo magis ab eis petit. *Creditis quia possum hoc facere?* scilicet propria potestate, quod solius Dei est. *Dicunt ei : Utique Domine.* Unde modo Dominum vocant, quod est proprium solius Dei.

Sequitur exauditio. Et primo ponitur curatio ; secundo curationis effectus, ibi, *Et aperti sunt oculi eorum.* Ponitur curatio, cum tetigit oculos eorum, dicens : unde tetigit, et dixit¹. Utrumque tamen per se sufficiebat ; tamen utrumque fecit, ut significaretur quod cæcitas per Verbum incarnatum illuminatur. Joan. i, 14 : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis ; et vidimus gloriam ejus.* Unde dicit : *Secundum fidem vestram fiat vobis :* quia merito fidei illuminantur qui sine fide sunt cæci. Sequitur effectus : *Et aperti sunt oculi eorum.* Primo ergo dat lumen ; et ita implevit illud Joan. i, 4 : *Et vita erat lux hominum.* Isa. xxxv, 4 : *Ipse veniet, et salvabit nos².* Sequitur

instructio : unde dicit : *Et comminatus est.*

Et quare hoc ? Alibi enim dicitur Luc. ix, 60 : *Vade ad tuos, et annuntia regnum Dei.* Chrysostomus : *In bonis nostris duo possimus considerare : quod Dei est, et quod nostri. Quod nostri est, debemus latere : quod Dei est, debemus manifestare ; ut Paulus Philip. ii. Querentes non que nostra sunt, sed que Iesu Christi.* Supra v, 26 : *Ut videant opera vestra bona, et glorifescant patrem vestrum qui in celis est.* Unde dicit : *Videat ne quis sciatur, ut doceat vitare vanam gloriam.* Illi autem, non immemores beneficij accepti, execentes diffamaverunt eum, ut habetur Isa. lxiii, 7 : *Miserationum Domini recordabor.*

Sed numquid peccaverunt isti, quia contra præceptum Domini fecerunt ? Dico quod non, quia bona fide fecerunt, et ut ostenderent quantum sanctitatis exhibeat Dominus.

Egressis illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum. Supra Dominus restituit visum eæco ; nunc muto restituit loquaciam. Et sufficienter junguntur ista, quia locutio est signum visionis interioris. Isa. xxxv, 4 : *Ipse veniet, et salvabit nos.* Et tunc aperientur oculi cœcorum, et aures surdorum patebunt. Et in hoc tria facit. Primo describitur infirmus ; secundo tangitur curatio, ibi, *Et ejecto dæmonio, locutus est mutus ; tertio curationis effectus, ibi, Et miratae sunt turbæ.* Dicit ergo : *Egressis autem illis etc.* Ab isto non queratur fides, sicut a præcedentibus, quia iste erat obsessus a dæmonio, ideo non erat compos mentis : et ideo non quiescit de fide ejus. Et iste significat gentilem populum, qui mutus est ad laudem. Psal. lxxvii, 6 : *Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt.* Item habent dæmonium, quia dæmonibus immolant. Psal. xcvi, 5 : *Omnes dii gentium dæmonia.* Primo ergo ut bonus medicus curavit causam ; secundo morbum : quia primo ejicit dæmonium ; et sic *ejecto dæmonio, locutus est mutus.* Sic gentilis dum liberatus est ab idolorum servitute, lo-

¹ Al. : « dicens, Tetigit, et dixit. »

² Al. : « omittitur tota hæc auctoritas Isaiae. »

cutus est mutus, scilicet laudem Dei: ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris etc. Phil. ii, 2. Sequitur effectus: *Et mirata sunt turbx: unde mirabantur super his quae videbant. Et quia mirabantur, ideo dicebant: Nungquam apparuit sic in Israel.* Verum est quod Moyses fecit miracula, et alii; sed talis non fuerat, scilicet qui tot faceret; item qui solo tacui; item qui statim: ita quod ei conveniat: *Quis similis tui in fortibus, Domine, quis similis tui?* ut habetur Exod. xv, 11: *Et Joan. x, 25: Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Item curam per fidem, quod lex non poterat facere; ut habetur ad Rom. viii, 2: *Lex enim spiritus virtutis in Christo Iesu liberavit me a lege peccati et mortis: quod impossibile est legi.* *Pharisæi autem dicebant. Pharisei, idest divisi, quia perverse interpretabantur, ut Eccli. xi, 33: Bona in malum vertent. Unde dicebant: In principio daemoniorum ejicit demones.*

Hic dicit Augustinus quod est notandum, quod Christus idem miraculum bis fecit. Et hoc patet, quia diversimode dicunt Evangelistæ: nunc cum invenimus quasi contraria, possumus referre ad unum vel ad aliud, dicendo aliud esse miraculum.

6. Ostensum est qualiter subvenerat occurrentibus; hic tangit quod ad eos ibat. Et hic duo tangit. Primo qualiter impedit quibusdam effectum; secundo quomodo affectum, ibi, *Videns autem turbas, misertus est eis.* Et circa primum primo ostendit ubi impedit auxilium; secundo quod docuit; tertio quod fecit. Dicit ergo: *Et circuibat Jesus omnes civitates et castella.* In quo datur præparatoribus exemplum, quod non sint contenti prædicare in uno loco tantum. Joan. xv, 16: *Posui vos ut catæ, et fructum affratis etc.* *Omnes civitates et castella.* Et bene illud ordinatur cum precedentibus. Quia dixerant quod in principe daemoniorum ejiciebat demonia; ideo manifestat se non habere daemonium, ut ei conveniat Psal. cxix: *Cum his qui oderant pacem eram pacificus, dum loquebar illis impugnabant me gratis.* Sequitur quid annuntiabat: duo enim faciebat, quia in

synagogis erat docens et prædicans. *Docens* quæ ad fidem, *prædicans* quæ ad mores. Item coram multis, quia in synagogis. In Psal. xxxix, 10: *Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna.* In quantum differt a doctrina hæreticorum, quæ est in occulto. Secus doctrina Christi. Joan. xviii, 20: *Nihil in occulto locutus sum vobis.* Item taugit quæ docet, quia *Evangelium regni.* Joan. xviii, 37: *In hoc notus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati etc.* Unde cœlestia docebat. Isa. xlvi, 17: *Ego Dominus docens te utilia.* Postea ostenditur facto quid fecit: *Curans omnem languorem, et omnem infirmitatem.* *Languores*, quæ ad graves infirmitates; *infirmitates*, quæ ad leves. In Psal. ci, 3: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas.* Et quare hoc? Ut confirmaret miraculo quod dicebat verbo; ut in Marc. ult. 20: *Dominio cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.* Item ut ostenderet exemplum præparatoribus, ut facerent et docerent. Act. i, 1: *Copit Jesus facere et docere.*

Videns autem Jesus turbas, misertus est illis. Illic ostendit qualiter Dominus quibusdam impedit affectum; et hoc contra quosdam: opinio enim fuit quod nullus sufficiebat affectus; sed requirebatur effectus; sed hic dicit: *Videns Jesus turbas, misertus est illis.* Et primo tangit quomodo misericordatur; secundo ponit exemplum. Et primo ponit misericordiam Christi, secundo causam. Dicit ergo: *Videns etc., scilicet pia consideratione, misertus est eis,* quia proprium est ei misereri. Psal. cxliv, 9: *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* Istud visum desiderabat David dicens Psal. xxiv, 16: *Respic in me et miserere mei.* Et quibus misertus est; quia *verati a daemonibus, item jacentes scilicet prostrati ab infirmitatibus.* Vel *verati erroribus, jacentes peccatis, sicut oves non habentes pastorem.* Unde Proph. xi, 14: *Ubi non est gubernator, populus corructus.* Et Ezech. xxxiv, 3: *Dispersione sunt oves meæ, eo quod non esset eis pastor.* Et in eodem ver. n: *Ei pastoribus Israel, qui poscebant semetipsos.* Ut Zach. xi, 17: *O pastor, et idolum*

drelinquentes gregem. Tunc dicit discipulis suis. Hie inducit aliquos ad miserendum: et primo assignat eusam: secundo inducit ad effectum, ibi, *Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.* Et ponit duas causas. Primo multitudinem tendentium ad bonum; secundo paucitatem doctorum, ibi, *Operarii autem pauci.* Multi convenerant; ideo dicit: *Messis quidem multa.* Messis non dicitur quando frumentum florescit, vel cum est in spica; sed tunc quando iam dispositum est ut colligatur: *'sic homines jam dispositi erant ad credendum per effectum prædictorum.* Simile habetur Joan. iv, 35: *Levate oculos vestros, et videte regiones, quoniam alba sunt iam ad messem.* Et operarii pauci, scilicet boni: unde Apostolus I Corinth. iii, 9: *Dei enim adjutores sumus. Impendete² ergo quod vestrum est.* Et quid? *Rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam.* Quando habemus defectum, debemus recurrere ad Deum; cum offi-

cium prædicationis non nisi precibus impetratur: qui cuimmittit operarios est Bonitus: unde dicitur Joan. iv, 38: *Ego misi vos.* Et rogat ut rogetur, ut nobis accumulet meritum, dum pro salute aliorum oramus. Item talem ordinem posuit, ut sanctitas aliorum aliis prosit; ut I Petr. iv, 10: *Unusquisque ut accepit gratiam in alterutrum illum administrantes, sicut boni dispensatores multi formis gratiae Dei etc.* Unde vult ut quicquid gratiae et sanctitatis repererunt, allis impendant; et ipse rogatus exaudiit. Rogat enim ut ipse rogetur ut eos mittat. Rom. x, 15: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* acquirent enim auctoritas; item gratia: unde II Corinth. v, 13: *Caritas Christi urget nos.* Item rogare dominum messis ut mittat operarios, non quaestuarios, qui corrumpti malo exemplo, in messem Dei. Quæstuarii enim non mittuntur in messem Dei, sed in messem suam: quia non querunt gloriam Dei, sed commodum suum.

CAPUT DECIMUM

1. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejecerent eos, et curarent omnem langorem et omnem infirmitatem. Duodecim autem discipulorum nomina sunt haec. Primus Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus, Philippus, et Bartholomeus, Jacobus Zebedeei, et Joannes frater ejus; Thomas, et Matthæus publicanus, et Jacobus Alphæi, et Thaddæus, Simon Chananeus, et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum. Ilos duodecim misit Jesus, præcipiens eis, et dicens: *In viam gentium ne abierritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis; sed potius ite ad oves quae perierunt dominus Israel.* Eentes autem predicare dicentes, quia appropinquabit regnum celorum: infernos curate, mortuos suscitare, leprosus mundare, demones ejicere. Gratis acceperitis; gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris. Non perauia in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virginem. Dignus est enim operarius cibis suo. In quacumque autem civitate aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete donec exeat. Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes: *Pax huic domini.* et si quidem fuerit dominus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Et qui-

cumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeunte foras de domo vel civitate excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terre Sodomorum et Gomorravorum in die iudicii, quam illi civitati.

2. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos: et ad priuades, et ad reges ducenimi propter me, in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquimini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquimini. Non cuim vos estis qui loquimini: sed spiritus patri vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficiant: et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Cum autem persecuerint vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec servus magistrum, nec servus dominum suum. Sufficiet discipulo ut sit sicut magister ejus, et servo sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis do-

¹ Al.: « colligant. »

² Al.: « impendentes. »

³ Al.: « mont. »

mesticos ejus? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est operium quod non reveletur, et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, predicate super tegta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt; et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitum omnes nutriti sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in celis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari quia venient pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversum patrem suum, et filium adversus matrem suam, et turum adversus seruum suum: et binici hominis domestici ejus. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. El qui non recipit ericem suam et sequitur me, non est me dignus. Qui inventit animam suam, perdet illam: et qui perdidit animam suam propter me, inventiet eam. Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. et quemcumque potius dederit uni ex ministris istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

1. Supra proposuerat doctrinam suam: hic ministros instruit. Et describuntur numero, potestate, et nominum positione. Numero: unde dicit, *Convocatis duodecim*. Et quare dicit duodecim? Ut ostenderetur conformitas novi et veteris testamenti: quia in veteri duodecim Patriarchae; et isti similiter duodecim. Secunda ratio ut ostenderetur virtus et effectus¹ futurus per eos. Iste enim numerus ex partibus quatuor et tribus in se ductis componitur, ut quater ter, vel ter quater. Per trinarium Trinitas designatur; per quaternarium mundus. Ideo signatur quod in totum mundum debebat eorum praedicatio extendi: unde Dominus, Mar. ult., 45: *Euntes in mundum universum, predicat邪 Evangelium omni creature etc.* Item ad signandum perfectionem: quia duodenarius consistit ex duplicitate senarii: sennarius enim perfectus est numerus: quia ex omnibus partibus aliquotis: consurgit enim per unum, duo, et tria: et istae partes simul junctae sunt sex: unde

tot vocavit² ad signandum perfectionem. Supra v. 48: *Estote perfecti sicut et pater vester perfectus est.* Sequitur de potestate eorum: quia dedi eis potestatem etc., scilicet ut ipsi faciant vel facere possint, sicut ipse fecit. Et non solum quae fecit, sed majora. Joan. xiv. Non est enim scriptum quod ad umbram Christi curarentur infirmi, sicut scriptum est quod ad umbram Petri multi curabantur, Act. v, 15: *In mundorum spirituum, ut ejicerent eos.* Unde noluit quod ipsi ejicerent sicut ipse: sed ipse verbo proprio, ipsi vero nomine Christi: unde Marc. ult., 17: *In nomine meo daemona ejicient etc.* Et non solum ut daemona ejicerent, sed ut *omnem languorem curarent;* ut habetur Marc. ult., 18: *Super ægros manus impONENT, et bene habebunt.*

Sed si queras quare modo prædicato-ribus non datur ista potestas; respondet Augustinus, quia in promptu est maximum miraculum, scilicet quod totus mundus conversus est. Aut ergo facta sunt miracula; et sic habeo propositum: si non, hoc est maximum,³ quia per duodecim vilissimos homines piscautores totus mundus conversus est.

Sequitur nominum positio. Et quare? Ne si veniret aliquis pseudopropheta qui dicaret se esse Apostolum, crederetur ei; et propter hoc reprobata est epistola fundamenti, scilicet Manichei.

Et notandum, quod iste semper binos combinat. Et quare? Quia numerus binarius est numerus caritatis. Item ubicumque ponit aliquem qui duobus nominibus vocatur, ponit aliquid per quod notetur differentia. Item sciendum, quod non servat ordinem dignitatis: tamen Petrus semper ponitur primus, qui etiam dicitur *Simon*, id est obediens: unde dicitur Proverb. xxx, 28: *Vir obediens loquetur vice-riorum.*⁴ Petrus a petra dicitur propter ejus firmitatem: et Cephas, quod Sircum nomen est, noui Hebreum. *Andreas virile:* unde dicitur Psal. xxvi, 14: *Viriliter age, et confortetur cor tuum.* Item *Philippos* os lampadis: talis debet esse præparator. In Psal. cxviii, 40: *Ignitum eloquim*

¹ . . : « vel effectus. »

² Al. : « aliquotis: unde sunt sex his tria: unde

tot vocavit etc. »

³ Al. : « si non est, hoc est maximum. »

⁴ Al. : « victorius. »

*tuum vehementer. Bartholomæus filius suspendentis aquas : et iste dicitur Christus : de quo Job xxvi, 8 : Qui ligat aquas in nubibus suis. Item Jacobus Zebédæi, qui occisus est ab Herode, qui suppluator dicitur. Et Joannes, qui gratia dicitur, I Cor. xv, 10 : Gratia Dei sum id quod sum. Iste non sequitur ordinem dignitatis, sicut Marcus. Item Thomas et Matthæus. Alii non ponunt *Publicanus*, sed iste posuit causa humilitatis. Item alii preponunt Matthæum Thoma : iste e contrario. Thomas abyssus dicitur, propter profunditatem fidei. Matthæus donatus, ut habetur Ephes. iv, 32 : *Donantes invicem, sicut et Christus donavit nobis. Jacobus Alphæi*, ad differentiam alterius. Iste frater Domini dicitur, quia consobrinus. *Et Thaddæus*, frater Jacobi, et dicitur Judas, qui scripsit epistolam ; et interpretatur cor. Prover. iv, 23 : *Omni custodia serva cor tuum*. Item *Chanaanæus*, a Cana villa. *Et Judas Iscariotes*, ad differentiam alterius Judeæ : et dicitur vel a villa vel a stirpe de tribu Issachar, qui mors dicitur. *Qui tradidit eum*. Et quare posuit ? Ut daret documentum, quod dignitas status non sanctificat hominem. Item est alia ratio, ad notandum quod vix contingit quin in multa congregatione sit aliquis malus. Et ideo ita ponitur ut ostendatur quod boni aliquando non sunt sine malis. Cant. ii, 2 : *Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias*. Et Augustinus : Non est domus mea melior quam domus Domini. *Hos duodecim elegit Deus*, et posuit divulgatores sacrae Scripturæ.*

Præcipiens eis, et dicens etc. Ille ponit eorum instructionem. Et primo instruit eos verbo ; secundo exemplo, ibi cap. xi, 1 : *Et factum est cum consummasset Jesus etc.* Verbo tripliciter. Primo de officio suo ; secundo de sumptibus ; tertio de periculis. Secundo ibi, *Nolite possidere aurum neque argentum* ; tertio ibi, *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum*. Cirea officium quatuor mandat. Primo quo vadant ; secundo quid dicant, ibi, *Euntes autem prædicate dicentes etc.* ; tertio quid

faciant, ibi, *infirmos curate etc.* ; quarto quo fine, ibi, *Gratis accepistis, gratis date*. Et primo dicit quo non vadant ; secundo quo vadant, ibi, *Sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel*. Et circa primum duo dicit. Primo : *In viam gentium ne abiheritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis*. Isti erant medii inter Gentiles et Judæos : de quibus habetur IV Reg. xvii : et isti retinuerunt partim ritum Judæorum, partim Gentilium ; et isti multum erant contrarii Judæis. Unde prohibet ne vadant ad simpliciter Gentiles, nec ad mediocres istos.

Sed contrarium videtur quod dixit infra xxviii, 19 : *Ite, docete omnes gentes*. Et Isa. xl, 5 : *Et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est*. Quid ergo dicit : *In viam gentium ne abiheritis* ?

Dicendum, quod missi sunt ad utrosque ; sed ordo debebat observari : quia primo Judæis. Et una ratio est, quia primo fieri debet quod justitia exigit, quam quod ex misericordia provenit ; sed justitia erat quod primo Judæis prædicarent, quia istud ex permissione¹ habebant ; ut habetur Rom. xv, 8 : *Dico autem Christum Jesum ministrum fuisse circumcisio[nis] propter veritatem ad confirmandas promissiones patrum*. Gentibus autem tenebatur ex misericordia : ut enim habetur Rom. xi, 17, Gentiles oleastri sunt ab oliva recepti, scilicet a fide antiquorum patrum : unde ibi dicitur : *Tu autem cum oleaster es, insertus es in illis, et socius radicis et pinguedinis olivæ factus es*. Primo ergo oliva nutrienda erat, ut aliquid aciperet² ab ea ; postmodum oleaster inserendus, Roman. xi. Item volens fidèles in fidem patrum introducere primo voluit Judæis prædicari fidem. Secunda ratio fuit, quia Dominus infundit omnibus id ad quod sunt dispositi ; sed multi Judæorum erant jam dispositi per fidem. Et siue ignis primo agit in ea quæ sunt prope ; sic Dominus ex caritate primo voluit in his qui³ prope erant. Undo dicitur Isa. i.vii, 19 : *Venient ut annuntiant pacem his qui prope, et pacem his qui longe sunt*. Item si ad Gentiles primo

¹ Al. : « prædicaret, quia istud ex permissione. »
² Al. : « ut habetur. »

³ Al. : « acciperetur. »

⁴ Al. « quæ

ivisset, Judæi, qui multum habebant Gentiles odio, reprobassent eum ex indignatione. Ideo in Act. xii, 46 : *Vobis primum oportuit praedicari regnum Dei.* Unde dicit : *In viam gentium ne abiieritis;* Id est ne appropinquetis ad viam quae dicit ad gentes, ut non loquantur de vobis. Sed non dicit, In viam Samaritanorum. Et mystice qui sunt discipuli Dei non debent ire in viam gentium, nec haereticorum. Unde Hier. ii, 48 : *Quid tibi vis in via Egypti ut bibas aquam turbidam?*

Sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. Et quare oves? quia magis perierunt ex culpa Pharisæorum, quam ex culpa ipsorum. Unde Psal. xcix, 3 : *Nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus.* Et I Pet. ii, 25 : *Eratis sicut oves errantes; sed conversi estis ad pastorem et episcopum etc.* Sed quid facient discentes? *Emittes autem prædictate.* Joan. xv, 16 : *Posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat etc.* Et militit eos sicut ipse missus est, scilicet ad prædicandum. Unde *prædictate dicentes etc.* Et sicut Jesus incepérat. Supra iv, 17 : *Agite pauperitatem: sic præcepit. Incepérat: Agite pauperitatem: appropinquabit enim regnum cœlorum.* Psal. cxviii, 155 : *Louge enim a peccatoribus salus; sed modo est¹ prope per passionem Christi.* Hech. ix, 12 : *Per proprium sanguinem introivit semel in sancta, alterna redēptione inventa.* Unde dicit, *Appropinquabit, scilicet per passionem meam:* unde in eis² fundatur per participationem gratiae, *Totum enim regnum Dei intra vos est.* Lue. xvi, 21. Sed possent dicere: Quomodo confirmabimus quæ dicemus? Certe miraculis, sicut ipse fecit. Unde dicit: *Infirmos curate etc.*

Sed si quis diceret: Quare non facit modo miracula ecclesia? dicendum,³ quod miracula facta sunt ad probationem fidei; sed jam fides approbata est. Et ideo sicut qui faceret niam demonstrationem ad probandum aliquam conclusionem, non esset alia probatio necessaria, sic ibi. Unde maximum miraculum est conversio

totius mundi: ideo non oportet quod siant alia: et sicut facta fuerunt alia miracula corporalia, ita sunt quotidiane spiritualia: quia infirmi spiritualiter curantur. Infirmi enim sunt qui peccato agitantur, qui proni sunt ad peccatum. Rom. xiv, 4 : *Infirmum autem in fide assumite.* Et isti a Domino sanantur. Qui autem consentiunt, mortui sunt, quia separantur a Deo. Et isti resuscitantur a Domino, ut Ephes. v, 14 : *Surge qui dormis, et exurge a mortuis.* Item leprosi mundantur: leprosi enim dicuntur qui sunt infecti alicorū: quia lepra est morbus contagiosus; et isti aliquando curantur. IV Regum v, dicitur quod lepra Naaman adhaesit Glezi. Item dæmones ejiciuntur; dæmones enim sunt quorum peccatum jam transitit ad effectum, de quibus dicitur Proverb. ii, 14 : *Lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* Et ut habetur de Juda, Joan. xiii, 27, quod intravit in eum satanas etc. Et isti aliquando curantur.

Et qui possent dicere Apostoli: Modo erimus divites; si facimus miracula, habebimus multa: et de hac causa voluit Simon Magus facere miracula: hanc causam excludit Dominus dicens: *Gratis accepistis, gratis date.* Magnum est facere miracula, sed majus est⁴ virtuose vivere. Unde amovet ab eis superbiam: quia potest superbia accidere duobus modis. Vel ex cupiditate, vel ex moritis. Una enim est maxima superbìa, quando aliquis bonum quod habuit, sibi ascerbit. Ideo excludit: quia accepistis. I ad Corinthi. iv, 7 : *Quid habes quod non accepisti?* Item non debetis superbire, quia non ex meritis, sed gratis. Qui enim ex meritis, non gratis recipit. Item cupiditatem excludit: *Gratis date,* id est non propter aliquod temporale. Prerium enim rei vel majus est vel aquale. Illud enim quod per prerium tradis, non est ita in corde tuo fixum, sicut prerium quod recipis. Nihil autem est dono dei aquale vel majus. Sapient. 7, 9 : *Non comparari illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua.* Nolite possidere aurum etc. Quia

¹ Al. : « sunt. »

² Al. : « in eos. »

³ Al. : « et dicendum. »

⁴ Al. : « magis. »

possent dicere : *Unde ergo vivemus?* ideo de sumptibus instruit illos ; et primo prohibet¹ ne sumptus deferantur ; secundo docet a quibus accipiunt, ibi, *In quinque artem civitatem aut castellum intraveritis etc.* Dicit ergo : *Nolite possedere aurum.*

Et notanda sunt verba quae sequuntur : qui dicit iste, *Nec calcamenta*; Marcus dicit vi, 9 : *Calceatores² sandalii.* Item dicit : *Nec virginem*; Marcus dicit, quod virgam : ideo haec verba sunt dubia et difficultia. Quod enim dicit, *Nolite etc.*, aut est consilium. Sed istud certum est quod est praeceptum : quia ita dicitur : *Jesus praecepit eis etc.* Sed Apostoli et fuerunt Apostoli, et fuerunt fideles. Aut ergo fuit eis praeceptum inquantum fideles, aut inquantum Apostoli. Si inquantum fideles : ergo ad hoc tenentur omnes fideles ; et haec fuit quadam haeresis, ut ait Augustinus, quae dicebat, quod nullus posset salvare, nisi hi qui nihil possident : et haec fuit haeresis Apostolicorum. Item alia haeresis fuit, quod nullus salvaretur nisi discalecatus pergens ; et haec furentur haereses, non quia malum praeципerent, sed quia non observantibus precludebant viam salutis. Si autem praecepitur eis inquantum Apostolis; tunc omnes praelati qui sunt successores Apostolorum ad hanc tenentur. Sed esto quod isti non male fecerunt, nonne Paulus malefecit qui portabat, et accipiebat a quibusdam ut aliis daret? Ideo difficultatem habent haec verba. Et ideo diendum, quod fuit una via, secundum Hieronymum, exponendo ad litteram, quod praecepit aliquid propter officium Apostolatus ; et non quod sit de necessitate simpliciter, sed secundum illud tempus. Unde ante passionem praecepit nihil ferre. In passione autem, Luc. xxii, 35, dicit : *Quando misi vos sine baculo et pera, numquid aliquid defuerit vobis?* Et sequitur : *Sed nunc qui habet sacerdotum emat similiter et peram ; et qui non habet, vendat tunicam, et emat gladium.* Unde ante passionem missi sunt ad Iudeos : apud autem Iudeos erat consuetudo quod suis debebant providere magistris : ideo nihil ferre praecepit cum mitteret eos ad Iudeos. Sed ista non erat consuetudo in gentibus ; ideo enim missi sunt ad gentes, data est eis licentia portandi sumptus. Portabant igitur quando predicabant alios quam Iudeis. Et quia quaedam sunt ad necessitatem ; alia quibus emuntur necessaria : et hoc est quod dicitur, quod quaedam sunt divitiae artificiales, ut uestes et calcamenta : ideo utrumque prohibet. Dicit ergo : *Nolite etc.* Quia omnis pecunia vel est de auro vel de argento vel are : ideo prohibet ne possideant aurum nec argentum : unde dicebat Petrus Act. iii, 6 : *Argentum et aurum non est mihi ; quod autem habeo, hoc tibi do.* Et quare hoc Deus praecepit? Una ratio est, quia Dominus mittebat pauperes ad praedicandum : ideo posset aliquis credere quod non praedicarent nisi propter quaestum. Ut igitur ista suspicio amoveatur, ideo praecepit nihil portare, Item ad tollendum sollicitudinem quia si essent circa hoc nimis solliciti, impeditur verbum Dei. Item prohibet divitias, quae³ subveniunt in necessitate. Et quia possent dicere : Non feremus aurum non argentum : sed peram possimus, ubi portabimus ova et panem quae sunt necessaria ad victum : et istud prohibet : *Non peram in via.* Et quare hoc prohibuit? Dicit Chrysostomus, ut ostenderet eis virtutem suam : quia sine his poterat eos mittere : unde in Luc. xxi, 33 : *Quando misi vos sine baculo et pera, numquid aliquid defuerit vobis?* Ego fecit ut ostenderet virtutem suam. Item quantum ad vestimentum : *Neque duas tunicas :* non quod non haberent nisi unam tunicam ; sed quod non haberent duo paria vestimentorum ; ita quod unum reconderent, et aliud induerent. Unde nomine unius tunice intelligit unum vestimentum. Luc. iii, 2 : *Qui habet duas tunicas, det unam non habenti. Neque calcamenta.* Et quare prohibuit? Duplex est causa, eadem ratione quia aurum et argentum. Dominus mittebat eos, ut apud omnes, pauperes reputarentur. Unde Apostolus, 1 Cor. i, 26 : *Non multum potentes elegit Deus.* Ideo voluit quod abjecti essent : pauperes enim in partibus

¹ Al. : « et prohibet. »

² Al. : « calceari. » — ³ Al. : « quia. »

orientis vadunt discalceati : utuntur tamen quibusdam quae sandalia dicuntur, et sunt de paleis. Ideo volebat ut iarent sicut pauperes illius patria. Alia ratio, quia, sicut docuit Plato quod homines non multum cooperirent nec pedes nec caput; ut firmaret eos ut magis robusti essent ad sustinendum, praecipit¹ eos ire discalceatos. Sed neque virgam. Et quae est ratio? Aliqui enim equis utuntur; alii vero virga sustinentur : ideo illud minimum etiam prohibuit, ut in ipso totaller confidenter, secundum illud Psalm.
 xxii, 4 : *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Unde quod dicit aliter², quod virgam portent, non fuit praeceptum nisi pro loco et tempore observandum. Augustinus per aliam viam vadit, dicens, quod haec non sunt precepta nec consilia ; sed sunt permissiones ita quod abstinere magis est consilium quam implere. Unde sensus est : *Nolite etc.*, idest, non est negotium ut alia calceamenta possideatis praeter haec quibus estis calceati. *Neque virgam*, idest nihil, sicut dicitur, *Neque festucam.* Et quare? *Dignus est enim operarius mercede sua etc.* Quia vos habetis potestatem accipiendi ab aliis ; et ideo non est necessarium ut portetis. Unde quando aliquid est permisum, si non hat, non est peccatum ; quicquid autem plus fit, supererogationis est. Unde et Paulus, quamvis posset ab aliis recipere, nihil accipiebat et istud erat supererogatio, ut dicit Augustinus, quia permissione non uti, est supererogationis. Unde Paulus, I ad Cor. ix, 15 : *Melius est nihili mori quam evanescere gloriam meam.* Et quare? Quia non utebar isto permesso : *Dignus est enim mercenarius etc.*

Sed quid est quod aliter dicit, quod ferant virgam³? Dicit Augustinus, quod non est inconveniens quod quedam aliquando dicantur mystice, aliquando ad litteram. Unde quod hic dicit Matthaeus, dicit ad litteram quod virgam non ferant ; quod vero Marcus dicit, mystice intelligitur, quod scilicet non ferant temporalia, sed habeant potestatem accipiendi

ab aliis. Unde : *Dignus est enim operarius cibo suo.* Istud enim non est ibi casuale. Isti operarii sunt, de quibus dictum est supra : *Rogate dominum missis ut mittat operarios in mensem suam.*

Tertia expositio est : *Nolite possidere aurum, idest saecularem sapientiam; argentum, cloqueuliam saecularem; non peram, idest solitudinem; nec duas tunicas*, idest duplicitatem ; *nec calceamenta* idest terrenorum affectionem : sunt enim calceamenta de pellibus animalium mortuorum.

In quaecumque civitatem aut castellum intraveritis etc. Supra Dominus ordinavit quod Apostoli victoria secum non deferant : et ratione probavit : quia *dignus est operarius mercede sua*; nunc determinat modum qualiter accipere debent : et primo dat modum : quia debent a volentibus dare accipere ; secundo quid fiat volentibus. Carea primum tria facit : Primo docet eligere hospitem ; secundo prohibet mutare hospitium ; tertio mandat quod hospes salutetur. Dicit ergo : Dictum est quod *Dignus est operarius cibo suo.* Ut sciatis a quo debetis accipere, ne credatis quod domus ejuslibet vobis sit concessa ; ideo in quaecumque civitatem aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit. Ethoc ne propter infamiam hopitis vestra predicatione contempnatur ; ut habetur I ad Timoth. iii, 7 : *Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.* Secunda ratio, quia si bonus aliquis fuerit, faciliter vobis necessaria ministrabit. Et in hoc providet eis. Tertia ratio est ut excludatur suscipio quæstus : quia cum viderent homines tales pauperes non accipientes nisi a bonis, signum erat eis quod propter quæstum non prædicabant. Ista duas expositiones ultimas ponit Chrysostomus, primum Hieronymus. Et hoc dicit Apostolus, I Thess. ii, 3 : *Neque enim aliquando fuimus in sermone adducti, neque in occasione avaricie.* Item dicit : *Quis in ea sit dignus :* et hoc est, quia magnum ei reputatur qui tales hospites recipit. Unde Abraham mag-

¹ AL. : « sed quid est quod ferant virgam? »

² AL. : « alter. »

³ AL. : « sed quid est quod ferant virgam? »

⁴ AL. : « Non fuimus causa avaricie aliquando. »

num reputatum est quod hospites recepit ; ut habetur ad Hebr. ult., 2 : *Hospitalitatem nolite oblivisci : per hanc enim quidam placuerunt, Angelis hospitio receptis. Et ibi manete.* Hic docet de stabilitate hospiti. *Ibi manete;* idest, non transite de hospitio in hospitium. Et quare ? Nescit tristitia hospiti ; et si dignus sit, recipiet vos libenter ; et ita cum tristitia dimitte. Iliem. xviii, 20 : *Nimquid redditur pro bono malum ? Secunda ratio est ne incurvant notam levitatis, quæ non convenit predicatori. In populo gravi laudabo te :* Psal. xxxiv, 15. Item ut evadant notam gulæ : quia si dimitterent malum hospitium pro bono, imputaretur gulæ. Ideo Dominus dicit, quod antequam intrent, petant quis fuerit in ea dignus. *Intrantes autem dominum salutato eam.* Hic notatur salutatio hospitis. Et primo ponit salutationem ; secundo effectum, ibi : *Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam.* Oportebat enim quod eis qui temporalia ministrabant, spiritualia ministrarentur ; et non solum spiritualia, sed quæ sunt necessaria ad salutem, dicendo : *Pax huic domui etc.* Et iste erat modus salutandi congruus : quia mundus erat in guerra ; in Christo autem mundus est reconciliatus. Isti enim legati erant Domini ; et ad quid ? certe ad pacem : ideo congrua erat haec salutatio. Seguitur effectus quo ad bonos, et quo ad malos. *Et si quidem fuerit domus illa digna etc.* Possimus dicere quod domus illa habebit inde quamdam vim benedictionis. Unde Apostoli, sive Episcopi in prima versione ad populum dicunt, Pax vobis. Unde dicitur Numer. vi, 27 : *Invocabunt nomen meum super filios Israel¹, et ego benedicam eis etc.* Si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Sed quid est quod dicit ? Nonne dixerat quod primo interrogarent ? Ideo ostendit quod in talibus inquisitionibus falluntur homines. *Homo cum videt quæ patent, Dominus autem intuitur cor :* ut habetur I. Reg. xvi, 7 : Non enim adhuc ita perfecti erant quod possent cognoscere quis esset dignus. *Pax vestra revertetur ad vos :* et hoc est

quod aliquis aliquando orat, et laborat pro salute alterius, et tamen effectum non consequitur : et tamen quod facit non attim, sed in ipsum reddit. Unde revertetur ad vos, idest fructus referetur ad vos.

Et quicumque non receiverit vos. Hic agitur de his qui non recipiunt. Et primo docet eos quid facere deheant ; secundo quid a Deo recipient. Dicit ergo : *Et quicumque non receiverit vos.* Et ponit duas culpas. Unam quod eos non receiverant : aliam quia missi erant ad prædicandum, quia verbum Dei non audiebant. Ideo exentes foras de domo vel civitate : quia aliquando recipiebantur in civitate, sed non in domo ; aliquando vero nec in civitate, sicut habetur in Actibus Apostolorum. Quid ergo faciendum ? *Excute pulvrem de pedibus vestris.* Et hoc leguntur Paulus et Barnabas fecisse ad litteram, ut habetur Act. xiv, 51 : Et quare hoc mandat Dominus ? Pulvis enim adhaeret pedibus : unde hoc præcepit ad ostendendum quod laborem itineris incassum fecerant : et hoc erat eis in paenam ; quasi dicat : Inde² estis damnabiles. Tamen dicit Apostolus, Philip. xi, 16 : *Non in vacuum laboravi.* Item alia ratio est, quia minimum quod potest haberri, est pulvis : ideo voluit ut excuterent, in signum quod nihil haberent de eis. Tertia ratio quia per pulvrem significantur temporalia, per pedes effectus : ad significandum quod in effectibus eorum nihil debet remanere temporale. Quarta causa est mystica. Pedes sunt affectus eorum : quantumcumque enim sunt sancti predicatori, oportet quod aliquo pulvere affectus eorum moveatur vel ex aliqua vanagloria etc., ut habetur Joan. xiii, ubi dicitur, quod Dominus lavit pedes discipulorum, et dixit ver. 10 : *Qui mundus est, non indiget nisi ut pedes laret, et est mundus totus.* Unde indigebant lotione quo ad venialia. Et quare hoc præcepit Dominus ? Ad ostendendum quod prædictor committit se periculo. Unde si non credunt ei, hoc in damnationem eorum revertitur. Sed quid est ? Nonne habebunt pejus ? Immo dico vobis : *Tolerabi-*

¹ Al. : « super Israel, »

² Al. : « idest. »

lius erit¹ terra Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. Quia, sicut habetur Joan xv, 22 : Si non venissem et locutus non fuisset eis, peccatum non huberent. Magis enim peccant qui audiunt et non implet, quam qui nunquam audierunt. Ideo forte quod illi Sodomitaæ non audierunt, ideo tolerabilius erit eis item isti licet inmundi, hospitalies tamen erant. Unde quantum ad hoc tolerabilius erit eis.

Sed contrarium habetur Gen. xix : quod peccatum Sodomorum est gravissimum peccatum, ut patet ex pena. Et dicendum, quod in genere peccatorum carnalium illud ²est gravissimum. Istud autem, quod immediate est contra Deum sicut idolatria, illo est gravius. Vel dicendum, quod non comparat peccatum ad peccatum, sed ad circumstantiam : quia peccabant isti quibus fuerat prædictum, illis vero non. Item redarguit quosdam hereticos, qui dicebant, quod omnia peccata erant paria, ³et omnes poena, et merita omnia, et omnia præmia. Ideo hoc excludit cum dicit: *Tolerabilius etc.* quia quibusdam peccatoribus erit deterius.

2. Supra instruxit Dominus de officio suo, et de necessariis ad victimum; modo vero instruit de periculis imminentibus : et circa hoc duo facit. Primo ponitur instructio in figura ; secundo exponit illam figuram, ibi, *Cavete autem ab hominibus.* Cirea primum primo præsummat pericula ; secundo quomodo in periculis se habere debent, ibi, *Estate ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.* Dicit ergo : *Ecce ego mitto vos.* Quia dixerat: *In quacumque civitatem intraveritis etc.,* et tunc quod dignus est operari *cibo suo :* possent credere quod omnes deberent eos recipere. Ideo istud excludit⁴, quasi dicat, non sic erit : *Ecc^r ego mitto vos sicut oves in medio luporum :* unde mitto vos ad pericula. Et hoc dicit propter duo : ne imputaretur ejus ignorantia vel impotencia quod non posset tueri: item dixit ei ne putarent se deceptos. Et comparat eos ovibus propter mansue-

tudinam, persecutores vero lupis propter rapacitatem. Ipse enim Christus ovis fuit ; de quo Isaiae lxx, 7 : *Quasi ovis ad occisionem ducetur⁵.* Et discipuli oves. Psalm. xciv, 7 : *Nos autem populus ejus, et oves pascua ejus.* Sed ut non creditis quod hoc non sit ex mea voluntate, *mitto vos in medio luporum.* Joan, xx, 21 : *Sicut misit me Pater, ego mitto vos.* Et quare voluit sic Deus mittere ad pericula? Hoc fuit ad manifestationem sue virtutis : quia si misisset aliquos armatos, illud imputaretur violentie ejus, non virtuti Dei. Ideo pauperes misit. Magnum enim fuit quod per pauperes et despectos et inermes, tot fuerint conversi ad Dominum, sicut dicit Apostolus I Corinth. 1, 26 : *Non multum potentes elegit et nobiles Deus ; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus etc.*

Estate ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Hic ostendit quomodo se debeant habere. Et quia duo mala poterant accidere : quia si Apostoli consenserint eis, posset eis malum accidere ; si contradixissent, posset similiiter : ideo ad dno monet eos ; ad prudentiam videlicet et simplicitatem, ut non inferant mala. Unde, quia mitto *vos*, *estate prudentes.* Vult eos habere prudentiam serpentis. Prudentia serpentis in hoc consistit quod semper vult defendere caput. Caput Christus est, quem servare jubet. Unde II ad Tim. ult., 7 : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.* Item debent servare caput : I Corinth. xi, 3 : quod est principium totius. Prov. iv, 23 : *Omnis custodia serva cor tuum.* Item alia prudentia est serpentis : quia quando veterasit transit per foramen arctum, et expoliat vestem sive pellim ; sic nos debemus facere in nostra conversatione. Et dicit Apostolus ad Col. iii, 9 : *Expoliante vestrem hominum cum actibus suis etc.* Item debemus habere prudentiam serpentis in predicatione : quia, sicut habetur Gen. iii, propter astutiam serpentis dejectum est genus humanum, quia invasit fragiliorem sexum ; item ostendit ei li-

¹ Al. : « fiet. »

² Al. : « istud. »

³ Al. : « concludit. »

⁴ Al. : « ductus est. »

gnim. Sic prædicatores debent peccatores convertere per magis aptos; item debent suadere de ligno crucis, ut sicut illo profecit in ligno ad malum, itasti¹ proficiant ad bonum. *Et simplices sint columbae.* Comparaverat autem eos ovi, quia non remurmurauit, item non nocet; hic comparat columba, quia non habet iram in corde. Item simplices contra do-
lositatem, quia aliud gerit in corde, aliud in ore; juxta illud Psalm. xxvii, 3 : *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis.* Contra tormenta habere patientiam et simplicitatem. Proverb. xi, 3 : *Simplicitas justorum dirigit eos.*

Post exponit pericula dicens : *Cavete autem ab hominibus etc.* Et primo in generali; secundo in speciali. Quia isti sunt simplices, possent credere quod mittebat eos in medio luporum, ita quod hoc diceret ad litteram; ideo exponit : *Cavete ab hominibus.* Unumquidque enim debet nominari ab eo quod principalius inest ei: unde videndum quod principalius movet in homine. Si ratio, homo est; si ira, ursus vel leo est; si concupiscentia, tunc non est homo, sed potius porcus vel canis. Unde licet sint homines per naturam, tamen lupi sunt per affectionem. In Psalm. xlviij, 43 : *Homo autem cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Et alibi, Psalm. xxxi, 9 : *Nolite fieri sicut equus et mulius, in quibus non est intellectus.* Tradent enim vos etc. Primo tangit² quibus tradentur; secundo a quibus tradentur, ibi, *Tradet autem frater fratem etc.* Et primo ostendit quod dictum est; secundo eos confortat, ibi, *Cum tradent vos etc.* Et primo dicit quibus sunt tradendi; secundo quid sequatur ex ista traditione, ibi, *Et in synagogis suis flagellabunt vos.* Cirea primum sic. Talis erat mos apud Iudeos quod si aliquis primo diceret vel faceret contra legem, primo vocabatur ad concilium, et reprehendebatur; sed si secundo, cum reprehensione flagellabatur; sed si tertio, vel occidebatur, cum esset eis potestas, vel

occidendum tradebatur ei cui potestas in-
erat. Et istud factum est, sicut dicitur Aetor. iii et v: ibi enim dicitur quod loquentibus Apostolis ad populum, com-
muni sunt eis; et post hoc cum adhuc loquerentur, casis multiaverunt, quod non loquerentur; et tertio lapidaverunt Stephanum, et Jacobum Herodi tradide-
runt. Ideo cavete, quia *tradent vos in conciliis suis* Psal. xv, 4 : *Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo.* *Et ad præsides et reges ducemini,* ut ad Herodem et multos alios. Sed magnam dehetis habere consolatio-
nem, quia *propter me, scilicet quem diligitis.* Augustinus: omnia quasi ina-
nia et quasi nulla facit amor. Item *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam etc.*, supra v, 10. Et quid inde se-
quetur? Hoc erit *In testimonium illis,* idest contra illos, idest Iudeos, et gen-
tes. Quia enim tradent vos in conciliis, ideo hoc erit in testimonium contra illos. Item quia ante reges et præsides, hoc si-
milter erit contra illos. Unde infra xxii, 34 : *Ecce ego mitto ad vos sapientes et scribas, et ex illis occidetis et flagellabitis in synagogis vestris etc.* Vèl sic : *In tes-
timonium illis, scilicet Iudeis, et genti-
bus,* quia mitto vos ad eos, testes fidei
meæ ad Iudeos et gentes: unde martyr idem est quod testis: quia per passionem
vestram eritis testes passionis meæ. Aetor. i, 8 : *Et eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudea et Samaria, et usque ad ultimum terræ etc.* Cum autem tradent nos, nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini etc. Possent dicere Apostoli: Nos sumus pescatores insipientes: erimus stupræfacti. Et non est mirum: quia Moyses, qui instructus in lege erat, cum mandaret Dominus quod accederet ad Pharaonem, dixit: *Impeditioris lin-
gue sum.* Exod. iv, 10. Ideo ut hoc ex-
cludat, dicit: *Cum autem tradent vos etc.* Et tria facit. Primo excludit stu-
porem; secundo promittit sapientias donum,
ibi, *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquimini;* tertio auctorem doni, ibi, *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Nolite

¹ Al. : « ista. »

² Al. : « primo enim tangit. »

ergo cogitare de hoc. Et duo excludit. Et quantum ad id quod dicitur; et quantum ad modum loquendi. Primum pertinet ad sapientiam, secundum ad eloquentiam.

Sed videtur esse contra hoc, quod Apostolus Ietrus dicit in canonica sua I Petr. iii. 13 : *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea qua in vobis est, fide et spe.* Chrysostomus solvit, quod quando aliquis habet necessitatem respondendi, et habet tempus liberandi, non debet expectare divinum auxilium; sed¹ Apostoli cum erant in tribulatione non habebant tempus, quare debebant se committere Filio Dei: sic etiam est quod cum aliquis habet facultatem, debet facere quod potest; sed certo si non habet tempus, debet se committere Filio Dei; sed non debet, tentare Deum, si habeat tempus cogitandi. Ideo Dominus non dixit solum, *Nolite cogitare*; sed dicit: *Cum tradent vos... nolite cogitare etc.* Et sequitur ex illa promissione: *Dabitur enim vobis in illa hora: quia in manu Dei sunt omnes sermones nostri;* Sapient. vii, 46. Et Exod. iv, 42: *Ego ero in ore tuo, doceboque quid loqueris.* Et Luc. xxi, 45: *Ego dabo vobis os et sapientiam.*

Et quis est auctor? Certo Spiritus sanctus: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Simile est quod habetur II Corinth. xii, 3: *An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus?*

Sed quid est quod videbantur isti arreptiti? Notandum, quod omnis actio quae ex diabolis causatur, quorum unum est principale agens, secundum vero instrumentale, debet denominari a principaliori. Isti fuerunt agentes instrumenta filer, Spiritus sanctus principaliter: ideo tota actio debet denominari a Spiritu sancto. Sed videndum, quod aliquando moveat Spiritus perturbando rationem, aliquando moveat confortando. Unde haec differentia est inter motum diaboli et Spiritus sancti. Homo enim non est Dominus nisi per rationem, per quam est liber: unde quando homo secundum ra-

tionem non moveatur, tunc est motus arreptitus. Quando enim ratione, tunc dicitur motus a Spiritu sancto. Motio enim diaboli perturbat rationem. Isti autem, licet a Spiritu sancto loquerentur; tamen remanebat in eis ratio; et ideo etiam a se loquebantur, non sicut arreptiti. Unde reducit eos ad veritatem propheticam, ut habetur II Petr. i, 19: *Et habemus firmorem propheticum sermonem.*

Sed possent dicere Apostoli: Quis tradet nos? Non habemus iniurias. Primo ergo ostendit a quibus tradentur; secundo consolationem adhibet, ibi, *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvis erit.* Aliquis potest male cavere persecutione sibi praemunita in universaliter tantum: ideo praemunita in singulari. Et duo dicit quod ad primum. *Tradet autem frater fratrem.* Istud secundum litteram aliquando accidit quod pater tradidit filium, et e converso, et frater fratrem, aut propter timorem aut propter odium: quia tanta est virtus fidei quod inter homines² qui non sunt eiusdem fidei, vix firma sit amicitia. Et hoc est quod dicit: *Tradet enim frater fratrem etc.* Unde dicitur et Hieron. ix, 4: *Ut unusquisque in fratre suo non habeat fiduciam.* Et ob hoc est est necessarium quod caveant, et propter lesionem quam homo patitur, et propter amissionem amicitiae. In Psal. lxxv, 13: *Si iniurias meas maledixisset mihi, sustinueris me.* Item plus, quia non ibitis ad familiares, sed ad extraneos. Et hoc non valerit; quia *enim odio omnibus hominibus.* Unde in Joan. xvi, 10: *Venit hora in qua omnis qui occiderit vos, reputabit se obsequium praestare Deo.* Sed numquid fuit hoc verum? Nonne multi fuerunt qui recipiebant eos? Ideo dicitur de hominibus qui humanitus videbant. Alii vero qui Dei erant, eos recipiebant. Sed causa hujus assignatur Joan. xv, 18: *Sic de mundo fuissetis, mundus quod sumus erat, divigeret; quia vero de mundo non esatis, idcirco odiat vos mundus.* Item promisit dominus consolationem: *quia propter nonuen meum.* Hoc enim dulce vobis debet esse pro nomine meo pati, ut ha-

¹ AL.: « similiter. »

² AL.: « quod inter tot homines. »

betur I Petr. iv, 14 : *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis.* Item alia ratione confortat eos : quia ad magnum fructum eorum debebat venire tribulatio. Quia enim pravidit multos cadere, ideo monet ad perseverantiam : quia *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Unde xi Tim. ult., 7 : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem sercavi; in reliquo deposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Unde in Levitico dicitur, quod cauda offerebatur, idest finis.

*Cum autem*¹ *persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam.* Supra docnit pericula, in quo exposuit quod dixerat : *Ecce ego mitto vos etc.*, nunc autem docet quomodo se habere debent. Et dividitur haec pars : quia primo docet cavere mala et periculum quo ad prudentiam ; secundo docet habere aequauimilitatem in periculis, ibi, *Nolite ergo timere.* Circa primum primo docet vitare periculum corporale ; secundo spirituale, ibi, *Non est discipulus super magistrum.* Circa primum duo facit. Primo innuit malum periculorum ; secundo ad tacitam objectiōnem respondet, ibi, *Amen dico vobis etc.* Dicit ergo : *Ita dictum est quod qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et non propter hoc tentationibus expnatis vos ; immo *cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam* : et hoc infirmis expedit, ne incante se exponentes deficiant. Prov. xiv, 15 : *Astutus considerat gressus suos; stultus transit et confidit.* Item docet etiam perfectos, et si non propter ipsos, tamen propter aliorum salutem, ut habetur ad Phil. i, 24 : *Monere autem in carne necessarium est propter vos.* Istud autem ostendit Dominus quando propter Herodem fugit in Ægyptum, ut habetur supra xi. Item hoc fecerunt discipuli, sicut habetur Actor. viii.

Sed contra hoc objicitur quod habetur Joan. x, quod *mercennarius fugit et dimittit oves* : ergo videtur quod ad ipsos non pertineat, sed ad mercenarios.

Respondet Augustinus, quod persecu-

tio aut imminet singulari persona : et tunc declinare et dimittere aliquos debet pes quos fiat salus : si autem toti Ecclesiæ, oportet quod vel tota Ecclesia fugiat ad loca tutiora, ut jam factum est ; vel quod aliqui fugiant, et aliqui firmi remaneant, aut pastor cum grege remaneat.

Sequitur : *Amen dico vobis, non consummabilis civitates Israel, donec veniat Filius hominis.* Respondet tacita objectioni. Possent dicere : Tu mittis nos ad Iudeam : si ejiciant, quo ibimus ? Dico, dato quod ab una civitate expellant vos, *fugite in aliam* ; et non poteritis peragrire civitates Iudeæ, *donec veniat Filius hominis* ; idest, donec resurgat a mortuis ; et tunc mittet vos ad gentes, ut habetur infra ult., 19 : *Ite, docete omnes gentes.* Hilarius aliter exponit : dicit enim, quod loquitur de secunda missione, scilicet cum dicit : *Cum persequentur vos, scilicet, de Iudea, fugite ad gentes, sicut habetur Act. xxi, 46 : Vobis oportebat primum prædicare regnum Dei; sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternæ vitæ, ecce convertimur nos ad gentes.* Sed possent dicere : Quare vis quod dimittamus nostros ? Quia non poteritis consummare usque in finem : tunc consummabuntur filii Israel. Mystice sic. Cum persequentur vos haeretici cum auctoritatibus suis, eos auctoritatibus repellite : nou enim consummabuntur donec manifestetur veritas.

Non est enim discipulus super magistrum. Hic monet eos ne deficiant : et primo exemplo ; secundo beneficio, ibi, *Ne ergo timueritis eos;* tertio ex divino iudicio, ibi, *Et nolite timere eos qui occidunt corpus.* Primo hortatur ne deficiant exemplo : et primo ponit similitudinem ; secundo applicat ad propositum. Et primo inducit quod est inconveniens ; secundo quod perfectum est. Dicit ergo : *Non est discipulus super magistrum.* Possent enim dicere : Tu dicas quod erimus odio omnibus hominibus, quomodo poterimus tot odia sustinere ? Dederat eis Dominus magnam sapientiam et magnam potestatem : unde sapientiae debetur honor, potestati reverentia : ideo Dominus ponit

¹ Al. : *e enim.*

se in in exemplum quoad utrumque. *Non est discipulus super magistrum, in quantum discipulus : unde si honorem mihi non exhibuerunt, qui debetur magistro, nec vobis.* Item *nec servus major domino*, et hoc in quantum ad dominium. Unde Joan. xiii, 13 : *Vos vocatis me Magister et Domine; et bene dicitis, sum etenim etc.* Debet autem esse glorie cuiusque, si sit sicut Dominus ejus, vel magister : ideo subdit : *Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus.* Sicut enim est in rebus, quod unumquodque perfectum est quando potest generare sibi simile ; sic etiam tunc est perfectus discipulus cum est persimilis magistro ; similiter et de servo. Ideo non debet vobis esse grave si sitis sicut et ego : unde habetur I Pet. ii, 11 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Et Eccl. ii, 42. *Quis est qui possit sequi dominum suum?* Deinde vocat eos domesticos : *Si patrem familias vocaverunt Beelzebub, quanto magis domesticos ejus?* Et vocat eos domesticos ad majorem familiaritatem ; unde magnum est donum pati pro Christo, ut habetur Jac. 1, 2 : *Magnum gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur.* Et Act. v, 41 : *Iabant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Unde non est magnum, domesticum pati pro amico. Ad Eph. ii, 19 : *Vos estis cives sanctorum, et domestici Dei.* Unde si patrem familias vocant Beelzebub, non est mirum si vobis opprobria dicunt.

Quid autem dicitur Beelzebub? Scindit, quod Natus fuisse dicitur filius Beli : unde imaginem patris fecit honorari, et vocavit Bel. Deinde postmodum translatum est ad aliam lingnam, et dictum est Beelzebub. Zebub, idest musca : sacrificabatur enim isti cum multo cruento, ubi congregantur multe muscae.

Ne ego timueritis eos etc. Hic hortatur ne deficient in tribulationibus ex beneficio. Et primo eos confortat ; secundo similitudinem dat ; tertio ad propositum applicat. Dicit ergo : Persequentur vos ; sed ne timeatis : quia non debotis timo-

re nisi malum ; sed magnum bonum est portare quod Dominus portavit. Unde Paulus ad Galat. ult., 17, gloriabatur dominus : *Stigmata Domini mei in corpore meo porto.*

Nihil est enim opertum quod non revelatur. Istud potest ad praecedentia referri, vel ad sequentia. Ad praecedentia sic : Isti vocabunt vos Beelzebub : sed non est curandum, quia in fine patebit malitia eorum. Ideo non timeatis, quia *nihil opertum quod non revelatur*; ut habetur I Corinth. iv, 5 : *Nolite itaque ante tempus judicare, quousque veniat Dominus, qui revelabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Et occultum. Differt opertum et occultum : quia occultum dicit aliiquid non manifestum, sicut est illud quod alias habet in corde, secundum illud supra 9, 4 : Ut quid cogitationis mala in cordibus vestris? Opertum autem est etiam aliiquid quod, et si sit manifestum, operitur tamen per aliiquid aliud. Vel potest exponi sic. Non timeatis, quia si statim non pateat veritas vestra, tamen postea patebit. Deinde instruit eos Dominus sicut instruitur advocatus : quia primo docetur qualiter debeat allegare antequam proferat ante alios ; sic Dominus discipulos elegerat ad seminandum verbum suum omni populo ; ideo primo in occulto volebat eos docere, dicens : *Quod vobis ico in tenebris, dicate in lumine.* Duo sunt sensus disciplinales : auditus et visus. Quod in tenebris dicitur occultum est, similiter quod in auribus auditur. *Quod vobis dico in tenebris, dicitur in lumine :* quia in lumine omnia manifestantur. Item occultum est quod in aure auditur ; ideo dicit : *Et quod in auro auditis, prædicate super tecla.**

Sed contra hoc videtur quod dicitur in Joan. xviii, 20 : *In occulto locutus sum nihil.* Sed hoc intelligendum est sic. Nihil locutus sum in occulto quod non possit dici in manifesto. Vel sic. *Quod dico vobis in tenebris,* idest inter Iudeos, qui tenebrae sunt. Unde Eph. v, 8 : *Eratis aliquando tenebrae.* Vel quod dico vobis, qui estis tenebrae *dicite in lumine.* I ad Corinth. iv, 5 : *Qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.*

*Et quod in aure auditis, predicate super tecta. Proverb. x, 14 : Sapientes abscondunt scientiam. Et Job v, 27 : Quod auditum est, mente pertracta. Super tecta : quia in aliquibus regionibus nos est quod tecta sunt plana, ita quod et ibi potest fieri manifestatio omnibus. Mystice super tecta predicat qui carnem sibi subjiciens, aliis praedicat. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Supra ostendit quod non debeant discedere a confessione veritatis, tum propter exemplum, tum propter beneficium ; nunc ostendit quod non debent¹ discedere ex divino iudicio, quia facta subsunt² justitiae divinae. Vel potest aliter continuari. Docuit qualiter vitanda sunt persecutio-nes; nunc autem docet quod propter aliquid non desistant ab executione officii. Tria autem poterant impeditre : opprobria, timor mortis, affectus carnalis. Docuit ergo quod noui desistant propter opprobria; nunc autem quod non propter timorem mortis; deinde quod non propter affectum carnalem, ibi, *Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram.* Unde secundum hoc, primo docet quia non timendi sunt qui occidunt corpus, ne predicatione veritatis dimittatur; secundo noui sunt timendi, quia parum possunt, ibi, *Animam autem non possunt occidere;* tertio ostendit qui sunt timendi, quia qui multum possunt. Primo ergo dicit : *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Et quare? Quia corpus in se necessitatem habet moriendi : unde non facit quod non sit aliquando futurum. Rom. viii, 10 : *Si in vobis est Christus, corpus quidem mortuum est propter peccationem.* Item, quia occasio corporis propter gloriam est optabilis : unde Rom. viii, 24 : *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Item quia brevis est et momentanea. Il Corinthus, iv, 11 : *Semper enim nos qui vivimus, in morte tradimur.* Et ideo *nolite timere.* Isa. lii, 42 : *Qui es tu timeas ab homine³ mortali, et filio hominis, qui quasi fenum arescit. Animam autem non possunt occidere.* Hic tangit quod parum possunt, quia animam non*

possunt occidere : unde spiritus semper vivit⁴. Eccli. xv, 18 : *Ante hominem vita et mors, bonus et malum; quad placuerit dabitur ei.* Sicut enim corpus vivit per animam, ita anima per Deum; et ita Deus est vita animarum. Non sunt ergo timendi, quia parum possunt. *Nolite ergo eos timere; sed potius timete eum qui potest et animam et carpus perdere in gehennam.* Si dicitis quod illi sunt timendi qui corpus occidunt; potius ille timendum est qui potest etiam animam perdere.

Et notandum, quod nomen *gehennam*, ut dicit Hieronymus, non habetur in Scriptura, tamen assumitur a Salvatore a Hieron. xix, 6, ubi dicitur : *Ecce dies veniunt, et non vocabitur locus iste amplius vallis filiorum Emon⁵ sed vallis occisionis.* Unde Emon vallis est a radice montis Hierusalem; qua erat vallis pinguissima, et vocabatur vallis Emon. Contingit autem quod locus ille esset consecratus idolo; et ideo quia ad voluntates conversi sunt, comminatus est Dominus quod occiderentur, et quod non vocaretur locus Emon, sed coriandrum, id est sepulcrum mortuorum; ideo vocat locum istum gehennam. Unde dicit : Non solum timete eos qui occidunt corpus, sed prius timete eum qui potest et animam et carpus perdere in gehennam : quia Deo non est serviendum propter timorem pena, sed propter amorem justitiae, ut habetur Rom. viii, 15 : *Non enim accepistis spiritum servitutis in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.*

Et notandum, quod hic excludit duos errores. Quidam enim dicebant quod anima, mortuo corpore, perit; et hoc destruit, cum dicit : *Qui potest animam mittere in gehennam :* unde patet quod post corpus remauet. Item erat positio querundam, quod non esset resurrectione, si- cicut habetur I ad Cor. xv. Et hoc excludit : quia si corpus et anima mittitur in gehennam, constat quod erit resurrec-tio : et hoc habetur Apoc. xx, 9 : *Mit-tentur in resurrectione in stagnum ignis et sulphuris.*

¹ Al. : « quod debent. »

² Al. : « sua sunt. »

³ Al. : « qui timeas ab omni. »

⁴ Al. : « animam autem non potest occidere : unde spiritus semper vivit. »

⁵ Al. : « Hermon. »

Nonne duo passeres asse venerunt? Ita dictum est, quod isti non sunt timendi quia non possunt etc. Item non sunt timendi, quia illud parum quod possunt, non possunt nisi ex divina providentia. Et primo ponit divinam providentiam circa aves; secundo circa homines, ibi, *Vestri autem et capilli capiti omnes numerati sunt;* tertio indicet eis securitatem: *Nolite ergo timere etc.* Dicit ergo: *Nonne duo passeres*, per passeres dat intelligere omnes aves parvas, *asse venerunt?* Et in hoc notat vilitatem, quia duo habentur pro asse: quia sicut unitas est minimum in numeris, ita as in ponderibus. Sed nota, secundum Augustinum, quod aliquid dicitur valere duplikeiter: aut secundum dignitatem naturae; et sic unus passer dignior est quam denarius: vel secundum quod ad usum nostrum resertur; et sic dignior est denarius.

Sed objicitur quod Lucas ponit quinque passeres et duas asses. Dicendum, quod pauca est differentia: si duo habentur pro asse et quinque pro duobus, non est magna differentia.

Et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro: sine providentia Patris. Et quare dicit hoc? Quia consonat verbum istud verbo legis, Lev. xiv, quod cum aliquis curabatur a leprosa offerebat duos passeress: et unus immolabatur, alter vero cum ligno cedrino et hyssopo intingebatur in sanguine occisi, et aspergebatur mundandus; et sic vivus dimitterebatur. Vult ergo quod duo accipiuntur, et unus non occiditur; et hoc non sit sine providentia Dei. Hilarius sic expponit. Per duos passeress intelliguntur corpus et anima; et dantur pro asse, id est pro modica delectatione. Isai. i., 1: *Ecce in iniurias venundati estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.* Et istorum unus solus cadit in terram, scilicet corpus. Anima autem tendit ad judicium.

Sed objicetur, non erat est cura Deo de bobus: ergo nec de passeribus. Dicendum, quod Deo est cura de omnibus, ut habetur Sap. xii, 13: *Non est aliis Deus quam tu cui cura est de omnibus.* Sed

sciendum, quod providet omnibus secundum modum sue naturae. Haec autem est diversitas in rebus creatis, quod quaedam sunt naturaliter liberae, aliae vero non. Illa dicitur creatura libera in ejus potestate est quod faciat quod vult: non libera quia hoc non habet. Unde providet rationalibus tanquam liberis; sed providet aliis tanquam servis. Sicut paterfamilias alite¹ providet liberis, aliter servis; liberis providet propter scipios: sed servis secundum quod sunt in usum dominorum, et etiam secundum quod unusquisque magis aptus est ad serviendum: sic divina misericordia rationalibus distribuit propter scipios, quia totum fit propter bonum coram, vel propter malum. Unde eis omnia sunt vel praemia¹ vel penae meritorum. Quae autem irrationalibus sunt, vel ad salutem hominum sunt, vel ad completionem universi, ut habetur III Reg. xii, quod quidam propheta occisus est a leone, et hoc propter eulpanum. Mus occiditur a catto ad servandum bonum universi. Hic est enim ordo universi ut unum animal vivat de alio. Ideo consequenter ostendit aliam curam habere de hominibus et brutis, cum dicit: *Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt.* Ostendit quod differentia est providentiae Dei ex quo diversimode providet. Dixerat enim quod de pauperibus non cadit unus in terram sine Patre; hic vero dicit quod nequum vos nec caedatis, sed nec capilli vestri: et hic notat providentiam circa minimos actus: quia omnia que in ipsis sunt, ordinantur ad eos, et de his providet Dominus.

Sed notandum quod dicit, *Numerati sunt.* Sed ratio est, quia consuetum est quod illud quod vult aliquis sibi retinere, illud numerat: quod vult autem dispensare, alii tradit. Unde haec est differentia inter providentiam rationalium et aliorum: quia talis creatura capax Dei est, aliae vero non. Item que numeramus, nobis conservare volumus; et ideo non dixit superius quod passeress numerati sunt, quia non in perpetuum durant: sed homines ita sunt ut in perpetuum durant, quia anima perpetua est.

¹ Al. : « sunt praemia. »

Sed hic est quæstio. Si capilli numerati sunt, nonne totum in resurrectione reintegrabitur quod de capillis absceditur? Et si hoc, indecens erit longitudine.

Dicunt aliqui, quod non perit materies; sed quod erit superfluum in una parte cedet in aliam partem. Sed dato quod nihil fuerit diminutum, quid inde fiet? Ideo intelligendum est quod fuit hic triplex opinio. Quidam dixerunt quod non resurget nisi quod est de veritate humanae naturæ. Alii vero, quod non resurget nisi quod decisum est ab Adam quod sic multiplicatum est in tantam magnitudinem. Alii vero quod non solum quod ab Adam, sed etiam quod decisum est a proximo parente. Unde: nesciunt additur quod est de veritate humanae naturæ, resurget; sed quod pertinet ad quantitatem partium, non resurget. Sed contra hoc videtur, quod calor agens in humidum nutrimentale agit etiam in radicale: et ita homo non consumit unum quin consumat alterum, cum permisceantur ad invicem. Ideo aliter dicendum videtur, quod quicquid est de veritate, remanebit solnū quantum ad complementum pertinet. Apello autem illud quod est de veritate humanae naturæ, carnem secundum speciem; aliud autem, carnem secundum materiam. Caro autem secundum speciem resurget, non secundum materiam.

Sed quid est dictu carnem secundum speciem? Dicendum, quod partes hominis possunt considerari aut quantum ad formam, aut quantum ad materiam. Quantum ad formam super manent. Si autem consideremus materiam subtractionem, aliquod fluit, et refluit, ut patet in igne. Si autem igni addantur ligna, ignis secundum speciem manet idem; tamen fluit materia secundum subtractionem lignorum. Unde resur, et quod magis perfectum est. Unde non dicit: Capilli vestri ponderati sunt; sed, *Numerati sunt*¹: unde non resurgent in pondere, sed in forma.

Nolite ergo timere etc. Illic ostendit securitatem ex quo non possunt nisi parum, et illud quod possunt, non possunt

sine Dei providentia: *Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos: Omnia enim subiecisti sub predibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora canpi, ut habeatur in Ps. viii, 8. Et Gen. i, 26: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et sequitur: Et præsit volatilibus ærli, et piscibus maris, et bestiis, universæque terræ, omni que reptili quod moveretur in terra.*

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Illic tangit utilitatem quæ provenit ex ipsius confessione; secundo damnum quod provenit ex negatione, ibi, *Qui autem negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram Patre meo.* Dicit ergo: Ita volo quod memoriæ et pati amini. Et quare? Certe propter utilitatem vestram: quia qui me confitebitur coram hominibus etc. Et elidit errorem cuiusdam, qui dicebat non esse necessarium confiteri fidem nisi coram Deo in corde, non autem ore coram hominibus: quod hic patet falsum: quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: Rom. x, 4: *Confitebor illum coram Patre meo, scilicet cum habebo accessum ad Patrem,* quando dicetur infra xxv, 34: *Venite benedicti Patris mei etc.* Sed possent dicere: Tu es in terra, hoc potest parum valere; ideo addit, *Qui est in cælis;* et ille habet potestatem, *Qui autem negaverint, verbo, ut Petrus, vel facto, sicut illi de quibus dicitur ad Titum i, 16: Quidam ore confitentur se nosse Deum; factis autem negant: negabo et ego vos,* quando dicit, sicut habetur supra vii, 23: *Nunquam novi vos, idest nunquam approbavi vos.*

Nolite arbitrari quod venerim pacem mittere in terram etc. Supra monuit discipulos quod non desisterent a prædicatione veritatis nec propter opprobria nec propter timorem mortis; nunc autem inonit quod non desistant etiam propter affectum carnalem. Et primo ostendit quod imminet² eis separatio ab affectu carnali; secundo quomodo debent se habere, ibi, *Qui amat patrem aut matrem*

¹ Al. deest: « sed Numerati sunt. »

² Al.: « eminet. »

plus quam me, non est me dignus. Cirea primum tria facit. Primo excludit intentionem opinatam; secundo sunt proponit propositionem: tertio exponit. Secunda ibi, *Non veni pacem mittere; tertia, ibi, Veni enim separare hominum adversum patrem suum etc.* Dicit ergo: Possent ita opinari: Quid est, Domine, quod tot evenient nobis? In adventu tuo eredebamus habere pacem. Et ideo dicit: *Nolite arbitrari etc.* Sed quid est quod dicit? Nonne habetur *Lue. n. 14*, quod nato Domino cecinerunt Angeli: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis?* Et ipse Episcopus cum primo vertitur ad populum, dicit, *Pax vobis;* et supra nuntiavit Dominus pacem. Ideo dicendum, quod duplex est pax, videlicet bona et mala. Nomine pacis concordia significatur. Est pax mala, de qua habetur *Sap. xiv. 12*: *Sed in magno¹ viventes inscientia bello, tot et tam magna mala pacem appellant.* Ista pax est carnarium affectum: istam non veni ponere. Unde Apoc. vi. 4: *Datum est ei ut sumeret pacem de terra.* Est et pax bona, de qua *Ephes. xi. 14*: *Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum.* Et ideo Angeli cecinerunt. *Luc. n. 14*: *Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Ideo non veni mittere pacem, sed gladium. De ratione gladii est dividere. Iste gladius est verbum Dei. *Heb. iv. 12*: *Vixit est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio incipiti.* Unde etiam gladium spiritus quod est verbum Dei. *Eph. ult. 17.* Iste gladius missus est in terram. Et quidam crediderunt, quidam non. Et ideo fit bellum, ut habetur ad Gal. iv. 9: *Quomodo convertimini iterum ad infirmam et egenam elementam, quibus de novo servire vultis etc.* Unde venit separare istam divisionem. Venit ergo mittere gladium etc., scilicet verbum; sed partim: quia quidam crediderunt et hoc ex eo fuit: quidam vero non, et hoc ex malitia sua. Hoc tamen causatur etiam ab eo, quia permittit, sicut habetur ad Rom. i. 26: *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiarum.*

Sed posset aliquis dicere: Venisti separare. Inter quos venisti? Nonne inter versos et extraneos? Et ostendit, quod non, sed inter conjunctissimos. *Veni enim*, inquit, *separare hominem adversus patrem etc.* Duplex est enim maxima conjunctio: quædam est conjunctio naturalis: quædam domestica vel oeconomica: ideo contra utramque mittit gladium. Amicitia naturalis fundatur super actum naturalem; et hic est generatio, vel conjunctio maris et feminæ. Domestica vel oeconomicæ super affinitatem.² Contra primam ergo veni separare hominem adversus patrem.

Sed est quæstio. Dictum est supra: *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Sed lex præcipit: Honora patrem tuum etc. Solutio. Dico, quod debes ei obedire ubi non retrahit, a Dei honore³; sed ubi retrahit non teneris obedire.

Et filium adversus matrem suam. Et hoc quantum ad generationem. Et nrum adversus socrum suam. Et in hoc communicat nova lex veteri, ut habetur Exo. xxxii, ubi dieitur ver. 26. *Si quis est Domini, conjugatur mihi. Congregati sunt ad eum omnes filii Levi: quibus ait: Ponit vir gladium super femur suum: et sequitur: Et occidat unus quisque fratrem suum amicum.* Et illud reputatum est ad laudem Levitarum ut habetur Deu. xxix, 8, ubi dicitur: *Levi quoque ait: Perfectio tua et doctrina a viro sancto tuo.* Et sequitur: *Qui dirit patri suo et matri suo, Nescio vos; et fratribus suis, Ignoro vos: et nescierunt filios suos.*

Sed est quæstio: quia hic enumerat sex personas; in Luce vero non enumerantur nisi tres. Et dicendum, quod idem est utrobius: quia eadem est mater et socrus⁴ uxoris ejus. Item ponit quae ad familiaritatem pertinent, ubi dicit: *Et inimici hominis domestici ejus etc.* Et habetur Hier. xx. 10: *Et audiri contumelias multorum, et terrorem in circuitu: Persequimini, et persequemur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei.* Et videle quia totum istud habetur Michælæ

¹ Al.: « sed etiam magno. »

² Al.: « amore. »

³ Al.: « et sorores. »

vu, 6 : Filius contumeliam facit patri, et filia consurgit adversus matrem suam, murs contra socrum suum, et iniurii domini domesti ejus.

Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Hie ostendit quomodo in ista divisione se debeat habere. Si vis recipere gladium Domini, oportet quod dividaris ab istis quos dixit. Sed dicit aliquis : Nolo dividiri a patre, et hujusmodi : ideo dicit : *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Mortatus Dominus ut omni amori carnali præponatur. Et primo ponit exhortationem ; secundo utilitatem inde sequentem, ibi, *Qui recipit vos, me recipit.* Et ponit tres gradus. Naturale enim est quod homo diligit patrem, sed magis naturale quod pater filium diligit : item plus naturale quod diligit seipsum. Quare ergo pater plus diligit filium quam e converso ? Assignat quidam rationem, quia pater habet plus sciœ de filio si sit filius, quam filius de patre. Item quanto aliquis diutius adhaeret, alieni, tanto magis radicatur in amore ejus. Item alia ratio, quia unusquisque magis diligit se quam alium : sed filius est quedam pars separata ab eo, pater autem non est pars filii : ideo etc. Item naturale est quod unumquodque diligit facturam suam. Sed diversitas est secundum aliquos ; quia quo ad aliquid filius magis diligit patrem. Naturaliter enim fit descensus a patre in filium : tamen naturaliter filius subditus est patri : ideo pater naturaliter diligit filium, etiam pater spiritualis, ut habetur I Cor. iv, 14 : *Non ut confundam vos hoc scribo, sed ut filios carissimos monuo.* Sed filii naturaliter subjecti sunt patri ; ideo naturaliter honorant patrem : et magis irascentur de injuria patri illata quam sibi : et magis appetunt gloriam patri quam sibi. Prov. xvii, 6 : *Gloria filiorum patres eorum.* Unde *qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus :* quia ipse est Deus ; Deus autem præ emulsi est diligendus. Job xxxii, 21 : *Non accipiam personum viri, et Deum homini non aquabo.* Deus enim ipsa bonitas est, ideo magis amandus. Non est ergo me dignus qui amat patrem aut matrem plus quam me. Et

qui amat filium aut filiam etc. Quare diligenter filius patrem ? Dicendum, quod quicquid habet filium, habet a patre : habet enim a patre nutrimentum et doctrinam. Et hoc non potest filius dare patri. Sed quare filius recipit a patre, abundantius recipit a Deo. Ipse enim docet nos, ut habetur Job xxxv, 14 : *Qui docet nos super iumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos etc.* Item pascit nos, ut dicitur in Gen. de Jacob. Item conservat nos in perpetuitatem. Et hoc magis habet a Deo homo quam filius a patre : ideo semper magis est diligendus Deus. *Scio quod redemptor meus virit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum :* Job xix, 25. *Et qui non accipit crux suam.* Ita dictum est quod qui amat patrem etc. : immo dico plus ; qui amat seipsum plusquam me, non est me dignus. Quia nihil potest replere totum affectum nisi Deus. Et ideo Dent. vi, 5 : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua.* Unde dicit : *Qui non accipit crux suam et sequitur me, non est me dignus.* Intelligit, quod qui non est paratus etiam mortem pati propter veritatem, et illam maxime mortem, scilicet mortem crucis ; non est me dignus. Immo etiam debet gloriarri de cruce, sicut habetur ad Gal. ult., 14, *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini.* Et in hoc prænuntiat mortem suam, et modum mortis. I Pet. ii, 21 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Item alter exponitur. Quia ille crux accipit qui earnem affligit, ut habetur ad Gal. v, 24 : *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vestigiis, et concupiscentiis suis etc.* Item crux fertur in corde, quando contristatur pro peccato, ut dicebat Apostolus 2 ad Cor. xi, 29 : *Quis scandalizatur, et ego non uor?* Item non sufficit istud, nisi sequatur Dominum : nude ; *Et sequitur me.* Si jejunias, si compateris proximo, non propter me, non es me dignus. Magnum est enim sequi Dominum, ut habetur Eccl. xiii, 38 : *Gloria magna est, sequi Dominum.* Sed possent dicere : Quid

inde habebimus? Ideo ostendit prenam inobedientium: unde dicit: *Qui iuuenit animam suam, perdet eam.* Anima sumitur pro vita. Aliquis quando est in periculo amittendi denarios, consuevit dicere, Amisi denarios; et sic libertetur a periculo, dicit se iuuenisse denarios. Similiter si aliquis est in periculo corporis, et aliqua occasione liberatur, dicit iuuenisse vitam suam. Qui ergo iuuenit vitam suam, et in periculo fuerit propter me, et neget me ut iuueniat vitam, non est me dignus. *Et qui perdidit animam,* idest vitam; idest, si exposuerit se morti propter me, iuueniet eam. Prov. viii, 25: *Qui me iuuenierit, iuueniet ritam, et hanriet salutem a Domino.* Qui recipit vos, me recipit. Ille ponit remedium. Tu dicas quod ita faciamus. Unde poterimus vivere? Da nobis indulgentiam. Sicut Papa dat legatis indulgendi, ita dat Dominus mercedem recipientibus eos. Et ponit tria; quorum duo pertinent ad minores. Dicit ergo: *Qui recipit vos, me recipit:* quia Deum habebunt, quia vos estis membra mea, quia membrum de membro. Unde *me recipi*. Sed possent dicere: Tu es pauper: non est magnum recipere pauperem, sive te. Immo qui me recipit, recipit eum cui me misit. Quia, sicut habetur Joan. v, 23: *Qui honorificat Filium, honorificat et Patrem meum.* Magnum est Deum habere hospitem, sicut Abraham reputatum est ad laudem, ut habetur Heb. xiii. Item aliud consequetur, scilicet mercedem prophetarum. Unde *qui recipit prophetam in nomine prophetarum, mercedem prophetarum accipiet.* Duo excellentia sunt in propheta. Scilicet propheta. Joel, ii, 28: *Effundam de spiritu meo super omniem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae.* Item dominum justitiae. I ad Cor. i, 30: *Ex ipso autem vos estis, qui iustus est nobis sapientia et justitia.* Qui recipit prophetam

*in nomine prophetarum*¹. Potest sic intelligi. Qui recipit prophetam in nomine prophetarum, idest eo quod propheta est, mercedem prophetarum accipiet. Vel aliter. Tu dicas quod recipiamus Apostolos. Sed venient aliqui pseudoprophetarum, vel pseudoapostoli; ideo dicit: Non facio vim de veritate, sed de nomine. Quia qui in nomine prophetarum recipit, mercedem habebit. Et quam? Eamdem quam haberes si verum prophetam reciperes. Unde dicit, *Mercedem prophetarum*, idest quam habebet pro propheta. Item non facit vim quis sit ille, utrum unus, vel alter. Qui enim recipit prophetam, recipit mercedem prophetarum: quia propheta inde prior est ad excepcionem opus suum: quia non solum qui faciunt, mercedem recipiunt, sed etiam qui facientibus consentiunt; ut habetur Rom. i, 32. Unde si cooperaris ad bonum, de bono illo recipis mercedem: si ministras subsidia vita, accidis mercedem: quia aliter non posset officium implere. Et idem est quod sequitur: *Qui recipit justum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Sed posset dicere aliquis: Si veniret Petrus vel Elias, libentor recipere eum; ideo subdit: *Et quicumque potum dederit uni ex ministris, idest fidelibus, ut habetur infra xxv, 40: Amen dico vobis, quod uni ex his fratribus meis ministris fecistis, mihi fecistis etc.*, quasi dicat: Non euro utrum magui vel parvi sint. Posset aliquis dicere: Pauper sum; non habeo quid dare: ideo addit: *Calicem aquae frigidae*: non dicit aquae calidae propter inopiam signorum, ne posset se sic excusare: unde vult dicere: Quicquid minimum tacerit, habebit mercedem suam. Et hoc confirmat dicens: *Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Isa. vi, 10: *Ecce Dominus veniet: et sequitur: et merces eius cum illo, et opus illius coram illo.*

¹ Al.: « in nomine meo etc. »

CAPUT UNDECIMUM

1. Et factum est cum consummasset Jesus praecepimus duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret, et predicaret in civitatibus eorum. Joannes autem cum andisset in vinculis opera Christi mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes remittite Joanni quem audistis et vidiisti. Ceci vident, clandi ambulant, leprosi mandantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangelizantur: et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus eum, Jesus dicens ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in dominibus regnum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Eliam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mittio Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Amet dico vobis, non surrexit inter nos nullus major Joanne Baptista. Qui autem minor est in regno eorum, major est illo. A diebus autem Joannis Baptiste usque hunc, regnum colorum vim patitur, et violenti rapient illud. Omnes enim prophetae et lex usque ad Joannem prophetaverunt; et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audit.

2. Cui autem similem astimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus dicunt: Cecinimus vobis, et non saltatis; lamentavimus, et non planxistis. Venit enim Joannes neque manducans neque bibens; et dicunt: Daemonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens; et dicunt: Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et justificata est sapientia filii suis.

3. Tunc cepit exprobare civitatibus in quibus facta sunt plurimae virtutes ejus, quia non egissent penitentiam. Vnde tibi Corozaim, vnde tibi Bethsaida: quia si in Tyro et Sidone facte essent virtutes quae facte sunt in vobis, olim in cilicio et cinere penitentiam egissent. Veruntamen dico vobis: Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu Capernaum, nunquid usque in celum exaltaberis? Usque in infernum descendes. Quia si in Sodomis facte fuissent virtutes quae facta sunt in te, forte manusissent usque in haec diem. Veruntamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens Jesus dixit: Comitebit tibi Pater Domine eoli et terrae, quia abscondisti haec sapientibus, et prouidentibus, et revelativa parvulis. Ita Pater, quoniam se fuit placuisse ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discrite a me, quia misericordia sum! hu-

mili corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

1. His dictis, transiit Dominus, ut doceret et predicaret; et hoc propter tria. Una ratio est ut quod verbo dixerat, monstraret exemplo. Act. 1, 1: *Cepit Jesus facere et docere.* Item ut ostenderet quod etiam impiis est praedicandum. Unde ad Rom. 1, 14: *Sapientibus et insipientibus debitor sun.* Item ut aliis daret, locum praedicandi, ut habetur I Corinth. xiv, 30: *Quod si aliquid fuerit revelatum sedenti, prior taceat.* Joannes autem cum auisset in vinculis opera Christi. Posita est doctrina Christi et confirmata, et instructi sunt praeclaros; hic confutantur rebelleres. Et primo confutat discipulos Joannis; secundo scribas, ibi, *Illi autem abeuntibus etc.* Circa primum tria facit. Primo dubitantes confutat; secundo arguit turbas, ibi, *Cui autem similem astimabo generationem istam?* tertio persolvit gratias de fide Apostolorum, ibi, *In illo tempore respondens Jesus dixit etc.* Circa primum primo ponitur quæstio; secundo quæstionis solutio, ibi, *Et respondens Jesus etc.* Dicit ergo: *Cum auisset in vinculis opera Christi.* Ponitur occasio quare misit istos. Idem habetur Luc. vii, famen alio ordine. Dicit ergo quod erat in vinculis, ut supra iv. Tunc incepit Jesus miracula facere. Et hoc erat conve-niens, ut sol nou appareret, dum nubes essent. Infra hoc cap. *Lex et prophetæ usque ad Joannem. Opera,* idest miracula, Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi.

Quidam volunt ex hoc condemnare Joannem, quia dubitavit an esset Christus: et constat quod dubius in fide est infidelis. Ambrosius super Lucam dicit, quod haec quæstio non fuit infidelitatis, sed pietatis: non enim loquitur de adventu

¹ Al.: « tamen alio ordine: dicit enim quod erat

in vinculis. »

in mundum, sed de adventu ad passionem. Unde miratur si venerat ad patiendum, sicut dixit Petrus : *Propitius esto tibi Domine.*¹ Infra xvi, 22. Sed contra dicit Chrysostomus, quia Joannes a principio praescivit, cum dixit. *Ecce agnus Dei.* Joan. i, 29. Constat ergo quod scivit eum fore hostiam immolandam : unde commendatur hic a Domino, quod sit plusquam propheta ; sed prophete noverunt futura. Alia ratio est Gregorii, quod non est questio de adventu in mundum, nec ad passionem, sed de descensu ad inferos ; quia Joannes propinquus erat cuncto² ad inferos, ideo voluit certificari : *Tu es qui venturus es etc.*

Sed contra hoc objicit Chrysostomus. Apud illos qui sunt apud inferos nou est status peccantibus : unde videtur quod frustra dicere istud. Sed hoc non est contra Gregorium ; quia voluit non ut nuntiaret captivis conversionem, sed justis, ut gauderent. Alia responsio. Legimus quod Dominus multoties interrogaret, non quia dubitaret, sed ut calumniari tolleret, ut in Joan. xi, 34, interrogavit de Lazaro : *Ubi posuisti eum?* non quia ignoraret, sed ut illi qui ostenderent sepulcrum, non possent negare nec calumniari : ideo sic fuit de Joanne, quia discipuli ejus calumniantur de Christo ; ideo ipse misit, non quia ipse dubitaret, sed ne ipsi calumniarentur, sed confiterentur. Sed quare non ante miserat ? Quia ante semper erat enim eis, et ideo certificabat eos ; sed cum voluit discedere ab eis, voluit quod ipsi per Christum essent certi.

Dicit ergo : *Tu es qui venturus es, an aliud expectamus ?* Verum est quod patres nostri expectaverint te ; ut habetur Exod. iv : *Et respondens ait illis etc.* Illic tangitur Christi responsio. Joannes habuit multis discipulos, ut habetur Joan. iv. Erat ergo inter eos contentio : quia viventes opera Christi, preferabant Christum Ioannem. Item videntes abstinentiam Joannis, preferabant Joannem Christum. Unde primo questionem ponit ; secundo commendat Joannem. Circa primum respondet secundum adventum ad passio-

nem. Veniet tempus quo Dens passurus est, et multi scandalizabuntur, quia *Judeis scandalum,* I Cor. i, 23. Unde respondebit quando hoc erit. Secundum Chrysostomum ostendere vult quod ille venit quem propheta predixerunt. Unde per prophetas tria erant promissa. Aliquando promittebatur adventus Dei ; in aliquibus adventus novi doctoris ; in aliquibus adventus sanctificationis et redemptionis. Quomodo ergo cognoscemus quod iste veniet ? Et respondebit eo modo quo responderetur Isa. xxxv, 4 : *Ecce Deus veniet, et salvabit nos etc.* Unde videbitis ista miracula. Nuntiate ergo Joanni quae audiatis, in doctrinis, et vidistis, in miraculis. Item promittebatur doctor. Joel. ii, 22 : *Fili Sion exultate : et sequitur : qui dedit vobis doctorem iustitiae, Ceci vident, etc.* Et hoc ad litteram. Item, si queris quando veniet. Isa. lxi, 4 : *Spiritus Domini super me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vel ad evangelizandum ; et hoc significatur, cum dicitur : Pauperes evangelizantur.* Aliiquid proprium volunt significare ; quasi dicat : Veniet ponere novam doctrinam. *Pauperes evangelizantur,* id est evangelizatur paupertas : unde supra v, 3 : *Beati pauperes spiritu etc.* Et Lue. iv, 18 : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me.* Item veniet aliquis sanctificatus sanctificans peccatores. Unde Isa. viii, 13 : *Dominum exercituum, ipsum sanctificate.* Unde aliquibus promittebatur sanctificatio : quibus sanctificatis alii scandalizabuntur : unde dicitur : *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Unde ad Hebr. ult., 12 : *Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est.* Ideo ostendit signa de adventu.

Et si moraliter loquamur, per hoc significatur totus processus sanctificationis hominum. Primo enim peccatori accidit concupiscentia, quando ratio obtemperatur. Psal. lxi, 9 : *Superexcidit ignis, et non viderant solem.* Et Isa. xlvi, 8 : *Educ foras populum cœcum, et oculos habentem.* Clandus dicitur quando ad diversa mens trahitur,

¹ Ibi : « Absit a te Domine. »

² Al. : « de cuncto. »

nt dicitur III Reg. xviii, 21 : *Ut quid cœludicatis in duas partes?* Item sit leprosus in insidiis et leprosus, quia tunc retrahi non potest, et alios inficit. Et post surdus efficitur, quia castigatio non auditur. Ulterius moritur, Ephes. v, 14 : *Surge qui dormis, et exurge a mortuis.* Et omnes istos sanat Dominus. Ultimo fit pauper spiritu, ita quod non est in eo sanitas. Psal. xxxvii, 8 : *Quoniam hunc mei impleti sunt illusionis, et non est sanitas in carne mea.* Et istos Dominus sanat, et sanati in quamdam soliditatem mentis condescendunt, ubi est vera pax : *Per multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum.* Psal. cxviii, 63.

Illi autem abeuntibus etc. Hic satisfacit habitationi turbarum. Turbae autem audierant testimonium Joannis de Christo, sed modo videbantur dubitare. Tria enim poterant habere in corde : quia triplici ratione mutat aliquis verbum suum : vel propter animi levitatem, vel propter aliquod commodum, vel quia ex humano spiritu, quando nesciat veritatem, et post cognoscet illam. Psal. xcii, 11 : *Scit enim Deus quoniam cogitationes hominum vanæ sunt.* Ideo primo excludit¹ ab eo levitatem ; secundo appetitum commodi ; tertio ostendit eum prophetam habere veritatem. Dicit ergo : *Illi abeuntibus etc.* Docet nos Dominus magnam curialitatem : quia noluit Joannem laudare discipulis suis presentibus, sicut nec aliquem in sua praesentia, sicut habetur Prover. xxvi, 2 : *Laudet te alienus, et non os tuum ; extraneus, et non labia tua.* Quia si bonus est qui laudatur, erubescit ; si malus est, adulatur : *Cœpit Jesus dicere ad turbas : Quid existis in desertum videre ? Numquid existis ad videndum armidinem ? Non Sed existis videre hominem firmum.* Arundo autem de facili movetur : unde animus cito mutabilis, ventus reputatur. Ad Ephes. iv, 14 : *Ut non simus jam parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento. Sed quid existis videre ?* Omnes enim divitiae ad aliquam utilitatem pertinent corporis ; et

hoc vel in cibo vel in vestitu : et constat quod in nullo horum facit vim. Non est ergo credendum quod pro aliquo commando hoc dicat : unde dicit : *Quid existis videre ? Hominem mollibus vestitum ?* Et quare non facit mentionem de cibo ? Quia non poterat esse dubium.² Vestiebatur autem de pilis camelorum. Unde qui *mollibus vestiuntur*, non sunt in deserto, sed in dominis regum. Alter exponit secundum Chrysostomum. Aliqui ex natura leves sunt, aliqui ex delicis, ut Osee iv, 11 : *Fornicatio et vinum et ebrietas³ auferunt cor.* Primum amovet per prius dictum ; secundum per hoc quod dicit, *Mollibus vestitum ?* ideo non est inconstans ex delicis vita.

Sed hic potest fieri quaestio de delicis vestitus, utrum sit peccatum : quia si non est peccatum, non imputaretur illi dixi qui *quotidie induebatur purpura et byssos*. Lue. xvi, 19. Respondet Augustinus, quod talia non sunt consideranda sed affectus utensilis. Quilibet enim debet indui ad modum simul convivientium ; ideo magis emblema est consuetudo. Nam in aliquibus terris omnes aut plures induuntur sericeo. Unde aliqui strictius induunt, aliqui latius ; et utroque modo distinguitur. Si restrictius : aut intentione bona, et hoc est bonum : aut propter vanam gloriam, et hoc malum. Si latius : aut propter superbiam, et hoc malum : aut propter significationem, ut pontifex et sacerdos, et hoc bonum.

Mystice per homines qui *mollibus vestiuntur*, significantur adulatores : ille enim *mollibus vestitur* qui verbis blandis molitur, ut in ore homines superbi querant⁴ gloriam. Et Prover. xxix, 12 : *Princeps qui libenter audit verba mandarii, omnes ministros habet impios.*

Sed dicerent : non est inconstans, sed humano spiritu loquitur : ideo hoc amoget : *Sed quid existis videre ? Prophetam etc.* Unde testimonium perhibet quod non humano spiritu sed prophetico loquebatur : unde primo ostendit eum esse prophetam ; secundo plusquam prophetam. Fuit⁵ enim propheta, ut habetur Lue. i,

¹ Al. : « ideo excludit. »

² Al. : « et quare non facit mentionem de cibo, quia poterat esse dubium. »

³ Al. : « fornicatio, et ebrietas. »

⁴ Al. : « querunt. »

⁵ Al. : « dicitur. »

76 : Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis etc. Item extollit eum super prophetas dicens : *Dico vobis : Etiam plusquam Prophetam : et hoc quantum ad tria. Primo quia propheta est futura predicere. Iste autem non solum futura, sed etiam präsentia ostendit, dicens Joan. xxix : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Item non dicitur solum propheta, sed etiam Baptista, ut sup. iii. Item precursor, ut habetur Lue. i, 76 : *Præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.* Item quantum ad modum : miraculosius enim egit quam propheta ; quia iste ex intero prophetavit, alii non, ut habetur Lue. i, 44 : *Ecce enim ut facta est vox salutationis tua in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo. Hic est enim de quo scriptum est.* Hic probat Dominus excellentiam Joannis : et primo per auctoritatem, secundo per specialia ejus privilegia, ibi, *Amen dico vobis etc.* Dicit ergo : *Dixi quod est plusquam propheta, de quo habetur Mal. in, 4 : Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparabit viam tuam ante te etc.* In haec auctoritate ponuntur excellentia Joannis : quia primo vocat cum Angelum : *Angelus enim est supra prophetam : quia sicut sacerdos est medium inter prophetam et populum, sic propheta inter Angelos et sacerdotes.* Angelus autem inter Denm et prophetas : unde Zacharias dicit : *Angelus qui loquabatur in me : Zachar. i, 9.* Angelus est nomen officii, non naturae : unde Joannes Angelus dicitur ex officio : differentia est enim inter Angelum et prophetam, quia Angeli manifeste vident : unde habetur infra xviii, 40, ubi dicitur : *Dico enim vobis quia Angeli corum semper vident faciem Patris mei qui in celis est.* Angeli semper vident faciem Dei, propheta vero non. Unde sicut Angeli semper vident faciem Patris, sic Joannes specialiter Christum vidit ; et ideo quia specialiter, ideo dicit *meum.* Item dicit, *Ante faciem meam.* Quando rex vadit, præcedunt multi, sed magis familiares præcedunt faciem suam : sic Joannes honorabilior dicitur, quia missus ante faciem ejus : tanto enim honorabilior, quanto propin-

quior. Item iste præparabat viam, quia baptizabat ; unde dicit : *Qui præparabit viam ante te. Amen dico vobis etc.* Supra commendavit Dominus Joannem per auctoritatem prophetae ; nunc intendit eum commendare propriis verbis, et auctoritatem prophetae exponit. Et tria facit. Primo commendat ipsum quantum ad differentiam omnis orlinis et status. Et primo secundum differentiam colestium et terrestrium ; secundo quantum ad differentiam legis et Evangelii ; tertio quantum ad differentiam præsentis sæculi et futuri. Et primo ostendit cum excellentem inter terrestres ; secundo ostendit cum minorem inter colestes, ibi, *Qui autem minor est in regno celorum, major est illo.* Dicit ergo : *Dictum est quod Joannes est Angelus, et ut in forma breviter comprehendam, dico vobis : inter natos mulierum non surrexit major.* Proprie locutus est cum dixit, *Surrexit, quia omnes nascuntur filii iræ, ut habetur ad Ephes. ii, 3 : Eramus natura filii iræ, sicut et ceteri.* Quicumque ergo potest ad statum gratiae pervenire, surgit. Unde, *Inter natos mulierum etc.* Et significanter loquitur, ut ab hac universalitate excludatur Christus : quia mulier corruptionem sonat, sed femina sexum : unde si aliqui inventur filius mulieris, ut in Joan. xix, 26 : *Mulier, ecce filius tuus, sexum tunc nominat, non corruptionem.*

Sed quid est quod dicit : *Inter natos mulierum non surrexit major?* Est ne propter hoc major omnibus ? Dicit Hieronymus, quod non sequitur : Si non surrexit major, ergo est major. Chrysostomus autem¹ dicit, quod major est omnibus. Secundum ergo² primam expositionem dico quod argumentum illud in Angelis, ubi est ordo, valorem haberet, quod ille quo non est alius major, est maximus ; sed inter homines non habet veritatem : quia inter homines non est ordo secundum naturam, sed solum secundum gradiam. Item si dicatur major omnibus patribus veteris testamenti, non est inconveniens. Ille enim major et excellenter est qui ad maius officium est assumptus. Abraham enim major est inter patres,

¹ Al. : « ergo, »

² Al. : « enim, »

quo ad probationem fidei; Moyses vero quod ad officium prophetiae, ut habetur Deut. ult. 10 : *Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses.* Omnes isti preceursores Domini fuerint; nullus autem fuit in tanta excellentia et favore: ideo ad maius officium est assumptus. Luc. 1:15 : *Erit enim magnus coram Domino.*

Qui autem minor est in regno cœlorum major est illo. Occasione istorum verborum quidam locum calumnianti invenerunt. Voleant enim omnes patres veteris testamenti damnum. Si enim major est aliis, sequitur quod ali non sunt de numero salvandorum: quia per regnum cœlorum praesens Ecclesia designatur. Si ergo Joannes non fecit de praesenti Ecclesia, non fuit de numero electorum: ergo minus ali. Et haec opinio est erronea: quia constat quod id quod Dominus dicit, in landem Joannis introducitur.

Potest autem haec locatio exponi tripliciter. Primo ut per regnum cœlorum ordo beatorum intelligatur: et qui inter illos est minor, major est quilibet viatore. Et ideo præsentem statum appellat Dominus pueritiam: unde I ad Cor. xiv, 11 : *Cum autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli:* unde nominat viatores parvulos. Et hoc verum est intelligendo de majoritate actuali: actu cuius major est qui comprehensor est. Secundus de majoritate virtuali; sicut una parva herba major dicitur virtute, licet alia major sit quantitate. Alter potest exponi, ita quod per regnum cœlorum praesens Ecclesia designetur. Et hoc est quod minor non dicitur universaliter, sed minor tempore. Supra in. Et Joan. 1, 15 : *Qui post me venit, ante me factus est.* Unde ille qui minor est, major est illo. Vel alter potest exponi, quod aliquis dicitur major tripliciter. Vel quantum ad meritum; et sic multi Patriarchæ sunt majores aliquibus novi testamento: sicut dicit Augustinus, quod calibatus Joannis non præfertur conjugio Abrahæ. Aut comparando statum ad statum, sicut virginis meliores sunt conjngatis, non tamen qualibet virgo melior quilibet

conjnigato: unde Joannes habet istam dignitatem, quod est in quodam confilmo; quia major viatoribus, sed minor comprehensoribus: unde tenet locum medium.

A diebus autem Joannis usque nunc etc. Hic commendatur quantum ad distinctionem novi et veteris testamenti: et notatur excellentia Joannis, quia est principium novi testamenti, et finis veteris. Ita dixi, quod *qui minor est in regno cœlorum, major est illo*: et hoc pertinet ad hoc quod ipse est principium novi testamenti: sed *a diebus Joannis Baptis- tæ*, id est a prædicatione Joannis, *regnum cœlorum vim patitur.* Hoc tripliciter exponiatur. Scitis quod in raptu quadam violentia est, et quidam conatus: unde oportet quod peccator ad hoc quod possit venire ad regnum cœlorum, assurgat ad spiritualia, et conetur multum. Aliter exponitur. Scitis, quod rapina est proprie quando alienum prætor voluntatem domini rapitur: prædicatio salutis missa est Iudaris, et per Christum ubique. Ipse cicit infra xv, 24 : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Et cum ad eos mitteretur, non receperunt; tamen illi quibus non mittebatur, propter humilitatem rapiebant. Unde supra viii, 12 : *Muli veniens ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum: filii autem regni ejiciuntur in tenebras exteriores etc.* Et infra xxi, 43 : *Ausseretur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus ejus.* Ideo isti violenter rapiunt. Et haec est expositiō Hilarii. Tertia expositiō est: illud quod rapitur, eum festinatione rapitur: unde Job. vi, 13 : *Sicut torrens qui raptim transit in convallis:* et hoc propter motus velocitatem. Et quia prædicatio ita commoverat corda omnium, videbatur festinus cursus: ideo dicit, *Vim patitur*, quia per modum ejusmodi festinationis tendunt ad regnum: unde ab ipsi incepit Evangelium, et ipse est finis legis: unde Christus dicit: *Omnis enim propheta et lex usque ad Joannem prophetaverunt:* quia omnes prophetæ propter Christum: et incepserunt impleri

¹ Al. : « ut regnum. »

a prædicatione Joannis. Unde Luc. ult., 44 : *Oportet impleri quæ scripta sunt de me. Et hoc usque ad Joannem.*

Sed quid est? Numquid post Joannem non fuerint prophetae? Nonne legimus infra xxii, 23 34 : *Ecce mittó ad vos prophetas, sapientes, et sribas, etc.*

Dicendum, quod propheta ad duo mittitur. Ad confirmandam fidem, et corrigendos mores. Proverb. xxix, 18 : *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus.* Ad confirmandam fidem, ut habetur I Petr. i, 10 : *de qua salute exquirserunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverint, scrutantes in quod vel in quale tempus significaret in eis spiritus Christi.* Unde prophetia do istis duobus serviebat. Sed jam fides fundata est, quia iam promissa per Christum sunt completa. Sed ad corrigendos mores nunquam deficit nec deficiet propheta. Habet ergo excellentiam Joannes, quia in medio veteris et novæ legis : unde missus est ante faciem quasi simul cum Christo.

Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Ille ponit excellentiam Joannis quo ad distinctionem praesentis et futuri. Elias enim fuit præcursor Domini sicut Joannes : unde Malach. iv, 5 : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, etc. Et Joannes est Elias.*

Sed quid est quod dicit Dominus? Quia interrogatus Joannes si esset Elias, dixit quod non. Per hoc autem anovetur quædam haeresis, quæ posuit transmigrationem anima, quod anima videlicet exhibat de uno corpore, et intrabat aliud corpus; deinde anima Elias intraverat Joannem, ut dicebat. Sed hæc opinio falsa est, quia ipse negavit quod esset Elias. Christus autem dixit quod Joannes erat Elias, propter triplicem similitudinem. Primo, quia sicut Angelus dicitur similis Angelo, quia pares in officio; sic Elias et Joannes pares sunt officio, quia umerque præcursor. Luc. i, 76 : *Ipse præbit ante faciem Domini parure vias ejus etc.* Item quantum ad conversationem: quia vitam austera duxit, at habetur III Reg. 49. Item quantum ad persecutionem: quia sicut

ille persecutus est a Jezabel, ita iste ab Herode. Unde, *si vultis accipere, secundum quod accipi debet, ipse est Elias.* Et ut ipsi intelligent quod istud dictum est mystice, subdit: *Qui habet aures audiendi, audiat;* idest, qui habet aures spiritualiter, audiat et intelligat.

2. Hic prorumpit in increpationem turbarum: et primo ponit questionem; secundo quamdam similitudinem: tertio cam exponit. Procedit ergo sic. Ita comparatur Joannes Elias ratione officii; sed cui comparabo hanc generationem? Et quare dicit hoc hic? Hoc dicit sicut aliquis quando alieni fecit quicquid boni potuit, et ipse est ingratus, nescit cui comparare eum: sic Dominus omnia bona fecerat generationi huic: unde Isa. v, 4 : *Quid ultra debui facere vineæ meæ, et non feci ei?* Cui ergo potero comparare tantam malitiam?

Notandum, quod generatio aliquando in Scripturis pro congregatione honorum accipitur, aliquando malorum, aliquando utrorumque¹. Pro congregatione bonorum, ut in Psal. iii, 2 : *Generatio rectorum benedicatur.* Pro congregatione mala, iuxta xii, 39 : ubi dicitur : *Generatio mala et perversa.* Pro utrisque, Ecle. i^r 4 : ubi dicitur : *Generatio præterit, generatio ventura est; terra autem in æternum stat.*

Similis est pueris sedentibus in foro etc. Ille ponit quamdam similitudinem: et potest exponi secundum plenum litteræ, vel secundum mysticum sensum. Primo ponit similitudinem de pueris; secundo adaptat eam, ibi. *Venit Joannes neque manducans neque bibens etc.*

Notandum, enim, quod naturale est homini² querere delectationes, et semper querit illas, et nisi abstrahatur per sollicitudines, statim ruit in malas delectationes: sed pueri non habent sollicitudines, ideo vacant circa illa quæ sibi competunt, hoc est ludere. Item notandum, quod homo naturaliter sociale est, et hoc quia naturaliter unius alio indiget, unde delectatur in convictu: unde Philosophus, I Politic.: *Omnis homo qui solitarius est, aut est melior homine, et est*

¹ Al. : « utrumque. »

² Al. : « hominibus. »

Dens : aut peior homine, et est bestia. Unde dicitur, *Sedentibus in foro*, quia nullus per se vult ludere, sed in foro ubi sit congregatio multorum. Item notandum, quod naturale est homini quod delectatio ejus sit in aliqua representatione : unde si videamus aliquid bene sculptum¹, quod bene representet quod debet ; tunc delectamur : ideo pueri qui delectantur in ludis, semper ludos suos faciunt cum aliqua representatione vel belli, vel hujusmodi. Item notandum, quod ad duas passiones terminantur omnes animi affectus : scilicet vel ad gaudium, vel ad luctum.

Qui clamantes etc. Hoc est ita videndum. Ponamus quod sint pueri ex una parte et alii ex alia, ita quod quidam debeat cantare, alii saltare ; unum isti facere, alii eis respondere. Si isti canerent, et illi eis non responderent secundum formam suam, injuriarentur eisdem ; unde dicunt : *Cecinimus robis, et vos non saltatis*. Item nihil ita immutat animam sicut cantus : unde computat Boetius in *Musica* sua de quadam qui coram Pythagora cum alio litigabat, et cantu alii loquebantur. Tunc Pythagoras facit mutari cantum, et ille quievit : nade omnes exercebantur in musica. Ideo notandum, quod quidam cantus est propter gaudium, sicut habetur Eccli. xl, 20 : *Vinum et musica laxificant cor* : ideo dicitur : *Cecinimus*, idest cantum gandii diximus, et non saltatis. Item consuetudo est, quod sicut aliqui immutantur ad gaudium, ita quidam ad fletum : unde Hierem. ix, 17 : *Vocate lamentatrices, et assumant super nos lamentum etc.* Ideo dicunt : *Lamentarius*, idest cantus lugubres fecimus, et vos non planxitis. Mystice per pueros significatur populus veteris legis : inter quos quidam fuerunt provocatores ad gaudium spirituale, ut David Psal. xxxii, 1 : *Exultate justi in Domino*. Quidam ad luctum, ut Joel ii, 13 : *Convertiscimini ad Dominum in toto corde vestro in jejunio, fletu et planctu, etc.* Unde possunt dicere : *Cecinimus*, idest incitavimus vos ad spiritualem laeti-

tiam, et non suscepistis : *lamentarius*, idest invitavimus ad penitentiam, et vos non acieievistis.

Venit Joannes etc. Hie adaptat similitudinem : et primo adaptat ; secundo rationes assignat. Dupliceiter homines attrahuntur ad bonam vitam : quidam enim per speciem sanctitatis, quidam autem per viam familiaritatis. Dominus et Joannes, divisorunt sibi duas vias. Joannes, immo Dominus per Joannem, elegit viam austerioris ; per se elegit viam lenitatis : et tamen per nullum sunt conversi : unde dicit : *Venit Joannes non manducans neque bibens* : et hoc ad litteram, quia, mltum abstineens fuit : et dicunt : *Damnum habet* : sicut hypocrita bonum in malum convertunt. *Venit Filius hominis manducans et bibens*, idest differenter utens cibis ; et non valet ei ; quia non creditis, immo dicitis : *Ecce homo vorax, potator vini, publicanorum amicus* : contra illud Prov. xxiii, 20 : *Noli esse in convivis potatorum etc.*

Hie notandum, quod qui observareret facta hominum, nunquam aliquid bene faceret² Eccl. xi, 4 : *Qui observat ventos non seminat, et qui considerat nubes nunquam metet*.

Sed hic est quæstio. Quare elegit Dominus pro se vitam leniorem, ut per Joannem asperiore monstraret? Ista ratio est, quia Dominus confirmabat actus suos miraculis ; Joannes autem non faciebat³ ideo si nullam haberet excellentiam, non approbaretur ejus testimonium : sicut videimus in sanctis, quia unus habet excellentiam in uno, alius in alio ; ut Augustinus habuit excellentiam in doctrina, Martinus in miraculis. Item alia ratio ; quia Joannes purus homo erat ; ideo abstinebat se a carnalibus desideriis : Christus autem Dens erat ; ideo si austerioriter dñearet, non ostenderetur esse homo ideo humanam vitam magis assumpsit. Item Joannes fuit finis veteris testamenti, cui gravio imponebantur ; sed Christus fuit initium novæ legis, quæ procedit per viam mansuetudinis.

Et justificata est sapientia. Istud potest

¹ Al. : « stultum. »

² Al. : « considerat. »

³ Al. : « Joannes non faciebat. »

dupliciter legi. Uno modo retorquendo¹ ad utrumque quod dictum est de Joanne et Christo; et tunc est sensus: quando homo facit quod debet, et alius non corrigitur, tunc salvat animam suam et² justificatur in sermonibus suis. *Justificata est sapientia*, hoc est Filius Dei, sive Christus; idest, justa apparet filii suis, quia exhibuit Iudeus quod debuit: abstinentiam per Joannem, mansuetudinem per Christum. Vel aliter potest dici. Ita dicant filii diaboli, quod *vorax et potator vini*; sed filii sapientiae intelligunt, quod non est vita in cibo et potu, sed in aequalitate animi, utendo cibo pro loco et tempore³, et abstinentia similiiter quando deceat; ita quod non excedat in multo, nec deficiat in paucis, ut dicit Apostolus ad Philip. iv, 12: *Ubique et in omnibus institutus sum, et satiari et esuiri, et abuflare et penitriam pati*. Ideo plenam justitiam non videretur ostendere, si totaliter abstineret quia eredetur tota justitia esse in abstinentia: sed in hoc non consistit, sed in animi aequalitate. Et nota, quod dicit, *Sapientia*; quia uti cibis vel abstinere secundum moderationem sapientiae est ut abstineat quando debet et ubi debet:

3. Supra satisfecit discipulis Joannis: nunc exprobrat non credentibus: et duo facit. Primo describitur factum Domini; secundo verba ipsius, ibi, *Vx tibi Corozaim etc.* Dicit ergo primo: *Tunc copit exprobrare civitatibus etc.* Exprobatio est respectu beneficiorum, et respectu datorum. Magnum enim beneficium fecerat Dominus, quia sui praesentia eos illustraverat: unde ingratierant, et ideo merito exprobribiles: nnde Michae vi, 6: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?* quasi dicat, nihil. Et non exprobavit eis quod peccata egissent, sed quod pernitentiam non fecissent: unde eis conveniebat quod dicitur Job xxiv, 23: *Deridit ei locum pornitentia, et ipse oblitus eo in superbiam.* Et Rom. ii, 4: *An ignoras quod benignitas Dei te ad pernitentiam adducit?*

¹ Al. : « nmo retorquendo. »

² Al. : « et tunc. »

³ Al. : « utendo cibo, loco, et tempore. »

⁴ Al. : « idro quia. »

Sed hic est quaestio litteralis, quia Lucas istud alio ordine ponit: ponit enim in missione discipulorum; iste hic. Respondeat Augustinus. Videtur quod Lucas magis ordinem servet historicæ: hic autem seriem memorie.

Sed tunc objicitur, quod hic dicitur: *Tunc*: ergo videtur quod hic magis series texatur⁵ historicæ. Respondet Augustinus, quod *tunc* tempus indefinitum dicit. Vel aliter potest dici, quod bis dixit haec verba; et ideo potuit esse et tunc secundum istum, et tunc secundum Lucam.

Vx tibi Corozaim etc. Ille ponuntur verba Domini. Et primo fit sermo de civitatibus suffraganeis; secundo de metropoli, ibi, *Et tu Capharnaum etc.* Et primo comparat culpam ad culpam; secundo penam ad penam, ibi⁶, *Veruntamen dieco vobis etc.* Dicit ergo: *Vx tibi Corozaim etc.* Istae autem sunt civitates sive villa in Galilaea, ubi multa signa Dominus fecerat, et tamen non erant conversæ. Ideo dicit: *Vx tibi etc.*

Sed quid est quod facit Dominus? Immo scriptum est Rom. xii, 14: *Nolite maledicare etc.* Dicendum, quod est maledicere formaliter et materialiter. Formaliter nullus debet maledicere, sed materialiter potest. Unde notandum, quod quædam conjugata sunt secundum sensum⁷, quæ tamen possunt separari secundum intellectum; ut in pomo est odor et sapor, quæ non possunt separari secundum sensum⁸, licet secundum intellectum. Similiter velle istum non puniri, et velle ordinem justitiae, non possunt simul esse nisi secundum intellectum. Unde si iniquitate isti quia delector in ejus malo, malum est. Si autem non pro malo ejus, sed⁹ pro ordine justitiae; sic est bonum. Unde verbum Domini non erat verbum delectantis, sed opus justitiae ministrantis.

Vx tibi Corozaim. Corozaim interpretatur ministerium in eum. Bethsaïda dominus fructum. Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. Et quare plus ei exhibuit? Quia ibi suum ministerium implevit.

⁵ Al. : « quod magis series texatur. »

⁶ Al. : « secundum penam, ibi. »

⁷ Al. : « tactum. »

⁸ Al. : « tactum. » — ⁹ Al. : « scilicet. »

vit : ideo *revelata est ira Dei de celo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia retinuerunt* : Rom. i, 18. Bethsaïda dominus fructuum fecit ibi Dominus, et non faciunt poenitentiam, quid erit eis? Isai. vi, 4 : Expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas. *Vae tibi... quia si in Tyro et Sidone facta sunt in uolis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Olim*, idest a longinquis temporibus.

Et notate modum poenitentiae, quia in cinere et cilicio : quia duo inducent ad poenitentiam. Unum recordatio delictorum, et hoc significatur in cilicio quod fit de pilis caprarum : istud enim animal immolabatur pro peccato. Alind est consideratio mortis, et conditio humanae fragilitatis : unde dicitur Gen. iii, 19 : *Pulvis es, in pulvorem reverteris*. Et Job ult. Ideo reprehendo me, et ago poenitentiam in favilla et cinere.

Verumtamen dico vobis : Tyro et Sidoni remissis erit in die iudicii quam vobis. Hie comparat culpam ad culpam : quia si inventi sunt graviores in culpa, deterius erit eis : quia quod audierunt, non fecerunt ; ideo gravius erit : secundum quod dicitur Iohu. xv, 22 : *Si non venissem et non eis locutus fuisset, peccatum non haberent.*

Notandum, quod ex istis verbis tres errores excludit. Quidam dicebant omnia peccata paria, et similiter supplicia. Hoc excludit cum dicit, quia istis erit deterius quam Tyro et Sidoni. Item quidam dixerunt, quod non salvabuntur nisi quos præscivit quia si prædicaretur eis, converterentur. Hoc excludit cum dicit quod Tyro et Sidoni male erit ; sed tamen deterius istis, quibus uincentiam est regnum Dei. Unde Augustinus in libro *Perseverantia* : Non remunerat Dominus pro his quæ fecisset, sed pro his quæ fecit. Item removet tertium errorum : quia dicebant quidam, quod Dominus misit prophetas et prædicatores Judæis, et non aliis ; quia sciebat quod alii non

reciperent. Sed hoc excludit, quia si prædicaretur eis, poenitentiam agebant.

Sed tunc restat quæstio : quia si Judei non credebant, videretur quod Dominus non bene fecisset, cum non misit ad eos, si illi credidissent. Dicit Gregorius, quod scire secreta Dei, non est hominis ; tamen secundum quod videtur, quia promissum erat patribus, ideo ad confirmandas promissiones patrum primo prædicavit Judæis. Item ut ostenderetur justior eorum condemnatio, ideo eis prædicavit, et post talis discipulos misit. Remigius solvit sic : quia licet ex Tyro et Sidone plures credidissent in majori multitidine ; tamen apud eos erant aliqui perversi¹ qui nondum erant parati ad credendum ; ideo non misit primo ad eos. Tertiam expositionem ponit Augustinus : quod præscivit Dominus, quia si credidissent, non perseverassent in tempore passionis ; et ideo ad eos non misit. Alia est exppositio Augustini, quia prædestinationis est præscientia beneficiorum Dei². Unde quæcumque pertinent ad salutem, sunt effectus prædestinationis prædestinatis³. Unde diversimode distribuit Dominus dona sua : quia quibusdam dat eo, docile, et pronitam ad bene agendum⁴ ; sed hoc non sufficit nisi sit instructor. Item aliquando est instructor, sed cor est durum. Et sicut illis non sufficit⁵ facilitas ad credendum, sic istis nocet⁶ cordurum. Unde querere quare istum elegit, non illum, fatuum est querere. Unde Augustinus. Quare trahat lumen et non illum, noli judicare, si non vis errare. Unde melius est ut totum torqueatur ad ordinacionem Dei quam ad humana merita.

Et tu Capharnaum numquid usque in cælum exaltaberis? In parte ista exprobrat civitati solemniori : et primo exprobrat superbiam, et hoc quia magni magis superbunt ; secundo exprobrat eorum impenitentiam, ibi. *Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes etc.* Circa primum primo exprobrat superbiam ; secundo minatur poenam. Dicit ergo : *Et tu Ca-*

¹ Al. : « heretici. »

² Al. : « prædestinationis est beneficiorum Dei. »

³ Al. : « effectus in prædestinatis. »

⁴ Al. : « distribuit Dominus dona sua, et proni-

tatem ad hene agendum. »

⁵ Al. : « et sic non sufficit. »

⁶ Al. : « sic nec isti nocet. »

pharnaum etc. Et est ibi duplex littera. Una interrogative : *Numquid usque in celum exaltaberis?* Alia littera : *Tu es quae exaltata es usque in celum :* quia a Domino exaltata est, et praesentia Domini, et multis meritis. Lue. iv, 23 : *Quanta dividimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.* Item a teipsa exaltata es : unde tu numquid exaltaberis per superbiam vel doctrinam meam? quatumcumque exaltata fueris, tamen ad inferos descendes. Job, xx, 28 : *Detrahetur in die furoris Domini : hæc est pars hominis impii a Deo.* Unde tu quae videris tangere celum, detraheris ad infernum. Unde propria pena superbii est dejectio. Isa. xiv, 14 contra illum qui dicebat : *Ascendam ad astra caeli,* sequitur : *Ad infernum detraheris.* Consequenter arguit de impunititate. Et primo comparat quantum ad culpam ; secundo quantum ad poenam. Dicit ergo : *Quia si in Sodomis etc.* Et quare hoc dicit? Ad significandum libertatem arbitrii : quia ante hominem vita et mors. Nullus illos mouuit. Quamvis enim Loth inter illos esset, tamen non fecit miracula. Sed isti viderunt Dominum docentem et miracula facientem ; ideo etc. Capharnaum interpretatur villa dulcissima, et per hanc interpretatur Hierusalem. Verumtamen dico vobis. In die judicii gravior erit pena tua quam illius terræ quæ subversa est. Vel potest intelligi de habitantibus. Lue. xii, 47 : *Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens, vapulabit multis.*

In illo tempore respondens Iesus dixit : *Confiteor tibi, Pater etc.* Supra dominus redarguerat infidelitatem turbarum ; nunc gratias agit de fide discipulorum et aliorum credituum. Et primo reddit gratias Patri tanquam auctori ; secundo ostendit eamdem potestatem se habere, ibi, *Omnia enim mihi tradita sunt a Patre meo.* Dicit ergo : *In illo tempore, scilicet quo accedit etc. respondit : sed cui respondit?* Convenit ei quod dicitur Job xv, 2 : *Nunquid sapiens respondet quasi in ventum loquens?* non. Unde respondet tacita objectioni. Posset enim dicere aliquis : *Isti non credunt quibus prædicasti ; alii*

autem credidissent, si prædicatum fuisset illis. Ideo respondet et responsive redarguit quosdam qui causas electionis inquisierunt, quare videlicet illi elevati sunt in celum, et isti demersi sunt in profundum¹ : ut Origenes, qui ponebat, quod electio ex meritis est. Sed hic reprobat hoc, ostendens, quod hoc attribendum est divina voluntati. Dicit ergo : *Confiteor tibi Pater etc.*

Notandum, quod triplex est confessio. Scilicet fidei : unde Rom. x, 10, dicitur : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Item confessio peccatorum. Iac. v, 16 : *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Item confessio gratiarum actionis, de qua Psal. cxv, 1 : *Confitemini Domino, quoniam bonus etc.* De hoc intelligitur : *Confiteor tibi, Pater caeli et terra.* Duae haereses excluduntur. Haeresis scilicet Sabellii, qui non distinguit Filium a Patre : unde dicit : *Confiteor tibi Pater etc.* Sic confitetur auctoritatem Patris, etc. Item quia ejusdem naturæ. Ideo dicit Patrem suum contra Arium². Et vere Dominus, quia pater caeli et terræ. Et in Psal. xcix, 3 : *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : ipse fecit nos, et non ipsi nos.* Et dicitur Pater, non quia eum creavit, sed quia eum genuit. Psal. lxxxviii, 27 : *Ipse invocavit me : Pater meus es tu.* Et quare gratias agit? Agit gratias super quamdam distinctionem; et ponit sic³ : *Quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Unde hic considerare oportet qui sunt parvuli, et qui sapientes, et qui prudentes. Tripliciter autem dicuntur aliqui parvuli. Ad litteram parvuli diemunt abjecti : unde in Abdia n. : *Ecce parvulum dedi te : contemptibilis tu es valde.* Item dicitur parvulus humilitate, quia parva de se sentit. Unde Dominus infra xviii, 3 : *Nisi conversi fueritis, et efficiamini ut parvuli⁴, non intrabitis in regnum caelorum.* Item simplicitate ; unde apostolus. I ad Cor. xiv, 20 : *Malitia parvuli estote.* Unde potest illud intelligi : quia revelasti ea parvulis et abjectis piserioribus. Et quare? apostolus reddit ra-

¹ Al. : « qui causas electionis inquisierunt, et isti demersi sunt in profundum. »

² Al. deest : « contra Arium. »

³ Al. : « et gratias agit super quamdam distinctionem sic. »

⁴ Al. : « sicut parvulus iste. »

tionem, dicens I Corinþ. i, 27 : quod despœcta mundi elegit Deus, ut fortia queque confundat. Augustinus exponit : *Parrulis*, idest humilibus, non de se præsumentibus : ubi enim humilitas, ibi sapientia. Hilarius exponit de simplicibus. In simplicitate querite illum : Sap. i, 1. E contrario sapientes et prudentes : quia in carnali sapientia student. Hier. ix, 23 : *Non glorietur sapiens in sapientia sua.* Istis non revelavit, sed rusticis non confidentibus de sapientia sua. Eccl. vii, 24 : *Dixi : Sapiens efficiar; et ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat.* Quare Apostolus ad Rom. x, 3 : *Ignorantes autem Dei justitiam, et suam querentes statuere, justitiae Dei non sunt subjecti.* Item per sapientes intelligit superbos jactantes se; et talibus non revelavit. Ad Rom. i, 22 : *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Item dicit sapientes, secundum carnem viventes, quæ earnis sunt querentes, non quæ Dei : Phil. ii, 21. Item *sapientes sunt ut faciant mala, et bene facere nescierunt.* Hier. iv, 22. *Et revelasti.* Ad Ephes. iv, 17 : *Ut non ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui.* Unde abscondisti a sapientibus, revelando parvulis. Sapientiam abscondit a sapientibus, non apponendo gratiam. Unde dicitur ad Rom. i, 28 : *Tradidit eos in reprobum sensum.*

Sed quid est quod gratias reddit, quod absecondit? Dico, quod hoc non facit ut gaudet de cœxitate eorum, sed de iudicio Dei, quia ita sapienter ordinat. Et quare? Ille non est querenda causa : in talibus enim Dei voluntas pro causa est.

Ita Pater, quia sic placitum est ante te. Artifex bene potest assignare causam quare lapides quosdam in fundamento, quosdam superius posuit. Sed quod hunc posuerit ille, alium ibi, non est alia causa nisi voluntas sua. Sic quod Dominus aliquos salvet, hoc est ad suam misericordiam : quod hos damnet, ad justitiam. Sed quare circa illum sic misericorditer agit potins quam circa aliud, hoc solum pertinet ad suam voluntatem. Unde ad Rom. ix, 18 : *Cujus vult miseretur, et*

quem vult indurat. Unde sic facit propter beneplacitum. In Psal. cxviii, 108 : *Beneplacitum fac Domine etc.*¹ *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.* Egerat gratias Patri, quia secreta parvulis revealat. Posset aliquis credere, quod non posset ipse revelare; unde hoc removens, primo tangit magnitudinem suæ potestatis; secundo invitat ad se; quasi dicat : *Ecce sum potens : venite ergo ad me etc.* Et primo duo facit. Primo ponit æqualitatem Filii ad Patrem; secundo spiritualiter applicat ad id de quo agebatur, ibi, *Et nemo novit Filium nisi Pater.* Dicit ergo : Posset dicere aliquis : Numquid omnia potest; Respondet : *Omnia tradita sunt mihi.* Et attende æqualitatem, sed tamen a Patre originem; quod est contra Sabellium.

Sed quid est quod dicit *Omnia?* Triplaciliter potest exponi. *Omnia*, hoc est supra omnem creaturam. Infra ult., 18 : *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.* Vel *omnia*, idest electi et predestinati, qui specialiter sunt dati. Joan. xvii, 6 : *Tui erant, et eos tradidisti mihi.* Item *omnia*, scilicet intrinseca, idest omnem perfectionem divinitatis. Joan. v, 26 : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic Filio dedit vitam habere in semetipso.* Et non debemus intelligere carnaliter : quia si dedit, sibi etiam retinuit. Et haec expositio est : Augustini et Hilarii. Sed posset aliquis dicere : Quomodo dedit? Ideo addit modum, cum dicit : *A Patre meo.* Unde per generationem hoc recipit,

Et nemo novit Filium nisi Pater. Modo specialiter ad propositum adaptat : et non solum quantum ad æqualitatem ad Patrem, sed etiam quantum ad consubstantialitatem. Substantia enim Patris superat omnem intelligentiam, cum ipsa essentia Patris dicatur incognoscibilis sicut substantia Filii. Unde hic notatur aequalitas, et confunditur Arius qui dicit Patrem invisibilem, Filium autem visibilem. *Et nemo novit Filium nisi Pater.*

Sed quid est? Nonne sancti neverunt? Dicendum, quod attingendo, vel fide; sed comprehendendo non cognoscunt.

¹ Al. ibi : « Voluntaria oris mei fac, Domine. »

Sed quid est? Nonne Spiritus sanctus cognoscit? Immo. Sed notandum, quod dictiones exclusivæ aliquando adduntur nominibus divinis essentialibus, aliquando personalibus. Et cum adjunguntur personalibus, non excludunt illud quod idem est in natura: unde addita Patri non excludit Filium. Unde ubi dicitur: *Regi immortali, invisibili, soli Deo honor et gloria*: I Tim. i. 17: non excluditur alius in natura. Similiter cum dicit hic, *Nisi Filius*, non excluditur Spiritus sanctus, qui idem est in natura. Sed cum dicit, *Nemo novit etc.*, intelligitur nullus homo nisi Filius. Et ita habetur quod novit Filius Patrem. Sed hoc est contra Origenem. Cognoscit enim per comprehensionem. Quia ergo perfecte cognoscit, et est cognoscibilis, ideo habet potestatem revelandi sicut Pater; ideo dicit: *Et cui voluerit Filius revelare*. Manifestatio enim sit per verbum. Joan. xvii, 18: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus*, Ibid. i, 6: *Deum nemo vidit unquam*. Sed ipse novit: ergo manifestare potuit. Illud ergo quod dixerat de Patre, sibi attribuit. Dixerat enim: *Abscondisti hæc a sapientibus, et revelasti ea parvulis*: sic etiam et Filius potest, ex quo habet candem potestatem.

Venite ad me omnes, etc. Venite ad mea beneficia. Et primo ponitur invitatio; secundo necessitas invitationis; tertio utilitas. Dicit ergo: *Venit ad me*: quod verbum etiam Sapientia est, Eccli. xxiv, 26: *Transite ad me omnes qui concupisciatis me, et a generationibus meis adimplemini*. Unde appropinquate ad me indocti: quia vult se communicare. Sed quia est necessitas? Quia absque me homines laborant nimis. *Qui laboratis*. Specialiter hoc potest convenire Iudaïs, quia laborabant in oneribus legum et mandatorum; ut habetur Act. xv, 10: *Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus*. Item generaliter quantum ad omnes qui laborant propter humanitatis fragilitatem. Psal. lxxxvi, 16: *Pauper sum ego et in laboribus a juventute mea*. Et onerati estis, onere scilicet

peccatorum. Psalm. xxxvii, 5: *Iniquitates meæ sicut onus grave gravatae sunt super me*. Et quid habebimus si veniamus ad te? *Ego reficiam vos*. Joan. vn, 37: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat*. Consequenter exponit invitationem: et primo exponit; secundo rationem assignat, ibi, *Jugum enim meum suave est*. Circa primum sic. Posuerat invitationem, et ad quid; nunc vult ostendere qua sit illa invitatio, dicens: *Tollite jugum meum super vos*. Sed quid est? Tu dicis quod vis nos reficere et a nobis auferre laborem, et statim præcipis ferre jugum? Credebamus esse sine pago. Dico quod verum est, sine pago peccati. Isa. iv, 9: *Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti*. Non quod sitis sine lege Dei, sed sine pago peccati. Psal. ii, 3: *Projiciamus a nobis jugum ipsorum*. Osee ult., 2: *Converte, Israel, ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniuitate tua, etc.* Ad Rom. vi, 18: *Liberati a peccato, servi facti estis justitiae*. Tollite ergo jugum meum, scilicet documenta evangelica. Et dicitur jugum: sicut enim jugum colla boum ad arandum jungit et ligat, sic doctrina evangelica utrumque populum ligat ad jugum suum. Et quid est illud: *Discite a me quia misericordia et humilis corde?* Tota enim lex nova consistit in duobus; in mansuetudine, et humilitate. Per mansuetudinem homo ordinatur ad proximum. Unde Ps. cxxxii, 1: *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus*. Per humilitatem ordinatur ad se et ad Deum. Isa. lxvi, 2: *Super quem requiescat spiritus meus nisi super quietum et humilem?*¹ Unde humilitas facit hominem capacem Dei. Item dixerat: *Et ego reficiam vos*. Quia est ista refection? *Inveniatis requiem animabus vestris*. Corpus enim non reficitur quamdiu afficitur; et quando ulterius non afficitur; tunc dicitur refectum. Et sicut famæ in corpore, sic desiderium in mente; unde impletio desiderium est refectio. Psal. ci, 5: *Qui replet in bonis desiderium tuum*. Et haec requies animæ.

¹ Ibi: « Ad quem autem respiciam nisi ad paducerulum et contritum spiritu, et tremulentem ser-

mones meos? »

Ecli. ii, 35 : *Modicum laboravi, et inveni multum regnum.* Sie in mundo mansueti non quietantur : unde *invenit'is regnum semipernam*, scilicet impletionem desideriorum. Sed non miremini si invitato vos ad jugum, quia jugum meum non est onus. Quare? *Jugum enim meum suave est et delectabile.* Psal. cxviii, 113 : *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua!* Et onus meum leve. Et haec possunt retorqueri ad duo. Jugo tenentur boves, sed onus portatur : unde jugum retorquetur ad praecepta negativa, onus ad affirmativa.

Sed videtur hoc esse falsum : quia onus legis nove videtur gravissimum, sicut supra v, 21, dictum est : *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides... Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio :* et sic videtur quod gravius onus sit. Item dictum est supra. vii, 14 : *Arcta est via quae ducit ad vitam.* Item Apostolus. II Cor. xi, 23 : *In laboribus plurimis.* Unde videtur jugum gravissimum.

Ideo duo sunt consideranda¹ : effectus doctrinæ, et actus circumstantia; et in omnibus est levis in effectu doctrina Christi, qui immutat cor, quia facit nos

non amare temporalia, sed magis spiritualia. Qui enim amat temporalia, modicum amittere est ei magis grave, quam ei qui amat spiritualia, amittere multum. Lex vetus non prohibebat illa temporalia, ideo grave erat eis amittere; sed modo, et si in principio aliquantulum grave, post tamen parum. Prov. iv, 11 : *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non coarctabuntur gressus tui.* Item quantum ad actum lex onerabat actibus exterioribus. Lex autem nostra est in voluntate solum : unde ad Rom. xiv, 11 : *Regnum Dei non est esca et potus².* Item lex Christi jucundat : unde Apostolus ad Rom. xiv, 17 : *Justitia et paz et gaudium in Spiritu sancto.* Item quantum ad circumstantiam : quia multa sunt adversitates : unde *qui pic in Christo Iesu volunt vivere, persecutionem patientur etc.* Ita ad Timoth. iii, 12. Sed istæ non sunt graves, quia conditurna condimento amoris : quia quando aliquis amat aliquem, non gravat eum quicquid patitur pro illo : unde *omnia gravia et impossibilia, levia facit amor* : unde si quis bene amat Christum, nihil est ei grave; et ideo lex nova non onerat.

C A P U T D U O D E C I M U M

1. In illo tempore abiit Jesus per salia sabbati ; discipuli autem ejus esurientes ceperunt vellere spicas, et manducare. Pharisei autem videntes dixerunt ei : Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis : Non legistis quid fecerit David quando esurit et qui cum eo erant : quonodo intravit in dominum Dei, et panes propositionis cœnedit, quos non liebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violent, et sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo major est hic. Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est Filius hominis et sabbati. Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo unum habens aridum ; et interrogabant eum dicentes : Si licet sabbatis curare, ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis : Quis erit ex vobis homo qui habeat ovenum unum, et si ceciderit huc

sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit eam? Quanto magis melior est homo ovo? Ita licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini : Extende manum tuam : et extendit, et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem Pharisei consilium faciebant adversus eum quo modo perderent eum. Jesus autem sciens recessit inde ; et secuti sunt eum multi, et curavit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestetur eum facerent : ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem : Ecce puer meus quem elegi ; dilectus meus in quo bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, et iudicium gentilium nuntiabit. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquid in plateis vocem ejus. Aruidinem quassatam non confringet, et lumen fumigans non extinguet, doceat ejiciat ad victoriam iudicium : et in nomine ejus gentes sperabunt.

2. Tunc oblatus est ei homo dæmonium habens, cæsus et matus, et curavit eum, ita ut loqueretur

¹ Al. : « ideo notandum quod tria sunt consideranda. »

² Al. : « Lex Dei non est esca, cibus, et potus. »

et : et stupebant omnes turba, et dicebant: Numquid hic est filius David? Pharisaei autem audientes dixerunt: Hic non ejicit demones nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum divinum contra se desolabitur; et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit. Et si Satanas Satanam ejicit, adversus se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus? Et si ego in Beelzebub ejicio demones, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei ejicio demones, igitur pervenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in dominum fortis et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? Et tunc dominum illius diripi. Qui non est mecum, contra me est; et qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. Aut facite arborem bonaam, et fructum ejus bonaum; aut facite arborem malam, et fructum ejus malum: sicutum ex fructu arbor agnosceris. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundanta enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, et mala homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

3. Tunc responderunt ei quidam de scribis et Pharisaeis, dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei, nisi signum Iona: Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri Ninivitae surgent in iudicio cum generatione ista, et condemnabunt eam: quia penitentiam egernit in predicione Iona. Et ecce plusquam Jonas hic. Regina iusti surget in iudicio cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulet per loca arida, querens requiem, et non inventi. Tunc dicit: Revertar in dominum meum unde exivi. Et veniens inventi eam vacante, scopis mundata, et ornata. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, et intrantes habitant ibi: et hanc notissimum hominem illam pejora prioribus. Sic erit generationi huius pessimus.

4. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicens sibi, nis: Quae est mater mea, et qui sunt fratres moi? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in codis est, ipse mens frater soror et mater est.

1. Supra audistis quomodo Dominus satisfecit discipulis, et increpavit eos; hic ostendit quomodo Pharisaei reprimuntur.

Et duo facit. Primo ostendit quomodo redarguit Pharisæos: secundo quomodo commendantur discipuli. Et primo duo facit. Primo ostendit quomodo confutantur detrahentes discipulis; secundo quomodo detrahentes Christo, ibi, *Et cum inde transisset etc.* Circa primum primo ponitur occasio reprehensionis: secundo reprehensio, ibi, *Pharisæi autem videntes etc.*; tertio Christi excusatio, ibi, *At ille dixit eis etc.* Ponitur autem duplex occasio: una ex parte Christi; secunda ex parte discipulorum, ibi, *Discipuli autem ejus esurientes corporunt vellere spicas.* Ex parte Christi dicit: *In illo tempore abiit Jesus per sata sabbato.* Sciebat Dominus quod discipuli hoc facturi essent; et tamen elegit Dominus hoc fieri, ut jam inciperet solvere sabbatum, ut habeatur supra xi, 43: *Lex et prophetæ usque ad Joannem prophetaverunt.*

Sed notandum est quod dicitur, *In illo tempore*: quia quod hic ponitur designatio temporis, videatur pertinere ad ordinem historie; sed Lucas et Marcus alio ordine recitent: unde post illud quod respondet Dominus discipulis Joannis, ponitur istud: unde videntur omnia praecedentia ante mortem Joannis facta; hic vero post. Et hoc patet per omnia que dicuntur usque ad xiv cap. que continuantur, et hic fit mentio mortis Joannis: ideo intelligendum est quod immunitate passione, misit Joannes discipulos, et tunc decollatus est: et tunc haec facta sunt post ejus mortem.

Abiit Jesus per sata sabbato. Per hujusmodi sata intelliguntur sacra Litteræ. Sator Christus est: infra xii, 37: *Ipse est qui seminat.* Item populus credentium. *Discipuli autem esurientes corporunt vellere spicas.* Hic duo consideranda sunt. Primo necessitas, quia esurientes. Et quare? Quia pauperes erant: unde t ad Cor. iv, 4: *Usque ad hanc horam et esurimus et sitimus, etc.* Secunda ratio, quia quotidie impediti erant propter turbas: unde vix habebant locum comedendi, ut habeatur Mar. vi. Sed quomodo satisficerunt? Datur nobis exemplum abstinentiae: unde isti non magna ferula quaesierunt,

¹ AL.: « Qui seminat bonum semen, est filius hominis. »

sed spicas, juxta illud I Tim. vi, 8 : *Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus.*¹ Mystice in avulso spicarum intelligitur multiplicitas intellectus Scripturarum, vel conversio peccatorum. Deinde ponit reprehensionem Pharisavorum : *Pharisai autem videntes dixerunt ei : Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis.* Discipuli duo mala faciebant : primo² quia spicas alienas vellebant ; secundo quia sabbatum violabant. Sed Pharisæi de primo non reprehendebant, quia illud erat permisum in lege : Deut. xxii : ideo quia permisum erat non calumniabantur, sed quia in sabbato, calumniabantur. Et per hoc destruitur haeresis Hebraeorum qui dicebant, legalia debere servari cum Evangelio. Et quia Paulus huic sententia contrariatur, ideo reprobant Paulum. Contra istos arguit Hieronymus, qui etiam discipuli non servabant. *At ille dicit eis.* Ille ponitur excusatio : et primo quibusdam exemplis ; secundo auctoritate, ibi, *Si autem sciretis.* Circa primum duo facit. Primo ponit exemplum in quo aliqui sunt excusati propter sanctitatem, ibi, *Aut non legistis in lege etc.* Dicit ergo : *At ille dicit etc.* Lev. xxiv, legitur quod de pura farinula siebant duodecim panes, et isti ponebantur in mensa propositionis in sabbato, et in alio sabbato annoventur, et ponebantur alii, et illi primi comedebantur a filiis Aaron. Item habetur I Reg. xxi, quod quando David fugit ad Achimelech, divisit illis panes illos. Et hoc est quod dicit : *Nonne legistis quid fecerit David quando esurit?* Iste enim David erat homo bonus, de quo dicit Dominus, quod invenit hominem juxta cor suum : I Reg. xiii, 8. Sed dicaret aliquis : Ipse David erat propheta, ideo potuit accipere. Ideo addit : *Et qui cum eo erant.* Panes propositionis dicebantur qui in sabbato offerebantur, quibus non licebat nisi secundum praeceptum, ut habeatur Levit. xxii. Sed quid ad propositum ? Quia quando hoc fecit, sabbatum erat.³ Et hoc patet quia ibi dicitur : Non habeo panes nisi quos abstuli de mensa Domini : et

hoc non faciebat nisi in sabbato. Item in die Calendarum fiebat festum neomeniae : ideo si in sabbato accideret, violabatur ex necessitate.

Sed adhuc videtur quod non violavit, quia comedere in sabbato non est peccatum : unde videtur quod non violavit. Sed Chrysostomus dicit, quod violavit magis sabbato, quia illos panes accepit quos nemini licebat esse, propter necessitatem. Sabbatum autem invenitur violatum a Machabæis propter necessitatem.

Item notandum, quod dicit Chrysostomus, quod quedam sunt præcepta quæ præcipiuntur propter se ; et hæc nulla necessitate frangi possunt ; quedam vero non propter se, sed propter figuram ; ideo talia loco et tempore possunt : sicut ieiunium potest modo dimitti in necessitate. Ille autem panis alterius panis erat figura, scilicet panis altaris ; qui non solum a sacerdote, sed etiam ab alio populo percipitur : ideo David figurat ibi populum. Unde Apoc. v, 10 : *Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes.*

Item ponitur aliud exemplum, quod ponitur propter sanctitatem. Et hoc ibi : *Nonne legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant?* In Levit., præceptum erat, quod oblatio duplicaretur in sabbato, quia solebat fieri in aliis diebus ; et tamen in templo fiebat et in sabbato, quia fiebat ad obsequium templi et Dei : nunc excusabantur sacerdotes. Unde istud exemplum applicatur, quia Apostoli totaliter erant dediti majori quam templo, scilicet Christo : unde dicit : *Nonne legistis quia sacerdotes violabant sabbatum?* nisi esset propter templo : *Dico autem vobis, quoniam templo major est hic.* Hic ponitur adverbium loci, cuius obsequio ipsi faciunt. Et quod insit aliquid majus templo, patet, quia corpus sumum templum est. Item videndum, quod in primo exemplo non ponit quod sit sine criminе ; in secundo ponit quod si aliquis frangit sabbatum propter necessitatem, non tamen propter hoc omnino caret criminе ; sed si propter Deum, ¹ penitus .

¹ Al. : « simus. »

² Al. deest : « primo. »

³ Al. : « sed quid ad propositionem, quia quando

homo fecit, sabbatum erat. »

³ Al. : « sed propter Deum. »

excusatur a crimine. Deinde argumentatur ex exemplis. Et primo, quia misericorditer agendum est cum discipulis suis: *Quia si sciretis quid est, Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.* Et quomodo intelligendum est, dictum est superius. Prov. xxxi, 3: *Misericordiam facere et judicium magis placet Domino quam victimas etc.* Est etiam argumentum aliud quod eos facit innocentes, scilicet obedientia: unde haec possunt, quia praecepio eis, *quia Filius hominis ita se consuevit nominare est dominus sabbati*: et legislator non subjacet legi. Isa. xxxiii, 22: *Ipse est legifer noster*, ideo habet potestatem, quia habet auctoritatem.

Et cum transisset inde, venit ad synagogam eorum etc. Supra positum est, quomodo Dominus repulit Pharisaeos derogantes discipulis; hie quomodo repulit se impugnantes. Adversabantur enim primo insidiando; secundum detrahendo; tertio tentando. Et secundo hoc repulit eos tripliciter. Secundo ibi, *Tunc oblatus est ei homo de monium habens*; tertio ibi, *Tunc responderunt ei quidam de Scibis et Pharisais.* Carea primum duo facit. Primo ostendit quomodo insidiabantur doctrinae Christi; secundo quomodo vita Christi, ibi; *Ezeuentes autem Pharisai consilium faciebant adversus eum.* Carea primum duo facit. Primo ponitur insidijsa interrogatio; secundo Christi responsio, ibi, *Ipse autem dixit.* Carea primum tria facit. Primo locus describitur; secundo occasio; tertio interrogatio. Dicit ergo: *Et cum transisset inde, venit in synagogam.* Secundum litteram ita discipuli vellebant spicas, quos excusavit Iesus. Unde cum dicit, *Et cum transisset*, videtur eodem die inde transisse. Sed hoc excludit Lue. vi, quia in alio sabbato: propter hoc non est intelligendum, quod statim: unde dicit: *Venit in synagogam*, ut in Joan. xvii, 20: *Ego semper docui in templo et in synagoga, quo omnes Iudei conveniunt; et in occulto locutus sum nihil.* Et in Psalm. xxix, 10: *Annum iustitiam tuam in Ecclesia magna.* *Et ecce homo manum habens aridam.* Se-

quitur occasio interrogationis: quia *interrogabant² eum etc.* Dicitur quod iste fuit clementarius, et habebat manum aridam. Per istum significatur genus huminum, cuius manus aruit per origine peccatum; vel quilibet peccator, cuius manus et virtus operativa aruit: et quandoque dextera, quia impotentes ad agendum bonum, quamvis potentes ad malum. Tum ponitur interrogatio: secundo responsio. Dicit ergo: *Et interrogabant si licet sabbato curare.* Videbant hominem potentem; ideo petierunt si licet sabbato curare. Et hoc petebant tentantes, ut habetur Eccli. xii, 14: *Ex multa loqua tentabit te.* Non enim animo discendi, sed potius accusandi petebant, ut habetur in Psal. xxvii, 3: *Loquebantur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.*

Sed hie est quæstio: quia Mar. iii, habetur quod Dominus interrogavit; hic autem dicitur quod illi interrogaverint. Respondebat Augustinus, quod utrumque factum est: quia quando ille stetit in medio et petit samari, ipsi interrogaverunt; et Dominus fecit eum surgere, et tunc interrogavit. Vel aliter, quia illi observabant eum: unde parabant se ad petitionem; et tunc petit, quia ipse scibat quod petebant ut accusarent eum.

Ipse autem dixit eis. Hie ponitur responsio: et primo respondet verbo; secundo, facto ibi. *Tunc ait homini: Extende manum tuam.* In primo tria facit. Primo allegat consuetudinem; secundo comparationem, ibi, *Quanto magis melior est homo ore?* tertio inducit conclusionem, ibi, *Itaque licet sabbatis beneficere.* Dicit ergo primo: *Quis erit ex robis homo qui habeat oreum unum; et si ceciderit haec sabbatis in foveam, num temebit et herabit eam?* Consuetudo erat apud eos quod si ovis caderet in foveam, quod eam die sabbati sublevabant: intantum enim erant avaritiae dediti, quod preponerent dampnum temporale damno spirituali. Unde conveniebat eis quod dicitur Eccli. x, 9: *Avaro nihil est se festius.* Et sequitur post parum: *Animam enim*

¹ Al.: « eligendum. »

² Al.: « offerabant. »

suum renalem habet: quia scilicet se exponit¹ periculo et danno aeterno pro modico lucro temporali. Secundo ponitur comparatio: *Quanto magis melior est homo ove?* Incomparabiliter, quia omnia sunt propter hominem: homini enim est commissum dominium omnium, ut habeatur Gen. i, 26: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*: et sequitur: *ut præsit piscibus mariis, et volatilibus caeli, et bestiis terræ.* Et sic quod est ad imaginem, preest, sicut homo ovi. Ex his concludit: *Itaque licet benefacere*, scilicet hominibus prodesse. Isai. 4, 16: *Quiescite agere perverse, discite benefacere.* Quia scriptum est Exo. xx, 10: *Opus servile non facietis in eo*: opus servile est peccatum: ideo licet benefacere.

Sed tunc est quæstio. Licet ne omnia bona opera facere in sabbato? Tunc enim licet arare. Ideo dicendum, quod opus servile potest intelligi ad litteram; et mystice opus servile est peccatum. Joani. v, n. 34: *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Item servile opus est in quo magis exercetur corpus quam anima. Anima enim habet dominari corpori. Ideo consiliari non est opus servile. Unde possumus videre quæ excusat a sabbato. Dominus enim excusat discipulos ratione necessitatis: unde necessitas excusat. Item illa quæ ad cultum Dei ordinantur immediate, ut thurificare, etc. Item illa quæ pertinent ad salutem corporis, ut facere medicinam, emplastra, etc. Unde isti vituperantur, quia arctant præceptum legis.

Tunc ait hominis: *Extende manum tuam.* In parte illa respondet facto, et hoc fuit eum curare: non enim curaret, nisi licitum esset. Sequitur curatio: *Et restituta est sanitati sicut altera.* Mystice homo qui habet manum aridam, idest impotentem ad bene agendum, non potest melius curari quam extendendo manum suam in sublevationem pauperum. Unde Dan. iv, 24: *Peccata tua eleemosynis redime.* Et eccl. iv, 33: *Ignem ardensem extinguit aqua, eleemosyna resistit peccatis.* Et ibid. xviii, 36:

Non sit manus tua porrecta ad accipiendum et collecta ad dandum.

Et nota, quod primo habebat sinistram sanam, et restituta est sicut altera, dextra: et hoc est² quia primo sunt homines potentes ad malum, ut habentur Isai. v, 22: *Vx qui potentes estis ad faciendum malum;* sed post sanantur per gratiam, et tunc sunt proni ad bene agendum. Rom. vi, 9: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditia et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete servire justitiae in sanctificatione etc.*

Exeuntes autem Pharisæi etc. Illic ostendit quomodo insidiabantur ei: et primo ponuntur insidiæ; secundo ejus declinatio, ibi, Jesus autem sciens recessit inde: tertio auctoritas ibi, *Ut impletetur quod dictum est per Isaiam prophetum.* Dicit ergo, *Exeuntes*, scilicet a synagoga: ut impletetur quod habetur in Psalm. lxi, 3: *Synagoga potentium quesierunt animam meam.* Exierunt ergo ut male agerent, sicut Job 1, 12: *Egressus est Satan a facie Domini. Consilium fecerunt*, idest congregationem, quomodo illum perderent et occiderent, quia verbis eum vincere non poterant. Psal. 1, 1: *Beatus vir qui non ibit in consilio impiorum.*

Jesus autem sciens recessit inde. Illic ponitur quomodo insidiæ declinavit: et primo tangitur declinatio; secundo fructus. Unde recessit: et quare? Quia nondum erat tempus patienti. Item recessit ut suis occasionem daret fugiendi, ut dictum est supra, x. Item ut se hominem monstraret. Item reliquit eos ut non incitaret eos. Illud enim boni prædicatoris est, cum videt homines motos et incitatos, quod dimittat eos, ut videtur Eccl. viii, 13: *Non incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.* Et secuti sunt eum multi: unde accessit ad eos qui eum diligebant, qui eum libenter audiebant. Unde Joan. x, 3: *Oves meæ vocem meam audiunt.* Et curavit eos. Ponitur curatio, Sapien. xvi, 12: *Non ergo herba neque malagma sanavit*

Al.: « scilicet exponit. »

2 Al.: « scilicet et hoc. »

cos, sed seruos tuos, qui sanat omnia. Et in Ps. cxi, 26 : *Misit verbum suum, et sanavit eos.* Et quomodo? *Præcepit eis ne manifestum cum facerent.* Et quare? Ut daret nobis exemplum vitandi humanam gloriam, sicut habetur supra vi. Item ut parceret Pharisæis, qui de factis suis calumniabantur : *Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam.* Ille introducit auctoritatem, que habetur Isa xlii, 1. Et sciendum, quod alii Apostoli dicunt auctoritates secundum Hebreiam veritatem, alii secundum expositionem LXX, alii sensum solum verbis exprimebant. Et tria facit. Primo describit naturam humanam, cum dicit : *Ecce puer meus : quia puer fuit.* Luc. ii, 43 : *Puer autem Jesus remansit in templo.* Vocatur autem puer vel a puritate, quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus etc. I Pet. ii, 22 : vel secundum quod puer dicitur servus : unde *Ecce puer, servus per servilem formam.* Philip. ii, 7 : *Exiunivit semetipsum, formam servi accipiens. Electus quem elegi.* Nota, quod in unoquoque homine sancto sunt tria : divina electio, dilectio, et effectus, qui est gratia ; et hoc aliter in homine, aliter in Deo. In homine praecedit gratia ; secundo diligit; tertio elegit. In Deo vero est e converso. Et hoc est, quia voluntas in homine non est causativa hujus effectus, que est gratia ; sed amor et voluntas Dei est causa gratiae ; ideo primo eligit¹ quem vult esse bonum ; secundo diligit, deinde gratiam adjungit : unde secundum hoc tria ponit. Primo electionem, etc. In originali non est *ly electus.* Dicit ergo : *Ecce puer meus quem elegi etc.*, et hoc quantum ad duplarem electionem : quae omnino Christo conveniunt, secundum humanam naturam. Ad duo enim est electus. Scilicet ad hoc quod sit Filius Dei, ut habetur Rom. i, 4 : *Qui prædestinatus est Filius Dei etc.* et Psal. lxxv, 5 : *Beatus quem elegisti et assumpsisti.* Item est electus ad opus redemptionis humanae, ut Joan. iii, 16 : *Sic Deus dilerit mundum, ut Filium suum unigenitum daret etc.* Iten elegit ut diligit : unde dicitur, *Dilectus meus;* si enim aliquis diligit, multo magis unigenitum suum. Unde Joan. iii, 34 : *Non ad mensuram datus est ei spiritus.* Et si diligit aliquis, istum tamen speciali dilectione : unde dicit : *In quo complacuit nūnca meæ,* idest voluntati mee ; et haec est specialis dilectio, quia voluntas non quiescit nisi ubi invenit placitum. Nihil autem placet nisi per gratiam ; et nihil gratum defuit Christo : unde supra, iii, 17 : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Deinde ponit gratiae collationem : *Ponam spiritum meum super eum : ut habetur Joel. ii, 28 : Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Sed in Christo non solum de spiritu, sed totum spiritum effudit, ut habetur Joan. iii, 34 : *Non ad mensuram datus est ei spiritus.* Et Isa. xi, 2 : *Requiescat super eum spiritus Domini.* Et hoc in quantum habet formam servi. Sed quid faciet? quod officium habebit? *Judicium gentibus nuntiabit;* idest, docebit gentes judicia Dei. Antiquitus gloriabantur Judæi se esse populum Dei peculiarem : nude dicebant Ps. cxlvii, 20 : *Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.* Sed illud dictum est gentibus. Unde *nuntiabit gentibus,* materialiter, quia potestatem judicandi accepit super gentes. Act. x, 42 : *Ipse est qui constitutus est a Deo iudeæ vicorum et mortuorum.* Et Joan. v, 22 : *Pater omne iudicium dedit Filio.* Item est ne idoneus? Quia in iudicio duo sunt necessaria: clementia, et justitia. Et utrumque ostendit : et primo quod clementiam habeat. Et quia clementia potest esse in verbis, secundo in factis : quia aliqui etsi non possint aliquid, conqueruntur verbo : ideo haec amovet ab eo : nude dicit, *Non contendet.* I Pet. iii, 23 : *Cum malediceretur, non maledicebat.* Et bene congruit ei quod dicitur Proverb. xx, 3 : *Honor est homini qui separat se a contentionibus.* Item aliqui non contendunt, sed murmurant. Sed hoc non faciet iste, quia *non clamabit.* Unde Isa. xlii, 2 : *Sicut oris ad percussionem ducetur, et quasi agnus coram tundente se obmutescet, et non aperiet os*

¹ Al. : « elegit. »

suum. Clamor ex affectione procedit. Et Apostolis præcipit ad Ephes. iv. 31 : *Omnis indignatio et clamor auferatur a vobis.* Aliqui non clamant, sed conque-
rruntur. Et hoc amovetur : *Nec aliquis in plateis audiet vocem ejus.* In plateis vocem emittunt qui ambulant in viis peccato-
rum. Tren. iv, 1 : *Dispersi sunt lapides sanctuarii.* Proverb. i, 20 : *Sapientia dat vocem in plateis.* Tamen iste inter eos non audietur. Vel aliter per plateas intelligimus gentiles, quoniam sunt extra sa-
craenum. Et licet Christus sustineat praedi-
care gentibus, tamen in propria persona non prædicavit eis. Unde in plateis non audiebitur¹, id est inter gentiles. Ita ergo erat patiens in verbo. Item in facto. *Arundinem quassatam non confringet.* Et hoc duplique : potest enim legi primo specialiter quantum ad Iudaos ; secundo generaliter quantum ad omnes. Quan-
tum ad Iudaos duo erant in eis ; scilicet regia petetas, et sacerdotalis dignitas. Regia potestas significatur per arundinem, quia jam quassata erat, quia Romanis erant subdi; ideo facile erat et ita quassare arundinem. Et bene signifi-
catur per arundinem, quia arundo mobilis est, ut habetur supra xi, 7 : *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatum?* Et *linum fumigans non extin-
quet*². Per linum fumigans sacerdotium significatur : unde sacerdotes lineis ves-
tibus inducebantur. Item fumigans, fumus enim extinguitur per ignem. Item fumus fit per debilem ignem, qui plus resolvit quam consumat ; et hinc generatur fator. Illi ergo erant sicut linum³ fumigans, quia non totaliter fidem amiserant ; nec tamen tantum habebant quod cohíberent se a malis. Unde quamvis possit juste extinguerre, tamen linum fumigans non extinguet. Item alio modo exponitur quo ad omnes, ita quod per arundinem quas-
satam intelligentur peccatores. Per linum fumigans, quod aliquantulum habet calo-
rem, intelliguntur qui non in peccato
sunt, sed tepidi sunt ad opus bonum, et
habent aliquid gratiae. Unde vult dicere : *Neque peccatoribus precludit viam salu-*

tis. Unde ipse dicit, Ezech. viii, 23 : *Nunquid voluntatis meæ est mors im-
pij?*⁴. Item si aliquis habet gratiam, non extinguit eam. Unde in hoc datur nobis exemplum quod non debemus gratiam alienius, quam Dominus dedit ei, extin-
guere, sed potius fovere. Item non facit judicium, donec ejiciat ad cæstorianam judi-
cium. Et hoc potest legi specialiter de Judeis, scilicet quando omnes vicerit, quia imponebant quod in Beelzebul dæmonia ejiciebat : et confutavit eos, tunc imposuit iudicium super eos. Et hoc impletum est per Titum et Vespasiannum. Et non solum istud fiet, sed ipsis destruc-
tis, in nomine ejus gentes sperabunt. Unde Gen. xix, 10 : *Ipse erit expectatio gen-
tium.* Vel aliter. Ita sustinet voluntatem, et neminem iudicat ; sed cum inimica mors destruetur, tunc omnes gentes adhaerebunt ei ; et hoc erit in die ju-
dicii.

2. Supra repulit Dominus eos qui calumniabantur et sue doctrinae et sue vita ; hic vero repellit eos qui suis miraculis detrahunt. Et primo ponitur miraculum ; secundo perversitas detrahentium ; tertio confutatio eorum. Secunda ibi : *Et stupebant omnes turbæ etc.* Tertia ibi, *Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis etc.* Circum miraculum duo ponuntur. Primo ponitur multiplex infirmitas ; secundo perfecta curatio, ibi, *Et curavit eum, ita ut loqueretur et videret.* Dicit ergo : *Tunc oblatus est ei homo dæmo-
nium habens.* De hoc habetur Luc. ii, sub aliis verbis. Sed non est inconveniens : quod recitat in uno, subiectur in alio. Per istum significatur gentilitas, vel pec-
cator, qui dæmonium habet in quantum servus : *quia qui facit peccatum, servus est peccati* : Joan. viii, 34. Iste est cæcus privatus lumine gratiae : unde Isa. lix,
10 : *Palpavimus sicul cæci paritem, et quasi absque oculis attractivimus, etc.* Item mutus a confessione fidei. In Ps. xxxviii, 3 : *Obmutui et silui a bonis, etc.* Et alibi Ps. xxxi, 3 : *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea.* Sequitur per-
fecta curatio : *Et curavit eum, expel-*

¹ Al. : « in plateis audiebitur. »

² Al. : « et lumen fumigans non extingnet. Per lumen fumigans etc. »

³ Al. : « lumen, et sic deinceps. »

⁴ Al. : « Nolo mortem peccatoris. »

lendo mutitatem, ita ut loqueretur; expellendo cæcitatem, ita ut videret. Unde datur perfectio sanitatis. Ps. cn, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Unde illum non dimisit nec cæcum nee mutum. Sequitur effectus miraculi, scilicet turbarum admiratio : *Et stupebant omnes turbæ etc.* Item eorum confessio : unde dicebant, idest confitebantur : *Nuquid iste est filius David?* Promissum erat in prophetis, quod Christus de semine David nascetur. Hier. xxm, 5 : *Suscitabo David germen justum.* Sed videtur impletum quod supra dictum est, cap. n, 25 : *Quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis, etc.* Unde turbæ confitebantur. *Pharisei autem videntes dixerunt: Hic non ejicit daemonia nisi in Beelzebub, qui est Deus Accaron, ut habetur IV Reg. 1, qui dicitur Deus muscarum propter turpissimum ritum sanguinis immolatitii, ratione cuius multæ muscae congregabantur.* Ideo credebant illum dæmonum principem dæmoniorum ; ideo credebant in potestate illius posse ejici dæmonia. Hierem. v, 5 : *Ibo ad optimates, et loquar eis.* Et paulo post : *Et ecce magis hi simul confregunt jugum, ruperunt vincula.*

Jesus autem cogitationes eorum etc. In parte ista repellit Dominus detrahentes : et primo arguit contra dicta ; secundo contra dicentes, ibi, *Ideo² dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus ; spiritus autem blasphemia non remittetur.* Dictum redarguit quadruplex argumento. Secundum ibi, *Et si Satanus Sutanan ejicit, adversus se divisus est.* Tertium autem ibi, *Quomodo ergo stabit regnum ejus?* Quartum ibi, *Qui non est mecum, contra me est.* Primum expressissime ponitur : *Omne regnum contra se divisum desolabitur.* Primo ponit maiorem, cum dicit, *Omne regnum etc.* Triplex est communitas : dominus sive familiæ, civilitis, et regni. Dominus est communitas consistens ex his per quos sunt communes actus : ideo consistit ex triplici conjugatione ; ex patre et

filiis ; ex marito et uxore ; ex domino et servo. Communitas civitatis omnia continet quæ ad vitam hominis sunt necessaria : unde est perfecta communitas quantum ad mero necessaria. Tertia communitas est regni, quæ est communitas consummationis. Ubi enim esset timor hostium, non posset per se una civitas subsistere ; ideo propter timorem hostium necessaria est communitas civitatum plurium, quæ faciunt unum regnum. Unde sicut vita in quolibet homine, ita pax in regno : et sicut sanitas nihil est nisi temperantia humorum, sic pax est cum unumquodque retinet ordinem suum. Et sicut recedente sanitate tendit homo ad interitum, sic de pace : siq[ue] a regno descendit, tendit ad interitum. Unde ultimum quod attenditur est pax. Unde Philosophus : *Sicut medieus ad sanitatem, sic defensor reipublicæ ad pacem.* ideo dicit : *Omne regnum in se divisionem desolabitur.* Oscae x, 2 : *Divisum est cor eorum, nunc interibunt.* Isa. iii, 5 : *Tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem.* Et si *Satanas Sutanan ejicit, adversus se divisus est.* Ejecio importat actionem violentam ; ideo oportet quod ubi est contradicatio, sit divisio : quia *inter superbos semper sunt iugia* : Prov. xiii, 10.

Sed posset quis dicere : Non est ejecio, quia voluntarie exit. Sed hoc non habet locum, quia talis exitus non est ejecio, sed fit ex obedientia, alio impetrante : unde hic esset voluntarius exitus. Sed quod involuntarie exeant, apparet per hoc quod dictum est supra, quod incepunt gemere et clamare supra viii, 29 : *Quid nobis et tibi Jesu Filii Dei?* Venisti *huc ante tempus torqueare nos?* Ergo est divisio.

Quomodo ergo stabit regnum ejus? Quod ad propositionem Hieronymus exposuit sic. *Quomodo stabit regnum ejus?* quasi dicat : Regnum diaboli stat in peccatoribus usque ad diem judicii, quia tunc evacuabitur omnis potestas. Unde si hoc esset, jam esset finis mundi. Rabanus sic. *Quomodo stabit regnum ejus?*

¹ Al. : « nostris, et nostra. »

² Al. : « item, n.

Al. : « Fili David etc. »

Quia si pugnatnr contra enm : ergo est in easu, ergo a regno suo debetis eavere. Hilarius. *Quomodo stabit?* quasi dicit : De potestate mea est quod ego faciam quod unus expellat alium : ergo ego destruo regnum diaboli, et ex hoc debetis mihi adhaerere. *Si ego in Beelzebub.* Ille ponitur secunda ratio. Si ego ejicio : aut hoc facio virtute daemonis, aut virtute Spiritus saucti : quid autem horum sit, non debetis mihi detrahere. Et primo prosequitur primam ; secundo secundam, ibi. *Si autem ego in spiritu Dei ejicio daemones etc.* Dicit ergo : *Si ego in Beelzebub ejicio daemones, filii vestri in quo ejiciunt?* Hieronymus exponit dupliceiter. Uno modo de exorcistis, de quibus habetur Act. xix, quod quidam exorciste ejiciebat daemonia in nomine Jesu Christi. Unde *si ego in Beelzebub ejicio daemones, filii vestri in quo ejiciunt?* quasi dicit : filii vestri ejiciunt. Si ergo de his non calumniamini, nec de me debetis calumniari. Ideo accipitis personam. Unde *judices vestri erunt.* Quia ego ejicio in virtute Dei, ideo ipsi judicabant ; sicut infra de Regina austri, quod ipsa judicabit. Vel potest exponi de Apostolis. *Filiū vestri,* idest Apostoli. Appellat autem eos filios eorum, et non discipulos, ut magis moveantur ad eos. Item ut derogantes eis scipos redarguant : quia si isti qui filii vestri sunt, ejiciunt, similiter vos faceretis, si prepararetis vos. Ideo quia isti sunt conseii quod hoc facio potestate mibi tradita, non in Beelzebub : *Ideo judices vestri erunt,* non solum comparatione, sed auctoritate : sicut habetur infra xix, 28 : *Sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* *Si autem ego in spiritu Dei ejicio daemones, igitur pervenit in vos regnum Dei,* quasi dicit : Stultus est qui repellit a se qua in bonum suum cedunt ; hoc autem, scilicet expellere daemones, reddit in bonum vestrū : inde ergo potestis colligere quod in Spiritu sancto : quia dğitus Dei est Spiritus sanctus, sicut¹ Filius manus. Nec tamen est inde aliqua

invocatio, sed solum fit istud ex auctoritate. Unde *si in spiritu Dei ejicio daemones etc.* Sed quare dicitur ejectio daemonum fieri in Spiritu sancto ? Quia ei amor et bonitas appropriatur ; ideo repellere diabolum nulli bene ita convenient persoua Spiritus sancti. *Perrenit in vos.* Lue. xvii, 21 *Regnum Dei intra vos est.* Et quod fit a Christo, potestis cognoscere, et hoc est vestra utilitas : ideo dicit, *in vos.* Vel aliter *regnum Dei,* idest dominium Dei in hominibus. Ad Corinth. xv, 33. *Oportet autem illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus ejus.* Si ergo daemones jam suppeditari incipiunt, jam pervenit in vos regnum et dominium Dei. *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis?* etc. Ille ponitur tercia ratio, per quam Dominus dicta Pharisaeorum confutare intendit : et est argumentum ex his quae accidunt erga homines : quia cum aliquis est potens in domo sua, non potest inde ejici, nec vasa ejus disrumpi, nisi fortior superveniat ; sed Christus spoliat vasa diaboli, expellendo eum ab hominibus, in quibus est ut in vasis propriis : ergo Christus fortior est eo. Et hanc rationem ponit sub his verbis. *Fortis.* Iste est diabolus qui fortis dicitur ex virtute. Joh. xli, 24 : *Non est potestas quæ huic valeat comparari.* Et fortior efficitur per consensum : quia qui consentit, dat vires supra se. Isa. xix, 2 : *Pugnabit vir contra fratrem, civitas contra civitatem : et tradam Aegyptum in manu dominorum eradelium.* Domus ista est mundus, vel congregatio peccatorum : non quia mundum creavit, sed quia ei consentiendo² obediuit. Unde Joan. xii, 31, dicitur princeps hujus mundi. Vasa ejus sunt homines. Vas dupliceiter accipitur. Vas alienus dicitur, quod plenum est illo³ : ut dicitur vas aquæ, quia plenum est aqua, vel vas olei, quia plenum est oleo : sic aliqua vasa diaboli, quia pleni diabolo : et hoc secundum corpus, ut obsessi a diabolo ; secundum animam vero illi quorum corda sunt in plenaria voluntate diaboli, ut dicitur, de Juda. Aliquando vasa dicuntur

¹ Al. : « sic. »

² Al. : « quia consentiendo. »

³ Al. : « vas alienus, quod plenum est illo. »

quaelibet instrumenta ad quocumque officium deputata : unde dicitur¹ vas diaboli qui occasionem peccandi aliis tribuit. Et quocumque modo sumatur, diripit Christus vasa diaboli. Ad Colos. ii, 15 : *Expoliavit principatus et potestates, transduxit confidenter palam triumphans illos in seipso etc.* Hoc tamen non sufficit, nisi aliquid forte : unde : *Nisi prius diligaverit fortē.* Quae est haec alligatio ? Quia potestas nocendi, quam habet a seipso, cohibetur a Deo. Unde ex virtute naturae sue potest multa facere ; sed ex virtute Dei cohibetur, sicut homo ligatus cohibetur ne impleat quod vult. Unde Ps. cxlix, 8 : *Ad alligandos reges eorum in compedibus.* Et tunc dominum ejus diripiet, quia eo ligato homines ligati disrumpentur : Ps. xcix, 45 : *Captivitas a forti tolletur, et quod ablatum fuerit a robusto salvabitur.* Qui non est mecum, contra me est. Hic ponitur quarta ratio ; et hie dat firmitatem omnibus. Posset enim aliquis dicere : Si per victoriam auferres, posset procedere ratio ; sed non facis per violentiam, sed per passionem : ideo non est signum quod alligaveris. Ideo ponit quartam rationem. Ratio talis est. Quae convenienter in uno aliquo, opus simile habent : unde qui opera similia faciunt, non se adinvicem impediunt. Sed ego contraria opera facio eis. Ideo qui non est mecum, contra me est. Primo ponit rationem in generali ; secundo exemplificat in speciali. Dicit ergo : Qui non est mecum, etc. Et diabolus apparel quod non est mecum, quia contrarius est operibus meis. Il ad Cor. vi, 15 : *Qua conventio Christi ad Belind?* Quod autem sit contra eum, habetur Eccli. xxxiii, 15 : *Contra vitam mors, et contra virum justum peccator :* sic contra hominem diabolus, qui est pater peccati. Sed in quo contrariatur ei ? Et qui non congregat mecum, spargit : Dominus enim congregat. Isa. xl, 11 : *In brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit eos : fortas ipse portabit.* Diabolus autem dispergit. Unde Joan. x, 12 : *Lupus rapit et dispergit oves.*

Sed Luc. ix, 50, habetur, Qui non est

adversus vos, pro vobis est, etc. Hic autem dici videtur contrarium. Chrysostomus dicit, quod nrumque particulariter dictum est : unde non intelligitur universaliter, sed in casu et specialiter, quod qui non habet pactum tecum, contra me est. Unde ibi vocabat discipulos, hic diabulos. Vel aliter possumus dicere, quod aliter est de Deo et de homine. Constat quod Deus naturalis est finis in quem omnia tendunt ; ideo qui non est cum Deo, oportet quod sit separatus ab eo. Unde III Reg. xviii, 21 : *Ut quid claudicatis in duas partes ? Si Dominus est Deus, sequimini eum.* Sed de homine ad hominem non est ita ; quia qui non est pro me, non propter hoc contra me est.

Ideo dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus. Postquam confutavit dictum ipsorum, hic invenitur contra eos. Primo ex gravitate peccati ; secundo ex mala intentione ; tertio ex futuro iudicio. Secunda ibi, *Aut facite arborem bonam etc.* Tertia ibi, *Dico autem vobis etc.* Cirea primum facit duo. Primo premitit quasdam sententias generales ; secundo explicat, ibi, *Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis etc.* Dicit ergo : Ita factum est siue dicitis ; ideo dico vobis etc. Et ponit duas sententias. Primo de remissione generaliter peccati : Dico : *Omne peccatum, scilicet facti, et blasphemia, scilicet dicti, remittetur hominibus,* scilicet si penitent. Unde in Psal. cx, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Et alibi, Psalm. xxxi, 1 : *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Et in hoc destruitur opinio Novatii, qui dicebat, quod non omnia peccata sint remissibilia : hie autem dicitur quod omne peccatum est remissibile. Secundo ponit speciale, quod non remittitur, dicens : *Spiritus autem blasphemiarum non remittetur,* id est voluntas blasphemandi, scilicet quando ex certa malitia blasphemat. Et haec dicta sunt generaliter. Deinde accedit ad specimen, et exponit ; et primo primum dictum exponit. Ita dictum est, quod omne peccatum etc. : quod hoc sit verum, os-

¹ Al. : « dicitur. »

tendo de isto ; quia blasphemia quæ est contra Filium, remissibilis est. Unde *quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei*, scilicet si poniat. *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, verbum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.* Et, ut dieit Augustinus, hæc verba ita sunt difficultia quod non sunt fortiora verba in Evangelio. Dicendum ergo, quod triplex est modus exponendi. Quidam exponunt ad litteram : quia ipsi videbant ipsum miracula facientem, et opera Spiritus sancti, et dicebant eum habere spiritum immundum; ideo blasphemabant contra Spiritum sanctum. Et in hoc diversa est expositio. Quidam dicunt, quod utrumque debet referri ad personam Filii. Sed Filio duplex est natura ; et spiritus est, et sanctus est. Unde Filius dicitur Spiritus sanctus non secundum quod sumitur in ratione unius vocabuli ; et sic exponit Hilarius. Et est sententia : *Quicumque dixerit verbum contra Filium et contra humanam natu-ram motus ex infirmitate, habet excusationem ; sed quicumque dixerit contra divinam, hic non habet rationem veniae.* Alii exponunt de Spiritu sancto, secun-dum quod est tertia in Trinitate persona. Unde quicumque dixerit contra Filium hominis, idest humanam naturam, remittetur ei ; sed qui contra Spiritum sanctum operantem, hic non habet veniam. Hæc videtur plena expositio, et hanc vi-detur dicere textus.

Sed Augustinus objicit sic. Constat quod omnes pagani blasphemant, quia non credunt Spiritum sanctum esse in Ecclesia. Item multi sunt haeretici ; et tamen istis non præcluditur via venie. Item multi Judæi etc. Sed posset aliquis dicere : Intelligendum est post acceptam fidem. Sed ad hoc : Si hoc sic est, est ne neganda ei pœnitentia, si poniat? Item non dicit, *Quicumque Christianus* ; sed generaliter, *Quicumque*. Quomodo ergo solverit?

Augustinus solvit dupliciter. Una est expositio in *Sermone Domini in monte* : et illam retractat. Aliam vero ponit in libro de verbis Domini. Unde intelligere

debetis, quod peccatum in Spiritum sanctum non dicitur blasphemia Spiritus sancti, sed accipitur ex modo peccandi. Spiritui sancto attributur bonitas, caritas, et amor : boulati malitia respondet, caritati invidia. Si quis ergo cognoscens veritatem, ex malitia deroget veritati, peccat in Spiritum sanctum. Item si aliquis videat opera sanctitatis in aliquo, et ex invidia deroget : invidia enim sanctitatis, non persona, peccatum irremissibile est : non quia impossibile sit quod remittatur ; sed quia tanta labes est peccati, quod ex divina justitia fit quod non poniat. Unde illi qui dicebant quod in Beelzebub daemonia ejiciebat, non peccabant in Spiritum sanctum, ut ait Augustinus, quia ad profundum malitiam non venerant, etc. Sed hoc incepit dicere, non quia hoc facerent, sed ut ipsi qui inceperant, caverent, ne ad hunc statum venirent. Hunc sensum reprobat et retractat Augustinus : quia sic esset aliquis status pro quo non esset orandum : quod non est verum in via. Ideo aliter exponit in libro de verbis Domini : et est talis : Notate quod non dixit : *Quicumque dixit verbum blasphemi* ; sed, *Verbum, infinite.* Sed tale quod infinite ponitur, non universali-ter tenetur, sed aliquando particullariter, ut Joan. xv, 22 : *Si non venissem, et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent, non similesse sive universali-ter, sed non haberent peccatum insideli-tatis.* Ita similiter qui dixit, *Verbum, non quodcumque verbum, sed tale ver-bum est, quod si dicatur, irremissibile est.* Quod autem sit illud, dicit Augustinus. Spiritus sanctus caritas est, per quam membra Ecclesiae capiti Christo unitiuntur ; et omne peccatum remittitur per Spiritum sanctum. Quod et si remittit tota Trinitas, tamen Spiritui sancto appropriatur propter amorem. Ille ergo qui habet cor impoenitens, loquitur contra Spiritum sanctum. Unde ipsa impoenitentia opponitur caritati Spiritus sancti. Unde non quicumque quodcumque ver-bum dixerit, sed istud verbum, scilicet verbum impoenitentia ; istud irremissibile est. Etdicit, *Verbum, non Verba, quia*

¹ Al. : « et istud. »

consuetudo est in Scriptura, multa verba unum verbum dicere. Unde in Isa. Dominus saepe dicit: Dices verbum meum; licet multa verba ei diceret. Unde non contradicit quod dictum est supra, ibi, *Dico vobis, omne peccatum et blasphemia etc.*; quia qui contra Spiritum sanctum dixerit verbum, blasphemat. Unde quidam magister interrogatus quid esset peccatum in Spiritum sanctum, dixit: Impenitentia thesaurizat sibi iram.

Sed quid est quod non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro? Numquid aliqua peccata remittuntur in futuro? Augustinus dicit, quod non. Ergo non dicitur quod aliqua in praesenti et alia in futuro remittantur; sed ideo quod si hic remittitur peccatum ut valeat in futuro. Vel aliter: quia¹ quædam peccata, scilicet mortalia, in praesenti remittuntur; sed alia, scilicet venialia, in futuro: sicut si aliquis moritur in aliquo veniali, constat quod remittatur². Unde aliqua misericordia erit in futuro, quia tunc adhuc erit viator.

Chrysostomus valde plane exponit; et dicit, quod hic loquitur de duplice blasphemia, contra Filium hominis, et Spiritum sanctum. Iste blasphemabant Filium hominis, quia dicebant quod potator erat vini. Item alia eorum blasphemia erat contra Spiritum sanctum, quia dicebant quod in Spiritu demoniaco ejiciebat damones. De prima habebant excusationem quia non sciebant. Sed de hoc quod contra Spiritum sanctum dicebant, non habebant excusationem, quia sciebant per Scripturas; et ideo non remittetur.

Sed quid³ est quod dicit: *Neque in hoc seculo neque in futuro?* Dicitur hoc, quia aliquod peccatum punitur in hoc seculo, aliquod in alio, aliquod hic et ibi. Quoddam in hoc seculo tantum, ut patet in penitentibus. Quoddam in futuro tantum, ut illi de quibus dicitur Job xxi, 43: *Ducunt in bonis dies suos, et in punico ad inferna descendunt.* Quod vero hic et in futuro, est peccatum in Spiritum sanctum: unde non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro: non quia fiat remissio in futuro.

sed quia pena erit in futuro. Unde sensus est quod non remittetur quin penam patiatur in hoc saeculo et in futuro. Sic loquitur Sancti de peccato isto.

Notandum autem, quod Magister in *Sententiis*, distin. xliii, lib. ii, ponit distinctionem, et assignat sex species peccati in Spiritum sanctum: desperationem, presumptionem, impunitiam, obstinationem, impugnationem veritatis agnitionis, et invidiam fraternæ gratiae. Unde dicitur in Spiritum sanctum peccare qui contra appropriata Spiritui sancto peccant. Patri appropriatur potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Ille ergo in Patrem dicitur peccare qui ex infirmitate peccat; ille in Filium qui ex in ignorantia; ille in Spiritum sanctum qui ex malitia.

Sed sciendum, quod peccare ex malitia est quando quis voluntarie peccat⁴, quod est ex certa malitia. Et hoc dupliciter: vel quia habet inclinationem ad peccatum, vel quia non habet. Quando enim quis homo peccata committit multa, ex hoc relinquitur in eo habitus peccandi, et sic peccat ex electione. Item alius peccat, quia removet id per quod retrahebatur a peccato. Retrahitur autem a peccato per spem vitae aeternæ; unde qui non sperat in vitam aeternam, peccat ex certa malitia. Ad Eph. iv, 19: *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiam.* Unde qui peccat ex inclinatione, peccat in Spiritum sanctum, scilicet ex hoc quod reedit ab eo quod retrahit a peccato. Hoc autem fit sex modis. In Deo enim sunt misericordia et justitia. Ex contemptu misericordia fit desperatione; ex contemptu justitiae presumptione. Item ex parte aversionis, quia convertit se ad bonum fragile, sic fit obstinatio. Item ex parte aversionis, quia non proponit ad bonum reverti, fit impenitentia. Item ex parte remedii, scilicet spei et caritatis, fit impugnatione veritatis agnitionis, et invidientia fraternæ dilectionis. Haec sunt peccata in Spiritum sanctum. Si ergo fit impenitentia actualis, sic nou remittitur; non quia non remittatur omnino, sed quia

¹ AL: « quod. »

² AL: « remittetur. »

³ AL: « quidem. »

⁴ AL: « quando voluntarie peccat. »

non facile remittitur, quia non habet aliquam rationem remittendi, sed ex sola gratia Dei : ut si aliquis habeat febreum, utpote tertianam, habet unde sanari potest ; sed si habet emiritem, non habet unde sanari possit ; de se, quia non sanatur nisi ex divino adjutorio.

Sequitur : *Aut facite arborē bonam et fructum ejus bonum, aut facite arborē malam et fructum ejus malum.* Supra Dominus consulavit Pharisaorum ritum prout erant contra ipsius opera loquentes, ostendens gravitatem peccati : unne contra ipsos dicentes¹ pravam ejus esse doctrinam. Et primo ponit similitudinem ; secundo adaptat ; tertio rationem assignat. Secunda ibi, *Progenies viperarum etc.* Tertia ibi, *Ex abundantia cordis loquitur.* Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinem, secundo inducit probationem, ibi, *Siquidem ex fructu arbor cognoscitur²* Dicit ergo : *Aut facite arborē bonam et fructum ejus bonum etc.* Istud dupliciter exponitur. Una expositor secundum Chrysostomum et Hieronimum, alia secundum Augustinum. Secundum Joannem Chrysostomum sic exponitur. Vult ostendere vituperationem eorum esse irrationabilem : unde comparat actus ad vitam, sicut fructus ad arborem. Si aliquis videt fructum bonum, judicat arborem esse bonam ; similiter e converso, si malum. Iste videbant actus Christi, puta expellere dæmones, et hoc erat bonum : ideo valde irrationabile est quod dicitis. Et optime procedit ab effectu in causam, ut dicit Apostolus Rom. I, 20 : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur etc.* Unde vult dicere : Aut vos, scilicet Pharisei, facite, idest concedatis¹, quia si fructus bonus est, quod arbor bona est ; aut facite, idest dicite, quod fructus malus est, et ita arbor mala. Et hoc non potestis dicere. Augustinus autem refert ad intentionem. Iste dicebant, quod in Beelzebub dæmonia ejiciebat. Vult ergo ostendere ex qua radice hoc processerit ; quia ex malitia cordis : ideo dicit, *Aut facite.* Hic ponuntur duo : unum meritorium ut fiat, *Facite*

etc., et date operam et studium ut sitis arbor bona ; quod non potest homo sine preparatione. Unde facite ut sitis arbor bona ; et tunc erit fructus bonus, et verba bona. Quod autem sequitur, est ut caveant ; scilicet, *Aut facite arborem malam et fructum ejus malum :* aut studebitis malitia ; et sic eritis arbor mala et fructus malus. Hierem. n, 21 : *Ego plantavi te vivam meam electum ; quomodo conversa es mihi in pravum, rinea aliena ?* Secundum autem utramque lecturam convenit probatio quæ sequitur : *Siquidem ex fructu arbor cognoscitur etc.,* quia per fructum malum mala. *Progenies viperarum etc.* Et hoc diversimode subdividitur præmissis, secundum diversas expositiones. Secundum Augustinum est quadam applicatio ad propositum sic. Dictum est : *Aut facite etc.* Et vos facitis, malum. Vos estis arbor mala, mala facitis, quia non potestis bona loqui. Secundum expositionem aliorum ostendit ex quo procedat haec malitia ; et vocat Phariseos progenies viperarum, quia qui a pueritia malitiam habent, firmiter tenent ; ideo malitia viperæ dicitur malitia eorum. Prov. xxii, 6 : *Adolescens iuxta viam suam, cum senuerit non recedet ab ea.* Ideo pluries qui parentes habent malos, promptiores sunt ad malum. Hier. xiv, 20 : *Cognovimus iniquitates patrum nostrorum.* Unde boum est quod homo a consuetudine subdat se bono operi. Item natura serpentum est quod cum lingua venenum ejiciunt : sic mali faciunt. Job xx, 16 : *Occidit eum lingua viperæ.* Et in Ps. cxxxix, 4 : *Acuerunt linguis suas sicut serpentis.* Ideo dicit : *Quomodo potestis bona loqui ?* Non dicit bona facere, sed loqui, quia filii estis, viperæ, quæ nocet lingua. ideo cum sitis imitatores patrum sceleris, quomodo potestis bona loqui ? quasi dicat, non potestis. Et assignat rationem : et primo in generali ; secundo in speciali, ibi, *Bonus homo de bono thesauro profert bona etc.* Dicit ergo : Ita non potestis loqui. Unde ? *Quia mali estis.* Quare ? *Quia ex abundantia cordis os loquitur :* quia vox est signum intellectus. Dicit, *Ex abun-*

¹ Al. : « dicens. »

dantia cordis quia secundum Chrysostomum, cum aliquis ex malitia loquitur, signum est quod major malitia sit in corde, quia de hoc quod intus retinet, nullum timet. Dum ergo aliquid ex malitia profert, signum est quod magis sit intus, quod proferre non audet. Ideo dicit : *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et ex abundantia malitiae interius os loquitur : et hoc est in hono et in malo. Unde Hier. xx, 9 : *Factus est sermo Domini in me quasi ignis etc.* Item in malo similiter : quia aliqui ex malitia concipiunt aliquid quod non possunt retinere. Job xxxii, 48 : *Coarctat me spiritus uteri mei etc. Bonus homo de bono thesauro profert bona.* Quod dixerat : *Ex abundantia cordis os loquitur* : exponit in particuli. Verbum quod egreditur de cogitatione, est sicut donum quod egreditur de thesauro. Unde si cogitatio est bona, verbum est bonum, et e contrario. Bonus thesaurus est scientia, veritatis et timor Domini. Isai. xxxiii 6 : *Divitiae salutis sapientia et scientia, timor Domini ipse thesaurus est.* Item malus thesaurus est mala cogitatio ; et de hoc non procedit nisi malum. Prov. x, 2 : *Nil prodernit thesauri impietatis.* Videte : quod de verbis ibi dicitur, istud etiam intelligitur de operibus : sicut enim cogitatio est radix sermonis, ita intentio operationis ; ideo si intentio est bona, opus est bonum. Unde ibi *Glossa* : *Tantum facis quantum intendis.*

In bono videtur habere instantiam. Poterit quod aliquis velit furari ut det oleemosynam ; actus est malus, et intentio bona : ergo etc. Dico. Intentio et voluntas quandoque distinguuntur, quando scilicet in uno et eodem aliud est voluntas et intentio. Voluntas est de objecto volito, intentio de fine : voluntas est sicut si volo ire ad fenestram ut videam transeuntes, hac est intentio, quasi extra tentio : unde oportet quod voluntas et intentio unum sint. Unde possumus large considerare intentionem et voluntatem ; et sic in isto. Si voluntas est mala, actus est malus ; tamen si excludatur, et sumatur proprie, non est verum.

Sed posito quod intentio et actus voluntatis unum sint, quid inde? Est dicendum, quod principalitas meriti consistit circa caritatem, ex consequenti circa meritum aliarum virtutum : meritum enim respicit premium esse essentiale, penes quod consideratur caritas. Sic innumquodquo opus quod in majori sit caritate, magis habet de merito. Sola caritas habet Deum pro objecto et fine : unde meritum caritatis respondet preARIO substantiali ; meritum aliarum virtutum preARIO accidentali. Quia igitur caritas informat intentionem, quanto aliquis ex majori caritate aliquid intendit, tantum facit ; sed quantum ad praeium accidentale non.

Dico autem vobis etc. Dominus istos reprehendit propter gravitatem peccati et propter malitiam eorum; nunc propter futurum iudicium, quod fide tenemus. Dicitur enim Job. xix, 29 : *Fugite a facie gladii, quoniam ulti iniquitatum gladius est ; et sciote esse iudicium.* Eccl. xi, 14 : *Cuncta que fiunt adducet Dominus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit.* Item II ad Corinth. v, 10 : *Omnis enim nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut refeat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum.* Unde ibi erit examinatio, quia reddet unusquisque rationem de factis suis ; ideo addit etiam de verbis, dicens² : *Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, redient rationem de eo in die iudicii.* Et hoc dicitur Sap. 1, 8 : *Qui loquitur iniqua, non poterit latere.* Et subditur, quod sermo obscurus in vacuum non ibit.

Sed quid est quod dicit : *De verbo otioso?* Verbum otiosum dupliciter dicitur. Uno modo omne verbum malum dicitur otiosum : quia illud dicitur otiosum, quod non consequitur finem ; sicut si aliquis querat hominem et non invenit, dicitur otioso quassisse. Verbum, autem datur ad instructionem : quando ergo proficit, non est otiosum. Ad Ephes. iv, 29 : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat ; sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus etc.* Et

¹ Al. : « sicut. »

² *Dico autem vobis, de omni verbo etc.*

secundum Chrysostomum respicit ad propositum : quia dixerant in Beelzebub etc. Istud verbum erat perniciosum ; ideo etiam otiosum¹, secundum Hieronymum. Differt quidem perniciosum et otiosum : quia perniciosum est quod nocumentum infert ; otiosum vero quod non affert utilitatem. Gregorius dicit quod otiosum dicitur quod caret pia utilitate vel necessitate. Unde quodlibet verbum quod profert leviter dicitur otiosum, nisi habeat piam utilitatem vel piam necessitatem.

Sed constat quod isti dixerant² verbum perniciosum : quare ergo non facit mentionem nisi de otioso ? Quia vult arguere a minori : quia si de otioso oportet reddere rationem, multo magis de perniciose.

Deinde ostendit rationem : *Ex verbis enim tuis justificaberis etc.* In judicio mundi aliquando innocentes puniuntur, et mali liberantur : quia judicium fit secundum dicta testimoniū. In judicio Dei ex homine ipso seipsum accusante, scilicet ex sui confessione. Unde ut non credas quod judiceris per ea quae alii dicent de te, sed per ea quae tu dices de te ; ideo dicit : *Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.* Sicut Luc. xix, 22 : *Ex ore tuo te judico, serve nequam.*

3. Supra Dominus confutavit detrahentes suis miraculis et doctrinæ ; hic arguit tentantes : et hic duo facit. Primo ponitur interrogatio tentativa ; secundo reprobatio, ibi, *Respondens ait illis.* Dicitur ergo : *Tunc responderunt, hoc est, postquam multa miracula viderant, et postquam multa verba sapientiae audiebant ; ita quod impletum est in eo quod dicitur Ecol. xxii, 9 : Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam. Magister, volumus a te signum videre. Magister dicens tentando. Psal. xxvii, 3 : Loquuntur pacem in ore suo, mala autem in cordibus eorum. Volumus a te signum videre.* Nonne multa signa viderant ? Ita ; sed alius Evangelista sic exponit dicens Luc. xi, 16³ : *Volumus signum de co-*

ridere ; sicut legitur lib. I Reg. cap. xu, quod Samuel fecit tonitrum ; et Elias, qui fecit ignem descendere, IV Reg. i. Proprimum enim Iudaorum est signum petere, ut habetur I Corinth. 1, 22 : *Judei signum petunt.* Sed cum signa dedisset terrena, non credebant ; etiam si daret coelestia, non crederent. Joann. iii, 42 : *Si terrena dixi vobis et non creditis ; quomodo si dixerim coelestia, credetis ? Qui respondens ait illis etc.*

Consequenter repellit eos, et duo facit. Primo petitionem negat ; secundo indignitatem ostendit, ibi, *Viri Ninivita etc.* Primo designat quod quaerabant ; secundo denegat⁴. Dicitur ergo : *Qui respondens ait illis : Generatio mala et adultera signum querit.* Malos enim dicit quia iniuriantes erant. Dicitur quis malus, quia nocet proximo. Generatio ergo mala, et iniqui filii. Dicitur adultera generatio. Isa. lvi, 3 : *Vos autem accedite huc filii auguraticis, semen adulteri et fornicariæ.* Ita ergo ista generatio iniuriantes subjacta, *signum querit ; sed non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ.* Isa. vi, 2 : *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra etc.* Petebat ergo signum de coelestibus ; sed non erant digni vide-re. Ille enim dedit Apostolis suis, qui viderunt eum ascendentem, qui gloriam Dei viderunt in monte. Sed istis non dabatur nisi signum in inferno quantum ad animam, et de terra quantum ad corpus. Unde non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ. Unde signatur mors Christi, et ostenditur caritas Dei : sicut dicit Apostolus ad Rom. v, 8 : *Cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est etc.* Item ostenditur potestas resuscitantis, ut habetur I ad Corinth. xv. Et haec sunt signa eorum quæ in nobis esse debent. Per mortem Christi significatur nobis quod nos mori debemus peccato ; per resurrectionem vero quod nos debemus a peccato resurgere. *Et sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus,* scilicet secundum veritatem, *sic Filius*

¹ Al. : « dicitur otiosum. »

² Al. : « dixerunt. »

³ Ibi : « Signum de caelo querebant ab eo. »

⁴ Al. : « deuegant. »

hominis erit in corde terræ. Et in hoc confunditur error Manichæi dicentis, quod non in veritate mortuus est. Et dicit, *in corde terræ*: quia sicut cor hominis est in profundo, ita Christus in profundo terre. Vel *in corde terræ*, idest in corde terrenorum, et discipulorum, quid esperabant de eo, ut habetur Luc. ult., cap. xxi: *Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Tribus diebus et tribus noctibus.*

Sed hic est quæstio litteralis. Videtur hoc esse falsum: quia hora nona expiravit, et sepultus est in vespere; resurrexit autem in mane tertiae diei.

Dicit Augustinus, quod aliqui volunt dicere, quod computanda est hora qua positus fuit in cruce; unde primam noctem dicunt illam tenebrositatem quæ apparuit; secunda fuit nox diei veneris; tertia diei sabbati. Sed secundum Augustinum, non valet: posset tamen nobis suppetere², si tota die dominica fuisset in sepulcro. Ideo aliter dicendum, quod dies naturalis pro die et nocte, sumitur pro spatio xxiv horarum. Sed, sicut dicit Augustinus, in Scriptura aliquando sumitur pars pro toto. Sic ergo dicendum quod Christus per synecdochen fuit tribus diebus et tribus noctibus in sepulcro, quia sexta pro tota die et etiam pro præcedenti nocte sumitur. De die vero secunda non est dubium; tertia vero nox pro nocte et die sequenti. Tamen si secundum veritatem inspicimus, fuit duabus noctibus et uno die integro, ad signandum quod sum simulum destruxit nostrum duplex. In nobis erat pena et culpa; in eo pena solum: ideo etc.

Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista. Hic ponit indignitatem.

Hic est quæstio litteralis. Nonne multa miracula fecit? Nonne Lazarum resuscitavit, et multa alia? Quid est ergo *Non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ?*

Respondeo. Non dabitur tale signum quale petebant; vel non dabitur signum ad utilitatem eorum: sciebat enim quod non reverterentur, quia indurati erant.

Sed signa fecit propter fidèles et electos, quales post multi fuerunt.

Viri Ninivitæ etc. Hæc est indignitas. Et primo præferunt gentiles; secundo ponitur ratio, ibi *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine etc.* Videte. Aliquis est bonus vel quia non peccat, vel quia penitit. Primo ergo præfert eos qui penituerunt, scilicet gentiles; secundo qui peccatum non fecerunt, ibi, *Regina austri etc.* Comparaverat Dominus resurrectionem snam Jonae; ideo possent credere quod isti accideret sicut Ninivitis qui liberati sunt: sed isti non solum non fuerunt liberati, sed fuerunt etiam dispersi. Unde *viri Ninivitæ surgent*. In verbis istis excluditur unus error Judæorum, quod resurrectio erit ante iudicium, et quod in medio readiscatur Hierusalem. Et adducunt pro se quod dicitur Isa. xxv, 6: *Faciet Dominus in monte hoc conciuum pinguium.* Alii dixerunt, quod justi et martyres resurgent ante alios per mille annos; et adducunt pro ipsis, quod dicitur Apoc. xx, 4: *Vidi Angelum descendente de celo habentem clavem abyssi et catenam magnam in manu sua:* et sequitur: *et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui vocatur diabolus, et ligavit eum ut non amplius gentes decipiatur, donec consummetur mille anni.* Utrumque excluditur eum dicit: *Surgent cum generatione ista, simul boni et non boni: et condemnabunt;* comparatione non auctoritate: quia inter condemnandos resurgent. Ezech. v, 5: *Ista est Hierusalem: in medio gentium posuit eam, et in circuitu ejus terras: contempnit iudicium mea ut plus esset impia quam gentes, et præcepta mea ultra quam terræ quer in circuitu ejus sint.* Et in quo condemnabunt? *Quia penitentiam cogerunt,* isti vero noluerunt facere penitentiam. Dominus incepit prædicationem suam a penitentia. Joannes similiter: et non audierunt. Hier. viii, 6: *Nullus est qui agat penitentiam super preccato suo.* Item illi fecerunt penitentiam in una prædicatione Jonae: Jesus autem multis prædicationes eis fecerat; et tamen non

¹ Al. : « enim. »

² Al. : « non suppetere. »

sunt conversi. Joan. xv, 24 : *Si opera non fecissem quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent.* Item conversi sunt in prædicatione unius Prophetæ; sed isti non solum lauuerunt Prophetam, sed Filium Dei. Unde habetur Hebr. i, 1 : *Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, norissime diebus istis locutus est nobis in Filiō, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.* Et sequitur : *Ecce plusquam Jonas hic : ut habetur ad Hebr. iii, 3 : Amplioris gloriae enim iste præ Moyse dignus est.* Ergo Ninivitæ præferuntur, quia penitentiam egerunt. *Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, et condemnabit eam, scilicet in sapientia, quam isti noluerunt recipere.* De ista habetur III Reg. x, 24, quod venit audire sapientiam Salomonis. Per istam signatur Ecclesia ex fidelibus. Psal. XLIV, 10 : *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate etc.* Regina dicitur, quia regere se debet. Prover. xx, 8 : *Rex qui sedet in solo iudicii dissipat omne malum intuitu suo etc.* Et dicitur *austri*, ratione Spiritus sancti. Cant. iv, 16 : *Surge aquilo et veni austri, perfla hortum meum etc.* Ista regina surget in iudicio cum generatione ista. Nota, quod non dicitur quod non peccaverit, sed non fuit rebellis. Quare? Quia *venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis*; sicut habetur III Reg x, 24 : *Et non oportuit quod vos veniretis a finibus terræ, quia hic est Unde : Ecce plusquam Salomon hic : quia ille rex temporalis erat et peccator; iste vero innocens et aeternus.* Dan. vn, 14 : *Potestas ejus potestas aeterna, quæ non auferetur, et regnum aeternum, quod non corrumperetur.*

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine etc. Ostendit supra, gentiles esse potiores Judeis; hic vult confirmare exemplo : et primo ponit exemplum, secundo adaptat, ibi, *Sic erit generatione huic pessima.* Exemplum ponit de spiritu immundo.

Notare debetis: quod aliquando ponit

¹ Al. : « ut dicitur. »

² Al. : « quia hominem aliquando torquet corpo-

tur exemplum ex re gesta, aliquando ex parabola. Et quando ponitur ex re gesta, oportet quod unumquodque seorsum exponatur, ita quod utrumque indiget expositione sua; sicut hic positum est exemplum de Iona. Aliquando ponitur exemplum de parabola, ut cum dicitur¹ : *Simile est regnum caelorum etc.*

Hic nou oportet ponere quid sit in regno caelorum. Possimus ergo dicere secundum Hieronymum, quod sit similitudo et parabola; et sic est unus sensus : vel ex re gesta, secundum Augustinum : et sic est duplex sensus. Immundus spiritus exit ab homine dupliceiter : quia hominem aliquando torquet corporaliter, aliquando spiritualiter. Unde videndum quomodo impleatur homo spiritu immundo, quomodo corporaliter, et quomodo spiritualiter; tertio quomodo pertinet ad propositum.² Quatuor ergo dicuntur. Primo liberatio a spiritu immundo, secundo iterata vexatio; tertio gravitas; quarto secundaria vexationis occasio. Dicit ergo : *Si spiritus immundus exierit ab homine.* Omnis res quæ commiscetur viliori³ rei, immunda dicitur; quæ puriori, purior : ut si argentum plumbo jungatur, fit vilius : sic spiritus creatus, si adhaereat inferiori se, dicitur spiritus immundus. Et iste exit aliquando ab homine quem corporaliter vexat, aliquando quem spiritualiter, ut in baptismo. Consequenter ponitur iterata vexatio et occasio : et primo ex parte dæmonis; secundo ex parte eorum qui vexantur. Ex parte dæmonis primo quantum ad illos alios, secundo quantum ad istos. Illic enim est consuetudo dæmonis quod non potest quiescere nisi noceat, quia ab initio peccatum dilexit. Unde cum ab aliquo expellitur, querit ubi vexet. Unde dicit : *Amulat per loca arida, querens requiem, et non inventit.* Unde aliquando requiem non inventit. In quibus autem inveniat, dicit Job. xl, 16 : *Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humeribus.* Loca humeritia sunt corda voluptatibus dedita; loca arida sunt qui contemnunt voluptates, qui a prosperitatibus declinant. Et de

raliter, aliquando spiritualiter; tertio quomodo pertinet ad propositum. »

³ Al. : « vili. »

hoc, Ezech. xxxvii, 2 : *Aruerunt ossa nostra, et perit spes nostra.* Dicit, *Ambulat*, et explorat quemcumque hominem quem decipiat. Unde per hoc quod dicitur, *Ambulat*, solitudinem ostendit I Pet. v, 8 : *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Querens requiem, et non invenit, nisi in locis humentibus.* Ita fuit de Iudaïs : quod exiens a Iudaïs ivit ad gentiles, qui aridi sunt ab humore gratiae divinae ; sed non invenit requiem, quia expulsus est, quia verbum Dei receperunt. *Tunc dicit : Revertar in domum meam, unde exivi.* Ex verbo isto potestis colligere, quod si diabolus aliquando expellitur ab aliquo, quia agit pénitentiam, non tamen totaliter dimittit eum : sicut de Christo legitur Lue. 4, quod dimisit ad tempus. Hoc ergo est intelligendum ut semper solliciti sint homines ne revertatur. Et hoc est quod dicit : *Revertar etc. Et veniens inveni eam vacantem.* Ille ponitur occasio ex parte ejus qui secundo affligitur. Si voluntus ad Iudaeos retrorque, planum est, quod cum expelleretur a gentibus, rediit ad Iudaeos. Unde triplex ponitur occasio. Scilicet otiositas : unde dicit, *Vacantem* : Ecli. xxxix, 29 : *Multam malitiam¹ docuit otiositas.* Ideo Hieronymus : Semper aliquid boni facito, ut te diabolus invenias occupatum. Unde, *Vacantem*, id est otiosum. Thren. i, 7 : *Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata sua. Scopis mundatam* : quia quod mundatur scopis, non mundatur nisi quia leviter adhaeret. Unde idem est scopare quod leviter mundare ; et inde scopatio, imperfecta mundatio. Item *ornatum*, et hoc est superficialis ornatus. Mundatio perfecta debet enim igne fieri, sicut habetur in lege, quod vasa igne debebant mundari. Item illud quod ornatur, aliam habet ex se pulchritudinem, aliam ex ornato tantum : de qua in Psal. cxlii, 12 : *Filia eorum comparsit, circumornata, ut similitudo templi etc.* Sed qui volunt esse securi, debent haberet pulchritudinem interiorrem. Psal. xliv, 14 : *Omnis gloria ejus filiae regis ab intus, in finbris aureis, cir-*

cum amicta varietatibus. Sed quando fit ornatus solum in exterioribus, non relinquitur a diemonibus : ita est de Iudaïs : quia ipsi² servabant sabbata, in quibus magis vacabant a bonis quam a malis. Item totam curam ponebant in minimis legis : *Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus nequiores se.* Ille ponitur de secunda vexatione graviori ; et ostenditur gravior primo quantum ad numerum ; secundo quantum ad durationem ; tertio quantum ad effectum. Quantum ad numerum, quia *assumit septem*. Secundum Chrysostomum, exponitur ad litteram : quia cum aliquis cadit et non cavit, tunc deterius accidit ei. Joan. v, 14 : *Ecce sanus factus es jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Secundum Augustinum, *assumit septem* ; et hoc duplique. Aliquando enim penitente agit pénitentiam, sed negligenter se habet ; et tunc fit proelvior. Rom. i, 28 : *Propter quod tradidit illos Dominus in reprobum sensum.* Et per hoc quod dicit *septem*, universitas vitiorum signatur. Alter secundum Beatum Augustinum. Aliqui peccant aliquo peccato, et in statu pénitentiae addunt simulationem. Et sicut septem sunt dona Spiritus sancti, sic septem simulationes. Unde primo erant vitia simplicia, tunc adduntur simulationes vitiorum, quae sunt detiores : et dicuntur septem vel propter universitatem vitiorum, vel propter sabbatum. Et qui hoc modo peccant, fiunt perseverantes in malo ; unde dicit : *Et intrantes habitant ibi* : quia inde recedere nolunt. Hier. viii, 5 : *Papulus in Hierusalem aversus est aversione contentiosa : apprehenderunt mundacium, et noluerunt reverti.* Si exponatur de Iudaïs, patet quod habitat in eis, et discedere ab eis non vult. *E sunt norissima illius hominis pejora prioribus.* Ille ponitur aggravatio quantum ad effectum. Ad litteram, qui magis punitur, magis aggravatur. Unde II Pet. 21 : *Melius erat viam veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum reverti.* Item quantum ad Iudeos : quia pejus egerunt blasphemando Christum, quam colendo idola. Ideo sequitur : *Sic erit ge-*

¹ Al. : « multa mala. »

² Al. : « ibi. »

nerationi huius pessima: quia deterius erit eis quam unquam fuerit eis in Egypto.

4. In parte precedente Dominus confutavit adversarios; nunc commendat discipulos credentes, etc., praesentia assumpta matris et fratum. Primo ponitur præsentia; secundo denuntiatio; tertio discipulorum commendatio. Dicit ergo: *Adhuc eo loquente.*

Sed hic est quæstio litteralis, quare Luc. ii, ubi ponuntur eadem verba quæ dicta sunt, non ponuntur verba quæ sequuntur; sed subditur ver. 17: *Factum est autem cum loqueretur, extollens vocem quendam mulier de turba etc.* Et ita videtur esse contrarietas.

Solvit Augustinus: Quod absque dubio ita dictum est, ut Matthæus narrat, quod adhuc eo loquente, idest dum esset in narratione etc. Sed potest esse quod contingit quod Lucas dicit, et quod iste. Et potest esse quod Lucas preoccupet, vel ad ordinem sue memoriae referat.¹

Ecce mater ejus et fratres stabant foris etc. De matre nulla dubitatio quin sit illa de qua dictum est i. capit. De fratribus autem potest esse quæstio. Et quia fit mentio de fratribus: ideo est occasio heresis,² quod cum virgo genuisset Jesum, Joseph cognovit Mariam, et genuit inde filios; quod haereticum est, quia post partum virgo inviolata permanxit. Fuit etiam opinio, quod isti essent filii Joseph de alia uxore. Sed hoc nihil est: quia credimus quod sicut mater Iesu fuit virgo, sic Joseph; quia virginem commendavit, et sicut in fine, sic etiam et in principio. Qui sunt ergo isti fratres? Hieronymus dixit, quod fratres dicuntur multis modis. Aliqui enim fratres natura, sicut supra i: *Jacob genuit Judam et fratres ejus.* Aliquando fratres qui sunt unius gentis. Deuter. xvii, 15: *Non poteris constitutere regem qui non sit frater tuus.* Aliquando religione, ut omnes Christiani, ut infra xxiii. Et in hoc inolevit consuetudo quod homines ejusdem religionis dicuntur fratres. Aliquando homines de una parentela, ut Josue ii, 12: *Datisque*

mihi signum ut salvabis patrem meum et matrem et fratres. Aliquando omnes homines qui ab uno patre, scilicet Deo. Malach. ii, 10: *Numquid non est pater unus omnis? Numquid non Deus unus creavit nos?* Quare ergo unusquisque despiciat fratrem suum? Nullo istorum modorum dicuntur hie fratres Domini; ideo uno modo dicuntur fratres, quia consanguinei. Unde Genes. xiii, 8, dixit Abraham ad Lot: *Fratres enim sumus: quamvis Lot nepos esset Abraham.* Sic isti fratres erant, quia consobrini erant. Consequenter ponitur denuntiatio præsentia: eorum: *Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te.* Quare hoc dixerit, et qua necessitate, exponitur in Luce: quia tanta erat multitudo quod non poterant intrare. Mystice per matrem significatur synagoga: unde Cant. iii, 2: *Egredimini, et videite regem Salomonem in diademe quo coronavit illum mater sua.* Et fratres, idest Judæi, qui foris stant, derelinquentes Christum. Job vi, 13: *Fratres mei dereliquerunt me.* Quærunt, sed non inveniunt, ut habetur Rom. ix, 31: *Israel sectando legem justitiae, in legem justitiae non pervenit.* At ille respondens etc. Ponitur responsio Christi. Et duo facit. Primo confutat interrogantem, secundo commendat discipulos, ibi, *Et extendens manum etc.* Dicit autem ipse: *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?* Ex isto loco quidam negaverunt Christum sumpsisse caruere; sed phantasticè. Unde exponebant: Nou est haec mater mea, neque hi fratres mei; quod est contra Apostolum, ad Gal. iv, 4: *Misit Deus filium suum factum ex muliere etc.* Item ad Rom. i, 3: *Qui factus est ex semine David, secundum carnem.* Item Dominus eam recognovit in cruce: *Mulier, ecce filius tuus,* ut habetur Joan. xix, 26.

Chrysostomus: Quare inquit Dominus: *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?* Et dicit duo, quorum unum est sicutum, aliud non. Dicit enim quod mater et fratres aliquid humanum passi sunt, quia³ videntes Christum prædicantem et talibam sequentem, elationem habuerunt;

¹ Al.: « refert. » — ² Al.: « haeretici. »

³ Al. deest: « quia. »

ideo volebant quasi quamdam gloriam habere : ideo Dominus voluit ostendere, quod illud quod faciebat, non habebat ex eo quod assumpserat ex matre, sed ex patre. Haec positio partim sana est. Nam quantum ad fratres sana est, quia sic habetur Joan. vii, 5 : *Neque enim fratres ejus credebant in eum.* Sed de matre Domini non sana est, quia creditur quod nunquam peccavit nec mortaliter nec venialiter. De ea namque dicitur Cant. iv, 7 : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Et Augustinus : Cum de peccato agitur, nullam prorsus volo de ea fieri mentionem. Solvit ergo aliter Hieronymus, quod iste qui denuntiavit, insidiose denuntiaverat. Volebat enim explorare, an ita intenderet spiritualibus quod non curaret de temporalibus. Ideo affectui respondet. Unde nec matrem plus dilexisset nisi plus spiritualitatis habuisset. Unde dicit : *Qua est mater mea?* Non eam matrem esse negat ; sed intendit prohibere inordinatum affectum. Unde supra x, 37 : *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me diligens.*

Consequenter ponitur commendatio discipulorum. Et primo commendat discipulos : secundo universaliter omnes crea-

dentes. Dicit ergo : *Et extendens manum in discipulos dicit : Ecce mater mea, quasi dicas ; Plus diligo istos quam affectus matris meae vel fratres ; preponendus enim est affectus Spiritus sancti. Et non solum extendit ad istos, sed ad omnes.* Unde dicitur : *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est.* Habebat enim generationem celestem et temporalem : unde preponit⁴ celestem temporali. Illi enim qui faciunt voluntatem Patris mei, illi attinent ei secundum generationem celestem. Unde Joan. viii, 39 : *Si filii Abraham estis, opera Abraham facite.* Ipse enim venit ut faceret voluntatem ejus, ut habeat Joan. iv, et xx. *Frater dicit,* quantum ad firmiores ; *et soror,* quantum ad debiliores.

Sed quid est quod dicit, *Et mater est ?* Dicendum, quod quilibet fidelis, qui facit voluntatem Patris, scilicet qui simpliciter obedit, ille frater est : quia similis est ei qui voluntatem Patris implevit. Qui autem non solum facit, sed alios convertit, generat Christum in aliis, et sic fit mater. Sicut et contra occidit Christum in aliis qui provocat eos ad malum. Apostolus ad Gal. v, 19 : *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.*

CAPUT DECIMUM TERTIUM

t. In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secum mare. Et congregate sunt ad eum turba multa, ita ut in naviculum ascendens sederet : et omnis turba stabat in littore : et locutus est eis multa in parabolis, direns : Ecce quid qui seminat seminatur ; et dum seminat, quadam eccliferunt secunda viam : et venerunt vulnera, et comedunt ea. Alii autem eccliferunt in petrosa, ubi non habebant terram multam ; et continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terra, sole autem orto asthaverrunt, et quia non habebant radicem, aruerunt. Alii autem eccliferunt in spinas ; et creverunt spinae, et suffocaverunt ea. Alii autem eccliferunt in terram bonam ; et dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et antecedentes discipuli dixerunt ei : Quare in parabolis loqueris eis ? Qui respondebat mit illis : Quia vobis datum est nosse mysterium regni celorum, illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei, et

abundabit : qui autem non habet, et quod habet auferret ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, et audientes non audiunt neque intelligunt ; et adimplentur in eis propheta Isaiae dictus : *Auditu auditis et non intelligitis ; et videntibus videlitis, et non videbitis.* Incessum est enim eorum populi hujus, et auribus graviter audiunt, et oculis suis clauserunt, ne quando videant oculis, et auribus audiunt, et corde intelligent, et convertantur, et sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia vident ; et aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe deo vobis, quia multi prophetarum et iusti cuperunt videre quia videlicet, et non viderunt, et audiire quia auditus, et non audiuerunt. Vos ergo audite parabolam seminantis, quans qui audiunt verbum regni et non intelligunt, veint matus, et rapit quod seminatum est in corde eis ; hic est qui secunda viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit illud : non habet autem in se

⁴ Al. : « preponderat. »

radicum, sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit : et si sollicitudo sacerdotum, et fallacia dicitur, suffocat verbum, et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, et intelligit, et fructum affert ; et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum.

2. Aliam parabolam proposuit illis, dicens : Simile factum est regnum colorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem eruerit herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrifamilias dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo ? Unde ergo habet zizania ? Et ait illis : Inimicus homo fecit. Servi autem dixerunt ei : Vis, innus, et colligimus ea ? Et ait : Non, ne forte colligentes zizania, eradiceritis simul et triticum. Simile utraque crescere usque ad messen ; et in tempore messis dicam messoribus : Colligitur primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

3. Aliam parabolam proposuit eis, dicens : Simile est regnum colorum grano simapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo : quod minimum quidem est omnibus seminibus ; cum autem creverit, magis est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres coli veniant, et habitent in rami eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum colorum fermento, quod acceptum uniliter abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis ; ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis, veuit in domum ; et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Edissere nobis parabolam zizantiorum agri. Qui respondebat ait : Qui seminat bonum semen, est Filius hominis ; ager autem est mundus ; bonum vero semen, hi sunt filii regni : zizania autem filii sunt nequam ; inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus ; messis vero consummatio secundum est ; messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet Filius bonum Angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scatula, et eos qui faciunt iniurias, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

4. Simile est regnum colorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit, et pro gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum colorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Invenia autem una pretiosa margarita, ab illi, et vendidit omnia que habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum colorum sagene missae in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, edocentes, et seens litus sedentes, elegerunt bonos in vase sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt Angeli, et separabunt malos

de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexisti haec omnia ? Dieunt ei, Eliam. Ait illis : Ideo omnis scribalis doctus in regno colorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. Et factum est cum consummasset Jesus parabolam istam, transiit inde : et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, et dicerent : Unde hinc sapientia haec et virtutes ? Nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus et Joseph et Simon et Judas ? Sorores ejus nonne omnes apud nos sunt ? Unde ergo hinc omnia ista ? Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis . Non est Propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit virtutes multas propter incredulitatem illorum.

4. Supra proposita est doctrina evangelica, et confutati sunt adversarii ; hic ostendit virtutem evangelicæ doctrinæ : et primum verbis ; secundo factis in cap. xiv. Et circa primum primo ponuntur circumstantiae doctrina ; secundo Christi doctrina ; tertio effectus. Secunda ibi, *Ecce exiit qui seminat seminare* ; tertia ibi, *Intellexisti hæc omnia ?* Et primo ponit quatuor circumstantias ; scilicet locum, tempus, dispositionem audientium, et dispositionem loquentis. Tempus tangit cum dicit, *In die illo* : ex quo datur intelligi quod tangit ordinem rei gestæ. Alter enim non posset intelligi, nisi *ly die* sumatur pro tempore. Deinde tangitur circumstantia loci : *Sedebat securus mare etc.* Et hoc potest exponi secundum expositionem litteralem, et mysticam. Literalem tangit Chrysostomus. Quia enim supra dixerat quod loquente eo ad turbas, dixit quidam : *Ecce mater tua etc.*, ibi exposuerat Chrysostomus quod aliquid humanum senserant ; ideo Dominus voluit exire, ut eorum, scilicet fratribus, nequitiam reprimaret. Et exiit etiam ut matri honorem deferret. Unde Exo. xx, 12 : *Honora patrem et matrem tuum*. Mystice per dominum Judæi intellegitur, de qua ex eius propter infidelitatem, venit ad mare, scilicet ad gentes que turbatae erant² per infidelitatem. infra xxiii, 38 : *Ecce relinquetur vobis dominus vestra deserta* : sicut Hier. xii, 7 : *Reliqui dominum meam, dinnisi hereditatem meam, dedi dilectum animam meam in manibus inimicorum ejus*. Mare dicitur

¹ Al. : « qui turbati erant. »

mundus. Psalm. cui, 25 : *Hoc mare magnum et spatiōsum manibus, illie reptilia quorum non est numerus etc.* Vel aliter, per domum intelligitur interior mens. Sap. viii, 16 : *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa.* Unde aliquando exit de secreto contemplationis ad publicum doctrinæ. Et congregatæ sunt ad eum turbæ. Ille ponit auditores. Cum enim mens exit ad publicum doctrinæ, tunc multi possunt audire et proficere. Eccli. ult., 31 : *Appropinquate ad me inducti, et congregate vos in domum disciplinæ.* Deinde ponitur dispositio docentis, et audientium : unde dicitur : *Ita ut in naviculam ascendens sederet.* Et quare in naviculam? Potest esse ratio litteralis, quia multi auditores erant; ideo voluit eos habere ante faciem, ut melius intelligerent. Omnia enim ante ipsum. Job xiii, *4 : *Ecce omnia vidi oculus meus.* Alia ratio mystica est, quia per navem Ecclesia ex gentibus collecta significatur : ubi sedet¹ per fidem, et docet eos qui stant in littore, scilicet catechumenos, qui parati sunt ad fidem. Vel aliter, quod Jesu in mari, auditores autem in littore stant, in hoc dat exemplum prædictoribus, quod scilicet non exponant subditos suos periculis. Et hoc significatur Exo. xii, quod cum Moyses educeret populum sum, non eduxit eos per viam terræ Philistium, reputans ne forte pœnitentem, et revertentur in Aegyptum. Ideo Jesus in turbine sedit, alios autem extra dimisit : ideo dicitur : *Et omnis turba stabat in littore.* Sequitur modus doctrinæ : *Et locutus est eis multa in parabolis.* Ratio duplex est. Una est, quia per hujusmodi parabolæ absconduntur sacra ab infidelibus, ne blasphemant : supra enim dictum est cap. vii, 6 : *Nolite sanctum dare canibus;* ideo quia multi blasphemabant, ideo voluit loqui in parabolis. Unde Luc. viii, 10 : *Vobis datum esse nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Secunda ratio est, quia per hujusmodi parabolæ homines rudes melius docentur. Unde homines, scilicet rudes, quando divina sub similitudinibus explicantur, melius ca-

piunt et retinent. Ideo Dominus loqui voluit in parabolis ut melius memorie commendarent : quia enim noverat quod digni doctrinam suam recipieren, voluit eam sic tradere ut magis memoriter tenerent. In Psal. lxxvii, 2 : *Aperiam in parabolis os meum.* Et quare multas proposuit parabolæ? Ratio una est : quia in multitudine hominum diversi diversimode sunt affecti : ideo diversificare debuit, ut congrueret diversis affectibus. Alia ratio est, quia spiritualia semper sunt occulta ; ideo per temporalia non plene manifestari possunt, ideo per diversa habent manifestari. Job xi, 5 : *Utinam loqueretur Deus tecum, et aperiret labia sua tibi, ut ostenderet tibi secreta sapientiae.* *Exiit qui seminat seminare etc.* Ille ponitur parabolica doctrina. Et intendit tria. Primo ponit impedimentum evangelicae doctrinæ ; secundo profectum ; tertio dignitatem. Secunda ibi, *Simile est regnum coelorum fermento etc.* Tertia ibi, *Simile est regnum coelorum homini querenti bonas margaritas etc.* Circa primum primo ponit impedimenta ab intra ; secundo quæ ab extra, in sequenti parabola. Prima in tres : quia primo ponitur parabola ; secundo assignatur ; tertio exponitur. Secunda ibi, *Et accedentes discipuli etc.* Tertia ibi, *Vos ergo audite parabolam seminantis.* In prima tria facit. Primo describitur studium seminantis ; secundo impedimentum seminis ; tertio fructus. Secunda ibi, *Et dum seminat, quædam eccliderunt secus viam etc.*; tertia ibi, *Alia vero occiderunt in terram bonam etc.* Dicit ergo : *Exiit qui seminat seminare.* Qui exit est Christus. Exit enim tripliciter. Ab occulto Patris, non mutans locum. Item exit a Iudea ad gentes. Item a profunda sapientia ad publicum doctrinæ. *Exiit ergo qui seminat,* scilicet semen doctrinæ. Unde Christus seminat, sicut baptizat, ut habetur Joan. iv. Semen enim est principium fructus. Unde omnis bona operatio est a Deo. Philip. i, 6 : *Qui incipit in nobis opus bonum, perficiat, etc.* Et in hoc removetur error dicentium, quod initium boni operis est a nobis ; quod

¹ AL. : « sedet. »

falsum est. Unde Gregorius : In vacuum laborat predicator, nisi intus insit gratia Salvatoris. Unde dicit : *Exiit qui seminat seminare etc.* Videtur ista involvere verba, sed non involvit : quia seminator exiit aliquando ad seminandum, et aliquando ad metendum : sic Christus in principio exit ad seminandum. Prov. xi, 18 : *Seminanti justitiam merces fidelis.* Exiit ergo qui seminat seminare et quid? semen suum. Quidam enim exequunt seminare iniquitatem. Job. iv, 8 : *Vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos.* Sed iste exiit seminare semen suum. Istud semen est Verbum Dei, quod procedit essentialiter. Unde est Verbum Patris. Eccli. i, 3 : *Fons sapientiae Verbum Dei.* Sed quid facit? Similes ei a quo procedit, quia facit filios Dei. Psal. lxxxii, 6 : *Ego dixi : Dū estis, et Filii excelsi omnes.* Joan. x, 35 : *Illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est.* Et ibid. cap. i, 12 : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Exiit ergo etc. Sed videamus de impedimento seminantis. Triplieiter enim impeditur, quia tria requiruntur. Requiritur enim quod memoria conservetur. Unde Prover. vi, 21 : *Ligaeas in corde tuo jugiter.* Secundum est quod radicetur per amorem. Psal. cxviii, 140 : *Ignitum eloquim tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.* Tertio requiritur sollicitudo. I ad Tim. vi, 2 : *Secutre justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem, etc.* Haec tria per tria tolluntur. Memoria per vanitatem; amor, sive caritas, per duritiam; sollicitudo per germinationem viatorum. Unde dicit : *Et dum seminat, quedam ceciderunt secus viam.* Via patens est omni viatori²; sic cor; quod euilibet exponitur cogitationi, Ezech. xvi, 25 : *Ad omne caput viae xdiscasti signum prostitutionis tuæ, et abominabilem fecisti decorum tuum.* Unde quando in corde vano et instabili cadit verbum Dei, cadit secus viam, et subiacet duplice periculo. Sed Matthæus non ponit nisi unum, scilicet *volucres carli comedenter*

illud. Lucas vero ponit duo : videlicet quia conculeatur, item rapitur a vulneribus. Sic quoniam vani recipiunt verbum Dei, conculeatur per vanam cogitationem, vel pravam societatem. Quare multum gaudet diabolus, quando potest auferre et conuleare semen istud. Habac. ³ i, 13 : *Quare respicis⁴ contemptores, et taces impio conculeante justorem se?* Secundum est cordis duritia. Job. pen., xv : *Cor ejus indurabitur quasi lapis, et stringetur quasi malleatoris incus⁵.* Et hoc opponitur caritati, quia amoris est liquefacere. Cant. v, 6 : *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Durum enim est quod est in se constrictum, et propriis metis arctatum. *Amor* facit transference amantem in amatum: unde diffunditur. Dicit ergo : *Alia ceciderunt in petrosa loca, etc.* Ezech. xxxvi, 26 : *Auferam a vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carneum.* Aliqui enim sunt qui ita habent cor privatum omni amore quod omni carnearent; aliqui vero habent bonum affectum, sed parum habent: unde non habent profundum. Habere profundum est, quum finis et affectus est profundus. Ille ergo habet profundum amorem qui omnia diligit propter Deum, et nihil preponit amori Dei. Unde aliqui bene delectantur in Deo, sed magis in aliis rebus; et isti non⁶ sunt liquefacti: et tales non habent terram multam. Et per terram significatur mollities. Unde sumitur pro mente indurata. Sequitur *Et continuo exorta sunt etc.*, quia illi qui profunde cogitant, diu cogitant; sed qui non profunde, statim in opus prorumpunt: unde cito exequunt. Isa. xvii, 5 : *Ante messem enim totus efforuit, et immatura perfectio germinavit⁷.* Unde cito audiunt, sed non radicantur in illo; quia non habent⁸ altitudinem terræ amoris et caritatis. Ad Eph. ii, 18 : *In caritate radicati et fundati etc.* Tertium est destructio fructus: quia si magis amat divitias, eum tempus venit tribulationis, accipit quod magis amat. Unde sole orto astuaverunt etc.

¹ Al. : « et metunt. »

² Al. : « vianti. »

³ Al. : « et quare multum gaudet diabolus quando potest auferre, et conuleare semen istud. »

⁴ Al. : « quare non respicis. »

⁵ Al. : « intus. »

⁶ Al. deest : « non. »

⁷ Al. : « germinabit. » — ⁸ Al. : « habebant. »

scilicet per impotentiam. Apoc. xiii, 1 : *Qui in gladio occiderit, oportet cum gladio occidi, hoc est patientia justorum. Et quia non habebant radicem, aruerunt, quia Deus non erat radix.* Psal. xxi, 16 : *Aruit tamquam testa virtus mea.* Aliquando in Scriptura petra accipitur pro bono, aliquando pro malo. Similiter terra, et sol. Unde aliqui sunt qui afficiuntur bene, sed post negligenter se habent. Non autem sic¹ Paulus, qui dicebat I Corin. xxvii : *Castigo corpus meum, et in servitatem redigo etc.* Alia autem ceciderunt in spinas. Spinae autem sunt solitudines, irae, rixæ, et hujusmodi. Ille rem. iv, 3 : *Nolite serere super spinas.* Prov. xxiv, 30 : *Per agrum hominis pigri transivi : et sequitur : et opererant superficiem ejus spinæ. Et creverunt spinæ, et suffocaverunt ea.*

Sed posset aliquis dicere : Stultitia fuit seminantis. Potest dici, quod si fieret sermo de terra sensibili, verum esset; sed sit mentio de spirituali, ideo non valet, quia ad diversas materias rutorqueatur.

Positis impedimentis agitur de seminis fructu. *Alia ceciderunt in terram bonam, et dederunt fructum.* Terra quæ non secus viam, quæ non petrosa, quæ non spinosa, est terra bona, scilicet cor bonum ; et si ibi seminatur, fructum afferat. Psal. lxxxiv, 43 : *Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.* Sed quen? *Aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.* Quidam retrorquent istud ad præmium quod est in caelo : quia quidam habent centesimum, etc. Sap. iv, 15 : *Bonorum labiorum gloriosus² est fructus.* Alii retrorquent fructum trigesimum ad fidem Trinitatis, sexagesimum ad fructum boni operis, centesimum ad contemplationem coelestium. Sed hoc non potest esse, quia auditor est qui facit fructum. Item præmium recipitur. Unde oportet retrorqueri ad perfectionem justitiae. Fructus igitur est proprie ultimum quod expectatur in arbore; sic³ fructus justitiae qui habetur ex prædicatione. Et haec est centesima

etc. : quia triplex est perfectio, minor, major, et media ; ita quod centesima martyrum, sexagesima virginum, trigesima est conjugatorum. Et quare? Quia etc. Sed perfectio virginum sexagesima, quia tunc debent⁴ vacare a malitia; ideo haec perfectio est virginum⁵, et quiescentium, qui separati sunt a mundo. Per trigesimum perfectio militantium in hac vita, quia tales apti sunt ad bellum. Alii assignant per computationem in manu etc., ut in *Glossa* habetur. Alter potestis secundum numerum numerorum. Semen enim fructificat in perfectione. Videatis ergo quod semen est mandatum Dei; trigesimus numerus ex trimario componitur; sexagesimus ex sex et decem; centesimus ex ductu denarii in seipsum. Ternarius est numerus complectus, et habet communem perfectionem : senarius similiter est numerus perfectus, quia nihil deest ei, habet enim perfectionem integratissimam. Denarius est numerus perfectius, quia est primus limes numerorum : unde habet perfectionem finis. Sic triplex est perfectio. Communis justitia ; et si est perfectio trinarii, quæ habetur per tricenarium numerum : sed cum plus habet ultra communem, tunc dicitur facere sexagesimum fructum : sed quando perfectus est, et jam prægustat suavitatem, tunc pervenit ad centesimum fructum. Vel aliter, secundum Augustinum, secundum quod tripliciter homines se habent ad tentationes. Quidam enim graviter tentantur, sed resistunt fortiter, et hi habent fructum trigesimum : alii parum tentantur, sed surgunt ; et hi habent sexagesimum : centesimum vero habent qui jam in quieta pace manent. Et quia hoc parabolice dictum est, ideo subdit : *Qui habet aures audiendi, scilicet cordis, interius audiatur per intellectum.* Et *accidentes discipuli etc.* Supra posita est parabola; hic assignatur ratio ; et circa hoc ponuntur duo hic. Primo ponitur interrogatio discipulorum ; secundo responso, ibi, *Qui respondens etc. dicit ergo : Accidentes discipuli direxerunt ei.*

¹ Al. : « sicut. »

² Al. : « bonus. »

³ Al. : « sicut. »

⁴ Al. : « debent. »

⁵ Al. : « ideo perfectio virginum etc. »

Incidit quæstio litteralis : quoniam ipse erat in navicula, quomodo ergo accesserunt ad eum? Scendum, quod ipsi erant in navicula cum Christo. Accesserunt autem per sollicitudinem mentis, vel etiam corporaliter : quia enim parum distarent ab eo, venerunt magis prope : vel enim essent extra, venerunt ad eum. Sic nos, si velimus accedere ad eum, illuminabimur. Psal. xxxiii, 6 : *Accedite ad eum, et illuminamini.* Et duo attenduntur. Primo datur exemplum non importune interrogandi : unde dum doceret turbas, non interrogaverunt eum, Ecle. iii, 7 *Tempus tacendi, et tempus loquendi : Quare in parabolis loqueris eis?* Item hic considerandum est, quod debet semper fieri quod de salute hominum est : unde sequitur responsio : *Qui respondes ait illis.* Et primo ponitur Dei ordinatio ; secundo quælam ratio assignatur. Dicit ; Ideo dico quod in parabolis loquor, quia *vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illic autem non est datum : in quibus verbis tria ponuntur.* Primo quod quidam sunt intelligentes, quidam non : et non est attribuendum alieni, sed Deo ordinanti : ideo datum est vobis, aliis non. Et ideo est divina ordinatio. Item magna utilitas est, quia est quedam notificatio beatitudinis : unde magna est utilitas, in quantum dat vobis cognitio nem de mysteriis divinis. Hier. ix, 12 : *Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, et ad quem verbum¹ oris Domini fiat, ut annuntiet illud?* Item est signum divini amoris : Joan. xv, 15 : *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Item hoc fit ex dono, non ex merito. Philip. 1, 29 : *Quia vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Et hoc est *mysterium regni cœlorum*, Dei, et hoc a Deo, I ad Corinth. iv, 7 : *Quid autem habes quod² non accipisti? Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit.* Aliiquid enim est quod habet homo cui datur. Et quid est illud? Dicendum, quod quatuor sunt preparatoria ad hoc quod detur aliquid. Primum

est desiderium. Unde si vis habere scientiam, preeoccupat desiderium, ut habetur Sap. vi, 21 : *Concupiscentia sapientie deducit ad regnum perpetuum.* Et supra vn, 7 : *Petite et accipietis.* Unde qui *habet*, desiderium, *dabitur et abundabit quia ipse est qui dat abundantem omnibus, et non impraperat :* Jac. 1, 5 : *Qui autem non habet, et si aliquam videatur habere aptitudinem ad sapientiam, vel justitiam, et sit tepidus, id quod videsetur habere, et non habet, auferetur ab eo.* Unde Chrysostomus : *Si vides tepidum, debes admonere quod dezistat, et si non vult, dimitte eum.* Apoc. iii, 16 : *Utinam calidus essem, aut frigidus : sed quia tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiam te emovere ex ore meo.* Secundum quod requiritur est studium : et hæc est exppositio. Unde qui *habet* bonum ingenium et non studet, non proficiet : nunc qui *habet* studium, illi *dabitur sapientia, et abundabit.* Prov. xi, 4 : *Si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.* Qui autem non *habet* studium, quod videtur habere, scilicet ingenium naturale, non proficiet, sed *auferetur ab eo.* Tertium quod requiritur est caritas³ ; quia caritas omnium virtutum radix est, et omnium bonorum operum. Apostolus ad Eph. iii, 17 : *In caritate radicati et fundati.* Unde si *habes*, scilicet caritatem, prorumpes in omne opus bonum. Apostolus I Cor. xii, 4 : *Caritas patiens est, benigna est.* Unde si non *habes*, totum siccatur. Unde quodcumque bonum *habet* homo sine caritate, nihil est : quia *qui non diligit, manet in morte :* Joan. iii, 14. Quartum quod requiritur, est fides, quia qui fidem non *habent*, alia bona parva valent. Sap. i, 2 : *Apparet autem eis qui fidem habent in illum.* Et Rom. x, 10 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Et qui non *habet* justitiam fideli, id quod videtur habere, sive naturale, sive morale, auferetur ab eo. Apostolus ad Rom. xiv, 13 : *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Dico ergo quod

¹ Al. : « sed et verbum. »

² Al. : « quid. »

³ Al. : « tertium est quod requiritur caritas. »

datum est vobis, quia vos habetis fidem, illis autem non est datum.

Sed hic cavendum est de quodam errore, quia videtur quod ex studio, et bonis naturalibus possemus acquirere gloriam aeternam. Sed Paulus dicit I Corinth. iv, 7 : *Qui habes quod non accipisti?* Unde et desiderium, et studium, et caritas, et fides, omnia haec sunt a Deo.

Ideo in parabolis loquor eis etc. Ille adaptat ad propositum, et duo facit. Primo applicat quantum ad Iudeos; secundo quo ad Apostolos, ibi, *Vestri autem beati oculi etc.* Et primo duo facit. Primo adap-
tat, ne ex odio videretur dicere; secundo inducit auctoritatem, ibi, *Et adimpletur in eis propheta Isaiae*¹. Notate, quod mouens ad salutem, manifestat doctrinam suis aptibus. Unde Act. i, 4 : *Capiunt Jesus facere et docere.* Et Joan. xv, 24 : *Si opera non fecisset quae nullus alius fecit, peccatum non haberent.* Item ibi, 22 : *Si locutus non fuisset eis, peccatum non haberent.* Unde ante sine parabolis locutus est eis : sed modo post operationem miraculorum, *in parabolis loquor eis, quia videntes non vident.* Vident miracula, non vident effectum. Vel sic. *Videntes, scilicet exterius, non vident interius.* Isa. xlui, 8 : *Educ foras populum cœcum, et oculos habeant; surdum, et aures ei sunt etc.* Et audientes non audiunt, nec intelligunt. Audiunt verba quibus excitari deberent ad bonum; tamen non audiunt, id est non habent effectum. Ezech. n, 7 : *Si forte audiunt, et quiescant.* Et ibid. xxxiii, 31 : *In canticum² oris sui vertunt illos.* Et quid est quod non vident? Quia non intelligunt. Psal. lxxxi, 5 : *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Consequenter inducit auctoritas Isaiae prophetæ : *Et adimpletur in eis propheta Isaiae dicentis : Audita audietis, et non intelligitis etc.* quod scribitur Isa. vi, 9; sed ibi dicitur imperativus³, hic prænuntiative, ibi : *Audite audientes, et nolite intelligere; et videate visionem, et nolite cognoscere.* Et tanguntur tria. Primo Iudeorum duritia; secundo causa;

¹ Al. : « ut impleretur etc. »

² Al. : « in cantico. »

³ Al. : « interrogative. »

tertio illius causa effectus. Secunda ibi, *Incrassatum est enim cor populi hujus.* Tertia ibi. *Ne quando videant etc.* Et quia duo dixerat, scilicet de auditu et de visu, ideo duo dicit : *Audietis, auditu scilicet exteriori, andictis doctrinam Christi, et non intelligitis mysteria.* Psal. xxxv, 4 : *Noluit intelligere ut bene ageret.* Osee, iv, 5 : *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Et videntes videbitis et non videbitis. Vnde debitis carnem Christi visu exteriori, et non considerabilis virtutem ejus. *Palpavimus sicut cœci parvitem et quasi absque oculis attractavimus etc.* Isai. lxi, 10. Sequitur ratio : *Incrassatum est enim⁴ cor populi hujus etc.* Quia enim de auditu fecerat mentionem, et intelligere proprio est mentis ideo⁵ : *cor populi hujus*, id est mens, *incrassatum est*, id est exæcatum. Quare? Quia sicut ad visionem corporalem puritas requiritur, sic ad spiritualem. Unde intellectus dicitur vis superior, quoniam maxime spiritualis. Incrassatur intellectus quando applicatus grossis et terrenis; sed quando abstrahitur, subtiliatur; sicut in Apostolis, II ad Corinth. iv, 18 : *Non contemplabitibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Unde isti non considerabant nisi terrena : *Animalis homo non percipit quæ sunt sp̄ritus Dei*⁶; Apostolus I ad Corinth. n. Deut. xxxii, 15 *Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, et recersit a Deo salutari suo.* Item sciendum quod quando homo audit quæ non placent, non potest de facili intelligere : ergo isti male intelligebant, quia eis non placabant verba sua. Ideo dicitur : *Et auribus graviter audiuerunt.* Joan. vi, 6 : *Durus est hic sermo, et quis potest hunc audire?* *Et oculos suos cluserunt etc.* Contingit quod aliquis habet oculos, et non videt, quia claudit oculos : unde ipse sibi facit impedimentum. Aliqua vero sunt ita occulta, ut nisi multum infigat intuitum, non potest videre : sed si res sit in medio, sicut paries, non potest homo non videre nisi claudat oculos. Ideo si Dominus non fecisset miracula

⁴ Al. : « et incrassatum etc. »

⁵ Al. : « utde. »

⁶ Al. : « que Dei sunt. »

aperta, non esset mirum si non crederent; sed apertissima¹ fecit: ideo ipsi cognoscerent, nisi clauderent oculos. Dan. xii, 9: *Declinaverunt oculos suos, ut non videant corlum etc.*

Unde notandum, quod in ista obdurateone causa per se est homo, Deus vero non indurat nisi in non impariendo gratiam. Deus ergo induat, quia non dat gratiam: sed homo, quia imponit sibi impedimentum luminis: ideo istis impunitur quod oculos clauderunt.

Ne quando videant oculis. Hic ponitur damnum quod consequuntur: unde potest intelligi dupliceiter. Ita quod *ly ne quando* referatur ad totum sequens, ut sit sensus: Ita clauderunt oculos, ne quando etc. et hoc modo intelligitur quod sit ex eorum malitia: quidam enim peccant ex infirmitate, quidam ex industria, sive ex certa malitia: unde isti hoc attentes clauderunt oculos ne intelligent; unde tacita est eorum malitia. *Ne convertantur sanem, eos,* scilicet si convertantur. Ilioram. iii, 14: *Convertimini filii revertentes etc.* Et hæc expositio est Chrysostomi. Et ponuntur tria: *ne rideant, ne audiant, ne corde intelligent;* et respondent tribus supradictis. Augustinus aliter exponit, dicens: *Ne quando videant, cum modo non videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligent, et convertantur, et semen eos.* Unde dicit Augustinus, quod possent haec verba habere duplē sensum. Quia aliquando ponitur *ne quando pro eo quando est ut possit accidere, ut habetur in ad Tim. ii, 25: Ne quando det illi Deus penitentiam ad cognoscendum veritatem.* Aliquando vero ponitur pro eo quod est ne possit contingere, idest hoc contingere, nisi argueremus etc.

Et quid est ergo quod dicit, *Incrassatum est?* Solvit Augustinus, quod aliquando contingit quod homo superbus est, et videtur ei quod sit valde bonus; et permittit Dominus cadere in alia peccata, ut sanctum eum a superbia sua. Tales sunt præsumptiosi, de quibus Rom. x, 3: *Ignorantes Dei justitiam, suam qua-*

rentes statuere, justitiae Dei non sunt subjeti. Quia igitur isti superbi erant, ideo permisi ut execarentur, ut videant, et audiant, et sanem eos. Et hæc expositio habetur ex littera Mare. iv. Sed littera Joan. xii, 40, contradicit quia ibi dicit: *Propter non poterant credere, quia Isaías dicit² : Excavavit oculos eorum, et induavit cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos.* Nou ergo sunt execinati ut crederent, sed ut non crederent.

Sed secundum Augustinum, hic est questio gravis: quia si execinati sunt ut non credant, ergo nou debet eis imputari. Solvit. Augustinus. Possumus dicere, quod hoc quod execinati sunt, ex praecedentibus peccatis meruerunt. Rom. i, 21: *Obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Et sequitur post: *Propter quod Deus tradidit eos etc.* Ideo propter peccata induavit, et aures aggravavit, non induendo, sed non impariendo propter peccata eorum. Et possumus aliter dicere, secundum Augustinum. *Incrassatum est cor populi hujus, ut non videant, et convertantur, scilicet statim, sed permanentes crucifigant Christum, et post videntes miracula convertantur.* Et dicit Augustinus, quod videtur haec sententia extorta, si non videamus ita accidisse de facto. Aliqui enim non reducuntur ad humilitatem nisi in grave peccatum cadant; sic Dominus istis fecit.

Vestri autem beati oculi qui vident, et aures vestræ que audiant etc. Supra ostendit Dominus miseriam Iudaorum, qui videntes non videbant: hic ostendit beatitudinem Apostolorum, qui videbant et audiebant. Et primo ostendit beatitudinem; secundo signum ostendit, ibi, *Amen quippe dico vobis etc.* Dicit ergo, quod videntes non vident, *sed vestri oculi sunt beati.* Sed si istud referatur ad oculos: exteriore, et aures, ita beatificantur oculi Iudaorum sicut Apostolorum. Ideo dicit Iheronymus, quod oportet intelligere duplices oculos: scilicet exteriore, qui-

¹ Al.: « apertissime. »

² Al.: « Propter non poterant credere, quia Isaías dicit etc. »

bus communiter omnes viderunt et de cœs non loquitur, vel interiores quibus Apostoli soli viderunt. Ad Eph. v, 17 : *Det vobis spiritum sapientia et revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis.* Unde similiter et sunt aures quadam exteriores, quedam interiores, de quibus supra : *Qui habet aures audienti, audiat.* Isai. l, 5 : *Dominus mihi aperuit aurem; ego autem non contradico, retrorsum non abi.* Beatitudinem tribuit in videntio : quia hæc beatitudine in via non consistit nisi in participatione beatitudinis æternæ quae consistit in visione : in visione enim Dei est gloria hominis. Hierem. ix, 23 : *Non glorietur sapiens in sapientia sua; et sequitur: sed glorietur qui gloriantur, scire et nosse me.* Deinde ponit signum. Amen quippe dico vobis etc. Dicit Augustinus : Beatus est qui habet omnia quæ vult. Unde beati quibus sunt data omnia quæ antiqui voluerunt, scilicet prophetæ, et justi. Quilibet enim justus rex est : unde habetur Prov. xx, 8 : *Rex qui sedet in solo, dissipat omne malum.* Et hoc est ideo quia cupierunt videre quæ videtis. Si ergo illi desideraverunt et non habuerunt, et vos habetis : ergo jam quædam participationem beatitudinis percipitis.

Sed quid est quod dicit, *Et non viderunt?* Nonne habetur Joan. viii, 46 : *Abraham desideravit videre diem meum: vidit, et gavisus est.* Item. Psal. vi, 1 : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum.* Et idem de passione unde cap. viii, 2 : *Vidimus eum non erat aspectus.*

Una solutio est quod aliqui viderunt, aliqui non. Sed, ut dicit Hieronymus, periculoso est hoc dicere. Vel aliter, quod viderunt, sed non ita manifeste. Ad Ephes. iii, 5 : *Quod aliis generationibus non est agnitus filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis.* Vel aliter, quod totum referatur ad visionem, et auditum presentie corporalis : quia videre in carne desiderabile fuit justis. Exemplum habetur in Simeone, Luc. ii, 10 : *Unde vestri oculi sunt beati, qui videbunt etc.*

Et nonne Judæi viderunt? Dico, quod

de ipsis dicitur quod non vident, quia solum exterior vident.

Sed contrarium habetur in Joan. xx, 29, ubi dicitur : *Beati qui non viderunt, et crediderunt.* Dicendum, quod est beatitudo rei, quæ habetur per participationem ; et beatitudo spei, quæ habetur in merendo. Unde beati qui non viderunt beatitudine spei, sive meriti ; et beati qui vident beatitudine rei, sive participationis ; unde de Abraham dicitur, Joan. viii, 36 : *Exultavit ut videret diem meum vidit, et gavisus est.*

Vos autem audite parabolam seminantis etc. Ille ponitur expositio. Et primo concludit quod ipsi erant digni ; secundo exponit. Dicit ergo : *Vos autem audite etc.*, quia scilicet estis digni vos audiare, et non solum audire, sed per me audire, Prover. I, 5 : *Audiens sapiens sapientor erit.* *Omnis qui audit verbum regni etc.* Ille exponit : et quia fecerat mentionem de duplice terra : ideo primo exponit quod dixerat de terra mala ; secundo de terra bona, ibi, *Qui vero in terram bonam seminatus est etc.* Item in terra mala posuerat tres differentias : quia quedam secus viam, quedam in petrosa, quedam in spinosa. Et hoc exponit.

Et ad hujus intellectum debetis scire, quod audire verbum Dei debet habere effectum unum, ut infigatur in corde : unde : *Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Psal. 1, 2. Alibi, Psal. cxviii, 41 : *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Item aliud effectus est ut perducatur in opus. In quibusdam enim impeditur primus ; in quibusdam secundus. De primo ponitur¹ : et sciendum quod littera habet interpositionem, et debet sic intelligi. *Omnis qui audit verbum regni, et non intelligit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde ejus.* Et hic est² qui est secus viam. Et quare non intelligit? Quia venit malus homo etc. unde : *Omnis qui audit verbum regni, id est Christi, praedicanti regnum celorum ; quia Christus solum regnum : Dei prædicavit : Moyses enim terrenum regnum prædicavit. Unde Petrus, Joan. vi, 69 : Domine, ad quem*

¹ Al. : « de primo ponitur. »

² Al. : « et hoc est »

ibimus? Verba vita æterna habes. Aliqui, sicut infideles, non audiunt. Isai. lxxv, 12 : *Locutus sum, et non audivistis etc.* Aliqui sunt qui audiunt. Beati qui audiunt verba Dei. Luc. xi, 28 : *Sed non intelligit :* *Glossu :* Quia audit non ex affectu : unde non recondit in corde. Psal. xxxv, 4 : *Noluit intelligere ut bene aget.* Et quid erit de isto? Capitur a furibus, quia detinetur mens a cogitationibus, et ita rapitur ; et hoc est quod dicit : *Venit malus, scilicet diabolus, quia malus non natura, sed perversitate, et rapit,* scilicet occulte, sedueendo, et inducendo vanam cogitationem, *quod seminatum est in corde ejus, scilicet semen :* hic est qui seminatus est¹ secus viam. Seminatus, aliquando nominat quod seminatur, aliquando agrum qui seminatur : unde eum dicit, *Quod seminatum est, intelligitur semen* ; cum vero dicitur. *Qui seminatus est, intelligitur ager.* Homo enim dicitur ager, de quo agro habetur Prover. xxiv, 27 : *Diligenter exerce agrum tuum etc.* Et quomodo seens viam? Quoniam non custoditur ; contra illud Prover. iv, 23 : *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Sic homo dicitur seminatus secus viam, qui verbum recipit², sed non custodit. Secundus effectus est producere in opus. unde Jac. i, 22 : *Estate factores verbi, et non auditores tantum.* Effectus autem iste impeditur per prospera et adversa. De eo qui impedit per adversa dicit : *Qui autem super petrosa seminatus est etc.* Primo ergo ponit principium boni ; secundo occasionem mali, ibi, *Non habent autem in se radicem* ; tertio malum, ibi, *Facta autem tribulatione etc.* Petra est malum cor, in quod non potest penetrare verbum, sicut in terra petrosa ; et ubi est parum de terra ; sic aliqui non exponunt cor suum penetrabile. Tunc enim dicitur penetrabile, quando nihil praeponit verbo, ita quod verbum habeat ut radicem principalem. Unde Ezech. xi, 19 : *Auferam a vobis cor lapideum etc.* Hic verbum audit, et continuo cum gudio suscipit illud ; ideo delectatur de justitia, et pronus fit ad

bonum. Ad Galat. iii, 5 : *Qui tribuit vobis Spiritum sanctum, operatur in vobis virtutes.* Et sic delectatur : sed non protest figi, quia radicem non habet, quia in lapide seminatur. Radix autem caritas est. Ad Ephes. iii, 17 : *In caritate radicati et fundati etc.* Sed temporalis est, et ad tempus gaudet. Eccli. vi, 10 : *Est amicus socius mensæ, et non permunabit in die necessitatis.* Haec est ergo occasio, quia non habet radicem. Et quomodo est? Quia male figuratur³. Unde dicit : *Facta tribulatione et persecutione propter verbum etc.* et quando occurruunt adversantes contra fidem, et tribulationes posteriores vel exterieores adversitates, propter doctrinam verbi, vel propter fidem, *continuo scandalizantur* ; quia a fide resilunt. Psal. cxviii, 163 : *Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum.* Ille qui perseverat, est amiens : Et dicit, *Continuo :* quia etsi caritatem habeant, ex multa tribulatione possent scandalizari. Sed quando continuo ex prava tribulatione quis scandalizatur non est radicatus in caritate. Unde I ad Cor. x, 13 : *Fidelis Deus, qui non permittit hominem tentari ultra quam possit ; sed faciet etiam cum temptatione preventum.* Et ad Heb. xii, 4 : *Nondum enim restitis usque ad sanguinem.* Et secundum Hieronymum, *Continuo*, quia distanter inter istum et illum. *Qui autem seminatus est in spinis etc.* Illic ponitur impedimentum bene fructificandi, quod aliquando fit ex prosperitatibus, et aliquando ex adversitatibus ; unde dicit : *Qui autem in spinis seminatus est, hic est qui audit verbum Dei.* Istæ spinae sunt sollicitudines hujus sæculi : sicut enim spinae pungunt, et non sinunt hominem quiescere, sic nec istæ sollicitudines. Ideo nolite seri super spinas. *Sollicitudo hujus sæculi, et fallacia divitiarum suffocat verbum.* *Sollicitum*, quo ad futura, fallacia divitiarum, quo ad presentia ; unde cum abundant divitiae, fallaces sunt. I ad Tim. vi, 17 : *Divitibus hujus sæculi præcipue non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum.* Item cum de-

¹ Al. : « Hoc est quod seminatum est. »

² Al. : « eorum recipit. »

³ Al. : « male finiunt. »

siderantur, fallunt quantum ad satietatem, quia non saliant. Item solicitant. Ideo Dominus Apostolis suis prohibet : *Nolite solicii esse quid manducetis, aut quid bibatis* : supra vi, 31 : *Suffocat verbum*. Superius dixit, *Aruit, hic, Suffocat*. Scitis enim quod candelæ potest extingui vel propter defectum humoris, et tunc arescit; aliquando propter superfluitatem, et tunc suffocatur; sic et vita naturalis¹, que fundatur in calido et humido, potest deficere propter abundantiam humoris, vel propter defectum. Similiter tribulationes aliquando subtrahunt humores consolationis præsentis; et tunc redditur instabile, et arescit; aliquando acrescunt, et tunc suffocatur, ideo semen est sine fructu: unde dicit: *Et sine fructu efficitur*. Ad Rom. vi, 21: *Quem ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc crubescitis?* Et sequitur: *Servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum² in sanctificationem*. Ad Eph. v, 9: *Fructus enim lucis in omni bonitate, et justitia, et veritate. Qui vero in terram bonum seminatus est etc.* Exposita triplici differentia ad malum, subiungit ad bona, quam distinguit per tres effectus: quia primo *audit*, item *plus et intelligit*, item *fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum*. Exponatur sicut supra.

Sciendum tamen, quod Augustinus lib. II, cap. xxxii, *de Civit. Dei*, ponit expositionem quorundam qui volebant sic interpretari, quia in die cum Dominus veniet ad judicium, multi sancti orabunt pro multis; et secundum quod erunt meliores, plures eis dabuntur. Unde quibusdam dabuntur triginta, quibusdam sexaginta, quibusdam centum. Sed hoc est contra fidem; quia peccata mortalia non dimittentur, quia sine caritate non possunt dimitti; unde mortalia contraria sunt caritati, venialia non: ideo etc.

2. Supra posuit parabolam in qua ostendebatur impedimentum evangelicæ doctrinae ab extrinseco: hic ponitur alia parola, in qua ponitur impedimentum

de audienda doctrina, quod est ab intrinseco: quia in hac ad nos trahunt ea de quibus ingenia solent solicitari. Primo ergo docet de origine boni, et mali: secundo de processu, tertio de fine. Secundum ibi, *Cum autem crevissent etc.* Tertium ibi: *Et in tempore messis dicam messoribus etc.* Circa primum notantur duo. Primo de origine boni; secundo mali ibi: *Cum autem dormirent homines etc.* Dicit ergo: *aliam parabolam proposuit illis.* Et quibus eis? Dico non Apostolis tantum, sed etiam turbis. Unde cum primam in nave exposuisset Apostolis, convertit se ad turbas. *Aliam*, non alteram: quis non solum proposuit duas parabolæ, sed plures. Alterum vero unum de duobus dicitur. Plures autem posuit, ut pluribus dispositionibus subveniret. Quidam enim afficiuntur in uno, quidam in alio. *Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo.* In regno continetur rex, et hi qui reguntur. Et isti sunt homines celestes, qui facti sunt aequales Angelis. Psal. xc, 4: *Angelis suis mandavit dat, ut custodiunt te in omnibus eius suis.* *Homini qui seminavit bonum semen.* Tres parabolæ ponuntur consequenter de semine. Prima de semine seminato; secunda de semine inspirato: tertia de semine multiplicato. Secundum intentionem litteræ, aliter quam supra accipitur semen. Seminatur enim semen quod seminatur in homine, et hoc est verbum Dei, sicut habetur Luc. xxii. Hic autem accipitur ipse homo, in quo seminatur. Et hoc patet, quia infra dicit quod semen istud sunt filii regni: unde non est alia facienda expositio ab ea quam Dominus fecit³. Et dicitur semen, quia sicut semen est principium propagationis, sic homines boni fundamentum totius fidei: unde ex Apostolis tota Ecclesia pullulavit. Unde Isa. i, 9: *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus.* Et istud fuit bonum semen, de quo Isa. vi, 13: *Semen sanctum erit id quod steret in ea.* Istud seminavit Christus; et alii? *In agro suo*, id est in mundo: mundus

¹ Al.: « de vita naturali. »

² Al.: « in sanctificatione. »

³ Al.: « expositio quam Dominus fecit. »

enim dicitur ager, in quo sunt boni, ac mali, quem Dominus per creationem edidit : unde Joan. i, 10 : *Mundus per ipsum factus est. Et in Psal. xix, 11 : Puerus agri mecum est. Cum autem dormirent homines etc.* Habito de origine boni, hic agit de origine mali : et primo ponitur occasio malitia illata ; secundo ordo. Et primo ponitur occasio duplex. Unde est ex parte custodum ; secunda ex parte semirantis. Ex parte custodum dicit : *Cum autem dormirent homines etc.*, id est, prepositi humani generis, qui positi sunt ad custodiendum, dormirent, scilicet per dormitionem mortis. Sancti scilicet Apostoli qui neverunt quod haereticci in Ecclesia misererunt se tritico : unde Paulus Act. xx, 29 : *Scio quod post deersum meum intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Deinde ponitur alia occasio ; unde dicit, *Venit inimicus etc.*, id est diabolus. Psal. lxxiiii, 23 : *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper : eorum qui te oderunt, id est daemonum.* Hac autem inimicitia est secundum perversitatem voluntatis.

Sed est quæstio. Est ne hoc verum quod aliqua res odiat Deum? Diceendum, quod amor non est nisi rei cognitæ. Dupliciter autem potest cognosci Deus; in se, vel in suis effectibus. In se impossibile est quin ametur. Quicquid enim amat, amat sub specie boui. Cum ergo sit prima bonitas, odiri non potest. Sed in effectibus suis non est impossibile. Daemones enim inquantum sunt, cum amant a quo sunt. Sed aliqui effectus dispiacent eis, quod scilicet contra voluntatem suam puniantur, quod non ad voluntatem suam puniant homines, et similia.

Sequitur de ordine : *Et superseminavit zizania.* Singula verba habent magnam significationem. Videamus ergo quid est quod seminatur, et qualis est ordo. Quod seminatur est zizania, quae similis est tritico, et lolium vocatur. Quid significatur per zizaniam? Filii nequam, et omnes qui iniuriam diligunt, specialiter haereticci. Tria sunt genera malorum; pravi catholici, schismatici et haereticci. Mali

catholici per paleas significantur, de quibus supra in, 12 : *Paleas comburet ignis*²; schismatici per aristas; haereticci per zizaniam. Seminatur ergo in agro, id est in hoc mundo. Item zizania habet similitudinem cum tritico : sic isti pretendunt speciem boni, ut habetur 1 Tim. i, 7 : *Volentes esse legis doctores, et non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Et nota, quod dicitur supra, *Seminavit*, et hic non : quia prius fuerunt catholici quam haereticci. Diabolus enim videns Ecclesiam dilatari, invidit, et seminavit corruptivum, et movit corda haereticorum, ut magis noceret : unde *ex nobis erant secundum quod habetur in I Canonica Joan. ii, 19, sed ex nobis non erant : quia si ex nobis fuissent, permanessent utique nobiscum.* Item dicit, *In medio tritici.* Non erat diabolus quod aliqui sint haereticci inter gentiles, quia omnes possidet ; sed in medio tritici, et fidelis populi. Et hoc est quod dicitur Job iv, 18 : *Et in Angelis suis reperit pravitatem.* Et Augustinus dicit, quod nulla societas est ita bona quin aliquis sit pravus : unde in societate Apostolorum unus fuit malus, scilicet Judas. Item dicit, *Et abiit : ubi signatur malitia daemonis. Abiit*; id est, occultum se reddidit. Quando enim instigat, non semper cooperatur. Si enim ad votum omnia succederent, de facili posset discerni ; ideo aliquando malitia sua cedit. Psal. ix, 9 : *Insidiatur in abscondito quasi leo in spe hœna sua.*

Consequenter agitur de processu boni et mali. *Cum autem crevisset herba.* Et ut intelligatis, tria considerantur. Primo ponitur manifestatio bonorum a malis ; secundo zelus bonorum contra malos ; tertio tolerantia. Dicit ergo : *Cum crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania etc.*: a principio enim quando seminatur, non appareat, sed cum crescat herba. Et hoc potest ad utrumque referri : et ad triticum, et ad zizaniam. Augustinus exponit de tritico : quia cum homo parvus est, non potest discernere ; sed quando crescit, et facit fructum, et

¹ Al. : « plenitudo. »

² Al. : « Paleas comburit ignis. »

sit spiritualis, tunc cognoscit. I ad Corinth. ii, 13 : *Spirituus discernit omnia.* Chrysostomus exponit de zizania : quia primo non appetit, quia heretici primo abscondunt scientiam, quia primo aliqua bona dicunt, et prædicant laicis, et post inferunt aliqua mala de clericis; quae libenter audiuntur : et sic avertunt populum a dilectione clericorum, et sic per consequens Ecclesiæ. Sed post cum suscipiunt doctrinam, manifestant malitiam. Primo enim nou dicunt nisi levia, sed post se manifestant, et doctrinam suam, qua intelligitur per vinum : de quo vino dicitur Prover. xxiii, 31 : *Ingriditur blande; retro autem mordebit ut coluber.* Accedentes autem servi patris familias etc. Ille ponitur de zelo honorum contra malos. Et primo inquirunt de origine mali ; secundo moventur zelo ad extirpationem malorum, ibi, *Servi autem dixerunt etc.* Dicit, *Accedentes autem etc.* Primo vindendum qui sint isti servi. Infra dicit de messoribus : sed isti non servi, sed Angeli. Isti sunt homines boni. Et hoc non est inconveniens, cum Dominus dicitur et ostium et ostiarius. Accedentes autem servi, per fidem : Psalm. xxxiii, 6 : *Accedite ad eum, et illuminamini: dixerunt: Domine, nonne bonum semini seminasti in agro tuo?* Nonne Apostoli bonam doctrinam seminaverunt? Ita utique. *Vidit Dominus cuncta que fecerat, et erant valde bona:* Gen. i, 31 : *Unde ergo habet zizania?* Questio similis habetur Hierem. ii, 21 : *Ego plantavi vineam electam: quomodo conversa es mihi in pravum, vinea aliqua?* Respondet Dominus, et ait illis : *Inimicus homo hoc fecit.* Et notate quod hoc non ex prima origine, sed de hoc quod in hominibus est a diabolo. Sapient. ii, 24 : *Irridia diaboli intravit mors in orbem terrarum.* Homo dicitur diabolus per defectum a deitate. Psalm. ix, 20 : *Exurge Domine, non confortetur homo.* Ille homo dicitur inimicus propter consummatam malitiam. Genes. iii, 15 : *Inimicitas ponam inter te et ipsum. Servi autem dixerunt.* Ille dicitur quod servi moventur zelo ad extirpationem malorum. *Vis inus, et*

colligimus ea? Dicuntur hic de ipsis duo laudabilia, quia moventur ad destruendum malum. I ad Corinth. v, 13 : *Auster te malum ex vobis ipsis.* Item aliud laudabile, quia hoc facere nolunt proprio motu, sed jussu domini. Unde Tob. iv, 20 : *Omnis tempore benedic Deum, et omnia consilia tua in ipso permaneant. Et ait illis.* Nota, hoc est tertium, scilicet de sustinentia malorum : de hoc Eccl. viii, 11 : *Etrum quia cito non profertur contra malos sententia, filii hominum absque timore perpetrant mala.* Et primo ostendit propositionem: secundo rationem assignat; tertio ponit terminum sustinentiae, quia semper non sustinebit, bicit ergo, *Non;* idest, non volo quod colligatis adhuc. II Pet. ult., 9 : *Non tardat Dominus promissionem suam, sed patienter expectat Ne forte.* Ille ponit rationem.

Et prima fronte notare debetis, quod bonus est magnum, et victoriosum supra malum : quia bonus potest esse sine malo, malum autem non sine bono : ideo sustinet Dominus multa mala, ut veniant, vel etiam ne pereat multa bona ; ideo dicit : *Ne forte colligentes zizania, idest malos, vel hereticos etc., eradicetis simul et triticum.*

Quatnror de causis contingit quare mali non debeant eradicari propter bonos. Una causa est, quia per malos excitantur boni : I Corinth. xi, 19 : *Oportet haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Prover. xi, 29 : *Qui stultus est serviet sapienti.* Si non fuissent haeretici, non claruisset scientia sanctorum, Augustini, et aliorum. Unde qui vellet malos eradicare, eradicaret et multa bona. Item contingit quod qui modo malus est, postea bonus fit, ut Paulus. Unde si oecus fuisset Paulus, carceremus doctrina tanti magistri ; quod absit. Ideo si vis eradicare, eradicabis simul et triticum, scilicet cum qui erit triticum. Psalm. lxvi, 23 : *Dirit Dominus: Ex Basan concerteram in profundum maris.* Tertia ratio, quia aliqui videunt mali, et non sunt ; ideo si velles evellere malos, statim multos bonos extirpare. Et hoc aparet, quia noluit Deus quod colligeren-

¹ Al. : « non prevaleat. »

tur, donec ad perfectam maturitatem pervenirent. Unde I ad Corinth. iv, 5 : *Nolite ante tempus judicur. Quarta ratio est, quia aliquis quandoque est magna potestatis; ideo si excludatur, trahit multis secum, et sic cum illo malo multi pereunt. Ideo congregatio non excommunicatur, nec princeps populi, ne cum uno multi cadant. De tali intelligitur quod dicitur in Apoc. xii, 4 : quod draco traxit tertiam partem stellarum secum etc. Et Genes. xviii, 25 : Absit a te ut hanc rem facias, et occidas justum cum impio. Sed numquid semper parceret eis? Non, sed usque ad tempus: unde dicit : Sinite utraque crescere usque ad messem etc. Similis sententia habetur Apocalyp. vlt., 3 : Qui nocet, noccat adhuc; et qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

Sinite utraque crescere usque ad messem. Contra istam sententiam objeicitur, quia dicitur Isa. i, 16 : *Aufeate malum cogitationum vestrarum etc.* I Corinth. v, 7 : *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi etc.* Quid ergo dicit, *Sinite etc?*

Chrysostomus dicit, quod loquitur de occidente. Unde haeretici non sunt occidiendi, quia inde multa mala sequentur. Augustinus in epistola quadam dicit, quod fuit sibi visum aliquando quod non deberent occidi, sed post experimento didicit quod multi convertuntur per violentiam. Dominus enim quosdam violenter trahit, sicut traxit Paulum. Unde iste coacte conversus plus profecit quam omnes alii qui voluntarie crediderunt. Et haec opinionem vel questionem tractavit Augustinus¹. Unde, secundum sententiam Chrysostomi, si non possit sine periculo, non debet fieri, sed ubi majus periculum timetur. Et hoc patet inducendo in omnibus, quia etsi mali sunt, prosumt ad exercitationem. Quia tamen majus timendum est ne evangelica doctrina per eos in aliis pereat, ideo etc. Item aliqui qui modo sunt mali, sunt

post boni. Verum est quod statim non debent occidi, sed sicut habetur ad Tit. iii, 10 : *Hæreticum post primam et secundam monitionem devita.* Ad aliud quod tertio opponitur, quia scilicet multi videntur mali qui sunt boni; verum est, si fieret indiscretæ, sicut habetur I ad Tim. iv. Item quod dictum est, quod princeps populi excommunicari non debet : si videas quod magis sit scandulum si excommunicetur quam in eo quod delinquit, non debet excommunicari : sed si aliquid egisset quod esset ad periculum fidei, sine dubio excommunicari debet, quodcumque inde accidat damnum.

Et in tempore messis dicam messoribus etc. Supra Dominius exposuit parabolice originem boni et mali, et processum utriusque ; hic agitur similitudine utriusque. Et primo ponitur tempus finis; secundo ponuntur ministri; tertio modus et ordo : quorum unumquodque ordinatur ad finem. Tempus tangitur, cum dicitur : *In tempore messis etc.* Tempus messis est tempus collectionis fructus qui expectatur ex seminibus. Duplex est autem collectio : una in Ecclesia praesenti, alia in caelesti : et ideo duplex est messis. Quaedam congregationis fructum in praesenti. De hac Joan. iv, 35 : *Levate oculos vestros, et videte regiones quoniam aliae sunt iam ad messem.* Item tempus messis in triumphanti Ecclesia : unde infra codem dicitur quod messis est consummatio saeculi : ergo usque ad illud tempus differtur. Qui sunt ministri? Messores. Unde, *Dicam messoribus.* Messores primæ messis fuerunt Apostoli : ipsi enim collegerunt, et converterunt totum mundum; de quibus Joan. iv, 38 : *Misi vos mettere quod non seminastis.* In secunda messe messores erunt² Angeli. . Apocalyp. xiv, 13 : *dictum est cuidam Angelo : Mitte falcem tuam, et mete : quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terra etc.* Quæ enim mediaute Deo fiunt, credendum quod fiant minis-

¹ Epist. xciu, al. xcvi, ad Vincentium ubi numerus sic ait : « Putas neminem debere cogi ad justificationem etc., et Paulum ad cognoscendam et tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse

compulsum etc., et putas nullam vim adhibendam esse homini ut ab erroris perniciose liberetur, cum Christum audias dicentem : Nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit. »

² Al. : « erant. »

terio Angelorum. Unde dicitur de Angelis, Ps. cii, 21 : *Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.* Sed videamus ordinem, et quo modo assequantur finem, et quem finem. Et primo de malis; secundo de bonis. De malis sciendum, quod primo colliguntur; secundo alligantur; tertio comburuntur. In primo est separatio malorum a bonis. Quamdiu durat tempus istud, mali cum bonis sunt, zizania cum tritico *lilium inter spinas*, ut habetur in Cant. ii, 2. Infra xxv, 2 : *Cum venerit Filius hominis, separabit bonos a malis, hædos ab agnis.* Unde dicit : *Colligit primum zizania etc.* Modo quasi indiscretè accidunt bona et mala bonis et malis. Et hoc est quod dicitur Eccl. ix, quod hoc pessimum est inter omnia quæ sub celo sunt, quia eadem cunctis eveniunt. Sed tunc bona reddentur¹ bonis, et mala malis. Ne ergo involvantur, oportet quod separantur, et alligantur : unde, *Et alligate ea.* In alligatione perpetuitas poenæ signatur. Psal. cxlix, 8 : *Ad alligandos reges corum in compedibus etc.* Infra xxii, 13 : *Ligatis manibus et pedibus projectile eum in tenebras exteriores* : quod signat impunitiam, et irrevocationem æternæ damnationis. *In fasciculos.* Omnes erunt separati a visione Dei; pena danni erit æqualis omnibus; ideo ponentur in fasciculos, sicut habetur Levit xiii, ubi docetur discernere inter sanguinem et sanguinem, inter lepram et lepram. Et Isa. xxvii, 8 : *In mensura contra mensuram.* Et ad quid? *Ad comburendum;* idest, igni æterno tradentur. De isto dicitur Luc. xxvi, 24 : *Quia crucior in hac flamma.*

Deinde cum dicitur : *Triticum autem congregate in horreum meum,* ponitur finis bonorum : et o contrario tria ponuntur, scilicet puritas, et unitas, et tranquillitas. Puritas, cum dicitur, *Triticum.* Sed notate, quod zizania fuit colligata, ideo non fuit exessa, triticum vero fuit excussum. Et hoc significat quod mali cum suis inquinamentis in infernum mittentur, sed boni ponitus erunt purgati. Isa xlvi, 8 : *Via sancta vocabitur, non*

transibit per illam pollutus. Item est inter eos unitas. Unde *congregate.* Inter malos semper sunt jurgia : ideo non habent unitatem ; sed boni congregantur. Psal. xlii, 3 : *Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia etc.* Et infra xxiv, 28 : *Ubi corpus, ibi congregabuntur et aquile.* Item erit inter eos tranquillitas : unde dicit, *In horreum meum.* Horreum fit ad conservationem messis : sic illa patria erit horreum sanctorum, ubi erunt cum lande et letitia sempiterna, ut habetur Isa. xxxv, 10.

3. Per duas ostendit impedimentum evangelicæ doctrinæ. Sed quia posset aliquis dicere : Si ita est quod ita impeditur, quod quedam secus viam, quedam super petram etc. videtur² quod non possit³ proficere ; ideo subdit de profectu parabolice, quod scilicet profecerit propter duo. Primo propter parvitatem⁴ apparentem ; secundo propter occultationem. Ideo duas parabolas ponit. Secunda ibi, *Aliam parabolam locutus est eis.* Tertio confirmat modum per auctoritatem prophetæ, ibi, *Huc omnia locutus est Jesus in parabolis.* Cirea primum primo agit de seminatione ; secundo de parvitate⁵ seminis ; tertio de magnitudine fructus. Secundum ibi, *Quod minimum quidem est omnibus semiñibus.* Tertium ibi, *Quod cum crescerit, magis est omnibus olveribus.* Dicit ergo : *Simile est regnum ecclorū grano simapis etc.* In regno est rex, princeps, subditi, et etiam incarelati ; item divitiae etc. Ideo ad hæc omnia possumus assimilare regnum. Quod ergo dicit quod *simile est regnum colorum grano simapis,* potest exponi, sicut dicit Hieronymus, quod per granum simapis doctrina evangelica intelligitur. Et quare? Quia granum istud fervidum est : item venena repellit. Et hoc significatur, quia doctrina evangelica per fidem facit fervescere. Infra xvii, 19 : *Si habueritis fidem sicut granum simapis, dicitis monti huic. Transi hinc, et transibit;* et nihil impossibile erit vobis. Item excludit errores : unde utilis est ad arguendum, ut

¹ Al. : « redditur. »

² Al. : « et ita videtur. »

³ Al. : « posset. »

⁴ Al. : « parvitatem. »

⁵ Al. : « pravitate. »

habetur II ad Timoth. iii, *Quod accipiens homo seminavit*. Homo iste est Christus, qui seminavit istud semen : vel quilibet¹ homo qui doctrinam evangelicam seminat. In agro suo, idest in corde suo, quando ei præbet assensum. Christus seminavit, quia fidem dedit in qua salvi sumus. Ephes. ii, 8 *Gratia enim salvati estis per fidem, et non ex vobis, Dei enim donum est*. Item quilibet qui obedit, seminat in agro, idest in corde. Prov. xxiv, 27 : *Diligenter exerce agrum tuum*. In isto agro sunt diversa semina, quae sunt diversa dogmata. Dogmata Hieronymi et Augustini magna videntur, et confirmantur magnis argumentis. Similiter doctrina legis. Sed doctrina legis evangelicæ modica apparet, quia prædicabat Deum passum, crucifixum, et huiusmodi. Et quis posset hoc credere? Iad Cor. i, 18 : *Verbum crucis persecutibus quidem stupiditia est; his autem qui salvi sunt, idest nobis, virtus Dei est*. Et ideo dicit : *Quod minimum quidem est omnibus seminibus* : unde primo minima apparet. Sequitur magnitudo. Et primo ponitur magnitudo ; secundo confirmatur, ibi, *Cum autem creverit, idest pullulaverit, majus est omnibus oleribus* : quia doctrina evangelica magis fructificavit quam doctrina legis, quia doctrina legis non fructificavit nisi inter Iudeos. Unde dicebatur Psal. cxlvii, 20 : *Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis*. Non enim fuit aliquis philosophus qui aliquam patriam potuerit totam convertere ad suam doctrinam. Si enim aliquis philosophus, sicut Plato, dixisset quod talis et talis veniet, non crederetur ei. Psalm. cxviii, 85 : *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua*. Major est ergo in soliditate, in generalitate, et in utilitate. In soliditate, *Et fit arbor* : quia aliae doctrinæ sunt olera mollia nihil firmum, habentia, quia rationi humanae subjecta. Sap. ix, 14 : *Cogitationes enim mortalium timidae, et incertæ proridentia nostræ*. Sed haec est arbor firma. Psalm. viii, 89. *In eternum, Domine, permanet verbum tuum*. Lue. xxi,

33 : *Calum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*. Ideo sicut haec arbor se habet ad alias arbores, ita haec doctrina ad alias. *Ita ut volucres roti eruant, et habitent in ramis ejus*. Item praest in generalitate doctrinæ² : quia haec scientia multos ramos habet, et exhibet homini quae sunt necessaria ad vitam. Unde si sunt conjugati, habent per istam qualiter se regere debent ; sic clerici quoniam vivant, et sic de aliis : ideo diversa dogmata sunt diversi rami. Item praest utilitate : quia volucres habitant in ramis ejus, idest omnes qui habent animum in cœlis. Ad Philip. iii, 20 : *Nostra conversatio est in cœlis*. Isti veniunt, et meditantur, et quiescent. Qui enim habitant in terra, non sunt volucres. Il ad Corin. iv, 18 : *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur : quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur aeterna sunt*. Chrysostomus exponit de Apostolis, quos comparavit grano sinapis, quia erant spiritu³ ferventes : et istud seminavit homo, idest Christus, *in agro*, idest in Ecclesia, ex quo tota fructificatione accedit Ecclesia : et fuerunt modici, et abjecti : nulla enim scientia divulgata est per tam dejectos homines. Unde Apostolus I Corinth. i, 27 : *Non multi sapientes, sive potentes, non multi nobiles ; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes etc. Sed cum creverit, majus est effectum omnibus* : quia Apostoli maiorem fecerunt fructum. Alexander convertit unam partem mundi ad se, Roma similiter ; sed numquam tantum sicut isti, qui tantum fecerunt, *ut volucres cœli*, idest boni, requiescant in ramis, idest in doctrinis eorum. Zach. viii, 23 : *Apprehendent simbrium⁴ viri Judæi diligentes : Ibimus vobiscum : audivimus enim quoniam Deus vobiscum est*. Hilarius exponit de Christo, qui fuit granum sinapis propter servorem, quia plenus Spiritu sancto, quod seminavit postea in morte, *in agro*, idest in populo, quod minimum fuit propter contemptum infidelium. Isa. lxi, 2 : *Vidimus eum, et non erat ei*

¹ Al. : « vel hoc quilibet. »

² Al. : « quoniam enim. »

³ Al. : « doctrinas. »

⁴ Al. : « vobis. »

⁵ Al. : « spiritui. »

⁶ Al. : « zonam, et simbriam. »

*aspectus; et desideravimus eum: despectum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem. Et manus est omnibus oleribus, idest omnibus perfectis I Job. lviii, 17: Non adsequatur ei aurum. Et comparantur perfecti oleribus, quia olus datur infirmis. Qui infirmus est, olera manducet. Sed doctrina Christi perfectis datur; et sic sit arbor. Et hoc significatur per arborem, de qua habetur Dau. iv. *Aliam parabolam locutus est eis.* Hie ponitur parabola de prefecto, et ostenditur mirabilis, quia de semine occulto: unde dicit: *Simile est regnum cœlorum fermento, quod accep- tum mulier abscondit in farinæ satis tri- bus, donec fermentatum est totum.**

Notate, quod non est inconveniens, idem aliquando in bonum, aliquando in malum interpretari; sicut petra aliquando interpretatur Christus, aliquando contrarium, ut duritia. Ezech. xxxvi, 26: *Au-feram a vobis cor lupideum de egræ vestra.* Ita fermentum aliquando interpre- tatur in malum, in quauctum habet cor- auptionem. I ad Corinth. v, 7: *Expu- gate vetus fermentum etc.* Item ibid: *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azimis sinceri- tatis et veritatis.* Sed secundum quod habet fervorem et virtutem dilatandi, sic sonat in bonum.

Quid ergo significatur per illud? Si- gnificantur quatuor. Chrysostomus dicit, quod istud fermentum sunt Apostoli. *Mulier, divina sapientia, abscondit eos, in farinæ satis tribus;* idest, in tribulationibus oppressit. Sed primo accepit: unde Joan. xv, 19: *Ego vos elegi de mundo ut eatis.* Quos misit inter fidèles, posuit in farinæ satis tribus. Satum est mensura, et valet modium¹ et dimidium; idest, in tribus mensuris farine. Et quare in tribus? Ponitur finitum pro infinito, quia inter multas gentes. Vel propter tres par- tes mundi, quia ad omnes missi. Vel propter gentes, quae a tribus filiis Noe ortae sunt. *Donec fermentatum est totum;* idest, donec omnes convertentur ad Deum. Psalm. xviii, 5: *In omnem terram erivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba*

corum. Vel aliter, secundum Augusti- num, per fermentum fervor caritatis si- gnificatur: quia sicut fermentum dilatait, sic caritas. Psal. cxviii, 32: *Viam man- datorum tuorum cuecuri, cum dilatasti cor meum.* *Mulier, ratio, vel anima, abscondit in tribus,* idest in toto corde, in tota anima, in totis viribus. Vel per tria sata, tres status, scilicet prelatorum, con- templativorum, et activorum, qui per Noe, Job et Daniel intelliguntur. Vel pos- sunt referri ad fructum centesimum, se- xagesimum,² et tricesimum. Hieronymus exponit de doctrina evangelica, quam mulier, id est sapientia, *abscondit in tribus satis,* quæ sunt spiritus et anima, vel irascibilis et concupisibilis, et ratio- nalis. Vel aliter per mulierem intelligitur fides: per tria sata, tres personæ in divi- nis. Hilarius exponit de Christo, qui est fermentum quod per providentiam patris in mundo absconsum est in lege triplici, lege naturæ, lege mosaica et lege evan- gelica.

Ecce omnia locutus est Jesus in para- bolis etc. Positis diversis parabolis ad tur- bas, hic confirmat, vel approbat per au- toritatem prophetæ. Et dividitur in tres: quia primo ponitur consuetudo Christi circa parabolicam lectionem; secundo adlibetur auctoritas; tertio ponitur pre- cedentium expositi. Secunda ibi, *Ct adimpleretur quod dictum est per Propheta- tant;* tertia ibi, *Tunc dimissis turbis, venit in domum.* Dicit ergo: *Hec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas.* Quare ergo turbis loqueretur in parabolis, ratio est duplex: quia in turba permixti erant aliqui fidèles, et aliqui infideles: item aliqui benigni, ut aliqui maligni. Prop- ter malignos et infideles loquebatur sicut non intellegent, ut supra dictum est, ut videntes non videant. Propter fidèles, ut melius capiant, melius retineant. Et hoc habetur Marc. iv. Paulus I ad Corin- thi, vi, 1: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnali- bus.*

Et sine parabolis non loquebatur eis. Hoc videtur falsum: quia in sermone Domini in monte, et in multis aliis, non

¹ Al. : « modicum. »

² Al. : « quadragesimum. »

loquebatur in parabolis. Chrysostomus sic solvit : quod verum est de ista tota locutione, quia istam totam praedicatiouem ad turbas parabolice locutus est. Augustinus sic, quod ideo non sine parabolis, quia aliquam locutionem non est locutus ad turbas quin permisernerit aliquam parabolam. Unde in sermone Domini in monte permiscerit, ubi dixit cap. vi, 3 : *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Et dicit, quod si aliquando inveniatur sine parabola, dicendum quod Evangelista non secundum ordinem narraverunt : unde et si non sit scripta, parabola intelligi debet, propter hoc¹ quod ibi dicit quod *sine parabolis non loquebatur eis*, et nisi commiseret parabolas.

Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem Psal. lxxvii, 2 : Aperiām in parabolis os meum. Dupliciter locutus est Dominus humano generi. Primo in prophetis ; secundo in seipso. Isa. lii, 6 : *Ecce ego qui loquebar, ecce adsum.* Utrobius parabolice locutus est, in prophetis multipliciter, et per seipsum similiter.² Quod enim factum est in prophetis, signum fuit ejus quod faciendum erat³ per Christum : unde dicit :⁴ *Ego Dominus, qui aperni os prophetarum in parabolis, aperiam in meipso.* *Eructabo abscondita a constitutione mundi.* In aperitione oris manifestatio secretorum, ut supra. Eructatio ex intimis est : tunc eructat quando de profundo sapientiae emittit. Psal. xlii, 2 : *Eructavit cor meum verbum bonum.* Sapientia Domini abscondita est. Job xxvii, 21 : *Abscondita est ab oculis omnium viventium.* Joan. i, 18 : *Deum nemo vidit unquam : unigenitus⁵ Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Eructavit abscondita, et quae fuerunt occulta a mundi constitutione. Ad Ephes. iii, 3 : *Quod alius generationibus non est agnitus filius hominum, sicuti nunc revelationum est sanctis Apostolis ejus, et prophetis in spiritu.* Vel alter. Eructabo ea quae sunt a constitutione mundi, que sunt abscondita. Et quare ? Quia ipse est

¹ Al. : « parabola intelligi debet, quod propter hoc etc. »

² Al. : « et per seipsum similiter hic. »

³ Al. : « signum est quod faciendum erat. »

a constitutione mundi, et ipse nobis reuelavit seipsum per ea quae fecit. Rom. i, 20 : *Invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

Tunc dimissis turbis, venit in domum. Ille exponitur una de praemissis parabolis : et primo describitur locus ; secundo discipulorum interrogatio ; tertio expositio. Dicit ergo : *Tunc dimissis turbis, venit in domum.* In quo datur nobis exemplum, quod si velimus secreta investigare, debemus in secretum intrare. Sapient. viii, 16 : *Intrans in domum meam, conquiscam cum illa.* Eccli. xxxii, 15 : *Præcurre in domum tuam, et illic avocare,⁶ ei illic lude, et age conceptiones tuas, et non in delictis et verbo superbo etc.* Et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : *Edissere nobis parabolam zizaniorum agri etc.*, quia de ista magis dubitabant. Aliquando præ reverentia accedere non audebant, ut habetur Joan. iv, 27, quod nemo dixit ei, quare cum muliere loqueretur etc. Sed hic speciem audaciam accepert, quia audierant : *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlestis.* Sic si aliquid mysticum velimus acquirere, debemus ad cum accedere. Psal. xxiii, 6 : *Accedite ad eum, et illuminamini. Qui respondens ait.* Ille ponitur expositio parabolæ zizaniae : et primo quo ad primam seminationem ; secundo quo ad superseminationem ; tertio quo ad utrumque. Et primo exponit quid sit seminator, quid ager, quid semen. *Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.* Nominat se Filium hominis tum propter humilitatem, tum ut repellat hereticos futuros : quidam enim Deum esse negaverint, quidam vero hominem. Unde dicit se Filium hominis, quod ad hominem pertinet ; et seminare spirituale, ad Deum pertinet. Psal. iv, 7 : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Ager est mundus, quem ipse creavit :* unde supra dixit, *In agro suo.* Joan. i, 2 : *In propria venit etc.* Item ibidem : *Mundus per ipsum factus est. Bonum vero semen hi sunt filii regum, ex quo alii propagati sunt qui fuerunt boni filii. Quod si filii, et heredes :*

⁴ Al. : « dicitur. »

⁵ Al. : « Dominum nemo vidit unquam nisi Unigenitus etc. »

⁶ Al. : « ad vocare. »

Ad Rom. viii, 17. Deinde exponit quod ad superseminationem pertinet, et dicit quid sit semen : *Zizania autem filii sunt nequam.* Isa. i, 4 : *Vx populo gravi iniquitate, semini nequam, filius sceleratis.* Deinde quis seminator, dicens : *Inimicus autem qui seminavit ea est diabolus, qui induxit peccatum.* Sap. ii, 24 : *Invidia diaboli intravit mors in orbem terrarum.* Consequenter agitur de distinctione : et tria facit. Primo ponitur tempus ; secundo ministri ; tertio distinctio. Tempus ponit : *Messis vero consummatio saeculi est.* Sicut est dictum, collectio prima facta est per Apostolos, de qua Joan. iv, 35 : *Levate oculos vestros, et videte regiones, quia aliae sunt iam ad messem.* Alia vero in qua erit fructus collectio, de qua ad Gal. ult., 8 : *Quae seminaverit homo, haec et metet.* Mores vero Angeli sunt. Sicut enim in praesenti Ecclesia ministri boni sunt homines, sic tunc erunt Angeli. Consequenter ponit finem utriusque, ibi, *Sicut ergo colliguntur zizania etc.* : et primo quo ad malos ; secundo quo ad bonos ; tertio excitat ad spiritualem sensum. Dicit ergo : *Sicut zizania colliguntur, et igni comburuntur, sic erit in consummatione saeculi.* Mittet Filius hominis Angelos suos haec verba ostendunt eum esse hominem et Deum et colligent de regno ejus omnia scandala. Retorquet ad peccata quae sunt in proximum. Quod autem sequitur, *Et eos qui faciunt iniquitatem, referunt ad alia peccata.* Quod autem dicitur, *Regnum,* intelligitur praesens Ecclesia, quia in triumphanti non sunt scandala ; et homo sciens per tribulationem praecedentem finale judicium. Augustinus dicit, quod non legimus quod mali sunt ad remunerandum bonos : sed boni inveniuntur aliquando punire malos. Quod ergo dicit, *Omnia,* intelligendum est in praesenti Ecclesia, immittendo tribulationes, per quas etiam boni et mali puniuntur. Chrysostomus exponit per regnum celestem patram. Et quod dicitur, *Omnia scandala, non intelligitur quod ibi sint, sed quod non sint :* unde colligent et separabunt malos a bonis, ne sint cum eis, *et mittent eos in caninum ignis.* Poena danni est carentia

divinae visionis : sed tangitur pena sensus cum dicitur : *Et mittet eos in caninum ignis.* Apoc. penul. 27 : *Non intrabit in eam aliquid coquinatum. Et mittet eos, idest, Filius hominis potestate judicatoria.* In caninum ignis. Unde dicitur infra xxv, 41 : *Ite maledicti in ignem aeternum.* Ibi erit fletus et stridor dentium. Ille expositum est : tamen potest ex hoc haberi quod damnati et in anima et in corpore punientur : unde supra x, 28 : *Eum timete qui potest animam et corpus mittere in gehennam.* Fletus enim pertinet ad oculos, stridor ad dentes ; oculi autem et dentes sunt membra corporalia : in quo significatur veritas resurrectionis. Item per fletum, qui ex fumo cito generatur, significatur pena ignis, per stridorem dentium frigus. Job xxiv, 19 : *Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium.*¹ Vel aliter, quod fletus ex tristitia, stridor ex ira : unde Act. vii, 54, dicitur, *quod stridabant dentibus in eum.* Isa. pen., 14 : *Servi mei gaudebunt pro exultatione cordis, et vos clamabitis pro dolore cordis, et pro contritione cordis ululabitis.* Luc. vi, 25 : *Vx vobis qui ridetis, quia plorabitis.* Item in stridore signatur impatientia et rixa, Apoc. xvi, 10 : *Qui manducaverunt linguas suas propter impatientiam sustinendi.* Tunc isti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Ille exponit quo ad bonos : et in eis erit duplex fulgor, scilicet in anima, per quem Deum videbunt. Psala. xxxv, 10 : *In lumine tuo videlminus lumen, scilicet in creatum.* Isa. viii, 2 : *Et implebit splendoribus animam tuam.* Et derivabitur ad corpus. Ad Phil. iii, 21 : *Reformabit corpus humilitatis nostrae configurationem corpori claritatis sue.* Sap. iii, 7 : *Fulgebunt justi, et tanquam scintillae in arundineto discurrent etc.* Quod dicit, *sicut sol,* non est intelligendum absolute per omnitudinem aquilatatem ; majorem enim habebunt splendorem ; sed quia in istis sensibilibus quod magis splendet, est sol. Convenit autem cum sole, quia sicut sol non mutatur, sic nec justus. Eccl. xxvii, 12 : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, stultus autem ut hinc mutatur.* Deinde excitat ad

¹ Al. : « Transibunt ab aquis nivium frigidis ad

calorem nivium. »

spiritualalem sensum : *Qui habet aures audiendi, scilicet interiores, audiat, scilicet intelligendo.* Isa. 1, 3 : *Dominus aperuit nihili auren.*

4. Supra Dominus parabolice, ostendit doctrinæ evangelicæ et impedimentum et profectum : nunc autem ostendit ejus dignitatem per quasdam parabolæ, quas discipulis exposuit. Dignitas ostenditur quantum ad tria. Quantum ad copiositatem, quantum ad pulchritudinem, quantum ad ejus communitatem.¹ Secunda ibi, *Iterum simile est regnum colorum homini negotiatori etc.* Tertia ibi, *Iterum simile est regnum colorum sacerdotum missarum in mare etc.* Dico ergo, quod copia doctrinæ evangelicæ est in similitudine thesauri ; quia sicut thesaurus est copia divitiarum, sic doctrina evangelica. Isa. xxxiii, 6 : *Dicitur salutis sapientia et scientia ; timor Domini ipse est thesaurus ejus.* Cirea istud sic procedit. Primo ponitur thesaurus absconditus : secundo inventio ; tertio acquisitio etc. Secundabi, *Quem qui invenit etc.* Tertia ibi, *Et præ gaudio illius vadit etc.* Iste thesaurus multipliciter potest exponi. Secundum Chrysostomum, est evangelica doctrina, de qua non ad Cor. iv, 7 : *Habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus :* qui absconditus est in agro hujus mundi, scilicet ab oculis immunndorum. Supra xi, 15 : *Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus.* Secundum Gregorium, dicitur coeleste desiderium. Isa. xxxiii, 6 : *Timor Domini ipse est thesaurus ejus.* Iste est absconditus in agro disciplinae spiritualis : quia exterius videtur contemptibilis, interius vero dulcedinem habet. Prov. xxiv, 27 : *Diligenter exerce agrum tuum.* Secundum Hieronymum, est verbum Dei, de quo ad Coloss. ii, 3 : *In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.* Quem abscondit in agro sui corporis, quia latebat in carne. Isa. ii, 7 : *Et non est finis thesaurorum ejus.* Ideo aliter intelligitur sacra doctrina, quæ absconditur in agro Ecclesiæ. Sap. viii, 14 : *Infinitus enim thesaurus est hominibus.* Quem qui invenit homo abs-

condit. Invenitur in omnibus per fidem. Non enim potest in aliquibus esse nisi per fidem. Sap. i, 2 : *Invenitur ab his qui non tentant illum, appareat autem eis qui fidem habent in illum.* Sed oportet quod abscondatur, secundum quod dicitur Psal. xviii, 2 : *In corde meo abscondi eloquia tua.* Quod autem absconditur, non debet esse ex invidia, sed ex cautela. Quare autem abscondi debeat, multiplex est ratio. Una, quia magis fructificat et proficit, quia magis exardescit, sicut enim iugis conclusus magis calefacit, sic verbum² quando est absconditum. Hier. xx, 9 : *Factum est verbum Domini quasi ignis astuans, claususque in ossibus meis ; et defecit, ferre non sustinet.* Et in Psal. xxxviii, 4 : *Concubuit cor meum, et in meditatione mea exardescit ignis intra me.* Item est quod absconditur ob inanem gloriam : si enim fumigat exterius, subiacet periculo. Ideo Dominus supra vi, 6 : *Ora patrem tuum in abscondito.* Item quia sic tutius custoditur : quando enim est in publico, tunc invenit qui rapit. Isa. xxxix, 4 : *Qui ostendit thesauros nuntiis regis Babylonis.* Et subditum : *Ecce venient dies, et auferentur omnia quæ in domo tua sunt.*

Sed quid est quod dictum est supra v, 13 : *Luceant opera vestra bona ?* Solvitur ob distinctionem temporum : quia quando primo invenitur, bonum est quod abscondatur : sed quando homo confirmatus est, et tunc bonum est quod manifestetur. Eccli. xli, 17 : *Thesaurus invisus, et sapientia abscondita, quæ utilitas in utrisque ?* Gregorius dicit, quod debet esse apertus in effectu³, absconditus in corde. Unde dicit sic : Opus sit in publico, quamquam intentio manet in occulto.

Præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet. Hoc est tertium de acquisitione, quia gaudet. Job iii, 21 : *Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer, cum invenerint seplurum.* Quando per fidem invenerit, *præ gaudio vadit*, et incipit proficere, et vendit omnia, idest contemnit, ut spiritualia ha-

¹ Al. : « quantum ad copiositatem, quantum ad ejus communitatem. »

² Al. : « sicut ignis conclusus magis calefacit, sic verbum etc. »

³ Al. : « effectum. »

beat, et emit agrum illum; hoc est vel bonam societatem sibi exquirit, vel emit sibi otium quod non habet, scilicet pacem spiritualem. Ad Philip. iii, 8 : Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacrem. Cant. viii, 7 : Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam etc.

Iterum simile est¹ regnum colorum homini negotiatori etc. Hic ostenditur pulchritudo, vel claritas. Simile est regnum. Ista parabola exponit multipliciter. Chrysostomus et Hieronymus exponunt de evangelica doctrina. Multæ sunt doctrinas falsæ. Istæ non sunt margarite. Homo ergo qui quaerit diversas doctrinas, invenit unam, scilicet evangelicam doctrinam, quæ una est propter veritatem. Virtutes enim multæ sunt, sed veritas² una. Unus Bionyrius dicit, quod virtus dividit, sed veritas unitatem³ dat : unde ad designandum veritatem vocat una. Item dicitur una propter diversam doctrinam Prophetarum. Abiit et vendidit, idest, omnes doctrinas, et prophetarum et philosophorum pro ista dimisit. Prov. xxv, 12 : Inauris aurea et margarita fulgens qui arguit sapientem, et aurem obedientem etc. Gregorius istam dicit esse celestem gloriam : quia bonum est naturaliter desiderabile, et homo semper vult committare minus bonum pro maiori bono. Summum bonum homini est gloria coelestis : hanc cum invenerit, debet omnia dimittere pro ista. Psal. xxvi, 4 : Unam petui a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Augustinus triplex iter exponit Simile est regnum colorum etc., idest, quaerentib[us] bonos homines a quibus informetur : quia unus pollet in una virtute, alius in alia. Et enim invenerit eam, scilicet Christum, in quo omnes virtutes sunt in summo : abiit etc. Item aliter por[tu]s bonas margaritas signantur diversa præcepta, et omnia ad vitam necessaria. Et dum invenerit unam, idest unum mandatum, scilicet caritatis, abiit etc. Joan. xiii, 34 : Man-

datum novum do vobis ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem etc. Et Apostolus, Rom. xii, 10 : Plenitudo legis est dilectio. Item aliter per margaritas intelliguntur diverse scientiae, quas quaerendo invenimus principium omnium scientiarum, scilicet verbum Dei : de quo Eccl. i, 5 : Fons sapientiae verbum Dei. Unde debes omnia vendere pro isto ; et terrena, et animam, et corpus : quia cum vendis ista, teipsum habes et es dominus tui. Ad Philip. iii, 8 : Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Unde omnia debes dare pro isto lucero, sicut dabant Paulus. II Corinthi, v, 14 : Unus pro omnibus mortuus est, ut et qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

Item simile est regnum colorum sagenæ missæ in mare etc. Sie ponitur alia parabola ; secundo ponitur expositio non quantum ad totum, sed quo ad partem, ibi, sic erit in consummatione saeculi. Et in ista duo fiunt. Primo ponitur communitas hujus doctrinae ; secundo distinctio, ibi, Cum impleta esset etc. Dicit ergo : Simile est regnum colorum sagenæ. Ista sagenæ est quoddam instrumentum quod circumdat magnam partem maris : unde potest per eam significari vel doctrina vel Ecclesia : quia primi doctores fuerunt pisatores. Supra iv, 19 : Erant enim pisatores. Haec ponitur in mari, idest in mundo. Psal. ciii, 25 : Hoc mare magnum, et spatiuum etc. Et ex omni genere pusium congreganti. Ecce communitas. Lex enim non erat data nisi mihi genti⁴. Psal. cxlvii, 20 : Non fecit taliter omni natio[ni], et iudicia sua non manifestarunt eis. Lex evangelica congregat omnes. Ad Rom. i, 4 : Graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. Et Marc. ult., 15 : Ita, prædictate Evangelium omni creatura. Sed numquid idem erit finis omnium? Modo omnes simul sunt in sagenæ, sed in fine omnes separabuntur : unde dicit : Quam cum impleta esset ; idest, quando tot electi intraverint ut sit compleitus numerus electorum ; educen-

¹ Al. : « item simile est etc. »

² Al. : « necessitas. »

³ Al. : « odorem. »

⁴ Al. : « unigeniti. »

tes, et secus littus sedentes etc. Per littus finis mundi significatur : quia non erit apud sanctos turbulentia, sed erunt in quiete bona. Et dicit, *Sedentes*, quod pertinet ad judicariam potestatem. Infra xix, 28 : *Vos qui seruit estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis sua, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Elegirunt bonos in vasa sua, idest¹ in celestia habitacula.* Joan. xiv, 2 : *In domo Patris mei mansiones multas sunt.* Et dicit *vasa* pluraliter propter diversitatem retributionum. Lue. xvi, 9 : *Recipiunt vos in æterna tabernacula. Malos autem foras miserunt : quia omnes immundi ejiciuntur. Sic erit in consummatione sæculi.* Ille exponit parabolam. Et notandum, quod exponit solum quo ad malos.

Sed tunc est quæstio quare magis exponit de malis quam de bonis. Dicendum, quod fecerat mentionem de sagena, qua quando pisces capiunt, mali ejiciuntur et vivunt, boni autem occiduntur, et comeduntur ; ideo posset aliquis dicere, quod ita esset ex parte ista : ideo ut excludat illud, exponit dicens : *Exibunt Angeli, non quod discedant ab intimis contemplationis², quia ubique sunt, contemplantur Deum ; sed quia progressiuntur ad exterius ministerium.* Daniel. ix, 22, dicitur de quadam Angelo : *Egressus sum ut docerem te.*

Et separabunt malos de medio justorum. Modo mali sunt inter bonos, zizania in medio tritici, lilyum inter spinas : sed separabuntur ex communione bonorum, et ex hoc ex mala excommunicatio : ista tamen signum illius, sed tamen alia : quia Ecclesia sape decipitur, sed tunc nou erit deceptio. Ille est de qua dicit Apostolus I Cor. xvi, 22 : *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema³.* Unde dicitur : *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.* Sequitur de pœna sensus : *Et mittens eos in canum ignis.* Ille exponit ut supra.

Sed est quæstio quare iteravit⁴ hoc

Dominus ; quia videtur idem esse quod parabola de zizania. Dicendum, quod idem est quantum ad aliquid, quia hic per sagenam intelliguntur et boni et mali : unde significat eos qui non sunt precisi ab Ecclesia. Sed per zizaniam significantur illi qui sunt precisi per diversitatem dogmatum, et hi non sunt de Ecclesia.

Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei, Etiam. Postquam Dominus complevit parabolam doctrinam, et quo ad discipulos, hic determinat de effectu : et primo in discipulis ; secundo in turbis, ibi. *Et factum est etc.* Effectus in discipulis fuit intellectus : unde tria ponuntur. Primo examinatio ; secundo professio : tertio designatio eorum ad futurum officium.

Notandum autem, quod cum multa locutus esset ad turbas, et discipulos, quia futuri erant magistri, ideo oportebat quod intellegent. Et nota, quod de tribus examinabantur. Primo de intellectu : *Intellexistis hæc omnia ? Item de amore.* Joan. ult *Simon amas me plus his ?* Item de possibilitate ad passionem. Infra xx, 22 : *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum ?* Psal. xci, 14 : *Bene patientes erunt ut annuntient.* Licet autem humilitatis sic⁵ quod homo non se extollat, ingratu tamen est, si beneficium non recognoscat. Isa. lxiii, 7 : *Miserationem Domini recordabor.* Ideo respondent, et dicunt ei, *Etiam.* Ibi ponitur professio eorum attribuentium sermoni Christi. Psal. cxviii, 130 : *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulus.*

Ideo omnis scriba doctus etc. Ille ostendit officium quod imminet eis quasi jam examinatis. Et hæc conclusio duplum potest sequi ex præmissis. Primo retorquendo hoc quod dictum est de thesauro. Potest ergo esse sensus, ut Dominus velit istud exponere. Vos dicitis quod intelligitis. Si intelligitis, potestis scire quod thesaurus est sacra doctrina. De isto thesauro poteritis proferre nova et vetera.

¹ Al. : « et. »

² Al. : « idest ibunt ab intimis contemplationis. »

³ Al. : « Qui non dilexit, anathema sit de medio

justorum. »

⁴ Al. : « intravit. »

⁵ Al. : « licet humilitatis sit. »

Et notandum quod isti dicuntur scribæ, quia possunt conferre in regno cœlorum et in doctrina sacra, ubi nova vetera continentur. Et dicuntur scribæ per idoneitatem, quia scribæ, idest docti. Dan. xii 34 : *Porro docti intelligent. Infra xxiii, Ecce ego mitto ad vos sapientes et sribas.* Item dienuntur scribæ ex officio, quia sunt notarii Christi, quia scripserunt mandata Christi in tabulis cordis sui. Proverb. v, 21 : *Liga mea in corde tuo jugiter.* Item in cordibus aliorum. Unde Apostolus II ad Cor. iii, 2 : *Epistola vestra scripta est in cordibus nostris.*

Similis est patrifamilias, scilicet Christo. Ipse enim est Dominus, ut habetur supra xiii, 52 : *Qui profert de thesauro nova et vetera officia novæ legis.* Nova enim lex novos sensus addit super veterem, et Christus hos exposuit, et ideo debet nobis sufficere ut sit similis Christo, sicut supra x, 25, habet : *Sufficit discipulo si' sit sicut magister ejus.* Vel potest dici : Simile est enicunque alii patri, qui profert de scientia divinitus sibi data nova et vetera. Non sic Manichæi, quia non proferabant vetera. Cant. vii, 13 : *Omnia nova et vetera servavi tibi.* Ergo potest referri de expositione parabolæ. Secundum Augustinum sic exponitur. *Ideo omnis scriba doctus etc.* Vos intellexistis qualiter locutus sum turbis parabolice, et exercitati estis, ut quod parabolice dictum est, secundum sensum spiritualem intelligatis. Unde debetis intelligere, ut ea quæ in veteri lege leguntur, sciatis exponere per novam. Unde quæ in veteri dienuntur, sunt figuræ novi testamenti. Unde Apostolus I ad Cor. i, 2 : *Omnia in figura contingebant eis.* Et haec revelata sunt in passione. Unde infra xxvii, dicitur quod patiente Domino velum templi seissum est. Unde Christus ante passionem in parabolis locutus est, ut auditis his intelligent, ea quæ in veteri testamento dicuntur, esse dicta in figura aliarum rerum, licet essent res gestæ. *Omnis ergo scriba doctus in regno cœlorum similis est hominis*

patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. Vel, secundum Gregorium, quod vetera referantur ad omnia ea quæ ad peccatum referuntur, nova quæ ad gratiam Christi : unde nova dicuntur præmia vitæ æternæ, vetera pœnae inferni. Ille ergo profert nova et vetera qui non solum præmia, sed pœnam etiam inferni considerat.

Et factum est cum consummasset Jesus parabolas istas etc. Hic ponitur effectus in turbis duplex : scilicet et admirationis, et scandalizationis.. Et primo locus describitur : secundo admiratio ; tertio improbatio. Dicit ergo : *Factum est cum consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.* Notandum, quod non videtur quod statim transierit¹. Unde non servat ordinem historiæ ; sed transivit, quia ad intelligendum non erant idonei ; ideo ad alia se transtulit, secundum illud Eccli. xxxii, 6 : *Ubi auditus non est, non effundas sermonem.* Et xxii, 9 : *Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam.* Et veniens in patriam suam. Patria sua aliquando dicitur. Nazareth, ubi nutritus est, et ibi fecit pauca miracula ; aliquando Bethlehem, in qua natus est ; aliquando Capharnaum, quia miracula fecit ibi. *Et docebat in synagogis eorum etc.* Sequitur admiratio : et primo ponitur admiratio ; secundo causatur effectus. Dicit : *Ita ut mirarentur.* Non erat mirum si mirabantur : Psalm. cxvii, 29 : *Mirabilia testimonia tua.* Admirabantur unde illæ virtutes essent : admiratio enim ex hoc causatur, quod videtur effectus, et nescitur causa. Iste effectum manifestum videbant, sed causam nesciebant ; unde dicebant : *Unde huic sapientia et virtutes?* Sed haec stulta admiratio : quia I ad Cor. ii habetur, quod ipse est Dei virtus et sapientia. Sed non cognoscebant ideo admirabantur. Et ponunt admirationem suam, et cognitionem suam : unde dicebant. *Nomine hic est fabri filius?* Ipsi enim putabantur filius Joseph, qui non erat faber ferrarius², sed lignarius : quamvis etiam posset dici filius fabri, *qui fabricatus est auroram et solem* : Psal. lxxviii,

¹ Al. : « quod. »

² Al. : « transiornunt. »

³ Al. : « qui non erat ferrarius. »

16 : *Nonne mater ejus dicitur Maria?* Omnia nosecabant quae erant humanitatis. De Maria habet supra l. 18 : *Cum esset sponsa mater Iesu Maria Joseph, etc.* Et fratres ejus *Jacobus et Joseph, Simon et Iudas.* Elvidius intellexit istos esse filios Mariae. Sed hoc falsum est, sed fuerunt consobrini ejus. Vel dicuntur fratres, quia de cognatione Josephi, qui putabatur esse pater Iesu. Gen. xiii, 8 : *Non sit contentio inter me et te : fratres enim sumus :* dixit Abram ad Lot ; cum tamen Lot esset filius fratris : et eodem modo intelligendum est quod sequitur : *Et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt?* Ideo ex his quae secundum carnem erant, in admiratione prodibant, dicentes : *Unde ergo hinc omnia ista?* Sed nondum, quod admiratio quandoque habet debitum effectum, scilicet Dei glorificationem, ut supra in, aliquando vero scandalizationem : unde dixit : *Et sic scandalizabantur in eo.* Sed quae est ratio quod admiratio aliquando pariat gloriam, aliquando scandalum? Ratio est, quia quidam ea quæ audiunt, interpretantur in pejus : ideo tales necessario scandalizantur. In Canonica Jude x : *Quaecumquidem ignorant, blasphemant.* Sed aliqui qui sunt bene dispositi, semper in melius interpretantur. De primis erant isti ; ideo eos reprehendit : et primo verbo ; secundo facto, cum dicit : *Iesus autem dixit eis : Non est propheta sine honore nisi in patria sua.* Dominus seipsum prophetam nominat : nec mirum, quia Moyses etiam ipsum prophetam nominaverat Dent. xvii, 15 : *Prophetam suscitabit tibi de gente tua, et de fratribus tuis etc.* Et potest dici quod propheta dicitur esse qui aliquid dicit quod est supra humanum intellectum per revelationem ; et sic Jesus dicitur propheta, quia mens ejus illuminata

est ab Angelis et Deo. Vel potest dici aliquis propheta a *procul*, et *phantos* quod est illuminatio : et sic Jesus non potest dici propheta. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei etc.* Num. xii, 2 : Sic habet textus. Sed si fuerit aliquis propheta, loquatur in enigmatis. Sic non fuit Christus propheta, quia dixit quae vere seivit. Eccli. xxxiv, 9 : *Qui multa didicit, narrabit intellectum.* In prophetis veteris testamenti non inventimus aliquem honoratum a suis, sed magis ab alienis, ut legitur in Hieremias, qui fuit captus a suis, sed civitate capta, ab extraneis liberatus. Sic etiam fuit de Christo : qui ab extraneis honorabatur, a suis despiciebatur.

Et quae est ratio quare nullus in patria sua honoratur? Una ratio est, quia quando est in patria sua, multi qui cognoscunt infirma sua, semper reducent in memoriam infirma : hoc enim est a malitia hominum, ut magis infirma cogitent quam perfecta. Alia potest assignari, quia dicit Philosophus, quod populus multum paralogizatur : quia credunt quod in aliquo pares, in omnibus pares sint : unde quando aliquis est in patria sua, cum vident eum parem sibi in aliquo vel in genere, vel aliis, credunt quod non possit esse major : ideo bene dicit : *Non est propheta sine honore nisi in patria sua et domo sua.* Unde sequitur : *Et non fecit ibi multas virtutes :* non quia non potuerit, quia omnipotens erat ; sed non fecit, quia ad hoc faciebat ut sibi erederetur sed ipsi eum respectui habebant, quia in malum interpretabantur ; ideo non erant dispositi ad fidem : aliquas tamen fecit, ut inexcusabiles redderentur : et ideo dicit, *Non multas, quia alias.* Et hoc properter incredulitatem eorum.

C A P U T D E C I M U M Q U A R T U M

4. In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jesu, et ait pueris suis : *Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis ; et ideo virtutes operantur in eo.* Herodes cum tenuit operantur in eo. Herodes cum tenuit Joannem, et alligavit eum,

et posuit in carcere propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Joannes : *Non habere fratris eam.* Et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis, saltavit filia Herodiadis in

medio, et placuit Herodi: unde cum juramento pollicitus est ei dare quocunque postulasset ab eo. At illa premonita a matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptiste. Et contristatus est rex; propter juramentum autem, et eos qui pariter renumebant, iussit dari; misitque, et decollavit Joannem in carcere. Et allatum est caput ejus in disco, et datum est pueris, et illa attulit matri sue. Et accedentes discipuli ejus tolerunt corpus ejus, et sepelierunt ilud, et venientes numiaverunt Jesu. Quod cum audisset Jesus, cessit inde in naviacula in locum desertum seorsum. Et cum audirent turbae, secutae sunt eum pedestres de civitatis. Et exiens vidit turbam multam, et miserunt est eis, et curavit languidos eorum.

2. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus, et hora jam præterit: dimitte turbas, ut entes in castella amant sibi escas. Jesus autem dixit eis: Non habent necesse ire; date illis vos manducare. Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discubuisse super fenum, accipit quinque panibus et duobus piscibus, aspergens in columnam, benedixit, et friget, et dedit discipulis panes; discipuli autem turbis. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt: et tolèrent reliquias, duodecim copiosas fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum, exceptis mulieribus et parvulis. Et statim compulit discipulos ascendere in naviacula, et precedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Naviacula autem in medio mari jactabatur fluctibus, erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Et videantes cum supra mare ambularent, turbati sunt, dicentes, quia phantasnia est. Et praे timore clamaverunt: statinque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de naviacula, ambulabat super aquam ut vineret ad Jesum. Videntes vero ventum validum, timuerunt. Et cum crepisset mergi, clamauit dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum, et ait illi: Modica fidei, quare dubitasti? Et eum ascendisset naviacula, cessavit ventus. Qui autem in naviacula erant, venerunt, et adoraverunt eum, dicentes: Vere Filius Dei es. Et cum transfretasset, venerunt in terram Genesareth. Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et othularunt ei omnes male habentes, et rogabant eum ut vel limbriam vestimenta ejus tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

1. Supra ostendit Dominus virtutem evangelicæ doctrinae sub quibusdam parabolis: hic ostendit factis: et tria facit. Primo ostendit ad quos effectus se extendat, per similitudinem sanctorum; secundo ostendit sufficientiam evangelicæ doctrinae; tertio quomodo in puritate conservanda sit. Seendum in cap. xv, tertium in xvi. Circa primum primo ponitur

falsa opinio; secundo occasio; tertio improbatnr opinio. Secunda ibi, *Herodes temuit Joannem, etc.* Tertia ibi, *Quod cum andivisset Jesus, cessit inde.* Dicit ergo: *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam ejus.* Et non est retorquenda ad illum diem, sed ad tempus¹ in generali: quia Marcus et Lucas non eodem ordine narrant, quia istud narrant post missiunculam discipulorum, ut habetur Marc. vi. Unde incertum est qui servent ordinem historie. Tamen quod dicitur, *In illo tempore, dicitur ut denotetur negligientia Herodis;* quia post miracula tunc primo audiuit famam de Jesu. Hac enim desidia solet esse in divitibus, quod non errant de parvis rebus. I Tim. ult., 17: *Divitibus hujus saeculi precipe non sublime sapere neque sperare in incerto divitiarum etc.* *Audiuit Herodes tetrarcha,* ad differentiam Herodis regis, sub quo natus est Christus, ut habetur supra cap. ii. Unde illo defuncto reversus est Christus de Ægypto. Iste Herodes fuit filius ejus, et fuit tetrarcha. Pater ejus constitutus est rex a Romanis; et habuit sex filios; quorum duos interfecit in vita sua, alium primo genitum inter fecit in morte, cum jam faceret se proferri in regem, patre ad hunc vivente. Ipso mortuo, Archelaus accepit sibi regnum, et sequens malitiam paternam, non potuit tolerari a Judeis. Tunc accesserunt ad Romanos, et divisum est regnum in quatuor parte. Duæ partes traditæ sunt Archelao, alia Herodi, et alia pars Philippo. Unde iste erat tetrarcha et princeps super quartam partem regni. *Audiuit famam Jesu.* Ex hoc reprehensibilis erat quod² tanto tempore jam vixerat, et miracula fecerat, et tamen tunc primo audiuit. Unde impletur illud Job xxvii, 22: *Perditio et mors diverunt: Auribus nostris audiūmus famam ejus.* Et ait pueris suis: *Hic est Joannes Baptista etc.* Aliqui dixerunt quod ipse temuit dogma de transfusione animarum. Plato enim et Pythagoras posuerunt, quod anima exente ab uno corpore subintrat aliud corpus. Hanc opinionem Herodes tenet, ut dicitur, credebat quod anima Ioannis transisset in animam Christi. Sed

¹ Al.: « sed tempus. »

² Al.: « quando. »

hoc non potest esse : quia parum autem interfecerat eum ; Jesus autem erat trigesima annorum : unde hoc non credidit. Item jam miracula fecerat ante decollationem et ante incarcerationem, ut habetur Joann. iii. Herodes tamen landanus est, quia resurrectionem credidit, de qua Job xiv, 14 : *Putas ne homo mortuus rursum vivat?* Item aliam bonam conditionem habuit, quod credidit quod fiat resurrectio in meliori statu : ideo credit quod tunc operaretur miracula, quia ante resurrectionem non fecerat : ideo dicit : *Et ideo virtutes operantur in eo : quia ad altiorem statum¹ advenit unde resurgent homines in meliori statu.* Undo Apostolus I Cor. xv, 43 : *Seminatur in infirmitate, resurgent in virtute.*

Sed hic est quæstio : quia dicit Lucas cap. ix, 7 : quod audivit et dubitavit : unde dixit ; *Joannem ego decollavi* : hic autem dicit sine dubitatione, dum dicit, *Hic est Joannes.*

Solvit Augustinus, quod non a se, sed audivit ab aliis. Unde cum primo audivit ; dubitavit, sed crescente fama consensit. Unde Lucas primum recitavit, sed secundum Matthæus. Vel aliter potest dici, quod etiam Matthæus dubitationem Herodis tangit, ita quod legatur interrogative : *Hic est Joannes.*

Herodes enim² tenuit Joannem. Haec facta sunt ante : unde non sequitur ordinem, sed ex incidenti determinat de morte Joannis.

Sed est quæstio quare Evangelistæ ex incidenti determinant de Joanne : et hoc querit Chrysostomus. Solvit autem quia principaliter facta Christi intenderunt, alia vero solum secundum quod referebantur ad Christum.

Ideo hic ex consequenti determinat mortem Joannis : et primo determinat incarcerationem : secundo mortem, ibi, *Die autem natalis etc.* Circa primum tria facit. Primo ponit incarcerationem ; secundo causam ; tertio decollationem. *Herodes enim tenuit Joannem, et alligavit eum, et posuit in carcere.* Tangit ordinem : quia primo comprehendit eum, ligavit, et incarcерavit. Sic autem fuit de

Christo. Causam tangit, cum dicit : *Propter Herodiadem uxorem fratris sui.* Herodes et Philippus fuerunt fratres. Philippus habuit filiam Aretæ regis Arabum. Ille habuit inimicitias cum illo rege Arabum, et etiam cum fratre suo Herode, ita quod rex Arabum in odium Philippi accepit filiam suam, et concessit eam Herodi.

De ipso Joanne debetis intelligere quod homo fuit magna virtutis : unde de ipso dicitur Luc. i, 47 : *Ipse veniet in virtute Eliae.* Item notare debetis, quod etiam martyr dicitur, quia propter redargitionem fidei mortuus est, quia pro veritate ; et Christus veritas est.

Dicebat enim Herodi : Non licet tibi habere eam. Scendum quod Antipater pater Herodis regis alienigena fuit, sed proselytus fuit : unde filii sui Judæi fuerunt. Sed præceptum erat in lege quod vivente fratre, alter non haberet uxorem fratris. Ideo Joannes quasi emulator legis dicebat : *Non licet tibi habere eam.* Et volens eum occidere, timuit populum. Aliquando accidit quod cum quis non vult vitare peccatum, cadit in manus. Osee iv, 2 : *Homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.* Unde cum noluit vitare adulterium, incurrit homicidium. Et cum voluit, *timuit populum.* Commotio populi multum est timenda. Eccl. xxvi, 3 : *A tribus timuit cor meum : zelatum civitatis, et collectionem, populi, et calumniam mendacem.* Item timor Domini auferat malam voluntatem ; sed timor hominis non ; licet facial differre. Ideo quia non potuit propter timorem populi, distulit. *Die autem natalis etc.* Ille de occisione tria facit : quia non potuit propter timorem populi. Primo ponuntur præcedentia ; secundo occisio ; tertio subsequentia. Circa primum ponuntur præcedentia tria : quia saltatio, promissio, petitio. Dicit ergo : *Die autem natalis etc.* Consuetudo apud antiquos erat quod celebrarent diem natalis, contra illud Eccl. vii, 2 : *Melior est dies mortis, quam dies nativitatis.* Non legitur quod aliqui celebraverint diem natalis nisi iste, et Pharaon rex Ægypti : unde die na-

¹ Al. : « advenierit. »

² Al. : « ante. »

talis filia Herodiadis, sic vocabatur, *saltavit in medio*, id est in triclinio et in hoc culpabilis redditur, quia in lascivia oblitus est aulam regiam, in qua non debebant haec fieri *et placuit Herodi*: contra illud Eccli. ix, 4: *Cum saltatrice non sis assidius*. Et sequitur: *Unde cum iuramento pollicitus est etc.* Ecco inculta promissio, et temerarium juramentum. Eccli. xxii, 9: *Jurationi non assuecat os tuum, multi enim causas in illa. Et præmonita a matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptiste*. Hie ponitur petitio mulieris. Mulieres aliquando sunt piæ, et mobilem affectum habent: unde quando sunt piæ, maxime sunt piæ, sed quando sunt crudeles, maxime sunt crudeles, Eccli. xxv, 22: *Non est caput nequius supra caput colubri; non est ira super iram mulieris*. Et ibidem dicitur: *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris*. Vix enim cogitaret homo quae cogitat perversa mulier. Mater ergo petit ut saturaret iram suam. Item timebat ne aliquando Herodes propter verba Joannis converteretur, et dimitteret eam. *Et contristatus est rex propter iurandum*. Hie determinatur quomodo occiditur. Chrysostomus: « Hie datnr exemplum quod honestas etiam ab impiis honoratur: ut habetur Sap. viii. »

Hieronymus dicit, quod modo est contristatus qui ante voluit interficere, sed timuit populum. Quare ergo dicit quod est contristatus? Solvit. Consuetudo est hominum ut recident quod videtur hominibus: sicut dicebant Christum filium Joseph, quia ita putabant, ut habetur Luc. ii. Unde dicit, *Contristatus*, quia ita videbatur hominibus.

Sequitur executio: et primo ponitur præceptum; secundo executio. *Propter iurandum, et propter simul discumbentes*. In hoc stultus fuit, quia de re in honesta non est timendum juramentum: quia eo quod juro, sum perjurus. Hier. iv, 2: *Jurabitis in iudicio scilicet cum discretione, in justitia et veritate*. Item si jurasset quod in semel faceret, intelligi debebat in honestis. Unde quod

in se facere non debuit, alii nec præcipere debuit. Zach. viii, 17: *Juramentum mendax ne diligatis. Et propter simul discumbentes*, ut omnes faceret homicidii participes, omnes enim rogabant propnella, *jussit dari, misitque, et decollavit Joannem*. Hie ponitur executio. Hie adimpletur quod dixerat Joan. iii, 39: *Illum oportet crescere, me autem minorari*: quia Christus in cruce extensus, iste decollatus. Item decollatio Joannis signum fuit, quod auctoritate legis debebant amittere Christum¹, et legem.

{Consequenter ponuntur subsequentia decollationis²: et primo ponitur redditio promissi; secundo sepultura. Dicit ergo: *Et allatum est caput ejus in disco*. Et in hoc reprehensibilis fuit Herodes, quia crudelitatem exercuit inter voluptates. Unde dicitur quod quidam balivus amabat quamdam meretriculam: et cum esset in gremio, dixit illa quod nunquam vidit hominem interfici. Et cum esset in prandio, fecit adduci quemdam morte dignum, et fecit coram illa decollari: quod seiverunt Romani, et exul factus est a Roma. Sie iste etiam missus fuit in exilium. *Et accedentes discipuli ejus tulerunt corpus ejus, et sepelierunt illud*. Hie agitur de sepultura Joannis, et computatur inter opera misericordia; et tamen videtur quod misericordia ad mortuum non pertineat; quia si ad eum pertineat, videtur quod non sit verum quod dicit Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus*. Quare ergo computatur inter opera misericordia? Dicendum, quod et si non serviant ei secundum effectum³ quem modo habet, servit tamen ei secundum affectum quem modo habet eum mortuo: unde *tulerunt corpus ejus, et sepelierunt*; dicitur quod apud Sebastem, cum sit ibi prepe. Post videns Julianus Apostata multos venientes ad ejus reliquias, fecit eum comburi, excepto capite. *Et venientes untiaverunt Jesu*. Unde discipuli Joannis qui primo calumniabantur Jesum, Joanne mortuo redierunt ad Iesum, et fuerunt ei familiares. Sie aliqui in tempore tribulationis convertuntur ad

¹ Al.: « scilicet Christum. »

² Al.: « collationis. »

³ Al.: « affectum. »

Christum. Oscae vi, 1 : *In tribulatione sua manu consurgent ad me.*

Et cum audisset Jesus, secessit in navicula in locum desertum seorsum. Supra posita est opinio Herodis de Christo, et occasione hujus, introducta est narratio de Joanne; nunc autem ostenditur opinio Herodis esse falsa. Duo dixerat: quia Christus erat Joannes quem occiderat; item quod resurgens virtutes operabatur. Dicit ergo: *Quod cum audisset Jesus, secessit inde in navicula etc.*

Quare secessit? Assignat quatuor rationes Hieronymus. Prima, ut parceret inimicis suis, ne ex homicidio in homicidium ruerent. Oscae iv, 2: *Sanguis sanguinem tetigit.* Item ut passionem differret; unde ipse dicit. Joan. vi, 6: *Tempus meum nondum advenit.* Item ut nobis exemplum daret, ne nos ingeramus passionibus: non enim est virtus se passionibus ingerere, sed præsumptio¹. Unde supra x, 33: *Si persecuti fuerint vos in una civitate², fugite in aliam.* Item ut ostenderet quanta devotione audiebant turbæ verbum Dei, quia etiam in periculo sequebantur eum. Deut. xii, 3: *Ten-tat vos Dominus Deus vester, ut palam sciat utrum diligatis eam.*

Item notaendum, quod quatuor ponit qua turbam debeant retrahere a sequela Christi. Primum est quod secessit in navicula; item quod in locum desertum; item quod non erant ibi aliqua nemora, quia erat desertum; item non juxta viam, ad quam homines libenter se divertunt; sed iste secessit seorsum. Hoc autem fecit ut magis devotio turbæ sit approbanda. Item Chrysostomus dicit, quod secessit ut hominem approbaret; ideo noluit secedere nisi nuntiata morte Joannis.

Sequitur: *Et cum audissent turbæ etc.* Ille agitur de mirabilibus: et primo tanguntur devotio turbarum; secundo tanguntur mirabilia. Dicit ergo: *Et cum audissent turbæ, secuta sunt eum pedestres de civitatibus: ubi tanguntur devotio turbarum, et pauperum hominum, qui devotionis causa Dominum sequuntur.*

Oscae vi, 1: *In tribulatione sua manu consurgent ad me. Et exiens vidit turbam multam etc.* Hie tangit mirabilia que operatus est Dominus exiens de deserto; et recte; quia dum in colis erat, non quarebant eum turbæ: Joan. xvi, 23: *Exi vi a Patre, et veni in mundum. Vidi turbam: unde excitatur ad misericordiam: unde sequitur: Et misertus est eis: unde statim fecit eis misericordiam.* Psal. lxxxv, 45: *Miserator³ et misericors Dominus, patiens, et multe misericordia, et veraz.* Sequitur effectus hujus misericordiae: *Et curavit languidos eorum, scilicet gratis, et non rogatus.* Psal. cxi, 20: *Misit verbum suum, et salvavit eos.*

2. Postquam exclusit Herodis opinionem, hic tangit doctrinæ Christi virtutem. Triplex enim est virtus ejus: reficit, liberat, et infirmos sanat. Prima igitur virtus ostenditur, quia pascit turbas; secunda, quia discipulos a periculis maris liberat; tertia, quia multos sanat. Secunda ibi, *Et statim impulit discipulos ascendere in naviculam.* Tertia ibi, *Et cum transfretassent etc.* Circa primum tria: quia primo ponitur voluntas reficiendi; secundo distributio cibi; tertio plenitudo refectionis. Secunda ibi, *Jesus autem dixit eis etc.* Tertia ibi, *Et manducaverunt omnes etc.* Dicit ergo: *Vespera autem facto, scilicet solis occubitu, per quod significatur mors Christi, quia tunc tradidit corpus suum in cibum: unde I Corinth. xi, 24: Hoc facite in meam commemorationem.* Et ver. 26: *Mortem Domini ammirabilis donc venniat.* Deinde inducit necessitatem ex loco: *Desertus est locus.* Ille videtur illa eadem fieri quæ habetur in Psal. lxxv, 19: *Nam quomodo poterat Dominus mensam parare in deserto?* Item si juxta villam esset locus, potuisset credi quod inde habuisset cibos; sed locus erat desertus. Item ponitur necessitas ex hora, quia dicit: *Et hora jam præteriit, qua possint sibi acquirere cibos.* *Dimitte turbas.* Ex hoc videtur quod discipuli ita fuerunt intenti suavitati sermo-

¹ Al.: « præsumptionis. »

² Al.: « in unam civitatem. »

³ Al.: « et miserator. »

nis Christi quod magis delectabantur in audiendo Christum quam in proenrando sibi victimum : unde parum curabant de corporis refectione. Ilabetur enim Luc. xxi, 27 : *Erat autem diebus docens in templo, noctibus autem morabatur in monte.* Item alia occasio, quia jam vespere erat. De ista fame habetur Amos viii, 11 : *Mittam famen in terra : non faciem panis, neque sitis, sed audiendi verbum Domini.* Et in hoc significatur devotio turbarum, item dilectio, et reverentia ad Christum : quia non recesserunt ab eo quamvis vespere esset.

Sed hic est quæstio litteralis : quia in Joanne habetur, quod Jesus interrogavit Philippum ; hic autem habetur, quod discipuli interrogaverunt Christum.

Solvit Augustinus. Non est hoc inconveniens, quod id quod unus dimisit, alter dicat. Unde primo dixerunt illi Christo ; secundo elevans oculos Jesus interrogavit discipulos.

Jesus autem dixit eis. Ille ponit distributionem cibi ; et circa hoc tria facit. Primo ponitur imperium Christi ; secundo quantitas ciborum ; tertio modus, et ordo distribuendi. Secunda ibi, *Responderunt ei etc.* Tertia ibi, *Afferte mihi illos etc.* Duo dixerant. Primo ut dimitteret turbas ; item quod quereret escas sibi ; et ad haec duo respondet Christus : *Vos dicitis : Dimittite turbas¹ ; sed non habent necesse ire :* quia hic est qui *dat esam omni carni* : Psalm. cxxxv, 23. Item vos dicitis, quod querant escas ; sed non est necesse, quia vos potestis dare escas celestes ; unde dicit : *Date illis vos manducare.* Unde datur exemplum quod spiritualia escæ preponenda sunt carnalibus. Sequitur quantitas ciborum : *Responderunt ei : Non habemus nisi quinque panes et duos pisces.* Ex hoc possumus notare, quod Apostoli ita erant dediti sermoni Dei quod non curabant etiam de cibis quaerendis. Ad Rom. xiii, 14 : *Et carnis curam ne feceritis.* Mysticæ per quinque panes doctrina legis. Eccli. xv, 3 : *Pavit eos pane vitæ et intellectus.* Per duos pisces doctrina Psalmorum et Pro-

phetarum importatur : vel, secundum Ilariorum, per duos pisces doctrina Prophe-tarum, et Joannis Baptista ; vel duas personæ excellentes in lege, scilicet regalis, et sacerdotalis. *Qui ait :* *Afferte mihi illos.* Ille ponitur presentatio ; secundo dispositio turbarum, tertio oratio ; quarto distributio. Unde dicit, *Qui ait.* Ipse, qui omnipotens erat, creare² poterat panes novos, sed voluit ex factis panibus refi-cere.

Sed quæ est causa ? Ratio litteralis secundum Chrysostomum est, ut confutaret hæresim Manichæorum, qui has crea-turas a diabolo dixerunt³ factas, contra illud quod scribitur I ad Tim. iv, 4 : *Omnis creatura Dei bona est.* Unde si a dia-bolo essent, in eis tanta miracula non fecisset. Item ut ostenderet se dominum in terra et in mari. Ille qui in Gen. i, 2 : dixit : *Germinet terra herban virentem* : et qui dixit ibid. 20 : *Producant aquæ reptile animæ viventis etc.* Ille idem pû-rees multiplicat. Item ad designandum quod legem veterem non reprobavit, sed in novam convertit : ideo dicit : *Afferte mihi* ; quia quæ in veteri lege scripta sunt, ad novam debent referri. Unde ipse dixit, Joani. v, 46 : *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi.*

Et cum jussisset turbam discubilibre super fenum etc. Ille ponitur dispositio hominum ; quia fecit sedere super fenum. Isa xl, 6 : *Omnis caro fenum.* Sedere ergo super fenum non est nisi carnem mortificare. Ad Coloss. iii, 3 : *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.* Item per fenum significatur lex. Quia isti erant Iudei, sublevabantur per legem ; ideo noluit eos sedere in terra. *Acceptis quinque pisibus et duobus pisibus etc.* Notandum, quod Dominus faciens miracula aliquando orat, aliquando non orat. Aliquando orat, ut hic, ut verum hominem se ostendat ; aliquando etiam majorib[us] facit, et non orat, ut Deum se ostendat. *Aspiciens in calum benedixit.* In calum, scilicet ad Patrem. Psal. cxix, 1 : *Levarit oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi.* Benedixit : quia

¹ Al. : « vos dimittite turbas. »

² Al. : « uide creare. »

³ Al. : « dixit. »

*mari, periculis in falsis fratribus. Unde per sermonem Dei omnia benedicuntur. Nota, quod nostrum benedicere non est factivum, sed significativum : Dei autem benedicere¹ est factivum ; unde benedicere ad multiplicationem pertinet : unde Gen. i, 22 : *Benedixit, et dixit; Crescite et multiplicamini et replete terram.* Consequenter agitur de distributione : *Fregit, et dedit discipulis suis* : in quo significatur quod prima distributio facta est discipulis a capite Christo. I ad Corinth. xi, 3 : *Omnis viri caput Christus est. Sed fregit, ut notaret suam distributionem.* Isa. lviii, 26 : *Frangite esurienti panem tuum. Et dedit discipulis, quasi mediatoribus.* Infra xxvi, 26 : *Accipite, et comedite.* I ad Corinth. xi, 28 : *Et sic probet se homo ut de pane illo edat, et de calice bibat etc. Discipuli autem dederunt turbis, ut distributores.**

Sed quomodo multiplicati sunt? Dicendum, quod fragmenta multiplicata sunt. Et dicunt quidam hoc posse fieri naturaliter : sicut enim materia se habet ad quamlibet formam, ita se habet ad quamlibet quantitatem. Sed hoc stultum est quod materia se habeat ad quamlibet quantitatem materialem : hoc enim non potest fieri nisi per rarefactionem : haec autem rarefactio determinata est in naturalibus. Quidam dicunt quod multiplicat, sicut ex paucis granis multa grana ; sed ibi per naturam, hic per operationem Christi. Unde manus Christi fuerunt quasi terra, fragmenta quasi semina ; unde sicut semina multiplicantur, sic fragmenta. Sed non solum ita, sed per conversionem alterius materie in ipsam, hoc miraculum factum est.

Sequitur de plenitudine refectionis : et hoc quantum ad duo : quantum ad saturitatem, et quantum ad residuum. Unde dicitur : *Manducaverunt omnes et saturati sunt : secundum illud Psal. xxi, 27 : Edent pauperes, et saturabuntur etc. Et tollerunt reliquias, duodecim cophinos/fragmentorum plenos.* Hic tangitur plenitudo refectionis sub multitudo reliquiarum.

Sed quare voluit Dominus colligi reliquias? Litteralis causa est quam ponit

statim impulit eos intrare naviculam. Chrysostomus. Voluit primo quod colligerent discipuli, no videretur phantasma ; item ne ab eis daretur oblivioni. Et quod tollerunt duodecim cophinos, hoc fuit secundum numerum duodecim Apostolorum, ut quilibet tolleret suum, ita quod essent in memoria omnium. Mystice per fragmenta intelligitur sensus spiritualis, qui a turba non capitur, sed est in cophinis, idest in sapientibus. I ad Corinth. i, 26 : *Videte vocationem vestram, fratres; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quia stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes etc.*

Deinde ponitur numerus manducantium : *Fuit autem numerus manducantium quinque millia virorum* : ut de uno pane mille, secundum Hilarium. Hoc etiam post ascensionem factum est, quando ad vocem Apostolorum uno die quinque millia conversi sunt. *Exceptis mulieribus et parvulis*; qui sunt ignorantes et computari² non sunt digni. Simile habetur in lib. Machabæorum, quod parvuli et mulieres non computantur ad bellum.

Item notate, quod illud miraculum statim factum est post occisionem Joannis, et erat prope Pascha, et Christus jam prædicaverat per annum ; et revoluto anno passus est Christus.

Et statim impulit Jesus discipulos. Illic signatur virtus doctrine Christi, quia liberativa est a periculis, quia discipulos a periculis liberavit. Unde tria facit. Primo ponitur occasio subeundi periculum ; secundo periculum, tertio liberatio. Secunda ibi, *Et dimissa turba, ascendit in montem etc.* Tertia ibi, *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans supra mare.* Occasio periculi fuit præceptum Christi : frequenter enim volentes obtemperare voluntati Dei, periculis exponuntur, ut ait Apostolus II ad Corinth. xi, 26 : *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitatibus, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* — Unde statim impulit eos intrare naviculam.

¹ Al. : « benedictio. »

² Al. : « computati. »

Unde statim facto miraculo voluit separari a turbis. Et hoc fecit triplici ratione. Primo ut ostenderet miraculi veritatem, ne propter ejus praesentiam illud accidisse¹ dicerent : ipse enim veritas est, ut habetur Joan. xiv. Secundo ut doceret nos inanem gloriam vitare ; ideo post facta miracula recedit. Joan. viii, 50 : *Ego gloriam meam non querò.* Item ut discretionis virtutem ostenderet² ; discretionis enim est separare se, et quiescere. Sapien. viii, 46 : *Intrans in domum meam conquiescam cum illa.* Sed notandum, quod utitur impulsione, quia durum erat eis separari a Christo, ut dicit Petrus. Joan. vi, 69 : *Domine ad quem ibimus ? Verba vita æternæ habes.* Item ostendit affectum turbarum, scilicet eum quo ardore sequabantur eum. Cant. i, 2 : *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.*

Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Sequitur de periculo ; et ostenditur periculum ex tempore, ex loco, ex vento. Et primo ponitur absentia Christi ; quia cum esset cum discipulis, *ascendit in montem solus orare.* Ipse venerat plantare fidem nostram ; ideo operabatur aliquando humanum, aliquando divinum. Quod enim panes multiplicavit, hoc Dei fuit : quod oravit, humanum fuit ; non quod indigeret, sed ut exemplum daret : omnis enim Christi actio nostra est instruacio. Joan. xii, 15 : *Exemplum dedi vobis, ut sicut facio, ita et vos faciatis.* Et dat nobis exemplum quomodo orandum : et ad orationem requiritur quies mentis, elevatio, solitudo. Quies ostenditur, quia *dimissa turba*, que designat cogitationes perturbantes cum³ quibus non potest homo orare ; ideo ostium cordis claudere docet. Supra vi, 6 : *Cum autem oraveris, intra cubiculum etc.* Item elevatio. Thren. iii, 28 : *Sedebit solitarius, et levabit se supra se.* Item solitudo. Osee ii, 14 : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad eam ejus.* Per montem intelligitur celum ; celo enim nihil excelsius. Et dimisis turbis, id est

dimissis mortalibus, ivit in cœlum ; et ipse solus ascendit, et propria virtute. Michææ ii, 13 : *Ascendit ante eos pandens iter.* Item ascendit orare. Ad Hebr. 7, 23 : *Per semel ipsum accedens⁴.*

Sed hic videtur esse quæstio : quia Joannes videtur dicere quod pavit turbas in monte, ut habetur Joan. ix : hic autem dicitur quod post refectionem turbarum ascendit in montem. Sed responderetur, quod in monte pavit, sed post in altiore locum moutis ascendit.

Item est alia quæstio ; quia habetur Joan. v, quod ipse fugit, quia voluerunt eum facere regem ; hic autem dicitur quod ascendit orare. Augustinus dicit quod eadem potest esse causa et fugienda et orandi.

Post describitur periculum ex tempore, quia nox erat, et in nocte majus est periculum maris : ideo dicit : *Vespere autem facta.* Et significatur ejus passio, quia in passione solus ascendit. Actor. i, 9 : *Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Navigula autem in medio maris jactabatur fluctibus. Per naviculam significatur Ecclesia, per mare mundus. Psal. xiii, 21 : *Hoc mare magnum, et spatiostum manibus.* Et haec Ecclesia, Christo ascendeunte⁵, remansit in mari, et in periculis maris mundi. Quando enim aliquis magnus impugnat Ecclesiam, tunc agitatur fluctibus. Psal. lxxxvii, 8 : *Et omnes fluctus tuos induxisti super me.* Sed quia Christus orat, non potest submergi ; quamvis fluctet et elevetur. Genes. vii, 17 : *Et elevare- runt arcam in sublime a terra.* Item agitatur a vento. Iste ventus est impetus diabolicae incitationis. Job. i, 19 : *Quia venit ventus a regione deserti, et concusit quatuor angulos domus.* Isa. xxv, 4 : *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parvem.*

Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans supra mare. Posito periculo, ponitur liberatio a periculo : et circa hoc duo facit. Primo penitus auxilium ; secundo effectus. Secunda ibi, Qui

¹ Al. : « illudisse. »

² Al. : « ostendat. »

³ Al. : « perturbantes eum, quibus etc. »

⁴ Al. : « ascendens. »

⁵ Al. : « descendente. »

autem in navicula erant reveruntur, et adoraverunt eum. Tria pericula posuerat. Primo obscuritatem noctis, periculum maris, periculum venti. Et contra primum ponit visitationem suam : contra secundum certitudinem sui, ibi, *Statimque Jesus locutus est etc.*; contra tertium porrigit manum : *Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum*¹. Item tranquillitatem maris : *Et cum ascendisset in naviculam, cessavit ventus.* Circa primum ponitur sua visitatio; secundo effectus sue visitationis, ibi, *Videntes autem eum supra mare ambularem, turbati sunt.* Dicit ergo : *Quarta vigilia noctis venit ad eos.* Ille tangitur et adventus ejus, et tempus, quia *quarta vigilia*. Hieronymus dicit, quod antiqui dividebant noctem in quatuor partes. In prima quidam vigilabant, in secunda alii, in tertia alii, et in quarta alii; et illi qui vigilaverant quiescebant. Unde dicit quod in quarta vigilia etc., quia tota nocte fuerant in mari. *Venit ad eos ambulans supra mare.* Et quare? Assignat Chrysostomus rationem litteralem, dicens, quod tantum tardavit ut magis desideraretur. Isa. xxvi, 9 : *Anima mea desideravit te in nocte.* Item ut discerent quod si statim non haberent auxilium, quod non desisterent, quoniam oportet semper orare. Mystice per quatuor horas significantur quatuor status. Primo status legis; secundo status Prophetarum: tertio tempus gratiae; quarto ascensus in coelum: in quo statu cessavit tempestas. Unde in quarta vigilia venit sicut in fine noctis : unde Jac. ult., 8 : *Patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit.* Sed qualiter venit? *Ambulans supra mare.* Et quare sic voluit venire? Ut se ostenderet dominum maris. Psal. lxxxviii, 10 : *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Item ut ostenderet illusores potestatis hujus saeculi : diabolus enim semper illudit potestati huius saeculi². Psal. cii, 26 : *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Sed istam potestatem Dominus fregit. Psalm.

LXXXI, 4 : *Tu confregisti capita draconis.* Et significat quod Ecclesia non potest tribulationes sustinere nisi secundum quod voluit ipse.

Opinio fuit hic, quod in hac vita Dominus accepit quatuor dotes subtilitatis in nativitate, impassibilitatis quando jejunavit quadraginta diebus, vel transubstantiando sacramentum Eucharistie; agilitatis hic, claritatis in transfiguratione. Sed hoc non credo : credo enim quod miraculose fecit.

Et ridentes eum. Ille ponitur effectus presentie Christi, scilicet turbatio discipulorum : unde ponitur turbatio, ponitur causa, ponitur signum : et dicit : *Et videntes eum turbati sunt etc.* Debetis scire, quod quando auxilium divinum est magis propinquum, permittit Dominus magis affligi, ut tunc magis cum devotione et gratiarum actione recipiat auxilium ejus. Item magis timor crevit, quia frequenter ex timore homines convertuntur. Et quare? Quia crediderunt phantasma esse : unde, *Dicentes quia³ phantasma est*, non credentes esse verum corpus de virgine. Mystice enim significatur quod antequam Christus veniat, multi multa fantastica dicent, ut habetur infra 24. *Et pro timore clamaverunt*: clamor enim est signum timoris, sicut etiam in omni tribulazione ad Dominum debemus clamare. Psal. cxix, 1 : *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, et exaudivit me.*

Statimque locutus est eis etc. Ille ponitur auxilium. Quia in obscuritate erant, ideo certitudinem dat: et tria facit. Primo certificat verbis; secundo petit signum Petrus factis: tertio conceditur ei. Tria posuerat: turbationem timoris, falsitatem opinionis, item desperationem; et contra ista tria facit, quia *statim locutus est eis*. Unde quando quis clamat ad Dominum, si opus est, statim venit. Isai. xxx, 19 : *Ad vocem clamoris tui, statim cum audiatur, respondebit tibi.* Item, quia erant desperantes, dicit eis, *Nolite timere.* Item habetur Joan. xvi, 33 : *In mundo pressuram habebitis; sed confidite, quia ego vici mundum;* in me autem quietem. Item

¹ Al. : « *Videntes autem etc.* »

² Al. deest hec sententia: diabolus etc. usque saeculi. »

³ Al. : « *crediderunt phantasma esse, dicentes quia.* »

⁴ Al. : « *Ad vocem meam.* »

quia phantasma credebat, ideo dicit eis, *Ego sum*. Et quare dicit sic? Quia ex modo loquendi suo poterant certificari. Joan. x, 3 : *Oves meæ vocem meam audiunt*. Item ut se verum Deum ostenderet. Simile habetur Exod. in, 43 : *Qui est, misit me*: dixit Moyses. Item contra hoc quod turbati erant, dixit : *Nolite timere*. Isa. li, 12 : *Quis es tu ut timeas ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi senum ita arescit?* Et Prover. xxviii, 1 : *Justus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Respondens Petrus dixit* : *Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas*. Quia auxilium contulerat verbis, ideo Petrus petit signum factis. Petrus autem in persona totius fiducialiter petiit, et dixit : *Si tu es, jube me ad te venire*. Ille est magna fiducia Petri. Non dixit, Ora pro me, sed dixit : *Jube ad me venire*: quia ipse confessus est inf. xvi, 16. *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Unde ex fide quam jam conceperat, audacter confidit in ejus potestate. Esther xiiii, 9 : *Domine, in potestate tua cuncta sunt posita, et non est qui resistere possit voluntati tue*. Et hoc dixit ex solo desiderio, non ut tentaret, nec ex infidelitate. I ad Thess. i, 3 : *Memores fidei vestræ, operis et laboris etc*. Deinde ponitur signum, unde dixit, *Veni*. Et descendens Petrus de naviicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Et hoc contra Manicheos, qui dixerunt, quod Christus non habebat verum corpus: quia si Christus non habebat, quia ambulabat super aquas; sic nec Petrus. Per hoc quod post quartam vigiliam adhuc imminebat periculum, significatur quod in quarto adventu quod erit purgandum, purgabitur in electis. Psal. xcvi, 3 : *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus*. Videns autem ventum validum etc. Hie ponitur tertium auxilium, quia liberavit Petrum a submersione: et primo ponitur causa; secundo petitio Petri; tertio auxilium Christi. *Videns autem ventum validum, timuit*, in mari ventus non habet continuum impetum: similiter nec in terra: unde interpellabatur quando Petrus intravit mare; sed cum fuit super mare, flavit fortiter, et tunc *timuit*. Ex hoc est considerandum quod dicit, quod

periculosius erat supra mare quam in navis; ideo Dominus aliquando fortis in periculo maris submergi permittit. Unde Apostolus i ad Corinth. x, 42 : *Qui existimat se stare, videat ne cedat*. Sed quare permisit in periculo? Primo praecepit ire, ut virtus ejus ostendatur, quia uteque ambulabat; et hoc viderunt discipuli. Sed quod permiserit mergi Petrum, hoc fecit ut experiretur quid posset de se. Unde quod ivit supra mare, hoc fuit virtute Christi, quod autem caput mergi, hoc fuit infirmitatis Petri: sicut Paulus II ad Corinth. xi, 7 : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanae qui me colaphizet*. Permisit etiam Dominus Petrum mergi, quia futurus erat pastor. Volut ergo et virtutem ostendere, et infirmitatem. Item hoc fecit ad compescendam aemulationem discipulorum: quia enim viderunt ejus periculum, cessavit aemulatio eorum. *Et cum corisset mergi, clamavit*: *Domine, salvum me fac*. Simile habetur in Psalm. lxviii, 2 : *Salvum me fac, Domine, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam*. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum. Christus duo facit: quia et auxilium impendit, et infidelitatem arguit. Auxilium impendit, quia manum porrigit. Psal. cxiiii, 7 : *Emitte manum tuam de alto, libera me, et eripe me de aquis multis*. Et Job. xiv, 15 : *Operi manuum tuarum porriges dexteram*. Deinde de infidelitate eum arguit, et ait illi: *Modica fidei, quare dubitasti?* In quo significatur quod si fidem certam habuisset, submergi non potuisset: ideo stabiles esse debemus in fide. Idem habetur supra viii, 26 : *Quid timidi estis modica fidei?* *Et cum ascenderet in naviculam, cessavit ventus*. Hie ponitur quartum auxilium contra ventum. Psal. cxi, 25 : *Dixit, et stetit spiritus procelæ*. Unde signum est quod cum Christus est cum suis, nil perversi habent. Unde Apoc. vii, 16 : *Non esurient neque sitient ultra*.

Sequitur liberationis effectus: *Qui autem in navicula erant, venerunt, et adoraverunt eum*, scilicet discipuli, vel naufragi. Supra viii, 27 : *Qualis est hic, qui venti et mare obediunt ei?* *Vere Filius Dei*

es. Per hoc autem significatur quod quando Dominus cum fidelibus est, tunc verae ceteri credunt. I Joan. n. 28 : *Filioli, manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus.*

Et cum transfretassent, venerant in terram Genesareth. Hic ponitur virtus Christi : et primo describitur locus : deinde devotio hominum : et post virtus operativa. Dicit ergo : *Et cum transfretassent venerant in terram Genesareth,* qui locus est ex alia parte maris, et interpretatur ortus : unde post periculum venerant ad refrigeri. Deinde sequitur devotio turbarum : *Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et obtulerunt ei omnes*

male habentes etc. : quia, non solum suos infirmos obtulerunt, sed miserunt pro extraneis. Unde cum cognovissent per famam et per doctrinam, miserunt pro infirmis, et obtulerunt ei : unde omnes eredebant in eum ; tanta erat virtutis sermo ejus. Et hoc significatur Isa. ult. *Mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentem in mœc etc.* Item devotio etiam demonstratur : quia non solum petebant quod imponeret manus, sed tantum rogabant ut simbriam vestimentum ejus tangerent. Per simbriam significantur minima præcepta ; vel caro Christi : vel sacramentum baptismi. *Et quicumque tetigerunt, scilicet per fidem, salvi facti sunt.* Unde Mat. ult. 16 : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM

4. Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ et pharisei, dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum ? Non enim lavant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis : Quare et vos transgrediuntur mandatum Dei propter traditionem vestram ? Nam Deus dixit : Honora patrem et matrem : et, Qui maledixerit patri vel matre, morte moriatur. Vos autem dicitis : Quicunque dixerit patri vel matri : Munus quocunque est ex me, tibi proferit : et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, et irritum fecisisti mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocrita, bene prophetavit de vobis Isaías dicens : Populus hic labiis me honorat ; cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem me docentes doctrinas et mandata hominum. Et convocatis ad se turbis, dixit eis : Audite, et intelligite. Non quoniam intrat in os coquuntur hominem ; sed quod procedit ex ore, hoc coquuntur hominem. Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt ei : Seis quis pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt ? At ille respondens ait : Omnis plantatio quæ non plantauit Pater mens celestis, eradicatorbitur. Sinite illos : caeci sunt, et dices cecorum. Caecis autem si caecus ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei : Edidisse nobis parabolam istam. At ille dixit : Adhuc et vos sine intellectu estis ? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrum vadit, et in secessum emititur ? Quæ autem procedunt de ore, de corde exirent, et ea coquuntur hominem : de corde enim exirent cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. Hæc sunt quæ coquuntur hominem ; non lotis autem manibus manducare non coquuntur hominem.

5. Ut expressus inde Jesus, recessit in partes Tyri et Sidonis. Et ecce mulier Chanaanæ a filiis illis

egressa, clamavit dicens ei : Miserere mei Domine fili David : filia mea male a diabolo vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum, dicentes : Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait : Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt dominus Israel. At illa venit et adoravit eum, dicens : Domine adjuva me. Qui respondens ait : Non est bonum sumere paneum filiorum, et mittere canibus. At illa dixit : Etsi tu Domine : nam et catelli edunt de meis quæ calunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus ait illi : O mulier, magna est fides tua : fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

3. Et cum transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ, et ascenderat in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum multos, caecos, claudos, debiles, et alios multos, et projecterunt eos ad pedes ejus, et curvavit eos : ita ut turbæ mirarentur videntes multos loquentes, claudos ambulantem, caecos videntes : et magis faciebant Deum Israel. Jesus autem convocatis discipulis suis, dixit : Misericordia turbæ, quia triduo iam perseveraverunt mecum, et non habent quod manducent ; et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli : Unde ergo nobis in deserto panes tantos ut satureremus turbam tantam ? Et sit illis Jesus : Quot panes habetis ? At illi dixerunt : Septem, et paucos pesciculos. Et præcepit turba et disnumerent super terram. Et accipiens septem panes et pescicos, et gratias agens, friget, et dedit discipulis : et discipuli dederunt populo, et comedenter omnes, et saturati sunt. Et quod superfluit de fragmentis, intulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverunt quatuor milie hominum, extra parvulos et mulieres. Et dimissa turba, ascendit in naviculam, et venit in fines Magedan.

1. *Supra Dominus sub figuris virtutem suae doctrinae ostendit : nunc ostendit sufficientiam ejus. Ostenditur autem duplamente. Primo quod non requirit observantias legis ; secundo quod non solum uni genti Iudeorum data sit, sed et gentilibus, ibi, *Egressus inde Jesus cessus in partes Tyret Sidonis.* Carea primum tria facit. Primo tanguntur cirenmstantiae accusationis ; secundo accusatio ; tertio expositio. Secunda ibi, *Quare discipuli transgredintur traditiones seniorum ?* Tertia ibi, *Non enim levant manus suas cum panem manducant.* Aggravatur autem malitia eorum ex tribus. Primo ex tempore, quia tunc quando haec signa faciebat et miracula, ipsi faciebant signa iniquitatis : unde malignabantur. Supra. xi, 25 : *Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus etc.* Item redditur aggravatio ex loco : quia cum Iudeis essent diffusi per Iudeam, illi tamen qui erant in Hierusalem, erant sapientes ; et tamen erant deteriores. Isa. xxvi, 10 : *In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini.* Item aggravatur ex conditione personarum, quia de magnis venerunt scribere, qui erant magis litterati, et Pharisei, qui reputabantur magis sancti. Hier. v, 5 : *Ibo ad optimates, et loquaris : ipsi enim cognoverunt viam Domini.* Deinde ponitur id in quo accusabant eos : *Quare discipuli tui transgredintur traditiones seniorum ?* Praeceptum erat, ut habetur Dent. iv, 2 : *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Unde addentes traditiones, contra legem faciebant : non quod non¹ licet constitutere aliquid ; sed quod ita praecipiebant observari sicut legem Domini. *Non enim levant manus suas etc.* Hic exponitur quae sunt eorum traditiones. Hoc tamen exponitur magis Marc. vii, 2 : ibi enim dicitur, quod *enim vidissen quosdam de discipulis ejus, communibus manibus, idest non latis, munducare panes, vituperaverunt.* Et potest hoc esse ad litteram, quia non lavabant manus. Quare ? Quia ita solliciti erant verbo Dei, quod etiam tempus non habebant : nnde ex sollicitudine circa spiritualia non se lavabant eo modo sicut*

Judei : sicut habetur. Marc. vii, quod omnes Judei nisi crebro lavent manus, non manducant. Ideo discipuli non lava- bant secundum ritum eorum. Unde carna- naliter intelligebant quod dicitur Isa. i, 16 : *Lavamini, mundi estote.* Unde ipsi ad litteram intelligebant, lavantes quod erat exterius, et non quod interius. *Ipse autem respondens, ait illis.* Dominus duo facit : quia non respondet ex usando discipulos, sed ostendit quod ipsi non sunt digni qui reprehenderent² eos. Supra vi, 5 : *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo.* Constat quod transgredi mandatum Dei est gravius quam traditiones homi- num ; et ideo qui transgrediebantur man- data Dei, in majoribus delinquentebant. Ideo primo ostendit eos transgressores legis ; secundo, quod mandatum transgreduntur. Dicit ergo : *Quare vos transgredimini mandatum Dei, et non observatis, propter traditionem vestram ?* Rom. x, 3 : *Ignorantes Dei justitiam, et suam querentes statuere, iustitiae Dei non sunt subjecti.* Isa. iii, 8 : *Lingua eorum et adiven- tiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.* Deinde cum dicit, *Nam Deus dixit etc.* ponit quod est istud mandatum, quod est scilicet de honoratione parentum. Et pri- mo ponit mandatum ; secundo penam : unde dicit : *Nam Deus dixit xx, 12 : Hon- norata patrem et matrem tuam.* Et no- tardum, quod honor non est nisi rever- rautia exhibita in testimonium virtutis. Iste enim exhibet reverentiam qui que necessaria sunt administrat : nnde non solum tenetur homo assurgere, sed etiam necessaria ministrare Eecli. ii, 21 : *Qui timent Dominum, custodient mandata il- lius.* Et quod debeatur talis honor patet, quia Tobias mutuavit Gabelo, quod agere praeceperat Dominus. Exod. xxii, 12, statim addit penam : *Ut sis longavus su- per terram.* Item Levit. xx, 9, addit pa- nium transgressoribus. *Qui maledixit patri suo, et matri sua, morte moriatur.* Et sic in benedictione non solum intelli- gitur quod ore benedicas, sed etiam quod benedictionem impendas. Prov. xx, 20 : *Qui maledixit patri suo et matri, extin-*

¹ Al. deest : « non. »

² Al. : « quia reprehendebant »

guetur lumen ejus in mediis tenebris. Sed quia posuit incitativum ex parte poenæ, quare non posuit præmium ex obedientia? Quia homines magis terrentur a pena quam desiderent præmium: nam et brutum a pena terretur. Ex hoc enim habetur, quod si qui detrahunt patri et, matri eis detrahere, sint digni morte: quare non sunt digni morte: ergo qui movent alios sunt digni accusatione. Ergo vos non estis digni accusare eos. *Vos autem dicitis etc.* Ille tangit quomodo transgrediuntur. Et primo hoc ostendit; secundo anoratatem ponit. Et circa primum ostendit ritum suum; secundo quid seqnebatur. Dicit: *Vos dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri etc.* Multis modis hoc legitur. Uno modo ut sit constructio perfecta; et tune sic: *Quicumque, idest quis, dixerit,* idest dicere poterit. Alio modo ut sit imperfecta, sic: *Quicumque dixerit etc.,* supple, servat mandatum, et est immunis a poena. Quid est hoc dictum? Tripliciter exponitur. Rabanus dicebat, quod spirituale bonum praferendum est temporalium: ideo dicebant his qui habebant patres pauperes, ut dicenter eis: Pater, non displiceat tibi si non do tibi necessaria; quia munus quod offero, proticet tibi spiritualiter. Sed hoc non erat verum, secundum illud Eccli. xxxiv, 23: *Dona iniquorum non probat Altissimus.* Et Prover. xxvii, 24: *Qui subtrahit aliquid a patre suo et a matre, et non dicit hoc esse peccatum, particeps homicida est.* Ideo si aliquis habet patrem vel matrem, et non possent vivere sine eo; qui dicere ei, Vade ultra mare vel intra religionem, in hanc sententiam incidit. Alia est expositio. Hieronymus autem legit interrogative, idest, *Numquid proderit tibi?* Habetur Levit. xxii, quod alienigena non poterat sumere quae consecrata erant Domino: ideo filios qui habebant patres pauperes, monebant quod offerent Deo. Et si patres vellent sustentari ex eis, dicenter eis: Si aliquid accipias ex illo quod Deo debebo offerre, numquid proderit tibi? Non: immo magis erit tibi in damnationem. Augustinus sic exponit. Dicebant Judæi, quod pueri dum erant

sub tutela patris, eis tenebantur. Unde quando parvi sunt filii, patres offerunt pro filiis, et valet eis; sed quando liberi aribitrii sunt, tunc non valet devotione aliena; unde dicebant, quod omnis qui ad hunc statum potest pervenire, et patri suo dicere: *Munus quod ex me est, tibi proderit:* non tenebatur patri. Sed ex ista doctrina sequuntur duo inconvenientia. Unum contra proximum, aliud contra Dominum. Contra proximum, quia qui sic dicere, et qui sic instructus est, non honorificat patrem suum. Unde Rom. I, 30: *Inventores malorum, parentibus non obedientes.* Et sequitur: *Qui talia agunt digni sunt morte.* Item contra Deum: unde dicit: *Et irritum fecistis mandatum Dei;* quasi dicat, Non solum fecistis contra proximum, immo etiam *irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* *Hypocrita.* Proprie dicebantur hypocrite qui intrabant theatrum, et habebant unam personam, et simulabant aliam cum larvis. Iстis ergo Hypocrite sunt, qui exterius aliud prætendunt quam habeant interius: unde interius intendebant lucra, exterius movebant homines ad offerendum Deo. Job xxxvi, 13: *Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum viucti fuerint.* Bene prophetavit de vobis Isaías. Ille habetur. Isa. xxix. Primo ponit duplicitatem eorum secundo inutilitatem serviti, ibi, *Sine causa autem colunt me.* Dicit ergo: *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* Et hoc litteram, quia honorabant labiis¹, sed corde longe erant a Deo: quia Christum in nomine Dei venientem non recipiebant. Vel sic: *populus hic labiis me honorat etc.* quod enim dicunt, quod homo debet offere Deo, videtur quod honorent Deum; *cor autem eorum longe est:* quia non tendebant ad honorem Dei, sed ad cupiditatem: unde quanto cupiditas major, tanto caritas minor. Ille habetur Hier. xii, 2: *Prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum.* Sed numquid ista fictio valet eis? Non, quia non placet Domino: unde sequitur: *Sine causa autem colunt me.*

¹ Al. : « labiis. »

Sed quid est hoc dictum? Jejunare est doctrina hominum, et canones sunt traditiones hominum: numquid qui hæc docent, sine causa colunt Deum? Intelligendum est in prejudicium mandatorum Dei Job xxxii, 21: *Deum homini non aquabo* Act. v, 9: *Obedire oportet magis Deo quam hominibus Quare?* Quia Deus decipio non potest. Isa. I, 13: *Ne offeratis sacrificium frustra.* Ex hoc habemus quod homo magis debeat sibi conscientiam facere de transgressione mandati, quam de transgressione ecclesiastice constitutionis.

Et convocatis ad se turbis, dixit eis etc. Supra ostendit Dominus, Pharisæos calumniantes esse indignos quod reprehenderent discipulos, quia majoribus erant involuti peccatis: nunc autem prætermitens eos, instruit alios: ut impletatur quod dictum est supra xi, 25: *Absecessisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Et primo instruit turbas; secundo discipulos, ibi: *Tunc accedentes discipuli etc.* Et circa primum duo facit. Primo preparat ad audiendum; secundo dat doctrinam suam. Secunda ibi, *Non quod intrat in os coinquiat hominem.*

Notandum, quod ad audiendum aliquem alium requiritur attentio, per quam homo ad interiora revocetur, et in se congregetur. Et hoc facit, cum dicit, *Et convocatis eis:* quia oportet quod ad ipsum congregenur. Psalm. xxxiii, 6: *Accedite ad eum, et illuminamini.* Secundo necessaria est diligentia in audiendo: ideo dicit, *Audite.* Prover. I, 5: *Audiens sapiens, sapientior erit.* Item requiritur intellectus: unde dicit. *Et intelligite.* Psal. xcii, 8: *Intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite.*

Consequenter proponit altissimam doctrinam, quæ est perfectio moralis vite: unde notandum, quod aliquid immunitur ab exteriori, ut aqua calefit ab igne: aliquid ab interiori, ut homo mutatur per peccatum. Quantumcumque enim moveatur exterior, non est peccatum nisi consentiat homo interior. Job xxxvi, 9: *Ab interioribus pervenit tempestas.* Unde primo ostendit quod non ab exterioribus secundo quod ab interiori. Dicit ergo: *Non quod intrat per os, coinquiat hominem.*

Contra, illud objicitur quod habetur per veterem legem: habetur enim Lev. xi, quod multa cibaria prohibentur, unde homines siebant immundi.

Respondet Augustinus contra Faustum, dicens, quod aliquid dicitur immundum dupliceiter. Uno modo secundum naturam suam; et sic nulla sunt immunda secundum illud ad Timoth. iv, 4: *Omnis creatura Dei bona est, et nihil rejeciemus quod cum gratiarum actione percipitur.* Item aliquid potest esse immundum secundum significationem; et sic potest aliqua res esse signum immunditiae¹ et munditiae: ut si accipiamus porcum et agnum in sua natura, utrumque est bonus; tamen sua significatione porcus significat immunditiam, agnus innocentiam: ideo quantum ad significationem unum est mundum, aliud immundum. Et quia ante adventum Christi erat tempus in quo vivebant sub figuris, quia non adhuc patebat veritas; ideo illæ observantiae erant servandaæ, et cadebant sub precepto. Sed quia in adventu Christi veritas manifestabatur, cessabat figura; ideo etc.

Sed iterum restat alia questio: quia habetur Act xv quod Apostoli præcepunt quod conversi abstinerent a suffocato et sanguine: ergo videtur quod veritate manente debeant teneri illæ observantiae.

Antiqui dixerunt, quod istud ad litteram intelligendum est quod adhuc ab istis abstinentium est, quia immunda sunt. Sed hoc nihil est quia contradicit auctoritati Apostoli ad Tit. I, 15: *Omnia munda mundis.* Aliqui dixerunt, quod istud partim ad litteram intelligendum est, partim moraliter: quod enim dicitur de fornicatione, illud ad litteram prohibuerunt; quod autem a sanguine, hoc intelligendum est, quod sanguis innoxius non effunderetur: quod vero dicitur de suffocato, sic intelligendum erat ut nullus alii calumniam inferret. Sed non debet sic intelligi, quamvis sit expositio vera. Veritas enim questio, utrum gentiles conversi tenerentur ad ista qua prohibuerunt Apostoli: ideo oportet intelligi se-

¹ Al.: « signum munditiae. »

cundum quod Iudeis erat consuetum. Ideo aliter dicendum est, quod Apostoli aliquid considerabant¹, et prohibebant, vel quia secundum se illicitum, vel quia occasio scandali : unde fornicationem quasi illicitam prohiberunt ; sanguinem autem ne scandalum aliis facerent, ut scilicet scandalum tolleretur. Et hoc sonant verba Apostoli I ad Corinth. viii, 9 : *Videte autem ne habe licentia vestra offendiculum fiat infirmis.*

Item si objicitur : Ponatur quod aliquis in quadragesima comedat carnes, nonne coquinatur² dicendum, quod non excibo, sed ex violatione præcepti Rom. xiv, 17 : *Regnum Dei non est esca et potus.*

Sed quod procedit ex ore, hoc coquiat hominem. Ille videtur tangere solum peccata quae ex ore procedunt, et habe coquinantur. Luc. xix, 22 : *Ex ore tuo te judico, serve nequam.* Et supra vii, 2 : *Ex ore tuo judicaberis³.*

Sed dicendum, quod proprium officium oris est dicere. Est autem duplex dicere : exterioris ore corporali, et interioris ore mentis, de quo Psalm. xiii, 1 : *Dicit insipiens in corde suo : Non est Deus.* Sic ergo os potest intelligi os cordis, scilicet mens hominis ; et sic omne peccatum est ex ore, quia nunquam est peccatum nisi ex propositio mentis. Sic ergo *quod procedit ex ore*, scilicet cordis, *hoc coquiat* : quia peccatum adeo est voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum.

Tunc accidentes discipuli ejus etc. Ille instruit de scando vitando, et de principali quæstiōne, ibi, *Respondens autem Petrus.* Circa priūm duo. Primo ponitur quæstio discipulorum, secundo Christi responsio. Ille intelligendum quod Pharisæi et discipuli audierunt hoc verbum, in quo intelligebant, quod omnes suas traditiones subverteret, non autem præcepta Domini : ideo abominantes nihil dixerunt, sed turbationem habuerunt : ideo discipuli dixerunt : *Scis quia Pharisæi, auditio verbo hoc, scandalizati sunt.*

Hoc verbum *scandalum* frequenter invenitur in Scripturis : unde videndum quid significet. Scandalum in græco idem est quod offendiculum, ut lapis in via : unde offendiculum dicitur ubi est occasio ruinæ. Sed aliquando aliquis scandalizat active, aliquando passive. Active scandalum dicitur quando est aliquod factum quod est non solum in se malum, sed etiam alius offendiculum : ideo scandalum dicitur dictum vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ. Et non dicitur cogitatum, quia oportet quod sit patens. Imo non dicit malum, sed minus rectum, quia oportet quod habeat speciem mali. I Thessal. v, 22 : *Ab omni specie mali abstinet vos.* Item est scandalum passivum : nt si aliquis bonum verbum dicat, vel oret, alius scandalizetur, et accipiat sibi occasionem ruinæ. Unde Dominus non scandalizavit, sed ipsi ceperunt occasionem. Unde dixerunt⁴ discipuli sui, quod Pharisæi inde ceperunt scandalum ; et hoc prænuntiatum erat per Isa. viii, 14 : *Et erit vobis in sanctificationem : in lapidem autem offenditionis, et in petram scandali.*

At ille respondens ait. Ille ponitur responsio Domini, et ostendit eorum scandalum contemendum : primo quia alieni a Deo ; secundo quia nocivi hominibus, ibi, *Sinite eos : cœci sunt, et duces cœcorum.* Dicit ergo : *At ille respondens ait : Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Ex verbis istis illi qui posuerunt duas naturas, voluerunt confirmare errorem suum : quia malam naturam a malo Deo dixerunt, bonam a bono. Unde dicunt : Si aliquis de mala creatione sit, et si videatur facere bona, non potest perseverare. Sed nou est sic. Nam, ut dicit Hieronymus, contrarium habetur Hierc. ii, 21 : *Ego te plantavi vineam electam, omne semen verum : quomodo ergo conversa es in amaritudinem?* Hoc ergo patet quod non est a Deo. Sic ergo conversa est per istam plantationem non natura, sed aliquid superveniens intelligitur, et hoc est perversa voluntas : unde natura semper remanet,

¹ Al. : « non considerabant. »

Ibi : *In quo enim judicaveritis, iudicabimini.*

² Al. : « dixerant. »

sed voluntas perversa eradicatur : unde potest ista plantatio intelligi de traditione hominum, quae est eradicanda, si sit contra Deum ; sed traditio quae est a Deo, nunquam est eradicanda. Unde *omnis plantatio*, idest traditio quae non est a Deo Patre meo, *eradicabitur*. Et hoc habetur Act. v, 39 : de Gamaliele qui dixit : *Si fuerit hoc a Deo, non poteritis contradicere*. Hoc patet etiam in omnibus. Videlibet aliquem qui bona opera facit fundata in caritate, ad Ephes. iii, 17 : *In caritate radicati et fundati* : et haec non possunt eradicari. Sed alia quae non habent bonum fundamentum, ut dare elemosynam propter vanitatem, eradicantur. Unde Eccli. xiv, 20 : *Omne opus corruptibile in fine deficit, et qui facit illud, corruet in illo*. Unde sic intelligendum est Sap. vii : *Adulterinae plantationes non dabunt radices altas*.

Contra hoc habetur 1 ad Cor. iii, 6 : ubi dicit Paulus : *Ego plantavi Apollo rigavit*. Ergo Paulus eradicabitur. Dico, quod Paulus non plautavit ut principalis, sed ut minister.

Sequitur : *Sinite illos : cæci sunt*. Illic ostendit scandalum eorum contemendum², quia nocivi sunt hominibus. Et primo docet contemendum, secundo præsumptionem eorum ; tertio documentum. Circa primum. Dicitis quod ita scandalizentur ; *sinite eos*, et non curetis.

Sed numquid non est curandum de scandalo ? Nonne Dominus ut vitaret scandalum misit Petrum ad mare, ut solveret tributum ? Dicendum, quod scandalum aliquando oritur ex veritate : unde illud vitandum est scandalum quod potest vitari sine prajudicio veritatis, vitae, vel doctrinae, vel iustitiae : unde index non debet dimittere iudicium, si aliquis inde scandalizantur. Sed tamen distinguendum : quia aliqui scandalizantur ex infirmitate, aliqui ex certa malitia. Scandalum pusillorum vitandum est, veritatem servata ; et tamen potest homo differre, vel remittere. Sed si ex malitia, non : et sic isti scandalizantur. Unde si non ex malitia scandalizarentur, non dixisset Dominus, *Sinite illos*, sed potius, ins-

truite eos. Ad Titum iii, 10 : *Hæreticum hominem post secundam monitionem di vita*. Iier. v, 9 : *Curavinus Babylonem, et non est curata*.

Et quare cæci sunt ? Spiritualiter cæci sunt ignorantes. Isa. lvi, 10 : *Speculatori ejus omnes cæci*. Et quia ex certa malitia, non solum sunt cæci, sed etiam duces cæcorum, et magistri. Job xix, 4 : *Si ignoravi, mecum erit ignorantia mea*. Quod sint duces cæcorum, hoc est bonus ; sed quod cæci, hoc est malum. *Si cæcius cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt*. Job xl, 6 : *Absconde eos in pulvere*, scilicet quantum ad corpus.

Respondens autem Petrus. Instruit eos hic de principali quæstione : ubi tria facit ; quia primo ponitur petitio Petri, secundo increpatio ; tertio doctrina. Secunda ibi, *At ille dixit* : *Adhuc et vos sive intellectu estis*? tertia ibi, *Non intelligitis etc*². Dicit ego : *Respondens autem Petrus dixit ei* : *Edissere nobis parabolam hanc*. Petrus consuetus erat audire parabolas multas ab eo ; ideo credebat quod loqueretur parabolice : vel quia Petrus nutritus erat in observantiis legalibus sicut dixit in Actibus Apostolorum cap. i : *Absit a me Domine : nunquam coquinatum intravit in os meum*. Ideo credebat quod ad litteram non dicere, sed parabolice. Prov. i, 6 : *Animadverteret parabolam, et interpretationem, et verba sapientium, et anigmata eorum*. *At ille dixit* : *Adhuc et vos sive intellectu estis*? Dominus enim omnibus in Petro respondit, qui pro omnibus loquebatur. Illic reprehendit eos. Sed quare ? Una ratio est quam ponit Hieronymus : quia quod parabolam dictum est, parabolice dictum putant. Sicut enim reprehendendum est qui manifestat occulta, sic e converso qui occultat manifesta. Psal. xxxi, 9 : *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*. Alia ratio est Chrysostomi : quia videbatur zelare pro Judæis, quia mitritus in legis doctrina ; ideo videbatur inde tristari. Consequenter exponit : et primo exponit quod dixerat, scilicet *Quod intrat in os* ; secundo secundum quod dixerat, scilicet *Sed quod exit de ore, hoc*

¹ Al. : « vitandum. »

² Al. : « Nolite etc. »

coinquinat hominem : tertio concludit intentionem. Dicit ergo : *Nou intelligitis quod omne quod in os intrat, in ventrem vadit, in secessum emititur?* Et quare sic dicit Dominus ? Dicit Chrysostomus, quod loquitur eis quasi assuetis in observantiis legis. Erat autem intentio legis, quod dum cibus erat in ore indigetus, immundus¹ erat : sed cum digestus, mundus : unde semper dicitur in lege : *Immundus erit usque ad vesperum.* Ideo ponamus quod servari debeant iste observantiae, non tamen reddunt² hominem immundum, nisi ad tempus : unde quod transit, non potest immundare eos. Vel aliter. Nihil potest immundare animam quod non contingit eam : cibus autem non contingit animam ; et hoc est signum, quia *in ventrem vadit, et in secessum emititur.*

Sed, sicut dicit Hieronymus, contra hoc objiciunt aliqui, dicentes Dominum esse ignarum naturalis scientiae, quia non totum in secessum transmittitur. Unde quidam volentes sic intelligere, quod totum emittatur, volunt quod nihil convertatur in humanam naturam ; sed solum quod tractum est ab Adam, multiplicetur, et hoc solum resurget ; unde quod ex cibis est, secundum eos non resurget. Unde et artifices plumbum ponunt cum auro, ut plumbum consumatur, aurum conservetur. Sic resistunt cibi ne calor naturalis consumat illud quod est de virtute naturae. Sed hoc videtur impossibile : quia non potest aliiquid majus fieri nisi per rarefactionem ; quia nihil aliud est rarescere, nisi assumere majorem quantitatem. Item homo communiter se habet cum animalibus in sensitiva et in nutritiva, in vegetativa cum plantis : sed sic est quod ista augentur et nutrientur ex nutrimento : ergo et homines eodem modo augentur et nutritiuntur. Quid est ergo quod dicit, quod *in secessum emititur?*

Dicit Hieronymus, quod non solum intenditur superfluitas immunda ; immo quocumque modo fiat, sive per simum³

sive alio modo. Et hoc etiam secundum Philosophum, quia licet secundum speciem maneat, tamen secundum materiam fluit : ut i ignis in specie remaneat, sed materia consumitur. Potest etiam sic dici. *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, aliiquid : unde aliquando in Scriptura totum pro parte sumitur.*

Quæ autem procedunt de ore : jam⁴ dictum est quod per os intelligitur mens : *de corde exirent, et ea coquinat hominem* : quia peccata cordis sunt cogitationes et affectus. Isa. 1, 16 : *Aufeite mahn cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Item ponit peccata quæ sunt contra praecepta secundæ tabulæ : *Homicidia, adulteria, fornicationes, iurta.* Item peccata oris contra proximum, *Falsa testimonia, blasphemia,* contra praecepta primæ tabulæ. Unde hæc sunt quæ coquinant hominem, quia haec a mente procedunt. *Non lotis autem manibus manducare non coquinat hominem.* Hic concludit, et ponit hanc conclusionem, ut principali intentioni respondeat. Item, quia discipuli non erant intelligentes ; ideo concludit quod contra traditionem solum dieebatur.

2. Supra ostensa est sufficientia ejus doctrinæ, quia observantiam legis non requirit ; hic ostendit quod non coactatur ad unum populum, sed etiam ad salutem gentilium sufficit. Ostenditur autem triplex effectus in gentilibus. Primo in liberatione a potestate daemonis ; secundo ab infirmitatibus peccatorum ; tertio in spirituali refectione. Secunda ibi, *Et cum transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ.* Tertia ibi, *Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit.* Ostenditur ergo liberatio a potestate daemonum, quia mulierem obsessam a diabolo liberavit. Primo locus describitur ; secundo instantia mulieris ; tertio exaudito. Secunda ibi, *Et ecce mulier Chananaæ etc.* Tertia ibi, *Tunc respondens⁵ Jesus, mit illi etc.* Dicit ergo : *Et egressus venit in partes Tyri et Sidonis.* Tyrus et Sidon sunt duas civitates gentilium. Quia a Iudeis re-

¹ Al. : « et immundus. »

² Al. : « non reddent. »

³ Al. : « fumum. »

⁴ Al. : « quia. »

⁵ Al. : « et respondens etc. »

pellebatur, ideo ad gentes secessit, secundum illud Act. xii, 46 : *Vobis oportebat primum loqui regnum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis veterae vita, ecce convertimur ad gentes.* Et primo ostendit Dominus eminere conversionem observatorum legis ; secundo transitum ad gentes, quod significatum fuit Act. x, ubi dicitur quod cum Petrus esset apud Cornelium, vidit linteum etc., et dictum est ei ver. 45 : *Quod Deus purificat, tu ne immundum dixeris etc.* Et ecce mulier. Ille ponitur instantia mulieris : circa ejus petitionem tria significantur. Primo pietas ; secundo fides ; tertio humilitas ; et haec necessaria sunt ad impetrandum. Secunda ibi, *At illa venit, et adoravit eum.* Tertia ibi, *At illa dixit, Etiam Domine.* Primo ponitur interpellatio ; secundo adjutorium discipulorum, ibi, *Et accedentes discipuli ejus rogarunt eum.* Circa primum primo ponitur pietas mulieris ; secundo taciturnitas Christi, ibi, *Qui non respondit ei verbum.* Dicit ergo : *Et ecce mulier Chanaanæ etc.*

Sex possumus notare. Primo conversio petuentis. Eccli. xviii, 23 : *Ante orationem prepara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Preparat enim animam, quando a vitiis se mundat. Isa. i, 15 : *Cum multiplicaveritis orationes, non exaudiāt vos manus enim vestræ sanguine plena sunt.* Et hoc designatur per hoc nomen, *Chananæ*, quæ idem est quod mutata. Psal. 76, 11 : *Hæc est mutatio dexteræ excelsi.* Item qui convertitur, debet non solum vitare peccatum, sed etiam occasionem peccati. Eccli. xxi, 2 : *Quasi a facie colubri fuge peccatum.* Secunda notanda est devotion, quia clamabat. Clamor magnum affectum designat. Psal. cxix, 1 : *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi.* Tertio notatur pietas, quia alienam miseriam suam reputabat : unde dicit, *Miserere mei : et hoc est magna misericordia.* Job xxx, 25 : *Flebam super eum qui afflictus erat, et compaticiebatur anima mea pauperi.* Item tangitur humilitas, quia

petuit ex confidentia misericordia Dei. Dan. ix, 4 : *Custodiens pactum, et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua.* Quarto tangitur fides quæ necessaria est ad petitionem. Jac. 1, 6 : *Postule autem in fide nihil hæsitans.* Item constitutur divinam naturam in eo, in hoc quod dicit, *Domine.* Psal. cix, 3 : *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.* Item humanam, *Filiū David,* qui² ex semine David. Rom. 1, 3 : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Item expositio propriæ necessitatis. *Filia mea male,* idest graviter, *a dæmoni vexatur.* Et potest esse typus totius Ecclesiae gentilium : vel ejuslibet conscientia quæ a dæmonio vexatur, cum contra conscientiam operatur. Luc. vi, 18 : *Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur.* Et dicit, *Male,* in quo aggravat peccatum. II, Paral. ult., *Peccavi, Domine, peccavi, et iniquitatem meam agnosco, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis.*

Consequenter ponitur taciturnitas Christi : *Qui non respondit ei verbum.* Sed hoc videtur mirabile quod fons pietatis tacuit. Et assignatur triplex ratio. Prima ne videatur ire contra illud quod supra x, 5 dixerat : *In viam gentium ne abieritis.* Ideo prompte noluit exaudire ; nihilominus tamen quia multum instituit, accepit quod petivit. Ideo datur intelligi quod propter instantiam petitionis impetratur quod supra legem est : erat enim de lege quod soli Iudei salvarentur. Sed ista per instantiam suam impetravit quod erat supra legem. Secunda ratio est ut magis cresceret devotio. Ilabae. 1, 2 : *Usquequo clamabo, et non exaudies ; vocabor ad te vim patiens, et non salvabis ? Quare ostendisti mihi iniquitatem et dolorem, videre prædam ei iniustitiam, contra me ?* Tertia ratio ut daret occasionem discipulis, ut et ipsi intercederent pro ea : quia quantumcumque sit aliquis bonus, indiget tamen orationibus aliorum.

Statim sequitur intercessio discipulorum : et primo ponitur eorum petitio ;

¹ Al. : « oportebit. »

² Al. : « quia. »

³ Al. : « justitiam. »

secondo Christi responsio. Dicit ergo : *Et accedentes discipuli ejus rogabant eum. Et quare accesserant ? Una ratio est quia nesciebant quare tantum retardabat ; secunda moti erant misericordia ; item non poterant pati mulieris importunitatem. Lue. xi, 8 : Si perseveraverit pulsans ; dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios.* Discipuli non dicunt, Sana eam, sed, *Dimitte eam* ; idest, dicas ei : Nihil faciam tibi. Et iste est modus loquendi : quoniam cum intendimus unum, dicitur contrarium.

Sed objicitur : quia Marci vii, dicitur quod ingressa est in domum, et ibi petiit. Quid est ergo quod hic dicitur, *Quia clamat post nos?* Augustinus dicit, quod sine dubio primo in domo fuit, et ibi dixit, *Miserere mei* : et tunc recessit Jesus, et illa secuta est eum.

Tum 'sequitur responsio Christi : *Ipse autem respondens etc.* Satis videbatur mulier pietatem ostendisse ; sed haec videbatur naturalis : ideo Dominus exigebat possessionem fidei : ideo abjeciebat eam ; et dixit : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Hebreorum erat peculiariis : unde dicebant Psal. xciv, 7 : *Nos autem populus ejus, et oves pascae ejus.* Et illæ oves perierant, quia abducti erant per diversas observantias : unde supra ix, 26 : *Videns turbas miseratus est eis, quia erant vexati et jacentes, sicut oves non habentes pastorem.* Psal. cxviii, 176 : *Erravi sicut ovis quæ periit.*

Sed quid est quod dieit : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Nonne habetur Isa. xlIX, 6 : *Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ?* Ergo non solum ad Iudeos missus est, sed et ad gentes.

Dicendum, quod ad omnes missus est, ut omnes in unum congregaret ; sed missus est primo ad Iudeos ut Iudeos ad gentes transferret. Rom. xv, 8 : *Dico autem*

Christum Jesum ministrum fuisse circumcisio nis propter veritatem Dni, ad confirmandas promissiones patrum.

*At illa venit, et adoravit : nuda ingredit se. Et primo ponitur professio istius ; secundo responsio. Ponitur professio, quia Deum recognovit, quia enim adoravit : licet enim haberet repulsus Apostolorum, tamen ingessit se, et adoravit. In hoc Deum recognoscit. Deuter. viii, 19 : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli serives.* Psal. lxv, 4 : *Onnis terra adoret te, Deus. Adjuva me.* Non dieit, Ora pro me ; sed, *Tu adjuva me*, quia potes. Psal. cxx, 2 : *Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram.* Qui respondens dixit, *Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus.* Hoc additur ad probandum humilitatem, quia jam constabat satis de fide ; ostendens excellentiam Iudeorum ad gentes. Tunc enim probatur humilitas, quando patitur quod exprobretur gens sua : unde dicit : *Non est bonum etc.* Iudei vocabantur filii : unde Isai. i, 2 : *Filios enutrivi et exaltavi ; ipsi autem spreverunt me :* quia ipsi instructi erant in mandatis Dei. Joan. x, *panis est doctrina.* Eccli. xiiii, 3 : *Cibavit eos pane vita et intellectus.* Panis iste potest dici miracula Domini, vel documenta legis. Ille ergo panis fidelibus, scilicet Iudeis, debetur². *Non est ergo bonum sumere panem filiorum, idest Iudeorum, qui jamdiu sunt filii, et mittere canibus, scilicet gentilibus :* quia sicut canis est animal immundum, sic gentes. Unde supra, vii, 6 : *Nolite sanctum dare canibus.* Unde non adhuc totaliter repudiaverunt ; sed, sicut dicit Hieronymus, conveniens est quod Iudei canes dicantur³, secundum illud Psal. xxi, 17 : *Circumdederunt me canes multi.* Et Eph. iv, 28 : *Nos autem filii sumus.**

At illa dixit, Etiam Domine. Ille tangitur mira humilitas mulieris, et sapientia. Visus est contumeliam inferre genti sue ; sed humilitatis est quod concedit contumeliam dietam. Unde dicit, *Etiam Domine.* Item major ostenditur humilitas, quia ipse Dominus dixerat *canes* ;

¹ Al. : « tunc. »

² Al. : « Hunc ergo panem qui fidelibus, scilicet Iudeis, debetur. »

³ Al. : « conveniens est quod Iudei canes dicuntur. »

sed ista dixit catellos : unde dicit : *Nam et catelli edunt de micis.* Item Dominus vocaverat filios Iudeos, sed ista dominos ; nnde dicit : *Quae cadunt de mensa dominorum.* Et humiliiter ita scivit compellere Dominum ; quasi dicit : Non peto, Domine, quod tot beneficia conferas nobis quot Iudeis, sed de micis des nobis. Eccl. xxxv, 21 : *Oratio humiliantis se penetrat celos.* Et Psal. c, 18 : *Resperxit in orationem humilium.* Ideo Dominus exaudivit. Tunc respondens Jesus, ait illi etc. Et tria facit. Primo ponitur ejus commendatio ; secundo exauditio ; tertio effectus. Quando se humiliat dicit : *Magna est fides tua.* Magna, quia magna credit. Item propter rectitudinem. Iac. i, 6 : *Postulet autem in fide nihil hascitas.* Item magna propter fervorem : unde infra, xvii, 49 : *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc ; et transibit.* Ideo sequitur exauditio : *Fiat tibi sicut vis.* Psal. cxlii, 49 : *Voluntatem timentium se faciet.* Sequitur effectus : *Et sanata est filia ejus ex illa hora.* Unde principio Gen. i, 3 : dicit : *Fiat lux, et facta est lux.* Sic et hic, *Fiat tibi.* Illud enim verbum fuit verbum aeternum. Eccl. viii, 4 : *Sermo ejus potestate plenus est.*

3. Supra confirmata doctrina evangelica per liberationem gentilium a potestate demonum per virtutem Christi, nunc confirmat per liberationem ab infirmitatibus spiritualibus per hoc quod multos curavit. Et tria facit. Primo ponitur locus ; secundo oblatio ; tertio liberatio. Secunda ibi, *Et accesserunt ad eum turbæ multæ etc.* Tertia ibi, *Et curavit eos.* Describitur primo locus in generali : quia cum transisset, scilicet de regione gentilium, venit juxta mare, quod erat in Iudea, quod aliquando vocatur Genesareth, aliquando mare Galilææ. Per hoc quod revertitur ad Iudeos, significatur quia reliquæ Israel salvabuntur. Ad Rom. xi, 5 : *Sic ergo et in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ Dei salvæ factæ sunt.* Deinde describitur locus in speciali, dicens : *Et ascendens in montem, sedebat.* Per montem significatur al-

tudo verbi. Psal. xxxv, 7 : *Justitia tua sicut montes Dei.* Sed Jesus non stabat, sed sedebat; quia, nisi descendisset, non cognovissemus : secundum illud Psal. cxlii, 3 : *Domine, inclina celos¹ tuos, et descendere.* Item per montem altitudine gloriae, ut habetur Gen. xix, 17 : *In monte salvum te fac etc.*, ad significandum quod ibi est vera quies, non hic. Ad Hebr. xiii, 14 : *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus : idest futuram expectamus.*

Sequitur oblatio : *Et accesserunt ad eum turbæ multæ etc.* Et primo ponitur quantum ad multitudinem turbarum ; secundo quantum ad oblationem infirmorum ; tertio quantum ad modum. Circa primum : *Tunc accesserunt ad eum turbæ multæ.* Psalm. lxxxv : 9, *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine.* Et non accesserunt vacui : quia secum habentes mutos, cœcos, claudos, etc. Et in hoc significatur quod qui convertuntur ad Dominum, debent offerre alios Domino ; et hoc est quod dicit : *Habentes mutos, cœcos, claudos, et debiles.* Debiles latine significat defectum virtutis ; sed græce dicitur qui habet manum debilem : sicut enim claudus dicitur qui in pedibus læsus est, sic debilis qui manum aridam habet. Per istos significantur diversa genera morborum spiritualium. Per mutos significantur illi qui Denim laudare non possunt, de quibus Isa. lxvi, 10 : *Canes muti non valentes latrare.* Claudi dicuntur qui nunquam firmiter ambulant ad bonum, sed cito ad malum convertuntur. III Reg. xviii, 21 : *Quare claudicatis in duas partes ? Si Dominus est Deus, sequimini eum.* Per cœcos significantur intideles, qui privati sunt lumine terti. Isa. lix, 9 : *Palparimus tenebras.* Per debiles, qui habent aridam manum, significantur illi qui habent debile cor. Psalm. xxi, 16 : *Anuit tanquam testa virtus mea.* Et alios multos. In hoc magnam fidem ostendebant, quia non solum suos, sed alios. Item ostendunt devotionem suam ex modo : aliquando enim rogaverunt ut manum apponeret, ut supra ix ; aliquando autem

¹ Al. : « oculos. »

ut fimbriam tangerent, ut supra eodem, scilicet ix et xiv. Sed modo sufficiebat ponere ad pedes ejus. Et per hoc mystico datur intelligi nobis, quod peccatores quos convertimus, non debemus nobis subiecere, secundum quod habetur I Corinth. iv, 1 : *Sic nos existinet homo ut ministros Christi¹ et dispensatores mysteriorum Dei.*

Sequitur de curatione : et primo ponitur curatio ; secundo admiratio ; tertio effectus. Dicit ergo : *Et curavit eos.* Psal. cvi, 20 : *Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interioribus eorum.* Et alibi, Psal. ci, 3 : *Qui propitiatur omnibus iniuriantibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras.* Et sequitur admiratio : *Ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos etc.* Ille ponitur effectus. Istud predictum erat Isa. xxxv, 5 : *Tunc aperientur oculi cœrorum, et aures surdorum patibunt etc.* Et in Psal. cvii, 3 : *Mirabilia opera tua.*

Sed quaritur. Quare non facit mentionem de debilibus ? Quia non erat actus oppositus, cui possit respondere².

Sed videat³ quod aliqui visis miraculis blasphemabant, ut habetur supra. xiv. Sed isti collaudabant : unde magnificabant Deum Israel.

Iesus autem, convocatis discipulis etc. Ille ostenditur doctrina Christi laudabilis per refectiōnem bonorum : et primo ponitur motivum : secundo materia ; tertio distributio ; quarto refectio. Secunda ibi, *Et dicunt ei discipuli etc.* Tertia ibi, *Et præcepit turbæ ut discumberent ; quarta ibi, Et comederunt omnes, et saturati sunt.*

Notandum, quod motivum istud ponitur post præmissa, quia infirmi non possunt cibari, quia *omnem escam abominata est anima eorum.* Psal. cvi, 48 : Ideo eopportet quod antequam cibentur, sanentur : sic etiam in spiritualibus. Augustinus : « Palato infirmo poena est panis, qui sano est amabilis. » Et ideo Dominus post sanationem, cibat.

Et notandum, quod primo convocat discipulos, ut reddat attentos, ut sint me-

mores miraculi. Item ut det exemplum nobis quod quantumcumque sit homo magnus, debet se comportare minoribus. Eccl. iii, 20 : *Quanto major es, humili te in omnibus.*

Unde *convocatis discipulis suis, dixit :* *Misereor turba etc.* Hoc fuit motivum : unde ostendit humanitatem convenientem divinitati. Misericordia est passio, quia misericors est miserum cor habens, quia reputat alienam miseriā suam. Sed misericordia maxime Deo convenit. Psal. ci, 8 : *Miserator et misericors Dominus, longanimes, et multum misericors.* Et quam reputat ut suam, repellere debet ut suam. Unde Dominus in quauntum repellit miseriā dicitur misericors. Sed ponitur motivum miserendi triplex. Primo ponit perseverantium ; secundo inopiam, tertio periculum imminens. Primo ponitur perseverantia, cum dicitur : *Quia triduo jam perseverant mecum.* Ex quo potestis cognoscere quod qui cum Christo perseverant, pane suo reficiuntur ; quia *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* Infra. xxiii, 13. Per triduum potestis intelligere confessionem sanctæ Trinitatis : unde infra ult. 19 : *Euntes in universum mundum, baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Vel triplicem actum, scilicet cordis, oris, et operis. Item triplex tempus sæculi ; scilicet tempus legis naturæ, legis mosaicæ et legis gratiæ, et gloriæ in fine. Psalm. xvi, 13 : *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Vel per triduum, triduum mortis Christi. Unde illi triduo sustinent Dominum qui conformarunt se morti Christi. Osee vi, 3 : *Vivificabit nos post triduum, et in die tertia suscitabit nos.* Unde per mortem Christi expectamus justificationem. Ad Gal. iii, 17. *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro portantes.* Secundum quod tangitur est inopia : unde dicit, *Non habent quid manducent.* Sed quare per triduum expectavit ? Ne possent calumniari quia⁴ refecti essent cibo quem secum portaverant. Secundum mysterium, illorum miseretur qui suam miseriā cognoscunt. Apoc. iii, 17 :

¹ Al. : « ut Dei ministros. »
Al. : « reddere. »

³ Al. : « videtur. »
⁴ Al. : « qui. »

Nescis quia miser es, et miserabilis et pauper et excus et nudus etc. Tertium est periculum. Et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via : deficiunt enim in via qui verbo Dei non reficiuntur. Deut. viii, 3 : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Eccl. xiii, 2 : Cibavit eum pane vitae et intellectus.

Et dicunt ei discipuli etc. Hic ponitur materia. Et primo quo modo dedit; secundo quanta materia aderat. Unde dicit : Et dicunt : Unde ergo in deserto panes tanti? Hic tarditas et oblitio discipulorum reprehenditur, quia supra Dominus satiaverat ex quinque panibus quinque millia. Unde ex tarditate et oblitio reprobatur. Secundum mysterium in hoc gratia Dei et misericordia significatur, qui indigenis mysteria sua revelat, et per eos sacramenta ministrat. Hierem. i, 16 : Nescio loqui, Domine, quia puer sum. Cui Dominus : Noli dicere quia puer ego sum. Exod. iv, 4 : Impardonis sum lingua, et tardioris etc. Isa. xi, 3 : Nam sum mendicus, et in domo mea non est panis : nolite me constitutre principem populi. Deinde ponitur quanta materia aderat : unde : Ait illis Jesus : Quot panes habetis? Et non petiunt ut ignorans, sed ut miraculum ostendetur; unde et paucos pisceulos supra in alio miraculo commemorari fecit. Et dicitur quod quinque panes habeant, et duos pisces, in quibus doctrina legis significabatur; et illi panes erant hordeacei : hic sunt septem, et non diemuntur hordeacei : in quibus significatur lex nova septiformi gratia Dei¹ informata. Item in illa duo tantum fuerunt pisces; in hac autem multi pisces. Vos elegit Deus pauperes in mundo, divites in fide : Jac. ii, 5. Et in Psal. viii, 9 : Volvete carli et pisces maris, qui perambulant seitas maris, idest hujus mundi. Et praecepit turbæ ut discumberent super terram. Hic ponitur dispositio : et primo disponit; secundo materiam accipit; tertio gratias agit, et frangit, et distribuit. Dicit ergo, Et præcepit. In alia refectione habetur quod fecit super fenum recum-

bere. Per fenum temporalia significantur : unde Isa xl, 6 : Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. Unde in veteri lege erat fundamentum super temporalia, in nova solum super stabilitatem glorie. Eccl. i, 4 : Terra autem in eternum stat. Vel per fenum significatur quod supra temporalia debemus sedere. Unde possessio non prohibetur, sed dilectio, sive affectio. I Joan. ii, 15 : Nolite diligere ea qua in mundo sunt. Et accipiens septem panes : in quo significatur quod quicquid de spiritualibus administratum est aliis, primo fuit in Christo : unde Act. i, 1 : Capit Jesus facere et docere. Omnia spiritualia in eo fuerunt. Unde Joan. iii, 34 : Non dedit ei Deus spiritum ad mensuram. Et gratias agens regit, et dedit discipulis : unde dedit nobis exemplum ut gratias agamus. I ad Thessal. v, 18 : In omnibus gratias agentes. Deinde quia non omnibus omnia, ut habetur I ad Corinth. ult. Item I ad Corinth. xi, 4 : Divisiones gratiarum sunt.

Consequenter sequitur ordinata distributio : quia et dedit discipulis, et discipuli dederunt populo : primo discipulis, qui erant mediatores. Denter. v, 5 : Ego sequester et medius fui inter Deum et vos in tempore illo, ut amuntiarem vobis verba ejus etc. Et I ad Corinth. iv, 5 : Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.

Consequenter ponit quo ad plenitudinem refectionis ex abundantia reliquiarum, et ex numero manducantium : Et comedenter omnes. Posset aliquis dicere quod de paneo pane possunt multi accipere it: quod quilibet parum : sed non siccus ; immo saturati sunt : unde usque ad saturitatem manducaverunt. Psal. lxxvn, 29 : Manducarunt, et saturati sunt omnes. Item multæ fuerunt reliquie : quia tulerunt septem sportas.

Sed quare, cum paniores panes fuisserunt, plures reliquie remanserunt, cum scilicet saturaverit quinque millia de quinque panibus? Potest dici, quod idem sunt vel plus, septem sportæ quam duodecim eophini. Chrysostomus dicit, quod diversa fecit miracula, et modo diverso,

¹ Al. : « septiformis gratia Dei. »

nt discipuli magis memores essent. In primo miraculo tot fuerunt reliquiae⁴ quot Apostoli; hic autem secundum numerum panum : in quo significatur quod spirituales homines refici debent septiformi gratia Dei. I ad Corinthi. ii, 14 : *Anima- lis enim homo non percipit ea quae Dei sunt.*

Sequitur numerus comedentium : Erant autem qui manducaverunt quatuor millia

hominum. Supra fuerunt quinque millia, quia vacabant quinque sensibus, vel propter quinque libros Moysis ; hic autem quatuor propter quatuor virtutes cardinales, vel propter quatuor Evangelistas. *Extra parrulos et mulieres.*

Sed quare excipiuntur isti? Quia imperfecti et infirmi a vera doctrina excluduntur. Ad Ephes. iv, 13 : *Donec occurramus omnes in virum perfectum etc.*

C A P U T D E C I M U M S E X T U M

4. Et accesserunt ad eum Pharisæi et Sadduceæ tentantes, et rogarerunt eum, ut signum de celo ostenderet eis. At ille respondens ait illis : Facto vespere dieitis : Serenum erit, rubicundum est enim colum; et mane : Hodie tempes, rutilat enim triste colum. Faciem ergo eis dijdicare nostis, signum autem temporum non potestis? Generatio mala et adulera signum querit; et signum non dabitur ei, nisi signum Jona prophete. Et relictis illis, abiit. Et cum venissent discipuli ejus trans frumenta, oblitii sunt panes accipere. Qui dixit illis : Intuemini, et cavete a fermento Pharisæorum et Sadduceorum. At illi cogitabant inter se dicentes : Quia panes non accepimus. Sciens autem Jesus dixit : Quid cogitatis inter vos, modice fidei, quia panes non habetis? Noudam intelligitis, neque recordamini quinque panum, et uniuersum quinque millia hominum, et quot cophinos sumpsistis; neque septem panum, et quatuor millia hominum, et quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis : Cavete a fermento Pharisæorum et Sadduceorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum et Sadduceorum.

2. Venit autem Jesus in partes Cesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens, Quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt: alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Hieroniam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse diceatis? Respondens Simon Petrus dixit : Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus dixit ei : Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, et portas inferi non pravelebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis.

3. Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Jesus Christus. Exinde cepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportere cum ire Hierosolymam, et multa pati a senioribus, et scribis, et principibus sacerdotum, et occidi, et tertius die resurgere. Et assumens eum Petrus, cepit increpare illum, dicens : Absit a te, Domine; non erit tibi hoc. Qui conversus dixit Petro : Vade post me, satana, scandalum es mihi : quia non sapis ea

quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, inventari eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur? Aut quan dabit homo communionem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis; et tunc reddet unicuique secundum opera ejus. Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

4. Supra Dominus ostendit sufficien-
tiam evangelicae doctrinæ, quia nec
observantiis legalibus indiget, item quia
non solum uni populo est necessaria; hic
ostendit puritatem, et excellentiam.
Primo ostendit eam puram servandam
ab omni traditione; secundo per altitudi-
num fidei omnes opiniones humanaus
transvolare, ibi, *Venit Jesus in partes
Cesareae Philippi.* Circa primum primo
describitur calumniosa tentatio; secundo
confutat; tertio cavendum docet. Secunda
ibi, *At ille respondens ait illi etc.* Tertia
ibi, *Et cum venissent discipuli ejus trans
fretum etc.* Circa primum primo comme-
morat locum; secundo ponitur tentativa
interrogatio.

Notandum, quod sicut supra quando
paverat de quinque panibus turbas, dimi-
sit, et sic hic. In hoc primo datur exam-
plum prædictoribus quando non se in-
gerant, sed revertantur. Job. xxxix, 5, de
onagro. *Quis dimisit onagrum liberum, et
vincula ejus, quis solvit? etc.*

⁴ Al. : a primo primi miraculi, in quo tot reli-

quiæ etc. »

Ascendit in naviculam, ne sequeretur eum turba. Unde ponitur impedimentum quare non possent cum sequi. Unde *ascendit in naviculam*, idest in mentem, quæ agitatur fluctibus hujus mundi. Sapien xiv, 3 : *Quoniam deditis in mari viam, et inter fluctus semitam* : ostendens quod debet ibi intrare, ut ibi requiescat. *Et venit in fines Magedan*. Magedan, poma interpretatur, et per hunc locum sacra Scriptura significatur, ubi poma simul cum aliis fructibus crescunt. Cant. vi, 10 : *Descendi ut viderem poma convallium*.

Sequitur tentiva interrogatio : *Et accesserunt Pharisæi et Sadducæi tentantes, et rogaverunt eum*. Eccli. xix, 23 : *Est qui nequiter se humiliat, et interiora ejus plena sunt dolo*. Ut signum de celo ostenderet eis. Et petierunt signum de celo. Habet Joai. vi, 49 : *Patres vestri manducaverunt manna¹ in deserto* : unde panem de celo dedit eis. Et I ad Corinth. i, 22 : *Judizi signa petunt*. Et in Psal. lxxiii, 9 : *Signa nostra non vidiimus etc*. Tunc reprehendit eos ; et primo de ignavia ad credendum divina. Si enim aliquis defectum habet ex natura sensuum, excusationem habet ; sed cum habet sapientiam in terrenis, et ignaviam in spiritualibus, reprehendendus est. Sap., xiiii, 1 : *Vani sunt omnes filii hominum, in quibus non est scientia Dei*. Et primo ostendit solitariam in terrenis ; secundo ignaviam in spiritualibus. Dicit ergo : *At ille respondens ait : Vespere facta etc*. Hoc habet sensum litteralem et mysticum. Litteralem, quia ex aliqua dispositione poterant cognoscere signum serenitatis. Dicitis : *Screaum erit, rubicundum est enim celum*. Item tempestatis, quia dicitis : *Hodie erit tempestas, rutilat enim triste celum* : quia tristitiam designat. Quando enim aer est turbidus, non sunt homines ita leti. Rubedo enim serotina est signum serenitatis. Ratio est, secundum Philosephum, ex diffusione radiorum solis super vapores. Quando enim vapores sunt multi, tunc radii non possunt penetrare, et tunc fit color niger in aere ; quando vero subtile, penetrant.

Sed quando quod est igneum dominatur, tunc appareat color rubeus, ut appareat in flamma ; quia cum magis elevatur, magis appareat rubedo in ea. Ideo significatur quod vapores non sunt multi, et significatur serenitas. Sed cum mane aliquando resolvitur in rorem vel in pluviam, est signum tempestatis. Secundum mysterium, per vespere significatur passio Christi. Vespre sol occidit ; sic Christus vespre mundi passus est. Malach. vii, 2 : *Quis poterit cogire diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum ? Ipse enim quasi ignis constans*. Psalm. xxix, 6 : *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum letitia*. Unde rutilans apparuit in vespere, et significavit tranquillitatem. Job. iii, 22 : *Post tempestatem tranquillitatem facis, et post lacrymatiōnem et fletum, exultationem infundis*. In resurrectione, quæ per mane² significatur, apparuit rubedo in martyribus, et significat tempestatem peccatoribus. Vel per mane significatur mane dicti iudicii, quem præcedet rubor. Psalm. xcvi, 3 : *Ignis ante ipsum præcedet*. Unde estis instructi in istis terrenis : *Faciem cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire*? Duo sunt tempora : in unum respondet adventui primo, aliud adventui secundo. Quadam signa præcesserunt primum adventum. Isa, xliv, 8 : *Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum ; aperiatur terra, et germinet Salvatorem*. Et cap. xlii, 13 : *Vere tu es Deus absconditus*. Sed in fine Deus manifeste veniet, et apparet signa de celo. Sed non est tempus. Vel aliter : *Faciem cœli dijudicare nostis etc*, quasi dicas : *Vos queritis signum adventus*. Superfluum est signum petere, ubi sunt multa signa. Supra xi, 5 : *Cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur etc*. Hoc signum dederat Isa. xxxv, 4 : *Ipse Dominus veniet, et salvabit nos*. Tunc appearantur oculi cœcorum etc.

Quidam ex anoritate ista argunt, quod debemus salagore ad cognoscendum secundum adventum. Augustinus autem exponit de primo adventu. Primus ad ventus certissimus est, quia est ad salu-

¹ Al. : « ονυματικον »

² Al. : « per quam mane »

tem ; salus per fidem, fides per cognitionem ; ideo necessarium est ut agnoscatur. Sed secundus est ad remunerandum ; ideo occultatur, ut homines magis sint solliciti.

Deinde denegat signum petitum : unde dicitur : *Generatio mala et adultera signum quarit.* Dicitur autem generatio mala, quia recedit a Deo ; malum enim est per recessum a Deo : *Dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo :* ut habetur Dent. xxxii, 15 : Sed adultera, quia alii se copulavit. Psalmus : *Si derelinquam te in vita mea.* Isa. lv, 6 : *Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas.* Signum petit ; et non debet habere : quia *signum non dabitur ei, nisi signum Ione :* quia sicut Jonas in ventre ceti fuit tribus diebus et tribus noctibus, ita etc. ut supra xii, habitum est.

Sed quare magis ponit signum resurrectionis quam aliud signum ? Dicendum, quod per resurrectionem nobis salus advenit. Rom. x, 9 : *Si credideris in corde tuo quod Christus resurrexit, salvus eris :* quia resurgendo vitam reparavit, quia per resurrectionem Christi resurreximus. Ideo istud signum datum est fidelibus, et omnia alia retorquentur ad istud, quia scilicet resuscitavit Lazarum etc. Unde istis non est datum aliud signum. Discipulis autem suis dedit signum de celo, cum ostendit eis gloriam suam, ut habetur infra xvii. Sic ergo ostendit eorum ignaviam.

Sequitur pars in qua confutat facto discedendo ab eis : *Et relictis illis, abiit :* non enim habitat cum malignis. Sap. i, 3 : *Separat se a perversis¹.* Postquam confutavit, docet eos vitari. Et primo ponitur occasio ; secundo doctrina ; tertio malus intellectus discipulorum ; quarto reprehensio ; quinto effectus. Dicit : *Et cum venissent discipuli ejus trans fretum etc.* In hoc admirari debemus mentes discipulorum, quia non solent homines obliuisci nisi eorum de quibus parum curant : unde cum obliti essent panes, parum curabant de eis : sed solum de spiritualibus. Qui dixit : *Intuemini et cavete etc.*

Hic ponitur doctrina. Per fermentum intelligit doctrinam corruptam : unde non intelligit doctrinam legis, sed traditiones Pharisæorum, quae vocantur fermentum : quia sicut ex modico fermento totum corrumpitur, sic ex modico errore tota vita corrumpitur : sicut de via a qua parum homo recedit, postmodum elongatur : unde Philosophus in I Coeli dicit, quod parvus error in principio, magnus fit in fine. Spiritualis intellectus est panis, non fermentum. Unde per panem vera doctrina intelligitur. Eccl. xiii : *Cibavit eum pane vite et intellectus.* Unde dicitur : *Intuemini et cavete :* quia falsa doctrina est periculosa. Dum enim manet fides in homine, non est periculum ; sed quando fundamentum ablatum est, non est spes. Psalm. cxxxvi, 7 : *Exinanite usque ad fundamentum in ea.* Fundamentum est fides. Ad Titum ult., 10 : *Hæreticum hominem post primam, et secundam admonitionem devita.* Quia falsa doctrina habet colorem, ideo dicit, *Intuemini, id est diligenter considerate.* Proverb. iv, 23 : *Oculi tui recta videant, et palpebra tuae præcedant gressus tuos.*

Consequenter ponitur intellectus discipulorum. At illi cogitabant etc. : quia enim supra septem sportas fragmentorum acceperant, et non secum tulerant, credebant quod diceret : Non accepistis panes ; sed nolo quod a Pharisæis accipiatis panes ; quia animales erant, et animalis homo non percipit quæ Dei sunt : I Corinth. n, 14 : In isto intellectu in duobus poterant reprehendi. Primo quia non intelligebant ; item in eo quod de virtute Dei diffidebant. De primo non reprehendit eos, sed de secundo. Dicit ergo : *Quid cogitatis inter vos, modicae fidei, quia panes non habetis?* quasi dicat. Intelligitis carnaliter quod spiritualiter debetis intelligere. *Non recordamini quinque panum et quinque millia hominum, et quot cophinos sumpsistis?* Nonne ergo qui tali poti, possum vos pascere ? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis : scilicet materiali, sed potius spirituali, qui panis doctrina dieitur in Joan. vi, 64 : *Verba que locutus sum vobis,*

¹ Ibi : « Perverse enim cogitationes separant a

Deo. »

spiritus et vita sunt. Tunc intellexerunt etc. Ille ponitur correctio : unde correcti sunt ex sermone ejus. Psalm. cxviii, 130 : *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis.*

2. Supra Dominus docuit, doctrinam evangelicam conservandam puram a fermento Iudaeorum : hic autem docet eminentiam doctrinæ : et primo quantum ad fidem utriusque naturæ, scilicet Deitatis, et humanitatis ; secundo quantum ad fidem passionis, ibi, *Exinde cepit Jesus ostendere discipulis suis etc.*; tertio quantum ad fidem judiciarie potestatis, ibi, *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui.* Cirea primum prime exquiritur opinio turbarum de Christo ; secundo fides discipulorum, ibi, *Vos autem quem me esse dicitis?* Cirea primum primo ponitur locus ; secundo interrogatio Christi, ibi, *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* tertio responsio Petri, ibi, *At illi dixerunt etc.* Dicit ergo : *Venit Jesus in partes Cæsareæ : et non solum hoc, sed addidit, Philippi;* quia duas Cæsareae fuerunt, scilicet Cæsarea Traconis, ubi missus est Petrus ad Coronium ; alia haec, quæ dicitur aliter Paneas. Prima ab Herode constituta est in honorem Cæsaris Augusti ; istam construxit Philippus in honorem Tiberii.

Sed quare fecit hic istam questionem Dominus? Dicendum, quod haec civitas in finibus Iudaeorum erat sita ; ideo antequam de fide petere vellet, a Iudeis eos extraxit. Similiter¹ habetur quod Dominus educens Iudeos de Ægypto, non eduxit eos per sata Philistinorum, ut haberet Exod. xiii.

Consequenter ponitur interrogatio : *Et interrogabat discipulos suos etc.* Sapiens quando interrogat docet, ut dicit Hieronymus. Unde in multis instruimus, ut simus solliciti quid de nobis dicatur : ut malum, quod corrigamus; si bonum, ut conservemus et multiplicemus. Unde curam habe de bono nomine ; *hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi et magni* : Ecel. xli, 15. Unde Christus interrogavit quid de ipso diceretur. Item qui divinitatem cognos-

cunt, dicuntur dii : Psal. lxxxii, 6 : *Ego dixi, Dei estis* : hic vero qui humanitatem, dicuntur homines : unde dicitur : *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Sed ut dicit Hilarius, Christus solus homo videbatur, ideo voluit quod cognoscerent quod esset aliud quam simplex homo : unde ipse ex hoc dat intelligere, aliud esse in eo. Item ostenditur humilitas Christi, quia se hominis filium confitetur, secundum illud supra xi, 29 : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde.*

Consequenter ponitur opinio turbarum : *At illi dixerunt : Alii Joannem Baptistam etc.* Diversi de Christo senserunt diversa. Pharisei blasphemabant Christo, sed turbæ Prophetam dicebant : unde Lue. vii, 6 : *Propheta magnus surrexit in nobis.* Dicebant eum Joannem ratione auctoritatis, quia Joannes prætentiam prædicabat, supra iii, 2 : *Agite panitentiam : appropinquavit regnum celorum.* Ideo credebant ipsum esse Joannem, quia similiter Christus incipiebat : *Agite panitentiam : appropinquavit regnum celorum,* ut supra iv, 17. Item habebant in reverentiam Eliam prophetam. Malach. ult., 5 : *Ecce ego mittam Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Unde credebant esse Eliam propter potestatem sermonis, et virtutem predicationis. Ecel. xlviij, 1 : *Et surrexit Elias propheta quasi ignis ; quia verbum ipsius quasi facula ardebat.* Et de Christo dicitur supra vii, 29, quod erat docens tamquam potestatem habens. Item propter eminentiam vitae credebant eum esse Hieremiam, de quo Dominus ait : *Antequam te formarem in utero, nori te, et antequam exires de ventre, sanctificari te :* Hierem. i, 5. Et ibid. 40, habetur, quia honoratus erat gentibus. Sic in reverentia ab extraneis Christus habebatur, a Iudeis vero blasphemabatur : ideo Hieremie comparabant eum.

Sed quomodo Eliam dicebant? Quia habetur IV Reg. ii, quod raptus est, et quod adhuc viveret, et erat promissus Iudeis ad salutem, ut habetur Malach.

¹ Al. : « simile. »

ult. Quia quidam posuerunt transcorporationem; et ideo secundum hanc opinionem posset esse quod anima Eliae intrasest alius corpus.

Dicit eis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Ille exquiritur fides discipulorum: et primo ponitur interrogatio; secundo responsio; tertio approbatio. Secunda ibi, *Respondens Petrus.* Tertia ibi, *Respondens autem Jesus etc.* *Dicit eis Jesus:* *Vos autem quem me esse dicitis?* quasi dicat: Ita dicitur turbæ; sed quia magis est vobis commissum, ideo magis a vobis exigitur. Vidisti miracula, ideo magis debetis opinari.

Sed quare petuit? Nonne sciebat? Immo sciebat, sed volebat quod mererentur ex confessione. Rom. x, 10: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Unde magis sunt meritaria, quanto magis sequestrata, et quasi turbis infima scientibus, majora non respondent, ideo etc.

Respondens autem Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Ipse respondet pro se et pro aliis; sed ipse frequentius respondet: et in hoc perfecta fides tangitur, quia tangitur fides humanitatis, *Tu es Christus,* idest unctus. Et constat quod unctus est oleo Spiritus sancti. Unctio non convenit ei secundum divinitatem, quia ab ipsa procedit, sed secundum humanitatem. Hoc ergo dicit ut humanitatem Christi aliter astiment quam turbæ.

Quæritur autem quare Prophetam eum dicebant. Ungebatur Propheta, ut habetur de Eliseo; ungebantur reges, ut habetur de Saule; item Sacerdotes, ut habetur in Levitico. Et omnia haec in nomine Christi, importantur: quia et rex dicitur, ut Hierem. xxii, 5: *Regnabit rex, et sapiens erit.* Item Sacerdos. Psalm. cix, 4: *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Item Propheta. *Prophetam suscitabit Deus de gente tua, et de fratribus tuis etc.* Deuteronomio, xviii, 15.

Item non solum confessus est humanitatem, sed testudine penetrata, usque ad divinitatem trahendit, dicens: *Tu es*

Filius Dei. Alii enim dicebant eum blasphemum. Unde Joau. x, 33: *Non de bono opere lapidamus te, sed de blasphemia: quia homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Sed iste Filium Dei recognoscit. Et dicit, *Vivum, ad excludendum errorem gentilium, qui quosdam homines mortuos dicebant deos, ut Jovem etc., ut hahetur Sapient. xii.* Item quidam elementa, et cetera mortua, ut terram, ignem etc., ut habetur Sapient. xiii: *sed iste Filium Dei vivi dicit!* Sed sciendum, quod cum dicitur Deus vivus et homo vivus, de homine dicitur per participationem vitæ, sed de Deo dicitur quia fons vitæ. Psalm. xxxv, 10: *Apud te est fons vita.* Et in Joan. xvi, 6: *Ego sum via, veritas et vita.*

Respondens Jesus etc. Illic primo approbat² confessionem ejus; secundo mandat taecendam, ibi, *Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quod ipse esset Jesus Christus.* Circa primum primo approbat istam confessionem per commendationem confitentis; secundo per confirmationem, ibi, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus etc.* Unde dicit: *Respondit Jesus; Beatus es Simon Barjona.* Bar idem est quod filius; Jonas, idem quod columba suo nomine: unde Barjona, idest filius columba. Et videtur respondere responsio Christi confessioni Petri. Quia confessus erat eum Filium Dei; Jesus autem dicit eum filium columbae, scilicet Spiritus sancti, quia haec confessio non potuit fieri nisi a Spiritu sancto. Sed creditur quod primo dicebatur Bar Jona, idest Joannis filius; sed per corruptionem scripturæ ita dictum est.

Sed quid est? Numquid alii non confessi sunt Filium Dei? Immo legitur de Nathanaele, Joan. i. Item illi qui in navis, supra 9. Quare ergo hic beatificatur Petrus, et non aliū? Quia alii filium adoptivum confessi sunt, hic autem filium naturalem; ideo hic præ ceteris beatificatur, quia primus confessus est divinitatem.

Origenes dicit: Videtur quod ante non confessus fuerit. Sed quomodo misit eos praedicare? Respondet, quod a principio non prædicabant ipsum esse Christum;

¹ Al. . a Filium dicit. »

² Al. : « hic approbat. »

sed pœnitentiam prædicabant. Item potest esse quod prædicabant Christum ; sed hic primo ipsum esse Filium Dei : ergo hic specialiter remunerat.

Beatus es Simon Barjona etc. ; quia beatitudo est in cognitione. Joan. xvii, 3 : *Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum verum Deum.* Sed duplex est cognitionis : una quæ est per naturalem rationem, alia quæ supra rationem. Prima non facit beatitudinem, quia dubia est : unde non satiat intellectum ; sed beatitudo debet satisfacere appetitum naturali ; et hoc habebitur in patria. Isa. LXIV : *Oculus non vidit nec auris audivit quæ præparavit Dominus diligentibus se.* Ergo in hac vita quanto aliquis magis potest percipere de hac cognitione, magis est beatus. Proverb. iii, 13 : *Beatus qui invenit sapientiam.* Unde dicit, *Beatus es*, quia incipit esse beatus. *Quia caro et sanguis non revelabit tibi.* Hoc potest exponi ita quod caro et sanguis sumuntur pro amicis carnalibus. Ad Galat. i, 16 : *Continuo acquevi carni et sanguini.* Unde : *Caro et sanguis non revelavit tibi*; idest, non habuisti ex traditione Iudaorum, sed ex revelatione Dei. Item in Christo erat caro, et sanguis, et divinitas ; ideo quia Petrus non respexit ad carnem et sanguinem, ei dicitur, *Beatus es*¹, quia non judicias secundum quod caro et sanguis revelat, sed secundum quod Pater meus. Vel non habes ex naturali industria, sed ex Patre meo : *Nemo enim cognovit Filium nisi Pater* : Lue. x, 22. Illius enim est manifestare, cuius est cognoscere. Unde ibid : *Nemo novit, nisi cui Pater² voluerit revelare.* Dan. ii, 28 : *Est Deus in celo revelans mysteria.*

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus etc. Ille dat confessionis remunerationem, Confessus erat humanitatem et divinitatem ; ideo dat Dominus remunerationem : primo dat nomen, secundo potestatem. Circa primum primo dat nomen ; secundo nominis rationem, ibi, *Et super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Et ad hoc venit in hunc mundum ut Ecclesiam fundaret. Isa. xxviii, 16 : *Ecce ego po-*

nam in fundamento Sion lapidem probatum angularem pretiosum, in fundamento fundatum. Iste signatus est per lapidem quem supposuit Jacob capiti, et unxit, ut habetur Gen. xxvii. Iste lapis est Christus, et ab ista unctione omnes dicti sunt Christiani : unde non solum dicimus Christiani a Christo, sed a petra. Ideo specialiter imponit nomen : *Tu es Petrus*, a petra, quæ est Christus. Licet secundum Augustinum, videatur quod modo non fuerit impositum, sed a principio. Joan. i, 42 : *Tu vocaberis Cephas.* Vel potest dici, quod tunc fuit promissum, hic datum. In hujus signum rei, *super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Proprietas petra est quod ponatur in fundamento ; item ut det firmatatem. Supra vii, 24 : *Similis est homini qui adificat domum suam super petram.* Unde potest exponi de Christo. *Et super hanc petram, idest Christum, ut sit fundatum, et ut fundata firmamentum recipiat.* Augustinus in libro *Rectractatio-* nis dicit, quod multipliciter exposuit, et reliquit audientibus ut acciperent quam vellent. Vel ut demonstret ly *hanc petram Christum.* I ad Corinth. x, 1 : *Petra autem erat Christus.* Et alibi, I ad I Corinth. iii, 2 : *Fundamentum aliud nemo potest ponere nisi id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Alia exposicio. *Super hanc petram, idest super te petram : quia a me petra trahes tu quod sis petra.* Et siue ego sum petra, ita super te petram adificabo etc.

Sed quid est ? Est ne Christus et Petrus fundamentum ? Dicendum, quod Christus secundum se, sed Petrus in quantum habet confessionem Christi, in quantum vicarius ejus. Ad Ephes. ii, 20 : *Superedi- ficiati super fundatum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapi- de Christo Jesu³.* Apocalyp. xxi, 1 : *Fu- damenta civitatis duodecim, et in ipsis duodecim nomina Apostolorum, et Agni.* Ideo Christus secundum se est fundatum ; sed Apostoli non secundum se, sed per concessionem Christi, et auctoritatem datum a Christo. Psal. LXXXVI, 1 : *Funda- menta ejus in montibus sanctis.* Sed spe-

¹ Al. : « unde, » « Beatus es. »

² Al. : « Filius. »

³ Al. : « angulari Christo Jesu. »

cialiter Petri domus, quae est fundata super petram, non diruetur, ut supra vñ. Sic ista impugnari potest, expugnari non potest.

Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Hier. 5, 19 : *Bellabunt aduersus te, et non prævalebunt.* Et qui sunt portæ inferi? Hæretici: quia sicut per portam intratur in dominum, sic per istos intratur in infernum. Item tyranni dæmones, peccata. Et quamvis alia Ecclesias vituperari possint per hæreticos, Ecclesia tamen Romana non fuit hæreticis depravata quia supra petram erat fundata. Unde in Constantinopoli fuerunt hæretici, et labor Apostolorum amissus erat: sola Petri Ecclesia inviolata permanxit. Unde Lue. xxii, 32 : *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficit fides tua.* Et hoc non solum refertur ad Ecclesiam Petri, sed ad fidem Petri, et ad totam occidentalem Ecclesiam. Unde ex quo occidentales maiorem reverentiam debent Petro quam aliis Apostolis.

Et tibi dabo claves regni cœlorum. Illic ponitur secundum dominum quod Petru dedit Christus secundum humanitatem. Fundavit enim Ecclesiam in terris, et Petrum Vicarium suum instituit, ut introduceret in Cœlum. Ad Hebræos x, 19 : *Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi.* Unde Christus vicarium suum Petrum instituit, ut introduceret in cœlum illud ministerium dedit, unde claves dedit. Clavis enim introducit: unde Petrus habet ministerium introducendi. Et duo facit. Primo claves committit; secundo usum docet. *Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis etc.* Sed videamus quæ sunt claves. Dominus quando est serata, impedit introitum; clavis vero removet impedimentum. Regnum cœlorum habebat, impedimentum, sed non ex parte sua. Apocalyp. iv, 1 : *Vidi, et ecce ostium apertum:* sed impedimentum erat ex parte nostra, scilicet peccatum, quia *nihil coinquiatum intrabit in illam.* Ista impedimenta removit Christus per suam passionem: quia *lavatis a peccatis nostris in sanguine suo:* Apocalyp. i, 5. Et hanc communicavit ut per ministerium peccata tollerentur, quod expletur per virtutem sanguinis Christi:

unde sacramenta virtutem habent a virtute passionis Christi. Unde dabo tibi ministerium etc. Isa. xxii, 22 : *Dabo super te claves David.* Sed dicit, *Tibi dabo:* nondum enim erant fabricatae; res autem non potest dari antequam sit. Fabricanda autem haec erant in passione: unde in passione fuit eorum efficacia. Unde hic promisit, sed post passionem dedit, cum dixit Joani. xxi, 17 : *Pasce oves meas.*

Sed quare dicit claves? Quia absolvere est removere obstatum. Duo enim sunt; quia duo requiruntur: potestas, et scientia.

Sed quid est? Numquid non aliqui sacerdotes sunt qui non habent scientiam? Intelligatis quod habent scientiam, quia nullus clavem scientie habet nisi sacerdos. Non dicitur auctoritas discernendi. Unde est aliquis judex qui non habet scientiam primo modo, et non secundo modo, quia non habet auctoritatem. Unde scientia hic dicitur auctoritas discernendi; et sacerdos quilibet habeat ut discernat in absolvento.

Consequenter ponit usum clavium: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis.* Sed videtur quod inconveniente ponatur; quia usus clavis non est ligare, sed aperire. Dico quod clavum conveniens iste usus est. Ipsum enim cœlum apertum est. Apocalyp. iv : *Vidi ostium apertum.* Unde non est necessarium ut aperiatur; sed ligatus qui debet introire, oportet quod solvatur.

Sed hic vitandi sunt aliqui errores. Primus tangit in *Glossa;* quia quidam usurpaverunt quod possent omnes quos vellet, absolvere, et introducere in regnum cœlorum. Sed hoc non potest stare, quia solius Dei est immunitare voluntates. Alius error est quod sacerdos non ligat, sed ostendit esse absolutum. Sed istud derogat virtuti sacramenti, eo quod sacramenta novæ legis efficiunt quod figurant, sacramenta vero veteris legis non. Unde si nihil efficeret, non esset sacramentum novæ legis. Tertio aliqui dicunt, quod in peccato sunt tria: culpa, et reatus, et pena. A duobus absolvitur homo per contritionem; sed quando homo

ab his absolutus est, remanet obligatus ad pœnam temporalem quam per se tollere et evitare homo non sufficit; ideo dantur claves que minuant aliquid de ista pœna, et ligant quantum ad pœnam aliquam. Tamen videtur mihi quod hoc non sit bene dictum: quia sacramentum nova legis dat gratiam, sed gratia non ordinatur contra pœnam, sed contra culpam. Unde dico, quod sic est in sacramento isto confessionis, sicut in sacramento baptismi, quod habet virtutem spiritualem instrumentalē, secundum quam mundat a culpa. Unde Augustinus: Quæ est virtus aquæ ut carnem abluat et culpam tollat? Sic dico, quod in sacerdote est quaedam vis spiritualis instrumentalis, a qua dicitur minister; et sic ministerialiter operatur remissionem, sicut aqua baptismi.

Sed hic facit difficultatem: quia modo solum pueri veniunt ad baptismum: et si accedit adultus, aut venit fietus, aut non. Fictus venit quando sine innovatione mentis; et tunc non remittitur culpa: non fietus venit quando cum proposito confessionis; unde requiritur gratia, sive propositum conversionis; et istud est ex gratia. Gratia autem tollit culpam: unde in sacramento baptisci veniens adultus, si præparat se, recipit remissionem culpa. Sic in sacramento pœnitentiae, ad quod soli adulti accedunt, non est contritus nisi habeat in proposito se subjecere discretioni et judicio sacerdotis. Si non est contritus, non consequitur effectum, sicut nec in baptismo. Sed potest accidere, quod aliquis accedit non totaliter contritus, qui virtute gratiae collatae in sacramento perfecte efficitur contritus; ideo intelligendum est: *Quodcumque solveris*; idest, si ministerium solutionis adhibes. Et dicit, *Quodcumque*; quia non solum culpam, sed pœnam. *Solutum erit in carnis*; idest, habebitur tamquam absolutum in carnis, sicut est de baptismio: unde debet dicere sacerdos, Ego te abservo, sicut Ego te baptizo.

Sed potest quis querere qualiter ligat. Sciendum, quod sacerdos minister est Dei, et actio ministri dependet ab actu Domini: unde eo modo quo Dominus ligat et solvit, sic sacerdos ministerialiter. Solvit Deus

infundendo gratiam, ligat non infundendo: sic sacerdos solvit sacramento, ministrando sacramentum; ligat vero non adhibendo. Aliter dicitur quod per eos presens Ecclesia designatur: unde: *Quodcumque ligaveris, excommunicatione, vel solveris, erit solutum, vel ligatum*, quo ad administrationem sacramentorum Ecclesia. Unde volunt, quod ista administratio, hæc ligatio et absolutio sit super terram, ita quod non se extendat ad mortuos. Sed hoc reprobatur; quia non solum se extendit ad vivos, sed etiam ad mortuos: unde si ad utrumque referatur, sensus est: *Quodcumque ligaveris super terram, tunc dico existens super terram, erit ligatum et in carnis*.

Sed est alia quæstio, quia alibi habetur. Joani. xx, 23: *Quorun remiseritis peccata, remittentur eis*: hic vero solum hoc dicit Petro.

Dicendum, quod immediate dedit Petro, alii vero a Petro recipiunt; ideo ne credantur ista solum dici Petro, dicit: *Quorun remiseritis etc.* Et hac ratione Papa, qui est loco Sancti Petri, habet plenariam potestatem, alii vero ab ipso.

3. Supra posita est confessio Petri de divinitate Christi; hic mandat taciturnitatem ad tempus, ne scilicet dicerent quod ipse esset Christus.

Sed hic videtur quæstio. Quia supra dominus miserat discipulos ad prædicandum regnum Dei, quomodo hic prohibet? Secundum superficiem litteræ potest dici quod non præcepit supra quod annuntiarent Christum, sed regnum Dei. Sed quia annuntiatio regni Dei includit in se annuntiationem Christi, ideo quod præcepit supra, videtur hic prohibere.

Hieronymus dicit, quod illud quod ante prædicaverat non prohibet: quia ante præcepérat prædicari Jesum, hic præcipit ne dicant eum Christum. Christus enim est nomen dignitatis, Jesus nomen Salvatoris. Unde supra i, 21: *Et vocabis eum Iesum*. Origenes respondet quod Apostoli ante loquebantur de Christo, ut de magno viro: sed de Christo voluit subficeri, ut post eis magis appareret; sicut aliquando præmittitur doctrina, ut habeant tempus discernendi. Vel dicendum, quod illud supra x, 7: *Euntes autem prædicate,*

non debet retorqui ad tempus ante passionem, sed post. Unde ibi tangitur quod trahentur ante reges et præsides etc., et non fuit hoc factum ante passionem.

Sed quare Dominus nunc mundavit istud tacendum? Futurum enim erat ut populi viderent eum patientem: et quando aliqui percipiunt confusionem ab aliquo magno, ad scandalum magis incitantur, ideo etc.

Chrysostomus dicit: Si quod plantatur evellatur, non potest ita cito plantari. Unde si plantata fuisset fides, et evulsa fuisset in passione, post non fuisset tam cito plantata: unde multa non sunt dicenda propter scandalum vitandum. Et quod haec sit causa, patet; quia statim suam passionem annuntiat; unde subditur: *Et exinde caput Jesus ostendere discipulis suis, quia oportaret eum ire Hierosolymam et multa pati.*

Et circa hoc tria facit. Primo prænuntiat passionem; secundo discipulum arguit, ibi, *Qui conversus dixit Petro etc.*; tertio docet fidem, ibi, *Tunc Jesus dixit discipulis suis etc.* Et circa primum duo facit: quia primo prænuntiat passionem; secundo resurrectionem, ibi, *Et tertia die resurgere.* Et circa primum tangit locum, autores, ac consummationem. Dicit ergo: *Et exinde caput Jesus ostendere discipulis suis.* Locutus est de passione hic, et xvii et xx cap.

Sed ante hoc tempus non prænuntiaverat; sed quare modo cœpit? Quia Apostolis manifestavit. Sed quare non ante? Quia si antequam fides esset confirmata in eis, prænuntiasset passionem, forte dimisissent eum; sed hunc verum Deum credebat, ideo etc.

Et dicit ostendere, non dicere: quia haec dicuntur quae manifestantur visibiliter, ostenduntur quae intelliguntur; ideo Iudas dicebat, discipulis ostenderebat. Luccæ ult., 26: *Nonne oportuit Christum pati, et sic intrare in gloriam suam?* Unde quod dicit Oportet, tangit locum.

Et quare Hierosolymam? Tangit rationem. Sed quod dicit, Hierosolymam, prima ratio est, quia ibi erat templum Dei, ubi siebant sacrificia. Sacrificia autem veris legis fuerunt figura istius sacrificii,

quod fuit in ara crucis; ideo volnit quod ubi erat figura, pateret veritas. Eph. v, 2: *Et tradidit semetipsum, sacrificium et oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis etc.* Alia ratio est, quia prophetæ passi sunt in Hierusalem, ut infra xxiii, 37: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidit Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Volnit igitur ibi pati ad ostendendum quod mors eorum fuit signum passionis Christi. Item Hierusalem dicitur visio pacis; sed ipsa passio pacifica fuit. Ad Colos. i, 20: *Pacificans quæ in cœlis et quæ in terris sunt.* Item ut per istam viam esset nobis via ad Hierusalem supernam. Ad Gal. iv, 26: *Illa autem quæ sursum est Hierusalem mater nostra, libera est.*

Sed a quibus? *A senioribus:* et hoc est quia eis procurantibus passus est. Ille facit rem cuius auctoritate fit: unde magis eum interfecerunt quam milites. Unde per hoc malitia populi significatur; quia qui videntur meliores, inventiuntur detriores. Aliquis enim retrahitur a peccato propter ætatem, aliquis propter scientiam, aliquis propter dignitatem; tamen ætas eos non retraxit, quia *a senioribus;* non scientia, quia *a scribis;* non dignitas, quia *a principibus sacerdotum.* Hier. v, 5: *Ibo ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei sui.* Et ecce mayis hi confreyerunt jugum. Item quadam abjectio et humiliatio fuit; quia quando aliquis patitur a plebeis, non est magnum; sed quando a sapientibus et ab his qui boni videntur, magna est abjectio: unde Joan. xviii, 35: *Gens tua et principes tradiderunt mihi.* Item passus est usque ad mortem; ideo dicit, *Et occidi.* Act. x, 39: *Quem occiderunt suspendentes in ligno.* Dan. ix, 26: *Occidetur Christus, et non erit ejus populus qui cum negatus est.* Sed adjungitur gaudium resurrectionis: *Et tertia die resurgere.* Osee vi, 4: *Tertia die resuscitabit nos.*

Et assumens eum, cœpit increpare ilum. Ille increpat discipulum obviantium. Et primo ponitur obviatio; secundo responsio Christi, ibi, *Qui conversus dixit Petro etc.* *Et assumens, vel in aspectu,*

vel ad se sumens, ne videretur præsumptuosus, quod¹ Dominum ante alios reprehenderet, dixit : *Absit a te, Domine : non erit tibi hoc.* Dominus collaudaverat ejus confessionem, et dederat ei potestatem, quia eum Filium Dei esse cognoverat : ideo putabat, quod si occidetur, quod fides sua frustraretur, et quod non esset Deus ; et ideo increpavit eum. Habebat in corde quod Filius Dei erat, et non advertebat quod Deus non est increpandus, ut dicitur Job xv, 3 : *Arguis cum qui non est tibi æqualis, et loqueris quod tibi non expedit.* Sed servabat adhuc aliquam fidem divinitatis : quia in Marco habetur : *Propitiatus sis tibi, Domine, et noli te tradere in mortem.* Qui conversus dixit : *Vade retro post me, satana.* Ille ponitur responsio. Hunc locum sic expoñit Hilarius. Diabolus videns quod ipse nuntiaverat passionem suam, et cognoscens testimonia prophetarum, incitavit Petrum ad hoc ut dissuaderet. Ideo videns Dominus quod non suo instinctu loqueretur, increpavit eum : ideo dixit Petro : *Vade post me, ita quod sit ibi punctus.* Et ad satanam dixit : *Satana, scandalum es mihi.* Hieronymus dicit, quod non credit quod instinctu diaboli locutus sit Petrus, sed pietatis affectu : unde ignoranter dixit. Unde tria facit : quia primo ponitur admonitio ; secundo increpatio ; tertio causa assignatio. Admonitio ; quia, *Vade, Petre.* Unde est eadem sententia quæ dicta est supra iv, 10 diabolo, *Vade retro, satana.* Vel *Vade post me*, sequere me. Satanus est idem quod adversarius : unde qui consilio divino contradicit, satanas dicitur. *Scandalum mihi es* ; idest, vis impide meum propositum.

Sed nonne diligentibus Deum non est scandalum ? Origenes dicit, quod perfectis non est scandalum : unde non scandalizantur. Sed potest aliquis eis ponere scandalum. Unde Petrus scandalum assumpsit, sed Christus non. Vel sic, quia reputat scandalum membrorum esse suum. Unde Paulus ii, Corinth. ii, 29 : *Quis scandalizatur, et ego non scandalizor ?* Quia ergo posset alius scandalum esse, dixit : *Scandalum mihi es* : non propter me, sed propter membra mea.

¹ Al. ; « quando. »

Sed quid est ? Supra dixerat : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* ; hic autem appellat eum satanam.

Hieronymus dicit, quod quæ promiserat Dominus, nondum habebat. Sed quia in futurum hac habebat, ideo potuit propter hæc eum vocare satanam. Chrysostomus dicit, quod voluit ostendere quid homo potuit per se, et quid ex gratia Dei : quia supra ex gratia Dei recognovit Christi divinitatem : sed ubi retraxit Deus suam gratiam, apparuit humanitas et defectus, intantum quod satanam appellaret eum. Ita Dominus vult aliquando viros perfectos cadere, ut suam humanitatem cognoscant. Et quod ita debeat intelligi, satis concordat illud quod sequitur. Unde dat causam : *Quia non sapis quæ Dei sunt.* Prius enim dixerat : *Tu es Filius Dei* : ibi sapiebat secundum divinitatem hic vero sapit quod hominis est, Iad Corinth. ii, 14 : *Animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt.* Prov. xii, 16 : *Qui fatuus est aperiet stultitiam.* Petrus refutat carnis mortem, sed spiritus Dei non : unde Joau. xv, 13 : *Majorem caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Tunc Jesus dixit discipulis suis. Huic exhortatur ad passionis imitationem : et primo ponit exhortationem ; secundo rationem ; tertio confirmat. Secunda ibi, *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam* ; tercia ibi, *Quid prodest homini si mundum universum lucretur ? etc.* Ita Petrus volebat impedire passionem : sed ipse invitat eos dicens : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* ; quasi dicat : Oportet quod sitis parati ad passionem Christi imitandimi. Imitantur speciali modo martyres corporaliter ; sed spiritualiter spirituales homines, spiritualiter pro Christo morientes. Unde potest legi de cruce corporali. Chrysostomus : Si ergo cum dixit, Petre, *Vade post me*, intelligatis quod soli Petru dixerit ; cum vero dixit : *Qui volunt venire etc.*, omnes vult venire ad se. Et dicit. *Vult*, quia magis trahitur qui voluntarie trahitur quam qui violenter. Psal. lxx, 8 : *Voluntarie sacrificabo tibi.* Ideo

tria dicit : quod abneget, quod tollat crucem, quod sequatur me. Chrysostomus dicit, quod loquitur per similitudinem. Si haberet filium, et videres eum male trahari, si non curares, tu abnegares ; sic si vis passionem Domini sequi, oportet quod abneges te, et pro nihil te reputes, Psal. xxxvii, 15 : *Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargitiones.* Et prov. xxiii, 38 : *Verberaverunt me, et non dolui; traxerunt me, et non sensi.* Et tollat crucem suam, et sequatur me : quod paratus sit pati crucem, sive mori morte acerbissima et turpissima Sap. ii, 20 *Morte turpissima condemnamus eum.* Unde homo debet esse paratus pati quamcumque mortem propter Deum. Pati propter sua scelerata, est turpe ; sed propter Deum non. Unde I Pet. iv, 15 : *Nemo patiatur ut homicida aut fur¹ aut maledicis, ut alienorum appetitor.* Si autem ut Christianus, non erubescat : glorificet autem Deum in isto nomine. Secundum Gregorium intelligitur de mortificatione spirituali. Est enim abnegatio sui ipsius tripliciter. Primo quando abnegat statum peccati praecedentis. Rom. vi, 2 : *Existimate vos mortuos peccato.* Item si non est in peccato, et transferret se ad statum perfectum. Ad Phil. iii, 12 : *Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis : non quod jam acceperimus, aut iam perfectus sum; sequor autem si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.* Item qui proprium affectum abnegat. Ad Gal. ii, 19 : *Ego autem per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam : Christo confixus sum cruci.* Et ii, ad Cor. v, 14 : *Si unus mortuus est, et omnes mortui sunt. Tollat crucem.* Crux a cruciatus dicitur. Spiritualiter cruciatur cuius mens cruciatur propter proximi compassionem, ut Apostolus Rom. xii, 15 : *Flere cum flentibus.* Cruciatur similiter quis per paenitentiam. Ad Gal. v, 24 : *Qui Christi sunt, carnem suam, crucifixerunt cum vitii et concupiscentiis.* Et sequatur me. Multi compatuntur, sed Deum non sequuntur. Qui compatitur, et in peccato est, non sequitur :

quia venit Christus peccata destruere. Item si affligis te propter vanam gloriam, Deum non queris. Supra vi, 16 : *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes : exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.* Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Hic redditur ratio suae admonitionis ; et est ratio a magnitudine retributionis. Et hoc dupliciter potest legi : est enim duplex salus : salus scilicet anima et haec est justorum ; salus corporis, et haec omnium, etiam jumentorum. Psalm. xxxv, 7 : *Homines et jumenta salvabis, Domine.* Unde dicamus : Qui voluerit animam suam salvam facere, vitam corporalem non abnegando, non tollendo crucem, perdet eam. Supra dixit, *Qui vult* : hic, *Qui² voluerit.* Unde sicut illud dupliciter interpretari poterat, similiter istud. Qui voluerit animam suam, quæ est principium vitæ corporalis, salvam facere, scilicet quod non occidatur, vel quod non compatiatur, perdet eam. Psal. lxxii, 27 : *Perdes omnes qui fornicantur abs te.* Qui autem perdiderit, vel tradendo in mortem, vel abnegando delectationes, propter me, inveniet eam. Eccli. li, 55 : *Modicum laboravi, et inveni multam requiem.* Vel sic. Qui voluerit animam suam salvam facere, et illam ad salutem³ aeternam ducere. Isa. xli, 6 : *Salus mea in sempiternum erit : perdet eam, vel sustinendo mortem, vel abnegando carnalia.* Qui autem perdiderit propter me, scilicet qui carnalia desideria dimiserit, inveniet eam, scilicet vitam. ii, Corinth. xiii, 4 : *Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum eo.*

Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Hic confirmat per rationem. Posset aliquis dicere : Non euro magis volo vitam hanc præsentem quam aliam. Et hoc excludit. Primo per vitam illam inestimabilem ; secundo per dampnum animæ irrecuperabilem. Dicit ergo : *Quid prodest etc,* idest, quid proficiunt tibi ista temporalia, si animam perdis? Naturale est homini quod magis di-

¹ Al. : « Nolite pati sicut fur etc. »

² Al. : « si. »

³ Al. : « et ad illam salutem. »

ligit finem quam ea quae sunt ad finem, ut corpus quam divitias. Unde naturale est quod omnia exponuntur pro salute corporis. Si contrarium fiat, perversitas est passionis. Sic et naturale est plus animam diligere quam corpus: unde sapiens est qui magis vellet corporaliter pati, quam sustinere confusionem magnam. Si ergo ita est; magis debet optare salutem animae quam corporis, etiam si totum mundum posset habere. Sed *quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero sua detrimentum patiatur?* quasi dicat: *Inestimabile damnum est anime detrimentum.* Item posset dicere: *Si habeo et perdo, potero recuperare;* ideo excludit Dominus: *Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* quasi dicat, nullam. Prov. vi, 35: *Non accipiet pro redemptione dona plura.*

Sed numquid non potest redimi? Dan. iv, 24: *Peccata tua eleemosynis redime.* Dicendum quod hic loquitur quantum ad perfectam perditionem; quia non posset recuperare nisi primo invenisset; sed quando est contritus, reinvenit. Gregorius aliter: *Duplex est tempus Ecclesiae: prosperitatis, et adversitatis. In adversitate adversa, in prosperitate prospera.*

Filius autem hominis venturus est in gloria Patris sui. Ille agit de judicaria potestate. Et primo ponitur judicaria potestas; secundo tacite objectioni respondet. Forte tu dies: *Ad quid separar et tollam cracem?* etc. Quia judicium Fi-

lii hominis est, et potestas. Joan. v, 27: *Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.* Non doleas ergo quia patiatur, quia *venturus est in gloria:* non doleas quod reprobatur a senioribus, quia *venturus est in gloria Patris sui;* nec quod ante multos, quia *cum Angelis suis.* Phil. ii, 2: *Omnis lingua confiteantur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Et infra, xv, 31: *Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ etc.* Tunc reddet, et restituet unicuique secundum opera sua. Deinde respondet tacite objectioni: *Amen dico vobis;* quasi dicat: *Dixi vobis quod venturus est Filius hominis etc.* Sed nolite mirari. Quare? Volo vobis ostendere, quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem. Peccatores absorbentur morte, sed justi gustant mortem. Isti autem erant Petrus, Joannes, et Jacobus. *Donec videant Filium hominis venientem in regno suo.* Illo fuit signum glorie futurae. Eos autem non nominavit propter invidiam, quia magis his quam aliis. Item propter importunitatem; quia importuni essent, si nihil eis ostenderet. Alter potest dici, quod regnum Dei est Ecclesia; ideo est aliquis qui non gustabit mortem, sicut Joannes, *donec videat Filium hominis venientem in regno suo:* idest, donec dilatetur Ecclesia; quia tantum vixit quod vidit Ecclesiam dilitari, et multas Ecclesias aedificari.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

1. Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum et Jacobum et Joannem fratrem ejus, et duxit illos in montem excelsum seorsum; et transfiguratus est ante eos. Et resplicant facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonus es nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula; tibi unum, Moysi unum, et Eliae unum. Adhuc eo loquentes, ecce imbes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene compla-

eni, ipsum audite. Et audientes discipiuli eccliferunt in faciem suam, et timuerunt valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos, dixique eis: *Surgite, et nolite timere.* Levantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendebat illis de monte, praecepit eis Jesus, dicens: *Nomini diversitatem visionem donec Filius hominis a mortuis resurgat.* Et interrogaverunt eum discipiuli, dicentes: *Quid ergo scribi dicunt, quod Elias oporteat primum venire?* At ille respondens ait eis: *Elias quidem venturus est, et restituet omnia.* Dico autem vobis, quia Elias iam venit, et non cognove-

runt eum, sed fecerunt in eo quæcumque volen-
tum. Sic et Filius homini passus est ab eis.
Tunc intellexerunt discipuli quia de Joanne Baptis-
ta dixisset eis.

2. Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum
homo genibus pro voluntus ante eum, dicens : Do-
mine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et
male patitur ; nam sepe cadit in ignem, et crêbro
in aquam. Et obtulit eum discipulis tuis, et non po-
tuerunt curare eum. Respondens autem Jesus ait :
O generatio incredula et perversa, quoniam ero
vobis quem? Usquequo patiar vos? Afferte huc illum
ad me. Et increpavit illum Jesus, et exiit ab eo
dæmonium, et curatus est puer ex illa hora. Tunc
accesserunt discipuli ad Jesum secreto, et dixerunt:
Quare nos non potuimus ejicere illum? Dixi illis
Jesus : Propter incredulitatem vestram. Ameu quippe
dico vobis : si habueritis fidem sicut gramm̄i
sinapis, dicetis monti huic, Traesi hinc, et transi-
bit : et nihil impossibile erit vobis. Hoc autem
genius non ejicitur nisi per orationem, et jejuniū.
Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis
Jesus : Filius hominis tradendus est in manus
hominum, et occident eum, et tertia die resurgent.
Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent
Capernaum, accesserunt qui didracma accipie-
bant, ad Petrum, et dixerunt ei : Magister vester
non solvit didracmam. Ait, Etiam. Et cum intrasset
in dominum, prævenit eum Jesus dicens : Quid tibi
videtur, Simon? reges terra a quibus accipiunt
tributum, vel alienis? At ille dixit, Ab alienis.
Et ille dixit, Ab aliis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi
sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade
ad mare, et mitte hamum, et eum piscem qui pri-
mus ascenderit, tolle, et aperto ore ejus invenies
staterem : illum sumens, da eis pro me et te.

1. In parte precedentí ostendit virtu-
tem doctrinae evangelicae etc.: hic ostendit
finis, qui est gloria futura; et circa
hoc duo facit. Primo ostendit quomodo
demonstrata est in transfiguratione : se-
cundo quomodo perveniri possit ad eam,
18 in **16** cap. *in illa hora* etc. Cirea primum
duo. Primo demonstratur futura gloria;
secundo præcipit celationem; tertio ponit
dubitatem. Secunda, ibi, *Et des-
cendentibus illis de monte* etc., *tertia* ibi,
Et interrogaverunt eum discipuli etc.
Cirea primum tria. Primo ponuntur cir-
cumstantiae transfigurationis; secundo
transfiguratio; tertio effectus. Secunda
ibi, *Et transfiguratus est ante eos*, *Tertia* ibi,
Et audientes discipuli ceciderunt in
faciem suam. Ponit autem tres circumstan-
tias, scilicet tempus, discipulos, lo-
cum. Tempus ponit cum dicit, *Post dies
sex*.

Sed hic est quæstio litteralis, quare
statim cum dixit : *Sunt quidam de hic*

stantibus etc., non statim transfiguratus
est. Solvit Chrysostomus. Primo ut ac-
cenderet desiderium Apostolorum : secun-
do ut mitigaret invidiam eorum, quia
foste post verbum istud turbati fuerunt.

Sed quid est quod hic habetur? *Post
sex dies*; in Luca ix, 28 habetur, *Post
octo dies*? Planum est quod Lucas nume-
rat diem quo dixit, et diem transfigura-
tionis; Matthæus vero dies solum inter-
medios; ideo remoto primo et ultimo
non remanent nisi sex dies. Per sex dies
significantur sex ætates, post quas spe-
ramus venire ad gloriam futuram. Item
in sex diebus perficit opera sua; ideoque
post sex dies vult Dominus se ostendere;
quia nisi elevemur ad Deum super omnes
creaturas quas Dominus his sex diebus
creavit, non possumus pervenire ad reg-
num Dei.

Item *assumpsit Petrum, Jacobum et
Joannem*. Quare non omnes? Ad designa-
ndum quod non omnes qui vocati sunt,
pervenient. Unde infra xx, 16 : *Multi
sunt vocati, pauci vero electi*. Et quare
tres tantum? Ad designandum quod nulli
pervenient nisi in fide Trinitatis. Marc.
xvi, 16 : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, hic salvis erit*. Sed quare plus istos
quam alios? Ratio est, quia Petrus magis
servidus erat. Joannes, quia specia-
liter dilectus erat. Item Jacobus, quia
principius debellator erat adversariorum
Fidei : unde Herodes eum occidit primo;
quia magnum aliquid credidit facere pro
Judaïs, ut in Act. xii, 2 : *Occidit autem
Jacobum* etc. Sequitur : *cum videret quia
placeret Judæis* etc.

*Et duxit eos in montem excelsum scor-
sum* etc. Quare in montem? Ad designa-
ndum quod non inducitur ad contem-
plandum nisi qui accedit in montem,
ut in Gen. xix, 17, de Lot : *In monte
salvum te fac*. Et dicit, *Excelsum valde*,
propter altitudinem contemplationis. Isa.
n, 2 : *Elevabit super colles, et fluent ad*
*eum omnes gentes, et ibunt populi, et dic-
tent : Venite, ascendamus ad montem
Domini*. Quia super omnem altitudinem
scientiae et virtutis erit illa altitudo glo-
riæ. Item scorsum, quia so separaverunt

¹ Al. : « quod enim hic habetur. »

a malis. *Infra xxv, 22 : Separabunt' eos sicut agnos ab hædis.*

Sequitur transfiguratio : *Et transfiguratus est ante eos :* et primo ponitur transfiguratio ; secundo testimonium, ibi, *Adhuc eo loquente etc.* Circa primum ponitur transfiguratio ; secundo modus ; tertio Petri admiratio. Dicit ergo : *Et transfiguratus est*, idest figuram mutavit, *ante eos*. Transfigurari idem est quod a propria figura mutari : ut habet II ad Cor. xi, 44, quod *satoras transfigurat se in Angelum lucis*. Ideo non est mirum si justi transfigurarentur in figuram gloriae ; ideo transfiguratus est, quia quod suum est depositum. Aliqui dixerunt quod aliud corpus assumpsit : quod falsum est : sed in figura quisquis immutetur de exteriori aspectu, dicitur transfiguratio : sicut cum aliquis est sanus, est rubicundus ; cum infirmus est fit pallidus, et sic dicitur transfiguratus ; sic Christus, quia in alia forma quam appareret apparuit, quia corpus ejus non erat lucidum, sed tantum claritatem accepit, ideo² dicitur transfiguratus ; ideo sequitur : *Et resplenduit facies ejus sicut sol* : ubi³ tanguntur modus : et primo demonstratur quantum ad claritatem faciei ; secundo quantum ad nitorem vestrum ; tertio quantum ad testimonium⁴. Dicit ergo : *Et resplenduit facies ejus sicut sol*. Ille futuram gloriam revelavit, ubi erunt corpora clara et splendentia. Et haec claritas non erat ab essentia ; sed ex claritate interioris animæ plena caritate, Isa. lxxm, 8 : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum* : et sequitur : *et gloria Domini colliget te*. Unde erat quadam resplendency in corpore. Anima enim Christi videbat Deum, et super omnem claritatem, a principio sua conceptionis. Joau. i, 14 : *Vidimus gloriam ejus*.

Si ergo in beatis aliis derivatur claritas ab anima ad corpus, quare non in Christo, qui Deus erat et homo? Dicendum : quod quia Deus erat, ordo humanae naturae erat in sua potestate. Ille autem est ordo quod partes sibi communici-

cent : ut laeso corpore compassio sit in anima, et ex anima afficiatur corpus. Sed hic ordo subjectus erat Christo : unde ita perfectum erat gaudium in parte superiori quod non egrediebatur extra : unde et perfecte erat viator et perfecte comprehensor : unde quando volebat, non fiebat refluxus ; sed quando volebat, refluxus fuit, et apparuit splendidus.

Sed nonne dos fuit in Christo? Quidam dicunt quod sic, et quod omnes dotes accepit in via. Dotem subtilitatis in nativitate, agilitatis in undarnm calcatione, claritatis hic, impassibilitatis in administrando sacramentum altaris. Ego autem hoc non credo : quia dos est quædam proprietas ipsius gloriae. Unde quod super mare ambulavit, quod resplenduit, totum fuit ex virtute divina, quia dos gloriae repagnat viatori ; sed habuit aliquam similitudinem, quia resplenduit *facies ejus sicut sol*. Apoc. i, 1, 16 : *Facies ejus sicut sol resulget in virtute sua.*

Sed potest objici quia justi fulgebunt sicut sol ergo splendor Christi major non erit aliis Dico quod sic : sed quia in his sensibilibus non est clarus cui possit comparari, ideo soli comparatur⁵.

Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Ille de vestimentis. Hoc apparet⁶ quod non fuit per mutationem Christi, nec per dotem ; quia vestimenta non sunt perceptiva dotis. Per vestimenta significantur sancti. Isa. xlix, 18 : *Vivo ego, dicit Dominus, quia his omnibus sicut ornamento vestieris.* Et dicit : *Facta sunt a'ba sicut nix.* Nix habet candorem et frigiditatem ; sic sancti habent candorem gloriae. Sap. iii, 7 : *Fulgebunt justi, et tanquam scintillæ in arundineto discurrent.* Item habebunt refrigerium ab ardore concupiscentiarum. In Psal. lxvn, 15 : *Nive dealbabuntur in Selmon.* Vel per vestimenta intelligitur littera sacrae Scripturae.

Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias. Et quare apparuerunt? Chrysostomus assignat rationes. Prima ratio est ad confirmandum fidem discipulorum.

¹ Al. : « quia separabunt. »

² Al. : « et ideo. »

³ Al. : « ibi. »

⁴ Al. : « tertio testimonium. »

⁵ Al. : « comparat. »

⁶ Al. : « hic appareat. »

Quæsierat supra xvi, 13 : *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Et dixerunt : *Alii Elium etc.* Ut vero ostenderet differentiam sui ad illos, ideo voluit eos adducere. Psal. lxxxv, 8 : *Non est similis tui in diis, Domine.* Secunda ratio est ad confutandum Iudaos. Dicebant enim, quod erat transgressor legis : item dicebant, quod erat blasphemator, ut haberetur Joan. x, 33 : *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.* Ideo quia Elias omniibus prophetis sanctior fuit, Moyses legislator ; coram Moyse et Elia ostendit quia non erat Deo contrarius, nec transgressor legis. Tertia ratio est, ut ostendat se judicem vivorum et mortuorum : quia Elias vivus erat, Moyses mortuus. Quarta ratio est ad certificationem Petri : quia Petrus increpaverat Dominum de morte, ideo ostendit quod non sunt increpandi qui exponunt se morti, invocando istos duos ; quia Elias morti se exposuit eoram Jezabel, similiter Moyses exposuit se propter legem. Quinta ratio est, quia duo erant in eo quod voluit ostendere in his dnobus : scilicet mansuetudo, quam ostendit in Moyse ; exemplum zeli Dei, quem ostendit in Elia, de quo dicitur Eccli. xlvm. 1 quod *surrexit Elias quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat.* Sexta ratio assignatur in *Glossa* : quia omnis lex et prophetae testimonium dixerunt Christo. Unde Luc. xxiv, 44 : *Omnia oportet impieri de me quæ sunt in lege et prophétis.*

Sed tunc est quæstio. De Elia non est mirum si ibi fuit, quia est vivus ; sed de Moyse est quæstio quomodo ibi erat. Quidam dixerunt, quod Angelus fuit ibi leo ipsius : sed hoc nihil est quia Moyses fuit ibi in anima solum. Sed qualiter visus est ? Dicendum, quod sicut Angeli videntur.

Sequitur affectus Petri : *Respondens autem Petrus dixit etc.* Et possumus exponere torquendo ad carnalitatem, vel ad devotionem. Chrysostomus retrorquet ad carnalitatem. Supra Christus dixerat se passurum, et Petrus¹ increpaverat eum, cum reprehendit eum. Unde apparuerunt

Moyses et Elias loquentes de passione ejus. Ideo cum audivit Petrus referre, non poterat audire. Unde non voluit se opponere ; ideo cogitavit quod si ibi maneret, evaderet mortem ; ideo ne cito recederent, dixit : *Faciamus hic tria tabernacula.*

Et quare dixit : *Moysi unum, et Elia unum?* Quia videbat eum affectuosum ad mortem, volebat quod isti impedirent mortem ejus. De Elia legitur IV Regum 1 quod quando misit rex quinquagenarium, fecit descendere ignem de coelo. Item legitur de Moyse. Numer. xvi, quod quando jurgium occurrit in tabernaculo, quod descendit nubes. Ideo cogitavit quod per Moysem poterat impetrari nubes, et per Eliam ignis. Alii vero reducunt ad devotionem Petri. Et secundum hoc duo facit : quia primo tangit affectum ; secundo consilium, ibi, *Si vis etc.* Dicit ergo : *Domine, bonum est nos hic esse.* Ex nimio fervore, videns gloriam, ita affectus erat quod nunquam voluisse separari, si Deus voluisse. Et quid erit de illis qui in gloria erunt perfecta ? Unde existentes in illa beatitudine nunquam volent separari. Psal. lxxii, 28 : *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Secundo dat consilium, et sicut dicit Luc. ix, 23 : *nesciens quid diceret.* Unde dicit : *Si vis, faciamus hic tria tabernacula;* quia voluntatem nostram debemus submittere voluntati divinae, ut supra vi, 10 : *Fiat voluntas tua etc.* Unde in isto bene dixit Petrus ; in alio vero male : quia credidit quod gloria sine morte posset haberi : quod est contra illud II Cor. v, 1 : *Scientis enim, si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificatam habemus dominum non manufactam, sed eternam in celis.* Item quia credidit in hoc mundo esse gloriam sanctorum, quæ noui est hic, sed in celis. Supra v, 12 : *Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.* Item quia credidit quod dominibus indigerent ; sed non indigent hic, sed habent in celis ; ut Apoc. xxi, 3 : *Ecce tabernaculum Dei cum omnibus.* Item quia tria tabernacula voluit fieri : unum enim sufficit Pa-

¹ Al. : « Christus. »

tri et Filio et Spiritui sancto. Item quia comparavit Christum alii : non autem sic debet fieri. Job xxxii, 21 : *Deum homini non aquabo, petre, omnes habent unum tabernaculum, quod est fides.*

Sequitur testimonium *Et adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos etc.* Petrus insipiente loquebatur ; ideo indignus fuit responsione. Volebat materiale testimonium : ideo voluit Dominus ostendere quod sancti non indigent. Item per nubem ostendere se voluit. Psal. lxxv, 35 : *Magnificentia ejus in nubibus.* Sed aliquando apparet nubes clara, aliquando nubes tenebrosa. Exod. xix, dicitur quod apparuit nubes caliginis ; sed hic apparet lucida, quia significat consolacionem gloriae, quia tunc protegentur ab omni astu. Apoc. xxi, 4 : *Absterget Deus omnem lacrymam ad oculis sanc torum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra : quoniam prima abierunt.* Sequitur testimonium ex voce Patris : unde : *Et vox de nube dicens etc.* Sed quare de nube ? ad significandum quod est vox Patris. Dominus habitat in nube. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Tangitur Christi dignitas ex proprietate filiationis, ex perfectione dilectionis, et ex conformitate operationis. Unde dicit : *Hic est, quasi singularis, Filius.* Alii sunt filii per adoptionem. Psal. lxxxii, 6 : *Ego dixi : Dii estis, et filii excelsi omnes.* Sed iste est verus filius, scilicet singulariter, ut I Joan. v, 20 : *Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum.* Item aliter, *Dilectus.* Dilectio nostra est ex bonitate creaturae. Non enim est res bona, quia diligo eam ; sed quia res bona est, diligo eam. Sed dilectio Dei est causa bonitatis rerum : et sicut Deus perfudit bonitatem in creaturis per creationem ; sic¹ in Filio per generationem, quia totam Filio communicat bonitatem : unde creature benedicuntur per participationem, sed Filio totum dedit. Joan. vii, 35 : *Pater diligit Filium, et omnia posuit in manibus ejus.* Unde ipse amor procedit

a Patre diligente Filium, et Filio diligente Patrem. Sed contingit quod alieni datur aliquid, et non bene utitur datis ; ideo non datori complacet : sed Deus dedit isti plenitudinem, et bene usus est eis : id o sibi complacuit : unde dicit : *In quo mihi bene complacui.* Item habetur supra xii, 18 : *In quo² mihi complacuit et in quo requiescit animus meus.* Quia ergo talis est, ipsum audite. Unde insinuat eum datum doctorem omnium. Deut. xviii, 15 : *Prophetam suscitat Dominus de gente vestra : ipsum sicut me audite.* Vel ipsum audite, non Moysem, non Eliam nisi secundum quod Christum docent³, vel doctrinam Christi.

Notate, quod Christus habuit testimonium de celo a Patre, de inferno a Moyse, et ab Elia de paradyso, a discipulis de terra : ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et inferorum : Philip. ii, 20. Item notandum, quod duplex est regeneratio ; una in baptismo, alia quando ab omni iniquitate spiritus mundabimur. Unde in baptismo designatus est Jesus per columbam, que est animal⁴ simplex, ad designandum simplicitatem : est etiam animal secundum, ad designandum aliam regenerationem. Apparuit in nube lucida, ad designandum claritatem, et extinctionem omnis concupiscentiae. Isa. iv, 5 : *Et erexit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum, et splendorem ignis flammantis per noctem.*

Et audientes discipuli ecclerunt in faciem suam, et timuerunt. Posita transfiguratione, hic ponitur effectus in discipulis : et primo ponitur timor ; secundo confortatio Christi contra timorem ; tertio effectus. Secunda ibi, *Et accessit Jesus etc.* Tertia ibi, *Lerantes autem oculos suos neminem riderunt.* Dicit ergo, *Et audientes.* Audierunt vocem Patris de nube, sicut dicitur II Petr. i, 18 : *Hanc vocem audivimus cum essemus in monte.* Et ponit signum timoris, quia *ecclerunt in faciem suam.*

Sequitur timor : *Et timuerunt valde.*

¹ Al. deest : « sic. »

² Ibi : *In quo bene complacuit anima mea Ponam spiritum meum super eum.*

³ Al. : « doceat. »

⁴ Al. : « anima. »

Sed quare timuerunt? Ponit Hieronymus tres rationes. Prima quia cognoverunt se errasse, sicut dicitur de Adam Genes. iii, 10 : *Domine, audie vocem tuam, et timui, quia nulus eram.* Item quia nubes erant involuti, cognoverunt majestatis divinae presentiam. Exod. xii, 21 : *Dominus autem procedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis etc.* Et naturale est quod unusquisque ex eo quod non conusevit, stupescat. Item propter vocem de nube. Deut. v, 26 : *Quid est omnis cur ut audiat vocem Domini ventis?* Et ex hoc fortitudine eorum defecit, quia ceciderunt in faciem suam.

Sed notaendum, quod aliter cadunt impii, aliter sancti. Impii cadunt retorsum, ut habetur I Reg. iv, de Heli, qui cum audisset rumores de arca Domini, cecidit de sella², et fracta cervice expiravit. Sed sancti in facies suas. Apocal. vii, 2 : *Qui ceciderunt in facies suas.* Et ratio est, quia non videmus quod retro est. Eccle. ii, 14 : *Sapientis oculi in capite ejus.*

Consequenter ponitur confortatio Christi : Et confortat eos facto, et verbo. Facto contra timorem et casum. Contra timorem, per ejus praesentiam, quia accessit Jesus. Psal. xxii, 4 : *Non timebo mala, quoniam tu tecum es.* Et supra xiv, 27 : *Ego sum, nolite timere.* Item confortat per contactum, quia dat lasso virtutem : Isa. xl, 29. In Daniele legitur cap. x, 10 : *Manus ejus tetigit me, et erexit.* Unde dicit : *Et tetigit eos.* Item confortat contra casum : unde : *Dixitque eis, Sirgite.* Eph. v, 14 : *Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Item contra timorem : *Nolite timere.* Timor ille erat pusillanimitas; et illi qui surgunt a peccato, timorem depontit, quia perfecta caritas foras mittit timorem : I Joan. iv, 18.

Consequenter sequitur effectus conformatio[n]is : *Levantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Jesum.* Et iste est effectus conformatio[n]is divinae : quia a Christo confortati non vident nisi Jesum, nee in illo gaudent vel confortantur nisi in ipso. Ad Philip. i, 21 : *Mihi vivere*

Christus est, et mori lucrum. Item neminem viderunt nisi solum Jesum : quia recedente umbra legis et doctrina propria tamen, quae per Moysen et Eliam designantur, sola doctrina Christi tenetur. Vel, secundum aliam litteram, *situs remansit*, ne vox videretur esse prolata ad Moysen vel Eliam. Unde ipsis non apparentibus, certum fuit quod ad eum vox prolatâ fuit.

Consequenter ponitur mandatum de differenda hujus visionis revelatione : unde dicit : *Et descendenter illis de monte præcepit Jesus dicens : Nemini disceritis visionem.* Sed quae est ratio? Triplex est. Prima, quia, ut dicit Hieronymus, tutorum erat quod Christus patetur, et quod Judai scandalizarentur : I ad Cor. i, 23 : *Judeis quidem scandalum :* ideo si audissent istud, magis scandalizati fuissent : unde reputassent nihil fuisse : unde magis essent tardi ad credendum resurrectionem. Remigius sic exponit : quia si nuntiasset, nunquam implexisset quod desiderabat, et sic frustatus esset suo desiderio : quia habet Luc. xvii, 15 : *Desiderio desideravi hoc pascha mundicare vobiscum.* Hilarius exponit sic : quia spiritualem gloriam non decebat nuntiari nisi per viros spirituales : sed ipsi nondum erat spirituales. Iohann. vii, 39 : *Nondum erat eis spiritus datum.*

Et interrogaverunt eum etc. In parte ista satisfacti petitioni discipulorum. Et primo ponitur petitio ; secundo responsio ; tertio effectus. Secunda ibi, *At ille respondens etc.* : tercua ibi, *Tunc intellexerunt etc.* Apostoli videntes eum transformati, credebat quod ex tunc inciperet regnare. Intellexerant enim³ quod Elias debebat prius venire, Malach. ult. Et quia eum viderant, credebant quod jam venisset, et appropinquaret regnum ejus, ut habetur Malach. ult., 4 : *Ecce enim dies veniet etc.* Et ibid. 5 : *Mittam vobis Eliam prophetum antequam veniat dies Domini magnus et horribilis etc.* Sed istud nesciebant ex Scriptura, quia simplificabant, sed sciebant ex dictis scriba-

¹ Al. : « quis est ille homo qui audit vocem etc. »

² Al. : « de sella Domini. »

³ Al. : « intellexerunt autem. »

⁴ Al. : « ut habetur » *Ecce regnum veniet etc.*
« Malach. ult. »

rum. Unde dicunt : *Quid ergo scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum venire?* Scribæ, qui ex lege noverant, ita dicebant, sed pervertebunt Scripturam. Est enim duplex adventus Christi ; scilicet gloriae, et de hoc adventu intelligere quod Elias præcedet illum ; sed et alius adventus in carne. Unus ipse peccaventes exponebat de isto. Hunc dubitationi Dominus satisfacit : et primo tangit aluentum futurum ; secundo præteritem unde dicit : *At ille respondens ait illis : Elias quidem venturus est.* Hunc de duplice Elia loquitur. Quidam de Elia in propria persona venturo : et hic venturus est ad annuntiandum viam iustitiae, et restituat omnia, et convertet corda hominum ad Christum, convertet Iudeos ad fidem patriarcharum, qui habuerunt fidem de Christo : quia, ut habetur¹ Rom. xi, 25, *cœxit ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret; et sic omnis Israel salvis fiet.* Augustinus alter exponit. *Restituet omnia,* quia veniente Antichristo omnes seducentur ; sed mortuo Antichristo omnes restituentur ad fidem per præfationem Iesu. Origenes sic : *Restituet :* quia si aliquis debet quod non solvit, debet restituere. Sed quilibet debitor est mortis : et quia Elias nondum est mortuus, cum veniat restituet omnia, et reddet debitum mortis. Additur de alio Elia. *Dico autem vobis, quia Elias jam venit.* Quis est iste? Joannes Baptista : non quod ipse sit in persona, sicut habetur Jov. i, 21, cum petebatur ab eo : *Elias es tu?* Respondebat, non : sed in spiritu et virtute² : quia sicut Elias secundi adventus erit præcursor, ita Joannes primi adventus. Item sicut Elias contradicebat Iezu, sic Joannes Herodiadi : et sicut Elias fuit eremita, sic Joannes : unde de ipso littera Luc. i, 7 : *Ipse præcedet eum in spiritu Eliæ,* noui quia transeat spiritus Eliæ in Joannem, ut aliqui posuerint : sed eamdem virtutem habebit. *Et non cognoverunt eum,* idest, non approbaverunt, ut habetur infra xxi, ubi quasivit dominus si baptismus Joannis est de celo, vel de

terra : quia si de celo dixissent, crederes debnissent. *Sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt :* quia cum male tractaverunt, non secundum quod iustitia exigebat : sed in avaraverunt eum. Simile habetur de Hl remia Eccl. xlix, 9 : *Nam mal' fecerunt eum qui a ventre matris consecratus est propheta. Sic et Filius hominis passus est ab eis.* Joannes præcuror fuit Christi quantum ad nativitatem : quia sicut Joannes ex muliere veteri et sterili supra naturam, sic Christus ex virginie supra naturam. Item in prædicatione, quia incepit predicare. *Agite præceptum,* sic et Christus. Item quantum ad baptismum. Ideo requirebatur quod esset præcursor quantum ad passionem : quia sicut ipse propter iustitiam occisus est, sic et Christus. Unde : *Sic Filius hominis passus est ab eis.*

8. d a quibus eis? Videtur quod noui auctor a quibus Joannes : quia Joannes ab Herode, et Iudeis consentientibus, sed Christus a scribis consentienti Herode : uno in partibus illis erat, et oblatus fuit ei. Psal. ii, 2 : *Astiterunt reges terræ, et pri cœps convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.* Vel sic assurus est ab eis, ita quod lybris faciat si aplicem relationem : quia omnes sunt in una generatione a quibus passus est omnes et Christus.

Consequenter ponitur effectus hujus rei operis : *Tunc intellexerunt discipuli ipsi de Joanne Baptista dicisset eis : tu es in domini locutus est eis. Dicitur tamen secundum tuorum illuminat et in terram dat parvulus : Psal. cxviii, 130.*

2. Hie præsumit tranquillitatem gloriose, que intolleratur per oppressionem dominum, et turbationem hominum : et petit præsumit primum cessare, per eum, iosem traxici : secundo secundam. Et tunc primum primo ponitur enarratio primi : secunda in præsumit passionem, ibi, *Cum sanctoribus inter eos in Galilaea etc.* tertio de solutione tributi, ibi, *Et*

cum venissent Capernaum etc. Circa primum primo sanat ; secundo satisfacit dubitationi, ibi, *Dixit illis Jesus etc.* Circa primum facit duo. Primo ponitur petitio patris. Secundo satisfactio, ibi, *Afferte hoc illum ad me.* Circa primum tria facit : quia primo ponitur tempus ; secundo indicatio infirmi ; tertio petitio. Tempus ponitur cum dicit : *Et cum renisset ad turbam.* Petrus affectus dulcedine glorie, semper vellet esse in monte ; sed Christus ex caritate quam habuit ad turbas, quia *caritas non querit qua sua sunt* 1 Cor. xiii, 5, voluit descendere de monte ut turbæ haberent accessum ad eum. Unde cum venisset, *accessit ad eum homo genibus pro voluntus.* Si non descendisset, non venisset ad eum homo ille. Et accessit humiliiter, quia genibus pro voluntus : quia *exaudit Deus orationem humilium.* Psal. ci, 18. Per istum genus humanum potest significari. Philip. n, 10 : *Ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelatum, terrestrium, et infernum.* Deinde ponitur petitio. Non petit,¹ sed infirmitatem exponit : sufficit enim misericordi miseriam expondere. Primo exponit infirmitatem ; secundo accidentia ; tertio quod remedium non inveniebat. Dicit ergo : *Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est.* Notandum quod multi pro se rogant, ut supra de muliere habente fluxum sanguinis ; aliquando aliquis pro alio rogat, ut hic ; aliquando vero aliquem curat non rogatus, sicut in spirituali infirmitate, ut habetur de Publicano, Lue. xvii ; aliquando vero ad petitionem alterius aliquis curatur, ut habetur Jac. ult. : *Orate pro invicem ut salvemini* ; aliquando sine oratione, ut in conversione Pauli, Act. ix.

Sed quid est quod dicitur quod lunaticus est ? Lunaticus proprie est qui secundum statum lunæ alienatur. Sed videtur quod iste non esset lunaticus, sed daemoniacus ; quia infra habetur, quod exivit daemonium ab eo.

Potest dici, quod non est verbum Evangelista, sed patris decepti, qui credebat eum esse lunaticum : vel quia supra IV

cap., habetur quod lunaticos curavit, et isti erant daemoniaci. Aliqui dicunt, ut aliqui medici, quod non erant alienati a daemonie, sed ex mala complexione, vel corporis dispositione ; et hoc quia crescente luna crescit omne humidum. Sic cum cerebrum humidissimum sit, luna patiente defectum, defectum patitur et ipsum cerebrum ; et ita tales² deficiente patiuntur luna deficiente. Sed hoc est³ contra fidem, quia expresse Scriptura dicit eos daemoniacos. Et hoc patet, quia ex spiritu loquuntur : quia multo ignorantes patiuntur sic, et tamen loquuntur de Scripturis. Ideo dicendum, quod spiritus maligni intendunt multipliciter insidiari hominibus, et infamare volunt eos ; ideo aliqui daemones inducunt infirmitates et vexationes, secundum quod vident impressionem stellarum ad hoc convenientem, ut inducant homines ad errorem, ut credant quod solum ex influentia stellarum accidat eis ut male patiantur.

Et male patitur. Illic ponuntur accidentia. In qualibet infirmitate sunt diversi status : quia quidam habent febrem magis gravem ; alii magis debilem ; sic etiam iste multum gravabatur. *Quia saepe cadit in ignem, et crebo in aquam* ; ideo in magno erat periculo. Unde notandum, quod Dominus non retrahit manum suam in periculis. Unde jam esset mortuus, nisi Deus manum suam extendisset, ut de Job legitur, cap. i. Quamvis Satan cum multum cruciaret, tamen præcipit ei Dominus ut in animam manum non mitteret. Per istum significatur ratio instabilis, de quo in Eccli. xxvii : *Stultus ut luna mutatur.* *Et cadit quandoque in ignem*, scilicet iræ.⁴ Deut. xxxii, 27 : *Ignis successus est in furore meo, et ardebit usque ad infernum novissima.* *Crebro in aquam*, scilicet cupiditatis. *Effusus es sicut aqua, ne crescas* : Gen. xl ix, 4 : *Obtuli discipulis tuis, et non potuerunt curare eum.* Illic tangitur nequitia istius, quia voluit accusare discipulos. Eccli. xi, 33 : *Qui in electis ponit maculam.* Unde Dominus increpat. *Respondens Jesus ait : Generatio in-*

¹ Al. . « petit. »

² Al. : « malos. »

³ Al. : « et hoc est. »

⁴ Al. deest : « scilicet. »

credula et perversa. Unde ponitur responsum : et duo facit. Primo increpat vitium ; secundo exhibet beneficium. Dicit ergo : *Respondens Jesus etc.* Iste volebat diffamare discipulos ad turbas, et etiam Iesum, quod non haberet istam potestatem, et multi in hoc consentiebant ; ideo Christus invehitur contra totam gentem, et arguit eos de infidelitate, dicens, *Generatio incredula*, quia hoc non erat propter impotentiam discipulorum, sed propter incredulitatem eorum. Item de perversitate, *Et perversa*, quia culpam suam Apostolis imponebant. Deut. xxxii, 5 : *Generatio prava atque perversa, haec cene reddis Domino popule stulte et insipiens? Quousque ero vobiscum?* Et duo Christus proponit. Primo eorum impenitentiam,¹ secundo divinam patientiam, quia non est conveniens societas justi ad injustum. Eccli. xii, 21 : *Sicut communica lat lupus agno, sic peccator justo.* II Corinth. vi, 15 : *Quae conventio Christi ad Belial?* Unde vult dicere : Mea societate potimini, et tameu mihi et discipulis meis detrahere non cessatis. Et, sicut dicit Hieronymus, Dominus hoc non dicit ut iratus, sed loquitur ad modum medici qui venit ad infirmum, qui non vult servare mandata sua, qui dicit : *Quamdiu visitabo te qui non vis servare mandata mea?* Ideo dat exemplum praelatis, quod licet eis contrariantur homines, tamen beneficia conferant, sicut ipse, qui iustus filium curavit, qui sibi et discipulis detrahebat. Unde dicit : *Afferte huc illum ad me.* Et primo ponitur eurandi modus, secundo effectus. Primo ponitur actor, scilicet Christus ; unde dicit : *Afferte eum ad me.* Homines multipliciter peccant. Quidam ex ignorantia, quidam ex infirmitate, quidam ex malitia. Qui ex ignorantia, per hominem instrui potest : qui ex infirmitate, scilicet ille qui per incontinentiam peccat, qui de peccato dolet, et deducitur passionibus, iste non per quemcumque potest sanari, sed necessarium est quod adducatur ad Iesum, qui sanat omnes infirmitates nostras. Et haec est via, quia *increparit eum*, quia per peccatum suum hoc ei acciderat. Pro-

verb. vi, 2 : *Illaquavatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Vel *increparit eum*, scilicet daemонem. Sequitur effectus : *Et exxit ab eo daemонium, et curatus est puer ex illa hora :* quia ipse dixit, et facta sunt : Psal. cxlviii, 5.

Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto etc. Supra Dominus curavit lunaticum : hic satisfacit quæstioni discipulorum. Et primo ponitur quæstio ; secundo responsio, ibi, *Dixit illis Jesus etc.* Ad hoc antea quod petitionem intelligatis, scire debet quod supra x, Dominus dederat potestatem eis ejiciendi daemona : unde dubitabant ne gratiam datum propter culpam amisissent, ideo accesserunt ad Iesum etc. Sed quare secreto ? Non propter verecundiam, sed quia magnum audire debebant, et secreta omnibus dici non debebant. Supra xiiii, 2 : *Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum.* Dixit eis Jesus. Ille respondet ; et primo satisfacit ; secundo proponit generale documentum, ibi, *Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et frumentum.* Circa primum primo quæstiōnē respondet ; et secundo responsiōnē manifestat, ibi, *Amen quippe dico vobis etc.* Quæsierant : *Quare non potuimus ejicare illum ?* Dominus respondet : *propter incredulitatem vestram.* Ubi considerandum est, quod autem Spiritum sanctum receperint in tanta plenitudine, quia repleti sunt omnes Spiritu sancto. Act. ii, aliquia infirma patiebantur. Unde Dominus eos redarguit, Luc. ult., 23 : *O stulti et tardi corde ad credendum !* Nec mirum : quia dum Dominus fuit in monte, illi qui præcipui fuerant in fide, scilicet Petrus, Jacobus, et Joannes absentes erant. Debilitas enim fidei est causa non faciendi miracula : quia miraculorum operatio² est ab omnipotentiā, quia fides innititur omnipotentiā : unde ubi est infirmitas fidei, est defectus miraculorum. Unde habetur supra xiiii, quod in patria sua non fecit Christus nisi paucā miracula propter eorum incredulitatem. Aliquando tunc miracula propter exigentiam potentis, ut supra xv, habetur de muliere Chananaea : aliquando ad manifestandum

¹ Al. : « penitentiam. »

A l. : « opera. »

sanetatem alienus sancti ; et hoc habetur IV Regum xii, ubi dicitur, quod cum latruculi Syrie venissent in terram Israel, ejecerunt corpus mortuum iuxta Eliseum, et revixit : non quia meruisset mortuus, sed ad manifestationem sanctitatis Elisei. Amen, quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis : etc. Hic manifestat suam responsum. Et ponitur quedam conditionalis, cuius antecedens est : Si habueritis fidem etc. ; consequens est : Dicetis monti huic, Transi, et transibit. Aliqui dicunt quod fides comparata grano sinapis sit parva fides ; quasi dicat : Si habueritis aliquam fidem, dicetis etc. Sed hoc improbat Hieronymus : quia dicit Apostolus I Corinth. xiii, 2 : Si habuero omnem fidem, ita ut nuntes transferam. Unde perfecta fides requiritur ad translationem montium. Per hoc quod dicit, Sicut granum sinapis, triplex perfectio designatur fidei. Invenimus enim in grano fervorem, secunditatem, parvitatem. Granum antequam conteratur, nullum fervorem habere videtur ; cum conteritur fervore incipit ; sic homo fidelis, antequam probetur, despectibilis videtur ; quando vero alteratur, tunc apparet ejus sanctitas. I Pet. i, 7 : Modicum nunc si contristari oportet, ut probatio fidei vestrae multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur. Item invenimus in grano secunditatem, supra xiii, quod quamvis sit parvum, crescit in segetem magnam, ita quod volucres caeli habitant ibi. Ad Hebr. ii, ubi narrantur opera fidei, et sequitur ver. 33 : Sancti per fidem viceerunt regna etc. Item invenimus parvitatem : et potest per hoc designari humilitas fidei. Tunc enim agnoscitur quis¹ humilis in fide, quando acquiescit sermonibus Dei. I ad Timoth. vi, 3 : Si quis non acquiescit sermonibus Dei, superbus est. Sic e contrario qui acquiescit sermonibus, humili est. Vult ergo dicere : Si habueritis fidem, et si fidem ferventem, indeficientem, in operibus secundam, si parvam et humiliem, dicetis monti huic, Transi, et transibit.

Hic est quaestio, quam movent inside-

los. Non invenitur quod Apostoli unquam hoc fecerint. Respondit Chrysostomus : Etsi non invenitur de Apostolis, invenitur tamen de apostolicis viris. Legitur enim in libro Dialog. Brati Gregorii, quod cum quidam vellet construere Ecclesiam, non habens locum ad adfiscandum, præcepit monti quod cederet ei, et cessit. Vel forte fecerunt, sed non est scriptum. Vel potest dici, quod si non fecerunt, non fuit propter impossibilitatem, sed quia locus non se obtulit. Unde facta sunt miracula ad necessitatibus aliquando, aliquando ad utilitatem ; et quia non fuit necesse, ideo non fecerunt. Vel ponitur mons pro diabolo. Transi hinc, idest ab hoc corpore, et transibit. Vel secundum Augustinum, intelligitur de spiritu superbie.

Et nihil impossible erit vobis. Et quid est ? Erunt ne omnipotentes ? Non : quia ille solum omnipotens vere est qui ex propria virtute omnia potest. Ipsi autem non ex propria virtute ; sed sicut aliter præcipit rex et servus : quia rex proprio nomine ; servus nomine regis. *Hoc autem genus dæmoniorum ly hoc non demonstrat solum genus lunatici, sed omne genus dæmoniorum non ejicitur nisi per orationem et jejunium.*² Chrysostomus dicit, quod quanto anima est magis elevata, tanto dæmonibus est magis terribilis. Ipse enim Christus dæmonibus est terribilis : unde qui Christo conjuncti sunt,³ sunt terribiles ei. Elevatio autem mentis impeditur per gravitatem carnis, impeditur per crapulam et ebrietatem. Unde in Luc. xxi, 14 : *Videte ne gravetur cor vestrum in crapula et ebrietate.* Unde non potest habere mentem ad Deum qui aggravatus est ebrietate : ideo ad elevationem mentis requiritur jejunium. Unde in Tob. xii, 8 : *Bona est oratio cum jejunio.* Item Dan. ix, 3 : *Ego Daniel dedi cor meum ut orarem in jejunio.* Ideo, sicut dicit Origenes, ad hoc quod expellatur spiritus, non est insistendum convocationibus, sed orationibus et jejuniis. Vel per lunaticum instabilitas carnis designatur ; vel ille qui deducitur per diversa desideria. *Qui saepe cadit in ignem*

¹ Al. deest : « quis. »

² Al. : « quod non ejicitur etc. »

³ Al. : « qui conjuncti sunt. »

et aquam, talis non curatur nisi in jejuniu et oratione. Ad Gal. v, 17 : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem.* Oportet ergo ut debilitates carnem, et confortes spiritum : sed spiritus confortatur per orationem, quia oratio est assecusus mentis ad Deum : caro vero debilitatur per jejunium. Vel, quia non cessat spiritus adversus carnem, ideo ut cesseret talis pugna, requiruntur operationes bonae, quae significantur per orationem, et abstinentia mali, quae significatur per jejunium.

Conversantibus autem illis in Galilaea etc. Supra figurata est tranquillitas gloriae per liberationem a potestate daemonum. Ista liberatio est peracta per mortem Christi. Ad Hebr. ii, 44 : *Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Ideo statim subjungit de prænuntiatione passionis. Et primo ponitur prænuntiatio ; secundo effectus, ibi, *Et contristati sunt vehementer.* Dominus noster ante cap xvi prænuntiaverat passionem suam, et modo etiam, et in sequentibus. Et quare toties? Quia quæ prævidentur, minus commovent ; ideo quia futurum erat quod discipuli scandalizarentur in morte Domini, ideo voluit eis saepè præmittare, ut minus scandalizarentur. Sed semper addit aliquid. Prins tetigit de occisione, sed non de traditione; hic vero tangit de traditione, dicens : *Filius hominis tradetur.* Et recte dicit, *Filius hominis :* quia etsi ille qui traditur, sit Dominus glorie, tamen secundum quod Filius hominis traditur. Unde Augustinus : *Licet aliqua dicantur de Filio Dei et Filio hominis, tamen distinguuntur, quia infirma est humana natura dicuntur, stabilita² de natura divina.* Sed non dicit a quibus traditus est, quia tradidit se. Ad Gal. ii, 20 : *Qui tradidit semetipsum pro me, Traditus est a Patre, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus³ tradidit illum* : Rom. viii, 32. Item traditus est a Iuda. Supra x, 4 : *Qui et tradidit eum.* Item a demonibus.

¹ Al. : « sed. »

² Al. : « que stabilita. »

³ Al. : « pro omnibus. »

Joan. 13, habetur quod diabolus posuit in cor ut traderet eum Judas. Et Sapien. ii, 12 *Venite occidamus justum⁴.* Et tercia die resurgent. Osea vi, 3 : *Vivificabit nos post duos dies, in die tercia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus.* Sequitur effectus : *Et contristati sunt.* Attendeant et mortem et resurrectionem ; sed non videbant utilitatem. Joan xvi, 6 : *Quia huc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.*

Et cum venissent Capharnaum. Completa tranquillitate gloriae, ponit solutionem tributi, Isa, xiv, 4 : *Quievit tributum.* Job. ii, 19 : *Servus liber est a domino suo.* Unde tria facit. Primo ponit exactionem tributi ; secundo libertatem filiorum ; tertio solutionem tributi. Dicit : *Et cum intrasset in domum, prævenit eum Jesus etc.* Didrachma duplex drachma dicitur. Unde quilibet Judæus debebat quolibet anno duplex drachma.

Sed unde erat illud tributum? Quidam dicunt quod ex lege. Exod. xii. Quod propter hoc quod Dominus occiderat primogenita Ægypti, ideo statuit quod omnia primogenita essent sua, et quod filii redimerentur. Post præcepit quod ad servitium Levitæ præpararentur. Et post mandavit quod immiserarentur Levitæ. Et inventi sunt plures primogeniti quam Levitæ. Tunc præcepit quod pro redemptione solveretur pretium. Hieronymus dicit, quod non ex lege Dei, sed Imperatoris, Judea imperi tributaria erat Romanorum, ut pro capite censum solveret. Et hoc videtur verius : quia infra dicitur : *Reges terra a quibus accipiunt tributum?* Ideo loquitur de tributi imperiali.

Sed quare in Capharnaum? Quia a quoquecum recipiebatur in civitate sua ; sed Capharnaum erat civitas principalis Galileeæ.

Sed quia Christum in reverentiam habebant, ideo non accedunt ad eum, sed ad Petrum ; et non petierunt eum nisi cum mansuetudine : *Magister vester non solebit didrachma.* Beinde ponitur Petri responsio : *Et ait, Etiam : idest, verum*

⁴ Ita : « Circumvenimus ergo justum. »

⁵ Al. : « visitabili. »

est quod non solvit. Chrysostomus dicit, quod ne inquietaretur dixit, *Etiam solvit*. Sequitur Christi interrogatio, deinde Petri responsio. In interrogatione duo sunt consideranda; scilicet quod non expavit denuntiationem ejus, quia cum esset in tali statu, ad quamdam indignitatem tenebatur; et aliqui sunt ita dispositi quod cum vident aliquid infirmum in magno, statim scandalizantur. Ne ergo scandalizentur, ideo *prævenit*, ideo cum infirmitate apposuit aliquod magnum, scilicet quod absens sciret quod dictum erat Petro: *Omnis nuda et aperta sunt oculis ejus*: ad Hebr. iv, 13. Item notandum quod Petro judicium committit, quia frequentius ei loquebatur, dicens: *Quid tibi videtur, Simon?* Job. xii, 11: *Nonne auris verba dijudicat?* Reges terra a quibus accipiunt tributum vel censem? Differentia est inter tributum et censem: tributum enim de agris et vineis; census autem de capite datur. Unde in signum suæ subjectionis debet aliquid homo subjectus; et hoc sensus dicitur. Et hoc vult argumentari, quod cum filii regum non solvant tributum, quod ipse non tenetur: ipse enim est Rex regum, per quem omnes regnant. Item secundum carnem erat ex semine regio. Qui factus est ex seniore David secundum carnem: Rom. i, 3. Chrysostomus dicit, quod ex hoc possumus considerare quod sit filius naturalis, quia prius dicitur qui naturalis est. At ille dixit, *Ab alienis*. Deinde ponitur Christi responsio, quia reges filii suis parvunt. Isa. iv, 15: *Quare populum meum atterritis, et facies pauperum commolitis?* Justum enim videtur: qui enim presidet, enram debet habere de subditis: ideo ei servire debent subditi sicut membra corpori: sicut enim membra corporis ex sibi proprio serviunt toti corpori, sic quilibet subditus ex propriis bonis debet servire communitati. Ideo concludit Dominus: *Ergo filii liberi*. Origenes uno modo sic. Ergo filii regum terræ sunt liberi, sed filii Dei sunt liberi apud Deum.

Sed quid facit hoc ad propositum? Aut loquitur secundum carnem de filiis, et sic ipse non erat filius secundum carnem. Si secundum spiritum, tunc omnes Christiani erunt liberi. Sed hoc est contra Apostolum: *Reddite omnibus debita, cui tributum tributum*: Rom. xiii.

Dico, quod istud veritatem habebat de illo qui per naturam erat filius. Ille enim vere erat liber; sed liberi secundum spiritum, eo modo habent libertatem quo filiationem per conformitatem ad Christum, qui est primogenitus in multis fratribus: Rom. viii, 29, inquantum conformes primogenito liberi sunt. Ad Philipp. iii, 21: *Qui reformat corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*.

Ut autem non scandalizemus eos etc. Verum est quod Dominus liber est; sed quia formam servi accepit, ut habetur ad Phil. ii, ideo non recusavit solvere; et in hoc dedit exemplum humilitatis.

Et in hac solutione tria laudanda et admiranda notantur. Primo ejus mansuetudo, unde ipse est mitis, secundum quod ipse testatur supra xi, 29: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde*. Ille proprie dicitur mitis qui nullum vult offendere. I ad Corinth. x, 32: *Sine offensione estote² Iudeis et Gentibus et Ecclesiæ Dei*.

Sed contra hoc objicitur. Supra xv, 12, habetur quod discipuli dixerunt: *Domine scis quia Iudei scandalizantur in verbo isto?* Et Dominus dixit: *Sinite eos; caeci sunt, et duces cecorum*. Non curavit tunc de scandalo; hic vero curat. Unde dicendum quod scandalum aliquando oritur ex veritate; et tunc non est curandum; aliquando ex infirmitate vel ignorantia, et tale est curandum. Sed si ipse non solvisset³ scandalum eorum ex ignorantia esset, quia ipsi Deum non cognoscabant.

Item admiranda est paupertas Christi, quia ita pauper fuit quod non habuit unde solveret. II Corinth. vii, 9: *Qui⁴ cum dives esset, egenus factus est, ut illius inopia vos divites essetis*.

¹ Al.: « sed qui liberi. »

² Al.: « Nullus offensionis estote. »

³ Al.: « sed ipse non solvisset. »

⁴ Al.: « quia. »

Potest quis objicere : Nonne loculos¹ habebat ? Verum est ; sed omnia data erant in usus pauperum. Rapiam arbitrabatur², quod erat ad usus pauperum, in alias usus expendere. Chrysostomus dicit, quod solvit, ut dum solveret tributum, ex una parte ostenderet ejus potentiam, ex altera parte mysterium.

Vade ad mare, et mitte hamum, et cum piscem qui primus ascenderit tolle, et aperto ore eius, invenies staterem. In statere illo erat imago Cæsaris ; et significat diabolum, qui nihil habebat in eo. Joan. xiv, 80 : *Venit princeps hujus mundi, et in me non habet quicquam.* Ideo quia de suo nihil habebat, ideo de suo solvere noluit.

Item ejus providentia : ideo dicit, quod mirari debemus, quomodo potuit scire quod statim occurseret piscis qui haberet staterem in ore. Si autem non fuit, sed creavit de novo, est mirandum ; sed si duxit ad hamum, magnæ providentiae

fuit. Per istum pisces qui primus venit ad hamum, primus³ martyr intelligitur Beatus Stephanus, qui habuit staterem in ore qui didrachma valebat, et duplex ; et significat ipsum Stephanum qui vidit ipsam divinitatem et humanitatem. Vel potest intelligi Adam. Item nota, quod si aliquis saepe loquitur de divitiis et de moneta, staterem habet in ore : unde qui convertit talem, accipit pisces qui habet staterem in ore. Item significatur humilitas : unde : *Illum sumens da illi pro me et pro te.* Et in hoc quod tributum solutum fuit pro Petro et pro ipso, significatur quod per passionem Christi, ipse sibi gloriam resurrectionis acquisivit : Phil. ii, 9 : *Propter quod exaltavit eum Deus :* Petrus et alii redempti sunt a peccata et culpa. Vel aliter, quia passus est pro se, ut corpori suo acquireret gloriam resurrectionis : pro populo, ut lavaret eum a peccatis. Ipse enim Apoc. i, 5 : *lavat nos a peccatis in sanguine suo.*

C A P U T D E C I M U M O C T A V U M

1. In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis putas major est in regno colorum⁴ ? Et advoeaus Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et officiunni sicut parvuli, non intrabitis in regnum colorum. Quicunque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno colorum. Et qui suscepit unum parvulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendat mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Vie mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniant scandalata : verunturam vie homini illi per quem scandalizatum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, et projice ab te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilium vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice ab te. Bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vide te ne contumacias unum ex his pusillis : dico enim vobis, quia Angeli colorum in celis semper vident faciem Patria mea qui in celis est. Venit enim Filius hominis salvare quod perierat.

2. Quid vobis videatur ? Si fuerint aliqui centum

oves, et erraverit una ex eis, nonne relinquit non-agenta novem in montibus, et vadit querere eam que erravit ? Et si contigerit ut inveniat eam ; amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quam supra nonaginta novem que non erraverunt. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in celis est ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audiuerit, iteratus eris fratrem tuum. Si autem non te audiuerit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testimoniū stet omnis verbum. Quod si non audiuerit eos, sic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiæ non audiuerit, sit tibi sicut etiunus et publicanus. Amen dico vobis, quicunque alligaveritis super terram, erunt ligati et si celo : et quicunque solveritis super terram, erunt soluti et in celo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omnī re quacumque petierint, det illis a Patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc procedens Petrus ad eum, dixit : Domine, quoties peccabat in me frater evens, et dimittat ei ? Usque septies ? Dixit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuages septies.

3. Ideo assimilatum est regnum colorum homini regi, qui volunt rationem ponere cum servis suis.

¹ Al. : « oculos. »

² Al. : « arbitrabitur. »

³ Al. : « prius. »

Et cum ceperisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decum milii talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus ejus veniundari, et uxorem ejus, et filios, et omnia que habebat, et reddi. Procedens autem servus ille, orabat eum dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Misericors autem de unius servi illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei. Egressus autem servus dilec. invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios, et levigatus suffocabat eum, dicens : Redde quod debes. Et procedens conservus ejus, rogabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Ille autem non habuit ; sed abiit, et misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videbant autem conservi ejus quae sibi fecerant, contristati sunt valde ; et venerantur, et narraverunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc vocavit illum dominus suus, et ait illi : Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me : nonne ergo oportuit et te misericordi conservi tui, sicut et ego tu miseratus sum ? Et iratus dominus ejus, tradidit eum torturibus, quo ad usque redderet universum debitum. Sic et Pater noster celestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

I. Supra Dominus monstravit futuram gloriam in sua transfiguratione ; hic de profectione¹ ad illam gloriam agit. Et dividitur in duo : quia primo docet quomodo pervenientum est ad eum ; secundo reprehenduntur quidam inordinate peccantes excellentiam in gloria : quae incipit in xx cap. Carea primum primo docet quomodo pervenientum est ad illam gloriam per viam communem : secundo quomodo per viam perfectionis : quod incipit cap. 19. Primo quia per humilitatem pervenitur ad gloriam, ideo primo ostendit humilitatis modum : secundo prohibet inferre scandalum, ibi, *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis etc.*; tertio docet quod illatum est dimittendum, ibi, *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, et projice abs te²*. Carea primum primo ponitur interrogatio discipulorum : secundo responsio Christi. Occasio interrogationis summitur ex hoc quod dictum est Petro quod iret ad mare, et staterem inventum in pisces solveret pro ipso et pro Petro : unde videbatur eum allis prataluisse. Et quia erant adhuc infirmi, ideo aliquem zelum et inuidiae motum passi sunt. Sed videete, quod quando duxit tres solum in montem, non ita moti sunt sicut hic cum

solum praesert. Unde quarebant : *Quis putas major est in regno celorum?* cum non per majoritatem perveniat ; sed per spiritum humilitatis. Ad Phil. ii, 3 : *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantur etc.* In ista petitione est hoc imitandum, quod non erant cupidi de terribus, sed de caelestibus. II ad Corinth. iv, 18 : *Non contemplantibus nobis quae ridentur, sed quae non evidenter etc.*

Sed quid est ? Noue querenda est excellencia in regno celorum ? Dicendum, quod habere eminentiam in regno celorum est dupliciter. Aut ita quod reputamus nos idoneos, et hoc est superbia, et contra Apostolum Phil. ii, 3 : *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantur etc.* Sed appetere majorem gratiam, ut major nobis sit gloria, non est malum, ut I ad Corinth. xii, 31 : *Ænulamini charismata meliora.* Item Apostoli sciebant quod in gloria erant diversæ mansiones, sicut stella differt a stella in claritate ; ideo quarebant, quia credebant unum majorem alio, contra haereticos aliquos qui contrarium posuerunt.

Consequenter ponitur responsio Christi et ponit factum Christi : et dictum. Unde dicit : *Et advocans Jesus parvulum.* Quis sit iste parvulus exponit tripliciter. Chrysostomus exponit vere parvulus³ : quia passionibus erat immunis, ut exemplum humilitatis praberet, ut infra xix, 14 : *Sinu parvulos venire ad me.* Et dicitur quod iste fuit beatus Martialis. Alter exponit, quod Christus se parvulum reputans, statuit se in medio, dicens : *Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum celorum.* Luc. xx, 27 : *Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat.* Aliter quia per parvulum intelligitur Spiritus sanctus, qui⁴ facit parvulos, quia est spiritus humilitatis Ezech. xxxvi, 27 : *Ponam spiritum meum in medio vestri.* Item notandum est verbum Domini. Et primo tangit necessitatem, secundo efficaciam. Dicit : *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, ab ista scilicet elatione immunes ; Zach. i, 3 : Convertimini ad me etc., et efficiamini ut parvum*

¹ Al. : « perfectione. »
² Al. : « si autem expectaverit etc. »

³ Al. : « quod vere parvulum. »
⁴ Al. : « quia. »

hus iste, non ætate, sed simplicitate. I ad Corinth. xiv : Nolite parvuli effici sensibus, sed malitia parvuli estote. Multæ sunt conditiones parvolorum. Non magna appetunt. Rom. xi, 16 : Non alta sapientes. Sunt immunes a concupiscentia. Supra v, 28 : Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam maculatus est eam in corde suo. Et talem concupiscentiam non habent pueri. Item non recordantur inimicitia : unde nisi officiamini sicut parvulus iste, scilicet imitatores proprietatum parvolorum, non intrabitis in regnum caelorum. Nullus enim intrabit nisi humilis. *Humiles spiritu suscipiet gloria.* Prov. xxix, 23 : Vel non intrabitis in regnum caelorum, idest in doctrinam Evangelii, sicut infra xxi, 43 : Aseretur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. Introitus enim est per fidem : unde nisi officiamini, et si non credideritis, sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum : quia Marcii ult., 16, Qui non crediderit, condemnabitur. Proverb. xxix, 23 : *Humilem spiritu suscipiet gloria.* Et qui suscepit unum parvulum scilicet, idest, quemque est imitator puerilis innocentia, hic major est, quia quanto humilior, tanto altior : quia qui se humiliat exaltabitur : Lue. xviii, 14.

Sed potest esse quæstio : videtur enim quod hoc non sit verum ; quia perfectio est in caritate : ergo ubi major caritas, ibi major perfectio.

Dicendum, quod caritatem necessario comitatur humilitas. Et potestis hoc videre si consideretis quis sit humilis. Sicut enim in superbia sunt duo, affectus inordinatus, et aestimatio inordinata de se ; ita e contrario est in humilitate, quia propriam excellentiam non curat. Item non reputat se dignum. Istud de necessitate sequitur ad caritatem. Omnis homo capit excellentiam quam diligit : ergo quanto magis habet homo de humilitate, tanto magis diligit Deum, et magis excellentiam sui contemnit, et tanto minus sibi attribuit : sic quanto homo plus habet de caritate, habet etiam magis de humilitate.

Et qui suscepit unum parvulum tam, me suscipit. Ex quo parvuli sunt tam idonei, non sunt scandalizandi : unde Et qui scandalizaverit etc. Et primo ostendit quod non sunt scandalizandi propter paenam ; secundo propter divinam providentiam. Secunda, Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Primo dicit quod non est inferendum scandalum pusillis ; secundo quod non est negligenter vitandum, ibi, Si autem manus tua etc. Et primo ponit paenam in speciali ; secundo in generali, ibi. *Vx mundo a scandalis etc.* Videndum quod duplex est pena ; scilicet pena damni, et pena sensus. Utramque tangit : Qui suscepit unum talern, non propter ipsum, sed propter me, me suscipit. Sequitur : Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis etc.

Si sit talis, constat quod major est ; et quomodo qui major est scandalizabitur ? Perfecti enim non scandalizantur. Chrysostomus dicit, quod scandalizare idem est quod injuriam inferre ; et haec potest perfecto et imperfecto inferri. Origenes dicit, quod aliqui sunt effecti parvuli, aliqui in fieri. Illi qui effecti sunt parvuli sunt illi qui ad perfectionem pervenerunt : hi non possunt scandalizari. Illi qui sunt in fieri, quia imperfecti sunt, possunt scandalizari ; siue sunt qui conversi sunt de novo. Hieronymus dicit, quod licet non scandalizantur, aliquis tamen potest eos scandalizare, quia est scandalum actuum et passuum. Dominus videtur tangere omnes Apostolos, et specialiter Iudam tangit, sicut infra xxvi, 31 : *Omnies vos scandalum patiemini etc.*

Et quæ est haec pena ? *Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus.* Item, sicut dicit Hieronymus, loquitur Dominus secundum modum Palastinorum qui non habebant molendina in aqua, sed habebant molendina cum equis. Unde mola asinaria dicitur quam equus vel asinus ducre potest. *Et demergatur in profundum maris.* Et haec erat pena quæ inferebatur ei qui furtum fecerat : quia mola hujusmodi suspenderetur in collo ejus, et projiciebatur in mare : quod etiam in Beato Clemente factum

¹ AL : « sic. »

est, licet non quia fur esset etc. Unde dignus est poena aeterna. Unde melius est quamennique ponam temporalem sustinere in praesenti, quam sustinere ponam aeternam. Ad Hebr. x, 31 : *Horrendum est enim incidere in manus Dei virentis.* Et Dan. xii, 23 : *Melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini.*

Aliter mystice : et hoc tripliciter. Uno modo per molam cæcitas gentilium intelligitur, quia animalia quæ ponuntur ad ducendum hanc molam, sunt cæca. Judic. xvii, scribitur, quod eruuerunt oculos Sampsoni¹, et fecerunt eum molere. Unde expediret Iudeis, quod nunquam vidissent Christum, et essent proiecti in profundum maris, idest in profundum infidelitatis. Unde n Pet. ii, 21 : *Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiae, quam post agnitionem retrosum converti.* Aliter per molam asinariam intelligitur vita activa. Et contingit quod aliquis ad vitam contemplativam transit, et cum est ibi, scandalizat contemplationem, quia non sapit sibi : ideo expedit sibi *ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et projiciatur in profundum maris,* idest in profundum causarum temporaliū. Augustinus, dicit sic, *Expedit, idest congruit.* Et est poena congrua ei *ut mola,* idest cupiditas sæculi quia qui scandalizat, cupidus est, *suspendatur in collo,* idest in affectu, et *demergatur in profundum,* scilicet cupiditatum.

Væ mundo a scandalis. Posita poena² in speciali, ponitur in generali. Et tria facit. Primo prænuntiat in generali; secundo subjungit necessitatem; tertio tollit excusationem : quia illis qui scandalizant expedit ut suspendatur mola asinaria in collo eorum etc. *Væ mundo a scandalis.* Per mundum intelliguntur mundi amatores, quia quantum aliquis conjungitur mundo, tanto magis scandalum patitur : unde Dominus : *In me pacem habebitis, in mundo pressuram :* Joan. xvi, 33 : *Væ mundo, et amatoribus mundi.* Necessæ est enim *ut veniant scandala.*

Quidam haeretici crediderunt, quod esset necessitas absoluta quod peccata contigerent ; et ex prescientia divina, et ex natura stellarum induceretur necessitas. Sed hoc est falsum, quia Deo imputaretur, qui est auctor naturæ. Chrysostomus dicit, quod necesse est quod ita eveniat, ut necessitas divinae providentiae sit necessitas conditionata³ ; unde necessarium est quod si previdit istum peccatum, peccabit ; sed non sequitur quod necessario peccet. Origines dicit, quod necessitas præsupponit malitiam daemonum, et infirmitatem hominum : *unde necesse est quod veniant scandala :* quia necesse est quod diabolus homines decipiat, et homo ei obediat, et ita ex suppositione malitia diaboli et infirmitatis hominum, accidit haec necessitas. Alii exponunt : *Necessæ est, idest utile, quia per scandala probantur homines.* I, ad Corinth. xi, 19 : *Nam oportet haereses esse ut qui probati sint, manifesti fiant in nobis.* Vel, secundum Ilaymonem, loquitur de scandalo crucis. I ad Corinth. I, 23 : *Nos prædicamus Christum crucifixum; Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.*

Sed objicitur. Si necesse est, ergo immines sunt a peccato, cum ita sit necesse evenire. Non dico quod sit necesse necessitate absoluta : quia *væ homini illi per quem scandalum venit.* Unde licet daemones instigent, tamen imputatur ei ad poenam. Rom. vi, 13 : *Neque exhibeat membra vestra arma iniquitatis peccato.* Specialiter dicitur de Iuda qui tradidit illum. Tu dicis, quod *væ homini illi per quem scandalum venit :* unde non est pusillus inferendum scandalum. Et quanvis non delcat inferri, tamen non debent esse negligentes in vitando scandalum ; immo aliquis potest vitare per aliquid utile ad actionem vel cognitionem vel supportationem.

Unde ponit sub similitudine membrorum corporis : *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, et projice abs te.* Non tamen intelligatis, quod debeant abscondi membra corporis;

¹ Al. : « exuerunt oculos Samsonis. »

² Al. : « posita enim poena. »

³ Al. : « et necessitas conditionata. »

sed per membra intelliguntur amici et proximi. Est enim homo homini necessarius ad operandum, ad supportandum, ad docendum. Quod corrigit in agendis, est manus; quod supportat, est pes: unde Job. xxix, 13: *Oculus fui cæco, et pes claudio.* Unde si manus tua, idest ille qui dirigit operationem tuam, vel pes, idest ille qui sustentat te, scandalizat te, idest occasio peccati est tibi, abscinde eum, et projice abs te. Et reddit causam: *Bonum est tibi etc.*: quia melius est quodcumque malum temporale pati, quam mereri poenam aeternam. Item aliquis est tibi necessarius ad docendum, unde est tibi oculus: unde *Et si oculus scandalizat te, erue eum.* Et reddit causam: *Melius est tibi etc.* Vel potest referri ad totam Ecclesiam: quia oculi sunt prælati; manus diaconi, pes homines simplices: unde magis est depонendus prælatus vel diaconus abscindendus, quam Ecclesia scandalizetur. Vel per oculum accipitur contemplatio, per manum operatio, per pedem processio; unde si vides quod haec contemplatio vel operatio vel processio sit tibi occasio peccati, abscinde eam, et projice a te.

Videte ne contempnatis unum ex pusillis istis. Supra docuerat vitare scandalum propter poenam; hic autem docet vitare ex consideratione divina providentie: et circa hoc duo facit. Primo proponit; secundo rationem assignat, ibi, *Dico eum vobis etc.* Ita dixi quod qui scandalizaverit unum ex his pusillis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus etc. *Videte ne contempnatis:* parvitas enim cito facit ad contemptum. *Ecce parvulum in gentibus dedi te, contemptibilem inter homines.* Hier. xlix, 15.

Sed quaritur de quibus pusillis hic loquitur. Dicendum de pusillis qui pusilli sunt reputatione hominum, sed magni apud Deum. Isti sunt amici Dei. Lue. x, 16: *Qui vos spernit, me spernit.*

Sed contra hoc obiecitur, quia tales non scandalizant nec pereunt, et tamen habent infra in hoc cap., quod *venit Filius hominis salvare quod parerat.*

¹ Al.: « primo quantum ad mysterium Angelorum »

Dicendum, sicut solvit Origenes, quod per parvulos intelliguntur humiles, qui perfecti sunt; et tales non scandalizantur, et tamen interdum deficiunt. Vel quamvis non scandalizentur omnes, tamen aliquis scandalizatur. Secundum Hieronymum, intelligitur de parvulis in Christo, sicut de novo conversis ad Christum. Et tunc continuatur cum parte praecedenti.

Ita dictum est, quod pars scandalizans abscinda est: et tunc pusilli et infirmi et peccatores quamvis non scandalizandi, non tamen sunt contemendi: *Dico enim vobis quod Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.* Hic assignatur ratio ex divina providentia. Primo quantum ad ministerium Angelorum; secundo quantum ad ministerium Christi¹, ibi, *Venit enim Filius hominus salvare quod perierat.* Ita dictum est quod non contempnatis, quia illi de quibus Dominus habet tantum curam, non sunt contemnedi. *Dico vobis, quod Angeli eorum.* Quare eorum? Quia deputati sunt custodie eorum quia, sicut dicit Hieronymus, unicuique homini deputatus est Angelus ad sui custodiam. Psal. xc, 11: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Hebr. i, 14: *Omnes sunt administratori spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.* Isti habent officium, quod divina deferunt, et nuntiant nobis; item orationes nostras ad Deum deportant, et presentant. Apocalyp. viii, 4: *Ascendit fumus incensorum de orationibus sacerdotum de manu Angeli coram Deo.* Unde si Dominus ita large eis提供et quod vult eis serviri per Angelos, non sunt contemnedi. In Ecli. xxxv, de vidua dicitur, quod ejus lacryma ascedunt a maxilla usque ad oculum. Vel *Angeli eorum,* quia sunt concives eorum, quia una est societas Angelorum et hominum: unde sunt concives civitatis celestis: unde tanta est dignitas, quia *semper vident faciem Patris mei qui in celis est.*

Et hic quatuor possunt designari. Continuitas visionis, quia semper vident. Posset aliquis dicere quoniam aliquando rumin: secundo quantum ad mysterium Christi. »

mittuntur in ministerium, quare non semper vident faciem Dei; et ideo *sequor* dicit. Item notatur sublimitas visionis eorum. Nos videmus aliquia de summis, sed in quadam obsecuritate et per creaturas, ut habetur ad Roman. I, 20: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur.* Sed Angeli in quadam altitudine: unde dicit, *In caelis.* Item notatur manifestatio visio. *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:* I Corinth. xii, 10. Non est diendum quod habeat faciem corporalem; sed dicitur facies, ejus aperta visio. Cum enim aliquis videtur in speculo, non aperta visione videtur; sed quando in faciem, tunc aperte videtur. Sic Deus in speculo videtur per creaturas; sed quando in se et per seipsum, tunc erit visio faciei ad faciem. Chrysostomus dicit, quod notatur quedam excellens juvnditas, quia isti sunt viri perfecti: si Angeli sunt administratores eorum, denotatur esse¹ quedam major juvnditas eorum quam Angelorum. Unde vident eum assistentem sibi: unde non solum visio est dos, sed etiam comprehensio. Ad Philip. iii, 12: *Sequor autem si quo modo comprehendam.*

Sed quare dicit: *Patris mei qui in caelis est?* Ad excludendum errorem eorum qui ponebant Angelos, idest daemones: unde dicebant, quod Angeli in caelo sunt, daemones in medio; et ideo sunt medi, et administratores nostri. Ideo ad hoc excludendum dicit: *Semper vident faciem Patris mei qui in caelis est.* Item alia ratio est ad promovendum nostrum desiderium; quod si ipsi vident, et nos videbimus: hoc enim sperare debemus. Sed ne videatur esse parum, quod Angeli ad custodiā hominum deputati sunt, probat hoc etiam per ministerium Christi: et primo hoc probat; secundo adducit similitudinem. Dicit ergo quod pusilli non sunt contemnendi, quia *Filius hominis venit salvare quod perierat.* I ad Timothei, 1, 15: *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.*

Supra i, 21: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*

2. Hic ponitur similitudo: et primo ponitur diligens inquisitio; secundo gaudium de invento ove. Unde dicit: *Quid vobis videtur?* Ita dictum est quod *Filius hominis venit salvare quod perierat,* quia pastor querit ovem perditam. *Si alicui fuerint centum oves.* Per centenariorū universitas rationalis creatura significatur: nonaginta novem, idem est numerus qui novem, sed solum multiplicatus, quia novem multiplicata per decem, faciunt nonaginta; qui numerus, scilicet novem, deficit a denario in unitate: unde per istas oves, omnes rationales creaturas significat. Joan. x, 27: *Oves meæ vocem meam audient.* In Psal. xl ix, 3: *Nos autem populus ejus, et oves pascue ejus.* Per ovem quæ erravit significatur humanum genus. Et quare significatur per ovem quæ erravit? Quia per unum hominem omnes erraverunt. I Pet. ii, 25: *Eritis sicut oves errantes. Nonne relinquit nonaginta novem in montibus?* Non est littera, *In deserto, sed in montibus,* sicut habetur in græco. Illoc tripliciter exponitur. Primo, quia ista nonaginta novem significant Angelos, qui reliqui sunt in montibus, idest in cœlestibus. Ezech. xxxiv, 12: *Pascam eos in montibus Israel.* Vel per nonagintanovem significantur justi, per ovem perditam peccatores; et sic reliquit in montibus, idest in altitudine justitiae. Psal. xxxv, 7: *Justitiae tuae sicut montes Dei.* Vel per nonagintanovem, superbi, per ovem humiles. Unde: *Non relinquit nonaginta novem in montibus idest in superbia sua, et vadit quærere eam quæ erravit?* Psal. cxviii: 176: *Errovi sicut ovis quæ periit: require servum tuum, Domine.*

Consequenter agitur de gaudio: *Et si contigerit quod inveniat eam etc.* Hic etiam triplex ratio potest assignari. Quod Dominus gaudet de bonis, habetur Soph. iii, 17: *Gaudebit super te Deus tuus in latitia.* Si per nonaginta significentur Angeli, per ovem homo, plana est ratio: quia dignus erat homo reparatio-

¹ Al.: « in esse. »

ne. Ad Hebr. ii, 16 : *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit.* Si per nonaginta intelligamus justos, similiter plana est ratio : quia dux plus diligit militem qui cadit in bello, et post viriliter pugnat semper, quam illum qui nunquam eccecidit, et semper tipide pugnat. Sie cum aliquis peccavit, et post fortiter resurgit, et semper viriliter se habet, plus cum diligit. Il ad Corinth. vii, 9 : *Gaudeo quia contrastati es-tis ad paenitentiam.* Ideo plus gaudet dominus de eo etc., cum majoris est¹ zeli. Tamen non est extendendum ad omnes : quia potest habere justus tantum zelum, quod plus placet Deo quam in paenitente². Secundum etiam tertiam expositionem patet ratio : quia plus gaudet de eo qui recognoscit peccatum, ut patet de publicano et pharisæo. Concludit ergo : *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in cælis est, ut pereat unus de pusilli istis.* Minus dicit, et plus significat : quia voluntas ejus est ut salvetur. I ad Timoth. ii, 4 : *Qui vult omnes homines salvos fieri.* Si enim non vellet, non mitteret Angelos. Ezech. xviii, 23 : *Nunquid voluntatis meæ est mors impi, dicit Dominus?*

Si ergo peccaverit in te frater tuus etc. Ille agitur de scando dimitteudo : et primo ponitur ordo; secundo numerus, ibi, *Tunc accedens Petrus ad eum etc.* Circa primum tria. Primo ponit secretam admonitionem; secundo testimonium, ibi, *Si autem non te audierit etc.*; tertio annuntiationem, ibi, *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.* Circa primum primo dat suum documentum; secundo assignat rationem dati, ibi, *Si autem te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Ita dixit quod non sunt contemni possilli. Sed quid faciendum est si aliquis scandalizat? Ille docet : *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum.* Notale primo, quod dicit, *peccaverit* : unde loquitur de peccato perpetrato. Unde aliter procedendum est in peccato perpetrato, aliter in porpotrando : quia perpetratum non

potest esse non perpetratum : unde in perpetrando est operam dare quod non fiat. Isa. i, viii, 6 : *Dissolve colligiones iniquitatis, solve fasciculus deprimente etc.* Unde in perpetrando non oportet quod servetur talis ordo, in perpetrato oportet. Item dicit, *In te: Glossa:* Si injuriam vel contumeliam intulerit filii. Unde vult dicere quod peccatum factum contra nos, remittamus; sed peccatum quod fit contra Deum, nos remittere non possumus, ut dicit *Glossa I Regum* ii, 25 : *Qui peccaverit contra Deum, quis orabit pro eo?* Item debes præcipue curare injurias factas ab eo³ qui tecum est in eadem societate : de aliis etiam libenda est cura, sed non tanta. I Corinth. v, 12 : *Quid nobis de eis qui foris sunt judicare? Vade, et corripe eum intr te et ipsum solum.* Dominus discipulos ad perfectam solitudinem et correctionem ducit. Supra vii, Dominus dixerat, quod si aliquis offenderet fratrem, quod relinquere munus ante altare etc.: hie autem plus procedit : quia nou solum ille qui laesit, sed qui Iesus est : unde si peccaverit in te, vade etc. Psal. cxix, 7 : *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Et numquid primo remittes? Non, sed primo debes corripere : unde non iubet cuique dimittere, sed paenitenti. Item dicit, *Corripe, non increpa;* vel Exaspera : et breviter ostende. Si cognoscit, tunc debes dimittere : unde *Instruite eos in spiritu levitatis.* Ad Galat. vi, 1.

Sed immixtus peccat qui hanc correctionem dimittit? Augustinus : Si non corripis, pejor factus es tacendo, quam ille peccando⁴.

Sed cum hoc sit verum quod omnes corripere teneantur, diceret aliquis quod solidi præcibus convenit ex officio, alius vero ex caritate. Aliquando bonitatem permittit bonos cum malis puniri. Quare? Quia non corripuerunt malos. Tamen dicit Augustinus, quod aliquando debemus desistere si times ne propter correctionem istam non emendentur, sed deteriores reddantur. Item si times ne inducas persecutionem Ecclesiæ, non peccas . Si

¹ Al. : « sunt. »

² Al. : « tantum velum quod plus placet Deo, quod non est in paenitente. »

³ Al. : « a fratre illius. »

⁴ Al. : « increpando. »

⁵ Al. : « petas. »

vero desistis, ne laedaris in temporalibus, ne molestia tibi accidit, vel hujusmodi, peccas. Proverb. ix, 8 : *Argue sapientem, et diligit te.*

Corripe cum inter te et ipsum solum.
Et quare? Quia ista correctio fit ex caritate: caritas autem est amor Dei et proximi. Si amas, debes salutem ejus diligere. Sed in hoc duo sunt attendenda; scilicet conscientia, et bona fama. Si vis ergo eum salvare, debes famam suam salvare: hoc autem facies corrigendo inter te et ipsum. Si ante omnes corripis, famam ejus tollis; tamen conscientia preponenda est famæ. Tamen frequenter accidit quod quando homo videt publicari peccatum suum, ita sit effrons quod omni peccato se exponit. Hierem n, 20 : *Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris moretrix.* Eccli. iv, 25 : *Est confusio peccatum adducens.*

Sed contra hoc objicitur, quod habetur I Tim. v, 20 : *Peccantem coram omnibus argue.* Et hoc est verum, si publice delinquatur. Est enim aliquis peccans publice, et tunc publice incepandus est; et aliquis secretus, et tunc secreto est incepandus: et hoc patet, quia dicit Augustinus, quod si te solo sciente peccaverit, *corripe cum inter te et ipsum solum.*

Quod si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Ad quid hoc dicit? Propter tria. Ut scias quo fine debebas corripere: quia si propter te ipsum corripis, nihil facis: quia ubi privata est emenda, non est correctio meritoria; sed si propter Deum, tunc valet. Item hoc est ad quod debes intendere, scilicet menti fratris inserere correptionem et doctrinam. Item posset aliquis dicere, quod perdere fratrem suum non esset justum. Sed si ita esset, non dixisset: *Lucratus es fratrem tuum.* Item *lucratus es*, quia ipse est commembrum tuum: et sicut membrum membro compatitur, sic et tu fratri tuo. Item *lucratus* quia tibi ipsi lucraris saltem. Jac. iv, 11 : *Qui judicial fratrem suum, detrahit legi, et judicial legem:* unde ibid, vi, 20 : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore via*

sua, liberat animam ejus a morte, et operit multitudinem peccatorum.

Si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos. Ille inducit testimonium: *Adhibe unum vel duos etc.* Deuter xix, 15 : *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*

Sed hic est quæstio. Quare statim non inducit testes? Dicendum, quod sic debet mundari conscientia quod non laedatur fama: unde si primo et per se potest, bene quidem; si non, tunc advocet testes. Et Hieronymus dicit, quod unum primo, et post duos. Et quare? Ut sint testes correctionis factæ: quia si ulteriorius procedit, non est tibi imputandum. Hieronymus dicit, quod etiam ad aliud, ut scilicet convincat de peccato¹: quia aliqui sunt ita pertinaces quod non recognoscunt: ideo debes testes adducere, ut convincas eum de facto. Vel forte iterabit injuriam. Vel, secundum Augustinum, ad convincendum eum.

Sed contra hoc videtur esse quod Augustinus dicit, quod antequam duobus ostendat, debet ostendere præposito, et hoc est ostendere Ecclesiae. Ergo videtur pervertere ordinem.

Dico, quod potest ostendi prælati vel ordine judiciario, vel ut personæ privatae. Intendit ergo Augustinus, quod debet ostendi præposito primo ut personæ private, ut tanquam persona privata det operam correctioni: unde dicit: *Si eos non audierit, dic Ecclesiæ.*

Hic ponitur denuntiatio. Et primo denuntiat: secundo ponitur sententia; tertio efficacia. Secunda ibi², *Si autem Ecclesiam non audierit etc.* Tertia ibi, *Amen dico vobis etc.* Dicit: *Si autem non audierit eos, dic Ecclesiæ,* idest toti multitudini, ut confundatur; ut qui noluit sine confusione corripi, cum confusione corripiatur. *Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam:* Eccli. iv, 25. Vel *Ecclesiæ*, idest judicibus, ut corrigitur. Deuter. xxi, 18 : *Si aliquis habeat filium contumacem et protervum, qui non audierit patris ac matris imperium, et coercitus*

¹ Al. : « a peccato. »

² Al. deest : « ibi. »

audire contempserit; apprehendent eum, et ducent ad seniores civitatis illius, et ad portam judicii etc. Deinde additur pena : *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Ethnici sunt gentiles et infideles ; publicani, qui tributa recipiunt, qui sunt publici peccatores. Unde quasi separati excommunicentur per sententiam Ecclesiae : quia Ecclesiam non audierunt : unde pro sola contumacia potest homo excommunicari. *Amen dico vobis etc.* Ille ponitur efficaciam hujus sententiae. Quia posset aliquis dicere : Quid euro ego, si Ecclesia dicatur, et si in excommunicatus ? ideo ostendit efficaciam istam : *Amen dico vobis, quicumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in celo : et quicumque soveritis super terram, erunt soluta et in celo.* Supra dicta sunt Petro haec ; hic autem dicitur toti Ecclesiae. Et dicitur alligare, vel quia non solvit, vel quia excommunicat. Origenes dicit, quod hic dicit, *In celo* : cum autem Petro locutus est, dixit, *In celis*, ad designandum quod Petrus habet universalem potestatem. Ille autem dicit, *In celo*, quia universalis non est eis potestas, sed in aliquo loco : quia Petro universalem potestatem dedit.

Iterum dico vobis etc. Ille ponit efficaciam orationis. Et primo hoc facit ; secundo rationem dat, ibi, *Ubi enim sunt duo etc.* Dicit : *Iterum dico vobis etc.*

Sed contra potes objicere, quia multa petimus quae non obtinemus. Ille continget primo propter indignitatem petentium : unde dicit : *Duo ex vobis* : scilicet qui secundum evangolium vivitis. *Jac. iv, 3 : Petitis et non accipitis, eo quod male petatis.* Item quia non consentiunt, quia non habent vinclum pacis. Impossibile est enim preces multorum non exaudiri, si ex multis orationibus fiat quasi una. *Il Corinthus. i, 11 : Ut ex multarum personis facierum ejus, quae in nobis est, donationis per multos gratiae agantur pro nobis*¹. Item quia quidam petunt quod non expedit eis ad salutem :

petitio enim debet esse de re utili. Infra xx, 22 : *Nescitis quid petatis.*

Fiet illis a Patre meo, qui est in celis, idest in altis : vel in celis, idest in nobis. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum : congregatio sanctorum, non terrenorum. Psal. cx, 1 : In consilio justorum et congregatione, magna opera Domini. Ubi ergo duo vel tres. Caritas non est in uno, sed in pluribus : unde I Joan. iv, 16 : Qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo. Ideo ego sum in medio eorum.

Tunc accedens Petrus dixit ad eum : Domine, quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei ? Supra docuit quo ordine sit dimittendum, quia post correctionem, et emendam ; hic agit de numero, quoties sit dimittendum. Primo ergo ponitur Petri interrogatio ; secundo Christi responsio ; tertio adhibetur similitudo. Secunda ibi, *Dicit illi Jesus etc.* Tertia ibi, *Assimilatum est regnum celorum.* Dicit ergo, *Tunc accedens. Tunc, scilicet auditio hoc verbo, si peccaverit in te frater tuus etc., tunc motus fuit Petrus, an semel, an plures dimitteret, et dixit : Quoties peccaverit in me frater meus, nonne dimittam usque septies ?* quasi dicat : Usque septies, insfrmitatis est, sed plus malitia. Ideo petuit, si dimitteret usque septies. Item sciebat ille quod dictum est IV Reg. v : quod Eliseus praecepit Naaman, quod septies lavaret se in Jordane : ideo cogitavit quod septies dimittere deberet : *Dixit ei Jesus : Non dico tibi septies, sed septuages septies.* Uno modo potest teneri hoc, quod dicit², *Septies*, aggregative, ut sit sensus : non septies, sed septuaginta viibns. Vel potest teneri multiplicative, ita quod septem viibus septuaginta : et sic exponit Hieronymus. Secundum primam expositionem, qua est Augustini, datur intelligi³ quod totum debemus condonare, sicut Christus omnia condonavit. Ad Col. iii, 13 : *Donantes vobis metipsis, si quis adversus aliquem habet*

¹ Al. : « Ut ex multarum personis facierum quae in nobis donationis per multos agantur gratiae dei pro nobis. »

² Al. : « dico. »

³ Al. deest : « datur intelligi. »

querelam; sicut et Dominus donavit rubis, ita et vos. Vel potest dici, quod potius numerus finitus pro infinito, sicut in Psalmis : *Verbum quod mandarit in mille generationes* : Psalm. civ, 9. Secundum Hieronymum, eadem est causa ; tamen additur ratio numeri. Per sex enim perfectio significatur : per centenarium, qui multiplicatur per denarium, decalogus significatur. Primus numerus qui a denario recedit, est undecimus. Et quia per sex universitas significatur, ideo universitas peccatorum significatur ; quasi dicat : Omnia quaecumque frater tuus peccaverit¹ contra te, dimitte ei. Unde, secundum Hieronymum, videtur quod velit dicere, quod plus remittere potest quam ipse possit offendere.

3. Hie ponitur similitudo. Et tria facit. Primo innuitur divina misericordia ; secundo tangitur ingratitudo, ibi, *Egressus autem servus ille etc.*; tertio ingratitudinis pena, ibi, *Videntes autem conservi ejus etc.* Circa primum ponitur examinationis debitorum ; secundo magnitudo debiti, ibi, *Et cum capisset rationem ponere : oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta* ; tertio justitia exigendi, ibi, *Cum autem non haberet unde redderet etc.*; quarto debili remissio, ibi, *Misertus autem dominus servi illius etc.* Dicit ergo : Quia semper debetis esse parati ad remittendum, ideo debetis hanc similitudinem intelligere. *Regnum caelorum* est lex regni ; ipsum Verbum Dei est justitia et veritas : I Corinth. i, 30 : *Qui factus est nobis sapientia et justitia et sanctificatio et redemptio.* Istud ergo assimilatum est homini regi, quando Verbum caro factum est. Vel per regnum, praesens Ecclesia designatur, ut supra xiii, 41 : *Colligent de regno ejus omnia scandala.* Et bene diligitur regnum, si consideremus omnia qua sunt in regno. In regno est rex, servi, et hujusmodi. *Hominii regi.* Iste rex est Deus, sive intelligatur de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu sancto. *Qui voluit ponere rationem cum servis suis.* Per servos Domini, intelliguntur præ-

lati Ecclesie quibus commissa est cura animarum. Lue. xii, 42 : *Fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam.* Quid est ergo rationem ponere de commissis, nisi quod obligant se² ut rationem reddant ? Ad Hebr. xiii, 47 : *Ipsi peregrinantur quasi rationem pro animalibus vestris reddituri.* Quia etiam unicuique anima sua commissa est, ideo quilibet potest dici servus : unde Job i, 8 : *Nunquid considerasti seruum meum Job ? etc.* Unde positus est quilibet ut reddat rationem de omnibus : nam etiam de quolibet verbo otioso oportet reddere rationem, supra xii. *Et cum capisset ponere rationem.* Finis hujus rationis erit in die judicii ; principium quando primo inducit aliquam tribulationem. I Pet. iv, 19 : *Itaque et hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei creatori cononcent animas suas.* Ezech. ix, 6 : *A sanctuario meo incipite.* Item tangitur diligens examinationis meritorum. Thren. iii, 340 : *Scrutemur vias nostras :* per quod intelligitur examinationis conscientiarum. Et in ista examinatione oblatus est ei servus qui debebat decem millia talenta. Si ad praelatos referimus haec talenta, peccata subditorum intelligimus : quia quoties peccat subditus per negligenter suam, efficitur debitor talentorum. Unde dicitur III Regum xx, 39 : *Erit anima tua pro anima sua.* Vel potest dici, quod mille est numerus perfectus, quia est cubicus. Item per decem intelligitur numerus decalogi. Item per talentum gravitas peccati. Zachar. v, 6 : *Et ecce talentum plumbi portabatur etc.* Unde significatur homo habens multitudinem maximorum criminum : unde quando Deus vult ponere rationem, et examinare conscientiam suam, invenit massam criminum. I Paral. ult. : *Peccavi super arenam maris.* Cum autem sit haec examinationis debiti, petuntur tria. Primo significatur causa examinationis, vel causa penae ; secundo describitur pena ; tertio fructus penae. Aliquis punitur quando ex seipso non habet unde satisfaciat : unde dicit : *Cum*

¹ Al. : « peccavit. »

² Al. : « unde obligant se. »

³ Al. : « Item Thren. iii, etc. »

autem non haberet unde redderet : quia totum quod habet non sufficit. Unde Michæa vi, 6 : Quid signum offram Domino? etc. Ideo cum non haberet unde redderet, jussit eum dominus ejus venundari etc.; quia cum Dominus facit rationem cum homine, et non habet homo unde solvat, et considerat justitiam Dei, quæ est poena, jubet quod venundetur. Quando venundatur, pretium peccati est poena : pretium est quod aliquis accipit pro eo : et sic venundatur quando poena infligitur. Isa. i, 4 : In iniurias vestris venundati estis. Et uxorem et filios. De uxore generat filios. Filii autem sunt opera, uxor concupiscentia, vel radix peccati. Et omnia quæ habebat, quæ sunt Dei dona. Osee ii, 8 : Dedi ei frumentum et vinum et oleum, et argentum¹ multiplicavi, et aurum etc. Punitur ergo pro uxore et filiis, et donis sibi datis. Sapien. xiv, 9 : Similiter autem odio sunt Deo impius et impietas ejus. Psalm. cxviii, 9 : Fiant filii ejus orphani, et uror eius vidua.

Procidens autem servus ille, rogabat eum dicens. Illic ponitur misericordia domini. Et primo ponitur provocativum misericordiae. Quod enim multum provocationem misericordiam, est oratio : unde quando homo sentit se in periculo, debet recurrere ad orationem. Eccli. xxi, 1 : Filii peccasti : non adjicias ultra, sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. Commendatur autem hujus humilitas, item commendatur discretio; item commendatur justitia. Humilitas, quia procidens. Psalm. ci, 18 : Respxit Dominus in orationem humilium. Unde rogabat eum. Origenes scribit, Orabat eum. Item tangitur discretio ejus, quia non petiit totum sibi dimitti debitum, sed tantum petiit tempus : unde dicit : Patientiam habe in me; idest, da mihi tempus ut possim satisfacere. Sic petebat Job x, 20 : Dimitte me paululum ut plangam dolorem meum. Item tangitur justitia : Et omnia reddam tibi. Psal. i, 21 : Tu ne imponas super ultre tuum ritulos. Item ponitur misericordia domini relaxans. Misericordia autem dominus serui illius, dimisit

eum, et debitum dimisit ei. Unde dolor penitentis non causat remissionem, sed misericordia Domini : unde ad Roman. ix, 26 : Non est currentis, sed misericordis Dei. Misericordia autem Domini etc. Notate quod Dominus plura dat quam homo audeat petere, ut² in illa oratione dicitur : Qui merita supplicium excedis et vota. Unde dimisit eum, idest absolvit, et debitum, peccati, dimisit. Potest enim esse tanta contritio quod totum dimittat.

Sequitur ingratitudo : Egressus autem servus ille etc. : et ponuntur quinque que aggravant ingratitudinem ejus. Primo enim aggravatur ex tempore² : quia si post novem vel decem annos accidisset, non esset mirum; sed quia eodem die deliquerit, ingratus efficietur : sicut de peccatore, qui quando sunt dimissa ejus peccata, in eodem die ad peccata regreditur. Unde dicitur, Egressus. Jac. i, 24 : Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. Item ex simulatione : quoniam in consideratione domini humili fuit, sed egressus statim ostendit qualis esset. III Reg. xxii, 22 : Egrediar, et ero spiritus mendacis in ore omnium prophetarum ejus. Item ostenditur ex cognatione : quoniam invenit unum de conservis suis. Ecel. xxvii, 3 : Homo homini servat iram, et a Deo petit medelam. Item ex parvitate debiti : quia debebat centrum denarios; unde in numero erat differentia, quia ipse decem millia. In pondere : quia ille denarios, et ipse talenta : unde peccata quae in Deum committuntur sunt et plura, et gravia magis quam peccata quae in hominem, que levia sunt, quia ex intimitate : unde differens ibi est gravitas, sicut inter talenta et denarios. Gravius enim esset regere percutere quam unum famulum. Item designatur crudelitas in exigendo : quia tenet eum, quia trahet in eum, et vexabat eum, et suffocabat eum, et respirare non dimitterebat. Item ex eum delitate, quia noluit remittere. Unde primo ponitur supplicatio debitoris; secundus crudelitas ipsius, ibi, Illi autem noluit etc. Notandum, quod omnia que

¹ Al. : « unguentum. »

² Al. deest : « ut. »

ille servus fecit domino, iste fecit ei : unde *procidens rogabat*. Supra dicitur, *Orabat*; hic *Rogabat* : quia supra reddebat honorem qui debetur Deo ; hic autem tangit honorem qui debetur homini ; ideo dicit, *Rogabat*. Sed nihil valuit ei : unde dicitur : *Ille autem noluit*. Prover. xii, 10 : *Viseera impiorum crudelium. Et misit eum in carcere*, idest in tribulacionem, *donec redderet debitum*, idest ad hoc ut redderet debitum. Prov. vi, 34 : *Ira et furor viri non parcent in die vindictæ*.

Videntes autem conservi ejus. Illic tanguntur quatuor. Primo ponitur reprobatio istius peccati ; secundo objurgatio peccati ex parte Dei, ibi, *Tunc vocavit illum Dominus suus*; tertio poena, ibi, *Et iratus dominus ejus tradidit eum tortibus*; quarto applicatur similitudo, ibi, *Sic et Pater meus caelstis faciet vobis* etc. Dicit ergo : *Videntes autem conservi ejus etc.* Videmus enim, quod si patiatur unum membrum, compatiuntur alia : unde videntes homini affligi, compatiuntur ei naturaliter. Psal. cxviii, 158 : *Vidi prævaricantes, et tabesceram. Unde contristati sunt. Gaudere cum gaudientibus, fletre cum flentibus*¹ : ad Roman. xii, 13. *Et venerunt, et nuntiaverunt domino suo*, idest divinam justitiam imploraverunt. *Desiderium*² pauperum exaudiuit Dominus, *præparaciones cordis eorum audivit avis tua* : Psal. ix, 17.

Consequenter ponitur objurgatio : *Tunc vocavit eum Dominus suus etc.* Vocat Dominus per mortem. Job: xix, 16 : *Vocabis me, et ego respondebo tibi. Et ait illi.* Primo exprobrat malitiam ; secundo beneficium collatum ; tertio com memorat quod debuit facere. Dicit ergo, *Serve nequam.* Superius cum deberet ei,

non dixit ei opprorium ; sed nunc cum facere debuit quod non fecit, dixit, *Serve nequam* : quia quod homo peccet, hoc humanum est ; sed si perseveret, hoc diabolicum est. *Omne debitum dimisi tibi.* Illic exprobrat beneficium illatum, quod supra non fecerat : *Numquid non oportuit et te miserere conservi tui?* quasi dicat : Tu receperisti magna, et non vis impendere parva? *Et iratus Dominus etc.* Et primo agit de poena, per quam fit separatio a Deo. Quando supra dominus jussit venundari, non dixit quod esset iratus, quia mitiones non sunt ex divina justitia, sed ex misericordia ; sed objurgatio est ex ira Dei Proverb. xix, 12 : *Sicut frenitus leonis, ita et ira regis.* Secundo quia subjicitur daemonibus : unde tradidit eum tortibus. Eccli. xxxiii, 14 : *Reddet illis secundum judicium suum.* Item tangitur poenæ perpetuitas : *Quoadusque redderet universum debitum* : et hoc erit in infinitum. Si enim poena cessare non debet donec fiat satisfactio debiti ; et nullus sine gratia potest satisfacere ; qui decedit sine caritate, non poterit satisfacere.

Sic et Pater meus caelstis faciet vobis. Illic adaptat similitudinem. Pater est Deus, sicut supra vi, 9³ *Pater noster qui es in celis. Faciet vobis* ; idest, non remittet peccata vestra. *Nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Illic videtur innuere quod peccata dimissa redcant ; sicut vult Origenes, quod dimissa redeunt in aliquibus, sicut in apostasia. Item si dolet penituisse⁴. Sed hoc non videtur, eo quod remissio efficaciam habet a sacramentis ; ideo peccata et manifesta et occulta remittuntur. Dicuntur autem redire per ingratitudinem.

¹ Al. : « et desiderium. »

² Al. : « Gaudete cum gaudientibus, fletre cum flentibus. »

³ Al. : « et desiderium. »

⁴ Al. : « pœnitentiae »

C A P U T D E C I M U M N O N U M

Et factum est cum consummasset Jesus sermones istos, migravit a Galilaea, et venit in fines Iudeæ trans Jordaniem, et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos ibi. Et accesserant ad eum Pharisæi tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimitteret homo patrem et matrem, et adhuc erit uxori sue, et erint duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dari libellum repudii et dimittrere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Deo autem vobis, quia quicunque dimisserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mochatur; et qui dimissam duxerit: mochatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt in eburni istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt; et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi qui scipios eastraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus vero ait eis: Si uite parvulos, et nolite eos prohibere ad me uenire: talium est enim regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid honi faciam ut habeam vitam aeternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi, Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: non facies fursum: non falsum testimonium dices: honorab patrem tuum et matrem: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescentis: Omnia hæc custodiua a juventute mea: quid adhuc nulli deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes, et da pauperibus, et habebis thesaurem in celo; et ueni sequare me. Cum audisset autem adolescentis verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Jesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis, quia diuina difficile intrabit in regnum celorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen aens transire, quam divitem intrare in regnum celorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse? Aspiciens autem Jesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquias omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis: vos qui secuti estis me, in regeneratione cu[m] sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duocœli, iudicantes

duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit dominum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidbit. Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi primi.

Supra ostensum est quomodo veniendum est ad vitam aeternam per communem viam; hic docet quomodo veniendum est per viam perfectionis, quæ tangitur quantum ad duo; quantum ad continentiam, et quantum ad paupertatem voluntariam. Circa primum duo facit. Primo agit de adventu; secundo de continentia, ibi, *Dicunt ei discipuli etc.* Circa primum tria facit. Primo ponitur tentatio Pharisaorum; secundo solutio Christi; tertio objectio contra solutionem. Secunda, *Qui respondens ait eis;* tercia, *Quid ergo Moyses mandavit dari libellum repudii?* Circa primum tria. Primo describitur locus¹; secundo occasio ad tentandum: tertio tentatio. Dicit ergo: *Et factum est,* quia dictum ejus est factum. *Ipsæ enim dixit, et facta sunt;* ipse mandavit, et creata sunt: Psal. xxxii, 9. *Cum consummasset sermones istos,* scilicet de vitando scandalum, migravit a Galilaea in fines Iudeæ trans Jordaniem. Iudea aliquando sumitur pro tota terra quam habitant Iudei: aliquando pro terra quæ in dotem tribus Iudeæ cessit: et sic dividitur contra alias, et sic hic accipitur: oportebat enim transire per Iudeam qui volebat ire in Iherusalem, quæ erat in tribu Beniamin in finibus Iudeæ.

Sed quare migravit a Galilaea? Propter tria. Et daret predicatoribus exemplum, quod non est solum in uno loco prædicandum, sed in multis. 1. nle. Lc. iv, 13: *Quia aliis irritibus oportet me evangelizare regnum Dei.* Item quia iam imminebat tempus passionis, ideo accedere volebat ad locum ubi pati debebat. Ad Ephes.

¹ AL: « circa primum primo describitur locus. »

v. 2 : *Tradidit semetipsum pro nobis abhitionem et hastum Deo in odorem suum*. Vel voluit redire ad Iudaos, ut significaret, quod in fine convertetur ad convertendum Iudaos.

Et secuta sunt eum turbae. Signum est devotionis turbarum, quia secutæ sunt eum, sicut filii patrem peregrinantes. Ieru. x. 27 : *Oves meæ vocem meam audiunt. Et curavat eos. Osee vi. 2 : Persecutæ, et smarbit nos*¹. Aliquando Dominus curabat, aliquando signa faciebat. Signa, ut confortaret. In Act. i. 4 : *Cœpit Jesus facere et docere.* Posset aliquis credere, quia transivit ad Iudaos, quod dereliquerit gentes; ideo ad designandum quod non dereliquerit, dicit²: *Secuta sunt turbæ, idest ad salutem : quia cum essent oleaster, inserti sunt, et facti sunt olive : Rom. xi.* Vel quod sunt secutæ trans Jordanem, significatur quod per baptismum peccata remittuntur. *Et accesserunt ad eum Pharisai tentantes.* Et in hoc reprehenduntur: quia cum turbe sequentur, Pharisaï insidiabantur. Ierem. v. 5 : *Ibo ad optimates, et loquar eis.* Unde accesserunt dicentes: *Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa ?* Apparet in istis primo malitiosa astutia, quia venerunt ad Christum, ut Christo calumniam inferrent: quia aut diceret quod esset dimitenda, aut non. Si diceret, quod sic, videretur sibi contrarius, quia ipse erat prædictor castitatis. Si diceret quod non, accusalimus eum, quia hoc est contra Moysen legistatorem. Sicut dicit Chrysostomus, arguntur de incontinentia: quia si aliquis libenter audiat loqui de separatione uxoris, incontinentis est: unde quia isti de divorcio loquebantur, ostendebant se incontinentes. Dominus dederat causam propter quam dimitteretur, scilicet propter turpitudinem. Sed isti non solum ex hac causa petebant, sed utrum ex quacunque causa: unde volebant habere posttestatem liberam dimitendi uxorem. Ideo sequitur responsio: *Qui respondens ait eis. Dominus dat optimum modum respondendi : quia quando querit aliquis ut*

addiseat, statim dicenda est veritas; sed ei qui querit ut calumnietur, non statim dicenda est veritas; sed primo dicenda sunt aliqua quae negari non possunt. Ideo primo Dominus interrogat de lege: unde primo assumit verba Scripturae, secundo dicit quomodo ad propositum facit: tertio principale propositum concludit. Et circa primum tria facit. Primo ostendit societatem maris et feminæ quam Deus instituit; secundo affectum quem indidit; tertio modum quo coniunxit. Intendit probare quod conjunctio maris et feminæ est a Deo instituta. *Non legistis, quod qui fecit hominem, ab initio masculum et feminam fecit eos ?* Hoc enim legitur Genes. i. 27 : *Et creavit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam.* Non est hoc intelligendum, ut aliqui intellexerunt, quod primo fecerit hominem masculum et feminam, et post separaverit eos; sed primo fecit unum hominem, et in illo fecit unde fieret mulier.

Sed quare voluit Dominus sic fieri; scilicet ex viro et muliere multitudinem hominum? Respondeo, ut significaretur quod forma matrimonii ex Deo esset: item ut magis se diligenter.

Sed tunc querit Chrysostomus quare non semper sic facit ut simul nascatur³ vir et mulier. Respondet, quia si ita esset, videretur necessitas utendi matrimonio. Et quia Dominus vult esse licitum ut matrimonio vel non uti, et non esse necessarium; primo creavit masculum et feminam, ad significandum, quod licitum erat matrimonium: post vero ut sine muliere nasceretur masculus, et e converso, ut liberam habeant facultatem et utendi matrimonio et non utendi.

Secundum hoc excluditur duplex error. Quidam enim dicebant, matrimonium non esse a Deo; et hoc excludit: quia si masculum et feminam fecit eos, et constat quod nihil frustra fecit: ergo nec aliquid horum, et non nisi ad societatem matrimonii. Alii dixerunt, quod si non peccasset homo, Deus feminam non fecisset, immo alio modo multiplicarentur homines. Sed hoc nihil est: quia ante

peccatum creati sunt. Et singulariter dicit masculum et feminam, ut unus unam habeat.

Propter quod relinquit homo patrem, et matrem. Hic ponitur quem affectum indidit. *Et dixit.* Quis dixit? Ille qui fecit. Sed hoc non videtur, quia videtur quod Adam dixerit. Augustinus dicit, quod immisit Dominus soporem in Adam; et tulit unam de costis ejus. Sopor iste fuit extasis, unde ibi revelavit multa bona: unde Dominus ei revelavit etiam quod hic dicitur: unde supra x, 20, dictum est: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in nobis.* Quia ergo Adam dixit Deo imperante, ideo dicitur quod Deus dixerit. Unde Esdras ii, capit. iv: *Homo reliquit patrem qui nutritio eum, et adharet uxori.*¹

Quae est ratio? Frater et soror nascuntur ex uno, et dividunt se; sed vir et uxor ex diversis, et tamen non dividunt se? Dicit Chrysostomus, quod hoc est ex ordinatione divina. Item naturaliter omnis causa habet reductionem ad effectum, ut succus a radice ad ramos; unde patres magis diligunt filios quam e converso: ideo vir et uxor, etsi sint ex diversis, uniuersit tamen in effectum unum.

Et erunt duo in carne una: Hieronymus: Scilicet in carne prolixi. Et hie est

¹ Al. unde Gen. ii, 24: « Relinquit homo patrem suum et matrem, et adhaerabit uxori sua. »

² Al.: « effectu. »

³ Al.: « principalem communionem concludit. »

(a) S. Thomas dicit in ta 29^a, q. cu. a. 5, 3^o quod matrimonium fuerit in veteri rege prout est in officium naturae, non autem prout est sacramentum conjunctionis Christi et Ecclesiae. — Sed contra, Matthias Dorinich dicit:

1. Ecclesia, ut B. Gregorius ait, incepit ab Abel justo:

2. Veteris Testamentum frequenter ostendit synagogam Dei despousantem, quae despousatio est in una sposa usque ad novissimum iustum.

3. Secundum Magistrum et doctores, lib. IV, matrimonium fuit sacramentum ante peccatum: igitur alienigena sacre rei signum, et nouissimi conjunctionis Dei ad animam justam, quae est Ecclesia vel in Ecclesia.

Respondetum.

Cum S. Thomas dieci quod in veteri rege nondum facta fuerit conjunctionis Christi ad Ecclesiam, loquitur ut communiter Doctores loquuntur de Christo et Ecclesia: de Christo secundum quod nominal subsistens in duabus naturis, divina scilicet, et humana; de conjunctione Christi et Ecclesiae que facta est mediante incarnatione, per quam factum est unum corpus Ecclesiae secundum conformitatem nature, cuius Christus est caput.

fructus matrimonii. Chrysostomus expponit: *in una carne;* id est, in uno carnali affectu; sicut et in spirituali affectu² fit unitas: ut in Act. iv, 32: *Erat autem credentium cor unum et anima una.* Vel erunt duo *in carne una,* id est in uno carnali opere. Philosophus dicit, quod homo et mulier in opere illo sic semper se habent, quod sicut virtus activa et passiva semper in effectum conjunguntur, sic in actu illo actio et passio conjunguntur. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro.* Deinde principale intentum concludit:³ *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat*(⁴): quia ex Dei voluntate actum est. Si est ex Deo, non potest homo separare: quia si Deus coniunxit, Dens separat. Potest enim separatio fieri a Deo, vel ab homine: et hoc vel propter voluntatem, vel ut aliquam aliam habeat, et non valet: vel propter consensum mutuum, ut Deo liberius serviat; et sic est a Deo.

Dicunt illi; Quid ergo Moyses mandavit dari libellum repudii, et dimittere? Hic ponitur objecio eorum contra generalem legem: aperiunt enim quod erat in mente: *Quid ergo Moyses mandavit dari libellum repudii, et dimittere?* Non mandavit Moyses dimittere, sed indirecte prohibere voluit: quia Moyses voluit quod non di-

Item loquitur de conjunctione spirituali que fit per novitatem gratiae in sacramentis ex opero operato collata, qui modus conjunctionis non fuerit ante Christi incarnationem. Item loquitur de Ecclesia prout dicit multitudinem fidelium nova legi gratiae et novis gratia sacramentis admittantur. Sed Matthias Dorinich accepit a Christum pro supposito Filii Dei, non ut subsistat in natura humana, et a Ecclesiis a generaliter pro quaenamque fideliuum congregatione; et « conjunctionem » pro unicena anima ad Deum per gratiam communiter dictam. — Ad illud quod dicitur ex auctoritate Magistri et doctorum: verum est matrimonium fuisse sacramentum, id est, ut communiter loquuntur, sacrae rei signum, conjunctionis scilicet Dei ad animam, immo Christi ad Ecclesiam tempore plenitudinis gratiae realiter fonda, et hoc expresse docet S. Thomas, dicens, ta. 2a, q. u. a. 7, sacramentum primum hominem non ignorasse; et idem sentit 3, q. 1, a. 3, et multum expre se q. 1x, a. n. 39. Sed non ideo sequitur quod matrimonium, ut est sacramentum nova Legis, fuerit ante peccatum: alias non fuisset institutum a Christo. Unde dicendum quod matrimonium fuit institutum in statu innocentia, non secundum quod est sacramentum, sed secundum quod est in officium naturae. Ex consequenti tamen abiquid significabat futurum cura Christum et Ecclesiam, sicut et omnia alia in hora Christi praecesserunt.

mitteretur nisi daretur libellus repudii ; et hoc magis pertinebat ad prohibitionem ; quia libellus non siebat nisi per manum communem : unde remittebat ad sapientes, ut viderent si haberent causam quare deberent dimittere eas.

Et ait illis. Illic objectioni respondet. Et primo ponit responsionem ; secundo confirmationem : quia Dominus probat non esse dimittendam ex auctoritate bei, quae major est ; ideo contra Dei auctoritatem non est auctoritas Moysi.

Sed contra, nonne Dominus dedit legem per Moysen ? Vide te, sicut dicit Apostolus, I ad Cor. vii, 23 : *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Unde aliquando dicebat quod a Domino acceperat, aliquando ex industria sibi inspirata : sic et Moyses. Istud autem permisit, non quod audisset a Domino, sed ab inspiratione divina, non tamen auctoritate firmata.

Ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. Ipsi dixerant, quod Moyses mandavit ; sed non mandavit, sed permisit. De duritia eorum habetur Actor. vn, 31 : *Dura cervice, et incircumcisus cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis.*

Illic solet esse quæstio, utrum illi¹ peccent mortaliter qui uxores dimittunt. Quidam dixerunt, quod dimittentes peccabant mortaliter. Permissio enim quatuor modis accipitur. Dicitur permitti aliquid quando contrarium non præcipitur, ut minus bonum permittitur, quia majus bonum non præcipitur ; ut Apostolus dicit I Corinth. vii, 6 : Secundum indulgentiam dico vobis. Item quandoque per provationem prohibitionis ; et sic peccata venialia sunt permitta. Quandoque autem per privationem impedimenti ; et sic omnia mala quæ sunt in praesenti, dicuntur aliquando etiam permitta, quia pena non adhibetur. Ideo Judæis quadam permitta fuerunt quæ erat mortalia peccata, quia pena non fuit eis inflicta. Sed istud habet locum in mundanis rebus : sic enim videmus quod secundum leges humanas non punitur fornicatio

simplex : unde si lex vetus solum inspirat ad vitam praesentem, sic solutio est bona. Sed quia quamvis secundum certicem ad vitam pertineat praesentem, tamen secundum medullam pertinet etiam ad vitam aeternam Exod. xv, 15 : *Dedi eis præcepta mea* : et Dominus dicit juveni, infra : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata* : ideo dicens aliis : quod male provisum esset populo illi, si quod peccatum ignoraret, cum tamen scriptum sit, Isa. lviii, 4 : *Nuntia populo peccata corrum.* Ideo dicit Chrysostomus, quod a peccato abstulit peccati culpam. Et licet inordinatum quid esset, noluit tamen quod eis imputaretur ad culpam, ut Dominus Oscae præcepit ut faceret filios fornicationis : unde permissio non fuit ex præcepto, sed ad vitandum majus malum.

Ab initio autem non fuit sic. Unde actuale fuit, non ab initio institutum : unde post multos annos nullus dimisit uxorem. *Dico autem vobis etc.* Illic inducit legem. Primo pro viro ; secundo pro muliere. Dicit ergo : *Quicumque dimisit uxorem suam etc.* Sed excipitur fornicatio.

Sed videte,² quod duplex est fornicatio ; scilicet corporalis, et spiritualis : unde propter utrumque potest dimittere, ut habetur I ad Corinth. vii, 11 : *Si unus infidelis, alter fidelis, potest dimittere fidelis infidelen* : Notandum, quod per nullum impedimentum sequens potest dissolvi vinculum matrimonii, quia significat unionem Christi et Ecclesiae : unde, cum unio Christi et Ecclesiae dissolvi non possit, nec unio matrimonii. Sed propter fornicationem potest a consortio separari, et non debet eam secum retinere,³ ne videatur esse conscientia turpitudinis ; sed pro aliis turpitudinibus non potest, ut pro ebrietate. Item si vult hominem inducere ad infidelitatem, potest dimittere eam.

Sed quare fit mentio magis de fornicatione corporali quam de spirituali ? Quia est contra fidem matrimonii : et fidem frangenti fides non est servanda. Alia ra-

¹ Al. : « de ista solet esse quæstio, utrum isti etc. »

² Al. : « videtur. »

³ Al. : « dimittere. »

tio est quam ponit Origenes : quia supra v, 31, dixit Dominus : *Qui dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mochari*; et ideo dat ei occasionem moehandi : sed postquam ipsa peccavit, non dat ei occasionem moehandi ; ideo post potest dimittere, non ante.

Et qui aliam duixerit mochatur. Sed quare non, nisi aliam ducat ? Quia eadem res per ea quae solvit ligatur : unde quando homo habet uxorem separatam, et non aliam, adhuc spes remanet quod uniri possint, vel per consimile peccatum, vel per animorum consensem. Sed quando aliam duxit, tunc eor totaliter separavit, et assensum ab ea. Alia ratio : quia si praeter fornicationem posset dimittere uxorem suam ; aliquando accidet quod homo imponeret uxori sua crimen, ut ab ea separaretur, et alii coniungeretur. Ideo Dominus voluit quod non haberet aliam : unde expresse prohibet quod non habeat homo diversas uxores : quia, una dimissa, et alia accepta, mochatur.

Et qui dimissam duixerit mochatur. Ille ponit legem quantum ad mulierem : unde non vult quod uxor dimissa habeat virum.

Sed quare prohibet viro ne contrahat cum ea, et non mulieri ? Respondeo, quod mulieres magis ad malum praecepites sunt. Hier. iii, 3¹ : *Frons mulieris mercetricis facta est tibi.* Ideo per istam prohibitionem praecepitur ad mala majora. Ideo praecepit viro quod non contrahat, non autem prohibet mulieri.

Sed quid ? Nonne liebat ei que repudiata erat, accipere alium ? Dicunt quidam quod non, quia adhuc manebat vinculum. Et inducunt illud quod habetur Douteron. xxiv, quod non poterit reverti ad priorem, quia polluta est : sed nisi peccasset, redire posset. Alii dicunt, quod poterat alteri nubere, sed non isti ; quia si posset ad eum² redire, facilius repudiaret eam.

Quid ergo dicas quod polluta est ? Dico quod est polluta isti, quia³ ad eum redire non potest. Vel potest intelligi de im-

munditia legis ; quia sacerdos non poterat eam habere.

Dixerunt ei discipuli : Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Postquam Dominus egit de insolitione matrimonii, hie tractat de perfectione continentium : et circa hoc duo facit. Primo ponit sententiam discipulorum ; secundo sententiam Christi, ibi, *Qui dixit illis etc.* Dicit ergo : *Dixerunt discipuli : Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Moti sunt ad hoc dicendum quia audierant quod non poterat uxor dimitti nisi ab unam causam, cum tamen multæ alias cause reddant matrimonium onerosum, ut aliqua immunditia, ut lepra, et hujusmodi ; ita quod implieatur illud quod in Eccli. xxv, 23 dicitur : *Commonor leoni et ursu melius est quam cum muliere nequam.* Item multam affert sollicitudinem. I ad Corinth. viii, 28 : *Si virgo nubat, cogitat quæ sunt mundi.* Ideo ex hoc arguunt quod expedit cuilibet homini non nubere. Ideo Dominus temperat : quia contingit esse aliquid melius dupliciter : vel simpliciter, vel secundum quid : sic continere aliquibus competit, aliquibus non : quia, ut dicit Apostolus, I Corinth. vii, 9, *Melius est nubere, quam uri.* Approbat sententiam discipulorum : et primo dictis ; secundo factis, ibi, *Tunc oblati sunt ei parruli.* Et primo approbat continentiam ; secundo assignat differentias continentium, ibi, *Sunt enim enuchi etc.* ; tertio difficultatem, ibi, *Qui potest capere capiat.* Dicit ergo : *Qui dirit illis : Non omnes capinut istud verbum.* Ita dicitis, quod non expedit nubere : verum est aliquibus, sed non est verum quo ad omnes : quia non omnes habent tantam virtutem quod abstineant : sed quibus datum est : quia aliquibus datum est non ex proprio facto, sed dono gratiae. Sapient. viii, 21 : *Scihi quod aliter non possum esse continentis, nisi Deus det.* Quod enim homo in carne vivat præter carnem, non hominis est, sed Dei. I ad Corinth. vii, 7 : *Volo omnes homines esse sicut me ipsum ; sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, aliis quidem sic, aliis vero sic.*

Et quia possent credere quod omnes continent possent, ideo dicit : *Sunt enim eunuchi etc.* Unde distinguit, quod est continentia in aliquibus ex natura, aliquando ex violentia, aliquando ex voluntate. Ideo tria genera eunuchorum tangit : quia quidam per naturam, qui a matris utero sic nati sunt. Sicut aliqui monstruose nascuntur propter defectum manus, sic et aliqui sine genitalibus ; et hoc ex Dei providentia : quia si omnia secundum communem cursum naturae acciderent, attribueretur totum nature, et non divina providentia. Unde Sapient. viii, 8 : *Signa et monstra scit antequam fiant.* Item quidam per violentiam, ut illi qui castrantur a tyrannis vel barbaris : vel qui castrantur propter custodiam mulierum : *quisunt facti ab hominibus :* quos scilicet vel crudelitas hominum castravit, vel conservantia mulierum. Et hoc dicit Hieronymus quod scit, quia pueri acciperentur et castrarentur, et ponerentur in domo Nabuchodonosor. Quidam vero voluntate, ut dicit : *Et sunt eunuchi qui castraverunt seipso propter regnum celorum.* Quidam male intellexerunt verbum istud, dicentes, scindenda esse genitalia ; et leguntur hoc quidam fecisse, ex quibus dicitur fuisse Origenes. Sed istud reprobatum est, et separari debent a clero. Capit. Ex parte, et Capitul. Significavit, extra de corp. vit. Unde datur¹ occasio errori Manichavorum, qui creaturam corporalem dixerunt esse causam mali. Item datur occasio errori gentilium, quia quidam in sacrificiis suis eunchantur. Item hoc factum non est in utilitatem : quia tales, etsi actum non habent, a concupiscentia, tamen non sunt immunes. Unde Eccli. xx, 2 : *Concupiscentia spadonis devirginavit juvenulam.* Ideo melius est quod homo sibi frenum imponat quam membrum abscedat, ut malas cogitationes et desideria refrenet². Isa. i, 16 : *Anferte malas cogitationes a cordibus vestris.* Qui castraverunt seipso, continuae castitati se dede- runt ; et hoc propter regnum celorum. Aliquando enim membrum per actum intelligitur, ut supra 18, 9 : *Si oculus tuus*

scandalizat te, erue eum, et projice ab te. Sie hic membra genitalia pro actu accipiuntur : unde ille se castrat qui castitati se dedicat. Vel, secundum Hieronymum, quod continentiam servantes sic nati sunt, frigiditate scilicet naturæ, ita quod non moventur ad actum illum. Unde di- cuntur eunuchi propter actum eunuchorum, quem habent propter naturam quam ex utero habent. Quia aliqui habent aliquam dispositionem ad aliquam virtutem naturaliter, sicut Job ad misericordiam, qui dicit, capit. xxxi, 48 : *Ab infantia mecum crevit miseratio.* Quidam vero ex voluntate, vel propter simulationem, vel doctus ab haereticis, est factus ab hominibus. Il Timoth. iii, 5 : *Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Quidam vero propter premium vitæ æternæ. Primi duo, scilicet qui vel naturaliter vel violenter castrantur, non habent meritum vitæ æternæ, sed solum tertii.

Sed numquid est verum de primis, quod non mereantur? Dico, quod merentur quantum ad voluntatem, licet non mereantur quantum ad actum : quia licet non possint facere, possunt tamen velle posse facere.

Qui potest capere capiat. Posita dis- ferentia continentiae, hic ponitur exhortatio, ut dicit Hieronymus. Facit Dominus sicut facit dux in exercitu, qui quando es capienda civitas, dicit : Qui intrabit civitatem, dabitur ei hoc vel illud ; sicut dicit David Joab. Sic qui potest capere, et continere, capiat, et non retrahat se. Apostolus I Corinth. xii, 31 : *Æmula- mini charismata meliora.*

Sed quid est quod dicit? Nonne tenetur quisque ad virginitatem servandam? Videtur quod sic, quia homo ad meliora tenetur. Dicendum, quod non est præceptum, sed consilium, sicut dicit Apostolus I ad Corinth. viii, 25 : *De virginibus præceptum Domini non habeo² ; consilium autem do.*

Sed quid est? Nonne tenetur homo ad meliora? Dico, quod distinguendum est, quod melius est quantum ad actum, vel

quantum ad effectum. Non tenetur ad meliora quo ad actum, sed quo ad effectum : quia omnis regula et omnis actus determinatur ad finitum et certum : et si tenetur ad melius, tenetur ad incertum. Unde quantum ad actus exteriores, quia non tenetur ad incertum¹, non tenetur ad meliora ; sed quantum ad effectum, tenetur ad meliora. Unde qui non semper vellet esse melior, non posset sine contemptu velle.

Sed quid est quod dicit : *Qui potest capere capiat?* Aut enim potentia naturali ; et sic nullus potest : aut potentia gratiae ; et sic quilibet potest : quia dicitur Lucae xi, 9 : *Petite, et accipietis.* Item gratia Dei omnia potest.

Dico, quod *ly potest* includit potestatem voluntatis ; est enim voluntas firma, et infirma. Constat autem, quod homo cum habet voluntatem firmam, non timet multos impulsus ; sed quando non, ex facili impulsu labitur. Unde qui potest per firmitatem voluntatis capere, capiat, et non a natura, sed a Deo. Unde qui hoc a Deo habet, consulimus quod hoc capiat, et contineat. Vel qui potest secundum opportunitatem temporis, vel conditionis temporis, ut Abraham : undo caelibatus Joannis non praefertur conjugio Abraham. Item secundum conditionem : quia qui conjugatus est, non potest continere : unde excluduntur vel ratione temporis, vel conditionis.

Tunc oblati sunt ei parvuli. Hic ostendit quod dixit, facto. Et primo ponitur parvolorum oblatio ; secundo zelus discipulorum ; tertio satisfactio Christi. Secunda ibi, *Discipuli autem increpabant eos;* tertia ibi, *Iesus autem ait eis etc.* Dicit ergo : *Tunc oblati sunt ei parvuli.* Dominus commendaverat castitatem ; et quia in parvulis est castitas et puritas, ideo videntes quod puritas placaret ei, obtulerunt ei parvulos, *ut manus eis imponeret et oraret.* Notandum, quod consuetudo erat quod pueri offerebantur antiquis, et benedicabant, et orabant, in signum quod benedictio est a Deo. Item experti quod tactum² haberet salutarem, quia leprosum curaverat et multos alios,

ideo etc. Item parvulos offerebant, quia credebant quod qui tangeretur ab eo, de cetero a demonibus non infestaretur ; ideo Ecclesia accepit in consuetudinem, quod parvulis exhibeantur sacramenta Ecclesiae ut magis confirmentur.

Discipuli autem increpabant eos. Hic tangitur zelus discipulorum. Sed quare increpabant? Quia credebant eum ut verum hominem fatigari ex frequentia hominum ; ideo volentes parcere labori ejus et. Alia ratio, quia magnam opinionem haebant de Christo : ideo videbatur eis quod dishonestum erat quod parvuli accederent ad eum. Origenes. Quia per hoc significatur, quod in Ecclesia sunt quidam parvuli rudes. Per discipulos perfecti significantur : unde tales degignantur cum vident parvulos, scilicet istos rudes venire ad Christum, ignorantes quod omnes homines vult salvos fieri. Apostolus Rom. i, 14 : *Gracis et barbaris debitor sum.*

Consequenter utrisque satisfacit : et primo, zelo justitiae ; secundo satisfacit devotioni offerentium. Dicit ergo : *Sinite parvulos venire ad me, idest humiles, sive paucos.* I ad Corinth. xix, 20 : *Nolite parvuli esse sensibus, sed malitia parvuli estote.* Et nolite prohibere, scilicet paucos propter innocentiam : non enim sunt prohibendi imperfecti venire ad perfectionem. *Taliū est enim regnum celorum.* Dicit *taliū*, non horum, scilicet qui ita sunt puri per innocentiam. Supra xviii, 3 : *Nisi efficiamini sicut parrulus iste, non intrabitis in regnum celorum* Job xxii, 29 : *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Consequenter devotioni satisfacit : *Cum imposuisset eis manus :* per quod virtutes confortat : Isa. xi, 29 : *Qui dat lasso virtutem Abii inde.* Aliquando apponit, et abit : quia aliqui ita fortes sunt quod non retrocedunt. Vocavit Petrum et Andream, et mansit cum eis. Joan. vi. Quia igitur isti adhuc imperfecti erant nec habiles ad sequendum eum, ideo abiit inde.

Et ecce unus accedens etc. Hic agit de perfectione paupertatis : et quia duplex est via, via communis, et specialis, ut

¹ Al. : « certum. » — ² Al. : « factum. »

³ Al. : « ei vocavit. »

est continentia; via prima est via salutis, secunda perfectionis: ideo primo de prima; secundo de secunda. Et primo ponitur interrogatio: secundo Christi responsio; tertio responsionis expositio. Interrogatio ponitur: *Et ecce nunc accendens ait illi: Magister bone.* De isto diversa est opinio: quia Hieronymus dicit, quod erat perversus corde; et hoc patet, quia abiit tristis: unde si bono corde accessisset, non abiisset tristis Chrysostomus dicit, quod a passione avaritiae, detinebatur; ideo ferre non potuit: et hoc patet, quia non causa tentandi venit: quia quando aliqui veniebant ad Iesum causa tentandi, Dominus semper respondebat eorum malitia: Ut quid me tentatis? vel huiusmodi; sed nullum ponit hic: unde patet quod non tentator erat, sed imperfectus, qui ad Deum accedebat ut perficeretur. Psal. xxxii, 6: *Accedite ad eum, et illuminamini. Magister bone etc.* Vocat eum magistrum, quasi scientem. Talis enim debet esse magister qui sciat. Item vocat bonum. De ratione boni est se communicare: unde Sapient. vii, 13: *Sine invidia communico.* Ipse enim vere bonus est. Psalm. cxviii, 68: *Bonus es tu, et in bonitate tua doce me justificationes tuas. Quid boni faciam ut habeam vitam eternam?* Audierat multa de vita eterna. Bene audierat. Psal. xxxvi, 27: *Declina a malo, et fac bonum:* sed in lege non audierat promitti vitam eternam, sed temporalem tantum. Isa. i, 19: *Bona terra comedetis.*

Qui dicit ei: Quid me interrogas? Ille ponit responsionem. Primo respondet, ut in Marco x, 18 habetur: *Quid me dicas bonum?* Ille autem: *Quid me interrogas.* Utrumque potest intelligi. Sed quod Matthæus dicit: *Quid me interrogas?* non habet calumniam; secundum vero id quod dicit Marcus assumptam Ariani errorem, dicentes, quod Pater est bonus per essentiam, Filius per participationem; ideo ponebat Filium in aequali Patri. Sed notandum quod dicit: *Unus est bonus Deus.* Sed nomine Dei Pater et Filius et Spiritus sanctus intelligitur: unde ab hoc excluditur alia creatura, quia non per essentiam bona est.

Sed quare respondent sic? Dicit Hiero-

nymus, quod respondet ad mentem ipsius qui illam bonitatem commendabat que solet esse in homine: quia magis adhærent traditionibus hominum quam Dei, sicut supra xv, 6, dicitur: *Irritum fecisti mandatum Dei propter traditiones vestras.* Ideo reprehendit eum, quia petebat ab eo tanquam ab homine bono, non autem tanquam a Deo.

Sed quid est quod dicit: *Quid me interrogas de bono?* Hoc dicit tanquam cognosceus ejus affectum: quia non habebat animum ad obedientum bono; et omne bonum temporale est imperfectum et umbra respectu boni divini. Isa. lxiij, 6: *Omnes justitiae vestrae tanquam panus menstruat.* Unde omnia ista bona sunt a Deo; ideo si vis habere ea, pete ab eo: ipse enim solus est bonus. Psal. cxxv, 4: *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Ideo recurre ad Deum.

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Quidam enim habent vitam imperfectam, quidam perfectam, et quidam totaliter extra vitam sunt, ut qui in peccato sunt, vel infideles: *quia justus ex fide vivit*: Hebr. x, 38. Quidam igitur habent vitam inchoatam et imperfectam, ut justi in hoc mundo; illi vero perfectam qui jam sunt in vita eterna: unde: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata:* quia introducitur homo per mandata. Ezech. x, 11: *Dedi eis mandata mea, et iudicia mea ostendi eis.*

Sed numquid mandata sufficiebant ad salutem? Dico quod non, nisi ex fide Mediatoris, et caritate: unde Apostolus ad Gal. ii, 21: *Si ex lege est justitia, ergo frustra mortuus est Christus item Prov. vii, 2: Serva mandata mea, et vives.*

Dicit illi, Quæ? Sequitur responsionis expositio, in qua mandata replicat. Et primo ponit mandata; secundo radicem, ibi, *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Dicit ergo: *Jesus autem dixit: Non homicidium facies etc.* Et quare non facit mentionem de mandatis primæ tabulae? Quia primum videbat ad dilectionem Dei: ideo non fuit necesse. Item haec sunt prævia ad dilectionem. Et primo ponit negativum, secundo affirmativum. Primo incipit a majori: *Non homicidium facies, quod est contra vitam in actu:*

non adulterabis quod est contra vitam in potentia : *non furtum facies*, quod est contra bona personæ : *non falsum testimoniū dicces*, quod est contra personam. Item affirmativum ponit : *Honora patrem tuum et matrem*. Deinde ponit radicem : *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Roman. xiii, 8 : *Qui diligit proximum, legem implevit*.

Dicit ei adolescens : *Omnia hæc custodi vi a juventute mea*. Postquam Dominus tradidit doctrinam communis salutis, hic tradit doctrinam perfectionis : et primo tradit doctrinam ; secundo necessitatem hujus doctrinæ ; tertio præmium observationis. Secunda ibi, Jesus autem dixit discipulis suis ; tertia ibi, Respondens Petrus etc. Et primo ponitur occasio doctrinae dandæ ; secundo promulgatio ; tertio effectus. Secunda ibi, *Dixit ei Jesus etc* ; tertia ibi, *Cum audisset adolescens verbum, abiit tristis*. Occasio promulgandi hanc doctrinam est petitio adolescentium. Et primo confitetur se observatorem legaliū ; secundo petit quæ sit perfectio ad quam pervenire possit, ibi, *Quid adhuc mihi deest?* Dicit ergo : *Omnia hæc custodi vi a juventute mea* : et dicit *Onania*, quia non sufficit unum facere tantum, nisi omnia serventur. Jacob. ii, 10 : *Qui offendit in uno, factus est omnium reus*. Item dicit, *A juventute*. Prov. xxii, 6 : *Adolescens iuxta viam suam; et cum seruerit, non recedet ab ea*. Unde conveniebat ei quod dicitur Job xxii, 12 : *A via labiorum non recessi*.

Utrum autem verum dixit, est quæstio. Hieronymus dicit, quod mentitus est : quod patet, quia ante hoc immediate precedit : *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Si sic dilexisset, non abiisset tristis cum Dominus dixit : *Vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus*. Chrysostomus dicit, quod verum dixit quod legalia servaverat : et confirmatur per illud quod habetur in Marc. x, 21 : quod cum intritus esset cum Jesus: dilexit eum quod non fecisset, nisi horus esset. Est enim duplex via. Una sufficiens ad salutem : et haec est dilectio Dei et proximi cum sui beneficio, sine suo gravamine,

secundum quod habetur I ad Corinth. viii, 3 : *Qui diligit Deum, cognitus est ab eo* : et hanc servaverat. Alia est perfectionis, ut diligere proximum cum sui detrimento ; et hanc non servaverat : ideo cum nuntiata fuit ei, *abiit tristis*. Prima non fuit contentus ; ideo petiit : *Quid mihi deest adhuc?* Quilibet tenetur facere hanc questionem, secundum quod dicitur, Psal. xxxvii, 5 : *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi*. Ipse enim solus scit quid desit nobis. *Imperfectum meum viderunt oculi tui* : Psal. cxxxviii, 16.

Dicit ei Jesus : *Si vis perfectus esse vade etc.* Primo ponitur studium ; secundo via ; tertio, quia difficilis, ponitur præmium ; quarto consummatio perfectionis. Dicit ergo¹ : *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ habes et da pauperibus*. Deberimus enim niti ad perfectionem. Heb. vi, 1 : *Intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectum feranur*.

Sed quarrit Origenes. Perfectio legis est dilectio : sed dixerat : *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Quare ergo dixit : *Si vis perfectus esse, cum jam perfectus esset?*

Dicunt quidam, quod in quibusdam libris non ponitur illud : *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Et hoc patet, quia in Marco non ponitur. Alter potest dici, quod illud dixit, sed non hoc ordine : quia in Evangelio Nazareorum ita est : *Dominus dixit : Nou homicidium facies etc.*, usque ad illud de dilectione. Et post sequitur : *Hoc omnia etc.*. Et deinde sequitur : *Diliges proximum etc.* Tamen plana est solutio : quia duplex est dilectio proximi : scilicet dilectio secundum viam communem ; et dilectio perfectionis. Unde dicit : *Vade, et vende omnia etc.* non partem, sicut fecerunt Ananias et Saphira, ut habetur in Act. v. *Et da pauperibus, non divitibus I ad Cor. xiii, 3 : Si distribuero facultates meas in cibos pauperum*. Psal. cxii, 9 : *Dispersit, dedit pauperibus*. Et non uni, sed pluribus.

¹ Al. : « dicitur. »

Sed quid est? Nonne statim talis esset perfectus? Videtur quod non, quia adhuc passiones sunt in eo: ergo non est perfectus in virtute. Origenes dicit, quod statim perfectus est, sicut illi perfecti sunt quibus bona sua distribuit. Il ad Corinth. viii, 14: *Vestra abundantia inopiam illorum suppleat, et illorum abundantia inopix vestrae sit supplemento.* Unde perfectio illorum transit in illum, sicut qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: supra x, 41. Unde via perfectionis non est *Vade, et vende omnia quæ habes;* sed tantum hoc quod sequitur: *Et da pauperibus.* Alias responsio est. *Si vis perfectus esse;* non quod statim sis perfectus, sed quoddam principium habebis perfectionis: quia exoneratus istis, poteris faciliter contemplari celestia. Augustinus dicit, quod vigilia et hujusmodi sunt instrumenta perfectionis; sed in hoc quod sequitur est perfectio: *Et sequere me.* Unde supra iv, 20: *Petrus et Andreas, relictis omnibus, secuti sunt eum.* Et sic etiam Matthæus supra ix. Sed cum dimittis haec omnia, melior usus est dare pauperibus, et in hoc considerandus est proximus. Unde si non est in illo perfectio, in quo consistit? Dicendum, quod in perfectione caritatis: Coloss. iii, 14: *Super omnia caritatem habentes, quæ est vinculum perfectionis.* Unde dilectio Dei est perfectio, sed missio rerum est via ad perfectionem. Et quomodo? Augustinus, in lib. lxxxiii astu; Rom. dicit quod augmentum caritatis est diminutio cupiditatis; perfectio caritatis, nulla cupiditas. Ille ergo perfectus est in caritate qui diligit Deum usque ad contemptum sui et suorum. Unde difficile et quasi impossibile est quod aliquis possident divitias quin eis alliciatur. Et hoc patet de Gregorio, de quo legitur, quod cum cogitas set melius se famulaturum Christo sub specie saeculari, coepérunt contra eum tot succrescere, ut non jam specie tantum, sed etiam mente retineretur; ideo nihil est quod animum tam liberum faciat sicut quod non occupetur circa divitias. Et hæc est via perfectionis. Unde aliud

est esse perfectum, et habere statum perfectionis. Quicumque habet caritatem perfectam usque ad contemptum sui et suorum, perfectionem habet. Status perfectionis duplex est: prałatorum, et religiosorum; sed aequivoce: quia status religiosorum est ad acquirendum perfectionem: unde isti dictum est: *Si vis esse perfectus,* et si vis ad perfectionis statum venire. Status autem prałationis non est ad acquirendum sibi, sed ad habitum communicandum: unde Dominus, Joan. ult. 17, dixit Petro: *Petre, si diligis me, pasce oves meas:* et non dixit: *Si vis perfectus esse etc.* Unde talis est differentia inter perfectionem religiosorum et prałatorum, qualis inter discipulum et magistrum; unde discipulo dicitur: Si vis addiscere, intra scholas ut addiscas. Magistro dicitur: lege, et perfice. Unde securior est status religiosorum, quia ignorantia non imputatur eis sicut prałato. Unde sicut ridiculum esset magistro quod nihil sciret, sic etc. Sed dato quod uterque facial quantum ad eum pertinet, et bene utatur officio suo; dico quod non est comparatio nisi sicut inter discipulum et magistrum; unde in statu perfectiori est prałatus, etiamsi des Eliam, vel quemcumque.

Sed est quæstio. Si prałatus est perfectus, nonne tenetur omnia vendere? Dico, quod istud sequeretur, si in hoc quod est, *Vade, et vende omnia quæ habes,* esset perfectio: sed non est; sed est via et præambulum ad acquirendum perfectionem: ideo non oportet quod vendat ea quæ habet. Sed quia hoc raro contingit quod quis perfectionem cum divitiis habeat; ab eo qui venit ad perfectionem, relinquenda sunt omnia. Ideo dat Dominus quod facilis est. Unde si prałatus esset idoneus, et curam bene ministraret, dico quod esset perfectior. Sicut aliquis potest dicere: Volo intrare scholas, ut addiscam. Sed præsumptuoso est dicere, cum nihil sciat, velle se esse magistrum: unde Augustinus *de Civitate Dei:* Status superior, sine quo populus regi non potest, etsi decenter² administretur, indecenter tamen appellat-

¹ Al.: « ei relinquenda. »

² Al.: « decederter. »

tur. Item est aliud esse prælatum, et in statu prælati.

Numquid in statu perfectionis sunt sacerdotes plebæ vel curati? Dico, quod non sunt in statu, quia non faciunt statum. Omnis status cum solemnitate datur, ut ordo episcopatus, et religio. Cum autem datur plebania, non datur cum solemnitate: unde statum non habent perfectionis; quod patet quia aliquibus committitur cura et administratio; et si non sit promotus, potest dimittere et uxorari, et aliquando factus est religiosus. Episcopus autem non dimitteret episcopatum, nisi de licentia superioris: curatus potest intrando religionem. Si autem esset in statu perfectiori, jam caderet statu, et sic peccaret: unde perfectionem potest habere secundum actum, sed non statum; quia non datur status nisi cum solemnitate.

Vade ergo, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus; quia per istud, magnum habebis præmium, quia præmium respondet merito. *Et habebis thesaurum in corlo.* In thesauro duo sunt: stabilitas, et abundantia. Habebis thesaurum, et abundantiam spiritualium. Psal. cxi, 3: *Gloria et divitiae in domo ejus.* Isa. xxxiii, 6: *Et erit fides in temporibus tuis, divitiae salutis, sapientia et scientia.* *Et veni, sequere me.* Ille est finis perfectionis: unde illi sunt perfecti, qui toto corde sequuntur Deum. Unde Gen. xvii, 1: *Ambula coram me, et esto perfectus.* *Et sequere me;* id est, imitare vitam Christi: unde supra xvi, 24: *Si quis cultu renire post me, abneget semetipsum.* Imitatio enim est in solitudine prædicandi, docendi, curam habendi. Unde Chrysostomus: *Dictum est Petro, Sequere me, scilicet in suscipiendo curam totius mundi.* Joh. xxiii, 11: *Vestigia ejus custodierit pessus.*

Cum autem audisset adolescens verbum, abiit tristis. Ostenditur affectus, quia abiit tristis. Hoc accidit cum desideramus aliquid, et non possumus habere ut optamus: unde iste desiderabat perfectionem, et audiuit quid per hoc debebat habere; et quia cupidus erat, abiit tristis. Et quare? *Erat enim habens multas possessiones.* Augustinus: Ille qui

dimisit voluntatem habendi, est magni meriti, quia imputatur ei quod habere potuit; sed majoris meriti est dimittere quod jam acquisivit; quia difficilis est quod evellantur que jam sunt unita, quam quæ nou sunt unita. Et hoc patet, quia iste qui habebat, separari non poterat.

Iesus autem dixit discipulis suis. Ille ponitur ratio prædictæ doctrinæ: et primo assignatur ratio; secundo satisfacit admiratione discipulorum, ibi, *Auditis autem his, discipuli mirabantur valde.* Dicit ergo: *Jesus autem dixit discipulis suis etc.* Occasio dicendi verbum istud fuit, quia ille abiit tristis: quia dixerat: *Vade, vende quæ habes etc.* *Quia difficile dives intrabit in regnum celorum:* non dicit impossibile. Et dicit, *Dives, non qui habet divitias, quia quidam habent, et non amant eas; quidam autem habent et amant, et confidunt in eis.* Ille qui habent et non amant, possunt ingredi in regnum celorum. Si enim hoc non esset, non diceret Paulus I ad Tim. vi, 17: *Dicitibus hujus saeculi præcepte non sublime sapere, neque sperare in incerto diciturum.* Sed qui habet et amat, difficile est etc. Supra xxi, 22: *Solicitude saeculi hujus et fallacia dicitiarum suffocant verbum.* Proverb. xxvii, 20: *Qui festinat ditari, non erit innocens.* Eccl. xxxi, 8: *Beatusdives qui inventus est sine macula, qui post aurum non abiit etc.* Sed hoc est difficile; ideo sequitur ibid: *Quis est hic, et laudabilis eum?* Fecit enim mirabilia in vita sua. Addit aliquid quod ad impossibilitatem videtur pertinere: unde dicit: *Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen aëris transire quam divitem intrare in regnum celorum.* Supra Dominus dixerat, quod divitem erat difficile intrare in regnum celorum; hic quod impossibile, sicut impossibile est quod camelus per foramen aëris transeat. Unde accipere divitem, qui habet divitias et non amat, difficile est. Illius autem qui amat et in eis confidit, impossibile est intrare in regnum celorum. Quod enim camelus non possit intrare per foramen aëris, hoc est ex natura: quod autem dives qui amat divitias non possit intrare in regnum celorum, hoc est ex

divina justitia : sed prius possent omnia subverti, quam divina justitia immutari. Alii, sicut Hieronymus : Non designatur impossibilitas, sed difficultas. In quadam *Glossa* inventur, ejus auctor ignoratur, quod Hierosolymis erat porta que vocabatur foramen acus, per quam non poterant camelii onerati transire : ita non potest dives intrare in regnum cœlorum, nisi exoneret se ex affectu divitiarum. Sed facilius est quod camelus exoneretur quam dives hunc affectum deponat. Chrysostomus mystice exponit. Per camelum significantur gentes, qui peccato idolatriæ onerati sunt : per divites Iudei; aens autem Christus ; foramen acus est passio. Unde facilius fuit gentilem populum transire per passionem Christi, quam Judaos ; quia non poterant venire nisi dimittendo ceremonias legis, et hoc ipsi non facerent. Unde quae situm est a dæmons, quod est gravius peccatum, et dixit, habere de alieno. Cui responsum est, Tu mentiris. Iumento, dicit, quia alios peccatores saepè amitto, istos autem non amitto. Vel sic. *Facilius est etc.*, ut per divitem intelligamus superbum, per camelum Christum ; per foramen acus, Christi passionem : ideo facilius fuit camelum transire per foramen acus, quam superbum humiliari.

Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes : Quis poterit ergo salvus esse? Supra Dominus assignavit rationem sua doctrinæ ; hic satisfacit admirationi discipulorum. Et primo ponitur admiratio : secundo satisfactio, ibi, *Aspiciens autem Jesus dixit illis.* Dicit ergo : *Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes : Quis poterit salvus esse?*

Sed hic est quaestio litteralis. Cum plures sint pauperes quam divites, et divites difficile sit salvari ; quomodo dicunt : *Quis poterit salvus esse?* Respondetur, quod intellexerunt, quod intelligeret etiam de pauperibus qui sunt divites voluntate : quia plures sunt pauperes qui voluntate sunt divites. Item ipsi jam erant effecti solliciti pro toto mundo ;

ideo ingruebat eis illa solicitude, quæ habetur *Hæd Corinth. xi*, ut solliciti erant rectores omnium creaturarum.

Aspiciens autem Jesus dixit eis : Apud homines hoc impossibile est etc. Hic satisfacit admirationi dicens : *Apud homines hoc impossibile est ; apud Deum autem omnia possibilia.*

Sed quid est quod dicit ? Videtur enim quod perit liberum arbitrium, si impossibile est apud homines. Verum est quod homo a se habet ut possit peccare : sed resurgere, et opera salutis facere, hoc non habet a se sine auxilio gratiae Dei . ipse enim Deus est qui ista potest¹. Ad Rom. ix, 6 : *Non est currentis nec volentis, sed miscentis Dei.* Unde Job XLII, 4 : *Scio quod omnia potes, et apud te non est impossibile.* Unde secundum potentiam humanam impossibile est hominem salvum fieri : quia potentia humana non immutat voluntatem ; sed solius Dei est immutare eam, sicut habetur Philip. ii, 13 : *Qui operatur in nobis velle et perficeret.*

Consequenter determinat de præmiis perfectorum. Et primo ponitur interrogatio ; secundo responsio, ibi, *Jesus autem dixit illis.* Petrus audierat paupertatem laudari, et audierat : *Vade, et vende omnia que habes, et da pauperibus.* Audierat etiam quod difficile est divites intrare in regnum cœlorum ; ideo reputabat Petrus magnum fecisse, quia omnia dimiserat : unde dicit : *Tunc respondens Petrus, dixit ei : Ecce nos reliquimus omnia.* Et quia non solum illud audierat, *Vade et vende, sed ulterius, Et sequere me* ; ideo addit Petrus : *Et secuti sumus te.* Relinquere omnia non facit perfectionem, sed relinquere omnia et sequi Christum : quia multi Philosophi reliquerunt omnia. Sed reliquerat Petrus navem et rete ; sed Petrus magis de affectu suo laudatur quam de eo quod reliquit : quia ita prona voluntate dimisit quod etiam totum dimisisset, si habuisset. Item sciebat quod Christus sciebat suam voluntatem ; ideo dicit² : *Ecce nos reliquimus omnia etc.* Per quod dedit exemplum,

¹ Al. : « verum est quod non potest homo sine auxilio gratiae Dei ; unde a se habet homo peccare ; sed resurgere opera salutis facere, hoc non a se

sine gratia Dei : ipse enim Deus est qui in ista potest. »

² Al. : « ideo ergo dicit. »

quod non reputentur¹ paucia dimisso qui dimiserunt quod habebant, etiamsi paucia haberent. Et dicit Hieronymus, quod dimittere non facit perfectionem, sed sequi dominum : et multipliciter aliquis sequitur deum. Mente per contemplationem. Oscar vi, 3 : *Sciens, sequamurque, ut cognoscamus dominum.* Unde illi deum sequuntur qui deum habent prae oculis, et deum cognoscunt per modum contemplationis. Item sequitur² dominum per observantium mandatorum. Joan. x, 17 : *Oves meæ vocem meam audiunt, et sequuntur me.* Item per imitationem operis. Job xxxiii, 14 : *Vestigia ejus secutus est pes meus.* Item per contemptum sui et suorum. Supra xvi, 24 : *Si quis vult venire post me, abneget semipsum, et tollat crux suam, et sequatur me.* Item per puritatem mentis et corporis. Apocal. xiv, 4 : *Hic sunt qui cum mulieribus non sunt coiquinati; virgines enim sunt, et sequuntur agnum quo cum que ierit.* Ad istam sequelam disponit voluntaria paupertas.

Iesus autem dixit illis : Amen dico vobis etc. Ille agit de premio perfectionis : et primo ponit premium perfectionis apostolorum ; secundo perfectionis aliorum ; tertio excludit quamdam objectionem. Secunda ibi, *Et omnis qui reliquerit etc.* Tertia ibi, *Multi autem erunt primi novissimi etc.* Dicit ergo : *Amen dico vobis etc.* Quia enim voluit esse certum quod dixerat, ideo veritatem dixisse profitetur, dicendo, *Amen.* Et ut ostenderet quod perfectio non est in hoc, *Vade, et vnde omnia quæ habes; sed in hoc, Sequere me;* ideo dicit : *Quod vos qui secuti estis me, in regeneratione... sedebitis super sedes duodecim etc.* Regeneratio duplex est. Una quæ est spiritus, quæ fit per gratiam in baptismo, de qua I Pet. i, 3 : *Regeneravit nos in spem vivam.* Item est regeneratio corporis : sicut enim spiritus per gratiam regeneratur, sic et in resurrectione resuscitabit corpora nostra : ad Philip. m, 21 : *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori clatrati suæ.* Quidam exponunt de prima

regeneratione, et punctant sic : *Vos qui secuti estis me in regeneratione, id est regeneratione estis per gratiam, sedebitis etc.* Chrysostomus eodem modo, sed non punctat sic : unde dicit, quod promisit eis præmium in presenti sic. *Vos qui secuti estis me... sedebitis.* Praesens Ecclesia est fides Christi. In Ecclesia ista sunt diversi status hominum : et quamvis omnes virtutes necessariae sint ad salutem, tamen unus laudabilior est in actu unius virtutis quam alterius, alii in fide, alii in castitate, alii in caritate. Et sicut in diversis fidibus, sic et in apostolis : quia Petrus ferventissimus zelator fidei fuit, sed Joannes in castitate polluit : ³ sic qui fervent⁴ in fide sunt sedes Petri, in castitate Joannis, et sic de aliis. Sed omnes sunt sedes Christi, quia omnes virtutes fuerunt in eo; ideo promisit eis quod ipsi essent futuri pastores Ecclesie. Alter, secundum Augustinum, accipitur de regeneratione, scilicet pro resurrectione. *Amen dico vobis, in regeneratione,* id est in resurrectione, cum revocabuntur secundum corpus et animam, *sedebitis,* scilicet in sede majestatis, id est judicariam potestatem habebitis, *Judicantes duodecim tribus Israel:* quia sicut dedit Deus Filio iudicium, sic et datur his qui senti sunt eum.

Sed quid est quod dicit : *Super tribus Israel?* Numquid alias non judicabunt? ⁵ Quare ergo plus dicit : *Super duodecim tribus Israel?* Intelligitur tota plebs fidelium totius mundi : quia intravit gentilitas in pinguedinem oliva, et facta est consors promissionis facta patribus. Illi autem qui sunt infideles non judicabuntur : nam dicit Gregorius, quod quidam damnantur et non judicantur, ⁶ ut intiletes ; quidam autem damnantur et judicantur, ut qui erediderunt et perversi fuerunt. Et, ut ponit Hieronymus, alter condemnatur hostes, alter qui in tali permanuit : quia hostes condemnantur absentes, alii vero praesentes. Ideo *Judicabis duodecim tribus Israel.* Quia apostoli conversati sunt cum Iudeis, ideo dicitur, quod judicabunt duodecim tribus.

¹ Al. : « reputant. »

² Al. : « sequi. »

³ Scil. : « polluit fuit. »

⁴ Al. : « servant. »

⁵ Al. : « alias judicabunt. »

⁶ Al. : « judicabuntur. »

Et quomodo? Comparatione, quia eos moniterant. Posset dicere: Quomodo crederemus quod tu eses Deus, qui eras mortaliter¹ vivens inter nos? etc. Sed dicit Dominus: Vos eratis sapientes in lege, et non credidistis; isti erant pescatores, et crediderunt.

Chrysostomus quaerit quid magnum datum sit Apostolis. Nonne hoc datum etiam est Ninivitis, et reginae Austræ? supra xi, 44. Dicit Chrysostomus, quod ipse modus ostendit auctoritatem judicandi esse datam Apostolis: quia judicantes auctoritate. Judicant sedendo, advocati et accusatores condemnant stando: ideo ad desigandum quod Apostoli judicabant auctoritate, dicit.² *Sedebitis*. De Ninivitis vero dicit loc. cit.: *Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista, et condemnabunt eam.*

Sed hic est quæstio: quia aliqui damnabuntur, et non judicabuntur: sic aliqui salvabuntur, et non judicabuntur, ut Apostoli, et apostolici viri; alii vero salvandi judicabuntur, et merita eorum discentient: et qualiter judicabunt?

Dicunt aliqui, per comparationem. Sed hoc non sufficit: quia sic etiam regina Austræ judicabit. Quidam dicunt, quod per iudicium Christi. Sed hoc non sufficit: quia sic omnes sancti approbabunt. Psalm lvii, 11: *Lætabitur justus cum viderit vindictam*. Item dicunt quidam, per quamdam venerabilem justitiam, quia elevabuntur justi in aera Christo obviam, et erunt assessores Christi. Sed hoc etiam non sufficit, quia dicit; *Sedebitis et vos iudicantes*. Dicunt quidam, quod judicabunt sicut liber judicat: judicat enim, quia ibi scriptæ sunt leges, quæ illum judicant, sicut corda Apostolorum et justorum, qui custodierunt mandata Dei, erunt liber eos condemnans. Mortui iudicati sunt libris apertis:³ Apoc. xxxii. Sed plus est, quia aliud exercet. Unde in Psalm. cxlix, 6: *Gaudii encipites in manibus eorum*. Quomodo judicabunt? Vide. Erit iudicium mentale, quia virtute divina sicut quod singulis ad memoriam omnia peccata sua reducantur. Unde deceptus fuit Lactantius, qui ponit re-

restitutionem fieri ante iudicium per mille annos. Istud ergo erit mentale iudicium, quia per virtutem divinam reducentur ad memoriam ea quæ fecit unusquisque. Sed non est inconveniens quod aliquis recipiat ab aliquo lumen aliquod: quia Angeli a Deo recipiunt, et homines ab Angelis: ideo non est mirum quod homines illuminentur ad Apostolis, qui pleni erunt; ideo non solum judicabunt, sed etiam quoddam lumen ab eis alii justi recipient. Sed differenter Christus et Apostoli: quia Christus auctoritate, illi vero sicut promulgatores. Sicut lux per Angelos data est, sic executio iudicij sicut per Angelos, quia ecce Angeli dicuntur Job. xxxvi, 6: *Pauperibus iudicium dabitur qui iustitiam secuti sunt, et omnia dimiserunt*.

El quare judicabunt? Una ratio, quia peccata de mundo sunt: unde illi qui debent judicare, debent esse de extra mundo; et tales sunt Apostoli, et apostolici viri. Unde Joan. xv, 9: *Elegi vos de mundo*. Item dicit Philosophus, quod virtuosus est iudex omnium hominum, sicut gustus omnium gustabilium. Sicut ergo qui vult aliquid gustare, dat ad gustandum ei qui habet gustum sanum; sic cum virtuosus habeat gustum sanum, ideo ipse regula est omnium actuum; ideo perfecti viri ut regula judicabunt. Item alia ratio: quia sunt alieni a mundo, ideo magis ferventer sequuntur Christum. Iste ergo debent magis judicare, quia de rebus contemplandis incalcent. Psalm. xxxviii, 4: *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis*. Ideo etiam quia magis assueti, sunt magis ferventes. Item quia erant pauperes et magis abjecti: sed meritum abjectionis est exaltatio, ideo exaltabuntur. Ideo dicit: *Sedebitis iudicantes etc.*

Sed numquid Judas judicabit? Non, quia istæ promissiones semper sunt sub conditione; ideo Dominus dicit: *Vos qui secuti estis me etc.* Unde qui secutus fuerit, et perseveraverit, judicabit etc.

Sed si isti iudicant, quid faciet Paulus? Si jam sedes plenæ sunt, ubi ergo Paulus? Augustinus dicit, quod per duode-

¹ Al. : « moraliter. » — ² Al. : « ideo dicit. »

³ Al. : « fibri aperti. »

cim significatur universitas, quæ per septem volvitur. Numerus ergo duodenus fit ex multitudine septem, quia septenarius numerus consistit ex tribus et quatuor, et ter quatuor sunt duodecim, vel quater tria; ideo per istum numerum significatur universitas electorum.

Et omnis qui reliquerit domum vel fratres etc. Posito præmio Apostolorum, hic ponitur aliorum. Et sunt hic quæstiones.

Prima quare Apostolis nihil temporale promisit, aliis vero aliud temporale, quia *centuplum accipiet etc.* Et hoc patet, quia in Marco habetur quod centuplum in praesenti. Secundum Chrysostomum, promissum fuit Apostolis aliud temporale, quia judicium in Ecclesia Dei, ut prius dictum est. Vel aliter, quia allicitur unusquisque secundum illud ad quod afficitur. Unde qui dimisit mundum et ea quae sunt in mundo, non alliciunt enim ea quae sunt in mundo; sed alii qui¹ alligati sunt rebus sacerularibus, allicitunt per eas. Ideo Apostolis, quia totum dimiserant, nihil temporale promisit; sed aliis, quia habent affectum ad temporalia: ideo Apostolis judicium promisit. Vel, secundum Origenem, quod dictum est, *In regeneratione*, hoc est præmium eorum qui² omnia reliquerunt propter Christum.

Sed posset aliquis dicere: Nolo omnia propter te dimittere, sed dimittam unam domum, vel unum agrum etc. Dico quod si aliud relinquis, aliud habebis; sed si omnia, judex eris.

Sed est alia questio. Dixit, *Domum*; et de hoc non est dubium; sed dicit, *Patrem aut matrem etc.* Qui jubet dimitti patrem aut matrem, jubet peccatum. Item ipse præcepit quod non dimittatur uxori; quod honorentur parentes.

Dicendum, quod in istis duo considerantur. Naturalis affinitas: et haec non est contumenda, sed bene faciendum est eis, si indigent. Aliquando vero retrahunt a servitio Dei: unde tunc sunt siue membrum scandalizans, et tunc abscindendum

est illud membrum: et ideo præcepit haec relinquare. Item alia ratio, quia Dominus prævidit tempus future persecutio- nis, quod insurgeret frater contra fratrem; ideo vult hominem separari ab eis.

Alia quæstio est, cum dicit, *Centuplum accipiet etc.*, quomodo intelligatur. Quidam dixerunt, quod sancti resurgent ante iudicium per mille annos, et tunc Christus habebit regnum completum. Et tunc qui dimisit dominum, habebit centuplum. Hieronymus improbat, quia non habebit centum patres etc. Item turpitudo significatur, quia non habebit centum uxores. Ideo dicit Augustinus, quod intelligitur quo ad spiritualia. Unde nos elegit Dominus pauperes in hoc mundo, et heredes regni: unde intelligitur gratia Dei, quae ponderat omni eo quod dimittis, et in infinitum; ideo ponit finitum pro infinito. Unde *centuplum accipiet*, id est aliud quod valet centuplum. Origenes dicit, quod etiam ad litteram est intelligendum. Tu dimittis agrum, ex providentia Dei erit quod invenies multos ad servitium tuum: unde conveniet eis illud³, II Corinth. vi, 10: *Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes.* Item fratres invenies, id est omnes viros spirituales. Item præter hanc, vitam aeternam, Joau. x, 27: *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis.*

Consequenter introducitur incidens: *Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi primi.* Illi qui relinquunt aliud propter Christum, vel omnia; si negligenter vivant, habebunt ne istud præmissum? Dico quod non, quia imperfecte assumperunt, et non erunt primi, sed novissimi. Vel aliter, quia possent dicere: *Vos qui reliquistis omnia etc.*, judicabimus sic. Qui per superbiam elevati erant primi, sunt novissimi. Origenes dicit, quod potest intelligi de his qui veniunt ad Christum, et tepide vivunt: post venientem alii ferventes, et fervore suo transcedunt alios. Vel primos vocali qui ex Christianis nati sunt, qui novissimi facti

¹ AL. : « quia. »

² AL. : « quia. »

³ AL. deest : « illud. »

sunt respectu aliorum qui fuerunt ex gentibus vel Iudeis. Vel potest referri ad homines vel Angelos : quia qui primi

sunt in ordine Angelorum, facti sunt novissimi per culpam ; et novissimi, id est homines, sicut primi et superiores.

CAPUT VIGESIMUM

1. Simile est regnum celorum homini patrisfamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidi alias stantes in foro otiosos, et dixit illis. Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit dabo vobis. Illi autem abiernit. Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam, et fecit similiiter. Circa undecimam vero exiit, et inventis alias stantes, et dicit illis : Quid hie statis tota die otiosi ? Dicunt ei : Quia nemo nos conductit. Dicit illis : Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineae prouocatori suo : Vocat operarios, et reddit illis mercede, incipiens a novissimi usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, accepissent singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi : accepserunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes immurmurabant adversus patremfamilias, dicentes : Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et astus ? At ille respondens uni eorum, dixit : Amice, non facio tibi injuriam. Nonne ex denario convenisti mecum ? Tolle quod tuum est, et vade. Volo autem et huic novissimi dare sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere ? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum ? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

2. Et ascendens Jesus Hierosolymam, assumpit duodecim discipulos secretos, et ait illis : Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum et Bagellandum et crucifigendum, et tertius die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis, adorans, et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid vis ? Ait illi : Die ut sedeat hic duo filii mei unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit : Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibitum sum ? Dicunt ei, Possimus. Ait illis : Calicem quidem meum bibetis ; sedere autem ad dexteram meam vel in sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duabus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, et ait : Scitis quia principes gentium dominantur eorum, et qui majores sunt potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos ; sed quicunque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister ; et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus ; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptiōnem pro multis. Et egreditibus illis ab Hierico, secuta est eum turba multa. Ecce duo ecce sedentes secus viam audie-

runt quia Jesus transiret, et clamaverunt dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamaverunt, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Jesus, et vocavit eos ; et ait : Quid vultis ut faciam vobis ? Dicunt illi : Domine, ut aperiant oculi nostri. Misericors autem coram Jesus tetigil oculos eorum. Et confessi viderunt, et secuti sunt eum.

1. Supra Dominus egit de perventione ad regnum per viam communis salutis, et per viam perfectionis ; et quia quidam credunt indebita pervenire, ideo repelluntur. Et primo illi qui intendunt venire propter temporis antiquitatem ; secundo qui propter carnis originem¹. Secunda ibi, *Et ascendens Jesus Hierosolymam etc.* Primum ergo proponitur sub parabola patrisfamilias, et conductorum. Primo ponit parabolam ; secundo concludit id ad quod prodest parabola, ibi, *Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi.* Parabola duas habet partes. Primo agit de conductione ; secundo de remuneratione. Secunda ibi, *Cum sero autem factum esset etc.* Circa primum ponuntur quatuor conductiones², quae sunt invitationes operariorum ad operandum. Secunda ibi, *Et egressus circa horam tertiam etc.* Tertia ibi, *Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam vero exiit³.* Circa primum tria tangit. Primo tangitur conduceus ; secundo ponuntur conducti ; tertio modus conducedi. Secunda ibi, *Qui exiit primo mane conducere operarios.* Tertia ibi, *Conventione autem facta etc.* Iste paterfamilias Deus est, cuius familia est totus orbis, sed specialiter creatura rationalis. Et dicitur paterfamilias ex similitudine gubernatoris. Sapien. xiv, 3 : *Tu autem, pater, gubernas omnia sapientia. Qui exiit primo mane conducere operarios in vineam*

¹ Secundo propter carnis originem.

² Al. : « conditiones. »

³ Al. : « circa horam undecimam etc. »

suam. Hic agit de conductis. Primo quaeritur quae vinea, qui operarii, quare conducti. Quid est vinea ista? Secundum Chrysostomum iustitia est: et quod virtutes producit, tot palmites emitit. Cant. viii, 13: *Vinea mea coram me est*: Gregorius: Per vineam significantur sancta Ecclesia. Esa. v, 7: *Vinea Domini exercituum domus Israel est*. Et diversi palmites. Operarii vero sunt qui ab Adam descendunt; unde omnes homines. Gen. ii, 15: *Posuit¹ Dominus Adam in paradiſo, ut operaretur, et custodiret illum*. Debet enim unusquisque operari iustitiam et excolere eam, et habere curam de proximo. Eccli. xvii, 12: *Deus mandavit unicuique de proximo suo*. Spiritualiter prælati sunt operarii. Isa. lxi, 3: *Et regabuntur in ea fortes iustitiae, plantatio Domini ad glorificandum*. Dicuntur autem conducti qui pro merito operari debent, et quasi mercenarii. Job vii, 4: *Militia est vita hominis super terram, et sicut mercenarii dies ejus*. Sieut enim mercenarius non statim accipit mercedem, sed expectat, sic nos in vita ista. Sed ad hoc quod sit bonus mercenarius, oportet quod laboret ad commodum domini sui; sic si laboremus in vinea Ecclesie, totum referre ad Deum debemus. Unde 1 Corinthi. x, 31: *Omnia ad gloriam Domini facite*. Item primo excolit, et post comedit: et sic oportet quod primo excolamus et præparemus aliorum salutem: post temporalia quaramus. Supra vi, 33: *Primum quare regnum Dei, et omnia haec adjicientur vobis*. Lue xvii, 8: *Præcinge te, et ministra mihi; donec manducem et bibam, et post haec tu manducabis et bibes²*. Item tertio requiritur quod tota die oceperetur in labore; sic cultor vinearum Domini modicun tempus expendat in his quae ad ipsum pertinent: sed necessarium est quod expendamus totum tempus in servitio Dei: I ad Corinth. xv, 58: *Abundantes in opere Domini semper*. Item verecundatur apparere coram Domino nisi heue fecerit; sic etiam non debet hic apparere coram Domino

nisi cum opere bono. Exod. xxii et xxiv 20: *Non apparebis coram me vacuus*. Sed videamus quid sit mane. Totum tempus³ hujus saeculi est unus dies. Psal. lxxxviii, 4: *Mille anni tamquam dies hesterna que præteriit*. Diverse horæ sunt diverse ætales. Prima ab Adam usque ad Noe, et in illo tempore monuit Dominus et per apparitiones ire in vineam iustitiae. Vel potest dici, quod tota vita hominis est unus dies. Mane hujus diei est pueritia. Pueritia enim virens est sicut herba: unde aliqui vocantur a pueritia, sicut vocati sunt a pueritia Hieremias, Daniel, et Joannes Baptista. Ideo dicit: *Qui exiit primo mane etc.*

Consequenter determinatur de modo conductionis: unde dicit: *Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno*. Per denarum istum significatur vita eterna, quia denarius ille valbat decem denarios osnales. Item habebat impressam similitudinem regis. Unde quod significatur per istum denarum, consistit in observatione decalogi. Supra xix, 17: *Si vis ad vitam ingredi, serva mundata*. Item habet similitudinem Dei. 1. Joan. 3, 2: *Cum apparuerit, similes ei erimus*.

Consequenter agit de secunda conductione⁴. *Etegressus circa horam tertiam etc.* Si accipiamus diem unum, totum secundum, sicut prima hora significat tempus ab Adam usque ad Noe; sic secunda a Noe usque ad Abraham. Antequam promissiones factæ sint de Christo, tunc per Angelos monuit multos, et habuit multos etiam qui molestanter alios. Sed si ad vitam unius hominis, hora tertia diei sol incipit calescere sie in adolescentia incipit irradiare sol intelligentiam. Item incipit tunc calere. Iac. 1, 11: *Exortus est cum ardore* Et istos invenit in foro, et otiosos. Istud forum secundum istud, est vita praesens. Forum autem dicitur locus in quo litigatur, forum dicitur in quo venditur et emittur; et significat vitam presentem, quae litigiis plena est, emptione et venditione. I. Joan. v, 29: *Mundus totus in maligno*

¹ Al.: « quia posuit. »

² Al.: « ministra mihi etc. et post comedes et bibes. »

³ Al.: « tempus. »

⁴ Al.: « conditione. »

⁵ Al.: « istud forum est vita praesens. Forum dicitur locus etc. »

positus est. Et isti otiosi erant, quia jam partem vita sua amiserant. Dicuntur euini otiosi non solum qui male faciunt, sed etiam qui bonum non agunt. Et sicut otiosi non consequuntur finem, sic nec isti. Finis hominis est vita eterna: qui ergo operatur eo modo quo debet, habebit eum, si otiosus non fuerit. Eccl. xxxiii. 29: *Multa mala docuit otiositas.* Et dicit eis: *Ite et vos in vineam meam.* Quia Deus secundum justitiam retribuit. I Reg. xxvi, 23: *Deus retribuet secundum justitiam.* Cum istis non convenit de denario¹. Quare cum primis, et non cum istis? Ratio est secundum quod resertur ad aetatem saeculi. Quia Adam peccatum erat, ideo posset excusari si non scivisset suam remunerationem; sed scivit, quia gustavit. Item ei qui meliores habet sensus suos, magis innoscet veritas. Cum ergo sensus meliores Adam haberet, verius ei innotuit. Sed cum aliis non convenit, quia semper plusquam promittat solvit. Isa. lxiv, et 1 Cor. ii, 9: *Oculus non vidit absque te, quæ preparasti diligenteribus te.* Item primi conducti fuerunt ad totam diem: ergo totam mercedem delent habere: ideo promittitur eis denarius diurnus, qui erit plena merces. Sed aliter non dat totam Deo; ideo non convenit cum eo, quia poterat esse quod ferventius operabitur, et sic magis retribueret; vel ita negligenter, quod non merebitur; ideo dicit: *Et quod justum fuerit dabo vobis;* quia si recuperent tempus amissum, habebunt mercedem plenam. I ad Cor. iii, 13: *Uniuersusque opus manifestum erit;* et dies Domini declarabit. Item primos invitavit ad eundum, sed isti sponte nee iverunt; quia in pueris non est discretio; ideo si faciant aliquod bonum, plus videatur esse a Spiritu sancto quam a discretione; sed in adolescentia homo movetur proprio consilio. Item de primis dicitur quod misit eos; de istis quod sponte nee iverunt.

Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam. Secundum quoddies dicitur saeculum, sic hora sexta finit ab Abraham usque ad David, et nona a David usque ad Chris-

tum. Sed quare conjungit duas horas? Quia tunc fuit populus distinctus, scilicet Iudeus et Gentilis. Unde potest dici quod hora sexta est juventus, quia sicut in medio die est sol in sui perfectione, sic homo in juventute; nona autem hora est senectus. Et conjungit istas duas quia idem est modulus vivendi in utraque.

Circa vero undecimam horam exiit. Ponitur quarta conductio²; et tria facit. Primo reprehendit; secundo excusat³; tertio invitantur. Secunda ibi, *Dicunt ei*⁴: *Quia nemo nos conduxit.* Tertia ibi, *Ite et vos in vineam meam.* Dicit ergo: *Circa undecimam vero horam exiit.* Nona hora est tempus Christi. Unde I Joan. xi, 18, dicitur: *Filioli, novissima hora est.* Et ad Hebr, I, 4: *Olim loquens Deus patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Isa. iii, 6: *Ecce ego qui loquebar adsum⁵.* Vel potest dici senium, sive decrepita aetas; quia quidam in peccato perdurant usque ad aetatem decrepitam. Psal. lxxxix, 6: *Vespera decidat, induret, et arecat.* Et inventur alios stantes. Alios inventi in foro, istos non. Ratio est, secundum Philosophum, quia differentia est inter adolescentes et senes: quia adolescente: toti sunt in spe; senes non in spe, sed in memoriis. Unde illi in foro inveniuntur primi quasi volentes acquirere; isti autem inveniuntur stantes, quasi non volentes acquirere, sed acquisitum observare. Item vidi primos, et non increpavimus istos autem vidi, et increpavimus; quia primi adhuc infirmi sunt, et dominantur passiones in eis; ideo exensandi sunt, quod non expendunt tempus in servitio Dei; sed senes abundant sensibus, ideo ipsos increpat. *Quid hic statis tota die otiosi?* Prov. xii, 11: *Qui sectatur otium stultissimus est.* Et xxviii, 19: *Qui sectatur otium implebitur egestate.* Sequitur eorum excusatio: *Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit.* Si referamus ad statum saeculi, sic isti significant gentilem populum, qui non servinunt Deo, sed idolis. Sed excusantur, quia prophetas non habuerunt, sicut Judæi. Unde Psal. xlvi, 20: *Non*

¹ Al.: « consequentes. »

² Al.: « cum denario. »

³ Al.: « conditio. »

⁴ Al.: « excusant. »

⁵ Al.: « dixit eis. »

⁶ Al.: « ecce adsum. »

fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis. Vel secundum quod resertur ad aetatem hominis, significatur quod quibusdam non datur occasio revertendi ad Deum usque ad senium. Et ratio est, quia omnia tempus habent. Vel potest contingere ex dispensatione divina, quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: Rom viii, 28. Unde novit Dominus quod si ante vocasset eos, non stetissent. Tunc ergo conducentur quando consentient, et efficaciter magis resurgent. Unde dicit: *ite et vos in vineam meam.* Unde licet sint decrepiti, vult tamen omnes salvos fieri, I ad Tim. xi. Item primis praemium promisit, istis non quia illis debebatur, quia mane servient ei: istis autem debetur ex sola misericordia. Sapient. iv, 13: *Consummatus in brevi, complevit tempora multa.*

Cum sero factum esset etc. Hic agit de remuneratione. Et ponitur primo remuneratio; secundo murmuratio; tertio responsio. Circa primum duo facit. Primo ponitur tempus, secundo persona committens; tertio persona cui committitur. Tempus ponitur: *Cum sero factum esset etc.* Et potest intelligi vel de fine aetatis, vel de fine saeculi. Psal. xxix, 6: *Ad vesperum demorabitur fletus*: quia desicit lux mundi. Et dicitur, *Sero*, quia in mundo isto sicut iudicium. *Dixit dominus vires procuratori suo.* Dominus est tota Trinitas: *dixit procuratori*, Christo. Et datur ei potestas resuscitandi, potestas iudicandi, et tangitur ordo iudicii. Tangitur potestas, *Voca operarios*; id est, mortuos resuscita. Joan. v, 28. *Omnes qui in monumentis sunt, audiunt vocem Filii Dei.* Potestas iudicandi. *Redde illis mercedem*: id est, sis iudex; unde dat potestatem iudicandi. Joan. v, 27: *Dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Consequenter tangitur ordo: *Incipiens a novissimi usque ad primos.* Et hoc potest retorqueri ad aetatem saeculi. *Incipiens a novissimi*, scilicet ad his qui sacramentis imbuti sunt; unde major gratia eis data est quam primis. Ephe. iii, 5: *Aliis generationibus non est agnatum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus.* Unde abundantius collata fuit eis, licet aliqua persona in veteri testamento habuerit

quo ad aliquid majorem gratiam. Joan. vii, 39: *Nouum erat spiritus datus, quia Jesus nouum erat glorificatus*: non quia non datus fuerit Spiritus sanctus, sed quia tunc abundantius. Vel potest retorqueri ad aetatem hominis: quia qui in decrepita sunt aetate, cito moriuntur, et citus remunerantur. Vel potest esse quod ex fervore recuperent rem prius amissam, ut legitur de latrone. Quantum ad utrumque dicit Chrysostomus, quod illud homo facit liberalius quod facit ex misericordia, quam quod alio modo: ideo designatur quedam gratificatio et gaudium. Luc. xv, 10: *Gaudium est in celo super uno peccatore penitentem agente.* Deinde sequitur executio: *Cum venissent qui circa undecimam horam venerant, vel Christiani, vel homines in decrepita aetate, recuperant singulos denarios.* Apostolus I Corinthi. iv, 8: *Quilibet propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.* Venientes autem et primi non retorquentur ad tempus saeculi, quia Iudei arbitrii sunt quod plus essent accepturi; eo quod plus habebant in alio saeculo. *Acciperunt autem et illi singulos denarios*, quia singulas stolas habuerunt.

Sed quid est? Nonne omnes aequaliter habebunt gloriam? Dico quod quantum ad aliquid erit par retributio, quantum ad aliiquid non: quia beatitudo potest considerari quantum ab objectum, et sic est una omnium beatitudo; vel quantum ad participationem objecti, et sic non omnes aequae participabunt, quia non ita clare videbunt. Joan. xiv, 2: *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* Et est simile sicut si multi vadant ad aquam, et unus ferat manus vas quam alter: fluvius totum se exponit, non tamen omnes deferunt aequaliter. Sic qui animam habent caritate magis dilatatam, magis accipiunt etc. Eccli. xi, 24: *Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in honore reboi processus illius fructificat.*

Et accipientes murmurabant adversus patrem familias dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt etc. Supra posita est remuneratio: hic ponitur quoniam murmuratio.

Sed hic est questio duplex: quia dicit

quod accipientes singulos denarios murmurabant. Per denarium intelligitur vita aeterna. Est ne credendum quod accepta remuneratio aliquis murmuraret? Non enim videatur, quia tunc esset ibi peccatum, ut habetur I ad Cor x, 10 : *Neque murmuraveritis.*

Chrysostomus dicit quod non est vis facienda in eo quod dicitur, sed propter quod dicitur. Unde intelligendum est quod tanta erit remuneratio quod si possibile esset, murmurarent. Vel potest intelligi in mundo isto. Gregorius dicit, quod ista murmuratio nihil aliud est quam remunerationem differri : quia sancti qui ultimo venerunt, statim receperunt præmium, sed primi diu expectaverunt. Unde II ad Cor. vi, 13 : *Eamdem habentes remunerationem tanquam filiis dico, dilatamini et vos etc.* Unde illi murmurant, quia statim non acceperunt ; isti autem non, quia statim. Hilarius et Hieronymus dicunt sic. Aliquando Scriptura loquitur de toto numero populi, aliquando ex persona bonorum, aliquando malorum, ut dicitur Hier. xxvii, quod omnis populus insurrexit in eum, et omnis populus liberavit. Ille accipitur omnis populus pro parte populi. Sic in primo tempore aliqui fuerunt boni, et non omnes : ideo attribuitur aliquid ratione bonorum, aliquid ratione malorum : non quod tunc, sed ante murmurabant : quia populus Iudeorum murmuravit contra gentilem, quod æquaretur ei.

Est et alia quæstio. Quid est quod dicit : *Qui portavimus pondus diei et astus?* Quia non portaverunt nisi quantum vixerunt, et moderni similiter. Quid ergo est quod dicitur?

Tripliciter respondetur. Prima responsio est, quod spes quaæ differtur affligit animam. Aliqui in principio mundi fuerunt qui portaverunt pondus : quia scierunt suam retributionem differri ; ideo dicuntur portasse pondus diei. Vel potest referri ad Iudeos, qui portaverunt pondera legis : de quo pondere dicit Petrus, Act. xv, 20 : *Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus.* Gentiles autem tale pondus non portave-

runt, quia legi subjecti non fuerunt. Vel, secundum Gregorium, quia primi homines longiori tempore vixerunt, undo vivebant nonagentis annis, ideo gravius pondus tolerarunt.

Ait ille respondens mihi illorum, dirit. Ille ponitur reprehensio. Et primo ostendit suam justitiam, et suam misericordiam ; secundo remuneracionis aequitatem. Circa primum tria. Primo negat in justitiam ; secundo inducit pactum ; tertio inducit retributionem factam. Dicit ergo ; *At ille respondens mihi illorum : et adde, et omnibus, quia omnes unam causam habebant : dixit, Amice.* Amicem vocat, quia ipsum ad se traxerat. Deut. iv, 7 : *Elegit semen eorum post eos. Non facio tibi injuriam :* quia quod menem est de istis, non quod tuum est ; ideo non facio tibi injuriam. Job viii, 3 : *Nunquid Omnipotens subvertit iudicium?* Deinde commemorat pactum : *Nonne ex denario concuviisti mecum :* idest, pro salute consequenda. Gen. xv, 1 : *Ego Dominus merces tua magna nimis. Tolle quod tuum est,* idest quod ex promissione mea habes, et vade, in gloriam. II ad Tim. i, 12 : *Scio cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illo diem.* Quidam exponunt sic. *Tolle quod tuum est,* idest damnationem pro murmure, et vade, in ignem aeternum. Sed hoc non potest esse : quia dicit quod acceperunt singulos denarios. Consequenter ponit misericordiam impensam, dicens : *Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi.* Et circa hoc duo facit. Primo ponit misericordiam ; secundo facultatem misereundi : *Volo autem huic novissimo, idest gentili, dare sicut et tibi.* Ad Rom. iii, 9 : *Quid ergo? Præcedimus?* *Nequaquam.* Sed possent isti dicere : Tu non potes. Immo dicit : *Aut non licet mihi quod volo facere?* quia licet uniuersitate facere voluntatem suam de suo. Si enim esset debitor alterius, non licet et ei facere, similiter si esset sub altero ; sed ipse est Dominus, ideo potest plus dare. *Balivus enim non potest dare aliquid nisi secundum merita :* rex autem potest sine meritis : sic¹ Deus, qui est

¹ Al. : « sed. »

omnium Dominus, potest. Psal. cxiii, 2 : *Omnia quæcumque voluit fecit.* Ad Rom. ix, 19 : *Voluntati ejus quis resistet?* Hic¹ notandum, quod in eo quod ex misericordia datur, non est acceptio personarum, quia de eo quod pure meum est possum dare cui volo absque acceptione personæ. Unde dicit : *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Constat quod murmur præcedens non fuit ex defectu Domini, sed ex misericordia alii impensa; ideo ex misericordia, et bonitate: sed nequam est proprie qui de bonitate dolet; ideo dicit : *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* eo quod circa te justitiam ostendi, circa alterum misericordiam? Constat autem istud esse ex bonitate. Et supra vi, 22 : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* De bonitate Domini in Psal. lxxii, 4 : *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde!*

Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Hic concludit id pro quo tota parabola inducta est. Et primo ponit conclusionem; secundo removet falsam opinionem. Dicit : *Sic erunt novissimi primi.* Dupliciter potest legi, secundum Chrysostomum. Id est, novissimi primis aequalibuntur², ita quod non erit differentia: et hoc respondet hinc quod dictum est, quod singuli receperunt singulos denarios, nec erit differentia secundum tempus. Vel aliter, id est illi qui sunt novissimi, erunt primi. Dent. xxvii, 44 : *Adrena erit super te, et erit in caput, tu in caudam.* Vel aliqui qui erat primi, propter negligentiam fient novissimi; et hoc præcedenti respondat, quia incepérunt a novissimo. Sed posset aliquis dicere : Non omnes primi salvabuntur? Dicit : *Multi sunt vocati, pauci vero electi:* quia qui fide credunt omnes vocati sunt, sed illi electi qui bona opera faciunt; et isti sunt pauci, ut supra vii, 14 : *Arcta est via quæ ducit ad ritam, et pauci sunt qui inveniunt eam.*

2. In parte præcedenti repulit Dominis intendentibus venire ad gloriam propter temporis antiquitatem; hic repellit cum

uni intendit venire propter originem. Primo ergo ponitur occasio petitionis; secundo petitio, tertio responsio. Occasio fuit denuntiatio passionis Christi. Et primo denuntiat locum; secundo passionem; tertio resurrectionem. Dicit : *Et ascendens Jesus Hierosolymam etc.* Supra xix, dictum est, quod relecta Galilea venit in Iudeam, et non statim ascendit Hierosolymam, sed postmodum imminente passione. Unde dicit, *Et ascendens;* id est, cum erat in promptu ascendiens. Hierosolyma erat locus altius. *Accipit duodecim discipulos secreto etc.* Et quare dicit, *Secreto?* Propter duo. Primo quia magna eis ostendere volebat, ideo omnibus non erant communicanda. Supra xiv, 2 : *Vobis datum est rosse mysterium regni coherbum.* Item propter vitandum scandalum: quia viri qui nundum perfecti erant aversi fuissent ab eo si audissent mortem ejus; mulieres provocatae fuissent ad lacrymas. Item sciendum quod Judas nondum malum conceperat; ideo Dominus eum a societate non repulit. *Et ait illis :* *Ecce ascendimus Hierosolymam etc.* hic notatur firmitas sui propositi: nnde, *Ecce;* id est, sum in eodem proposito, et in eadem voluntate, quia non mutor. Eccli. xxvii, 12 : *Stultus ut luna mutatur, sapiens autem in sapientia manet sicut sol.* Item propria voluntate. Isa. iiii, 7 : *Oblatus est, quia ipse voluit.* Tangit locum, quia Hierosolymam. Lucea xiii, 33 : *Non caput prophetam perire extra Hierusalem.* Et quare? Quia erat loens legalis³, et sacerdotalis: et utrumque conveniebat Christo; quia sicut sacerdos verus debebat immolare⁴ pro populo, sic et Christus hostiam obtulit pro mundo. Item per passionem regnum acquisivit. Item Hierosolyma interpretatur visio pacis. Ad Colos. i 20 : *Pacificans pro sanguinem crucis sive quæ in terris sive quæ in celis sunt.* Consequenter praenuntiatur passio. Et frequenter commemoravit suam passionem, ut eam reduceret ad memoriam. Et tangit tria ad passionem pertinentia. Quia passus est a discipulo traditionem: *Et Filius hominis tradetur,* scilicet a disci-

¹ Al. : « item. »

² Al. : « aequalibuntur. »

³ Al. : « legis. »

⁴ Al. : « immolari. »

pulo. De ista traditione habetur infra xxvi, 10 : et in Psal. xi, 10 : *Qui elebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Item a principibus sacerdotum et scribis condemnationem ; unde : *Et condemnabunt eum morte.* Job xxxiv, 17 : *Quomodo tu eum qui justus es, in tantum condemnabis?* Sap. ii, 30 : *Morte turpissima condemnemus eum.* Et tradent eum gentibus : quia Iudei in manus gentium eum tradiderunt unde dixit Pilatus Joan. xvii, 35 : *Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi.* Et tria tangit quae fecerunt ei, contra tria quae maxime appetunt homines : scilicet honorem, quietem et vitam. Contra honorem, illusus est : unde dicit, *Ad illudendum.* Illic. xx, 7 : *Factis sum in derisum tota die.* Et in Psal. xxxvii, 12 : *Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt.* Contra quietem, flagellatus est ; unde, *Ad flagellandum.* Isa. i, 6 : *Faciem meam dedi persecutientibus, et genas meas vellentibus.* Item contra tertium, occisus : unde, *Et crucifigendum.* Ad Philip. ii, 8 : *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Deinde agit de resurrectione : *Et tertia die resurget.* Hoc autem fecit Deus Pater : unde Act. ii, 24 : *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Et tertia die. Secundum Augustinum significatum est, quod suum simplum destruxit nostrum duplum. Oscae vi, 3 : *Vivificabit nos post duos dies, et die tertia suscitat nos.*

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Illic ponitur petitio occasionata. Et primo ponitur petitio in generali ; secundo explicatur, ibi, *Ait illi etc.* Dicit ergo : *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.* Filii isti fuerunt Joannes et Jacobus, mater eorum fuit Salome : unde Salome nomen est mulieris. In Marco habetur quod filii petierunt ; hic habetur quod mater : sed verum est quod mater petuit inducta a filiis. *Adorans,* quia eum humilitate petuit : sciebat enim quod semper Deo placet humilis deprecatio. Psal. ci, 18 : *Respxit in orationem*

humilium. Et Judith. ix, 1 : *Et postverens se Domino, clamabat ad Dominum.* *Et petens aliquid, dari, ab eo;* id est, rogo te² ut des id quod volo. Et haec petitio non est admittenda, et qui hoc concedit, fatue concedit. Legitur de Herode, quod istud concessit filiae Herodiadis, et non revocavit. Salomon autem matri concessit ; sed quia sapiens fuit, incautum promissum revocavit. Ideo Christus sapientior his, noluit concedere nisi exprimeretur. Supra xii, 42 : *Et ecce plusquam Salomon hic.* Ideo sequitur explicatio petitionis : *Et ait illi : Dic ut sedant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram, in regno tuo.*

Sed est quæstio, unde haec mulier hoc conceperat. Audierat de passione et resurrectione : unde aliquid carnale conceperat, quod statim cum gloria deberet esse in Iherusalem ; ideo petere voluit filii suis eminentiam. Item audierat quod duodecim erant judicaturi, ideo præponere suos solebat : unde ad litteram intelligebat. Et sciendum, quod Jacobus et Joannes magis honorabantur a Christo post Petrum ; ideo Petrum voluerunt excludere. Alter dicit Chrysostomus, quod ista petuit aliquid spirituale, et in hoc fuit laudanda : quia matres plus petunt temporale quam spirituale : unde mater si videat filium peccantem, non tantum dolet quantum si videt infirmatam : unde per dexteram spiritualia significantur, terrena per sinistram. Vel possumus intelligere per dexteram et sinistram, activam vitam et contemplativam ; ideo petit istos perfici in utraque vita. Cant. ii, 6 : *Lava ejus sub capite meo, et ex dextera illius amplezabitur me.*

Respondens autem Jesus dixit. Illic ponitur responsio, deinde murmur aliorum, ibi, *Et audientes decem indignati sunt de duabus fratribus.* Ei circa primum tria facit. Primo increpat eorum stultitiam ; secundo examinat eorum promptitudinem, ibi, *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* tertio repellit petitionem, ibi, *Sedere autem ad dexterum meum vel sinistram, non est meum dare vobis.*

¹ Al. : « explicatur dies etc. » *Tunc accessit etc.*

² Al. deest : « te. »

Sed quid est? Ipsi non petebant, sed mater. Novit Dominus, quod illa petebat inducta ab illis, ideo eis respondet, sicut supra xvi, 23, dixerat Dominus Petro: *Nescis quid dicis.*

Nescitis qui petatis; quasi dicat: Temporalia non debetis petere, sed excellentiā spiritualem. Vel si intelligerent spirituale, petebant quod super omnem creaturam haberent eminentiam: quia sedere a dextris nulli creature conuenit, ut habetur ad Hebr. i, 13: *Ad quem Angelorum dixit aliquando; Sede a dextris meis?* Unde sedere a dextris excedit omnem creaturam. Vel aliter, secundum Hilarium. *Nescitis quid petatis,* quia jam concessi vobis quod petitis, quia dictum est supra xix, 28: *Sedebitis super sedes duodecim etc.* Vel aliter, *Nescitis:* quia vocavi vos ad dexteram, et vos petitis quod unus sit ad sinistram¹? Vel diabolus sicut per mulierem ad sinistram traxerat hominem, volebat istos per mulierem reducere ad sinistram. Sed hoc non potuit, ex quo salus per mulierem facta est. Vel *nescitis,* quia de praemio contenditis sine merito praecedente; ideo considerare debetis, quod ad praeium non venitur nisi per meritum; ideo volo vos primo examinare si potestis pati etc. Unde dicit: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ille examinat eos, et provocat eos ad passionem leviter, quia passionem nominat calicem. De isto dicitur in Psal. cxv, 43: *Calicem salutaris accipiam.* Et sequitur: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Et dicitur calix, quia inebriat. Item dicit: *Quem ego bibiturus sum.* I Petr. ii, 21: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Dicunt ei, Possimus.* Et quare sic respondent? Propter tria. Primo ex amore ad Christum, quia ita adhaerebant Christo quod mors eos ab ipso separare non posset, sicut dixit Petrus, infra xxvi, 35: *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Item ex iguorantia, quia vires suas non considerabant: quia quibus quando ante factum videtur leve, in ipso actu deficiunt. Item dixerunt ex

cupiditate assequendi quod petierant. Unde credebant statim assequi quod petebant; ideo statim concedunt: *Possimus* hoc est cupiditate.

Cousequenter repellit petitionem. Et primo futuram passionem prænuntiat; secundo respondet ad petitionem. Dicit ergo: *Calicem meum bibitis.*

Sed quid est? Verum est quod Jacobus bibit? unde in Act. xi, 2: *Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.* Sed Joannes est mortuus, sine calice passionis.

Sed dicendum, quod non bibit usque ad mortem, sed flagellatus fuit, in oleo positus, et relegatus. Item multas pañas passus est; et sic non fuit immunis a potu calicis.

Sedere autem ad dexteram. Ille respondet ad petitionem glorie. Si dixisset Dominus, Dabo vobis, tristati essent alii; si negasset, ipsi effecti essent tristes: ideo dixit: *Sedere autem ad dexteram meum vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.* Ex hoc loco argumentati sunt Ariani, quod non est aequalis dignitas Patris et Filii. Hieronymus et alii exponunt, quod ipse dat eum Patre. Unde vult dicere: *Non est meum dare vobis;* quasi dicat: Eminentia dignitatis non datur persone, sed merito; et hoc secundum predestinationem divinam. I Cor. ii, 9: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligenteribus scilicet Joann. xiv, 3: Si abierto, et paravero vobis locum etc.* Unde ex quo parat Pater, et ipse. Vel *non est meum dare vobis,* sine meritis; sed personis ex merito acquirentibus; sed meum ex predestinatione, quæ est mihi a Patre meo. Et Augustinus sic. Salome erat soror matris Christi; et quia credebant impetrare per personam magis conjunctam, ideo credebant quod deberet eis dare, quia conjuncti ei erant secundum carnem. Sed in ipso in una persona erant duas naturæ: unde dicit: *Non est meum, scilicet secundum potestatem quam habeo a Patre;* ideo dabo secundum quod dispositus Pater mens.

¹ Al.: « quod unus ad sinistram. »

Audientes deinceps indignati sunt de duobus fratribus. Supra Dominus repressit indiscretam petitionem discipulorum; hic ponit indignationem aliorum. Et primo ponitur indignatio; secundo reprimitur verbo; tertio facto. Secunda ibi, *Jesus autem vocavit eos ad se, et ait.* Tertia ibi, *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Considerandum, quod sicut ex quadam elatione duo fratres superiores esse volebant, sic ex quadam elatione isti indignati sunt. Proverb. i, 10 : *Inter superbos semper sunt jurgia.*

Sed quare de duobus fratribus? Qui non ipsi petierunt, sed mater. Sed intellexerunt discipuli ex verbis Domini, quod mater petierat ad vocem eorum.

Sed quare non ante¹ sunt indignati? Dicit Chrysostomus quod reverebantur magistrum: unde expectabant sententiam Domini. Sed quando audierunt magistrum reprehendentem, tunc indignati sunt.

Consequenter reprehendit eos: et primo ponit in medium exemplum gentilium; secundo docet exemplum non esse sequendum, ibi, *Scitis quia principes gentium dominantur eorum;* tertio ponit quod est imitandum, ibi, *Non ita erit inter vos.* Dicit ergo: *Jesus autem vocavit eos, dans humilitatis exemplum.* Supra ii, 29 : *Discite a me, quia misericordia sum, et humiliis corde.* Et ait: *Scitis quia principes gentium dominantur eorum.* Apud Judæos gentiles abominabiles erant, ut habetur supra xviii, 17 : *Sicut tibi sicut ethnicus et publicanus:* unde horrorem incutit: *Principes gentium dominantur eorum:* ut notetur quod hoc exemplum non est imitandum. Sed notandum, quod duplex est praeminentia, scilicet dignitatis, et potestatis; et utramque tangit, cum dicit: *Principes gentium dominantur eorum etc.* Illi sunt principes qui ex officio præsumunt.

Sed quid est? Numquid dominari est malum? Dominari aliquando dicitur pro præesse; et sic non accepitur hic: aliquando prout correlative se habet ad ser-

vum: unde idem est quod serviliter sibi servum subiecere; et sic sumitur hic. Principes enim instituti sunt ad hoc ut bonum procurent subditis. Si vero volunt eos in servitatem redigere, tunc abutuntur, quia utuntur liberis ut servis. Liber enim est qui est causa sui, servus qui causa alterius. Et quia hoc consuetum est² apud gentiles, et adhuc est apud aliquos, ideo dicit: *Principes gentium dominantur eorum;* idest, in servitatem redigunt subditos. Ezech. xxii, 27 : *Principes tui in medio ejus quasi lupi rapaces.*

Item aliqui habent eminentiam non in dignitate, sed in potestate, ut aliqui nobiles. Et consuetum est quod qui potestatem habent, non utuntur ad beneficium, sed potestatim exerceant in eos, scilicet ad opprimendum, non ad justitiam. Sed Dominus illam consuetudinem non vult in Ecclesia sua, ideo dicit: *Non ita erit inter vos;* idest, non debet aliquis esse inter vos quasi dominativus. I Pet. v, 3 : *Neque ut dominantes³ clerici. Sed quicumque.* Contra haec duo, dicit duo: *Sed quicumque voluerit inter vos major fieri;* et istud refertur ad secundum dictum, scilicet, *Et qui majores sunt potestatim exerceant inter eos,* idest sic desideret quis habere presidentiam in Ecclesia Spiritus sancti ut sit sicut minister. I Petr. iv, 10 : *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores:* ut quantum plus habebis, plus in utilibus expendas. Ideo qui voluerit major fieri inter vos, idest in Ecclesia, fiat ut minister, idest minister in necessitate aliorum. Quantum autem ad id quod dicitur: *Principes gentium dominantur eorum,* dicit: *Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus;* idest, si aliquis desiderat habere primatum in Ecclesia, sciat quod illud non est habere dominium, sed servitatem. Servi enim est quod totum se ad servitum domini impendat: sic⁴ prælati Ecclesie totum quicquid habent, quicquid sunt, subditis debent. I ad Cor. ix, 19 : *Cum essem liber ex omnibus, om-*

¹ Al. deest: « ante. »

² Al.: « quia consuetum est. »

³ Al.: « Numquid dominari nos? »

⁴ Al.: « sicut. »

nium me servum feci. Il ad Cor. iv, 5 : *Nos autem servos vestros per Jesum.* Unde, secundum Chrysostomum, miserum est. Ita ergo dictum est, quod non est agendum secundum consuetudinem gentilium. Quia ergo possent dicere, Quid sequemur? dicit : Sequimini me, et ostendit se ministrum, dicens : *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.*

Sed contra. Nonne habetur supra iv, 2, quod accesserunt *Angeli, et ministrabant ei?* Unde Joan. xii, 2, dicitur, quod Martha ministrabit. Dico, quod licet ministratum fuerit ei, non tamen ad hoc venit. Sed ad quid? Ut ipse ministraret: idest abundantiam gloriae aliis impenderet, Apostolus Rom. xv, 8 : *Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumvisionis.* Et in Luc. xxii, 27 : *Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat.*

Sed dices : Est ne servus, cum sit princeps? Ita. Servus enim dicitur qui accipitur in pretium; et ipse fecit se pretium, et dedit se redemptionem pro multis : unde *venit ministrare, et dare animam,* idest vitam corporalem, *redemptionem pro multis.* Non dicit pro omnibus: quia quantum ad sufficientiam, pro omnibus; quantum vero ad efficientiam, pro multis, scilicet pro electis. Unde Joan. xv, 13 : *Majorem caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis¹ suis.* Hier. xii, 7 : *Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum ejus.* Et egredientibus illis ab Hierico, secuta est eum turba multa. Repressa est indignatio discipulorum verbo : hic reprimit factum, ministerium in aliquos exerceendo. Et primo ponitur devotio aliorum : secundo Christi miseratione, ibi, *Et stetit Jesus, et vocavit eos.* Circa primum primo ponitur devotio turbae; secundo eorum, ibi, *Ecce duo cœci etc.* Dicit ergo : *Et egredientibus illis ab Hierico, secuta sunt eum turba multa.* Quia multi sequebantur, ideo erat dominus sollicitus, sicut multa seges est sollicitudo colligentis. Sed secundum mysterium, Hierico defectus dicitur : et signileat defectum mundi. Unde nisi venisset dominus ad istos de-

fetus homines non venissent ad eum. Unde secute sunt turbæ, quasi oves ejus. Joan. x, 27 : *Oves meæ vocem meam audiunt, et sequuntur me.* Sequitur devotio eorum : *Ecce duo cœci etc.* El primo ponitur devotio; secundo constantia, ibi, *Turba autem increpabat eos ut tacerent.*

Sed hic est questio : quia in Luc. xviii, legitur, quod unus cœcus fuit tantum qui occurrit ei; et hic dicitur quod duo, qui domino exēunte de Hierico, occurserunt ei in exitu. Sed Marcus convenit cum Luca, quod erat tautum unus; et ita Matthæus discrepat ab utroque.

Augustinus dicit, quod iste cœcus, de quo Lucas scribit, fuit alius ab his, quia occurrit ei antequam intraret Hierico. Sed Marcus et Matthæus dicunt, quod egrediente de Hierico. Sed quod Marcus non dixerit duo, sicut Matthæus, ratio est quia unus erat magis notus et famosus, et propter famam miraculum erat magis famosum. Et hoc patet, quia nominat eum, quod vocatur Bartholomæus; et non nominantur in Scriptura nisi homines multum noti.

Per istos cœcos significantur duo populi; scilicet populus Iudeorum, et populus Gentilium, qui solebat securi viam, quæ est Christus. Isa. xxx, 21 : *Hæc est via, ambulare per eam.* Vel significantur conversi ex utroque populo, qui sedent securi viam, idest Christum. Joan. xiv, 6 : *Ego sum via, veritas, et vita.* Audierunt per prædicationem, quod transiret secundum naturam humanam Jesus, ut mortem subiret, ut curaret infirmos; ideo exclamaverunt dicentes : *Domine miserere nostri fili David.* Causa exauditionis non fuit altitudo vocis, sed fervor devotionis. Psal. cxix, 1 : *Ad Dominum cum tribulare clamari, et exaudiuit me.* Item factentur ipsum esse Deum et hominem. Deum, quia dicunt, *Domine.* Psal. xcix, 3 : *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.* Et petunt quod est proprium Deo, scilicet *Miserere nostri.* Psal. cxlv, 9 : *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* Item dicunt, ex semine David; et in hoc confitentur humanitatem.

Consequenter ponitur constantia eo-

¹ Al. : « ponat pro amicis. »

rum : et primo ponitur impedimentum ; secundo constantia. Dicit ergo : *Turba autem increpabat eos ut tacerent, ut possibile erat : quia in ista turba aliqui erant qui venerabantur Christum, et hi increpabant eos, quia vile reputabant quod viles personae ad tantum virum accedebant ; illi vero qui Christo derogabant, inerepabant, quia audiebant id quod audiire nolebant : dolebant enim quod vocabant eum filium David.* Hier. xxiii, 5 : *Suscitabo David seruum meum.* Mystice significatur quod aliqui execraverunt per peccatum, clamant ad Dominum : *Miserere nostri*; sed turba cogitationum carnalium et hominum carnalium increpant eos venire ad Christum. Job xx, 1 : *Ideo cogitationes variae succedunt sibi, et mens in diversa rapitur.* Sed homo contra hoc debet esse constans, et viriliter pugnare, et laborare, sicut docet Apostolus II ad Tim. ii, 3 : *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.* Sed verbum Dei non alligatur verbiis hominum ; et ideo sequitur : *At illi magis ac magis clamabant.*

Et stetit Jesus. Hic ponitur misericordia Domini, et ostenditur, quia stetit. Et quare stetit ? Quia via lapidosa erat, et cavernosa ; ideo stare voluit, quia si procederent, forte laedi possent. Secundum mysterium, quia veniendo in mundum commovit ad petendum, sed salutem dedit stando. Unde per incarnationem homines promoventur, sed per eum docentem et perseverantem sanantur. Sequi-

tur, *Vocavit eos.* Sed quare vocavit ? Ut alii facerent eis viam ; et signaret illos quos dominus vocat per prædestinationem. Ad Rom. viii, 29 : *Quos præsiccit et prædestinavit.* Item exquirit voluntatem : *Quid cultis ut faciam vobis?* Non petit ut ipse sciret, sed ut daret intelligere quod pie peccatis satisfecit. Psal. cxlv, 19 : *Voluntatem timentium se faciet.* Dicunt illi : *Domine, ut aperiant oculi nostri.* Et hoc est justum ut quilibet peccator hoc petat. Psal. cxviii, 18 : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia tua.* Et alibi, Psal. xii, 4 : *Illumina oculos meos.* Confitebantur Deum, dicendo, *Dominum* ; et hominem, vocando filium David : ideo misertus est eorum. Omnia enim ex sua misericordia facit. Thren. iii, 22 : *Misericordia Domini est quod non sumus consumpti.* Tetigit oculos eorum, et confessim viderunt. In hoc quod tetigit oculos eorum, et confessim viderunt, tangitur humanitas et divinitas Christi. Quod enim tetigit, opus fuit humanitatis ; sed quod statim illuminavit, fuit opus divinitatis. Ipse Dominus tangit per gratiam, sed illuminat per gloriam. Psal. cxviii, 5 : *Tange montes, et fumigabunt.* Sequitur : *Et secuti sunt eum :* unde non fuerunt ingrati. Multi enim antequam habeant beneficium, sequuntur Dominum ; sed accepto beneficio dimittunt eum ; contra illud Eccli. xxiii, 38 : *Magna est gloria sequi Dominum.*

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM

1. Et cum appropinquasset Iherosolymis, et venissent Bethphage ad montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos, dicens eis : Ite in castellum quod contra vos est, et statim invenientis asinam alligatam, et pulum eum ca : solvite, et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicate quia dominus his opus habet : et confessum dimittit eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dientem : *Dicite filie Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pulum illum subjungalis.* Eentes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, et adduxerunt asinam et pulum ; et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere ecerunt. Plurima autem turba straverunt vesti-

menta sua in via. Alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternebant in via. Turba autem quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant dientes : *Hosanna filio David : benedictus qui venit in nomine domini : Hosanna in altissimis.* Et cum intrasset Iherosolymam, commota est universa civitas dicens : *Quis est hic ?* Populi autem dicebant : *Hic est Jesus propheta a Nazareth Galileæ.* Et intravit Jesus in templum dei, et ejiciebat omnes vendentes et elementes in templo, et mensas immunitariorū et cathedras vendentium columbas erexit. Et dicit eis : *Scriptum est : Domus mea, domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Et accesserunt ad eum cœci et claudi in templo ; et sanavit eis. Videntes autem principes

sacerdotum et scribæ mirabilis quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt, et dixerunt ei : Audeis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eos : Uique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium et lacteum percepisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique manuit. Mane autem revertens in civitatem, esurit; et videns fici arborē unam secus viam, venit ad eam, et nihil inventit in ea nisi folia tantum : et ait illi : Nunquam ex te fructus nascutus in sempiternum. Ex aerafacta est continuo siccum. Et videbant discipuli, mirati sunt, dicentes : Quomodo continuo aruit? Respondens autem Jesus, ait eis : Amen dico vobis, si habueritis fidem et non haseris veritas, non solum de sicculea facietis, sed et si monti huic dixeritis, Tolle et jacta te in mare, fieri. Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

2. Et cum venissent in templum, accesserunt ad eum principes sacerdotum et seniores populi, dicentes : In qua potestate haec facis; et quis tibi dedit haec potestatem? Respondens Jesus, dixit eis : Interrogabo vos et ego unum sermonem, quem si dixeritis mili, et ego vobis dicam in qua potestate haec facio. Baptismus Joannis unde erat : ex coto, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes : Si dixerimus, E coto, dicit nobis : Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus, timueris turbam : omnes enim habebant Joannem sicut prophetam. Et respondentes Jesus, dixerunt, Nescimus. Ait illis et ipse : Nec ego dico vobis in qua potestate haec facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum dixit : Fili, vade hodie operari in vineam meam. Illi autem respondens ait, Nolo. Postea autem ponitentia motus. Accedens autem ad alterum dixit similliter. At ille respondens ait, Eo domine; et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicent ei, Primus. Dicit illis Jesus : Amen dico vobis, quia publicani et meretrices precedenter vos in regno Dei. Venit enim ad vos Joannes in via iustitiae, et non credidistis ei; publicani autem et meretrices crediderunt ei : vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea, ut crederetis ei. Aliam parabolam audiit. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, et sepem circumdedit ei, et fodit in ea tectorum, et adificavit turrim, et locavit eam agricolis, et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolos, ut accepissent fructus ejus. Et agricoli, apprehensis servis ejus, alium occiderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Herum misit alios servos plures prioribus; et fecerunt illis similliter. Novissime autem misit ad eos illium summum, dicens : Verberabunt forte filium meum. Agricoli autem videntes filium, dixerunt intra se : Hie est heres : venire, occidimus eum; et habebimus hereditatem ejus. Et apprehensum cum ejeccerunt extra vineam, et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vincere, quid faciet agricolis illis? Autem illi : Malos male perdet, et vineam suam locabit alii agricoli, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Jesus : Nunquam legistis in Scripturis : Lapidem quem reprobaverunt adilectores, hic factus est in caput anguli : A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia inferatur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. Et qui occiderit super lapidem istum, confringetur; super quem vero occiderit, conteret eum.

Et cum audissent principes sacerdotum et Pharisæi parabolam ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret : et quarebant cum tenere, timuerunt turbas : quoniam sicut prophetam cum habebant.

4. Supra divisum est Evangelium Matthei in tres partes. In prima ponit introitum Christi in mundum usque ad tertium capitulum; in secunda de processu in mundo; in tertia de egressu. Completis agit igitur duabus primis partibus, hic agitur de tertia. Et dividitur : quia primo agitur de quibusdam preambulis; secundo de passione Christi, et hoc xxvi capitulo. Et primo ponitur provocatio persecutorum; secundo confortatio discipulorum, et hoc xxv. Confortaverat discipulos predicans futura. Inde provocati fuerunt quidam per ejus gloriam, cui invidebant; de hoc agitur in isto capitulo : aliqui per ejus scientiam; et de hoc xxii capitulo. Prima dividitur in duas : quia primo agitur de gloria Christi; secundo de persecutorum indignatione, ibi, *Videntes autem principes sacerdotum et scribæ etc.* Circa primum tria. Primo ponitur gloria Christi quae fuit in via exhibita; secundo que in civitate; tertio de ea quam protestative accepit de templo. Secunda ibi, *Et cum intrasset Hierosolymam.* Tertia ibi, *Et intravit Jesus in templum Dei.* In via a duobus ei gloria impensa fuit; scilicet per discipulos, et per ministerium turbarum. Secunda ibi, *Phurim autem turba straverunt vestimenta sua in via.* Et circa primum tria. Primo ponit mandatum de ministerio; secundo ponit ratio; tertio mandati executio. Secunda ibi, *Hoc autem totum factum est etc.* Tertia ibi, *Euntes autem discipuli etc.* Circa primum tria. Primo ponitur locus; secundo personæ quibus fit; tertio mandatum. Locus ponitur cum dicit : *Et cum appropinquassent Hierosolymis etc.* Paulatim Evangelista narravit accessum Christi ad Hierusalem. Primo narravit quomodo a Galilaea venerat, et quomodo per Hierico, et quomodo ibi caros illuminaverat¹, quia erat in confluis. Post dieit : *Cum appropinquassent Hierosolymis, et venissent Bethphage ad montem Oliveti.* Et dicitur sic, quia ibi multe

¹ Al. : & illuminat.

sunt oliva, et distat a Hierusalem per unum milliare. Bethphage erat viens sacerdotalis, quia sacerdotes serviebant templo per hebdomadas. In die autem sabbati sacerdos recedens a templo veniebat usque illuc, quia non debebat ire nisi per mille passus. Illi etiam qui ibant ad templum in die sabbati, inde recedebant. Vel Bethphage idem est quod dominus maxillarum, quia hostia maxilla erat portio sacerdotis. Moraliter Iherusalem interpretatur visio pacis, et significat societatem bonorum. Psal. cxxi, 3 : *Hierusalem quæ exdicitur ut civitas, cuius participatio ejus in id ipsum.* Unde voleus appropinquare Iherusalem, venit per Bethphage, et per domum confessionis. Rom. x, 10 : *Corda creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Bethphage sita est in monte Oliveti, ubi est abundantia olei. Isa. v, 1 : *Vinea facta est in cornu olei.* Per oleum significatur misericordia, quia habet proprietatem latificandi. Psal. cii : *Ut exhibaret faciem ejus in oleo.* Sic misericordia exhilarat. *Hilarem enim datorem diligit Deus :* n^o Corinth. ix, 7. Item valet oleum ad lucernas accendendas. Dominus praecepit quod oleum lucidissimum offerretur ei. Item utile est ad sanandum dolores, et significat gratiam. Spiritus sancti quæ sanat. Unde dicitur Luc. x, quod Samaritanus infudit oleum et vinum. *Tunc misit duos discipulos suos, dicens illis :* et significavit missionem Apostolorum in hunc mundum. Joan. xx, 21 : *Sicut misit me pater, et ego mitto vos.* Sed duos, ut significaret caritatem, quæ consistit saltem inter duos. Unde alibi, Luc. x, 5 : *Misit eos binos et binos.* Vel significat vitam activam et contemplativam. Vel duos ordines praedicantium, scilicet Iudeorum et Gentilium, Unde Apostolus, Gal. ii, 8 : *Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est mihi inter gentes.* Vel duos qui mittendi erant ad gentes, scilicet Petrum et Philippum. Et facit tria. Primo mandat eis salutarem discursum; secundo dat mandatum de salute; tertio de contradicendo. Dicit ergo : *Ite in castellum quod contra vos est.* Ad litteram, quod-

dam erat castellum quod ex opposito erat, ad significandum mundum in quem misit eos Dominus. Mar. ult., 15 : *Euntes in universum mundum praedicate Evangelium omni creaturæ.* Et iste erit¹ contra. Joan. xv, 19 : *Elegi vos de mundo ; ideo vos mundus odit.* Dicit ergo : *Ite in castellum quod contra vos est.* Aliquid praecepit et aliquid prænuntiat. Praecipit *Ite etc.*, et prænuntiat: *Et invenietis asinam alligatum, et pullum cum ea.* Alii non faciunt mentionem de asina. Utrumque² invenient. Moraliter per asinam et pullum significantur homines brutaliter viventes, quia quantum ad hoc similes sunt bestiis. Psalm. xlvi, 13 : *Homo cum in honore esset, non intellexit ; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Per asinam significatur Iudea, per pullum populus gentilium. Et quare per asinam significatur populus Judaicus. Quia triplex est proprietas asini. Primo quia est animal stultum, unde dicitur asinus, *id est* insensatus. Si homo insensatus est relinquens legem Domini. Deut. xxxii, 6 : *Popule stulte et insipientis.* Item est oneribus deputatus; sic populus Judaicus oneribus legis est gravatus, ut dixit Petrus, Acto. xv, 10 : *Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri ferre potuerunt.* Item asinus est animal ignobile; sic illi ignobiles dicuntur qui contemnunt mandata Domini. Sed ligatam, vinculis scilicet ignorantie. Sap. xvi, 2 : *Una enim catena tenebrarum omnes erant ligati.* Item erant ligati vinculo peccati. Prover. v, 22 : *Iniquitates suæ capiunt impium. Solvite, et adducite mihi.* Illic inducit populi salvationem. Solvite a vinculis ignorantie per doctrinam. Psalm. cxi, 14 : *Eduxit eos de tenebris et umbra mortis.* Item, solvite a vinculis peccatorum: unde Petro dixit supra xvi, 19 : *Quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis.* Et in xxxi, 4 : *Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Unde isti populum converentes adduxerunt ad Iesum. I, ad Corinth. I, 13 : *Nunquid Paulus crucifixus est ?* Isa. LXVI, 19 : *Annuntiabant gloriam meam in gentibus.* Sed, si-

¹ Al. : « erat. »² Al. : « utramque. »

cut dicit Apostolus ad Titum I, 19 : *Oportet episcopum habere doctrinam, ut sit potens exhortari in doctrina sana* : unde quod dicit, *Solvite, hoc ad doctrinam pertinet; quod vero sequitur, Et si quis aliquid vobis dixerit, dicite etc. ad potestatem pertinet. Unde si quis dixerit, contradicendo; id est, si quis voluerit contradicere, dicetis quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos.* In hoc ostenditur virtus Christi ; quia non propter Apostolos dimisissent, nisi hoc fieret opere Christi invisibiliter eorū immutantis. Unde dabat intelligere quod ipse erat Deus ; quia solius Dei est immutare cor hominis in manu ejus. Item quia dicit, *Confestim, dat intelligere quod sicut illi statim dimiscebant, ipsi etiam statim dimitterent. Vel ad litteram, quia parum tenebunt, et statim dimittet, quia solum indiget ad diem.*

Sed quæstio est secundum mysticam expositionem. Nonne dicitur : Bonorum nostrorum non indiget? dico quod noui indiget nisi ad nostram necessitatem, et ad suam gloriam. Joel II, 32 : *Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Omne quod invocat nomen meum.

Hoc autem totum factum est etc. Hic ponitur ratio mandati. Ne crederet aliquis quod hoc factum esset sine ratione, ideo rationem ostendit : *Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam etc.* Istud dicit per Zachariam cap. ix, 9. Sed ly ut non tenetur causaliter, sed consecutive. Non enim facit quia Propheta dixerat, sed potius e conversio, finis enim prophetiae est Christus. *Dicite filii Sion etc.* Annuntiate filiæ Sion, hæc dicitur plebs Hierosalem, quæ subiecta erat monti Sion. Item significatur tota Ecclesia, quia Sion specula interpretatur. *Annuntiate studia ejus inter gentes:* Psal. IX, 12 : *Prænuntiatur dignitas: Ecce rex tuus.* Isti Judei diu passi fuerant tyrannos, unde expectabant regem, sicut dictum est Ilier. XXXV, 5 : *Regnabit rex, et sapientis erit.* Et ponit quatuor quæ dignitatem regis¹ commendant; consequenter quatuor quæ in tyrannis inveniuntur. Primo affinitas, quia magis aspicitur

homo ad magis conjunctos. Dent. XVII, 15 : *Non poteris super te facere regem, nisi sit frater tuus.* Unde dicit : *Ecce rex tuus, id est de gente tua.* Sed quandoque reges degenerant in tyrannos, quia quaerunt utilitatem suam, quod est contra morem regis : ideo dicitur, *Venit tibi, id est ad utilitatem tuam.* Habac. III, 13 : *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.* Mansuetus. Mansuetudo pertinet ad regem; quia infligere penam, ferocitatis est. Prover. XX, 28 : *Misericordia et justitia custodiunt regem.* Ideo David a populo dilectus fuit, quia mansuetus fuit. Item requiritur humilitas, quia Dominus superbos respuit : ideo dicit : *Sedens super asinam.* Supra XI, 29 : *Discite a me, quia mitis sum et humiliis corde.*

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus. Postquam positum est mandatum, hic ponitur executio mandati. Et primo in generali *Euntes discipuli.* Ecce datum obedientia mandatum. Exod. XXIX, 35 : *Omnia quæ præcepit Dominus faciemus.* Deinde in speciali : *Et adduxerunt asinam et pullum.* Per hoc significatur quod converterunt et Judeos et Gentiles, ut habetur ad Rom. I, 14 : *Gracis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum.* Et imposuerunt super eos vestimenta sua. Vestimenta sunt virtutes eorum. Ad Col. III, 12 : *Induite vos ergo sicut electi Dei sancti et dilecti viscera misericordie.* Vestimenta imposuerunt, quia in exemplum alii fuerunt, ut dicitur ad Phil. III, 17 : *Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant sicut habitus formam nostram.* Et cum desuper sedere fecerunt. Secundum litteram dicitur quod super unumque, quia super corda Judæorum et Gentilium.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Postquam determinavit de ministerio discipulorum, determinat de gloria turbarum; et primo de gloria quam exhibent ei in opere ; secundo quam exhibent ei verbo, ibi : *Turbæ autem... clamabant.* Et primo straverunt vestimenta; secundum ramos de ar-

¹ Al. : « laudis regis. »

boribus. Et quare? Ad faciendum ei honorem, sicut magnis hominibus venientibus sternitur via. Item quia via erat lapidosa. Ideo ne laederetur, sternebant. Secundum mysterium, discipuli straverunt vestimenta super asinam, quae significant virtutes quas a Deo acceperunt, et istas communicaverunt Gentilibus et Iudeis. Sed vestimenta turbae sunt legalia, quae propter Christum sunt dispersa. Ad Phil. ii, 7: *Quæ fuerunt mihi lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detraherentur.* Item per vestimenta, corpora. Apoc. iii, 4: *Habes paucos in Sardis qui custodierunt vestimenta sua.* Illi ergo qui in via straverunt vestimenta, fuerunt primi martyres. Rom. xii, 19: *Non defendentes cosmetipos, carissimi, sed date locum iræ.* Alii cedebant ramos de arboribus. Isti sunt rami qui fructificare debebant, per quos significantur sancti Patres. Ille ergo ramos abscedit, qui eos ad Christum convertit. Psal. I, 3: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est seclus decursus aquarum.* Turba autem quæ precedebant et quæ sequebantur, clamabant. Illic ponitur honor exhibitus ei verbo. Sed a quibus? A precedentibus et sequentibus scilicet ab his qui ante adventum fuerunt et post; et utrique petunt salutem, et habent a Christo. II ad Corinth. vi, 13: *Eamdem habentes remuneracionem.* Turba autem salutem petebant; unde clamabant dicens: *Hosanna filio David etc.* Haec salus incipitur in presenti, et perficietur in futuro. Supra I, 21: *ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Unde dicent: *Hosanna etc.* Multi dicunt, quod significat redemptionem. Sed idem est quod obsecro salve: *Anna affectum dicit obsecrantis.* Psal. xi 2: *Salvum me fac.* Et istam petunt a filio David, Ita scriptum est Hler. xxiii, 5: *Suscitabo David germem justum.* Et sequitur: *In diebus illis salvabitur Iuda.* Et poterit hoc facere, quia filius David? Non, sed quia *venit in nomine Domini.* Quare? Quia venit confitens Dominum. Joan. v, 43: *Ego veni in nomine Patris mei et non suscepistis me.* Est ergo una salus, liberatio a peccatis. Isa. xxxv, 4: *Ipse veniet, et salvabit nos.* Item alia salus, per quam liberantur ab omni pena.

Isa. li, 8: *Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet.* Et hoc in excelsis; id est, des primo salutem in terris, et postea in celis.

Et cum intrasset Hierosolymam etc. Illic agitur de gloria ei exhibita in civitate. Et primo ponitur admiratio turborum: *Et commota est universa civitas, id est admirata.* Isa. xl, 5: *Tunc videbis, et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum.* Psal. lxxix, *Commovisti terram, et conturbasti eam.* Dicens: *Quis est hic?* Et non est mirum si isti mirantur, quia etiam Angeli mirati sunt in sua ascensione, dicentes: *Quis est hic qui venit de Edom, tinet vestibus de Bosra?* Isa. lxix, 1. Ponitur responsio: *Populi autem dicebant: Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilee.* Propheta actum denuntiationis significat. *A Nazareth,* quia ibi nutritus erat, et inde magis notus et ideo dicebatur Nazarenus.

Et intravit Jesus in templum Dei, et ejecit ementes et vendentes. Supra ostendit Evangelista gloriam quæ Christo exhibita est in via, et quæ in civitate; nunc autem de gloria quantum ad ea quæ facta sunt in templo. Et tria sunt gesta in templo, quæ pertinent ad gloriam Christi quia primo purgavit templum: secundo infirmos curavit; tertio ora infantium aperuit. De istis per ordinem determinavit Evangelista. Cirea primum primo ponitur visitatio templi; secundo purgatio: tertio reprehensio Judæorum. Secunda ibi, *Et ejiciebat omnes vendentes et ementes;* tertia ibi, *Dixit eis etc.* Dicit ergo: *Et intravit Jesus in templum Dei etc.*

Sed quare intrans civitatem, statim venit ad templum? Una ratio, quia venerat ut hostia immolanda, ideo primo venit ad locum immolationis; iste erat dies statutus in quo agnus præsentari debebat, ut legitur Exo. xii, quod luna decima debebat occidi quartadecima luna. Sed occisus est in die jovis in sero: ergo oblatio fieri debuit in ramis palmarum. Secunda ratio, quia ostendit se esse filium reverendi Patris, ut reverentiam Patri exhiberet, venit ad domum Patris sui. Malach. I, 6: *Si ego pater, ubi honor meus?* Et in hoc datur nobis religionis exemplum, ut cum in civitatem aliquam

venimus, quod primo templum aderamus. Psal. v, 8 : *Adorabo ad templum sanctum tuum*. Item egit ut bonus medicus, qui primo obvial cause morbi. Unde origi-
tudo et causa corruptionis spiritualis a templo procedit : quia si sacerdos est corruptus, de facili corrumperetur populus. Ideo primo adivit templum, ut curatio-
nem adhiberet primo circa templum Ezech. ix, 6 : *A sanctuario meo incipe*.

Ad intellectum istorum debetis intelligere, ut legitur Exod. xii, quod omnes filii Israel semel in anno habebant comparere coram Domino ; et non debebant apparere vacui, sed debebant offerre oblationes suas. Et ita erat quod illi qui de prope habitabant, adducebant secum animalia sua, ut sic lucarentur. Item quia aliqui non habebant pecuniam, ideo habebant nummularios qui accomoda-
rent non habentibus, ut¹ sic non possent se excusare ab oblatione. Sed quia prohibitum erat quod non accommodarent ad usuram, ideo usuram non recipiebant, sed munuscula que coliba dicuntur, scilicet uvas passas, vel hujusmodi. Item quia aliqui erant pauperes, qui non poterant habere animalia grossa, nec eis credebatur²; ideo habebant ministros qui veudebant columbas et turtures, ne alicui desiceret oblatio. Unde Dominus non reprehendebat oblationes, sed cupiditatem eorum. Dicit ergo : *Et ejiciebat clementes et vendentes, ad litteram. Vendentes erant ministri sacerdotum*. Item ha-
bebant nummularios : ideo mensas num-
mulariorum exorti, et cathedras venden-
tium columbas ; idest sedilia in quibus sedeabant. Mystice in templo, idest in Ecclesia, sunt qui lueris temporalibus inhiant, qui de Ecclesia ejiciuntur : quia qui volunt divites fieri, incident in tentationem, et in laqueum³ diaboli : 1 ad Tim. vi, 9 : Nummularii possunt dici diaconi, quibus datur administratio temporalium, ut habetur Act. vi. Unde cum officium dispensacionis reterquent ad quasdam, debent ejici ab Ecclesia. Per columbam intelligitur Spiritus sanctus : unde ven-

dentes columbas sunt prelati vendentes dona spiritualia, ut ordinem, vel hujusmodi. Act. viii, 20 : *Pecunia tua tecum sit in perditionem*. Item potest exponi quod unusquisque est templum Dei. I ad Corin. iii, 16 : *Nescitis quia templum Dei estis vos?* Unde debet unusquisque expellere a se venditionem et emptio-
nem, ut non serviat Deo propter divi-
tias; item avaritiam, qua per nummula-
rios; item simoniæ pravitatem; eveltere etiam appetitum simoniæ a corde, qui per cathedralis significatur.

Sed hic est quæstio litteralis : quia ha-
betur in Joan. ii, quod ante traditionem Joannis factum fuit istud miraculum ; hic autem habetur quod imminentे passionē. Dicit Augustinus, quod his factum est istud miraculum : ideo magis sunt culpabiles, cum alias reprehensi fuisse.

Item cum esset homo despectibilis et humili, quomodo hoc potuit facere con-
tra voluntatem sacerdotum et magnorum? Hieronymus dicit, quod hoc est unum maximum miraculum quod Dominus fecerit, et quod virtus quedam radiabat a vultu suo, per quam terrebant homines quando solebat.

Et dixit eis : Scriptum est etc. Ille re-
prehendit eos : primo in hoc quod perti-
net ad dignitatem templi ; secundo per
hoc quod pertinet ad usum : *Scriptum est*, scilicet Isa. lxi, 7 : *Domus mea domus orationis est*. Expositio huius habet III Reg. viii, 27, ubi dicitur⁴ : *Cum cori carlorum capere te non possunt, quanto magis domus hanc quam ardificari tibi?* Unde non dicitur dominus Domini quia ibi corporaliter inhabitet, sed quia locus est deputatus ad orandum Deum. Sicut aliquis Dominus habet locum ubi petitiones recipit et exaudit : sic templum est locus ibi dominus vota fidelium audit. Ecclesia nostra specialiter dicitur Dominus, quia ibi habitat corporaliter in sa-
cramento Christus Deus. Psal. cxlvii, 20 : *Non fecit taliter omni nationi*. Unde Augustinus in *Regula* : In oratione nihil aliud flat, nisi ad quod deputatum est.

¹ AL. : « et. »

² AL. : « crederetur. »

³ AL. : « et laqueos. »

⁴ AL. : « unde dicit. »

⁵ AL. : « vestra. »

Consequenter reprehendit eos quantum ad usum. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum*: quia ea quae religionis sunt¹, in questum convertunt: et latrones in speluncis latitant, ut spolient transentes, et sibi aequirant quod non est suum.

Accesserunt autem ad eum caeci et claudi. Ille ponitur quod ad gloriam Christi pertinet quantum ad infirmorum curationem. Caeci vero qui in templo sunt, significant eos qui excaecati sunt per ignoriam. Isa. lxx, 40: *Palpavimus sicut caeci parvem*. Claudi dicuntur qui per vias ambulant iniquorum. III Reg. xviii, 28: *Ut quid claudicatis in duas partes?* Et isti accedunt ad Christum in templo, et sanat eos. Et congruit huic facto locus: per quod significatur quod morbi spirituales non curantur nisi in Ecclesia. Facto ostendit, quia pueri clamaverunt, supra: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Isa. xxxv, 4: *Ecce Dominus veniet, et salvabit nos. Tunc aperientur oculi eorum*².

Sequitur indignatio sacerdotum: unde dicit: *Videntes autem principes sacerdotum et scriba... indignati sunt*. De talibus dicitur II ad Tim. iii, 13: *Semper proficiunt in pejus*. Et primo ponitur reprehensio; secundo inquisitio; tertio responsio. Circum primum tria. Primo ponitur causa indignationis; secundo ponitur indignatio; tertio ponitur consulatio. Unde: *Videntes mirabilia quæ fecit, scilicet caeos illuminari etc.: et non minus fuit quod ementes et vendentes ejecit*. Illoc cum videntes, dicebant ad eum conversi: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea*: Psal. cxiiii, 129: Item videntes pueros clamantes *Hosanna etc.*, debebant moveri ad reverentiam. Supra xi, 15: *Abscondisti ea a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis*. Mar. iv, 12: *Ut videntes non videant*. Unde isti pueri laudabant; sed isti sapientes indignati sunt, et dixerunt ei: *Audis quid isti dicunt?* quasi dicherent, Non est justum quod homo purus sustineat laudari ut Deus. Act. xii, quia Herodes sustinuit ut honoraretur ut Deus,

ideo pereussus est ab Angelo, et consumptus vermis expiravit: in quo datur nobis exemplum quod si laudamur supra nos, quod non debemus sustinere. Sed ipse non poterat laudari supra se, quia ipse Deus erat. Sequitur reprobatio: et primo reprobarunt verbo; secundo facio: *Jesus autem dixit eis, Utique. Dominus valde sapienter respondet*. Intendebant quod si reprimiceret pueros, quod ipsi haberent propositum; si non, haberent accusationem ergo eum. Sed Dominus ita sapienter respondet quod nec pueros reprobavit, nec ipsi habuerunt unde calumniari possent. Unde dixit, *Utique*, audio, sed nihil contra me dicunt. Sed David dicit Psal. viii, 4: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*. Non dicit, *Dixisti*, sed *Perfecisti*: quia quod tales pueri laudant Deum, hoc est divina inspiratione: *quia Dei perfecta sunt opera*: Deut. xxxii, 4. Unde non ex industria, sed a Spiritu sancto. Sap. x, 24: *Qui linguis infantium facit disertas*.

Sed quomodo dicit infantes? Quia tales non possunt loqui, ergo nec laudare. Dico, quod non dicuntur infantes propter atatem, sed propter simplicitatem: quia a malitia immunes. Apostolus I Corinth. xiv, 20: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estate*. Item lactentes dicuntur, quia a miraculis commovebantur. In miraculis commoveri est quidem ut lac, quia lac absque difficultate bibitur; sic isti cum dulcedine per miraculum adducuntur ad fidem. Ad Ileb. v, 12: *Facti estis quibus lacte opus est, non soldo cibo*.

Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam. Ille confutat factum. Et primo factum quod sit circa se; secundo factum quod sit circa siculnæam. Dicit ergo quod *relictis illis abiis foras*. Et derelictio illa fuit signum quod ipsi derelinquerent eum. Hier. xli, 9: *Curavimus Babylonem, et non est curata*. Et transit in Bethaniam, in dominum obedientiæ; ibi enim moratur Jesus, ad Rom. vi. *Et mansit ibi*; quia in obedientiis sibi manet. Act. v, 29: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Et non solum in Bethaniam,

¹ Al. : « qui ea quæ religiosis sunt. »

sed in quemcumque obedientem. Unde Joan. xiv, 15 : *Si quis diligit me, sermonem meu m servabit.* Et sequitur : *Et mansionem apud eum faciemus.* Mane autem revertens in civitatem, esurit. Ille ponitur confutatio sub quodam figurali facto : et primo ponitur factum secundo discipulorum admiratio. Circa primum primo ponitur occasio miraculi faciendi ; secundo sterilitas arboris ; tertio maledictio ; quartus effectus. Dicit ergo : *Mane revertens in civitatem, esurit.* Per hoc significatur sollicitudo quam habebat de salute Iudeorum. Unde mane venit sicut operarius sollicitus de dicta sua, sicut supra xx, 1 : *quod simile est regnum caelorum patris familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Esurit, et corporaliter et spiritualiter : quia semper desiderat facere voluntatem Patris. Joan. iv, 34 : *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Item corporaliter. Sed quomodo ? Cum esset Deus, omnia in potestate sua habebat : unde quando volebat, jejunabat. Unde supra iv, 2 : *Jejunavit quadraginta diebus et noctibus;* seu quando voluit, esurit. Et videns fieri arborem. Sed quare magis in fine hoc miraculum fecit ? Quia arbor humidissima est. Unde quod statim aruit, evidentissimum fuit miraculum. Et significat Iudeam propter duo : tum quia fucus profert grossos, qui citius maturescunt ; et isti fuerunt Apostoli, qui maiores fuerunt. Item fructus iste sub uno cortice multa habet grana ; sicut sub una lege fuerunt multi. Et ista erat *secus viam,* idest Christum, quia in expectatione fuit, et non voluit ad viam venire. Ipse enim est via. Joan. xiv, 6 : *Ego sum via, veritas, et vita.* Et Isa. xxxvi, 21 : *Hæc via, umbulata per eam.* Venit ad eam. In Marco habetur quod venit ad videndum si aliquid inveniret.

Sed quid est ? Tunc non era tempus flumen. Dicendum, quod aliquan¹ Scrittura aliiquid ponit non quod ita sit, sed propter aliquem effectum : unde non venit ut quereret, sed venit propter suspicionem discipulorum, nunc venit propter miraculum exercendum. Venit ad

cam, quando visitavit Iudeam. Luc. I, 18 : *Visitavit nos oriens ex alto.* Ista habet folia, scilicet observantias legales. Sed non fructum. Sic aliqui quamdam speciem honestatis habent ; licet interius malum et perversi sint.

Sequitur maledictio : *Et ait illi : Numquam ex te fructus nascatur.* Videtur quod injuste egerit, quia non erat tempus finium. Item videtur quod intulerit injuriam possessori. Vide¹ quod sicut verba Domini sunt quedam figura, sic facta. Aliquando Dominus vult manifestare suam doctrinam, et tunc manifestat eam in hominibus : aliquando suam potentiam punitrificem, et tunc manifestat eam in aliis. Unde exercuit ibi potestatem, ut ostenderet quod Iudea sterilis futura esset, sicut habet Rom. xi. Sic aliquando contingit quod aliqui mali interius, exterius autem virientes, siccantur a Domino, ne alias corrumpant. I Timoth. iv, 8 : *Homines corrupti mente, et reprobi circa fidem : sed ultra non proficient.* Luc. xiii, 7 : *Ecce tres anni sunt ex quo venio quarens fructum in sicutinea hac, et non invenio. Abscede eam.* Sequitur effectus : *Et arefacta est continuo sicutinea.* Psal. xxi, 16 : *Aruit tanquam testa virtus mea quia in tempore discipulorum Judaismus aruit, et post legalia aruerunt crescente Evangelio. Et ipsi facti sunt abominabiles, terra fructiferu versa est in amaritudinem a malitia inhabitantium in ea Psal. cvi, 34.*

Et ridentes discipuli mirati sunt. Ille primo ponitur admiratio : secundo admirationis satisfactio. Dicit : *Et ridentes discipuli mirati sunt.* Sicut mirantur homines quando videtur animus bonus, et cito arescit ; sic isti mirantur quoniam tam cito aruit. Respondens autem Jesus etc. Ille satisfacit : et primo ostendens virtutem fidei : unde dicit : *Amen dico vobis.* Supra eamdem sententiam posuit ; sed hic exponit : unde dicit : *Si habueritis fidem et non hasciveritis :* quare fides firma debet esse sine hascitatione : Iac. i, 6 : *Postulete autem in fide nihil hascivitans. Non solum de sicutinea facietis.* Ipso enim per fidem inhabitat in homine, et

¹ Al. : « unde. »

operatur in homine; ideo sicut ipse facit et ille in quo habitat. *Si dixeritis monti huic, tolle et jacta te in mare, fiet.* Qui-dam dicunt, quod nunquam factum est. Dicit Hieronymus quod multa fecerunt Apostoli quae scripta non sunt. Item si non legitur ab eis factum, legitur ab aliis viris apostolicis fuisse factum, ut de quadam Gregorius narrat, ut dictum est supra. Item Dominus non dixit quod fieret, sed quod posset, si necessitas esset; sed necessitas non se obtulit. Spiritualiter per montem intelligimus diabolum. Unde si diabolo dixeritis: *Jacta te in mare,* idest in infernum, *ita fiet.* Vel *in mare,* idest in malos homines. Vel per mare superbia. Psal. lxxxix, 2: *Antequam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, a sæculo et usque in seculum tu es Deus.* Unde si dixeritis superbo: *Tolle, a justis, et jacta te in mare;* idest in malos homines. Vel per montem Christus: unde si dixeritis monti huic, idest Christo, *Tolle te,* scilicet a Judæis, et *jacta te in mare,* idest in gentiles, qui sunt mare¹ per turbulentiam. Act. xiv, 46: *Quia indignos vos reputatis aeternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.* Item tangit fidei virtutem quantum ad orationem: *quia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis.* Supra vii 7: *Petite, et accipietis.*

2. Ille reprehendunt inquirendo. Et primo ponitur inquisitio; secundo confutatio, ibi, *Respondens Jesus dicit eis.* Circa primum duo. Et primo ponuntur interrogations; secundo Christi responses. Et primo ponitur interrogatio Judæorum: secundo Christi, ibi: *Respondens autem Jesus dicit eis: interrogo vos etc.* Dicunt ergo: *In qua potestate hoc facis?* Ipse ejecerat ementes et vendentes de templo; item fecit miracula: ideo petunt in qua potestate hæc faciat. Chrysostomus dicit, quod in mundo erat duplex potestas, scilicet regia et sacerdotalis: unde quantum ad primum petunt: Unde profiteris hanc potestatem habere? Item quantum ad secundum: *Quis dedit tibi hanc potestatem?* Habes ne a sacerdote, vel a Deo? Sic enim erat quod filii suc-

deabant sacerdotibus in potestate. Quis dedit tibi? Non habes hoc a Cæsare, non a sacerdote. Unde Chrysostomus: *Omnis homo, qualis est opinio de aliquo apud eum, talen eum existimat.* Ideo quia ipsi non habebant opinionem bonam de Christo, ideo etc. Vel ad factum miraculorum potest retorqueri. Est potestas Dei, et potestas diaboli. Job xli, 24: *Non est potestas in terris quæ huic valeat comparari.* Unde in qua potestate hoc facis, Dei², au diaboli? Sed Origenes objicit, quod si in potestate diaboli faceret, non diceret. Ideo aliter exponit; qui dicit quod potestas Dei multiplex est: quædam in generali, multæ in speciali, ut quædam ad hoc, quædam ad illud. Unde petunt in qua potestate, idest in quo gradu potestatis, ut de prophetis. Quidam enim habuerunt unam potestatem, quidam aliam. Secundum Chrysostomum, quando aliquis interrogat ut diseat, tunc ei respondenda est veritas; sed quando ut tentet, tunc reprehendendus est, et confutandus. Sic Dominus, quia sciebat quod tentabant, dixit: *Interroga vos et ego unum sermonem.* Baptismus Joannis unde erat: *e caelo, an ex hominibus?* Baptizavit Petrus, nec dicitur baptismus Petri: et baptizavit Joannes, et dicitur baptismus Joannis: quia in baptismo Joannis totum factum erat hominis: sed in baptismo Petri remittebantur peccata, quod per hominem fieri non poterat. Joan. i, 33: *Ille super quem videris spiritum descendenter et manentem super eum, ille est qui baptizat in Spiritu sancto:* Licet enim Joannes baptizaret, non tamen a se: unde Joan. i, 33: *Ipse qui me misit baptizare in aqua, dixit mihi etc.*

Consequenter agitur de responsionibus. Et primo de responsione Judæorum; secundo de responsione Christi. Verum est quod minores crediderunt; sed Pharisæi indignatisunt: ideo si dicerent quod ex hominibus, sequeretur corum confusio. Item omnes habebant Joannem sicut prophetam. Supra xi, 7: *Quid existis in desertum vide-re? etc.* Et respondentes dixerunt, *Nesciu-mus.* Mentientur. Psal. xxvi, 12: *Men-tita est iniqüitas sibi.* Consequenter ponit-

tur responsio Christi : *Nec ego dico vobis.* In quo habetur exemplum, quod qui non vult dicere quod scit, quod Dominus abscondit alia ab eo : unde Sap. vii, 13 : *Sine fictione didici, et sine invilia communio.*

Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios etc. Supra Dominus inquisitionem repressit sua interrogatione ; hic inquirentes redarguit : et primo de inobedientia, secundo de malitia : et hoc, secundum duas parabolas, quarum secunda aliam exponit et declarat. Circa primum duo. Primo ponit parabolam : secundo expositionem, ibi, *Dicit illis Jesus etc.* Circa primum tria. Primo committit audientibus iudicium ; secundo narrat factum ; tertio requirit sententiam. Dicit : *Quid vobis videtur?* Magnum est testimonium pro eo quod iudicium adversariis committit. Job vi, 29 : *Responde, obsecro, absque contentione, et quod justum est iudicate.* Deinde proponit factum : *Homo quidam habebat duos filios.* Iste homo, Deus est ; duo filii sunt duo populi. Eccli. xxxiii, 15 : *Intuere in omnia opera Altissimi, duo contra duo, num contra unum.* Vel duo genera hominum, justi et peccatores. Non dicuntur justi quicumque, sed qui profitentur so justos ; et peccatores non quicumque, sed qui paenitentiam agunt. Vel isti duo filii sunt clericis et laici. Agitur ergo de obedientia : et primo ponitur mandatum ; secundo recusatio ; tertio impletio. *Et accedens ad primum.* Primus est populus gentilium, qui incepit a Noe, sicut populus Iudaorum ab Abraham. Item primus dicitur *gens laicorum,* quia clericis sunt propter laicos ad informandum eos. Unde accessit ad primum, idest ad populum gentilem per internam inspirationem, vel per manifestationem Angelorum. *Dixit, Fili, vade operari hodie in vineam meam.* Vinea Dei justitia est. Operare ergo in vinea, idest opera fac justitiae. Et dicit, *Hodie, quasi per totum tempus vite tuae.* Et quando dixit ? Quando interius inspiravit dando lumen rationis. Psal. iv, 6 : *Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?* Signatum est super nos lumen rutilus tui Domine. Consequenter ponitur recusatio :

Ille autem respondens ait, Nolo. Hoc nihil aliud est quam contemnere mandata Dei. Joh. xxi, 14 : *Scientiam viarum tuarum nolumus.* Post sequitur adimpletio : *Postea autem paenitentia motus, abiit.* Hier. xxxi, 19 : *Postquam convertisti me, egi paenitentiam.* Sequitur inobedientia secundi ; et primo ponitur mandatum ; secundo transgressio. Dicit : *Accedens ad alterum, hoc est Iudaicum populum, vel ad clericum,¹ vel qui justos se dicunt, dixit similiter.* At ille respondens ait, *Eo domine.* Profiteret justitia se servaturum. Unde dicit populus Iudaicus Exod. xxiv, 35 : *Omnia quacumque praeceperit Dominus faciemus.* Sic etiam dicunt clerci, et quicunque religiosi. Unde promisit ire. *Et non ivit.* Malach. ii, 8 : *Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos; irruisse fecistis pactum;* dicit Dominus exercituum. Tunc expedit sententiam : *Quis ex duabus voluntatem fecit patris?* Primus non promisit, sed fecit ; secundus promisit, sed non fecit. *Quis ex istis fecit voluntatem patris?* Respondent, et dicunt ei, *Primus :* quia melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere : Eccli. v, 4. Et II Pet. ii, 21 : *Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitionem retrorsum arbire:* est enim ibi duplex peccatum ; peccatum inobedientiae, et transgressio voti. Consequenter adaptat parabolam : et primo ponit preeminentiam Gentilium ad Judeos, vel laicorum ad clericos ; secundo rationem assignat. Dicit illis : *Amen dico vobis, quod publicani et meretrices praecedent vos in regno Dei.* Simile dictum est supra xx, 16 : *Et erunt noveissimi primi.*

Chrysostomus querit quare magis ponit publicanos et meretrices quam alios. Respondeat, quod per publicanos intelligit peccatores. Peccatum publicanorum est avaritia : quia cum tributa recipiunt, multa sibi acquireunt, et ultra quam communis sit sibi, rapunt. Sed peccatum hominum est avaritia ; peccatum mulierum est luxuria, cum sint otiosae ; et multa mala docuit otiositas. Ezech. xvi, 46 : *Huc fuit iniustus Sodomae, abundantia panis, et otium.*

¹ Al. deest : * vel ad clericum. *

Præcedent vos in regno Dei; idest, magis appropinquant ad regnum. Supradictum, 41: *Viri Ninivitæ præcedent vos etc.* Sequitur ratio. Et primo dicit, quod Iudei inobedientes fuerunt; secundo quod publicani obedierunt; tertio quod non secuti sunt eum. Dicit: *Venit Joannes ad vos in via justitiae*, quia in justitiae viam duxit: vel *in via justitiae*, quia viam justitiae observavit, scilicet viam penitentiarum, et non credidistis. Dicebant enim ei Joan. i, 21: *Elias es tu?* Et cum dixisset, Non, dixerunt: *Quid ergo baptizas?* Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Ethoc habetur supra in, quod venerunt ad Joannem ut baptizarentur. *Vos autem videntes*, alios scilicet converti, et implere quod mandaverat, nec penitentiam habuistis, ut postea crederetis ei. Ille enim est pessimus qui de facto suo non penitit. Hierem. viii, 6: *Nullus est qui agat penitentiam de peccato suo, dicens, Quid feci?*

Aliam parabolam audite. Dominus interrogaverat de baptismo, et noluerunt respondere; modo autem occulte interrogat ut non percipiant: ideo disserit parabolam, et facit duo. Primo ponit parabolam; secundo exquirit eorum sententiam, ibi, *Cum ergo venerit dominus vineam, quid faciet agricolis illis?* Circa primum duo. Primo ponitur beneficium exhibitum; secundo ponitur requisitus recompensationis, ibi, *Cum autem tempus fructuum appropinquasset etc.*; tertio ponit ingratitudinem, ibi, *Et agricolæ apprehensis servis ejus etc.* Circa primum tria. Primo ponitur plantatio vinearum; secundo ejus ornatio; tertio ejus locatio. Dicit ergo: *Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam etc.* Simile ponitur Isa. v, 1, ubi dicitur: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Ille autem dicit quod paterfamilias plantat vineam. Dicunt aliqui quod ibi invehitur contra vineam: unde dicit ibid. iv: *Quid ultra debui facere vineæ meæ?* hic autem contra agricultoribus. Ideo dupliceiter exponitur secundum Hieronymum et Chrysostomum. Vinea dicitur populus Iudeus. Isa. v, 7: *Vinea Domini, dominus Israel est.* Quod contra

agricolas: quia quantum ad præsens hujus malitia non processit ex populo, sed ex principibus. Joan. vii, 48: *Nunquid aliqui ex principibus crediderunt in eum?* Ideo non contra vineam. Haec vinea non est dominus Iudei, sed justitia Dei, que oculite tradita est in sacra Scriptura: unde dicit: *Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam*, idest populum Iudeum. Psal. lxxix, 9: *Vineam de Egypto transtulisti.* Vel justitiam posuit in doctrina legis. *Et sepem circumdedit ei*, ad protectionem vineæ: unde quae ponuntur ad custodiæ, sive sint orationes sanctorum, vel custodia Angelorum, dicuntur sepes. Unde Osœc ii, 6: *Sepiam viam tuam spinis.* Si autem vinea dicatur justitia, sepe dicit oculta verba Scripturae. Secundum enim mysticum intellectum occulta Scripturae non sunt pandenda cuiilibet: quia non est sanctum dandum canibus, supra vn. *Et fodit in ea torcular.* Torcular ponitur ut exprimatur vinum caritatis. Si intelligatur per vineam Iudeus populus, intelligitur per torcular altare holocaustorum. Item intelliguntur martyres, qui pro fide sanguinem fuderunt. Isa. lxii, 3: *Torcular calcavi solus.* Vel potest etiam intelligi ordo prophetarum, in quibus vinum sapientiarum est expressum. Vel potest dici profunditas sacrae Scripturae. Item totus fructus vinearum congregatur in torculari; sic quidquid potest animus, totum debet congregare ad laudem Dei. *Et ædificavit turrim.* Per turrim templum intelligitur. Michæe iv, 8: *Et tu turris nebulosa gregis, usque ad te veniet potesta prima.* Vel cognitio Dei. Proverb. xviii, 10: *Turris fortissima nomen Domini.* Consequenter de locatione: *Et locavit eam agricultis;* idest, super certa mercede constituit. Agricultæ sunt Moyses et Aaron, qui gubernaculum habuerunt. Job xxxi, 39: *Si afflisi animam agricultarum ejus.* Gregorius: Qui præponunt populo. *Profectus est peregre*, Dominus, non mutando locum, sed hominem in suo arbitrio relinquendo. Eccli. v, 14: *Deus ab initio creavit hominem, et reliquit eum in manu consilii sui:* idest, suo arbitrio dimisit.

¹ Al.: « procreationem. »

Unde dicitur peregre proficisci, quando non ad quameumque culpam penam infligit. Vel non ita manifesto apparuit sicut prius, scilicet cum apparuit in rubo. Exod. iii. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset*. Quicunque facit aliquem fructum, expectat beneficium; et sic Dominus expectat ut reddatur ei beneficium ad suam gloriam. Quantum ad unum hominem, fructus non est in pueritia, sed in plena aetate: unde cum venit ad adolescentiam, tunc petit fructus. Sic cum populus fuit plantatus, et lex data, petuit fructum; et non cognoverunt eum. Hier. viii, 7: *Milvus in caelo cognovit tempus suum; populus autem meus non cognovit iudicium Domini. Misi servos suos*, idest prophetas, *ad agricolas*, idest ad Iudeos, *ut acciperent fructus ejus*; idest, ut inducerent homines ad bene agendum. Infra xxiii, 34: *Misi ad vos prophetas, sapientes, et scribes, et ex illis occidetis etc.* Post hoc agitur de malitia: et primo quantum ad primos; secundo quantum ad secundos; tertio quantum ad tertios. Et *agricolae, acceptis servis ejus, alium occiderunt*, ut Michaeam, *alium occiderunt*, ut Isaiam, *alium lapidaverunt*, ut Naboth. Ilebr. xi, 37: *Lapidati sunt, secti sunt, in occasione gladii mortui sunt. Iterum misit alios*: item singulariter misit prophetas, ut Moysen, et Aaron, et alios; sed post tempora David misit multos cuneos prophetarum: vult enim Dominus pugnare misericordiam suam contra malitiam eorum. Unde: *Et fecerunt eis similiter*. Dent. xxxi, 27: *Vos semper contentiose contra Dominum egis-*

¹ Al.: « item. »

² Al.: « quare. »

(*) Juxta S. Thomam, 3, q. xlvi, a. 5, in populo Iudeorum duo erant, minores, dumtaxat scientes que sunt de necessitate salutis, et maiores, qui cognoverunt Christum esse prophetam a Deo promissum et missum, ex scripturis que de tempore et de signis adventus ipsius loquuntur. Non tamen ipsum Christum cognoverunt esse deum.

Matthias Dorinek tenet quod maiores Iudeorum cognoverunt Christum esse Deum:

1. Quia Christus ait, Iohann. xv: *Nunc autem videtur et oderunt me et Patrem meum*. Quod autem videtur, manifesto cognoscitur.

2. Quia super haec verba: *Agricole ridentes plim dicunt intra se: hic est heres*, Hieronymus dicit: manifeste probat dominus his verbis Iudeorum Principes non per ignorantiam, sed per invidiam Dei Filium crucifixisse.

tis. Sequitur tertio: *Novissime autem misit ad eos filium suum etc.*, quod fuit malitia consummata. Et tria facit. Primo ponitur misericordia domini; secundo malitia eorum; tertio executio pravi propositi. *Novissime autem misit ad eos filium suum*. Ad Ilebr. i, 1: *Multifarie multisque modis olim Deus loquens patriarchis in prophetis, novissime locutus est nobis in Filio. Misit ad eos filium suum, dicens: Forte cerebuntur filium meum.*

Sed quid est quod dicit, *Forte?* Numquid ignorabat ipse? Hieronymus dicit, quod iste modus loquendi dubius significat libertatem arbitrii, ut ostenderet quid futuri essent: quia qui non honorificat filium, non honorificat patrem. Vel dicit sic, quia aliqui reveriti sunt eum.

Consequenter ponitur propositum malitia: et primo ponitur requisitio; secundo propositum; tertio malitia. *Agricole autem ridentes filium, dixerunt intra se: Hic est heres: venite, occidamus eum, et habebimus hereditatem ejus*: ipse enim filius vere heres est patris, quia quod petit obtinet. Ps. n, 8: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam*. Item est heres quia² quemcumque habet pater, habet et ipse: non enim dicitur heres sicut aliquis aliis qui decedente patre habet hereditatem: sed quia semper quod est patris, ipsius etiam est.

Sed contra. *Si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent*. I Corinthi. n, 8. Verum est, si cognovissent vere; sed cognoverunt per conjecturam³.

3. quia scriptura expresse loquitur de Divinitate Christi. Jerem. xxi: *Ecos dñe venient, etc.*, in qua auctoritate, ubi ponitur « Dominus » habetur in Hebreo nomen: « Tetragrammaton » quod nullo modo potest dici, nisi de vero Deo. Item. Iesai. ix: *vocabatur Deus fortis, etc.*, quae auctoritas, etiam secundum Hebreos, intelliguntur de Christo, in qua ita expressa mentio de ejus divinitate.

S. Thomas respondet expresse, 3, q. xlvi, a. 5, quod et auctoribus non refertur ad divinitatem neque ad personam Christi, sed ad invenientiam quam ante Iudeos fecerat, unde nunc dicit: *Viderit me, sed simpheter: viserat*, scilicet opera; unde ex invidia et odio processit quod cum non cognoverunt eum Filium Dei.

Ad secundum respondet S. Doctor, quod Principes cognoverunt Christum esse Iherusalem, et filium Dei per excellentiam gratiae singularis, non per naturam: non enim poterant mente concipere

Sequitur propositum : *Venite, occidamus eum.* Sap. ii, 20. *Morte turpissimum condemnemus eum.* Et quod est propositum ? *Habebimus hereditatem ejus.* Seiebant enim ex lege quod debebat dominari super Iudaicum populum : unde timabant ne imponeret super eos jugum legis, et traditiones eorum destrueret : ideo noluerunt pati jugum Christi : unde passi sunt jugum Romanorum. Unde Joan. xi, 48 : *Ne forte veniant Romani, et tollant locum nostrum et gentem.* Consequenter ponitur executio : *Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, et occiderunt :* quia extra portam civitatis crucifixerunt eum, et sic quasi alienum a vinea occiderunt. Isa. lxi, 7 : *Quasi oris ad occasionem ductus est.* Quod eum extra vineam ejecerunt, habetur in Joan. iv, quod quicunque confiteretur nomen Christi, fieret extra synagogam. Consequenter requirit eorum sententiam : *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Ita subtiliter petit Dominus ut judicent contra se, sicut Nathan fecit David, quando peccavit cum Bersabee. Ponitur sententia : *Malos male perdet,* idest perditione in praesenti¹ et in futuro. Et dicunt, *Male,* idest acerbe. Supra vii, 2 : *In ea mensura qua mensi fueritis, remetetur vobis.* Sap. vi, 7 : *Potentes potenter tormenta patientur. Malos male perdet, et vineam suam, idest populum suum, locabit alii agricolis,* idest Apostolis, qui reddant fructum temporibus suis. Ps. i, 3 : *Et erit tanquam lignum quod plantatum est seclus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Job xxxiv : *Conteret multos et innumerabiles; et stare faciet alios pro eis.*

Et hic est quæstio quare in Marco Dominus respondit ; hic Judæi. Solutio.

quod crucigerent eum, si ipsum esse Filium Dei per naturam cognoverant.

Ad tertium respondetur quod licet scriptura sacra quae mentionem expressam de Divinitate Christi faciunt, sint secundum verum intellectum ratis evidentes fidibus ad ejusmodi mysterium ostendendum, ex illis tamen non sumitur efficax argumentum ad hoc quod Principes Iudeorum tale mysterium de divinitate Christi cognovissent, quia hoc mysterium in tantum capacitate humanaum excedit, quod raro vel nunquam sine auxilio Dei speciali intelligi potest. Unde premissas auctorii-

Dico, quod primo dixit Dominus, postea ipsi dixerunt. Item Lue. xx, habetur quod cum Dominus hoc diceret, ipsi dixerunt, Absit. Responso vera est : quia primo ipsi dixerunt ; post intelligentes quod contra eos esset, dixerunt, Absit. Item verum est quod principes dixerunt. Et quamvis perciperent quod contra eos esset, non contradicebant ; sed populus dixit, Absit.

Dicit illis Jesus. Ille ponitur confirmatio : et primo ponitur auctoritas ; secundo expositio. Dicit : *Nunquam legislisti in scripturis istud legitimur in Ps. cxvi, 22 : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Et ponit quatuor. Primo ponit reprobationem ; secundo dignitatem ; tertio causam ; quartu admirationem. Dicit : *Lapidem etc.* Lapis Christus est, qui dicitur lapis ex multis similitudinibus. Isa. xxviii, 16 : *Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem angularem etc.* Ædificantes sunt Apostoli. Unusquisque videat quomodo ædificet. Unde lapis quem reprobaverunt, idest ejecerunt, *hic factus est,* idest constitutus, *in caput anguli,* idest in caput Iudeorum, et Gentilium. Unde ipse factus est caput Ecclesiae. Sed possent dicere : Ipse fecit se caput : ideo dicit : *A Domino factum est istud.* Psal. cxvi, 16 : *Dexteræ Domini fecit virtutem etc.* Et qualis est ista exaltatio ? *Et est mirabile in oculis nostris.* Heb. i, 3 : *Aspicite in gentibus, et rideite et admiramini, et obstupescite : quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur.* Tanta enim fuit dignitas quod non factum² fuisset nisi gratia Dei fecisset. Ad Eph. ii, 8 : *Gratia estis salvari a Christo.* Consequenter exponit, et ponit duas conclusiones. Primo quod dictum est de parabola ; secundo sumitur de hoc

tates Majores Iudæorum varie poterant expondere non valentes tantam excellentiam capere, nisi quibus fiescat divina de eo revelatio. Poterant enim putare quod essent intelligentes similitudinariae, sicut cum Deus in scriptura sera appellatur leo vel agnus. Mysterium Incarnationis Christi expressius ponitur in novo Testamento quam in veteri, et tamen multi heretici totum novum Testamentum recipientes, illud præ suis erroribus exponunt, et aliqui negant divinitatem in Christo, ut Arius.

¹ AL. : « perditione præsenti. »

quod dictum est in anoritate. Dicitur ergo : *Ideo dico vobis, quod auferetur a vobis regnum, idest sacra Scriptura, quia amitteritis intellectum sacrae Scripturæ. Joan. xii, 40 : Excavavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et concertantur, et sanem eos.* Vel prælationem super Ecclesiam fidelium, quia translata est gloria eorum. *Et dabitur genti facienti fructum ejus. Isa. lv, 4 : Ecce testem populi dedi eum, ducem ad præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes quæ te non cognoverunt, ad te current.* Sed quomodo datus est eis? Superius dictum est, quod locavit; hic autem quod datur: quia cum non facit fructum, dicitur conductus, sive mercenarius; sed cum datur, tunc fructum facit. Ponit duplēcēm pœnam. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur.* Exponitur secundum Hieronymum, sic. Ille cadit super lapidem Christum qui' fidem tenet de eo, idest de Christo; sed cadit per peccatum, quod

contra eum facit. Ideo peccatores cadunt, quia non habent caritatem. *Super quem vero ceciderit, conteret eum.* Cadit autem Christus super infidelibus. Haec est differentia: quia quando vas cadit super lapidem, non confringitur vas propter lapidem, sed propter modum casus, secundum quod magis cadit ab alto; sed quando lapis cadit supra vas, confringit illud secundum magnitudinem lapidis. Sic homo cum cadit super lapidem Christum, tunc confringitur secundum magnitudinem peccati; quando vero fit infidelis, totaliter conteritur. Vel aliquis cadit super lapidem, quando proprio arbitrio peccat; sed tunc scilicet lapis super eum cadit, quando Christus punxit eum; et tunc totus comminuitur. Psal. xvii, 43: *Commīnūam eos sicut pulvrem ante faciem venti.* Sequitur tempus malitia. *Et cum audissent, cognoverunt quod de ipsis diceret.* Et sequitur malitia: *Et volentes eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut prophetam cum habebant.* Et planum est.

C A P U T V I G E S I M U M S E C U N D U M

4. *Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis dicens: Simile factum est regnum colorum hominum regi qui fecit nuptias filio suo: et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nolabant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et alitiae occisia sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt; et abiérunt, aliis in villam suum, aliis vero ad negotiationem suam; reliqui vero temerarii servos ejus, et contumeliosi affectos occiderunt. Rex autem eum audiisset, iratus est; et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem parata sunt; sed qui invitati erant non fuerunt digni. Re ergo ad exitus viarum, et quosecumque invenerit, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, angulos et homines: et impletæ sunt nuptiae discemponentium. Intravit autem rex ut videoit discemponentes, et vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali: et ait illi: Amice, quoniodem huc intrasti non habens uestem: nupcialēm? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manus eius et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit flatus et stridor dentium. Multi eniā sunt vocati, panes vero electi.*

2. *Tunc eniā Pharisœi consilium inierunt ut*

caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodiani, dicentes: Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo: non enim respicias personam hominum. Dixi ergo nobis quid tibi velutur: Licet ne censum dari Casari an non? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid mihi tentatis, hypocriti? Ostendite mihi numinis census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus: Cuius est in imagine hoc et superscriptio? Dicunt ei, Casaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Casaris, Casari, et que sunt Dei, Dei. Et audientes mirati sunt, et relieto eo abiérunt.

3. In illo die accesserunt ad eum Sadducei qui dicunt non esse resurrectionem, et interrogaverunt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit, si quis moriens fuerit, non habens filium, ut dicat frater ejus uxorem illius, et suscitetur semen fratris suo. Erant autem apud nos septimi fratres: et primus uxore ducta defunctus est, et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium et unius defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uester? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Jesus ait illis: Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque inveniunt neque inveniunt, sed erunt

¹ Al. : « quando. »

sicut Angeli Dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicens vobis : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac et Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes turba mirabantur in doctrina eius.

4. Pharisæi autem audientes quod silentium impoſuerat Sadduceis, convenierunt in nimis, et interrogavit eum unus ex iis legis doctor tentans eum : Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus : Diliges Dominum Deum tuum ex te corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua : hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et propheta. Congregatis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus, dicens : Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dieunt ei : David. Ait illis : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixi Dominus Dominus meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? El nemo poterat ei respondere verbum ; ueste ansus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

4. Dictum est supra, quod Christi persecutores provocati sunt ad occidendum eum tribus de causis : ex ejus gloria, ex ejus sapientia qua confutabat eos, ex ejus justitia qua arguebat eos. Qualiter autem provocati sunt ex gloria Christi, dictum est : nunc autem dicendum qualiter ex sapientia. Et primo in quantum eorum damnationem præmonstrat ; secundo in quantum disputando confitat, ibi, *Tunc abeuntes Pharisæi consilium inicrunt ut caperent cum in sermone.* In ista parabola, in qua determinatur de reprobatione Judæorum et vocatione gentium, primo ponitur instructio nuptiarum ; secundo de vocatione Judæorum, et recusatione ; tertio de vocatione gentium. Scwnda ibi, *Et misit servos suos vocare invitatos.* Tertio, ibi, *Tunc ait servis suis etc.* Dicit ergo. *Et respondens Jesus dixit.* Cui respondit? Non est dictum quod alieni loqueretur. Sed eum tenere volebant : ideo non verbis, sed malitia eorum respondit ; ideo in parabolis dicit eis. *Simile est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.* Ille ponitur parabola de nuptiis, et similis parabola ponitur Luc. xiv. Et non videtur eadem, secundum Gregorium : quia ibi sit mentio de cœna, hic de nuptiis.

Item nullus exclusus est ab illa cœna, hic autem est aliquis exclusus : unde alia est parabola. Per illam convivium coeleste intelligitur, per istam convivium quod fit in terra. Et ideo illud dicitur cœna, quia ab eo nullus excluditur, ab isto aliquis excluditur. Potest dici, secundum aliquos, quod eadem est parabola, quia antiquitus prandium et cœna idem appellabatur : quia non solebant comedere homines nisi¹ usque ad nonam. Vel potest dici, quod Lucas dicit quod Matthæus tenuit. Sed credo, quod alia est. Circa istam videamus, quis est iste homo rex. Et dicitur quod iste est Deus, et intelligitur persona Patris, quia dicit, *Filio suo.* Sed quare dicit, *Homini regi?* Ratio est, ut dicit Origenes, quia rex dicitur a regendo. Nos autem non possumus nec sumus capaces regni ejus secundum quod est, sed regit nos secundum modum nostrum. Deuter. xxxii, 2 : *Sicut aquila provocans pullos ad volandum.* Et ideo dicitur, *Homini regi,* quia regit nos humano modo. Sed cum videbitur sicuti est, tunc erit rex, quia tunc secundum se reget. Unde Apostolus, I Corinth. xiii, 12 : *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Dicit : *Simile est regnum caelorum homini regi.* Sicut enim in regno sunt multa, est enim rex, regnum², et qui servinut; sic in illo regno ; ideo simile est homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Filius est Christus, de quo dicitur I Joan. ult., 20 : *Ut simus in vero Filio ejus.* Ille est verus Deus, et vita æterna. Quæ sunt istæ nuptiae quadrupliciter potest exponi. Primo per unitatem naturæ humanæ ad divinam, ut humana natura sit sponsa. Thalamus fuit uterus Virginis. Psalm. xviii, 6 : *Ipse enim tanquam sponsus procedens de thalamo suo³.* Et hæc expositio habet aliquid dubietatis : quia posset credi quod non⁴ alia esset persona Patris, alia Filiæ. Unde potest dici quod iste sponsus est Verbum incarnatum, sponsa Ecclesia : unde Apostolus Eph. v, 32 : *Sacramentum hoc magnum est : ego autem dico in Christo et Ecclesia.* Item ipsius Verbi ad

¹ Al. deest : « nisi. »

² Al. : « regnum. »

³ Al. : « sponsus de thalamo. »

⁴ Al. deest : « nou. »

animam nostram. Fit enim anima particeps gloriae Dei per fidem; et sic fiunt nuptiae nostrae. Oseea 11, 20 : *Sponsabote in fide*. Item nuptiae erunt in communione resurrectionis. Iujus autem resurrectionis Christus est via. Joan. xiv, 6 : *Ergo sum via*. Tunc erunt nuptiae, quando mortale nostrum absorbebitur¹ a vita, ut habetur I ad Corinth. xiii. Sed si loquamur secundum Gregorium, oportet exponere de presentibus, secundum quod Ecclesia Christo et anima nostra Deo per fidem desponsatur.

Sequitur de vocatione Judæorum : et primo ponitur duplex vocatio; secundo excusatio, ibi, *illi autem neglexerunt etc.*² Circa primum duo facit secundum duas vocationes; unde dicit: *Et misit servos suos vocare invitatos*. Et secundum quod dicit ibi Origenes: duplex ex ibi littera: quia quadam littera habet, *Misit servum suum*; quadam, *Servos suos*. Si sit littera, *Servum*, sic tria sunt consideranda. Primo invitatio; secundo vocatio; et tertio alia invitatio. Fuerunt ergo Judæi invitati in patriarchis: unde dictum est Abrahæ Gen. xxii, 18: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Ad Galat. iii, 7: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus etc.* Primum fuit missus Moyses. Num. xii, 6: *Non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est*. Et sequitur: *Quare non timuistis eum? Et nolebant venire*. Deuter. xxxi, 27: *Adhuc vivente me, et egrediente roboscum, semper contentiose egistis erga Dominum*. Secunda vocatio est per prophetas, de quibus Amos iii, 7: *Non faciet Dominus verbum nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas*. Vel potest esse littera, *Servos*; et tunc per primos significantur prophetæ, quibus semper Iudei rebellies fuerunt. Aector. vii, 51: *Vos semper Spiritui sancto restitistis*. Per secundos Apostoli, quibus dictum est supra x, 5: *In riam gentium ne abieritis*. Vel per primos prophetas, primos Apostolos; per secundos, successores Apostolorum.

Iterum misi talios servos. Ille ponitur

alia invitatio: et ponitur augmentum benignitatis ex parte invitantis, et augmentum malitiae ex parte excusantis. In prima vocatione nihil promisit; in ista vero promittit, quia dicit: *Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi*. Istud prandium est spiritualis refectio. Prov. ix, 2: *Sapientia immolavit victimas, miscuit vinum, et posuit mensam suam, misit ancillas ut vocarent ad arcem*. Tauri mei et altitia mea occisa sunt. Et hoc dictum potest exponi, secundum Originem, quod³ est dispositio sapientiae Dei. Tauri dicuntur rationes fortes. Isa. viii, 2: *In forti manu sua erudit me*. Altilia dicuntur quasi alita bene. Altilia dicuntur proprie aves saginatae, que nutruntur et impinguantur et significant subtiles sensus; et sunt saginatae quando sacris sensibus multiplicantur, quibus anima saginatur. Psal. lxii, 6: *Sicut ex alijs et pinguedine repletatur anima mea*. Quicquid enim necessariorum est, invenitur in sacra Scriptura. Ideo omnia sunt parata. Psal. xviii, 8: *Lex Domini immaculata convertens animas*. Haec est invitatio Sapientiae. Prov. ix, 3: *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod misericordia vobis*. Vel significat refectiōnēm spiritualem. Per tauros significantur exempla sanctorum, que Dominus preparavit in exemplum, Iac. v, 10: *Accipite in exemplum exitus mali et longanimitatis et laboris et patientiarum prophetas*. Unde tribulationes sanctorum ponit in exemplum. Secundum Gregorium, per tauros significantur patres veteris testamenti: quia taurus ferit cornibus, et in tempore patrum semper quereretur vindicta, et præcipiebatur oculum dari pro oculo. Per altilia patres novi testamenti, qui omnia dimiserunt pro Christo, et impinguantur sapientia Dei, occisi propter Deum; et utrique occisi sunt. *Omnia parata sunt, venite ad nuptias*. Passus est Christus, aperuit celos, misit Apostolos. Vel per tauros intelliguntur sacerdotes veteris testamenti, quia taurus est animal immolatissimum; per altilia prophetæ qui impinguati sunt sapientia Dei. Sed

¹ Al.: « absorbetur. »

² Al. Rex autem etc

³ Al. omittitur: « quod. »

⁴ Al.: « præcipiebat. »

illi, scilicet indurati in malitia, *neglexerunt*. Quidam dimittunt ex negligencia, quidam autem ex malitia, qui persequebuntur prædictores : unde dixit : *Illi autem neglexerant. Et quæ fuit causa? Quia aberunt unus in vineam¹ suam, alius ad negotiationem suam.* Videbantur habere justam causam exteris; sed Dominus non recipit: quia nulla temporalia debent detinere devenerendo ad Deum. Secundum Hilarium, per hoc quod dicit, *In vineam suam*, significat appetitum humane gloriae : Joan. xii, 43 : *Bilexerunt magis gloriam hominum quam gloriam Dei.* Hier. v, 4 : *Ego autem dixi : Forsan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, et judicium Dei sui.* Per hoc quod dicit, *Alius in negotiationem suam*, signatur appetitus avaritiae. Hier. 6, 13 : *A majori usque ad minorem omnes avaritiae student.* Secundum Chrysostomum, quidam habent occupationem laborando propriis manibus, alii in negotiationem, idest in proprium officium suum. Sequitur : *Reliqui vero tenuerunt servos suos*, idest Apostolos, et contumelii affectos occiderunt : quia multos occiderunt ex veteri et novo testamento. Unde infra xxiii, 34 : *Mitto ad vos sapientes et scribas, et ex illis occidetis etc.* Et non facit hic mentionem de morte sua, sed solum discipulorum : quia satis superius fecerat mentionem.

Tunc sequitur punitio eorum : *Rex vero cum audisset iratus est etc.* Supradictum posuit paenam spiritualem; hic autem ponit temporalem; unde supra diebatur, *Homini regi;* hic autem dicitur, *Rex :* Quia nomen hominis ad pietatem pertinere videtur, regis² vero ad punitiōnem; ideo hic solum dicitur rex. Sap. xiv, 17 : *Hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod longe essent, a longinquā figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt : ut illum qui aberat tanquam præsentem colerent sua sollicitudine.* *Rex autem iratus.*

Notandum, quod quando ira attribuiatur Deo, non commotionem significat,

sed vindictam: quia irati punire solent, unde ira punitio vocatur³. Quod est notandum contra hereticos, quia solent obiecere, Deum veteris testamenti non esse bonum, quia præcipit punitiones etc.

Unde missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Exercitus sunt spiritus Angelici, vel cives romani qui sub Tito et Vespasiano occiderunt multos. Psal. xxiii, 1 : *Domini est terra et plenitudo ejus. Et civitates illorum succedit, quia combustae sunt.* Isa. 1, 7 : *Civitates vestras ignis comburet.* Vel potest mystice intelligi, scilicet corpora eorum, vel congregaciones hereticorum.

Sequitur vocatio gentium, et ponitur examinatio: et tria facit. Primo ponitur mandatum; secundo excentio; tertio effectus. Secunda ibi, *Et egressi servi ejus etc.* Tertia ibi, *Et impletæ sunt impunæ discubentium.* Circa primum duo facit. Primo assignat rationem præcepti; secundo ponit præceptum. Dicit ergo : *Tunc ait servis suis : Nuptiæ quidem paratae sunt; sed qui invitati erant non fuerunt digni.* *Nuptiæ quidem præparatae sunt;* idest, Filius incarnatus est, secundum illud Isa. v, 4 : *Quid ultra potui facere tibi, vinea mea?* Sed qui fuerant invitati, indigni fuerunt idest, indignos se reddiderunt. Et quomodo? Sic ut dicitur ad Rom. x, 3 : *Ignorantes Dei justitiam, et suam volentes statuere, iustitiae Dei non sunt subjecti.* Et Act. xiii, 46 : *Sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicastis vitæ eternæ, ideo converterim ad gentes.* Unde per delictum Iudeorum salus facta est gentibus. Apoc. vii, 11 : *Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam.* Sequitur mandatum : *Ite ergo ad exitus viarum etc.* Per vias intelliguntur diversa dogmata, quia ista sunt viæ quædam, quæ ducent nos ad veritatem. Gentiles sunt in exitibus dogmatum. Unde ite ad exitus viarum, idest ad illos qui hærent erroreis dogmatibus. Vel aliter Isa. ix, 2 : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidi lucem.* Unde per vias intelliguntur actiones bonaæ, de quibus Proverb. iv, 27 : *Vias quæ a dextris*

¹ Pro villam. — ² Al. : « rex. »

³ Al. : « vocabatur. »

sunt, novit Dominus : per exitus, quaecumque possunt concurrere ad actiones. Et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Unde infra ult., 19 : *Ite, docete omnes gentes etc.*

Sequitur executio *Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes.* Marc. ult. 20 : *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante.*

Sed quid est quod dicit, *Bonos et malos?* Potest dici, quod illos qui primo mali, et post boni. Vel potest dici cum dicit, *Bonos et malos,* quod loquitur comparative, quod inter illos aliqui sunt boni secundum virtutes civiles. Vel *bonos et malos* quia postquam congregati fuerint, commiscentur boni et mali.

Et impleta sunt nuptiae discubentium, idest fidelibus. Supra xiiii, 48, simile ponitur : *Quam cum impleta esset, edentes, ei secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* *Intravit autem rex etc.* Illic ponitur examinatio congregatorum : et primo ponitur examinans ; secundo examinatio ; tertio condemnatio. Examinans intravit : intrat enim quando exerce judicium super eos. Gen. xviii, 21 : *Intrabo, et videbo.* Et hoc in finali judicio ; item in morte ; item quando immens tribulationes Ecclesiæ. Sed quis est examinatus ? *Vidit hominem non habentem vestem nuptialem.* Quae est ista vestis ? Christus. Quia sumus Christi, Christum in duamus. Apostolus Rom. xiiii, 14 : *Induimini Dominum Jesum Christum.* Qui-dam enim induunt Christum per sacramentum. Gal. iii, 27 : *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Quidam sunt in Christo per caritatem et amorem. Col. iii, 43 : *Super omnia autem caritatem habete, quod est rumentum perfectionis.* Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore. Item per mortis rememorationem. Item per operum conformitatem. Ad Rom. xiiii, 14 : *Induimini Dominum Jesum Christum.* Habere ergo vestem nuptialem est induere Christum per operationem bonam, per conversationem sanctam, per caritatem veram : et si

unum deficiat, malum. Tunc sequitur examinatio. Deinde dicit quali' er defecit. Dicit ergo, *Amice.* Amicum vocat per fidem, vel quia ipse amavit eum. Vel potest dici, quod ubicumque vocat aliquem amicum, improperando dicit : unde improperat amorem quo amavit eum. *Quomodo hue intrasti non habens vestem nuptialem?*

Sed posset dicere aliquis : Qua occasione punivit illum, quia vocavit bonos et malos ? Sed noluit quod mali venirent nisi pararent se, et disponerent se ut essent boni.

Deinde sequitur qualiter defecit : unde sequitur : *At ille obmutuit :* quia non potest habere sufficientem rationem peccator quare vestem nuptialem contempsit. Job ix, 3 : *Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei.* Et concluditur sententia parabolæ. Ponitur poena duplex : poena damni, et poena sensus. Nam in mundo tripliciter perficitur : per intellectum cogitando ; per affectum tendendo in summum bonum, item per actum : ideo tripliciter punitur. Unde dixit rex ministris : *Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite cum in tenebras exteriores.* Per pedes intelliguntur affectus mali. In mundo isto pedes habent, sed non ligatos, quia possunt fieri boni ; sed post ligabuntur, quia post redire non poterunt. Eccli. ix, 10 : *Quocumque potest facere manus tua, instanter operare : quia nec opus nec ratio nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Item modo potest homo proficere in cogitando veritates, sed tunc non : ideo dicitur : *Mittite eum in tenebras exteriores :* modo enim aliqui peccatores non sunt tenebrosi quantum ad cognitionem exteriorem, licet quo ad cognitionem interiorum : sed tunc habebunt tenebras exteriores. Vel ad litteram, quia nou solum quo ad animam, sed quo ad corpus, quia separabuntur a societate sanctorum. Tunc sequitur poena sensus : *Ibi erit fletus et stridor deutium.* Fletus procedit ex tristitia, stridor ex ira. In Act. vii, 54 : *Stridabant dentibus in eum.* Aliqui sicut pro peccatis, et humiliantur, et mandantur.

Ibi erit tristitia, sed ad humilitatem; sed vertetur in iram. Item stridor propter impatientiam: quia *superbia eorum qui te oderunt ascendit semper*: Psal. lxxiii, 23. Vel potest dici in resurrectione, quia non solum in anima, sed etiam in corpore punientur; vel quia calorem et frigora patientur, Job xxiv, 19: *Transibunt ab aquis niviis ad calorem nimium*. Deinde concludit: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*: quia quidam nolunt venire, quidam non habent vestem nuptialem. Unde supra vii, 14: *Arcta est via qua dicit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam*.

2. Supra Dominus confutavit Pharisaeos per parabolam; secundo hic manifestat disputando: et primo respondendo; secundo objicieendo, ibi, *Congregatis autem Pharisaeis, interrogavit etc.* Et respondet Dominus triplici questioni. Primo de solutione tributi: secundo de resurrectione; tertio de lege. Secunda ibi, *In illo die accesserunt ad eum Sadducei*. Tertia ibi, *Pharisaei autem audientes etc.* Circa primum tria facit. Primo ponitur interrogatio; secundo responsio; tertio effectus. Secunda ibi, *Cognita autem Jesus nequitia eorum etc.* Tertia ibi, *Et audientes mirati sunt*. In ista interrogatione tria sunt consideranda. Primo interrogantium intentio; secundo ministri interrogantes; tertio interrogatio. Intentio interrogantium aperitur cum dieitur: *Abeentes inierunt, idest inter se, consilium, scilicet stultum, fecerunt ut Jesum caperent in sermone*. Et hoc erat stultum, quia ipse erat Verbum Dei, et Verbum Dei non est comprehensibile. Eccli. xiiii, 29: *Multa loquimur et descinimus in verbis*. Fuit autem consilium impium. Ps. i, 1: *Reatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit*. Et Gen. penul., 6: *In consilium eorum non veniat anima mea*. Ministri describuntur cum dicit: *Et mittunt discipulos suos cum Herodianis*. Sed quare non iverunt? Ratio est, quia dolose interrogare voluerunt: unde si ivissent, non haberet locum dolus: sed ipsi etiam discipuli dolosi

erant. Eccli. x, 2: *Secundum judicem populi sic et ministri ejus. Cum Herodiani*.

Qui sunt isti Herodiani? Secundum quod in Luce taugitur, sub Herode facta est Judea tributaria Romanis. Iste filius Antipatris alienigena constitutus est Rex a Romanis: ideo voluit compellere Iudeos reddere censem Romanis. Undo Herodiani, idest famuli deputati ad colligendum¹ institutionem Herodis. Sed iste jam mortuus erat, et dimisit tres filios. Unus fuit Herodes, et iste erat tunc praesens, sicut dicitur in Lue. xxiii, quod fuit etiam in morte Domini: ideo facile fuit quod famuli sui irent cum aliis.

Sed quare iverunt cum Herodianis? Una ratio, quia Herodiani zelabant pro Imperatore: ideo discipuli Pharisaeorum secum duxerunt eos, ut si diceret quod esset solvendum tributum, accusarent eum ad Pharisaeos: si diceret quod non, tunc Herodiani caperent eum. Item isti non cognoscebantur; ideo credebant² quod non perciperet: unde faciebant contra illud Psal. xxv, 4: *Non sedi in consilio vanitatis, et cum iniqua agentibus non introibo*. Vel aliter, quia cum Iudea facta esset tributaria Romanis, divisi sunt, quia quidam dicebant quod plebs Deo dedicata non debebat esse homini tributaria; alii vero dicebant, quod quia pro pace militabat³ omnium, quod omnes deberant Cæsari dare tributum. Ideo illi qui dicebant solvi tributa Cæsari, dicebantur Herodiani.

Positis ministris, ponitur interrogatio; et primo ponitur adulatio; secundo interrogatio, ibi, *Dic quid tibi videtur*. Homines mali ab adulatio incipiunt. *Louquunt bona, mala autem in cordibus suis*: Ps. xxvii, 3. Et primo commendant personam, secundo doctrinam, tertio constantiam. Personam commendant ex auctoritate et virtute. Ex auctoritate, cum dicunt, *Magister*. Et licet mentirentur secundum cor suum, quia non eum magistrum putabant, sed seductorem, ut habetur infra xxvii, 63: *Recordati sunus quod seductor ille dixit, quia die tertia*

¹ Al.: « deputati sunt ad colligendum. »

² Al.: « ideo quia credebant. »

³ Al.: « militabant. »

resurgam : tamen in veritate erat magister, ut infra xxiiii, 8 : *Unus est Magister vester*. Item : *Scimus quia verax es*. Verax est qui veritatem loquitur; et hoc est proprium Dei, et ejus qui Deo coniunctus est. Ps. cxv, 2 : *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax*. Rom. iii, 4 : *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Christus autem est Deo coniunctus per unionem, et ideo verax est. Et sic commendatur ab auctoritate; deinde a virtute. *Et viam Dei in veritate doces*. Primo oportet quod sciat quae doceat. Sap. vii, 13 : *Quam sine fictione didici, et sine invidia communico*. Item aliqui docent, sed non utilia; sed iste docet utilia, scilicet viam Dei. Isa. xlvi, 17 : *Ego sum Deus tuus, docens te utilia*. Item aliqui docent quae Dei sunt, sed non in veritate, ut haeretici; iste autem docet in veritate. De isto² in Psal. xxiv, 4 : *Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate etc*. Item commendant de constantia, unde dicunt : *Non est tibi cura de aliquo : non prætermittis timore alieujus quod debes dicere vel facere*. Isa. li, 12 : *Quis tu ut timeas ab homine mortali ? Et quare ? Non enim respicias personam hominum, scilicet contra Deum*. Ille enim accipit personam qui ratione hominis dimittit dicere veritatem quam debet dicere. Deut. i, 17 : *Non accipietis personam cuiusquam*. Et videte qualiter malitiosi erant. Quæstio habebat duo membra : scilicet quod non solverent, ad honorem Dei pertinebat ; quod solverent, ad favorem hominum. Unde voluerunt quod favorem Dei, quereret, et viam Dei doceret ; et sic si diceret quod non, quod magis volebant, statim caperetur ab herodianis. Sequitur interrogatio : *Dic ergo nobis... licet ne censum dari Cæsari, aut non ?* Census erat tributum quod pro capite dabatur. Sequitur responsio : *Cognita autem Jesus malitia eorum, ait*. Et primo respondeat ad mentem corum ; secundo ad verba, ibi, *Redlite ergo quae sunt Cæsaris Cæsari*. Quia hominis est respondere ad verba, Dei autem respon-

dere ad mentem ; ideo quia Christus erat Deus et homo, ideo ad utrumque responderet. *Scrutans corda et renes Deus* : Psal. vii, 2. *Hypocrita*. Et bene dicit hypocrita, quia hypocrite sunt proprie qui aliud in ore habent, aliud in corde. *Quid me tentatis ?* Hoc enim erat prohibitum, Deut. vi, 16 : *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Item isti blande allocuti sunt Christum ; Christus autem asperne respondit : quia respondit ad eorū eorum, non ad verba. Item datur nobis exemplum, quod non debemus adulatoribus credere. Prov. xxix, 12 : *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros suos habet impios*. Item quando vult aliqui respondere, non potest melius confutare opponente, quam secundum verba sua. Unde primo ponit questionem ; secundo ex responsive elicet veritatem. Et primo querit de numismate ; secundo de forma. Sensibiliter enim volebat ostendere intentum. Prov. xiv, 6 : *Doctrina prudentum facilis*. Dicit : *Ostendite mihi numisma census, idest denarium qui pro censu datur*. Iste denarius valet decem usnates ; et quilibet solvit unum denarium. Deinde querit de forma : *Cujus est imago hæc et superscriptio ?* In qualibet enim denarii publici forma³ ponitur inscriptio ; sic erat in isto. Dicunt, *Cæsaris*. Intelligatis non Cæsaris Augusti, sed Tiberii Cæsaris. Et debet intelligere : quod dominus interrogabat, non erat ex ignorantia, sed potius ex dispensatione. Bene erat tantæ etatis, et tunc inter homines conservatus fuerat, quod bene noverat formam denarii : sed petuit ad significationem. Consequenter concludit veritatem : *Reddite ergo quae sunt Cæsaris Cæsari, et quae sunt Dei Deo* : quasi dicat : *Vos estis Dei, et Cæsaris* ; et habetis in usu vestro et quae Dei sunt, et quae Cæsaris. Habetis divitias⁴ naturales a Deo, scilicet panem et viuum ; et de his date Deo. Habetis ista artificialia, ut denarios, a Cæsare ; et haec Cæsatii reddite. Mysticæ sic. Nos habemus animam quæ est ad imaginem Dei, ideo eam Deo reddere debemus ;

¹ Al. omittitur : « et »

² Al. : « istis »

³ Al. : « in quilibet enim denario publici formæ »

⁴ Al. : « et divitias »

secundum ea quae a mundo habemus, pacem cum mundo habere debemus. Etiam sancti viri hie elevati a mundo, quia tamen in mundo cum aliis conservantur, debent pacem requirere Babylonis, ut habetur Baruch 1. Et hoc est quod omnia quae sunt carnis, quae sunt mundi, vel hominum cum quibus conversantur, reddant Deo. Sequitur effectus : *Et audiētes mirati sunt, et relicto eo abierunt.* Mirum fuit, quia statim sapientia sua visa, debuissent esse conversi ; sed non potuerunt capere, et recesserunt. Psalm. cxxxviii, 6 : *Mirabilis facta est scientia tua ex me : confortata est, et non potero ad eam.*

8. Ille ponitur secunda interrogatio. Et tria facit. Primo ponitur interrogatio ; secundo responsio ; tertio effectus. Secunda ibi, *Respondens autem Jesus etc.* Tertia ibi, *Et audiētes turbæ mirabantur.* Circa primum primo ponitur dispositio, et conditio interrogantis ; secundo interrogatio. Dicit ergo, *In die illo.* Et quare in die illo ? Non sine ratione, quia cum viderint illos confusos, non sine præsumptione quæserunt eum. Sed secundum Chrysostomum, concordati erant ad invicem quod caperent eum in sermone, et quilibet volebat honorem victoriae : ideo illis confusis, isti accedere voluerunt. Job xix, 12 : *Venerint latrones ejus, et fecerunt sibi viam per me.* Duæ enim erant sectæ : Pharisei, idest divisi, et Sadducei, idest justi. Et hi errabant in dogmatibus : quia non recipiebant prophetias, nec credebant resurrectionem : item credebant quod mortuo corpore totus homo moreretur ; et hoc est quod dicit : *Qui dicunt non esse resurrectionem.* Sequitur interrogatio. Et ponit legem ; secundo casum ; tertio interrogationem. Dicunt ergo : *Et interrogaverunt eum dicentes : Magister, Moyses dicit : Si quis mortuus fuerit non habens filium etc.* Dent. 25. Quia fuit causa legis ? Populus carnalis fuit : unde nil nisi temporalia quærebant. Lex ergo illa promisit. Manifestum enim est, quod homo non potest durare in se, ideo consolatio est ei quod maneat in suo simili, scilicet in

filio ; et hoc natura desiderat ut quod non potest in se salvari, salvetur in suo simili. Unde contingebat quod aliquis sine filio moreretur ; ideo subvenit huic casui Moyses secundum hanc legem, ut frater suus haberet uxorem suam : nec ponebatur extraneus, qui nihil pertinet ad eum ; item non haberet tantam curam de domo et familia sicut frater : et hoc est quod dicit : *Et suscitaret semen fratris suo :* idest, generet filium qui habeat hereditatem illius. Posita lege, ponunt casum : *Erant apud nos septem fratres, et primus, uxor ducta, defunctus est, et non habens semen reliquis uxorem suam fratri suo etc.* Potest esse quod talis casus accidit, vel quod ipsi confinxerunt¹. Tamen, secundum Augustinum, per septem fratres homines mali signantur, qui in septem ætibus moriuntur sine fructu. Apostolus Rom. vi, 21 : *Quem fructum habetis vel habuistis in his in quibus nunc erubescitis ?* Ista mulier est mundana conversatio. Psal. ci, 27 : *Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes sicut vestimentum veterascent.* Unde querunt : Omnes mortui sunt, et omnes eam habuerunt : cuius uxor erit in resurrectione, qua omnium esse non poterit ? Ista opinio non est bona, et est contra Pharisæos : quia credebant quod resurrectio debet esse quantum ad hanc vitam, quod quisque rehabeat uxorem suam, et possessionem suam etc. Unde dicunt : *Cujus erit uxor ?* quia non potest esse uxor omnium. Ista opinio reprobatur in Job vii, 10 : *Non revertetur in domum suam.* Unde non resurget ad eumdem modum vivendi.

Sequitur responsio. Et primo ostendit errorem, et causam ; secundo insinuat veritatem : unde dicit : *Respondens Jesus ait, Erratis, idest erroneam opinionem habetis.* Sap. ii, 21 : *Cogitaverunt et erraverunt : excavavit enim eos malitia eorum.* Et quæ est causa erroris ? *Nescientes Scripturas.* Unde non meditabantur in mandatis Dei. Psal. cxviii, 100 : *Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.* Unde qui meditatur in mandatis Dei, potest vitare errores. Unde Joan. v,

¹ Al. I. « confecerunt. »

39 : *Scrutamini Scripturas.* Isti autem non scrutabantur, ideo errabant, sicut faciunt aliqui qui male intelligent. Item aliqui nescientes virtutem Dei, volentes virtutem Dei metiri secundum inferiora. Rom. i, 26 : *Invisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* In resurrectione neque nubent neque nubentur. Manifestat propositum. Et quia duo dixerat, scilicet quod nesciebant Scripturas nec virtutem Dei; ideo primo declarat quod virtutem Dei ignorabant; secundo quod Scripturas.

Et cum primo dixerit de Scripturis, quare hoc secundo declaratur? Chrysostomus respondet, quia cum aliquis disputat cum aliquo qui errat ex malitia, primo debet allegare auctoritatem; quando cum eo qui ex ignorantia, primo debet proponere rationem, et post auctoritatem. Sic facit Dominus.

Primo rationem proponit: unde dicit: *In resurrectione neque nubent neque nubentur.* Primum secundum literam verum est: *Neque nubent etc.*; quia tunc non erit necessarium sicut nunc est. Hieronymus: Aliter accipiunt nubere secundum latinum, aliter secundum graecum: quia proprie nubere, secundum latinum, mulierum est, unde dicitur esse neutrum passivum; sed secundum graecum, viri nubent, idest ducunt uxores; mulieres nubentur, non nubent. Ideo dicit: *Non nubent, viri, nec nubentur, mulieres.* Cum enim nuptiae sint ad prolis procreacionem ut conservetur homo in esse suo simili, qui non potest in seipso conservari; ideo cum resurrectio fiat ad immortalitatem, tunc non erunt necessariae nuptiae. Ideo isti errabant, et virtutem Dei ignorabant. *Sed sunt sicut Angelii in caelo.* Illo status est status præmii, et finis istius vitae. Job. xiv, 14 : *Putasne homo mortuus rursum vivat?* Cunetis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea: et illa immutatio erat præmium. Vita illa erit resplendentium intellectu.

Sed quare orunt similes Angelis? Quia orunt immunes a passionibus: quia nunc

* homo habet intellectum annexum sensibus, et in hoc excedunt Angelii; sed tunc depurabitur, ideo similes erunt Angelis. Reg. xiv, 17 : *Sicut enim Angelus Domini, sic est Dominus meus rex, ut nec hereditatione nec maledictione moveatur.* Unde qui habent animum a passionibus elevatum, similes sunt Angelis. Passiones autem quæ magis faciunt homines bestiales, sunt passiones venientium, quæ exercentur per conjugium; ideo tunc nec nubent nec nubentur.

Item quidam dixerunt, quod non omnes resurgent, sed solum homines: sed hoc Augustinus destruit dicens, quod sexus resurget; sexus autem non salvatur in homine solum. Hanc opinionem tollit, cum dicit: *Nec nubent nec nubentur: ex quo¹ datur intelligi quod uterque sexus; sed nec nubent nec nubentur.*

De resurrectione autem mortuorum etc. Postquam ostendit quod ignorabant virtutem Dei, hic ostendit quod ignorabant Scripturas. Unde non legistis quod dictum est a Domino dicente vobis: *Ego sum Deus Abraham, Isaac, et Jacob?* Ille scribitur Exod. iii, 6 :

Sed querit Hieronymus, cum aliæ auctoritates sint magis expressæ de resurrectione, ut habetur Isa. vi, et Ezech. xxiii, et Dan. xi, quare istam quæ ambigua est, posuit? Respondet, quod non recipiunt prophetas, sed quinque libros Moysi.

Et quomodo facit ad propositum? Dicit: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob.* Deus dicitur aliquorum in colendo eum. Isti ergo colunt eum: sed colere Deum non est mortuorum, sed viventium: ergo Abraham, Isaac et Jacob vivunt; sed non secundum corpus: ergo secundum animam. Sed quid valet hoc ad resurrectionem? Valet, quia isti dicebant animam non esse; ipse autem ostendit animam remanere; et si anima remanet, ergo et resurrection, quia naturaliter anima inclinatur ad corpus.

Sed quid est quod dicit, quod non est Deus mortuorum? Verum est secundum corpus. Est tamen etiam Deus mortuorum, quia vivunt secundum spiritum.

¹ Al. : « qua. »

Rom. xv, 4 : *Sic vivimus, sic morimur, Domini sumus.* Item est contra haereticos qui damnant padres veteris testamenti : quia hic dicit, quod vivunt secundum animam. Item dicit singulariter, quia in aliis gentibus quilibet Deum suum habebat. *Audi Israel : Dominus Deus tuus unus est :* Deut. vi, 4.

Sequitur effectus, quia mirabantur : *Et audientes turbæ mirabantur in doctrina ejus.* Psal. cxviii, 129 : *Mirabilia testimonia tua, Domine.*

4. Supra Dominus respondit questioni facta de solutione tributi, questioni etiam de resurrectione; hic autem respondet questioni de comparatione mandatorum divinorum ; et duo facit ; quia primo ponitur interrogatio, secundo responsio, ibi, *Ait illis Jesus etc.* Cirea primum duo facit. Primo describit nequitiam interrogantium ; secundo interrogationem, ibi, *Magister, quod est mandatum magnum in lege?* Nequitiam describit quantum ad tria. Primo quantum ad imprudentiam¹; secundo quantum ad exegitatem malitiam; tertio quantum ad fraudulentiam. Quantum ad imprudentiam, cum dicatur : *Audientes quod silentium imposuisset.* Jam confutaverat Pharisæorum discipulos, et Sadduœos : unde ex hoc satis poterant ei credere, et erubescere. Unde Chrysostomus : *Livor et ira imprudentiam nutrunt, et causus².* Sed isti non propter hoc dimiserunt quin adhuc interrogarent eum. Isa. lvi, 11 : *Caues imprudentissimi nescierunt saturitatem.* Et significatur quamvis hoc audirent, non tamen siluerunt. Aliquis servat silentium sponte, et hoc est prudentis : item aliquis servat, quia imponit ei silentium, et hoc est imprudentis. Eccli. xx, 6 : *Est tacens, non habens sensum loquela; et est tacetus, sciens tempus aptum³* Eccli. iii, 7 ; *Est tempus tacendi, est tempus loquendi.* Item tangitur exegitata malitia, quia, ut melius convincant eum, simul congregantur. Psal. ii, 2 : *Principes convenierunt in unum adversus Dominum.* Convenierunt in unum. Potest dici, quod

Pharisei et Sadduœi convenierunt, quavis⁴ in sectis different, tamen in unum ad tentandum Dominum. Vel Pharisei convenierunt in unum adversus Dominum. Item fraudulentia significatur : quia cum in multitudo essent congregati, noluerunt quod omnes interrogarent, sed unus : ut si ille vinceretur, alii non confitarentur ; et si iste vinceret, omnes in eo gloriarentur. *Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum :* quia non animo addiscendi. Job xvi, 41 : *Aperuerunt in me ora sua, et exprobrantes perceruerunt maxillam meam.*

Hic potest esse objectio litteralis : quia Marcus dicit x, 21 quod *Dominus intuitus eum dixit⁵ : Non longe es a regno Dei.* Et quomodo hic dicitur quod tentat eum?

Solvit Augustinus, quia primo venit causa tentandi; sed cum Christus satisficeret ei, consensit ei. Et ideo quod tentavit eum, debet referri ad principium ; quod non longe est a regno Dei, debet retorqueri ad finem. Et sic non fuit mirum si verba Domini auimum ejus mutaverunt.

Scendum autem, quod aliqui tentant eo quod non sunt certi ; quia, secundum quod dicit Sapiens Eccli. xix, 4, *qui cito credit, levis est corde.* Iste cum multa audisset de Christo, voluit experiri si talis esset. Et hac tentatio non esset mala : unde dicit : *Magister, quod est mandatum magnum in lege?* Haec tamen questio videbatur calumniosa. Calumniosa, quia omnia mandata Dei sunt magna. Prov. vi, 23 : *Mandata lucerna, et lex lux.* Item indeterminate quæsivit, quia omnia sunt magna, ut si responderet de uno objiceret de alio. Item fuit præsumptuosa, quia non deberet de magno querere qui minimum non implevit. Job. xv, 44 : *Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?* Et poterat esse quod esset controversia super hac questione inter eos : quia aliqui dicebant, salutem esse in aliquibus exterioribus : unde Isa. xxix, 13 : *Populus hic*

¹ Al. : « imprudentiam » et sic infra.

² Al. : « causant. »

³ Al. : « est tacens, sciens tempus apti temporis. »

⁴ Al. : « quia quamvis. »

⁵ Ibi : « intuitus eum, dilexit eum, et dixit ei Unum tibi doceat. »

labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sed respondet Dominus, quod solam est in interioribus : unde sequitur responsio : *Ait Jesus ei : Diliges Dominum tuum etc.* Et nou solum respondet ad quæstionem pròpositam, sed veritatem docet. Et primo docet quod sit primum ; secundo quod ei est simile ; tertio rationem assignat. Secunda ibi, *Secundum autem simile est huic etc.* Tertia ibi, *In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ.* Dicit ergo : *Diliges Dominum Deum tuum etc.* Istud scribitur Deut. vi, 5 : Item Dominus per Moysen dicit Deut. x, 14 : *Numquid Dominus pettit a te nisi ut timeas et diligas eum?* Ergo duo præcipit, timorem scilicet et dilectionem.

Et quare non respondet Dominus de timore sicut de dilectione? Dicendum, quod quidam timent Deum, quia¹ timent pati ab eo, ut qui timent peñam gehennæ, vel qui timent amittere aliquid quod habent a Deo ; et hic est timor servilis, quia illud diligit in quo timet puniri. Alius est qui ipsum Deum timet propter se, qui timet eum offendere : et talis timor est ex amore, et ex hoc timet quod amat. Ergo principium est amor. I Joan. iv, 16 : *Deus caritas est; et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.* Et ideo dicit : *Diliges Dominum, non timemas :* quia Deus diligendus est sicut primum diligibile, quia ipse finis primus est ; sed quæcumque alia diliguntur propter finem. Qui ergo diligit Deum ut finem, diligit in toto corde. Joel. ii, 12 : *Convertimini ad me in toto corde vestro.* Et quantumcumque nittamini, non poteritis eum comprehendere, quia Deus major est toto corde.

Sed quid est quod dicit : *Ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et in tota mente tua?* Chrysostomus exponit sic. Quia in dilectione sunt duo. Unum quod est principium ; secundum quod est dilectionis effectus, et sequela dilectionis. Principium dilectionis est duplex : dilectio enim potest fieri ex passione, et ex iudicio rationis. Ex passione, cum nescit ho-

mo vivere sine eo quod diligit ; ex ratione secundum quod diligit ut ratio dictat. Dicit ergo quod ille ex toto corde diligit qui diligit carnaliter, ille ex anima qui ex iudicio rationis. Et nos Deum utroque modo debemus diligere. Carnaliter, ut cor carnaliter afficiatur circa Deum : unde in Psal. lxxxiii, 3 : *Cum meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Tertium est sequela dilectionis : quia illud quod diligo, libenter video, libenter de eo cogito, libenter facio quod ei placet : Joan. xiv, 28 : *Qui diligit me, sermones meos servabit :* et totum refero² in ipsum. Psal. lxxxiii, 2 : *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.* Et possumus addere illud quod Marcus xii, 33 addit³ : *Et in omni fortitudine tua :* quia qui Deum diligit, totum se transfert in illum, et fortitudinem expendit in ipsum. Augustinus sic distinguit inter cor et animam et mentem, secunda tria quæ procedunt ex ipsis. De corde exenti cogitationes, ut habetur supra xv ; ex anima vita procedit ; ex mente scientia et intelligentia. Unde quod dicit, *ex toto corde*, intelligentum est, ut omnes cogitationes in ipsum referamus ; quod *ex tota anima*, ut tota vita ; quod *ex tota mente*, ut tota scientia referatur in eam : idest, ut scientiam captives in obsequium ejus. II Cor. 10, 5 : *In captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Magistralis quedam Gl⁴ssa exponit, quod anima est imago Dei secundum suas potentias, secundum memoriam, intelligentiam, et voluntatem : ita quod illud quod dicitur, *ex corde*, ad intelligentiam referatur : quod dicitur *ex anima*, ad voluntatem : quod *ex mente*, ad memoriam : ita ut perfecte Deo vivatur. Origenes sic exponit. *Diliges Deum ex tota anima*, ita ut sis paratus animam tuam ponere pro eo si necesse est. Joan. xii, 37 : *Animam meam ponam pro te.* Sed differentia est inter mentem et cor. Mens enim dicitur a metiendo : cor sumitur pro simplicitate intellectus ; mens vero proquad prolationem, quia per sermo-

¹ Al. : « qui. »

² Al. : « referet. »

³ Al. : « Lucas addit. »

nem metitur intellectus sive cogitatio : nunc vult dicere, quod in locutionibus et in meditationibus Deum totaliter diligimus.

Hoc posito subdit : *Hoc est primum et maximum mandatum.* Maximum capacitate : istud enim est, in quo omnia continentur, quia in isto dilectio proximi continetur, secundum quod I. Joa. iv, 21, dicitur : *Qui diligit Deum, diligit et fratrem suum.* Et ideo maximum. Item primum origine, maximum dignitate et capacitate. Non primum in Scriptura, quia in Scriptura primum mandatum fuit : *Dominus Deus tuus Deus unus est :* Deut. vi, 4. Et quare? Quia omnis inclinatio appetitiva virtutis est in amore ; ideo habemus mandatum quod colamus Deum in dilectione. Ad Rom. xiv, 10 : *Plenitudo legis dilectio est.* Ad Ephes. iv, 17 : *In caritate radicati et fundati.*

Secundo ponit secundum mandatum : *Secundum autem simile huic est : Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Voluit significare quod in mandatis est ordo. Et quae est causa? Constat quod mandata sunt de actibus virtutum ; virtutes autem habent ordinem, quia una dependet ab alia ; et sicut virtutes, sic et mandata.

Sed quare dicit quod est simile primo? Quia quando diligitur homo, eum homo sit ad similitudinem Dei, diligitur Deus in illo : ideo simile est primo mandato, quod est de dilectione Dei.

Sed quid intelligit nomine proximi, cum dicit, *Diliges proximum?* Istud satis signatur in parabola Lue. x, 16 : ubi queritur : *Quis tibi videtur quod fuerit ejus proximus?* Et respondetur : *Qui fecit misericordiam in eum.* Unde qui debet facere misericordiam nobis, vel nos ipsi, sub nomine proximi continetur. Sed non est aliqua rationalis creatura cui non debeamus misereri, et e converso ; et ideo sub nomine proximi continetur homo et Angelus. Et quod dicit, *Sicut te ipsum,* non intelligitur quicumque te ipsum, quia hoc esset contra ordinem caritatis ; sed *sicut te ipsum*, idest eo fine quo te ipsum, vel eo modo quo te ipsum. Eo fine² quia te non debes diligere propter te,

sed propter Deum, sic etiam proximum. Apostolus I. Corinth. x, 31 : *Omnia in gloriam Dei facite.* Hec in eo quod te ipsum diligis, diligis te in eo in quo vis tibi bonum, et tale bonum quod sit secundum te et legem Dei ; et hoc est bonum justitia. Si etiam et proximo debes optare bonam justitiam : unde debes eum diligere, vel quia justus est, vel quia justus fit. Item debes eum diligere eo modo quo te ipsum : quia cum dico, *Diligo istum,* dico, *Volo bonum ei.* Unde actus dilectionis cadit super duo : vel super ipsum qui bonus est, vel super ipsum bonum quod volo sibi : unde diligo istum, quia volo ipsum esse bonum mihi. Unde aliquis diligit bona temporalia, quia seit ea bona esse sibi. Aliqui vero diligunt aliquid, quia bonum est in se : sic debes diligere te ipsum, et etiam proximum.

Consequenter assignat rationem quare ista duo sint maxima mandata : *In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetarum* : tota doctrina legis et prophetarum dependet ab his. Finis in appetibilius se habet sicut principium in speculativis : procedit enim scientia a principiis ad conclusiones ; et sic tota scientia ex principiis judicatur, sicut et in omnibus operabilibus totum dependet a fine. Quia ergo dilectio est finis : I ad Tim. i, 5 : *Finis præcepti est caritas;* ideo ab his dependent omnia alia ; et haec est exppositio Augustini. Origenes sic exponit: In his, id est in observantia istorum, dependet intellectus legis et prophetarum : quia qui haec observat, meretur intelligentiam legis et prophetarum. Eccl. ii, 10 : *Qui timet Dominum, diligite, et illuminabitur corda vestra.* Psalm. cxviii, 104 : *A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis.*

Congregatis autem Pharisæis interrogavit eos Jesus. Postquam responderat eis, ipse voluit objicere ; et facit duo. Primo ponitur interrogatio ; secundo ejus effectus, ibi. *Nemo poterat ei respondere verbum.* Circa primum primo proponit interrogationem ; secundo responsionem ; tertio objicit contra. Dicit ergo : *Congre-*

¹ Al. : « fecerit. »

² Al. : « ideo fine. »

gatis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus. Congregati autem erant ad tentandum : unde ponit interrogationem : Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Haec quæstio difficultima erat, et congrua. Difficillima, quia habetur Isa. lvi, 8 : Generationem ejus quis enarrabit? Erat etiam congrua, quia habebant opinionem quod esset purus homo, et non credebant ipsum esse Deum : quia sic non tentarent eum, quia scriptum est, Deut. vi, 16 : Non tentabis Dominum Deum tuum. Ideo ut ostendat se Deum, dicit : Quid vobis videtur de Christo? Sequitur responsio : Dicunt ei, David. Christi enim erat duplex generatio : una secundum carnem, alia secundum divinitatem, secundum quam est Filius Dei Patris, de qua dicitur Psal. ii, 7 : Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ideo ipsi respondent de generatione secundum carnem, cum dicunt, David. Hier. xxii, 5 : Suscitabo David germen justum. Et ad Rom. i, 3 : Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et isti insufficienter responderunt, quia insufficienter cognoscabant eum. Tunc objicit ut eis det intelligere aliam generationem : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis? Psalm. cix, 4. Habetur in lege quod pater major est filio ; non ergo filius dominus est patris. Ergo vel Christus non est filius David, vel in eo est aliud magis David, cum vocet eum Dominum. Sed forte dicent, quod David fuit deceptus : quod removet, quia in spiritu hoc dicit, unde Spiritu sancto Dei locuti sunt homines : II Petr. i, 21.

Possimus autem tria videre in auctoritate ista Psalmi. Primo præminentiam ad sanctos, æqualitatem ad Patrem, et dominium super rebelles. Præminentiam ad sanctos, cum dicit : Dixit Dominus Domino meo. Dominus, scilicet Pater, Dominio scilicet Filio : ipse enim Filius habet dominium super omnes sanctos. Nullus enim sanctus illuminatur nisi a lumine vero ; ipse autem est lumen verum. Ioh. i, 4 : Vita erat lux hominum.

Si ergo ipse est, cuius participatione omnes sancti lumen recipiunt, præminentiam habet ad omnes sanctos, in eo quod dicitur Psal. cix, 4 : *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum.* Unde ipse originaliter est splendor omnium sanctorum. Item æqualitas Patris tangitur, cum dicitur : *Sede a dextris meis* : non quod sint sedes locales, sed metaphorice, quia honorabilior locus est sedere a dextris. Dicere enim est emittere verbum. Quod ergo dixit Dominus. *Sede a dextris meis*, quid est aliud nisi quod generando² me Verbum, dedit mihi potestatem, æqualitatem, et auctoritatem? Potest etiam exponi de temporalibus, id est in potioribus bonis ; sed non est ad propositum. Dominus enim semper videtur a dextris, ut in Marc. ult. v : *Viderunt juvenem sedentem a dextris.* Et Stephanus, Actor. vii, 53, *Vidit Iesum sedentem a dextris virtutis Dei.* Et quid fieri de imicis ejus? Ei omnes subjiciuntur : unde subdit : *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Isti vel sunt penitus infideles, vel hi qui noluerunt obediare et subesse : unde istos ponet scabellum pedum tuorum : scabellum enim est quod ponitur sub pedibus ; illud autem quod est sub pedibus, totaliter ei subjicitur : non autem illud quod est in manu. Quidam ponuntur scabellum ad punitionem, quidam ad salutem. Ad punitionem qui nolunt facere ejus voluntatem ; ad salutem qui faciunt ejus voluntatem.

Sed objiciunt Ariani : Ergo non est æqualis Patri. Dico, quod legitur utrumque : ei quod subjicitur Patri, et quod est æqualis Patri. I ad Corinth. xv, 21 : *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus.* Item Christus sibi omnia subjicit. Phil. iii, 3 : *Reformatum corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis sui.* Unde illud dicit ad demonstrandum unitatem potestatis : unde omnia quae potest Pater, eadem potest et Filii.

Sed quid est quod dicit : *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* Ergo videtur quod postquam supposuerit

¹ Al. : « enim. »

² Al. : « nisi generando. »

inimicos, quod ultra non sedebit a dextris. Dicendum, quod donec aliquando importat tempus determinatum, aliquando infinitum : hic vero importat infinitum.

Sed diceret aliquis : Nunc multi rebellant Christo ? Ita, verum est quod multi rebellant : et ideo poterat esse dubium de tempore quando multi rebellarent ; ideo voluit Christus exprimere.

Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est ? Ergo Dominus est, et filius : quia filius est secundum carnem, quia ab ipso traxit originem, et Dominus secundum divinitatem.

Et nemo poterat respondere ei verbum. Hie ponitur effectus, et est duplex : quia Christus et fuit respondens, et opponens : quia opponens, *nemo poterat respondere.* Job ix, 3 : *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille.* Item quia in respondendo confutaverat eos, ideo sequitur : *Nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* Ideo potestis videre, quod isti non interrogabant ut eos doceret, sed ut eum tentarent. Deuter. xxxii, 7 : *Interroga patrem tuum, et amuntiabit tibi.*

C A P U T V I G E S I M U M T E R T I U M

1. Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos, dicens : Super cathedram Moysi sedebunt Scribae et Pharisæi. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate et facite ; secundum opera vero eorum nolite facere : dicunt enim, et non faciunt. Alligant autem onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum ; digitu autem suo nolunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim philarcteria sua, et magnificant simbrios. Amant autem primos recubitus in curvis, et primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Unus est enim magister vester ; omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram : unus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus. Qui major est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit humiliabitur, et qui se humiliaverit exaltabitur.

2. Ve autem vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, quia clauditis regnum colorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introuentes sinitis intrare. Vae vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, quia comeditis donos viduarum, orationes longas orantes : propter hoc amplius accipietis iudicium. Vae vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, quia circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum : et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. Vae vobis duces cœci, qui dicitis : Quicunque juraverit per templum, nihil est ; qui autem juraverit in auro templo, debitor est. Stulti et cœci : quid enim maius est, aurum, aut templum quod sanctificat aurum ? Et quicunque autem juraverit in altari, nihil est ? quicunque autem juraverit in domo quod est super illud, delbet. Cœci : quid enim maius est, donum, aut altare quod sanctificat donum ? Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, et in omnibus quæ super illud sunt ; et quicunque juraverit in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso. Et qui jurat in celo jura in throno Dei, et in eo qui sedet super eum. Vae vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, qui decimatis mentham et anethum et cynamum, et reliquistis quæ graviora sunt legis, judi-

cium, et misericordiam, et fidem. Aliœ oportuit facere, et illa non omittere. Dives cœci excolantes culicem, camelum autem glintentes. Væ vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, qui mundatis quod deforis est calicis et paropsidis ; intus autem pleni estis rapina et immunditia. Pharisæi rœcie, mundi prius quod intus est calicis et paropsidis, ut fiat et id quod deforis est, mundum. Væ vobis Scribae et Pharisæi hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis : que a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spuria. Sie et vos a foris quidem parent hominibus justi ; intus autem pleni estis hypocriti et iniuste. Væ vobis Scribae et Pharisæi hypocrite qui aedificatis semper prophetarum, et ornatis monumenta justorum, et dictis : Si fuissimus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes geninæ viperarum, quomodo fugiatis a iudicio gehennæ ?

3. Ideo dico vobis : Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occiditis et crucifigitis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris, et persequimini de civitate in civitatem, ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est super terram a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zacharie filii Barachie, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidit prophetas, et lapidis eos qui ad te missi sunt : quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suis sub alas, et nolisti ? Ecce relinqueret vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis annodo donec dicatis : Benedictus qui venit in nomine Domini.

Supra ostensum est quomodo Pharisæi et Scribae provocati sunt ex gloria Christi, et etiam ex sapientia ejus, quia colli-

serat eos ; nunc autem ostendit quomodo ex justitia qua eos arguebat. Et duo facit. Primo instruit aliquos ; secundo redarguit. Secunda ibi, *Vae autem vobis Scribæ et Pharisæi*. Circa primum duo facit. Primo ostendit eorum dignitatem ; secundo aperit eorum intentionem in usi auctoritatis, ibi, *Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus*. Circa primum tria facit. Primo commendat eorum auctoritatem ; secundo docet exhibere obedientiam cum cautela ; tertio assignat rationem. Secunda ibi, *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, et facite etc.* Tertia ibi, *Dicunt enim, et non faciunt*. Dicit ergo : *Tunc Jesus locutus est ad turbas etc.* Ita continuandum est. Dominus instantum eos confundavit quod nec interrogare audebant, nec respondere sciebant. Sed, secundum quod dicit Chrysostomus, inutilis est sermo qui redarguit et non instruit : ideo convertit se ad turbas, et ad discipulos suos, ut eos instruat. Sciendum autem, quod quidam audiunt eum ut discipuli, quidam ut turbæ. Ut discipuli, qui veritatem percipiunt mente. Joan. viii, 31 : *Si manseritis in sermonे meo, vere discipuli mei eritis.* Ut turbæ, qui veritatem mente apprehendere non possunt. Ideo quandoque convertit sua verba ad turbas, quandoque ad discipulos, quandoque ad utrosque, et diversimode : quia ad discipulos alta dicendo, ut habetur Jean. xv, 15 : *Quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis* : quandoque vero ad turbas profert parabolas, sicut habetur supra. Utrisque autem loquitur de necessitate salutis : et talia sunt haec verba : *Super cathedram Moysi sedebunt Scribæ et Pharisæi.* Cathedra proprie est magistrorum : et ideo illi super cathedram dicuntur sedere qui sunt successores Moysi. Eccli. xxiv, 33 : *Legem mandavit Moyses in præceptis justitiarum.* Unde illi qui Moysis legem docebant, sedebant super cathedram Moysi. Et in lego continebantur quadam ad fidem pertinientia, et quedam ad bonos mores. Ad fidem pertinentia erant ea in quibus praefigurabatur Christus : unde ipse dicit, Joan. v, 46 : *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi.* Item continebantur præcepta moralia. Eccli. xxiv, 33 : *Legem mandavit Moyses in præceptis justitiarum.*

Sed notandum, quod supra cathedram sedent et Scribæ, et Pharisæi, et discipuli Christi. Scribæ qui solam litteram considerant ; Pharisæi qui aliquantulum de sensu suo interiori ; discipuli Christi qui totum perpendunt : et non dicuntur discipuli Moysi, sed Christi. Luc. ult., 27 : *Incipiens a lege et prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipsis erant.*

Tunc monet eos ad obedientiam cum cautela ; et facit duo. Primo hortatur ad obedientium ; secundo ad cavendum : *Omnia quæcumque dixerint vobis, servate scilicet in corde, et facite, in opere.* Deuteron. xvii, 9 : *Venies ad sacerdotes Levitici generis, et ad judicem : et post : et facies quæcumque dixerint : et sequitur : sequerisque sententiam eorum.* Et Apostolus Heb. ult., 9 : *Obedite præpositis vestris.* Et hoc est contra Manichæos, qui dicebant legem veterem non esse bonam. Et patet quod sit bona, quia Dominus præcepit eam servari.

Sed potest quis objicere : Ergo debemus legalia observare ; quod est contra doctrinam Apostolorum, Acto xv. Scendum quod semper auctoritas servanda est legislatoris secundum intentionem ejus : sed legislator aliqua dicit ut semper servanda, et talia semper debent servari ; aliqua vero dicit quæ sunt velut umbra, ut habetur ad Colos. ii, 17 : *Quæ sunt umbra futurorum.* Moralia ergo sunt mandata secundum intentionem legislatoris, ut semper serventur ; sed legalia pro tempore tantum, scilicet pro tempore ante Christum : unde ante tempus illud debent servari, post non : quia qui servaret, injuriam Christo faceret. Et ponit Augustinus exemplum. Si dicaret aliquis, Ego comedam eras, haec vox est signum hujus rei. Et si postquam comedisset, dicaret illud idem, non bene diceret. Sic enim ista legalia essent signa Christi venturi, postquam Christus venit, qui servaret ea, non bene servaret ; unde *omnia quæ dixerint vobis, secundum intentionem legislatoris, facite.*

Secundum vero opera eorum nolite facere. Hie dicit cautelam. Bebetis scire,

quod pra-latus preficitur, ut doceat non solum doctrina, sed etiam vita. Et debemus nos ei concordare quantum ad ea quae docet : quia, secundum quod dicitur ad Gal. I, 9 : *Sic quis evangelizat vobis prater id quod accepistis, anathema sit.* Similiter etiam debemus ei conformari in vita. Debet enim esse vita ejus nobis in exemplum, sicut vita Christi : unde I Corinth. iv, 16 : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Iste vero non dissonant a doctrina, sed a vita ; ideo doctrina eorum est attendenda, sed vita cavenda.

Dicunt enim, et non faciunt. Ille assignat rationem. Et primo ponit rationem ; secundo exponit, ibi, *Alligant autem opera gravia etc.* Tu dicis : Quia dixerint vobis facite : quia dicunt : *Vos debetis benefacere ; sed non faciunt :* et ideo non debetis facere secundum opera eorum : quia qui doces non furandum, furaris. Psal. LXIX, 16 : *Peccatori enim dicit Deus : Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum ? Alligant enim onera gravia et importabilia etc.* Dominus enim vult exaggerare malitiam eorum, quia dicunt et non faciunt. Si simpliciter dicerent et non facerent, adhuc istud tolerabile esset ; sed non sufficit illis, quia adjiciunt præceptis Dei, gravissima onera : et ideo notatur præsumptio eorum, quia alia onera super onera a Deo imposita, quia faciunt novas observantias : sicut habetur in Marco cap. vii, quod prohibebant comedere panem, nisi frequenter lavarentur¹ manus : contra illud Isa. LVII, 6 : *Disolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.* Item notatur crudelitas eorum, qui imponunt onera, contra illud I Joan. v, 3 : *Quia mandata Dei levia sunt. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve : supra xi, 29.* Item notatur eorum indiscretio : quia si fortis grave imponerent, non esset magnum ; sed debilibus imponunt onera importabilia. Illud enim non potest portari, quod superat vires portantis. In Actor. xv, 10 *Hoc est onus quod nec nos nec patres nos-*

tri portare potius. Item notatur eorum nimia severitas : quia si imponerent onus et darent indulgentiam, adhuc sufficeret ; sed ex quadam violentia præcipiunt². *Imponunt in humeris hominum :* unde excedunt in dicendo. Item excedunt in non faciendo : quia sunt aliqui homines qui non volunt perficere totum, tamen volunt aliquid perficere. Item sunt aliqui qui³ etsi nolunt facere aliquid difficile, volunt tamen aliquid leve. Item aliqui sunt qui etsi non faciunt, habent tamen voluntatem faciendi. Sed qui nihil istorum vult, in malitia superexcedit : unde dicit : *Digitu autem suo nolunt ea movere ;* unde non solum non faciebant, sed nolebant ea saltem digito suo movere, id est ea inchoare. Item nec etiam levia facere, quæ per digitum significantur. Ideo debetis facere quæ docent, sed non sequendi sunt quo ad onera, quia nec minimum faciunt. Chrysostomus dicit ; Tales sunt qui magna dicunt, et parva faciunt : et tales sunt similes exactoribus tributorum, qui aliis magna faciunt solvere plus quam tributa exigunt, ipsis autem sui nihil solvunt. Non te videam magna docentem, sed parva facientem. Unde magis parect tibi Dominus si declinas ad misericordiam, quam ad se veritatem.

Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Ille intentionem proponit ; et facit duo. Primo aperit eorum intentionem ; secundo monet discipulos ad eorum vitationem. Et primo intentionem proponit ; secundo exponit, ibi, *Dilatant enim phylacteria sua etc.* Quæ est ratio quare dicunt et non faciunt ? Quia sunt incorrigibilis. Causa autem quare homo sit difficilis ad corrugendum, vel incorrigibilis, est quærere gloriam propriam : unde Chrysostomus : Tolle gloriam inanem de clero, et sine labore alia omnia vita resecabis. Unde ab isto incipit, dicens : *Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus.* Joan. XII, 43 : *Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei.* Unde dicit : *Omnia vero opera sua faciunt, quia*

¹ Al. : « lavarent. »

² Al. : « præceperunt. »

³ Al. deest : « qui. »

non solum unum, sed omnia, *ut videantur ab hominibus*: contra illud quod dicitur supra vi, 16 : *Nolite fieri sicut hypocritæ*; ibid. 16 : *Nolite ergo assimilari eis*. Sequitur expositio: *Dilatant enim phylacteria sua etc.* Et facit duo. Primo dicit quod faciunt; secundo quod requirunt: *Amant enim primos recubitus in cænis etc.* Quid faciunt? Onerosa non faciunt, sed aliqua que exterius patent, bene faciunt. Unde Bernardus: *Portant vestes sanctitatis, et hoc non est onerosum, quod ostendebant in phylacteriis et in fimbriis.* Dicitur enim Deut. vi, 8 : *Ligabis ea in manu tua et ante oculos tuos.* In manu, idest in completione operis, et ante oculos tuos, idest in consideratione tua. Ideo isti volentes gloriam, ut viderentur zelatores mandatorum Dei, scribebant mandata in cedula, et ponebant ante oculos, et illud phylacteria vocabant; et dilatabant magis ista, ut magis viderentur ab hominibus: unde dicitur: *Dilatant enim phylacteria sua.* Item de fimbriis legitur Numer. xv, quod ² præcepit Dominus ut facerent fimbrias, quia voluit ut discerneretur populus Iudaicus ab aliis populis. Et isti ut magis ostenderent se religiosos, magnificabant fimbrias, et alligabant spinas, ut viderentur se pungere, ut recordarentur se esse Iudeos. Non ergo exhibent nisi exteriora. Supra, vii, 43 : *Venient ad vos in vestimentis ovium.* Et quid requirunt? *Ut videantur ab hominibus.* Haec autem gloria in tribus ostenditur. In primatu, in reverentia exhibita, et in laude nominis³: qui enim querit gloriam querit unum istorum, vel omnia. Isti autem quarebant primatum in loco sacro, et in loco communii: unde in loco communii dicit: *Amant autem primos recubitus in cænis:* volebant enim sedere in capitulo mensarum, contra illud Lue. xiv, 8 : *Cum invitatus fueris ad nuptias, recumbe in novissimo loco.* Et dieit, *Amant,* quia non reprehenditur auctoritas, sed inordinatus appetitus. Quidam enim sunt in primo loco corporaliter, qui tamen in corde sedent in novissimo; et o converso aliquis

sedet in novissimo loco ut dicatur: *Vide, ille est humilis, et sic etc., sed in primo in corde*⁴, quia inde querit gloriam. Item querunt primatum in loco sacro, quia in Ecclesia: unde dicit: *Et primas cathedras in synagogis:* contra illud Ecol. vii, 4 : *Noli querere ab homine ducatum, negue a rege cathedram honoris.* Item appetunt reverentiam: unde dicit: *Et salutationes in foro;* idest, ut salutentur et honorentur ab hominibus, ut annoventur capucium coram ipsis, et flectantur genna ante eos; et appetunt *vocari ab hominibus rabbi:* idest, quod laudentur ut magistri. Origenes refert illud ad illos qui dignitates appetunt in Ecclesiis: est enim quædam dignitas archidiaconorum, diaconorum, sacerdotum, episcoporum. Diaconi sunt ut præsunt mensis, Act. vi, unde illi appetunt primos recubitus, qui appetunt locum diaconorum. Item cathedra proprie sacerdotum est; ideo illi amant cathedras qui amant locum sacerdotum. Qui autem debent esse magistri, sunt proprie episcopi; unde illi volunt vocari rabbi, qui amant esse episcopi.

Vos autem nolite vocari rabbi. In parte ista arect ab imitatione gloria: secundo invitat ad humilitatem, ibi, *Qui major est vestrum, erit minister vester.* Notandum autem, quod qui primatum habet, debet instruere et gubernare: quorum primum est proprium magistri, secundum patrum; et ideo primo prohibet inanem gloriam quantum ad utrumque. Secundum ibi, *Et patrem nolite vocare robis super terram.* Circa primum primo ponit documentum; secundo rationem assignat. Dieit ergo: *Vos autem nolite vocari rabbi:* Contra quod est illud I ad Tim. v, 17: *Qui bene præsunt presbyteri duplice honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Potest dici *Nolite;* idest, non ambiantur: et subjungit rationem: *Unus est enim magister rester etc,* scilicet Deus. Psal. lxxxiv, 9: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Sed quid vult dicere? Dicendum, quod ille proprio dicitur magister qui doctri-

¹ Al.: « ligabis in manu tua. »

² Al. deest: « quod. »

³ Al.: « et reverentia exhibita in laude nominis. »

⁴ Al.: « sed in primo corde. »

nam habet a se, non ille qui traditam a alio aliis dispergit : et sic solum natus est magister, scilicet Deus, qui proprie doctrinam habet ; sed ministerio multi sunt magistri. Si queris auctoritatem, queris quae Dei sunt ; sed si ministerium, queris quod humilitatis est : unde subditur : *Qui major est vestrum, erit minister vester* ; reputabit¹ se ministrum. Chrysostomus dicit, quod sicut natus est Deus per naturam, multi per participationem ; sic etiam unus magister est naturaliter, multi ministerialiter.

Sed quomodo potest homo scire quod a se non habeat doctrinam ? Patet, quia sic esset in ejus voluntate dare doctrinam cui vellet : sed non potest : immo solius Dei est, qui interius cor illeminat. Et est exemplum manifestum in sanitate : quia medicus sanat, quia aliqua exterius ministrat ; sed natura principaliter sanat, medicus vero quædam adjuvamenta ministrat ; et sanat medicus sicut natura, reducendo scilicet ad medium. Sic est de scientia, quia principium est nobis a natura, scilicet intellectus : unus qui docet adhibet quædam auxilia doctrinæ, sicut medicus ad sanitatem, sed solus Deus operatur in intellectu : unde *unus est magister vester* : unde non debetis vocari magister.

Item ostendit quod non ament auctoritatem patris : *Vos autem omnes fratres estis* : et hoc ostendit ex æquali conditione. In magisterio non fecit differentiam in qualitate conditionis, sed in paternitate conditionem apponit, unde dicit : *Vos omnes fratres estis* : quia a me patre. Malach. ult. 5 : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam* : et post : *et convertetur cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum*. Item estis filii mei per regenerationem. I Pet. 1, 3 : *Qui regeneravit nos in spem vivam resurrectionem Jesu Christi*. Unde unus non habet auctoritatem super alium. Et sequitur : *Et patrem nolite vocare vobis super terram* : quia enim estis filii patris superni, ideo non debetis habere patrem in terris. Ille proprius dicitur patrem habere in terris qui hereditatem querit in terris ; et ille ha-

bet patrem in celis qui hereditatem querit in celis. I Petr. 1, 4 : *Qui regenerauit nos in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcessibilem, conservatam in celis*.

Quare ergo in monasteriis majores dicuntur patres ? Dicendum, quod est quantum ad auctoritatem. Eph. iii, 4 : *Potes-tis intelligere prudentiam meam in mini-stro Christi etc.*

Unus enim est pater vester. Supra 6, 9 : *Pater noster qui es in celis*. Item nec vocenni magistri, quia magis est vester unus est Christus. Unde Christus magisterium sibi attribuit, quia Christus Verbum est : et ideo ipsius est docere, quia nullus docet nisi per verbum. Item est magister quantum ad naturam humanam quia missus est ut doceret. Joan. I, 18 : *Deum nemo vidit inquam. Unigenitus qui est in sinu Patris, ille nobis enarravit*. Item. ibid. xii, 13 ; *Vos vocatis me Magister et Domine*.

Qui major est vestrum, erit minister vester. Postquam retraxit a superbia, hortatur ad humilitatem : et primo ponit hortationem, secundo assignat rationem. Et hoc potest sic continuari. Chrysostomus : Vos non debetis patres vocari, nec magistri : unde hoc non debetis ambire, sed magis humilitatem. Unde *qui major est vestrum, erit minister vester* ; id est debet se exhibere ministrum. Unde I Corinth. iv, 1 : *Sic nos existinet homo ut ministros Christi*. Vel aliter : ita dixerat : *Nolite vocari rabbi* : Unde dicerent ei : Vis quod non sit prælatio in terra ? Dicit Dominus : *Hoc non volo, sed volo quod qui major est vestrum : sit sinister ves-ter* ; id est, non se existimet ut superiorem, sed ut ministrum. II Corinth. iv, 5 : *Nos autem servos vestros per Jesum*. Et hoc est quod dicitur Luc. xxii, 27 : *Quis major est, qui ministrat, an qui re-cumbit?* etc. Deinde assignat rationem : *Qui autem se exaltaverit humiliabitur, et qui se humiliaverit exaltabitur*. Unde in cantico Virginis, Luc. I, 52 : *Deposit potentes de sede, et exaltavit humiles*.

2. Postquam instruxit discipulos et turbas de cautela quam habere debebant

¹ Al. : « reputabat. »

² Al. : « humiliat. »

super doctrinā Iudaeorum; hic convertit sermonem ad scribas, increpando eos. Primo increpat de simulatione religionis, cum irreligiosi essent: secundo de simulatione puritatis, cum impuri essent; tertio de simulatione pietatis, cum impi essent. Secundo ibi, *Vx vobis Scriba et Pharisæi hypocritæ qui mundatis quod deforis est calicis etc.* Tertia ibi, *Vx vobis qui ædificatis sepultra prophetarum etc.* In his quæ ad religionem spectant, quædam a sacerdotibus debentur populo, quædam e converso. Primo ergo ponit malitiam eorum in his quæ a sacerdotibus; secundo in his quæ a populo, ibi, *Vx qui dicitis: Quicumque juraverit etc.* Sacerdos debet sulditio jam converso aliquid, et aliquid non converso. Non converso, ut convertat ipsum: converso doctrinam. Malach. ii, 7: *Labia sacerdotis docent sapientiam.* Item debet ei suffragia. Ad Hebr. x, 4: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum.* Et isti mala agebant in utroque: unde primo arguit eos de primo; secundo de secundo, ibi, *Vx vobis qui comeditis domus viduarum etc.* In ipsis omnibus increpationibus designat se esse Filium ejus qui veterem legem dedit. Deuter. xvi, et xviii, dantur maledictiones qui in lege non remanserit, et post dantur benedictiones. Sed quia venerat ut solveret maledicta legis, ideo primo date sunt superius benedictiones, ubi dictum est supra v, 3, 4: *Beati pauperes, Beati mites etc.* Carea finem vero sae doctrinae dat maledictionem. Ideo male reprehendunt qui reprehendunt veterem legem propter hoc quod ibi continebant maledictiones: quia sicut in veteri lege, ita et in nova. Sicut enim in lege non maledicebantur nisi qui legem præteribant, sic nec hic: Prov. iii, 2: *Disciplinam Domini non abicias.*

Sed quid est quod dicit: *Qui clauditis regnum celorum ante homines?* Regnum celorum dicitur beatitudine vita aeterna. Supra v, 20: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum.* Item saecula Scriptura dicitur regnum. Supra xxi, 43: *Aueretur a vobis regnum*

Dei, idest intellectus sacræ Scripturæ. Ad utrumque regnum Christus ostium est. Joan. x, 9: *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet.* Quid est ergo claudere regnum, nisi quod isti claudebant per malam doctrinam et malam vitam? Non clauditur nisi quod apertum est. Doctrinæ de Christo apertæ erant; sed isti claudebant: quia obscuras eas faciebant. Habetur Isa. xxxv, 5: *Dominus ipse veniet, et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cœcorum, et aures surdorum patibunt.* Quando Dominus faciebat ista miracula, aperta erat haec Scriptura, sed ipsi claudebant dicentes: *In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia:* Luc. xi, 15: Item ipsi claudebant per malam vitam, quando per malum exemplum inducebant ad peccandum. Psal. i, 4: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedet.* Ille proprie in cathedra pestilentiae sedet qui officium docendi accipit, et per malam vitam populum corrumpt. Per injustam etiam sententiam index hominem perimit, tamen injustam sententiam in vanum projicit. Data est enim potestas ligandi et solvendi ad ædificationem, non ad destructionem. Unde potest eis dici: *Vx vobis... qui clauditis regnum celorum ante homines.* Item quicumque impedit introitum ad regnum, non est dubium quin male agat: unde sequitur: *Vos enim non intratis, nec intrantes sinitis intrare;* idest, alias converti. Unde Malach. ii, 8: *Recessistis a via et scandalizastis plurimos.*

Vx robis... qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes. Hoc est secundum vae, in quo tangitur simulatione quantum ad orationem. Et primo arguit de voracitate, cum dicit: *Qui comeditis domos viduarum:* quia quicquid faciebant, totum ad gulam retrorquebant, ita quod eis convenit illud II Mach. vi quod totum templum luxuriis et commissationibus erat plenum. *Domos viduarum,* idest facultates viduarum. Sed quare magis domos viduarum quam aliorum? Ratio est, quia magis intendunt seducere mulieres; quia viri sapientiores sunt et dis-

eretiores, nec ita cito decipiuntur. Item mulieres habent affectum magis proclivem ad largiendum. I ad Tim. ii, 10 : *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per bona opera.* Item *domus viduarum* : quia mulier quæ habet virum, habet eum ut caput, et ut consiliarium ; ideo non ita decipitur. Item conjugata non habet potestatem domus sua, sed vidua habet : ideo magis potest dare quam conjugata ; et ideo magis faciebant quæstum circa eas quam circa alias, cum magis esset eis daudum : nuda bene convenit eis illud Ps. xcvi, 6 : *Viduam et advenam interfecerunt.* Et hoc in oratione : *Orationes longas orantes*, propter simulationem sanctitatis ; et sic retorquebant orationem ad quæstum, et quæstum ad gloriam : unde reprehendi poterant, quia gulosi, quia deprædatores, item quia simulabant sanctitatem : et ideo sequitur : *Et propter hoc amplius accipietis iudicium* : id est, amplius peccatis. Et quare ? Quia si aliquis rapit per arma diaboli, peccat ; et si per arma Dei, peccat dupliceiter, quia peccat contra Deum, et contra proximum. Vel *amplius accipietis iudicium* : quia accipitis ab eis quibus debebatis dare. Vel *amplius*, sicut habetur Luc. xii, 47 : *Servus sciens voluntatem Domini et non faciens, vapulabit plagiis multis.*

Vx vobis Scriba et Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum. Et hoc dupliceiter exponitur : ut referatur ad tempus post Christum, et ante Christum. Si ad tempus post, sic loquitur futura et præsentia. Prævidit enim quod per totum mundum Judei essent dispergendi, et quod converterent ad legem suam, et perverterent a Christo quos possent : et ideo dicitur : *Circuitis mare et aridam etc.* Dicuntur proselyti qui convertuntur a gentibus ad fidem eorum, vel a Christianis : et quia¹ prævidebat istos aliquos ad fidem suam conversuros de Christianis ; ideo hoc dicit : et dicit, *Unum, quia paucissimi conversi sunt.* Ideo intrarunt illam maledictionem, quæ habetur Oseeæ ix, 10 :

¹ Al. : « et ideo. »

² Al. omittitur : « habet. »

³ Al. : « cum sunt Judei, flunt participes. »

Quasi uras in deserto inueni Israel. Et cum factus fuerit, scilicet Judæus, faciatis cum filium gehennox duplo quam vos : quia est primo Gentilis, et post Judæus : et tunc habet⁴ subtilia peccata, scilicet gentilitatis, et Judæorum : quia cum sit Judæus, fit particeps⁵ occisionis Christi. Si autem fuerit Christianus, et post Judæus, efficitur in duplo pejor : quia maculat domum Spiritus sancti quod accepérat in sacramentis. Item particeps fit peccatorum Judæorum. Joan. viii, 14 : *Vox ex patre diabolo estis.* Potest etiam referri ad tempus ante Christum, quia ante Christum convertebant aliquos ad fidem suam. Et hoc patet, quia quilibet diligit magis se quam alium : ergo si converterent alios propter salutem animæ, magis deberent de sui ipsius salute curare ; sed non curabant, sed hoc faciebant totum propter quæstum, quia volebant quod oblationes argumentarentur : unde utilis⁶ erat doctrina eorum. *Et cum factus fuerit, faciatis cum filium gehennox duplo quam vos :* quia primo convertebatur ad Judaism, et scandalizabatur, et sic post⁵ iterato convertebatur. Unde II Pet. n, 21 : *Melius est viam iustitiae non agnoscere, quam post agnitam regredi.* Item aliter. Antequam esset Judæus, abstinebat a malis, saltē propter laudem hominum ; sed post, non : unde ad Rom. ii, 14 : *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, hujusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex.* Unde accipiebant exemplum a malis.

Vx vobis duces cæci. In hoc ostendit quomodo sunt simulatores sanctitatis in his quæ prælati debentur. Et primo de oblationibus ; secundo de decimis, ibi, *Vx vobis... qui decimatis mentham etc.* Vide: primo ponit traditionem eorum ; secundo arguit tribus rationibus. Prima pars, ubi ponitur traditio cum ratione, habet duas partes. Secunda ibi, *Et qui cumque juraverit in altari etc.* Isti totam religionem trahebant ad quæstum, ut trahearent homines ad offerendum. In templo erat multum aurum positum : unde

⁴ Al. : « subtilis. »

⁵ Al. : « si post. »

dicebant, quod¹ si aliquis juraret per templum, nihil debebat; sed qui jurabat per aurum, obligabat se ad tantum pro quo jurabat. Item secunda traditio erat, quod erat ibi altare, et offerebantur multa super altare: unde dicebant quod qui jurabat per altare, nihil solvebat; qui autem per oblationem, obligabat se ad vaforem oblationis. Et quare? Ut lucarentur ex pœnis, et ut elevarent per sanctitatem oblationem, et ut incitarentur homines ad magis offerendum. Et primo ponit primam partem; secundo secundam. Circa primum duo facit. Primo proponit traditionem; secundo improbationem, ibi, *Stulti et cacci etc.* Dicit ergo: *Vx vobis duces cacci etc.* Item habetur supra xv, 14: *Cacci sunt, et duces exercorum.* Isa. lvi, 10: *Speculatores ejus cacci omnes.* Qui dicitis: *Quicunque juraverit per templum Dei, nihil est;* quia impossibile est quod istud aliud templum faciat: qui autem juraverit in auro templo, idest per aurum, debitor est, scilicet illius auri. Consequenter ponit improbationem: *Stulti et cacci: quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?* Constat quod illud quod est in templo, ratione templi sanctum est: unde qui aliquid in templo fatur, sacrilegium committit: unde manus est jurare per templum quam per aurum. Chrysostomus: *Contra quosdam qui dicunt quod jurare per Deum, nihil est.* Unde qui jurant per Deum, credunt nihil jurare: sed cum jurant² per sancta Dei Evangelia, credunt magnum esse. Unde potest eis dicit: *Quid majus est, Deus³ vel Evangelium?* Constat quod Deus; et hoc verum est simpliciter; securum cum aliqua circumstantia additur quae aggravat peccatum: quia qui jurat per sancta Evangelia Dei, juravit cum quadam deliberatione et solemnitate; et ideo gravius peccat. Deinde ponit secundam partem traditionis: *Et quicunque juraverit in altari, nihil est;* qui autem juraverit in dono quod est super illud, debet. Tunc ponit improbationem: *Cacci, quid majus est, donum, an altare quod*

sanctificat donum? Non enim sanctificatur donum nisi per altare. *Qui ergo juraverit in altari, jurat in eo, et in omnibus que super illud sunt.* Ille ponit aliam rationem. Templum continet aurum, et non e converso; similiter altare continet donum, et non e converso: unde qui jurat per templum, jurat per aurum quod est in templo; et qui jurat in altari, idest per altare, jurat per id quod est in eo. Item sequitur alia ratio: *Et qui juraverit in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso.* Iste dicebant: Qui jurat in templo, nihil jurat. Sed ipse vult ostendere, quod qui jurat per templum, jurat per Deum: quia non jurat per templum nisi sanctificatum; et non est sanctificatum nisi Deo: ergo qui jurat per templum, jurat per Deum. Deinde ponitur alia ratio: *Et qui jurat corlo, idest per celum, non jurat per eum nisi quia thronus Dei, et quia manifestatur ibi potentia Dei:* unde quia in celo jurat, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum. Psal. x, 5: *Deus in templo sancto suo: Dominus, in celo sedes ejus.* Et istud inducit inibi secundum similitudinem. Sed mystice, secundum Origenem⁴, facit mentionem de templo, de auro, et de altari, in quibus significatur vita contemplativa et gloria. Per aurum contemplativa significatur, per quod significatur subtilis sensus exigitatus ipsius Scriptura: quia quantumcumque videatur rationabilis, nihil est nisi sit in templo, idest nisi confirmetur in saera Scriptura. Per altare signatur cor, in quo debet esse ignis devotionis. Levit. vi, 12: *Ignis in altari meo non deficit.* Per oblationes servitia, et oblationes, quae nisi a corde sancto vel ab altari sancto excent, non possunt valere. Supra vi, 22: *Si oculus tuis fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Per thronum vita gloria signatur. Ille Deus est qui est excedens universa. Vel per altare et templum intelligimus Christum: ipse enim se nominat templum; Joan. ii, 29: *Solecite templum hoc, et in tribus diebus reedificabo illud.* Item dicitur altare, ad Heb. ult. 10: *Huc*

¹ Al. deest: « quod. »

² Al.: « sed jurant. »

³ AL: « vel Deus. »

⁴ AL: « sed secundum ministerium Origenis. »

bemus altare, de quo edere non habent potestatem qui in tabernaculo deseruntur. Unde quiequid boni facinus, nisi sit in templo hoc, idest Christo, sanctificatum. non valet : unde totum contemptibile est nisi referatur ad Christum.

Vx vobis Scribe et Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham et anethum et cynamum. Hic reprehendit eos de decimis ; et tria facit. Primo ponit eorum consuetudinem ; secundo inducit doctrinam ; tertio ponit quamdam similitudinem. Secunda ibi, *Hæc oportuit facere.* Tertia ibi, *Duces cœci, excolantes calicem etc.* Unde dicit : *Vx vobis Scribe et Pharisæi : et superaddit, hypocritæ, quia principialis intentio erat simulatio : qui decimatis mentham, anethum, et cynamum.* Potest intelligi, vel decimas datis, vel qui decimas exigitis : unde plurimi erant sacerdotes et levitæ, ad quos pertinebat decimas exigere, quæ eis debebantur, ut habeatur Num. xviii, et Dent. xiv : ideo diligentissimi erant ad exigendum, ideo usque ad minima exigebant, ut de cymino et anetho. *Et reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium, misericordiam, et fidem.* Quædam enim debebantur sacerdotibus propter se, ut decima ex quibus debebant vivere ; ad² quædam vero tenebantur propter Deum, ut facere judicium et misericordiam : unde Dominus ab eis ista requirebat, scilicet judicium et misericordiam. Psal. c, 4 : *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine.* Item vult fidem propter gloriam suam : unde illa ad quæ tenebantur propter Deum, non curabant : unde dicit : *Et reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium, misericordiam, et fidem.* Sed de decimis ad quæ tenebantur propter se, bene curabant, secundum illud Phil. ii, 2 : *Onnes querunt quæ sua sunt, non quæ Dei.* E contrario facit caritas, quæ non querit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi : 1 Cor. xiii, 3. Item potest dici : Væ vobis qui decimas datis, quia datis de minimis, de mentha, et cymino, et hujusmodi, et hoc ut appareatis religiosi ; sed de interioribus non curatis, quia nec misericordiam

nec judicium nec fidem diligitis. Supra xii, 7 : *Si sciretis quid est, Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.* Origenes dicit, quod per mentham et cynamum etc., possunt quedam intelligi, quæ ad honestatem religionis pertinent : unde misericordia, judicium et fides sunt sicut cibi, alia vero minima sunt sicut condimentum : unde sicut faciebant majorem vim in condimento suo in parando cibum quam in cibo, sic et isti magis faciebant vim in hoc quod flecteretur genu coram eis quam in eis que ad Deum pertinebant.

Hæc oportuit facere, et illa non omittere. Quia dixerat, *Vx vobis qui decimatis,* posset aliquis dicere, quod prohiberet Dominus dare decimas : ideo³ dicit quod immo, eum dicit : *Hæc oportuit facere, et illa non omittere;* quasi dicat : Non peccatis⁴ in istis, sed in omittendo ea ad quæ magis tenemini : ideo et *hæc oportuit facere,* idest decimas exigere, et *illa,* scilicet judicium, justitiam, et fidem, *non omittere.*

Sed hic potest esse quaestio de decimis. Videtur Dominus ponere necessitatem solvendi decimas : unde in toto novo testamento non ita expresse fit mentio sicut hic. Sed numquid ex precepto legis habetur ? Non : quia in lege quædam moralia continentur, quædam ceremonia, quædam judicialia. Moralia per omne tempus servanda sunt, et ab omnibus ceremonia a certis hominibus et certis temporibus, ut circumcisio ; haec erant solum in figura : item quædam judicialia, ut si quis furaret ovem, reddat quadruplum : ideo queritur de decimis, utrum decimæ sint praeceptum morale. Et videtur quod non : quia moralia sunt de lege naturali. Illud autem solum est de lege naturali quod ratio naturalis suadet ; sed non plus suadet dare decimam quam nonam vel undeciman etc. ergo non est de jure naturali. Item si decimæ sint ceremoniales, ergo peccant qui solvunt eas.

Ad hoc dixerunt qui ante nos fuerunt,

¹ Al. : « et hoc. »

² Al. omittitur : « ad. »

³ Al. : « immo. »

⁴ Al. : « peccastis. »

quod quædam sunt pure moralia, quædam pure cæmerialia, quædam habent aliquid de morali et aliquid de cæmeriali. *Non occides*, pure morale est. Similiter, *Dominum Deum tuum adorabis etc.* Si dicas : *Quartadecima luna ad vesperam offeres agnum* : istud pure cæmeriale est. Sed si dicitur : *Memento quod diem sabbati sanctifices* : aliquid habet naturale vel morale, et aliquid cæmeriale. Morale, scilicet quod ratio naturalis suggerit, scilicet quod habeat aliquod tempus ad quod vacat, vel in quo vacet ad orandum Deum. Sed quod die sabbati vel dominico, etc., judiciale est : unde dicunt quod præceptum de decimis partim cæmeriale est, partim morale. Sunt enim ad sustentationem pauperum, et eorum qui vacant servitio Dei, vel prædicationi : qui enim servit communitati, convenit¹ ei de communitate vivere; et hoc est de jure naturali. Sed quod decimam partem, hoc est cæmeriale.

Sed numquid tenentur modo? Dico quod determinatio ad quemlibet principem qui habet potestatem legem constituendi, pertinet : unde in potestate Ecclesiae est constituere vel decimam, vel nonam, vel hujusmodi : unde tenentur, non quia sit de jure naturali, sed ex constitutione Ecclesie.

duces cœxi excolantes culicem, cameolum autem glutientes. In parte ista ponit similitudinem : unde dicit, *Excolantes culicem*. Qui excolat cum difficultate transglutit : unde vult dicere, quod magnam curam ponunt in minimis, et parvam in magnis. Vel per culicem peccata minima intelliguntur, per cameolum grandia : unde faciunt vim in parvis peccatis; et hoc est quod dicit : *Canculum autem transglutientes*.

Væ vobis Scribæ et Pharisæi, qui mundatis quod deforis est calicis et paropsidis. Supra Dominus increpauit Phariseos de simulatione quam exterius pretendebant, quam non habebant in corde, sed ad quæstum retorquebant; hic de simulatione puritatis quam exterius ostende-

bant. Et hic primo quantum ad appetitum temporalium bonorum, vel quantum ad peccata carnalia ; secundo quantum ad spiritualia. Et primo agit de primo ; secundo de secundo, ibi, *Væ vobis... quia similes estis sepulcris dealbatis*. Circa primum duo facit : primo enim arguit eorum simulationem ; secundo proponit sacram doctrinam, ibi, *Pharisæe cœxi etc.* Dicit ergo : *Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis etc.* Notate quod istud potest intelligi duplice. Uno modo quod sit locutio propria ; et vult tangere morem Phariseorum, qui ponebant magnam curiositatem in mundando exteriora, ut habetur supra vii, quia servabant munditiam urecorum et vasorum : unde *væ vobis*, qui magnam solitudinem impunitis in mundando vasa, sed non corda : unde sequitur : *Iustus autem, id est in corde, pleni estis rapina et immunditia.* Hieronymus vult quod sit figurativa locutio : unde vult quod intelligatur munditia omnis quæ foris ostenditur. In paropside cibis ministratur, in calice potus. Homo autem paropsis² dicitur. Cibus autem in quo Deus delectatur, sunt bona opera que facit. Joan. iv, 34 : *Cibus meus est ut faciam voluntatem Patris mei.* Constat quod usus calicis, et paropside non est in superficie exteriori, sed interiori. Ille ergo mundat calicem exterioris qui parat corpus suum exterioris. Vos autem estis hujusmodi : *Iustus autem pleni estis rapina et immunditia.* Et duo ponit, rapinam et immunditiam : quia duo sunt genera peccatorum : carnalia quæ consummantur in delectatione carnis, ut gula et luxuria ; alia quæ in delectatione spiritus, ut superbia et avaritia : quia avaritia quantum ad objectum, se tenet cum peccato carnali : quantum ad completionem, quia completetur in delectatione mentis, scilicet in cupiditate pecunia, se tenet cum spirituali : unde reprehendit avaritiam, cum dicit, *Rapina.* Rapina autem proprie est quando accipituraliennum ; sic proprie avarus detinet alienum : unde opponitur justitiae. Isa.

¹ Al. : « qui enim servit communitati Dei, convenit etc. »

² Al. : « paropsidis. »

iii, 34 : *Rapina pauperum in domo res tra. Item pleni immunditia, quantum ad gulam et luxuriam. Anima redditur impura per passionem : nulla autem passio ita deprimit rationem, sicut gula et luxuria.* Eph. v, 3 : *Fornicatio et immunditia aut auraria nec nominetur in robis, sicut decet sanctos.*

Tunc reducit ad sanam doctrinam : *Pharisæe cœce, munda prius quod intus est calicis et paropsidis.* Tota puritas exterior est a puritate interiori, ut habetur supra vi, 22 : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Ideo docet quod mundet eorū et sic erit totum mundum : unde dicit : *Pharisæe cœce etc.* Sapient. ii, 21 : *Excœavat eos malitia eorum : munda quod interius est : quia quodecumque fiat exterius, dummodo fiat ex bona voluntate, totum bonum est.* Proverb. iv, 23 : *Omni diligentia serva cor tuum.* Item potest intelligi intellectus sacrae Scripturae. Eccli. xv, 3 : *Cibavit cum pane vita et intellectus : in quo propinatur sapientia.* Panis sapientia est verbum vitae : unde quidam volunt ornare verbum exterius, et de sapientia non curant. Et isti mundant quod deforis est.

Vx vobis... quia similes estis sepulcris dealbatis. Hic arguit eos quantum ad peccata spiritualia : et primo ponit similitudinem, secundo exponit. Sépulcrum dicitur ubi mortuum corpus quiescit. Mortua corpora sanctorum templum Dei sunt, in quibus Deus habitat. I Corinth. iii, 17 : *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Corpus est habitaculum animæ, et anima est thronus Dei ; ita sicut corpus est habitaculum animæ, ita anima Dei. Psal. x, 5 : *Dominus in templo sancto suo etc.* Corpus vero peccatoris est sepulcrum, quia mortuum continet, quia anima per peccatum moritur ; ideo mali sepulcrum dicuntur. Psal. xiii, 3 : *Sepulcrum patens est guttur eorum.* In sepulcro est corpus mortuum intus, tautum aliquando exterius est aliqua imago, que videtur in facie vivere. Apocal. iii, 1 : *Nomen habes quod vivas, et mortuus es.* Et ideo dicit : *Quæ foris apparent spe-*

ciosæ, propter decorem exterius appositiū, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, et omni sparsitia, idest omni putredine, et omni immunditia. Post hoc exponit : *Sic et vos foris quidem apparetis hominibus justi ; idest, homines vos judicant justos ; intus autem pleni estis hypocrisi et iniuriate.* Comprehendit peccata carnalia, avaritiam et gulam, sicut dictum est supra, sub qua vanæ gloria continetur. Joan. xii, 43 : *Dileixerunt magis gloriam suam quam gloriam Dei.* Item sub iniuriate, omnia peccata spiritualia.

Tunc cum dicit, *Vx vobis... qui ædificatis sepulera prophetarum,* arguit eos de simulatione pietatis ; et duo facit. Primo ponit simulationem eorum ; secundo crudelitatem, ibi, *Itaque testimonio estis vobis metiatis etc.* Item simulant dupliciter : factis et verbis : unde primo redarguit eos de factis, secundo de verbis. Secundo ibi, *Et dicitis : Si fuissemus etc.* Dicit ergo : *Vx vobis qui ædificatis sepulcra prophetarum.*

Sed quid est ? Numquid ipsi male faciebant ? Nonne nos hoc bene facimus, qui corpora sanctorum in capsis argenteis et aureis ponimus ? Dicunt aliqui, quod non reprehenduntur de opere¹ sed de intentione : quia mala erat eorum intentio : faciebant enim ut memoria sceleris patrum suorum ad memoriam redigeretur hominum : unde consuetudo erat quod quando aliquod novum accidebat, quod siebat aliquid ad memoriam illius : uide volebant quod audacia parentum, qui ausi fuerunt interficere prophetas, esset in memoriam omnium. Sed haec expositio non consonat litteræ ; ideo alterum dicendum, quod non vituperant propter hoc, sed quia non faciebant hoc nisi ut exterius ostenderent signa pietatis, sicut supra dicitur, quod decimabant inenthamb et cymium.

Item *ornatis sepultra justorum.* Orabant sepultra, et tamen habebant animum ad interficiendum propter simulationem. Similiter dicit Chrysostomus est temporibus nostris, quod si aliquis faciat multa bona, ornet sepulcra, manum ha-

¹ Al. : « reprehenduntur opera. »

beat largam, et hujusmodi, si in lapidibus edificet, et intendat vanam gloriam, nec ambulet in viis Domini; non prodest ei. Item ostendebant verbo pietatem: *Et dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essetis socii eorum in sanguine prophetarum. Commune est quod in factis aliorum omnes sunt judices ansteri: unde si videmus aliquem peccantem, judicamus grande peccatum, nostrum autem peccatum attenuamus;* ideo isti filii malitiam patrum snorum cognoscabant, suam autem non. Supra vii, 5: *Ejice primo trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.*

Tunc ponit crudelitatem eorum: et primo in generali; secundo in speciali: et ponit poenam temporalem, ibi, *Ecce ego mittio ad vos prophetas et sapientes et sibas. Circa primum primo describit originem; secundo imitationem mali; tertio minatur poenam. Dicit: Itaque testimonio vestris vobis metiatis, quia filii vestris qui prophetas occiderunt.*

Sed quid mali erat eis, quia non erat in potestate eorum? Ideo videtur quod non debebat eis imputari. Videte: aliquando filius non imitatur² peccata patris, aliquando imitatur malitiam paternam. Si non sequitur malitiam paternam, non ei imputatur. Aliquando accedit quod habet bonum patrem et malam matrem, et e converso; et sequitur bonitatem patris vel matris. Sed si uteisque malus, raro accedit quin imitetur malitiam eorum. Et ratio est, quia filii malorum assuecent malis³ a principio, et ei quod assuecent in juventute, fortius adhaerent; et ideo magis sunt proelives ad malum. Item parentes mali cum vident filios aliquod malum agere, non castigant eos: quare peccatum eorum aggravatur, ita quod peccata parentum redundant in filios. Exod. xx, 5: *Ego sum Deus zelotes vindicantis peccatum patrum in filios.* Ideo dicit: *Quia filii vestris eorum, qui habent malitiam eorum. Sapient. vii, 12: Neguissimi filii eorum. Unde estis filii per imitationem; et hoc est quod sequi-*

tur: Implete mensuram patrum vestrorum. Non est imperativum, sed nuntiativum: *Implete;* idest, implebitis, quasi ut homo loqueretur; idest interficietis me. Joan xii, 27: *Quod facis, fac citius.* Vel potest esse permissivum;⁴ idest, non impediemini per me; idest, aliquando volnistis, sed non permisi, de cetero non impediā: ideo *implete mensuram patrum vestrorum.*

Sed quid est quod dicit, *Implete?* Videlicet, quod omnia quae eveniunt, ex certo Dei iudicio eveniunt. Sed in illo Dei iudicio non statim solvitur poena, donec totaliter exaggeretur, et veniat ad cumulum: unde quantum ad iudicium Dei non adhuc erat impleta culpa eorum. Unde interficerunt prophetas: et non est adhuc impleta culpa, sed in me complebitur. Ideo *implete mensuram patrum vestrorum.* Isa. xxvii, 8. *In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, iudicabis eam.* Vel *implete.* Patres peccaverunt, sed vos implete. Tunc aliquis implet quando pervenit ad tantum quantum patres sui. Ideo patres vestri occiderunt prophetas, et vos implete. Vel potest dici, quod illi peccaverunt servos interficiendo; isti autem filium interficiendo: unde impleverunt nequitiam patrum. Sed Dominus voluntarie se obtulit, et non se opposuit. Item non improprietate eis peccatum suum, sed solum snorum, quia boni pastoris est ut injuriam suorum replete suum.

Tunc subjungit de poena: *Serpentes, geninu riparum etc.* Et videtur quod satis congrue loquitur de culpa. Serpens animal venenosum est, et occidit veneno suo: sic isti serpentes dicuntur, quia prophetas occiderunt. De vipera etiam dicitur quod pariendo moritur: unde fetus corredit viscera matris: sic cum ipsi essent mali, vituperabant patres. Unde vos tales quomodo effugietis iudicium gehennæ? Secundum iudicium hominum evaditis, sed secundum iudicium Dei quomodo evaditis?⁵ Unde oportet habere eorum mundum. Job xix, 29: *Fugite a facie gladii.*

¹ Al.: « non. »

² Al.: « filii etiam imitetur. »

³ Al.: « mala. »

⁴ Al.: « permissum. »

⁵ Al.: « vaperabunt. »

⁶ Al.: « evaditis. »

2. In parte ista ponit crudelitatem eorum, et addit penam temporalem : et primo primum facit ; secundo penam addit. Et primo ponit beneficium ; secundo culpam ; tertio magnitudinem penæ. Unde dicit : *Ecce ego mittó ad vos prophetas et sapientes et scribas etc.* Et potest referri ad illud quod immediate sequitur, vel ad illud totum quod sequitur. Si ad totum, sic planiorem habet sensum. Ita dico quod estis impleturi, et quod estis serpentes etc. *Unde mittó ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis* : quia tales estis qui occidere consuevistis. Vel aliter, ita quod ad totum referatur. Dominus vult quod judicium non solum sit justum, sed quod appareat justum, ut exempla alii accipiant. Unde si aliquis habeat bonum propositum, Dominus remunerat eum de bono proposito, et inde dat voluntatem exercendi opus bonum : sic e contrario cum aliquis habeat propositum malum, et sit plenus mala voluntate ; secundum quod dicitur Osœa n, 6 : *Sepiam viam spinis* : excitat iram Dei, et ex ira Dei est ut manifestetur malitia sua. Ideo mittó ad vos prophetas et sapientes et scribas ; et vos occidetis. Et dicit, *Ecce*, quia in promptu est, quia misit Apostolos : unde Actor. i, 8 : *Et eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudea et Samaria, et usque ad ultimum terræ*.

Sed notate, quod in hoc quod dicit, *Mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas*, diversa dona Spiritus sancti significat. *Alii datur donum sapientiae, alií genera linguarum etc.* I Corinth. xii, 10. Omnia ista dona habuerunt Apostoli, habuerunt donum prophetæ in dicendo futura. Joel. n, 28 : *Effundam de spiritu meo super omnes gentes, et prophetabunt filii vestri et filia vestra*. Item sapientiae, quia omnia cognoscabant, Lue. xxi, 45 : *Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri*. Item fuerunt scribæ, quia intellectum Scripturae habuerunt. Lue ult. 43 : *Aperuit eis sensum ut intelligerent Scripturas*.

Et quare hoc prædict? Ut discipuli cogitantes quod audierunt, facilius susti-

neant. Item ad convincendam malitiam eorum, quia sicut patres eorum prophetae occiderunt, sic isti Apostolos : unde, *Ex illis occidetis*, ut habetur Acto. xii, 2, quia Herodes occidit Jacobum fratrem Joannis gladio, videns quia placaret Iudas. Alii fuerunt crucifixi : unde, *Et crucifigetis* : haec enim erat mors vilissima ; ideo hac morte occiderunt Christum, secundum illud Sap. ii, 20 : *Morte turpissima condemnemus eum. Et flagellabitis*. Acto. v, dicitur, quod cassis demutauerunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu. *Et persequemini*. Istud manifestum est quo modo Paulum persecuti sunt. Et supra x, 23 : *Si persecuti fuerint vos in una civitate, fugite in aliam*.

Uterius ponitur pena, qua quia videbatur gravis, ideo confirmat : *Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam*. Dicit : *Ut veniat super vos omnis sanguis justus a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiae*. Quis sit iste Abel notum est, quia iste occisus est a Cain fratre suo. Sed de isto Zacharia, quis fuerit non habetur. Legitur quod tres fuerint Zachariae. Quidam filius Barachiae, qui fuit undecimus inter prophetas. Sed de isto non potest intelligi, quia non erat adhuc altare. Alius pater Joannis, et ejus fuerit filius non inventitur : sed dicit Chrysostomus, quod fuit occisus propter Christum, quia in templo erat locus virginum. Et dum secederet Virgo Maria in loco virginum, expellere voluerunt eam Iudea loco ; quod prohibuit Zacharias, eam defendens ; et propter hoc occisus fuit. Alius dicitur filius Jojadae, quem occidit Joas in atrio templi, ideo inter templum et altare : unde concordat locus, sed nomen dissolut. Sed tamen dicit Hieronymus, quod interpretatur benedictus Domini, et designatur sanctitas patris ejus Jojadae sacerdotis. Et dicit quod ipse vidit Evangelium Nazarenorum, et ibi continebatur, *Filius Jojadae*.

Sed quare sub isto Zacharia incipit, potest esse quæstio litteralis. Ratio antem videtur esse, quia etsi ¹ præcedentia ma-

¹ Ali deest : « ratio autem videtur esse. »

gis frequentia, ista tamen inveniebantur in Scriptura. Vel aliter, quod Abel pastor, Jojadas sacerdos : ideo per istos duos significantur laici et clerici : unde omnis poena pro occisione hominum veniet super eos. Vel aliter, quia quidam activi, quidam contemplati : unde utriusque signantur per istos.

Sed *Amen dico vobis, quod omnia venient super generationem istam*. Sed quomodo potest esse quod omnia veniant super generationem istam? Punitur ne unus pro alio? Ezech. xviii, 20: *Filius non portabit iniquitatem patris*. Quomodo ergo super generationem istam?

Hieronymus solvit: quod consuetum est in Scriptura quod tota generatio hominorum pro una generatione sumitur, de qua in Psal. cxi, 2: *Generatio rectorum benedicetur*. De generatione malorum supra xii, 39: *Generatio mala sigillum quarit*. Chrysostomus dicit sic. Aliqui peccant, sed Deus non statim vindicat: unde in Psal. vii, 12: *Numquid irascitur per singulos dies?* Aliqui vero nunquam cum peccant corriguntur, sed in pejus mutantur. II ad Tim. iii, 13: *Mali autem homines et seductores in pejus proficiunt*: et tunc expectat Dominus donec compleatur malitia eorum. Unde isti, in quibus complebitur malitia, portant pondus totius quantum ad temporalem penam; tamen quantum ad aeternam, quilibet suam: unde tanta erit quod videbitur quod pro omnibus patiatur. Unde Exod. xxxii dicitur, quod istud peccatum servetur usque in diem ultiionis. Sicut fuit plenitudo honorum his qui credunt in Christum, sic plenitudo malorum his qui occiderint Christum. Ideo dicit: *venient omnia super generationem istam*. Sed quae ista pena? *Destructio civitatis Hierusalem*. Et quoniam intendit loqui de excidio civitatis, ideo convertit se ad civitatem, dicens: *Hierusalem, Hierusalem*. Et primo ponit delictum; secundo commemorat beneficium; tertio preannuntiat penam. Secunda ibi. *Quoties volui congregare filios tuos... et nolui*? Tertia ibi. *Ecce relinquenter robis domus vestra deserta*. Dicit ergo: *Hierusalem, Hierusalem*: ot

designat ista geminatio affectum miserantis: unde dicitur Luc. xix, 41: *quod videns civitatem levit super eam. Quæ occidit prophetas*. Actor. vii, 32: *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* Et dicit, *Quæ occidit, non quæ occidisti*; ideo adhuc in malitia perseverabant. Haec est illa Hierusalem de qua habetur Ezech. v, 6: *Ista est Hierusalem: in medio gentium posui eam, et in circuitu ejus terras, et contempsit iudicia mea*. Possent se excusare: Non habuimus qui dicere nobis; ideo dicit, *Et lapidas eos qui ad te missi sunt*. Unde misi prophetas et multa auxilia, et non cognovistis. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluit? Designatur in hoc perpetuitas divinitatis ejus, secundum quod ipse dicit. Joan. viii, 58: *Antequam Abraham fieret, ego sum*. Unde ipse Christus misit prophetas, patriarchas, et Angelos: quandocumque misit, voluit congregare etc. Ili congregantur qui ad Dominum convertuntur, quia in eo uniuersit peccatores; disperguntur qui ab unitate separantur. Unde: *Volui congregare quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas*. Dicitur quod non est animal aliquod ita compatiens pullis' sicut gallina. Gallina defendit a milvo, et vitam exponit pro eis, et congregat sub alas. Si Christus comp titur nobis: *Vere longiores nostros ipse tulit*: Isa. lxx, 4. Item milvo, idest diabolo, se exposuit. Deuter. xxxi, 27: *Adhuc vivente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra Domum*.

Sed contra, Dominus voluit, et isti non invenerunt: ergo pravvaluimus mala voluntas eorum voluntati Dei. Unde dicendum: Quoties volui, feci; sed te invito feci cum feci: unde tua voluntas impedivit quod non facerem. Vel quod misit prophetas, sicut fuit quod voluit congregare: *et noluit*.

Tunc sequitur pena: *Ecce relinquetur robis domus vestra deserta*. Totus populus habebatur proper Hierusalem, et Hierusalem proper templum: ideo dicitur: *Relinquetur domus, idest templum, vel*

¹ Al.: « popul. »

habitatio. Psalm. LXVIII, 25 : *Fiat habitatio eorum deserta.* Vel dicitur dominus deserta quando caret proprio habitatore. Psal. X, 5 : *Dominus in templo sancto suo.* Unde dicitur relinquere per habitacionem ; ideo non videbitis me amodo etc., quia fui vobis secum per potentiam divinitatis, et post fui corporaliter ; sed recedam a vobis. Sed jam *relinquetur domus vestra deserta, et non me videbitis amodo,* nec corporaliter, scilicet post passionem, nec spiritualiter.

Sed nunquid est hoc verum, quod nulli Iudeorum viderunt eum, cum tamen multi conversi fuerint ad eum ? Ideo dicit : *Donec dicatis : Benedictus qui venit in nomine Domini :* quia quando confitebimini, tunc videbitis per fidem. Vel aliter designat occulte secundum adventum. Videlicet ipsum corpore, sed istam visionem non habebant usque ad secundum adventum ; in quo poteritis dicere, et recognoscetis, quod ego sum *benedictus qui venit in nomine Domini.*

C A P U T V I G E S I M U M Q U A R T U M

1. Et egressus Jesus de templo, ibat. Et nescierunt discipuli ejus, ut ostenderent ei aedificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis : Videatis haec omnia ? Amen dico vobis, non relinquetur hie lapis super lapidem, qui non destruatur. Sedente autem eo super monte Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes : Die nobis, quando haec erunt, et quid signum adventus tui, et consummationis saeculi ? Et respondens Jesus dixit eis : Videute ne quis vos seducat : multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus : et multos seducent. Audituri enim estis prælia, et opiniones prælitorum : videite ne turbemini. Oportet enim hac fieri ; sed nondum est finis. Consurgent enim gens in gentem, et regnum in regnum : et erunt pestilentes et fames et terramotores per loca. Hac autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tuu scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem : et multi pseudopropheta surgent, et seducent multos : et quoniam abundant iniquitatis, refrigerescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem hie salvus erit. Et prædicabit hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus : et tunc veniet consummatio.

2. Cum ergo videritis abominationem desolacionis, qua dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto ; qui legit intelligat. Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes ; et qui in teolo, non descendat tollere aliquid de domo sua ; et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam. Vt autem prægnantiatus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviatis fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro ; sed propter electos breviabantur dies illi.

3. Tunc si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus aut illuc : nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudopropheta, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errore inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædicti vobis. Si ergo dixerint vobis : Ecce in deserto est, nolite exire ; Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim

fulgor exit ab oriente et paret usque in occidente, ita erit et adventus Filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquile. Statim autem post tribulationem diernum illorum sol obsecurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de celo, et virtutes celorum commovebuntur ; et tunc parabit signum Fili hominis in celo, et tunc plangent omnes tribus terre, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet Angelos suis cum tuba et voce magna ; et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis celorum usque ad terminos eorum. Ab arbo autem fici discite parabolam ; cum iam ramus ejus tener fuerit et folia nata scitis quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio haec donec omnia fiant. Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Deinde autem illa ei hora nemo sciit, neque Angelii celorum, nisi Pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Sicut enim erat in diebus ante diluvium, comedentes et bibentes, nubentes, et nuptiū tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcā, et non coniugaverunt donec venit diluvium, et tulit omnes : ita erit et adventus Filii hominis. Tunc duo erunt in agro : unus assumetur, et unus relinqueretur. Due molentes in mola : una assumetur, et una relinqueretur. Duo in lecto : unus assumetur, et unus relinqueretur.

4. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi dominum suum. Ideo et vos estote parati, quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore ? Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenierit sic facientem. Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constitutus eum. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo : Moram facit dominus meus venire, et coperit percutere conservos suos, manducare autem et bibare cum chrosis : veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet

eum ; partemque ejus ponet cum hypocritis : illie
erit fetus et sacerdos dentium.

1. Supra posita est multiplex provocatio Iudaorum ; nunc ponitur preparatio per instructionem discipulorum Christi. Instruuntur autem de periculis. Et primo ponitur interrogatio discipulorum : secundo responsio Christi, ibi, *Et respondens Jesus dixit eis.* Circa primum duo. Primo ponitur occasio interrogationis ; secundo interrogatio, ibi, *Sedente autem eo super montem Oliveti etc.* Occasio fuit duplex. Prenuntiatione destructionis templi ; quam quidem prenuntiationem fecit facto et verbo, quia egressus est de templo. Supra cap. proximo : *Ecce relinquetur vobis dominus vestra deserta* ; et hoc ostendit, quia exivit : unde quia corporaliter exivit, ideo ostendit quia spiritualiter. Joan. viii, 59 : *Jesus autem abscondit se et exiit de templo.* Cum peccator non vult corrigi, exit Dominus ab eo ; Thren. i, 6 : *Egressus est a filia Sion omnis decor ejus.* Tunc ponitur interrogatio, ibi, *Et accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes* ; secundo responsio, ibi, *ipse autem respondens etc.* Ita *ibat* ; sed tunc *accesserunt discipuli, ut ostenderent edificationes templi*, ut videret quam pulchra est domus, quam decora : unde in alio loco, scilicet Marc. xiii, 4, habetur : *Vide quales lapides, et quales structurae.*

Sed querit Origenes : Nonne alias ibi fuerat, et nonne bene sciebat ? Solvit : quod non petebant ut eum docerent, vel quasi nesciret, sed ut remedium inveniret destructioni. Ita Christianus est templum Dei, ut habetur ad Philip. ii, 16 ; discipuli autem sunt intercessores, ne destructionis templum hoc.

Tunc respondet Dominus : Videntur vobis ista magna. Isa. xxiii, 9 : *Dominus exercituum cogitarit hoc ut detraharet superbiam omnis gloriae etc.* Unde subdit : *Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem.*

Est ne hoc verum ? Tempore Chrysostomi non adhuc totum evenit, sed spectabatur quod veniret. Vel potest dici,

quod non vult dicere nisi quod destrueretur. Vel dicendum, quod sicut secundum¹ Dei provisionem aliquando restauratum est templum, sic secundum Dei provisionem, incipiente confirmatione legis novae, destructum est templum ne sacrificia fiant in templo ; unde si non fuisset destrutum, multi facti Christiani ceremonias facerent, et ad templum redirent : unde dispensatione divina factum est ut destrunctum sit : et hoc habetur Luc. xxi, 6, ubi de templo dicitur : *Venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruetur.* Sic etiam contingit quod aliquis adficiatus per bonas virtutes, si cadat per aliquod peccatum mortale, si negligens fuerit, et non solitus, totaliter cadit, et destruetur. Psal. cxxxvi, 7 : *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* Unde vult dicere quod non solum templum, sed etiam pertinentia, quae erant umbra, ut habetur ad Hebr. x, 1 : *Umbram habens lex futurorum bonorum.*

Posita occasione, ponitur interrogatio. Et debemus notare, quod exivit et ivit ad montem Oliveti, et significat Ecclesiam in qua olive uberes sunt plantatae. Psal. li, 10 : *Ego sicut oliva fructifera.* Et inde instruit discipulos. Dixerat destruendum templum ; ideo tria querunt. Primum de templo ; secundum de adventu ; tertium de fine saeculi ; unde dicitur : *Dic nobis quando haec erunt, scilicet consummatio tuae comminationis, et de adventu tuo, et quod signum adventus tui ; item de fine saeculi, et consummationis saeculi.* In Luca solum tangitur de una questione, scilicet de destructione Hierusalem : quia non eredebant quod deberet destrui nisi post adventum secundum : unde dicebant, Act. i, 6 : *Si in tempore hoc restitues regnum Israel ?* In Marco cap. xiii, dicitur quod sicut miserunt Petrum et Joannem et Jacobum et Andream : quia isti primo vocati sunt, et magis habebant fiduciam accedendi ad eum. In quo habemus exempla, quod illi qui diutius Deo adhererent in contemplatione, sunt Deo magis familiares. Deut. xxxiii, 3 : *Et qui*

¹ Al. : « quod secundum. »

appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina ejus.

Isti discipuli quiescierunt de adventu; et iste duplex est. Ultimus, qui est ad judicandum : et iste erit in consummatione saeculi : de isto habetis Act. i, 11 : *Quemadmodum vidistis eum ascendenter in cœlum, ita veniet.* Alius est adventus confortans mentes hominum, ad quos venit spiritualiter. Infra hoc cap. : *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus*¹, id est in prædictoribus, quia per predicatores venit Deus in hominum mentes. Unde dubium est ad quid debet referri. Tamen dicit Augustinus, quod totum debet referri ad adventum spiritualis. Aliqui vero quod ad secundum adventum. Quidam autem exponunt de destructione Hierusalem, et de ultimo adventu.

Primo ergo respondet quantum ad destructionem ; secundo quantum ad secundum adventum, ibi, *Sicut enim fulgerit ab oriente.* Circa primum duo. Primo præmittat que antecedentia sunt ad destructionem : secundo ipsam destructionem ; ibi, *Cum ergo videritis abominationem desolationis etc.* Ista præambula erant et ex parte extraneorum et eorum qui in Ecclesia continentur. Primo ergo ex parte extraneorum, secundo ex parte eorum qui in Ecclesia, ibi, *Et multi pseudoprophetae surgent, et seducent multos.* Circa primum duo. Primo præmittit² pericula spiritualia ; secundo corporalia, ibi, *Audituri enim estis prælia, et opinione præliorum.* Dicit ergo : ita queritis de consummatione : tamen ante debetis esse solliciti de vobis, quod non decipiamenti : ideo dicit : *Videete ne quis vos seducat.* Ad Ephes. v, 13 : *Videete itaque, fratres, quomodo caute ambuletis.* Multi venient in nomine meo, dicentes : *Ego sum Christus.* Aliquis venit ut missus a Christo ; sic venerant discipuli : alii vero dicuntur venire in nomine Christi, qui dicunt se esse Christum, usurpantes sibi nomen quod non datur aliis. Phil. ii, 9 : *Datum est ei nomen quod est super omne nomen.* Unde multi seductores venient,

qui venient a seipsis. Christus autem non a se ipso, sed a Deo : unde Joan. vii, 28 : *A meipso non veni.* Licet autem hoc de Antichristo specialiter dictum sit, tamen potest dici de multis aliis : unde quia veritati non adhaeserunt, dati sunt erroribus. Et hoc accidit in Simone mago, quia libros scripsit, et appellavit se librum Dei, Deum magnum³, omnia Dei, et multos seduxit. Illorum enim est seduci qui divisi sunt in errores : quia *stultorum infinitus est numerus* : Ecle. i, 15. Unde veritas congregat, error autem dividit ; et hoc est periculum. Potest etiam ad secundum adventum referri. Ista enim accidentia circa diem iudicii.

Audituri enim estis prælia etc. Illic primo⁴ ponit pericula ; secundo confortat. Dicit ergo : ita dictum est : *Videte, ne quis vos seducat... quia audituri estis prælia etc.* Et hoc statim post passionem. Statim enim missi fuerunt⁵ in Iudeam ab Imperatore pessimi tyrauni, qui mirabiliter eos gravabant, ita quod quasi ferre non possent : unde *audituri estis prælia, et opinione præliorum* : quia in præliis multum valent opiniones : unde frequenter contingit quod pauci debellant multos. Ilier. vii, 46 : *A Dan auditus est fremitus equorum ejus; a voce hinmitum puquatorum ejus commota est omnis terra.* Et *videte.* Possent aliqui credere quod esset statim finis mundi : unde dicitur, quod tanta fuit tribulatio quod credebant finem mundi venisse ; ideo dicit : *Videete ne turbemini. Oportet enim haec fieri, sed nondum finis;* quasi sit destructio post passionem, usque ad quinquagesimum annum.

Sed posset aliquis dicere : Tu dicas quod audituri sumus prælia : semper fuerunt prælia. Respondet : Nunquam vidistis talia. *Consurget enim gens in gentem, scilicet gens Romanorum contra gentem Iudeorum, et regnum, scilicet Romanorum, contra regnum Iudeorum.* Et erunt pestilentiae etc. Possent dicere : Ista prælia a easu fiunt, et non est Dei vindicta. Sed quod fiant a Dei vindicta, hoc patet, quia non solum ista mala infli-

¹ Al. : « videbitis Angelos venientes in nubibus. »

Al. : « præminut. »

Al. : « Deus magnus. »

⁴ Al. deest : « primo. »

⁵ Al. : « fuerant. »

gentur a populo, sed a Deo : quia erunt pestilentiae, quae ex corruptione aeris proveniunt, et fames, et terramotus per loca. Et haec omnia acciderunt ante destructio- nem Iherusalem. Diceret aliquis : Omnia ista fuerunt a casu, non fuerunt indica- tiva¹ doloris; immo : unde dicit : *Haec autem omnia initia dolorum.* Isa. xiii, 8 : *Quasi parturientes dolebunt.* Sic exponit Chrysostomus. Sed secundum quod refer- tur ad consummationem saeculi, sic expo- nit Origenes : Sic debemus considerare de mundo sicut de uno homine : quia cum tendit ad mortem, incipiunt debilitari virtutes vitales. Sic in ostensione univer- salis commutationis immittet Dominus aliquam particularem immutationem, ita quod non habebunt aliquam virtutem; et tunc erunt pestilentiae, quia corrum- petur aer, qui servit nobis in duabus. Item corrumpetur terra, que servit nobis in cibum, quia germinat herbas et grana, unde cibus nascitur : et haec debilitabitur, ita quod erit fames in terra. Item terra sustentat nos, et contra hoc terra inquietabatur : unde fiet terramotus. Prima duo universalia, sed hoc ultimum erit particolare, quia fiet per loca. Et quare non fiet universaliter per totum mundum? Ut homines videntes, redeant ad eorū et convertantur. Item contingit quod ex penuria rerum accidit fames : et tunc propter famam exurget gens contragentem : et hoc poterit esse circa finem mundi. Altera ta- men potest esse quod aliquando exsur- gent gens contra gentem, non propter penuriam, sed propter vanam gloriam. Aliquando conuenit propter injusticias ho- minum. Aliquando propitiatur Deus, et coaret alios Angelos per bonos Ange- los, ut Ezech. xiii, 5 : *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.* Unde stat mundus per orationem bonorum. Et tunc, scilicet in fine mundi, refugescat caritas, et tunc erunt multa mala, quia tunc Angeli boni dimittent daemones, qui habent nocere terra et mari ; ideo quia potestatem habent super terram et mare, commovebunt totam ter- ram. Et quod hoc possunt, habetur Joh-

I. Hieronymus dicit, quod potest dici de adveniu- domini quo venit quotidie in Ec- clesiam. Secundum enim quod haeretici impediunt ipsa bona ipsius Ecclesie, tunc accidunt pestilentiae, spirituales, et fames, scilicet indigentia boni documenti, Amos 5, alias 7, et terramotus, idest, homines qui sunt solidi, movebuntur.

Tunc tradent vos in tribulationem. Tunc ponit quedam præambula, que futura erant in Ecclesia. In Ecclesia futura erant prospera, et adversa. Et primo ponit ad- versa; secundo prospera, ibi. *Et predi- cabitur hoc Evangelium regni in universo orbe.* Adversa autem nuntiat dupliciter, ab exterioribus, et interioribus. Deut. xxxii, 25 : *Foris vastabit eos gladius, et intus pavor.* Et tangit tria pericula. Tri- bulationem, occisionem, et odium. Pos- sent dicere : Verum est, quod mundus hoc patiatur : sed quid ad nos? Immo di- cit; et ideo dicit, *Vos;* quasi dicat, non eritis immunes, sed tribulabimini, ad litteram. II ad Corinthi, vi, 4 : *In tribula- tionibus, in necessitatibus etc.* Item occi- dent *vos,* sicut patnit, quod occiderunt Stephanum et Jacobum : unde dicit, Psal. xliii, 22 : *Aestinatus sumus sicut oves occi- sionis.* Item eritis odio omnibus genti- bus, idest Iudeis. Vel omnibus qui diffusi sunt per universum mundum. Supra v, 10 : *Beati qui tribulationem patiuntur propter justitiam.* Et ponit consolatio- nem ; quia cum omnes patientur, hoc patienti, propter nomen meum. Hier. xlii, 4 : *Ecce quos adficiavi ego destruo :* et post : *et tu quarris gaudia?* Origenes dicit, quod refendum est ad secundum adventum : quia ita erit universalis per-secutio, quod omnes mali persequentur bonos; et propter hoc dicit, *Tunc.* Con- suetudo enim erat quod cum accidebant mala, dicebant hoc esse propter peccatum Christianorum, unde insurgebant contra eos : unde *tunc tradent vos in tribula- tionem.* Et *tunc scandalizabuntur multi.* Hie ponit pericula ab interioribus. Est enim triplex scandalum quod patienti, scili- et infirmorum: item multam lesionem; item debilitatem : unde dicit : *Tunc scan- dalizabuntur multi,* quia etiam multum

¹ AL. : « vindicativa. »

perfecti scandalizabantur : unde supra xviij, 7 : *Necesse est ut veniant scandalum.* Unde etiam electi turbantur, cum vident scandalum : unde dicebat Paulus ad Corinthios, xi, 29 : *Quis scandalizatur, et ego non uer? Et invicem tradent.* Ex hoc patet tribulatio. Supra x, 21 : *Tradet untem frater fratrem in mortem etc.* Et non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter : quia aliqui sunt principium erroris ; et ex hoc sequetur quod *odio habebunt invicem.* Et multi pseudoprophetae surgunt et seducunt multos. Tales sunt qui in Ecclesia multos seducunt. II Petri, ii, 15 : *Fuerunt et pseudoprophetae in populo.* Item I Joan. ii, 18 : *Antichristi multi facti sunt. Ex nobis prodierant, sed non erant ex nobis.* Unde haec mala accident, quod fratres corrumpunt, quod *malos seducent.* Item¹ tertium, quia non tantum hoc facient, sed etiam corrumpent : unde deficient : *Quoniam abundabit iniqitas, refrigerescet caritas multorum.* Apocal. ii, 4 : *Sed habeo adversum te panca, quia caritatem tuam pristinam reliquisti.* Potest dici refrigerescere, quia eum vident alios relinquentes caritatem, et ipsi refrigerantur, licet non penitus pereant : et in multis, sed non in omnibus, quia semper fuit fervida in Apostolis. Rom. viii, 35 : *Quis separabit nos a caritate Christi?* Eribulatio, angustia, an famae, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius ? Unde ita erit in multis, sed non in omnibus ; quia qui perseveraverit usque in finem, scilicet praesentis vitae, hic salvus erit. Idem² habet supra x.

Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo mundo. Supra Dominus prædixit adversa in Ecclesia futura ; nunc autem prædictit prospera : quia Apostoli qui ex Iudeis nati erant, æmulabantur carnem suam. Ad Rom. ix, 2 : *Tristitia mihi est magna, et continuus dolor cordis meo.* Ideo ad eorum consolationem, quia multo plures erant vocandi ad fidem, dicit³ : *Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe.* Ipse enim incipiens prædicationem dixit supra iv, 17 : *Poenitentiam agite : appropinquabit enim re-*

quum corlorum, Hoc autem prædicabitur in universo orbe : non enim lex nova determinata est uni populo, sicut lex vetus. Mare, ult., 13 : *Perdicte Evangelium omni creatura.* Et dicit Chrysostomus, quod hoc fuit impletum ante exidium urbis Hierusalem ; et hoc probat per Apostolum, ad Rom. x, 18 : ubi dicit Apostolus : *In omnem terram exiit sonus vorum.* Ideo⁴ videbatur diffusa doctrina evangelica per totum orbem. Item per aliam auctoritatem, quae habetur ad Coloss. i, 9 : *Predicatio Evangelii fructificat.* Et non est mirum, quia unus Apostolus, scilicet Paulus, tantum ampliavit quod pervenit Roman et Hispaniam : unde expletum est quod habetur Isa. lxvi, 9 : *Misisti legatos tuos procul.* Et ideo dicit Chrysostomus, quod in hoc est admiranda virtus Christi, quod infra spatium quadraginta annorum ita erexit doctrina ejus quod totum mundum implevit unde bene dicit : *Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe.* Sed numquid omnes credent ? Non ; sed quidam sic, quidam non. Et quod quidam credent, hoc erit in testimonium contra eos qui non credent, ut Hieronymus dicit, *In testimonium omnibus gentibus.* Ad Rom. i, 5 : *Acceptimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus : ita ut sint inexcusabiles.* Et tunc, scilicet quando omnes gentes credent, veniet consummatio, idest destructio Hierusalem : et de hoc potest intelligi quod dicitur Ezech. vii, 3 : *Nunc finis super te, et immittam furorem meum in te.* Fecit enim signa, divulgavit Evangelium, nec credere voluerunt : ideo accedit eis quod dicitur Malach. i, 10 : *Munus non accipiam de manu vestra.* Augustinus vult quod non debeat referri ad consummationem Hierusalem, sed mundi : unde dicit : *Prædicabitur, scilicet ante finem mundi, in testimonium⁵ omnibus gentibus,* quia non omnes credent ; et tunc veniet consummatio, idest finis mundi. Et hoc est unum signum quod donec sit divulgata prædicatio Evangelii per universum orbem, non veniet finis.

¹ Al. : « iterum. »

² Al. : « item. »

³ Al. : « ideo. »

⁴ Al. : « iam. »

⁵ Al. : « scilicet in testimonium. »

Non autem adhuc venerat, ut dicit Augustinus, ad quosdam barbaros in Africa. Et respondet ad illud : *In omnem terram exiit sonus eorum* : Psal. xviii, 5 : quod posuit præteritum pro futuro. Et ad illud quod scribit ad Coloss, dicit, quod adhuc non ad plenum fructificabat, sed jam incipiebat. Et potest sic distingui, quod diffusio per Evangelium potest duplíciter intelligi. Vel quo ad famam tantum, et sic completa fuit ante excidium urbis : licet enim aliqui non recepissent, tamen nulla gens fuit ad quas non pervenisset fama. Si autem intelligatur diffusio cum effectu, tunc verum est quod dicit Augustinus, quod nondum venit in omnes gentes.

2. Jam destructionem posuit ; in parte ista ponit quod veniet consummatio : et ponit quadam präambula. Et primo ponit prophetiam ; secundo admonitionem, ibi, *Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes* ; tertio rationeum admonitionis, ibi, *Erit cum tunc tribulatio¹ magna*. Ita dixit : *Veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis etc.* Quid est quod vocat abominationem ? Potest dici quod abominatione dicitur, exercitus Romanorum ; et dicuntur abominationes desolationis, quia fuerunt desolatores terrae². Vel per abominationes idola : et de duplice idolo potest dici. Legitur quod Pilatus introduxit aquilam in templum, quod erat signum Romanorum, quod Iudei abominationem dicebant ; unde tunc cum videritis idolum positum in loco sancto, tunc potestis cognoscere impletionem prophetiae Danielis de destructione Hierusalem. Vel potest dici, quod Hierusalem destruxta fuit duplíciter. Primo a Tito et Vespasio : et tunc combustum fuit templum, et tunc adhuc dimissi fuerunt aliqui. Postmodum adhuc aliqui rehellaverunt ; et tunc Adrianus, qui successus Trajano, destruxit penitus, et dedit legem quod nullus Judanus ibi de cetero habitaret, et vocavit civitatem nomine suo, item posuit in sacro loco idolum : unde illud idolum quod posuit Adrianus, potest dici abominatione : unde cum hoc videritis etc. De hac dejectione

satis habetur Thren. ii. *Qui legit intelligat*. Et quare hoc dicit ? Quia in illa prophétia Danielis multa dicuntur de passione Christi. Sunt enim haec verba observanda : unde ibi dicitur : *Occidetur Christus... et erit in templo abominatione desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio*. Dan. ix, 26 et 27. Unde qui videt, intelligat quod talia accederunt. *Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes*. Ponit admonitionem utilem : et primo ponit eam ; secundo excludit impedimenta fuga. Quædam enim sunt impedimenta evitabilia, quædam inevitabilia. Dicit : *Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes. Tunc, scilicet in tempore Vespasiani. Tunc temporis quidam dictus Agrippa dominabatur in montibus, et iste obediebat Romanis, nec rebellabat eis : unde cum aliae gentes haberent guerram, iste et gens sua in pace erat : unde ex Dei providentia admoniti fuerunt fidèles qui erant in Iudea quod recederent, et irent ad regnum istius Agrippae ; et sic fecerunt : unde tunc qui in Iudea sunt, scilicet fidèles, fugiant in montes. Zach. ii, 6 : Fugite a terra aquilonis etc.* Tunc removet impedimenta fuga ; et quia quædam impedimenta sunt evitabilia, quædam non, ideo primo ponit pericula evitabilia, secundo inevitabilia, ibi, *Va prægnantibus etc.* Quæ sunt evitabilia sunt negotia terrorum : et istorum quædam accident in civitate, quædam extra : ideo utrumque ponit. Secundum ibi, *Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam*. Dicit ergo : *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua* ; idest, quicumque habitat in civitate, etiam si in domo, non revertatur tollere etc. Item et *qui in agro, non revertatur*, in domum, tollere tunicam suam, scilicet quæcumque sint necessaria : quia cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Et quare hoc dicit ? Quia imminentे festo Paschæ convenierunt multi in Hierusalem. Quod sciens Titus obsedit civitatem, cum ita essent congregati : unde vult dicere : Ita cito accidet istud malum quod non poterit aliquis sibi cavere. Item ponit im-

¹ Al. : « et erit tribulatio. »

² Al. deest : terra. »

pedimenta inevitabilia : et quia erant quadam inevitabilia virtute hominum et simpliciter, quadam licet inevitabilia, tamen virtute Dei vitabilia ; ideo primo de primo ; secundo de secundo, ibi, *Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato.* Illud, quod cum est, nullo modo vitari potest, est onus filiorum : quamvis enim posset alieni diei, Salva animam tuam, posset dicere : Quomodo possum dimittere filium ? Ideo hoc exponit : *Vx prægnantibus et nutrientibus :* quia tales non poterant fugere, quia nec illis erat dicendum quod abortum procurrent, nec nutrientibus ut filios occidarent ; et sic impletur quod dicitur Lue. xxii, 29 : *Beata ubera que non lactaverunt.* Item alia sunt impedimenta ubi non potest homo ponere remedium nisi per Deum. Aliquid enim tempus est incepturn vel per naturam, vel per legem. Per naturam ut tempus hiemale, quia tunc impedit homo fugere propter asperitatem temporis. Item propter legem, ut si accidat in sabbato, quia Deus præcepit quod non irent ultra unum milliare. Et quia istud non est in potestate nostra, sed Dei : ideo *orate ne fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato :* quia in talibus ad Deum solum est recurrentum. Unde Oscae, vi, 1 : *Venite et revertarum ad Dominum, quia ipse cepit et salvabit' nos. Orate quod non fiat in hieme,* quia impedit fugam naturaliter, propter discrimen viæ, *ne sabbato,* quia impedit secundum legem Dei. Item notate quod dicit, *Sabbato :* in quo designat quod in die festo fuerint debite interfecti. Unde necessitas fugiendi ? Ex magnitudine tribulationis. Unde primo ponit tribulationem, et magnitudinem tribulationis¹ ; secundo ponit causam, ibi, *Et nisi breviati fuissent dies illi etc.* Dicit ergo : *Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi.* Et hoc satis potest perpendere² qui legit historiam Josephi, quod multi fame mortui sunt. Item erant seditiones in civitate, ita quod ipsi se invicem interficiebant : unde cum Titus, qui erat misericordius, vellit eis parcere, ipsi nolabant.

Item erant latrones inter eos, qui interfiebant multos. Et quedam mulier contredit filium suum : unde fuit talis tribulatio qualis nunquam visa est. Et hoc dicit Lucas cap. xxi : *Erit tribulatio, et cadent in ore gladii.*

Sed immixtus erit major in tempore Antichristi ? Sic, sed non erit inter Judæos. Et querit Chrysostomus, propter quod peccatum accidit : quia nec poena Sodomitum fuit tanta : unde non esset poena gravior, nisi peccatum gravius.

Et quia possent dicere, quod ista acciderant eis propter peccata Christianorum ; ideo dicit quod noui : unde : *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis earo.* Augustinus dicit, quod quidam sic exposuerunt, quod dies tunc laeti sunt breviores, sicut tempore Josue longior. Sed contra dicit Psal. cxvii, 91 : *Ordinatione tua perseverat dies.* Ideo duplum potest dici. Primo, quod dies tribulationis sunt breviati, primo in numero : unde si durasset tempus illud, omnes essent interfecti, quia nullus remansisset. Et quare ? Quia Romani dominabantur per totum orbem, et jam Iudei dispersi sunt per universum mundum ; ideo si durasset tempus illud, interfecti fuissent ubique terrarum. Vel dicuntur dies breviati quando in aliis breviantur. Et quare breviantur ? *Propter electos :* non quod exciderit verbum Dei. Multi enim conversi erant de populo illo, et rogabant pro populo, ut relinquatur semen. Isa. 9 : *Nisi Dominus reliquisset semen, quasi Sodoma essemus etc.*

Tunc ponit Chrysostomus duas considerationes quare hoc dicatur : quia ibi erant aliqui discipuli ; item Joannes adhuc ultra vixit : ideo dicit quod Joannes non fecit mentionem de hoc in Evangelio suo, quia scripsit post hoc factum ; unde dixisset præterita. Sed Matthæus et Lucas, qui ante scripserunt, fecerunt mentionem, quia tunc erat futurum. Ideo dicit quod manifestum fuit miraculum, cum Romani impugnarent Judæos, et quasi tota gens Judæorum pateretur ex-

¹ Al. : « et salvavit. »

² Al. : « retributionis. »

³ Al. : « perpendi. »

⁴ Al. : « excideret. »

cidium, quod tam pauci Judæi poterant ire per universum orbem ad convertemendum quasi totum mundum; et haec fuit mirabilis virtus Christi.

Hilarius exponit, quod referuntur haec verba ad finem inundi. *Cum videritis abominationem, hanc, nominal Antichristum.* n ad Thessal. n, 2 : *Nec terreamini nec per spiritum nec per sermonem, quasi instet dies Domini, ne quis vos seducat illo modo.*

Et tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes : quia Judæi deficient; unde fugient terram Judæorum, et convertentur ad montes Christianitatis. *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.* Vult dicere quod perfecti non moveantur a sua perfectione: unde tangit contemplativam vitam, qua signatur per tecnum unde tales a sua contemplatione non debent recedere. Item *qui in agro, tangit vitam activam.* Tales non revertantur ad pristinam vitam, sed maneant in suo proposito. Et quid per prægnantes? Homines graves peccatis. Homines nutrientes sunt homines imperfecti: unde vult dicere quod *vae hominibus oneratis peccatis,* et non confirmatis. Secundum Augustinum, prægnantes sunt qui concipiunt male agere: nutrientes qui jam opere complent. Ut quid dicit, *Hieme et sabbato?* Per hiemem signatur tristitia, per sabbatum letitia: unde ne fiat in hieme per tristitiam absorbente, vel sabbato per letitiam animum elevantem. Vel per sabbatum otium bonæ operationis, per hiemem refrigerationem caritatis. *Et nisi breviati fuissent dies illi :* quia parum durabit; et si duraret, *non salva fieret omnis earo,* idest omnis carnalis. Item possunt referri ad adventum Christi per Ecclesiam: et sic dicit Origenes, quod sicut verbum Evangelii divulgatum est adveniente ipso, sic falsa doctrina divulgabitur adveniente Antichristo; et sicut Christus habuit suos prophetas sic et Antichristus. Tunc qui in civitate, fugiant ad montes perfectæ justitiae. Prægnantes diemntur qui adhuc perennuant verbum salutis, nutrientes qui aliquid jani fecerunt. *Orate ergo,* ut non impediatur per

desidiam et torporem. *Erit tunc tribulatio magna,* quia erit perversio doctrinæ christiana per falsam doctrinam. *Et nisi essent dies breviati,* scilicet documento doctrinæ, per additamenta vera doctrinæ, *non fieret salva omnis earo;* idest, omnes converterentur¹ ad falsam doctrinam.

3. Postquam Dominus respondit interrogatiōne discipulorū de destructione civitatis, hic incipit respondere his quæ ad secundum adventum pertinent. Iste autem adventus est adventus ad iudicium ideo dividitur: quia primo proponit signa, et modum veniendi: secundo tractat de iudicio, infra xxv, 1: *Simile est regnum cœlorum decem virginibus.* Circa primum duo facit. Primo præmittit signa præcedentia Christi adventum; secundo agit de ipso, ibi, *Et videbunt filium hominis etc.* Circa primum duo: quia duo præcedentia erunt: primo² ex parte elementorum ibi, *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur etc.* Circa primum duo facit. Primo præmittit quamdam admonitionem secundo rationem hujus admonitionis, ibi. *Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ.* Dicit ergo: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus etc.* Notandum quod *ly tunc* non dicit tempus determinatum, sed tempus confusum: quia hoc non statim factum est post destructionem Hierusalem, sed expectatur futurum in fine. Simile habetur supra in cap. quod habitavit Dominus in Nazareth unde Nazarenus dicitur, et sequitur cap. iii, 1: *Tunc venit Joannes Baptista prædicans in deserto Iudeæ,* non quod tunc venerit, quia fuerunt forte viginti anni inter duo tempora: unde tenetur pro tempore confuso. Sic hic. Futurum enim est, quod multi seductores venient, et dicent, Antichristum esse Deum. *Tunc si quis dixerit vobis: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere.* Itad Thess. n, 2: *Nec terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, quasi per nos missam, quasi instet dies Domini.*

Deinde cum dicit, *Surgent enim pseu-*

¹ Al. : ut. — ² Al. : a. verterentur. »

» Al. : a. et. »

dochristi et pseudopropheta; assignat rationem admonitionis. Et primo ponit rationem ex necessitate; secundo ex falsitate doctrina; ibi, *Sicut enim fulgor exit ab oriente etc.* Circa primum tria facit. Primo introduceat seductores; secundo vehementiam seductionis; tertio admonitionem. Dicit ergo: Tu dicas, quod aliqui erunt qui dicent se Christum; sed numquid alii erunt? Ita: *Surgent enim pseudochristi,* idest qui dicent se Christos, et hoc factum est ante destructionem Hierusalem. I Joan. ii, 18: *Sed audistis quod venit Antichristus, unde antichristi facti sunt multi.* Et *pseudoprophetae:* sicut enim Christus habuit veros prophetas, qui prænuntiaverunt eum, sic Antichristus falsos: et hoc est quod dicitur I Joan. iv, 4: *Multi pseudoprophetae exerciuent in mundum.* Sed numquid facient isti miracula et effectus? Unde *dabunt signa et prodigia.* II ad Thess. ii, 9: *Cujus adventus est secundum operationem satanae.* Apocalyp. xvi, 13: *Et vidi de ore draconis, et de ore bestie, et de ore pseudoprophetae exire spiritus tres immundos in modum ranarum.*

Sed est questio Numquid daemones possunt facere miracula? Dicendum quod non, si proprie sumatur miraculum: quia miraculum proprie non est quod sit praeter ordinem alicujus causa: particularis, sed quando praeter ordinem totius creaturae: et hoc sit per solem virtutem divinam. Sed bene possibile est quod creatura superior non contineatur in ordine creaturae inferioris: unde aliquid sit per virtutem superiorum quod non sit per virtutem elementorum. Sic in hominibus aliquis facit per artificium aliquid quod mirum videtur aliis. Sic de daemonibus, quia subtilioris sunt intelligentiae: ideo sicut artifices aliqui aliquid faciunt quod videtur mirum aliis, sic et daemones aliqui faciunt naturaliter quæ videntur nobis mira.

Sed quomodo fieri istud? Opinio fuit Avicennæ quod natura corporalis obedit ad nutum intelligentis¹, unde ad apprehensionem immutatur corpus. Sed Au-

gustinus istud amovet, quia non obedit ad nutum alicuius creaturæ, sed solus Dei. Ideo dicendum, quod in rebus naturalibus sunt virtutes determinatae ad procreandum aliqua ut ranas, et hujusmodi. Iстas virtutes neverunt melius daemones quam alii. Et hoc probat Angustinus: quia ignis qui descendit super oves Job, fuit naturalis. Potest enim excitare corpora, et congregare, ut faciant talia miracula. Illa vero miracula quæ non procedunt ex virtute alicuius rei naturalis, haec non possunt facere, scilicet ut mortuus suscitetur: unde talia non faciunt nisi in præstigiis, ut Simon magus fecit movere caput: unde ista quæ non sunt ex virtute naturæ, non possunt: unde *dabunt signa magna*, idest quæ homines reptant magna.

Sed quis erit effectus? *Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Et dicit Origenes, quod sermo dictus est per exaggerationem: quia quemque homo est in hac vita, si secundum se consideretur, seduci potest; tamen comparando ad electionem Dei, ut sit sensus, electum seduci, hoc est impossibile: ideo aggravando dicit, quod tanta erit vis quod nisi præservarentur ex prædestinatione divina, seducerentur². Vel dicendum, quod non vere electi, sed electi secundum apparentiam I ad Tim. i, 19: *Quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Isa. xix, 14: *Dominus miscuit spiritum vertiginis in medio ejus, et errare fecerunt Aegyptum.* Ecce prædicti: quia, secundum Gregorium, minus nocent jacula quæ prævidentur. Amos vi, 7: *Non faciet Dominus verbum, nisi revelaverit secretum suum.* Unde si dixerint vobis, *Ecce in deserto est, nolite exire.* Posita necessitate in generali, ponit magis in speciali. *Si dixerint vobis, Ecce in deserto etc.* Notandum quod vera doctrina sit in publico. Supra x, 27: *Quod dico vobis in occulto, dicite super te.* Sed falsa semper querit angulos. Prover. i, 20: *Sapientia dat vocem in plateis.* Unde veritas est lumen, et quærit in lumine videri; sed si fuerit per-

¹ Al.: « intelligentis. »

² Al.: « quod seducerentur. »

³ Al.: « rebellantes. »

versum dogma, quaerit occulta. Prover. ix. 14 : *Sapientia sedet in foribus*. Et sequitur : *Aqua furtiva dulciores sunt*. Unde desertus est locens occultus, quia caret hominibus, vel quia est interclusus : unde *si dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire*. Et quid vult dicere ? Iste infideles et haeretici, dum sunt fidèles in societate, vel congregatione, non possunt decipere : sed intinxit quod a societate separantur, et tunc decipiunt : hoc est quod vult dicere : *si dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire*¹ : nolite a bona societate, vel congregatione separari. Item *si in penetralibus*, quia semper intendunt locum secretum, nec doctrinam in publico audent dicere : unde Joan. xviii, 20 : *Ego palam locutus sum mundo. Nolite credere : quia qui cito credit, levis est corde*. Eecli. xix, 4. Secundum Hieronymum, potest retorqueri ad tempus ante destructionem ; sed melius est ut retorqueatur ad finem. Item potest intelligi de seductione facta in Ecclesia. Pseudochristi dant² documentum mendacium ; et dicitur unum documentum, quia omnia in uno inuiuentur et quolibet mendacium habet suos prophetas : unde dicunt : *Hic est Christus aut illuc*. Ezech. xii, 6 : *Perseveraverunt confirmare sermonem*. Et aliquando volunt confirmare per scripturas apocryphas, aliquando per occultos sensus Scripturae. Quando per apocryphas, dicitur quod in deserto est ; quando per occultos sensus, dicunt quod in penetralibus. Vel secundum Angustum, vera doctrina duo habet : quia et idem in omni loco et publice proferri debet : et ab ipsis deficit *Hic est Christus*; id est, in hac terra, et non in alia. Item quia doctrina sua non est publica, ideo dicit. *In penetralibus est* : unde *nolite credere*.

Sicut enim fulgor erit ab oriente etc. Hie aliam rationem assignat, quia falsum dicunt quod Christus veniet occultus : sed non est verum, immo veniet manifestus. Et ponit duas rationes. Unam ex manifestatione Christi, aliam ex congregatione sanctorum. Dicit : *Nolite credere quod*

non veniat manifestus : *sicut enim fulgor exiret ab oriente, et paret usque ad occidentem, ita erit adventus Filii hominis*. Psal. xlxi, 3 : *Deus manifeste veniet*.

Sed numquid veniet sicut fulgor qui modo videatur hic, et post versus orientem ? Ideo non intelligatis quod sic solum manifestetur in uno oriente, sed in omnibus. Si velimus referre ad mystrium, fulgor est adventus veritatis. Nolite ergo querere occultum dogma, quia veritas manifestatur per totum mundum. Vel oriens principium, occidens finis : unde veritas dogmatis semper habet concordiam a principio usque ad finem. Verum enim dogma totam Scripturam recipit. Quidam non recipiunt vetus testamentum ; quidam non recipiunt prophetas ; et ita non possent confirmari per alias scripturas. Sed vera doctrina a principio nascentis. Ecclesia usque ad finem habebit confirmationem : unde dicit infra ult., 20 : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*.

Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile. Posset enim aliquis dicere : Iste dicunt : *Hic est Christus, aut illuc* : quomodo cognoscemus quando veniet ? Ostendit autem quod non indigebit querere, quia manifestus fiet adventus ejus, quandoquidem et alii congregabuntur ; et erit simile ei quod accidit cum quidam petiti a domino suo multum celiante consilium suum de moveendo castra, et dixit : *Quando movebis³ castra ?* Et ille : *Nonne audies tubam ? ad quid petis ?* Sic dicitur hic. Tu dicas quod erit hic vel illuc : scio quod ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquila. Notate, quod in Hebreo habetur, *Anathe*, quod idem est quod cadaver : unde volunt signare passionem Christi, quia tunc veniet Christus ostendens signa passionis : et loquitur per similitudinem : *ubi fuerit corpus etc.* Iad Thess. iv, 16 : *Occurreremus in nubibus gloriam Christo*. Sed quidam sunt aquila, quidam vultures et corvi. Sed non dicit vultures vel corvi, sed *aquila*, per quas sancti signantur. Isa. xi, 31 : *Assument*

¹ Al. : « credere. »

² Al. : « est. »

³ Al. : « movebitis. »

pennas ut aquila, volabunt et non deficiant. Sie, ut dicit Hieronymus, ubiunquam sit memoria Christi passionis, viri sancti debent congregari per jugem memoriam passionis ejus. Ad Hebr. x, 32 : Memoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum.

Et quia non solum erunt haec manifesta per tribulationes ; ideo ait : *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur etc.* Et agit de signis sumptis ab aliis rebus quae supra nos sunt. Et primo ponit signa, secundo effectus. Secunda ibi, *Et tunc plangent omnes tribus terræ.* In his autem quae supra nos ostendit, triplex est ordo : corpora coelestia, Angeli, Christus. Ad Ephie. i, 21 : *Consituit eum super omnem potestatem et principatum etc.* Quantum ergo ad primum dicit : *Statim autem post tribulationem dierum illorum,* quando scilicet veniet Antichristus. *Statim,* quia non diu post, quia multis esset in periculum ; et hoc est contra illos qui fabulam ponunt de mille annis. *Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum.* Et quid est ? Hoc dictum habet sensum litteralem, et mysticum. Secundum quod ad ultimum adventum referatur, habet sensum litteralem, secundum quod ad alium, mysticum.

Sed videtur objici quod dicit quod sol obscurabitur, quia dicitur Isa. xxx, 26 : *Et erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis septempliciter.* Unde ad hoc videndum debetis distinguere tria tempora. Tempus ante adventum, tempus in adventu, et post adventum. Ante adventum Christi hujusmodi observationes fient, de quibus hic dicitur, et Ioc. n, 31 : *Sol converteretur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* In Christi adventu non mutabuntur secundum substantiam, sed secundum comparisonem : quia tanta erit claritas Christi et sanctorum quod nec apparebit claritas eorum. Isa. xxiv, 23 : *Erubescet luna, et confundetur sol.* Sed post diem judicii angebitur claritas luna et stellarum. Et tunc erit verum quod di-

citur Isa. xxx, 26 : *scilicet quod solis lumen erit septempliciter sicut lumen septem dierum.*

Sed videtur falsum quod dicitur quod stellæ radent de celo, quia una stella major est tota terra. Rabanus solvit per litteram Marc. xii, 25, quod *stellæ erunt decidentes in lumine,* idest, in lumine minorata. Sed unde ista minoratio poterit esse ? Ex duobus est quod lumen alicuius luminaris minoratur : vel in seipso, vel propter interpositionem aliquod, ut si nubes interponatur ; ut cum eclipsatur luna, minuitur lumen ejus : unde dicit Origenes, quod duplice potest intelligi. Primo quod hoc interpositum erit ignis, qui ante Christum praecedet, et consumet omnia usque ad medium spatium aeris, quantum scilicet elevata sunt aqua diluvii : quem ignem sequetur multus fumus, ita quod tenebrabuntur luminaria cœli. Vel potest dici, quod quidam tenebant, ista corpora esse corruptibilia ; et sicut elementaria¹ immutabuntur, ita et ista. De ipsis tribus habetur una auctoritas Apocal. vi, 13 : *Sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis, et stellæ de celo occiderunt.*

Stellæ cadent de celo. Stellæ de celo videntur cadere quando suo lumine privantur. Sic ergo erit immutatio in corporibus coelestibus. Item in Angelis : unde dicit : *Et virtutes celorum movebuntur,* idest virtutes quae Deo ministrant. Et dicit Augustinus, quod omnia corpora administrantur per spiritum vitæ ; unde dicuntur moveri in effectu, quia in adventu Domini cessabit motus cœli : unde illæ dicuntur moveri quando illa quæ ad suum officium pertinent, in aliud statum mutantur. Vel Angeli movebuntur, non commotione timoris, sed admirationis, quia admirabuntur virtutem Christi. Vel commovebuntur commotione gaudii super glorificatione sanctorum. De hoc potest acipi quod dicitur Job. xxvi, 2 : *quod columnæ cœli contremiscunt et pavent ad motum ejus.*

Et tunc apparebit signum Filii hominis in celo. Ille ponitur signum Filii homi-

¹ Al. : « elementa. »

nis super Angelos existentis. Filii si-
guum, idest signum victorie Christi, quia
quando totus mundus innovabitur, si-
gnabitur quod obtinuit victoriam omnium
per passionem suam; quod modo non
apparet. Vel apparebit signum crucis, ad
ostendendum quod tota ista gloria est
per passionem ejus. Item significabitur
quod omnem judicariam potestatem
acquisivit per passionem suam. Job xxxvi,
29: *Sivoluerit nubes extendere quasi ten-
torium suum etc.* Et sequitur: *Per hac
enim iudicat populos.* Item apparebit ad
confundendum malos, qui Christum no-
luerunt sequi. Item signum crucis erit
clarins quam sol.

Sed quis erit effectus? *Tunc plangent
omnes tribus terrae*, videntes tantam Chris-
ti potestatem, quam despicerunt, et tantam
sapientiam, cui non obedierunt, et tantam
claritatem sanctorum: unde dic-
tent illud quod dicitur Sap. v, 3: *Hi sunt
quos habuimus aliquando in derisum, et
in similitudinem improprietatis.* *Nos insensati
vitam illorum estimabamus insaniam, et
finem illorum sine honore.* Ecce nunc
quomodo computati sunt inter filios Dei,
et inter sanctos sors illorum est. Item tri-
bus caeli, idest illi qui portaverunt imagi-
nen caeli. Isa. xl, 18: *Cui similem fecistis
Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Imputabunt sibi ipsis quod talia sustinent,
Apocalyp. i, 7: *Videbit eum omnis oculus,
et qui eum pupigerunt, et plangent
se super eum omnes fines terrae.* Et Zach.
xii, 10: *Aspicient ad me quene confixerunt,
et plangent cum planctu quasi super
unigenitum, et dolebunt super eum ut dolori
solet in morte primogeniti.* Haec est
litteralis expositio; sed si referatur ad se-
cundum adventum, tunc tantum exponi-
tur mystice. Origenes: Per solem diabolus
signatur, per lunam Antichristus. De
his dicitur: Job xxxi, 27: *Si vidi salem
cum fulgeret, et lunam incidentem clare,
et letatum est in abscondita cor meum.* Vidi,
idest approbavi solem; idest, ea
qua videtur habere claritatem et sancti-
tatem, et qui virtutem, tunc appar-
bunt. I ad Corinth. iv, 5: *Illuminabit
abscondita tenebrarum, et manifestabit*

consilia cordium. Unde tota doctrina,
tota claritas tunc apparebit, quia *imago
Christi* apparebit in omnibus. Vel per
solem Ecclesia signatur: unde Ecclesie
propter tribulationes videbitur non
lucere.

Et quare dicit, *Post tribulationem?*
Respondet Origenes: Et post, et si-
mul.

Item stella, idest illi qui post videban-
tur splendere. *Virtutes caeli*, idest sancti,
movebuntur.

Et videbunt *Filium hominis venientem
in nubibus caeli etc.* Supra Dominus
prænuntiaverat quae futura erant ante se-
cundum adventum; hic autem prænuntiat
ipsum adventum: et circa hoc tria facit.
Primo ponit summum adventum; secundo certitudinem adventus; tertio incertitudinem horæ vel diei. Secunda ibi, *Ab
arbore sicci discite parabolam.* Tertia ibi,
De die autem illa et hora¹ nemo scit. Circa primum duo facit. Primo ponit ad-
ventum, sive apparitionem Filii hominis;
secundo congregationem sanctorum ad
ipsum, ibi, *Et mittet Angelos etc.* Et
attendite quod ubi fecit mentionem de
adventu, duo posuit: videlicet quod ma-
nifestus esset adventus, et quod sancti
congregarentur: unde dicit: *Sicut cum
fulgor²... ita erit et adventus Filii homi-
nis.* Et hoc ad manifestationem. Item
dixit: *Ubi corpus, ibi congregabuntur et
aquila.* Et haec duo vult magis explanare.
Et quomodo veniet? *Videbunt Filium
hominis venientem in nubibus caeli.* Et qui
videbunt? Omnes homines. Ipse enim ad
judicandum veniet. Habet enim naturam
humana et divinam. Secundum divinam
non videbitur nisi a mundo corde etc.,
secundum quod dicitur supra v, 8: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum
videbunt:* sed secundum humanam na-
turam videbunt eum etiam mali. Lue.
iii, 6: *Videbit omnis caro salutare Dei
nostri.* Ideo videbunt Filium hominis, quia
idem est Filius hominis et Dei; sed non
videbunt ut Filium Dei, sed ut Filium
hominis. Joan. v, 27: *Dedit ei judi-
cium facere, quia Filius hominis est.*

Sed potest esse quæstio ntrum tam

¹ Al. : « Dies autem et hora etc. »

² Al. : « Et sicut fulgor etc. »

boni quam mali sint eum visuri in specie gloriosa. Et dicendum quod sic. Et ratio assignatur Isa. xxvi, 10, ubi disputans Dominus eum propheta, dicit : *Non videbit gloriam Domini.* Et respondet propheta : *Dominus exaltetur manus tua, ut non videant.* Cui respondit Dominus : *Videant, et confundantur.* Unde boni videbunt ad laetitiam, mali ad cruciatum et tristitiam : quando enim aliquis timet puniri, quanto magis potestas judicis contra ipsum appareat major, magis affligitur ; sic quanto Christus apparebit gloriōsior, tanto magis ericiabuntur mali. Et hoc signatur eum dicitur : *Venientem in nubibus carli.* Et hoc respondit huic quod supra dixerat, quod *sicut fulgor... ita erit et adventus Filii hominis.* In fulgore duo sunt, splendor et terror. Splendor aliquam jueunditatem repräsentat, sed terror sit ex sono ; et imbes ad refrigerium sit. Isa. xviii, 4 : *Et erit sicut nubes rorida in die messis;* quae tunc juvenda est. Item nubes habent obscuritatem, et quando spissa est, est terribilis propter fulgura et pluvias quæ ex nubibus oriuntur : et hoc convenit terro里 impiorum. Psal. xcvn, 2 : *Nubes et caligo in circuitu ejus.* Item competit quod in nubibus veniat, ad designandum divinitatem Christi, quia majestas Dei apparet in nube, Exo. xvi, 10 : unde dicitur III Reg. viii, 12 : *Dixit Dominus quod habitaret in nebulā.* Ideo in nubibus veniet. Item competit ad ostendendum humanitatem ejus : quia sicut habetur Act. i, 3 : *Videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum, et audierunt Angelos dicentes : Quemadmodum vidistis eum cunctem in caelum, sic veniet.* It ergo ostendatur quod sit ille idem qui in nube sublatus est, apparebit in nube. Competit etiam ad significandum glorificationem. Quando enim transfiguratus est, apparet nubes incisa, et tunc fuit una ; sed tunc erunt plures, quia tunc solum tribus apparet, sed tunc pluribus apparebunt. Apocalyp. i, 7 : *Ecce veniet in nubibus, et videbit eum omnis oculus.* Et quid erunt istae nubes ? Non erunt nisi quadam claritates redundantes ex corpore Christi et

aliorum sanctorum. Origenes dicit, quod erunt Angeli assumentes non solum intelligibiliter, sed veraciter ministrantes. In primo enim adventu venit humilius : Zach. ix, 9. *Ere Rex tuus virit tibi manusvetus.* Sed post veniet in nubibus carli cum virtute multa et maiestate. In primo enim adventu duo fuerunt : habuit enim infirmitatem, et ignominiam. Infirmitatem, quia dicit Apostolus, II Cor. xiii, 4 : *Crucifixus est ex infirmitate.* Ignominiam, secundum¹ quod habetur Isa. iiii, 14 : *Sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum.* Consequenter ad hæc dno, duo dicit. Consequenter ad infirmitatem ponit virtutem : unde de ista dicitur infra ult. 18 : *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra :* et hæc data est ei per generationem, in quantum Filius Dei. Sed ipse promerit inquantum homo ; et hoc manifestabitur quando omnes Angeli et omnia elementa ministrabunt ei. Item contra ignominiam dicit quod veniet in maiestate, quasi iudicium vivorum et mortuorum.

Tunc veniet, et mittet Angelos suos cum tuba et voce magna. Illic agit de congregazione sanctorum ; et tria ponit. Primo ponit ministros ; secundo congregatos ; tertio unde congregantur. Ministri sunt Angeli, ut habetur Psal. cxi : *Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.* Sed dicit : *Cum voce magna et tuba.* In resurrectione triplex virtus operabitur. Primo virtus divina. Secundario virtus humanitatis Christi, quia sua resurrectio est causa nostræ resurrectionis, ut dicit Apostolus, I ad Cor. xv, 22 : *Sicut in Adam omnes mortui sumus, ita in Christo omnes resurreximus.* Item operabitur illi virtus angelica ad quadam praembula, scilicet ad colligendos pulveres. Et hæc tria tangit. Virtutem angelicam, cum dicit, *Mittet angelos ;* virtutem Dei, cum dicit, *Cum tuba ;* virtutem humanitatis in hoc quod dicit, *Et in voce magna.* De ista habetur in Joan. v, 25 : *Omnes qui audierint vocem Filii Dei, vivent.* Et oportebit quod illa vox sit magna, quia dabit vocis suæ vocem virtutis ; Psal. lxvi, 34. Per tubam bene signatur divinitas,

¹ Al. : « habitaret Dominus in nebula. »

quia major est vox tubæ quam vox humana. Apoc. xi. 12 : *Et audierunt vocem magnam de celo dicentem eis, Ascendite huc.* Et paulo post : *Et septimus Angelus tuba cecinì, et factæ sunt voces magnæ in celo.* Et notate, quod tuba satis ei congreguit, quia Num. x. mandavit Dominus Moysi duas tubas fieri : et clangebant tubis ad concilium, ad festa, ad pugnam, et ad commotionem castrorum : et sic erit in iudicio, quia erit ibi concilium, idest adunatio omnium sanctorum : quia non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum : Psal. i. 6. Item erit tunc solemnitas sempiterna. Item erit ibi pugna contra malos, ut babetur Zach. ult. 14 : *Sed et Judas pugnabit aduersus Hierusalem.* Item erit ibi commotio castrorum, quia sancti transferentur ad vitam sanctorum : Zach. ii. 11 : *Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa.* Item quidam modo congregantur, sed non omnes ; sed tunc omnes. Iufra xxv, 32 : *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Ille congregantur solum electi, quia solum congregantur ut regnent cum ipso. Psal. xlix, 5 : *Congregate illi sanctos ejus.* Unde dicit : *Et congregabunt electos ejus.* Sed unde congregabuntur ? A quatuor ventis caeli, a summis celorum usque ad terminos eorum. Venti caeli distinguuntur per quatuor partes mundi. Ab oriente provenit subsolanus, ab occidente favonius, a septentrione boreas, a meridie auster ; et sub his omnes alii continentur : unde a quatuor ventis caeli ; idest ab omnibus partibus mundi. Sequitur : A summis celorum usque ad terminos eorum. Istud potest dupliceiter exponi. Origenes dicit sic. *Congregabuntur.* Posset aliquis dicere, quod solum ista congregatio esset vivorum, et non mortuorum : quod removet, ad ostendendum quod etiam mortui congregabuntur : ideo dicit : A summis celorum etc. Scitis quod sancti ascendunt in celos, et quidam sunt inferiores, quidam superiores : quia secundum modum meritorum erit modus premii. Unde hoc est quod dicit Augustinus quod a quatuor

ventis, hoc est propter corpora ; quod a summis celorum, hoc dicit propter animas. Remigius dicit sic : et est in *Glossa Congregabo* etc. Posset aliquis credere quod solum esset congregatio ab extremis terræ : sed quid erit de meditullio terræ ? unde usque ad terminos eorum. Et vult dicere, quod non solum sicut congregatio ab extremis terræ, sed a celo, idest a meditullio mundi.

Ab arbore fici discite parabolam. Ille docet de certitudine adventus sui. Magna dixerat, et a quibusdam incredibiliis : modo tripliciter certificat. Primo similitudiae ; secundo assertione ; tertio ratione. Secunda ibi, *Amen dico vobis, quia non præterib[us] generatio donec omnia fuant.* Tertia ibi, *Civlum et terra transibunt, verba autem mea non præterib[us].* Diei ergo : *Ab arbore fici discite parabolam.* Dicit Chrysostomus : Quando vult Deus ostendere aliquid, semper inducit similitudinem naturalem. Arbores in hieme vitam habent, tamen occulte, unde non producent folia neque fructus : sed in principio veris incipiunt pullulare, et tunc apparent vita : sic etiam sancti modo non apparent, ut habetur ad Colos. iii, 3 : *Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo¹* : sed tunc vita sanctorum apparebit, eorum scilicet qui non seducentur tempore Antichristi : tunc veniet² astas, idest æterna retributio. Psal. cxlv, 6 : *Euntes ibant et flebant mitentes semina sua* : et sequitur : *venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Unde dicit : *Ab arbore fici discite parabolam.* Per fidem signatur synagoga ; de qua habetur Iac. xiii, 6 : *Arborem fici habebat quidam plantatum in vinea sua.* Cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata : scitis quia prope est astas. Et hoc potest exponi sic. Ramus tener, Antichristus est, eni potestas parum durabit ; et sicut folia multum adhaerent ei, tunc potestas ejus manifestabitur. Vel potest exponi in hono. Per ramum virtus et fortitudo sanctorum. Quando Ecclesia incipiet finiri, virtus Christi et sanctorum apparebit, qui sustinebunt eam. Cant. ii,

¹ Al. : « in gloria. »

² Al. : « veniat. »

13 : *Ficus protulit grossos suos. Ita et vos cum videritis haec omnia; id est cum videritis signa praecedentia evenire, sciote quod prope est in janujs.* Sicut dicitur aliquid esse prope, quando est in janujs. *Jac. v, 4 : Ecce merces operario-rum vestrorum, que defraudata est a vobis, vobis clamat, et clamor eorum in aures Domini sabaoth introivit.*

Notate quod Augustinus facit vim in hoc quod dicit, *Omnia, cum dicit, Cum videritis haec omnia etc.* Supra dixerat quod Dominus prope est : sed quid est ? Semper enim Dominus prope est. Ideo dicit : Si velimus, dicamus quod nihil pertinet ad finem mundi, sed ad adventum Christi per Ecclesiam ; unde quod dictum est : *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus*, id est in predicatoribus, *cum virtute magna*, quoniam dat Dominus verbum evangelizantibus virtute multa ; et tunc veniet cum maiestate, quoniam dant ei reverentiam. Tamen secundum expositionem aliorum, referre ad finem mundi possumus ; et aliter dicere, secundum quod Augustinus exponit, dat intelligere aliquid quod prope est, id est aliqua esse signa quod prope est : unde quod dictum est. *Videbunt etc.*, refertur ad omnia supra dicta, scilicet ad signa, fulgura, et terræmotus.

Manifestat ergo per similitudinem, nunc manifestat per assertionem, scilicet cum juramento, dicens : *Amen dico vobis*; id est infallibiliter verum est, *quia non præteribit generatio haec donec omnia fiant*. Dicit Origenes : Quasi in promptu esset quod auditio. Posset enim aliquis credere haec esse dicta de destructione Hierusalem, et quia tunc completa sunt ad destructionem, quia multi supervixerunt usque ad tempus illud : unde *non præteribit generatio haec*, id est homines nunc viventes, *donec omnia fiant*. Sed magnum esset omnia dicta ad destructionem Hierusalem referre ; ideo aliter dicendum, quod omnes fideles sunt una generatio. *Psal. xxii, 61 : Hoc est genera-rio quærentium Dominum* : et premiserat, *quod Domini est terra*. Unde vult

dicere : *Non præteribit generatio haec* ; id est non cessabit fides Ecclesie usque ad finem mundi, contra aliquos qui dicebant quod duraret usque ad tempus aliquod : quod Dominus redarguit dicens, infra ult., 20 : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et tunc ponit rationem : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* ; quasi dicens : Facilius est cœlum et terram transire quam verba. *Isa. xl, 8 : Verbum autem meum manet in æternum*. Et *Psal. xxii, 6 : Verbo Domini cœli firmati sunt*. Unde Verbum est causa cœli ; et causa semper validior est suo effectu ; ideo etc. Et non dicitur quod cœlum et terra transcant quia esse desinant ; sed quia transibunt in aliud statum. *Apoc. xxi, 1 : Vidi cœlum nouum et terram novam*. Secundum Origenem, boni per cœlum signantur, per terram mali. *Isa. i, 2 : Audite cœli, et auri-bus percipe terra*. Utrique transibunt, boni in vitam æternam, mali in ignem æternum. Et quod dicitur verbum Dei non præteriri, non dicitur quod non transcat secundum substantiam ; sed verbi, secundum id cuius est : unde hoc, ut dicit Origenes, habet præter alia, quia non præteribit verbum Domini : verba autem Moysi et aliorum prætererunt : unde verba Moysi sunt signa præsentis Ecclesie ; sed verba Christi præminent statum vita æternae : unde verba Moysi transerunt ; id est, quod promisit Moyses, transit ; quod Christus, non, quia promisit futuram gloriam, quæ non transit. Item verbum Christi secundum quod est de terrenis et temporalibus transit.

De die autem et hora illa nemo scit. In parte autem ista determinat de incertitudine temporis ; et circa hoc duo facit. Primo ponit temporis incertitudinem ; secundo hortatur ad similitudinem ; tertio ostendit eventum futurum. Secunda ibi, *Sicut in diebus Noe etc.* ; tertia ibi, *Tunc duo erunt in agro*. Dicit quod *videbunt Filium hominis*. Tu dicas indeterminate ; dicas¹ nobis determinate si est verum. *De die autem et hora nemo scit*, neque *Angeli cœlorum*. Quod dicit de

¹ Al. : o dicat. *

Angelis cœlorum, manifestum est, et non habet magnam dubietatem : quia est cognitio naturalis in eis, et haec non se extendit nisi ad ea quae secundum cursus naturæ sunt; judicium autem non sicut nisi secundum voluntatem Dei. Item est alia cognitio glorie, et sic tantum sciunt sicut quibus Dominus vult revalere : et istud sibi retinuit. Malach. iii, 2 : *Ecce veniet Dominus : et quis poterit scire adventum ejus?* I ad Thes. v, 2 : *Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.*

Sed est quaestio hic, secundum Hieronymum : quia dicit Marcus cap. xiiii, 26 : *Nec etiam Filius hominis* : ex quo videatur Aris suam hæresim confirmare : quia sit Pater seit quod nescit Filius, ergo major est eo. Ideo potest dici quod Filius seit, et quod dies iudicij secundum aliquam rationem determinatus est : et quicquid determinatur a Deo, suo Verbo aeterno determinatur, ideo impossibile est quin Verbum sciat.

Sed quare dicitur nescire ? Augustinus et Hieronymus dicunt quod consuetus modus loquendi est dicere nescire aliquid ; quando non facit illud scire : sicut dicitur Gen. xxii, 12 : *Nunc cognovi quod timeas Deum;* id est, cognoscere feci : ideo dicitur Filius nescire, quia non facit scire. Alio modo dicit Origenes, quod Christus et Ecclesia sunt sicut caput et corpus : quia sicut caput et corpus sunt sicut una persona, ita Christus et Ecclesia. Sed Christus aliquando accipit formam Ecclesie, ut in illo Psal. xxi, 2 : *Deus Deus meus respice in me.* Unde quod dicitur quod Christus non seit, intelligitur quod Ecclesia non seit : unde Dominus Act. i, 6 : *Von est vestrum sciri tempora vel momenta etc.*

Notate, quod dicit Augustinus quod ipse volebat ostendere ex quibusdam signis quod adventus iudicij non possit sciri determinate, quia non determinat quodcumque tempus. Probatio dicil, quod non possit sciri : quia sicut est in aetatibus hominis, ita est in aetatibus mundi : unde sicut ultima aetas hominis

non habet terminum certum, sed aliquando protenditur plusquam aliae, sic et de ultima parte mundi² dici debet, quod non habet certum terminum, et poterit plus durare quam omnes aliae partes.

Sicut autem fuit in temporibus Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Supra Dominus posuit incertitudinem horæ sui adventus ; nunc autem adhibet similitudinem : et primo ponit eam ; secundo exponit, ibi, *Sicut enim erant in diebus ante diluvium etc.*³ Proponit autem similitudinem convenientem, quia dum loqueretur de fine mundi, quievit in fine mundi. Proponit ergo de alia similitudine. Legitur enim duplex consummatio, Una per aquam, II Petr. ii, 5 : *Et originali mundo non poperit, sed octavum Noe justitiae præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.* Unde dicitur satis convenienter quia prima consummatio fuit ad amputanda peccata carnalia : unde dicitur Gen. vi, 2 : *Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, accepserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.* Ideo contra ardorem hujus concupiscentiae, debuit esse consummatio per aquam. In fine autem mundi peccatum erit, quia refrigescet caritas, sicut supra dictum est ; ideo ignis convenienter erit in pœnam : unde dicit : *Sicut in tempore Noe, scilicet quod finis fuit incertus, sicut habetur Gen. vi, 13 : Finis universæ carnis erit coram me.* Unde sicut illi qui adhaeserunt Noe, salvati fuerunt, sic in adventu Filii hominis, qui adhaerebunt Filio Christo, salvi tient. Secundo exponit istam similitudinem quantum ad incertitudinem : *Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes etc.* In verbis istis duo tangere videtur : unum scilicet desperationem de futuro adventu, et causam ejus. Causa autem quod homo non speret futurum adventum est, quia versatur in curiis carnis, quoniam ambulat secundum ejus concupiscentias, Iac. v, 3 : *Epulati estis super terram, et in luxuriis vestris emeritis corda vestra.* Ideo vacabunt

¹ Al. : « nostrum. »

² Al. omittitur : « mundi. »

² Al. : « Sicut autem etc. »

³ Al. : « si in originali mundi. »

lasciviae, qua duas habet partes, scilicet *in comedationibus et christatibus, in cibilibus et impudicitis*: ad Rom. xii, 13. Quantum ad primum dicit: *Comedentes et bibentes*: non quod comedere et bibere sit peccatum; sed ponere ibi finem suum est peccatum. Quantum ad secundum dicit: *Nubentes, et nuptui tridentes etc.* Et sequitur: *Et non cognoverunt donec venit diluvium, et tulit omnes, scilicet qui non adhacerunt Noe, qui erat figura Christi: ita erit adventus Filii hominis.*

Sed habetur Luc. xxi, 26: *Arescentibus hominibus præ timore.* Et supra hoc eodem habetur quod *sol obscurabitur.* Quomodo ergo securi erunt homines ut comedant et luxurientur?

Duplex est responsio. Dicit Hieronymus, quod verum est quod circa tempora Antichristi multæ erunt tribulationes, et hoc ad probationem electorum; et post restituentur tranquillitati, et in illa tranquillitate mali vacabunt letitiae: unde Lucas loquitur secundum statum tribulationis; Matthæus autem secundum tempus quod immediate præcedet adventum Dei. Item aliter: quia quidam sunt boni, quidam mali. Et universaliter Ecclesia patietur tribulationem, et boni punientur a malis: unde dicitur supra x, 22: *Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum.* Unde illi qui patientur, erunt boni; qui vero exercerent hujusmodi tribulationes, erunt mali. Quod ergo dicitur hic, *Comedentes et bibentes etc.,* intelligitur quo ad malos: *Aresentibus hominibus præ timore,* hoc intelligitur quo ad bonos. Vel sic. Cum frequenter accidat quod boni emendantur per tribulationem, mali autem non: ideo mali arescent, boni autem non.

Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, et alter relinquetur. In parte ista ponit eventum hujus incertitudinis. Et quis erit? Quia continget quod homines in uno officio assumpti, quod unus assumetur, et alter relinquetur. Et potest hoc exponi, secundum Chrysostomum, quod non velit aliud dicere, quam quod

in omni conditione hominum et omni officio quidam erunt reprobri, quidam electi. Qui boni, assumuntur; qui mali, relinquuntur. Quomodo? Sicut dictum est supra xii, quia venient Angeli, et assumunt bonos, scilicet ad Christum. Item quidam sunt deliciose viventes, quidam vero quardam officia exercentes. Item laborantium quædam sunt officia ad homines pertinentia, quædam ad mulieres: labor hominum est proprie in agris. *Tunc ergo erunt duo in agro uno,* literaliter, scilicet laborantes: *unus assumetur, tanquam electus, alter relinquetur, tanquam reprobus.* Item *duae erunt molentes in mola una: una assumetur, altera relinquetur.* Hoc est officium mulierum. Solebat esse quod mulieres molearent, et loquuntur secundum consuetudinem terræ ubi non est aqua; et nunc molitur² enim equis vel cum hominibus; sed tunc erat officium mulierum. Isa. xlvi, 2: *Tolle molam, et mole farinam.* Unde duæ erunt molentes, idest exercentes officium suum. Et tunc *Una assumetur exponitur*³ ut prius. Item *duo in lecto uno: unus assumetur, et unus relinquetur.* Chrysostomus dicit, quod divites non laborant, sed quiescent; ideo assignantur per illos qui in lecto jacent; et de istis *unus assumetur, et alter relinquetur.* Potest etiam exponi allegorice, et haec est expositio Hilarii. Per agrum assigntur mundus; sicut supra dictum est. Per duos homines populus fidelium et infidelium. De istis unus assumetur, scilicet populus fidelium, alter relinquetur, scilicet infidelium. Item lex vetus per molam assignatur, que gravis et ponderosa est. Act. xv, 10: *Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri ferre potuimus.* Et eorum qui veterem legem recipiunt, aliqui recipiunt Christum, alii non. Omnes illi dicuntur in mola molere qui veterem legem recipiunt: et illi quidem assumuntur qui veterem legem cùm nova recipiunt; illi vero qui non, relinquuntur. Item qui Christum recipiunt sunt sicut jacentes in lecto, quia per lectum signatur memoria passionis; et de talibus qui-

¹ Al.: « quod aresentibus. »

² Al.: « tunc moletur. »

³ Al.: « exponit. »

dam assumuntur, quidam relinquuntur. Quidam enim conformant se passioni per bona opera, quidam non. Potest aliter exponi, ut ad tres status fidelium referatur; quia sunt tria genera hominum, quidam contemplativi, quidam praëlati, quidam activi. Nullus status securus est, quin aliqui dannentur in statu aliquo. Status contemplationis per lectum significatur. De hoc in Cant. i, 15: *Lectulus noster floridus*. Et tamen aliqui in hoc statu damuantur. Status activorum per molentes in mola signatur, quia ponderositatem habent, et sunt solliciti. Lue. x, 41: *Martha, Martha sollicita es, et turbaris erga plurima*. Unde involvuntur in sacerdotalibus, et ideo¹ inter eos aliqui damnantur. Per agrum in quem homines excent ad laborandum, signantur praëlati. Cant. vii, 11: *Venit dilecta mihi, egrediamur in agrum*. In talibus quidam assumuntur, et quidam relinquuntur.

2. Postquam dominus posuit incertitudinem horae, monet ad vigilatiam: et primo monet omnes; secundo specialiter praëlatos, ibi, *Quis putas est fidelis servus et prudens?* etc. Circa primum tria facit. Primo proponit admonitionem; secundo similitudinem; tertio concludit propositum. Secunda ibi, *Illud autem sciote* etc.; tercua ibi, *Et vos estote parati* etc. Dicit ergo: Ita dico quod dies est incertus, et nullus potest confidere de suo statu, quia de qualibet unius assumetur, et alter relinquetur; ideo debetis esse diligentes et solliciti. *Vigilate ergo*. Et, ut dicit Hieronymus, ideo voluit dominus incertum ponere terminum, ut homo semper expectaret. In tribus enim homo delinquit: quia vacat ejus sensus, item quia vacat a motu, item jacet homo: ideo *vigilate*, ut sensus vestri eleventur per contemplationem. Cant. v, 2: *Ego dormio, et cor meum vigilat*. Item *vigilate*, ne in morte torpealis: Ille enim vigilat qui se exercet in operibus bonis. 1 Pet. ult., 8: *Sobrii estote, et rigitate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quarens quem deroret*. Item *vigilate*, ne jaceatis per negligen-

tiam. Prov. vi, 6: *Usquequo piger dormies?* Sed quid dicit? *Quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit*. Hoc dicebat apostolis, et non habetur alibi quod ita expresse se vocet dominum, sicut hic, et in Joan. xiii, 13: *Vos vocauis me Magister et domine; et bene dicitis, sum etenim*.

Sed posset aliquis dicere, quod dominus loquebatur apostolis; apostoli autem² non erant victuri usque ad finem mundi: quomodo ergo dicit: *Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit?*

Dicit Augustinus, quod istud necessarium est etiam apostolis, ei eis qui ante nos erant, et nobis, quia dominus venit dupliceiter. In fine mundi veniet ad omnines generaliter: item venit ad unumquemque in fine suo, scilicet in morte. Joan. xiv, 18: *Non relinquamus eos orphanos; veniam ad vos*. Ergo duplex est adventus: in fine mundi, et etiam in morte. Et ultramque voluit esse incertum. Et isti adventus sibi respondent: quia talis inventur quis in secundo, qualis fuerit in primo. Augustinus: Imparatum inventum illum mundi novissimus dies, quem imparatum inventum suns ultimus dies. Item potest exponi de alio adventu, scilicet invisibili, quando venit in mentem. Job ix, 11: *Si venerit ad me, non percipiam*. Unde ad multos venit, et non percipiunt: unde multum debetis vigilare, ut si pulsaverit, aperiatis ei³. Unde Apocal. viii, 20: *Ego sto ante ostium, et pulsabo: si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum, et carnabo cum illo*.

Illud autem sciote, quod si sciret paternosternus qua hora fur veniret, vigilaret illa hora, et non sineret perfodi dominum suum. Sed quia nescit qua hora, oportet quod tota nocte vigilet. Quis est iste paternosternus? dominus anima est. In ista debet homo quiescere. Sapien. viii, 16: *Intraus in dominum meum id est in conscientiam meam conquiscam cum illa*. Paternosternus ratio est. Prov. xx, 8: *Rex qui sedet in solio, dissipat omne malum intuitu suo*. Aliquando fur perfodit do-

¹ Al.: « tamen. »

² Al. deest: « autem. »

¹ Al.: « quia si pulsaverit, quod aperiatis ei. »

² Al.: « apparuerit. »

min suam. Fur est aliqua persuasio falsæ doctrinæ, vel tentatio aliquo. Et dicit fur fur, sicut habetur Joan. x, 1 : *Qui non intrat per ostium in ovile ovum, ille fur est et latro.* Ostium proprie dicitur naturalis cognitio, seu¹ jus naturale. Quis quis ergo per rationem intrat, per ostium intrat; sed qui intrat per ostium concuscentiae, vel iræ, vel hujusmodi, est fur. Fures consueverunt in nocte venire. In Abdia v : *Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo contiruis- ses?* Unde si de die veniant, non timentur. Sic quando homo est in contemplatione divinorum, tunc non venit tentatio; sed quando remisse se habet, tunc ve- nit: ideo bene dicit Propheta, Psal. ix, 9 : *Cum defecerit virtus mea, ne derelin- quas me.* Unde debemus vigilare, quia nescimus quando veniet Dominus, scilicet ad judicium. Vel possumus referre ad diem mortis. I ad Thessal. v, 3 : *Cum enim dixerint, Pax et securitas, tunc re- pentitus eis superveniet interitus. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis,* Filius hominis venturus est. Dicit Chrysostomus, quod homines solicii circa temporalia, vigilant de nocte. Et si pro temporalibus vigilant, multo magis vigi- landum est pro spiritualibus. Apocal. iii, 3 : *Si non vigilaveris, veniam ad te tan- quam fur.*

Quis putas est fidelis servus et prudens quem constituit Dominus super familiam suam? Hie specialiter admonet ad vigi- landum praelatos: et primo allicioendo pre- miis; secundo terrendo suppliciis. Circa primum tria facit. Primo ponit idoneita- tem boni praelati; secundo officium; ter- tio præmium. Idoneitas est quod sit fi- delis et prudens. In quolibet bono opere duo sunt necessaria: ut intentio consti- tuatur in debito fine, item quod accipiat vias congruas ad illum finem: ideo in officio prelationis haec duo sunt necessa- ria. Primo quod sigat intentionem in debito fine, quemquidam constituant in seipsis, de quibus dicitur Ezech. xxxiv, 2 : *Vx pastoribus qui pascunt se: quia illi qui in recto fine intentionem consti-*

tunt, non intendunt quod sibi ntile sit, sed quod multis, ut salvi stant². Et hoc totum propter gloriam Dei recte operan- tur. Qui autem querit quod summum est, non: unde oportet quod sit fidelis. I Corin- th. iv, 2 : *Item queritur inter dispen- satores ut fidelis quis inveniatur.* Item debet esse prudens: quia potest esse quod aliquis querit gloriam Dei, sed non se- cundum scientiam. Praepati enim est cor- ripere vitia. Posset ergo ita increpare quod posset inducere in peccatum. Ideo oportet quod sit prudens. Supra ix, 16 : *Estotes prudentes sicut serpientes.*

Et notate quod nominat servum, quia differentia est inter liberum et servum: quia omnis actio servi retrocurrit in Dominum, non liberi: sic omnis actio praelati referri debet in Deum. Sic Pan- lus vocabat se servum, cum dicebat³ II Corinth. iv, 5 : *Nos autem servos vestros per Jesum.*

Sed quare dicit: *Quis putas est fidelis servus et prudens?* Quia pauci sunt fide- les. Phil. ii, 21 : *Omnes enim qua sua sunt querunt, non qua Jesu Christi.* Prov. xx, 6 : *Virum autem fidem quia inve- niet?* Et si pauci fideles, pauciores et prudenter; ideo sic dicit Dominus, no- tans paucitatem.

Deinde tangit eorum officium; *Quem consti-tuit Dominus super familiam suam.* Et tria agit. Primo agit de sui institu- tione super officium summum, cum dicit *Quem consti-tuit Dominus:* non quod ipse pro- curet vel munericibus vel precibus. Ad Hebr. v, 4 : *Nullus assumat sibi hono- rem, sed qui vocatur a Deo, sicut Aaron.* Deinde tangit super quod constitutus est, quia *super familiam suam, scilicet super Ecclesiam suam, non super tempo- ralia;* secundum quod dicit Apostolus. II Tim. ii, 4 : *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Item oportet eum esse prudentem, ut vigilat circa Eccle- siam, non circa alia que extra Ecclesiam sunt. I Cor. v, 11 : *Quid ad nos de his qua foris sunt?* Item tau officium praelati: *Ut det illis cibum in tempore: cibum scilicet doctrinæ, boni exempli, et tem-*

¹ Al. omittitur: « seu. »

² Al. : « sed quod multi salvi stant. »

³ Al. . « dicit. »

poralis subsidii : ideo Dominus Joan. ult. 15, 16, 17 dicit Petro ter : *Pasce, pasce, pasce oves meas.* Pasce verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio ; habetur ultimo, sed tamen *In tempore.* Eccl. iii, 4 : *Omuia tempus habent¹.* Item Joan. xvi, 12 : *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Si enim vult dicere verba, quando non competit, perdit.

Sequitur de præmio : et primo dicit quod est istud ; secundo in quo sit. Quod est præmium ? Beatoitudo : unde dicit ; *Beatus*, sive in morte, sive in fine mundi, *quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem*, scilicet administrantem, ut dictum est, Psal. cxviii, 1 : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et quare sunt beati ? *Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.* Hoc tripliciter exponitur. Uno modo ut ostendatur in quo consistat omnis beatitudo : beatitudo enim in aliquo bono consistit : sed omnia bona Dei sunt. Numquid ergo in aliquo istorum est beatitudo ? Beatitudo est in illo bono quod est super omnia bona. Non enim est aliquis beatus nisi in illo bono quod Deus est : unde *super omnia bona sua constituet eum*; id est beatificabitur in illo, scilicet in Deo, qui est super omnia. Secundo modo exponi potest quod hoc dicit ad ostendendum præminentiam quam habent boni prelati. Luc. xii, 37, habetur, quod *faciet eos discubere*; sed hic habetur quod *super omnia bona sua constituet eum*: quia inter omnia præmia, maximum est præmium boni prelati. Supra v, 19 : *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur.* Dan. xii, 3 : *Qui docti fuerint, erunt sicut splendor firmamenti, et qui ad justitiam erudiant plurimos, quasi stellæ in perpetuas aternitates.* Et hoc² est super omnia bona sua, id est super omnia præmia sanctorum. Tertio modo potest exponi per unionem ad Christum : quia sicut in hoc mundo non serveniet ad statum perfectionis nisi qui sequitur vestigia Christi, sic nec tunc nisi qui³ conjuncti fuerint Christo : et ha-

bent dominium super omnia in quantum voluntas sua sit conformis voluntati divinae. Lue. xxii, 29 : *Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi Pater meus regnum.* Et Apocal. ii, 28 : *Qui vicerit, dabo ei stellam mututinam.*

Si autem dixerit malus ille servus corde suo etc. Postquam allexit ut sint vigilantes per præmia, hic terret per supplicia. Et primo ponit culpam ; secundo penam, ibi, *Veniet Dominus etc.* In culpa duo sunt : scilicet causa culpæ, et ipsa culpa ; et tamen utrumque culpa est. Causa culpæ est desperatio de adventu : *Si dixerit : Moram facit Dominus meus venire.* Augustinus dicit, quod aliquis posset dicere hoc, nimio desiderio, et hoc demonstrabat qui dicebat Psal. xli, 3 : *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei?* Aliquando dicitur propter desperationem de cito veniendo. Ezech. xii, 22 : *Fili hominis, quod est proverbiū istud in terra Israel dicentium : In longum differentur dies, et peribit omnis visio?* Non enim diu turbabit. II Pet. iii, 9 : *Non tardat Dominus promissionem suam.* Unde hæc est radix omnium. Sed quae sunt quæ consequuntur inde ? Unum crudelitatis, aliud voluptatis. Quantum ad primum dicit : *Et caperit percutere conservos suos*, quia reputat sibi subjectos ut servos : contra illud, I Pet. v, 3 : *Sed voluntarie, neque dominantes in cleris.* Et non solum sufficit ei, sed etiam percutit, et affigit. Mich. iii, 10 : *Qui adificat Sion in sanguinibus.* Vel percutiunt fratres, quos servos reputant, malo exemplo. Item istud non sufficit eis, sed convertunt se ad voluptates : *Manducet autem, et bibat cum ebriosis;* id est, habebit societatem cum voluptuosis, si ipse est voluptuosus. Et quid erit inde ? Ponit judicium. Primo enim ponit judicium ex insperato ; secundo penam. Dicit : *Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat :* quia credit aliquando homo esse securus de longa vita, et tamen subito deficit. I ad Thessal. v, 2 : *Dies Domini sicut fur veniet.* Isa. xxx, 13 : *Subito dum non spe-*

¹ Al. : « deest hæc sententia Ecclesiastæ. »
² Al. : « haec »

³ Al. deest : « qui, »

ratur, veniet contrita ejus. Et quid fieri? Sequitur triplex pena. *Et dividet eum*, non ut dicit Hieronymus, ut dividat gladio, sed a societate honorum. Infra xxv, 32: *Et separabit eos ab inicem, sicut pastor segregat oves ab hodiis.* Et haec est maxima pena. Dicit Origenes sic. In homine tria sunt: est anima, corpus, spirituale domini. Et haec in hominis praeditis non dividentur, sed in malis praeditis. Spirituale domini dividetur, quia accipiet spirituale domini quod eis dederat; corpus autem et anima mittentur in ignem. Item alia pena est quod anumerabatur iniquis: unde dicit: *Partenque ejus ponit cum hypocritis.* Hypocritae sunt simulatores, qui unum profidentur, et aliud agunt: unde partem ejus ponet cum talibus. Et sic accipitur Psalmus, 7: *Sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.* Item adhuc ista non sufficiunt, sed erit alia pena: quia *ibi erit fletus, et stridor dentium.* Job xxiv,

19: *Transibunt enim a frigore nivium ad calorem nitium.* Unde fletus ex frigore generatur, stridor dentium ex frigore. Dicit Origenes, quod possimus hinc considerare quod male dicunt qui dicunt quod praediti mali non sunt praediti.

Item notate quandam similitudinem quam ponit Augustinus. Removeamus ab oculis illum servum de quo fit sermo, et ponamus tres servos qui diligent adventum Domini. Unus dicit: Dominus meus cito veniet, et ideo vigilabo. Alius dicit: Dominus tardabit, sed volo vigilare. Alter dicit: Nescio quando veniet, et ideo volo vigilare. Quis¹ istorum melius dicit? Respondet Augustinus, quod primus male decipitur: quia si putat quod cito veniat, et postea tardat, est in periculo ne præ tatio dormiat. Secundus potest decipi, sed non est in periculo. Sed tertius bene facit, qui sub dubio semper expectat; ideo malum est determinare aliquod tempus.

C A P U T V I G E S I M U M Q U I N T U M

1. Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus, quae accipientes lampadas suas, exierunt obviiam sposo et sponsa. Quinque autem ex eis erant fatue, et quinque prudentes. Sed quinque fatue accepit lampadibus, non sumpererunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sposo, dormitaverunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviem ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae, et ornaverunt lampadas suas. Fatue autem sapientibus dixerunt: Date nobis de olio vestro, quia lampades nostras extinguitur. Respondenter prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venuit sponsus, et quae parabant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est porta. Novissime vero veniunt et reliqua virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate ergo, quia nesciit diuinus neque horam.

2. Sicut enim homo peregre proficeens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua: et unu dedit quinque talenta, alii autem duo, ali vero unum, unicuique secundum propriam virtutem; et profectus est statim. Alii autem qui quinque talenta accepérat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo accepérat, lucratus est alio duó. Qui autem unum accepérat, absens fudit in terram, et abscondit pecuniam domini sui.

Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta accepérat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone et fideli, quia super panca fuisti fideli, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accedit autem et qui duo talenta accepérat, et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone et fideli, quia super pauca fuisti fideli, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum accepérat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminas, et congregas ubi non sparsisti; et timens abiit, et abscondit talentum tuum in terra: ecce habes quod tunum es. Respondens autem dominus ejus dixit ei: Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam innumerari, et veniens ego receperisse utique quod meum est cum usura. Totiisque itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, et abundabit; ei autem qui non habet, et quod videatur habere, auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illuc erit fletus, et stridor dentium.

3. Cum autem venerit Filius hominis in maiestate

¹ Al.: « quid, »

sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sua, et congregabuntur ante eum omnes gentes; et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hediis; et statuet oves quidem a dextris suis, bodos autem a sinistris. Tunc dicet Rex his qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constituzione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitiavi, et deditis mihi bibere; hospes eram, et colligistis me; nudus, et opernisti me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venisti ad me. Tunc respondebunt ei justi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, et pavimus te; sitiensem, et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, et collegimus te; aut nudum, et coopernimus te? Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, et venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis, Amen dico vobis, quaudiu fecistis uni de his fratribus meis ministris, mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistra erunt: Discidete a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et Angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitiavi, et non dedistis mihi potum; hospes eram, et non colligistis me; nudus, et non opernisti me; infirmus et in carcere, et non visitasti me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem aut sitiensem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis, quaudiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.

4. Supra actum est de adventu Domini ad judicium; hic agitur de ipso judicio: unde dividitur istud capitulum in duas partes. In prima parte loquitur de judicio per quasdam parabolam; in secunda manifeste et explicite formam judicii demonstrat, ibi, *Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua.* Circa primum duo facit. Primo ponitur quedam parabola, in qua aliqui excluduntur a regno propter defectum interiorum; in secunda quod quidam excluduntur propter negligentiam exterioris operationis, ibi, *Sicut enim homo pergre profiscens vocavit servos suos.* Prima est de virginibus, quae solent animos hominum exercere. Et in hac tria consideranda sunt. Primo ponitur preparatio aliquorum se disponentium ut regnent cum Christo; secundo ponitur existatio ad judicium; tertio adventus judicii. Secunda ibi, *Media autem nocte clamor factus est;* tertia ibi, *Dum autem irent emere, ecce sponsus renit.* Circa primum primo tangit studium preparantium; secundo eorum somnum, ibi, *Moram autem faciente sposo, dormiaverunt omnes, et dormierunt.*

*Circa primum duo facit. Primo ponit quod est commune omnibus se preparantibus; secundo distinctionem in his qui se preparant, ibi, *Quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque prudentes.* Circa primum quatuor considerantur communia quantum ad omnes: numerus, status, officium, et finis intentus.*

Numerus tangitur, quod decem erant: *Simile est regnum colorum decem virginibus.* Sed quare decem? Triplex ratio est. Una quidem, quia decem est numerus universitatis: in numerando procedimus usque ad decem, et post incipimus ab uno: unde per decem, per unum et per centum universitas significatur. Vel, secundum Hilarium, omnes obstant decem preceptis observandis, vel obligantur ad ea. Vel decem¹ propter quinque sensus duplicitos. Sunt enim duplicati uno modo, secundum Gregorium, quia quinque sunt in viris, et quinque in mulieribus: et sic decem. Secundum Hieronymum, duplicatur secundum quod ad diversos sensus referuntur. Sunt quidam sensus exteriores, et quidam interiores. De visu interiori dicitur Joan. iv, 12: *Deum nemo vidit unquam.* De gustu dicitur Psal. xxxiii, 9: *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus.* De olfactu dicitur Cant. i, 3: *In odorem uigentiorum tuorum currimus.* Et sic sunt omnes decem qui ad judicium veniunt.

Status tangit enim dicitur, *Virginibus.* Sed quare dicuntur virgines? Triplex est ratio. Secundum Chrysostomum, intelligitur de his qui integritatem carnis servant. Sed quare magis facit mentionem de virginibus? Dicit, quod supra xix, 12, locutus est de virginibus, ubi dicit, quod sunt quidam eunuchi qui seipso castrarunt propter regnum colorum. Qui potest capere capiat. Ideo enim virginitas sit tantum bonum quod non cadit sub precepto, sed sub consilio, secundum quod habetur I Corin. vi, 23: *De virginibus praeceptum, non habeo, consilium autem do: si isti damnantur, multo magis et alii.* Vel virgines dicuntur qui ab illeebriis quinque sensuum

¹ AL. : « per decem. »

abstinent. Secundum Hieronymum et Origenem, virgines dicuntur fidèles qui non admittunt corruptelam, secundum quod dicit Apostolus, II ad Corinth. xi, 2 : *Despondi vos uni viro virginem castum exhibere Christo.*

Sequitur videre¹ studium : *Quae occipientes lampades suas.* Lampades sunt vasa lumenis. Unde, secundum Ilarium, possumus intelligere animas illuminatas lumine fidei, quod in baptismo receperunt. Isa. lvii, 8 : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum.* Vel per lampades opera signantur, secundum Augustinum : opera enim vestra debent esse lucerna. Supra v, 16 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum qui cœlis est.* Ergo accipere lampades, est præparare animam, vel disponere ad bona opera.

Quatum quod ponitur est quod *exierunt obviam sponso et sponsæ.* Quis est sponsus, et quæ est sponsa? Dupliciter exponitur secundum duplex matrimonium. Unum divinitatis ad carnem, quod celebratur est in ictro virginis : *ipse enim tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Psal. xviii, 6. Sponsus ipse filius est, sponsa humana natura : unde nihil aliud est exire obviam sponso et sponsæ, nisi servire Christo. Item est matrimonium Christi et Ecclesiæ. Joan. iii, 29 : *Qui habet sponsam, sponsus est.* Ergo præparantes lampades intendunt ut placeant sponso, idest Christo et sponsæ, idest matri Ecclesiæ. Et sic in istis convenientiunt. Ponuntur etiam duo², in quibus discrepant : in interiore discretione, et exteriori solitudine. Quantum ad primum dicit : *Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes.* Prov. x, 23 : *Sapientia est viro prudentia.* Ille prudentis est qui quæ facit, non vult pro nullo perdere. Ideo dictum est supra x, 16 : *Estote prudentes sicut serpentes.* Vel sic fatui sunt qui divertunt a Deo, vel per malam intentionem et non rectam, vel per falsam doctrinam. Prov. ix, 13 : *Mulier stulta et clamosa, plena-*

que illeceris, et nihil omnino sciens, sed sit in foribus domus sue. Secundum Origenem, qui habet unam virtutem habet omnes : unde non potest esse unus sensus ordinatus quin sint alii ordinati. Item siunt etiam dicitur Jac. 1, 20 : *Qui delinquit in uno, factus est omnium reus.* Item, discrepant quantum ad exteriorem solitudinem : quia *quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum.* Omnes iste bene volebant habere lampades accensas, quia ipse qui lemen est, vult sibi serviri cum lumine ; sed³ lumen non potest nutritri sine oleo : stultus enim esset qui crederet servare lumen in lampade, et non poneret oleum. Per oleum quatuor significantur, secundum Hieronymum. Per oleum significantur pona opera. Et quare? Fides est lumen animalium quo accenduntur lampades. Per bona opera fides nutritur. I ad Timoth. i, 18 : *Hoc preceptum commendabo tibi, fili mi Timothee, secundum præcedentes in te prophetas, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* De isto potest accipi quod dicitur Proverb. xxi, 20 : *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi, et imprudens homo dissipabit illud.* Alio modo per oleum misericordia signatur. Et sic dicit Chrysostomus : unde habetur Luc. x, 34, *quod Samaritanus infudit vinum et oleum.* Per vinum severitas signatur, per oleum opus misericordiae. Vult ergo quod qui intendit continentiam servare, et non fecerit misericordiam, stultus est : unde dicit Jac. ii, 13 : *Judicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam.* Item per oleum signatur interior lætitia ; de quo in Psal. cii, 13 : *Ut exhilaret faciem in oleo.* Et alibi in Psal. xliv, 8 : *Unxit te Deus oleo lætitiae.* Multi sunt qui exterior abstinent, et querunt intus gaudium, scilicet conscientia, et ibi habent secum oleum. Alii vero non querunt gaudium conscientia, sed gloriam hominum ; et isti noui habent oleum. Secundum Origenem, per oleum sancta doc-

¹ Al. : « videte. »

² Al. : « tria. »

³ Al. deest : « sed. »

⁴ Al. : « impudens. »

trina signatur. Cant. 4, 2 : *Oleum effusum nomen tuum. Oleum justitiae rectam doctrinam signat. Psalm cxviii, 2 : In corde meo abscondi eloquia tua.* Unde virgines dicuntur qui continentiam servant, qui faciunt misericordiam, qui gaudium interioris querunt, qui rectam doctrinam assumunt.

Sequitur de somno repentina. Ponitur causa somni et somnis. Causa somni est mora. Quando enim aliqui expectant aliquid, et maxime de nocte, cito dormiunt : unde per hoc spatium signatur spatium inter adventum Christi in carne, et adventum ad iudicium ; unde dicit : *Moram autem faciente sposo, dormitarerunt omnes, et dormierunt.* Secundum omnes Expositores exponitur de morte.

Sed quare dicitur mors somnus ? Hoc est propter spem resurrectionis. Sieut enim qui dormit intendit evigilare, sic qui dormit morte, intendit resurgere. I Thessal. 4, 12 : *Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent.*

Sed quid est dormitio et dormitatio ? Exponit Gregorius. Dormitatio est proprie via ad somnum : unde per dormitacionem possumus intelligere longiorem vitam, per somnum mortem. Secundum Originem, intelligitur de somno pigritate. Prov. vi, 9 : *Usquequo piger dormies, quando consurges de somno tuo?* Unde *moram autem faciente sposo*, vel ad iudicium, vel ad mortem, *dormitarerunt omnes, et dormierunt* : vix enim sunt aliqui qui longo tempore vivant quin torpescant. Vel qui totaliter negligunt, dormiunt ; qui vero aliquo modo aliquiliter desinent a primo fervore, dormitant.

Tunc sequitur excitatio ; secundo effectus ; tertio petitio fatarum virginum : quarto responsio sapientum. Dicit ergo : *Media nocte clamor factus est : ecce sponsus venit.* De ista dicit Origenes alter quam alii, et magis secundum litteram. Alii omnes exponunt excitationem istam referendo ad finale iudicium ; et secundum hoc iste clamor erit tuba, vel vox Christi. I Thessal. iv, 15 : *Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de celo.* I Corinth

xv, 32 : *Canet tuba..... et mortui qui in Christo sunt resurgent primi : I Thes. iv, 15.*

Et quare media nocte ? dicit Hieronymus, quod Hebreus dicit quod sicut Angelus in media nocte descendit ad interficiendum primogenita Ægypti, sic venturus est Dominus in media nocte. Unde solebat esse consuetudo apud eos quod non dimittebatur populus usque ad medium noctem. Augustinus dicit, quod non est propter rationem temporis, sed solum est propter oculitatem. I ad Thess. v : *Dies Domini sicut fur de nocte.*

Sed quid est quod dicit : *Ecce sponsus venit exite obviam ei?* Qui tunc omnes resurgent ei obviam. Joan. v, 25 : *Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem ejus.* Amos, iv, 2 : *Præpara te, Israel, in occursum Dei tui,* Origenes refert ad presentem vitam. Et hoc quando homo detinetur in anima gloria, et fit clamor per prædicatorem, vel per internam inspirationem. Tunc revertitur ad Christum Isa. xi, 9 : *Exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Hierusalem.*

Tunc sequitur effectus : *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas.* Ad litteram, facto clamore per tubam, vel per vocem Christi, omnes resurgent. Unde Joan. v, 25 : *Omnes enim qui in monumentis sunt vocem ejus audient.* Sed quid fecerunt ? *Ornauerunt lampades suas.* Sed quid est hoc ? Erit ne tempus ? Dicendum, quod ornare lampades nihil aliud est quam dinumerare opera quæ fecerunt, ut possint congruum rationem reddere. Unde habebunt soliditudinem quando audient vocem Filii Dei : ut infra : *Quando ridimus te esurientem, et parvum ; sitiensem, et dedicamus tibi potum ? etc.* Secundum Originem, est planior littera. Quia si ad presentem vitam referatur, quando fit clamor per prædicatorem, vel internam inspirationem, tunc surgunt a negligentiâ, et tunc incipiunt surgere ad corrigendum facta sua.

Tunc sequitur petitio fatarum : *Fatua autem sapientibus dixerunt : Date nobis de obo vestro, quia lampades nostræ extinguitur.* Istæ erant fatuae quoad aliquid

et quo ad aliquid non : quia aliquid habebant de lumine fidei, unde dicunt : *Quia lampades nostræ extinguntur* : si enim nihil haberent fidei, dicerent, Extinctae sunt : unde cognoscunt quod non possunt ignem sine oleo conservare. Et quid est hoc dictum ? Sive intelligatur per oleum opus misericordiae, sive justitiae, idem est sensus : quia illi resurgentis qui non habent¹ haec opera in abundantia, petunt suos defectus suppleri per eos qui habuerunt magis abundanter. Sed hoc non poterit fieri, quia uniuersique erunt sua necessaria. Ad Galat. nlt., 5 : *Onus² suum unusquisque portabit.* Et quia videbant quod non poterat valere lumen fidei sine opere misericordiae, petebant ab aliis qui fecerant opera misericordiae. Augustinus sic exponit : *Consuetum est quod quando aliquis³ præoccupatur in aliquo, solet recurrire ad illud in quo sperat.* Ista habebant exterius fiduciam, quia landem aliorum quaerebant : unde dicunt : *Date nobis de oleo vestro,* idest de laude vestra ; idest, landetis nos de opere nostro. Sed istud non valebit eis, secundum quod habetur ad Roman. n., 13 : *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Job xvi., 20 : *Ecce enim in caelo est testis meus, et conscius meus in excelsis.* Unde confidunt in humano favore, qui prodesse non potest. Secundum Originem, contingit quod aliqui in rebus vanis expenderunt vitam⁴ suam ; et cum recognoscunt recurrunt ad alios, et petunt orationes et beneficia eorum. Et in hoc non sunt fatui, si incipiunt reverti ad Dominum.

Responderunt prudentes, dicentes etc.
Hic ponitur responsio sapientum : et in ista responsione duo ponuntur. Et primo ponitur responsio repudiandi ; item ponitur quoddam consilium, ibi, *Ite potius ad vendentes.* Et quæ est ratio ? *Ne forte non sufficiat nobis et vobis.* Unde quia oleum misericordiae, vel interius gaudium, vel exteriora opera non sufficiunt nobis et vobis, sicut dicitur 1 Petr. iv., 18 : *Si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?* Et Apostolus Rom. viii., 18 :

¹ Al. : « quia isti resurgentis qui habebunt. »

² Al. : « opus. »

³ Al. : « aliquid. »

Non sunt condigur passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis : et Isa. lxiv., 6 : Omnes justitiae vestrae, tuncquam pannus menstruatus : quia ergo non sufficit nobis et vobis : ite potius ad vendentes, et emite vobis.

Sed numquid erit tempus quod requirant sibi oleum ? Ideo intelligendum quod istud magis dicitur per modum improperi quæ per modum consilii, quasi dicerebant⁵. Debuissetis ivisse. Secundum Chrysostomum, isti vendentes sunt pauperes, quia mereantur regnum. Luc. vi., 6 : *Facite vobis amicos de manna monitionis.* Unde dicunt, *Ite,* idest ire debuissetis, secundum Augustinum ; dicitur enim per modum improperi. Venditores olei sunt adulatores ; unde videntes quod iste petunt auxilium, dicunt : *Ite potius ad vendentes, et emite vobis;* quasi dicerebant : *Vos nunquam quæsistis nisi oleum idest landem humanam ; modo ecclias ad mundum, et ematis illud testimonium quod semper quæsistis.* Secundum Originem, plana est littera, quia vult quod totum in mundo isto contingat. Aliquando accidit quod peccator videt justum, et petit quid debeat facere. Sed aliqui sunt ita sapientes quod sibi sufficit sapientia sua, sed non sufficit sibi et aliis. Unde tales dicunt illis qui ab eis petunt consilium : Non habemus tantum de doctrina spirituali quod possimus nobis et vobis sufficiere ; ideo ite ad doctores Ecclesiæ, et ad sapientes, qui vident vobis. De ista habetis Isa. lv., 1 : *Omnes sicutientes venite ad aquas, et qui non habetis argenteum, properate, emite, et comedite.*

Sed quomodo sine argento venditur ? Dico quod sapientia venditur sine argento. Et quod est pretium ejus ? Quod⁶ homo libenter studeat, hoc est pretium sapientiae. Prover. n., 4 : *Si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem, et scientiam Dei invenies.*

Dum autem irent emere, venit sponsus. Dicit Augustinus, quod quidam referunt istud ad statum præsentis vitæ ; sed non

⁴ Al. : « viam. »

⁵ Al. : « diceret. »

potest stare cum eo quod dicitur : *Et clausa est janua.* Ideo Origenes etiam hoc exponit de futuro adventu. Et tria facit. Primo ponitur adventus judicis ; secundo receptio honorum ; tertio exclusio malorum. Dicit ergo : *Dum iacent emere, venit sponsus* ; idest, dum habent solitudinem quomodo excusarent se in judicio, venit Dominus ad judicium. Sed Origenes dicit, quod quidam sint qui venient ad consilium, vel ad sacerdotes, et cum deliberatione ut convertantur, et tunc in adventu moriuntur. Unde tunc venit sponsus, quando homo moritur.

Sed quid est quod hic dicitur, *Veniente sposo, cum supra dixerit, Exierunt obviam sposo et sponsa?* Ratio est, quia in iudicio sponsa, idest caro Christi, erit assumpta in glorificationem. Vel si referamus ad Ecclesiam, tunc perfecte ipsa uniuersit ipsi sposo per adhesionem. Unde Apostolus I Corinth. vi, 17 : *Qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum illo.*

Et sequitur : *Et quae parvae erant, intraverunt cum eo ad nuptias.* Istae nuptiae sunt regnum coelorum, de quo Apoc. xvii, 14 : *Quoniam Dominus dominorum est, et rex regum, et qui cum illo sunt vocati, et electi, et fideles.* Et statim clausa est janua : quia nulli postea aperietur. Modo autem aperitur : unde Ps. xxiii, 7 : *Attollite portas, Principes, restrahite. Et Apoc. iv, 1 : Post huc vidi, et ecce ostium apertum in celo.* Sed tunc claudetur.

Consequenter ponitur repulsio malorum : et dicuntur tria. Primo exprimitur negligentia ; quia tarde veniunt : unde dicitur : *Novissime autem veniunt*¹. Unde signat eos qui tardam penitentiam agunt. Sapient. v, 3 : *Dicentes intra se, paniuentia agentes, et pra-augustinus spiritus gementes.* Desiderium tangitur cum dicunt : *Domine, domine, aperi nobis.* Unde in hoc quod dicunt eum dominum, dicunt aliquid per quod debere impetrare. Per hoc autem quod geminant, signatur quod ex angustia petant : unde dicitur supra vn, 21 : *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum.* Desiderium autem eorum tangi-

tur cum dicitur : *Aperi nobis.* Sequitur repulsio : *At ille respondens ait : Amen dico vobis, nescio vos ; idest, non approbo vos : novit enim Dominus qui sunt ejus :* n ad Timoth. ii, 19 : *sicut artifex nescit opus quod discordat ab arte sua.* Consequenter concludit : *Vigilate itaque, et orate, quia nescitis diem neque horam.*

2. Supra posuit Dominus parabolam de iudicio, in qua reprobatur aliquis propter hoc quod bonum spirituale interius suscepit non conservat ; hic vero ponit parabolam, in qua quis bona suscepta non multiplicat : unde dividitur : quia primo de distributione douorum agit ; secundo de usu eorum ; tertio de iudicio utentium. Secunda ibi, *Abiit autem qui quinque talenta accepérat etc.* ; tertia ibi, *Post multum vero temporis etc.* Circa primum tria facit. Primo ponit necessitatem distribuendi ; secundo distributionem ; tertio recessum distribuentis. Necessitatem ostendit in hoc quod dicit : *Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua.* Ubi debetis notare, quod iste homo Christus est. Et possumus dicere, quod peregre proficisciatur tripliciter : quia pergebat in locum, qui quamvis sit sibi proprius per divinitatem, scilicet in celum, tamen peregrinus erat secundum carnem, quia nulla caro ibi ascenderat. Unde Joan. iii, 13 : *Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo.* Filius hominis qui est in celo. Item proficisciatur in celum, quia in mundo peregrinus existens, in celum proficisciatur. Hier. xiv, 4 : *Quare futurus es quasi colonus in terra, et quasi viator declinans ad manendum ?* Item potest intelligi spiritualiter. Nunc enim peregrinatur a nobis, quoniam nos peregrinamur ab eo. II ad Corinth. v, 6 : *Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Quando autem videbimus eum, tunc non erimus sicut peregrini, sed sicut cives et domes-tici dei.

Et notandum, quod² sicut dicit Origenes, ubi ponitur sicut debet iungi aliquid, nisi ponatur in similitudine, sicut

¹ Al. : « venerunt. »

² Al. deest : « quod. »

habetur supra xxiv, 27 : *Sicut enim fulgor erit ab oriente, ita erit adventus Fili Dei.* Sed hic non ponitur in similitudine, et non ponitur postea aliud : propter hoc debet sic legi : Aliquis peregre proficisciens sicut homo : quia Christus et Deus et homo est. Unde secundum quod Deus, non peregrinatur, quia *omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*, ad Heb. iv, 13. Peregre autem proficisciens sicut homo. Joan. i, 44 : *Vidimus eum tamquam unigenitum a Patre*, idest, sicut unigenitum a Patre. Et hoc fuit necesse ex quo peregre proficeretur, quod curam committeret de suis ; et hoc facit cum dicit : *Vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua.* Et primo tangitur liberalitas dantis, secundo diversitas donorum, item discretio dandi. Dandi liberalitas in dubibus tangitur : eo quod praevenit eos quibus dedit ; item eo quod abundantanter dedit. Eo quod praevenit, quia qui expectat dare diminuit de liberalitate sua ; non sic autem Dominus. In Psal. xx, 4 : *Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Unde vocavit servos suos, non illi ipsum : unde Joan. xv, 16 : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Rom. viii, 29 : *Quos præscivit, hos et prædestinavit.* Item tangitur liberalitas, quia de suo : *Dedit bona sua, non aliena.* Aliqui bene sunt liberales de alieno, sed non de suo ; iste autem de suo : unde de isto potest intelligi quod dicitur in Psal. lxvi, 19 : *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, dedisti¹ dona hominibus.*

Consequenter ponitur diversitas donorum : *Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.* Omnes istos dividit per tres, in fructum trigesimum, sexagesimum et centesimum : quia omnis multitudo dividitur in summum et infimum et medium. Ista talenta sunt diversa dona gratiarum : sicut enim talentum pondus dicitur metalli, sic gratia pondus est quod inclinat ipsam animam : unde amor est pondus animæ. Apostolus I Corinth. xii, 4 : *Divisiones gratiarum sunt.* Unde ista dona dividuntur ita quod non æqualiter dantur omni-

bus. Ad Eph. iv, 7 : *Unicusque nostrum² data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Et hoc est quod dicit : *Uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.*

Et quae est ratio hujus numeri ? Possumus dicere, quod aliquis ita superabundat quod habet mensuram dupli ; aliquis vero ita quod ultra duplum : unde qui accipit duo, se habet ad illum qui unum³, sicut proportio dupli ; qui autem quinque, se habet ultra proportionem dupli. Unde vult dicere quod aliquis accipit quinque, qui accipit secundum mensuram incomparabilem. Possumus etiam⁴ dicere, quod ista dona sunt eloquia Dei, verba sapientie : frequenter enim sapientia divitias comparatur. Isa. xxxiii, 6 : *Dicitur salutis sapientia.*

Quid est quod dicit quod *uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum?* Origenes dicit⁵ quod illi dedit quinque talenta qui omnia que in Scriptura dicuntur, ad spiritualem intellectum refert : unde dictum est⁶ supra : Sicut sunt quinque sensus corporales, sic sunt quinque spirituales. Sic dominus Apostolis dedit. Luc. xxiv, 43 : dicitur quod *aperuit eis sensum ut intelligerent Scripturas.* Et in Daniele. 1, 17, dicitur, quod *dedit Deus pueris intelligentiam in omni Scriptura.* Qui autem sunt illi qui duo accipiunt? Secundum Origenem, dualitas numerus est materia : unde omnis numerus est ex binario et unitate ; unde binario attribuitur materia, unitati forma. Unde illi dicuntur duo recipere qui minus recipiunt, quia nesciunt se in omnibus regere ; sed aliquid habent in quo sciunt, quia sunt boni adificatores, vel hujusmodi. Unde, secundum Origenem, plus accipit qui recipit unum, quam qui duo. Secundum Gregorium et Hieronymum est e converso : quia per quinque talenta intelliguntur quinque sensus : unde ille recipit quinque talenta qui gratiam a Deo recipit circa temporalia, circa quæ operatio sensuum versatur. Per duo autem talenta intelliguntur sensus et intellectus solum : unde ille unum recipit, qui

¹ Al. : « dedit. »

² Al. : « vestrum. »

³ Al. : « duo. »

⁴ Al. : « enim. »

⁵ Al. deest : « dicit. »

⁶ Al. : « dicit dictum est. »

gratiam intellectus recipit, non gratiam operandi. Secundum Hilarium, ille recipit quinque qui Christum invenit in quinque libris Moysi; ille autem duo qui gratiam novi et veteris testamenti veneratur, qui in Christo venerantur naturam divinam et humanam; unum autem recipit Iudeus, qui in solis legalibus gloriatur.

Deinde sequitur ratio: *Unicuique secundum propriam virtutem.* Si hoc referatur ad illud quod talenta sunt eloqua, plana est expositio, quia debent dari secundum maiorem capacitatem. Joau. xvi, 12: *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Et Apostolus I Corinthi. vi, 2: *Tamquam parvulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam.* Ideo magis subtilibus magis subtilia dedit.

Si autem referamus ad bona gratiarum secundum quod quidam dixerunt¹, quod secundum bona naturalia daret bona gratuita: unde secundum quod magis habet homo de bonis naturalibus, habet etiam de bonis gratuitis. Et hoc verum fuit in Angelis, at² in hominibus non. Et quæ est ratio? Quia in Angelis una est natura spiritualis: ideo ad quod moventur, totaliter moventur, secundum totalitatem virtutis: ideo quantum valet conatus eorum, tantum capiunt. Sed homo est ex duabus contrariis naturis, quarum una retrahitur ab alia a suo corpore: unde non tantum datur ei nisi quantum homo cum isto bono naturali habet de studio.

Item aliis error fuit qui dixit, quod initium gratia fuit a nobis. Et contra hoc objicit Augustinus per verbum Apostoli II Cor. iii, 5: qui dicit, *quod non sufficiens sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis.* Sed quod est prius principium quam cogitatio? Et si cogitatio a nobis non est, ergo nec operatio. Unde qui plus conatur, plus habet de gratia; sed quod plus conetur, indiget altiori causa. Thren. v, 21: *Converte nos ad te, et convertemur.*

Si autem queris quare unus magis

habet de gratia quam alter? Dico, quod hujus rei est causa proxima, et causa prima. Proxima est maior conatus istius quam illius. Causa prima est electio divina. Eccli. xxxiii, 7: *Quare dies diem superat, et lux lucem, et annus annum, et sol solem? A Domini scientia separati sunt.* Et quæ est ratio hujus? Vide et quod aliter est de agente universali et particulari. Agens particulare presupponit sibi aliquid, et secundum hoc diversimode operatur: ut artifex aliam formam dat uni materiae, et aliam alii. Sed si posset facere materiam, diceretur quod talis fecit talern materiam ut induceret formam secundum voluntatem suam. Sic Dominus, cum sit creator omnium, creavit istum ut sic eum faceret: unde intelligitur ut intelligatur capacitas naturæ cum conatu.

Tunc ponitur recessus dantis cum dicit: *Et profectus est statim.* Et potest intelligi quod iste peregre proficisebatur, quia cum Apostolis dixisset: *Accipite Spiritum sanctum.* Joan. ult. xxii, et Petro dixisset, Joan. xxi, 17: *Pasce oves meas*; statim profectus est: unde dicebat, Joan. xii, 32: *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.* Et statim ascendit. Vel potest dici quod profectus est non recedendo; sed quia relinquit eos sub arbitrio, quia non compellit eos uti donis dati.

Abiit autem qui quinque talenta accepérat etc. Hic ponitur de usu donorum, et hoc quantum ad tres servos: et primo quantum ad primum: secundo quo ad secundum; tertio quo ad tertium: unde dicit: *Abiit autem qui quinque talenta accepérat.* Designatur hic profectus virtutis. Psal. lxxxiii, 8: *Ihant de virtute in virtute.* Et hoc habetur Gen. xxvi, 13: *Ihant crescent, et proficiens.* Virtus enim profitit per exercitium operationis: nisi enim operetur, deficit: et ideo dicit, *Operatus est.* Unde dicitur Proverb. xiii, 4: *Anima operantium impinguadbitur.* Et lucratus est alia quinque. Et quomodo? Dupliciter profitit aliquis: uno modo in seipso, alio modo in alio. In se, si habeat

¹ AL.: « referamus ad bona gratiarum, quia quidam dixerunt etc. »

² AL.: « et. »

intelligentiam Scripturarum ita ut proficiat; si caritatem, ut proficiat aliis. Profectus est ut proficiat in alio¹, ut quod accepit, communicet. I Petr. iv, 10 : *Unusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum administrante*. Unde si quod accipis communicas, totidem lucraris. Unde dicit, quod *superlucratus est alia quinque* : quia vix est quod aliquis conferat ad aliquem id quod non habet I ad Corinth. xi, 23 : *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis*. In eo autem quod habet, in eo proficit. Apostolus I Corinth. xv, 10 : *Gratia ejus in me vacua non fuit*. Secundum Ilarium, ille lucratur quinque qui proficit in quinque libris Moysi, ut Christum lucretur. *Similiter qui duo acceperat, scilicet qui proficit intellectu et operatione, lucratus est alia duo*, idest præmiationem quo ad utrumque. Vel duo, quia non solum proficit prædicando viris, sed etiam mulieribus ; secundum Gregorium. Secundum Origenem, quod illud quod acceperat secundum rationem naturalium, ad intellectum referat. *Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram etc.* Quid autem est fodere in terram ? Tripliciter exponitur, secundum Gregorium. Ille thesaurum abscondit qui donum acceptum abscondit in peccatis carnis, vel temporalibus : unde qui potest in temporalibus proficere, et convertit se ad terrena, abscondit pecuniam domini sui in terra. De talibus dicitur in Psal. xvi, 11 : *Oculos suos statuerunt declinare in terram*. Secundum Origenem, habet aliquis donum intellectus, et tamen vult religiose vivere, et sibi solum vivere ; cum tamen multis possit proficere ; iste abscondit in terra. Job xii, 7 : *Opera Dei revelare et confiteri honorificum est*. Talis enim pecunia est ad multiplicandum, non abscondendum. Ilarius : Qui sunt qui recipiunt unum ? Judæi, qui puram litteram recipiunt. Isti abscondunt pecuniam in terra, idest in carue Christi, qui propter carnem non possunt credere ipsum esse Deum. Unde Apostolus I Corinth. i, 23 : *Nos autem prædicamus Christum Jesum, Iudeis*

quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.

Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum. Ille agitur de judicio : et primo ponitur ratio adventus judicis ; secundo de judicio, ibi, *Et posuit rationem cum eis*. Notandum, quod de operibus et donis debemus Deo reddere rationem. Supra xii, 36 : *De omni verbo quod locuti fueritis, oportebit reddere rationem*². Et supra xviii, 23 : *Simile est regnum caelorum homini qui voluit ponere rationem cum servis suis*. Et primo ponitur in speciali : *Et posuit rationem cum eis* : quia quilibet tenetur reddere rationem primo³ in sua morte ; secundo in die judicii quando oportebit nos astare ante tribunal Christi. Cum ergo dicit, *Post multum vero temporis venit dominus*, potest referri ad utrumque. Si enim ad diem judicii, datur intelligi quod magna est mora inter adventum Christi et diem judicii : contra illud quod crediderunt quidam tempore Apostoli : unde II ad Thessal. n, 2 : *Non terciamini quasi instet dies Domini*. Sed si ad diem mortis, dicit Origenes : *Consideretis quod vix fuerit aliquis utilis in Ecclesia qui parum vixerit*. Et hoc probat de Petro, cui dixit Dominus, Joan. xxi, 18 : *Cum autem senueris, extenderes manum tuam, et alius te cinget*. Item de Paulo qui adolescentis fuit in sui conversione, et post factus est senex ; unde ad Philemonem, *Ut Paulus senex etc*. Unde cum dicitur, *Post multum vero temporis*, datur intelligi quod dat Dominus longum spatium ad bene agendum. Et de hoc intelligitur quod dicitur Prov. iii, 2 : *Longitudinem dierum et annos vita et pacem apponet tibi*.

Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque etc. Ille agitur de tribus servis : et primo de primo ; secundo de secundo ; tertio de tertio. In primo duo facit. Primo ponitur ratio redditus ; secundo remuneratio debita, ibi, *Ait illi Dominus ejus etc*. Ex parte istius primo ponit securitatem, fidelitatem, humilitatem, et streuitatem, sive solicitu-

¹ Al. : « in alia. »

² Ibi : « Omne verbum otiosum quod locuti fuerint

homines reddent rationem de eo in die judicii. »

³ Al. omittitur : « primo. »

dinem. Securitatem tangit, quia non expectavit quod dominus vocaret eum, sed ingessit se. Unde dicit, *Accedens.* Ilanc securitatem habebat Paulus per sanguinem Christi. Ad Heb. x, 49 : *Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi.* II Corinth. iii, 12 : *Habentes talem spem, multa fiducia utimur.* Item notatur fidelitas, quia obtulit alia quinque. Infidelis quidem esset qui de bonis domini sui aliquid sibi attribueret : unde iste totum obtulit domino. Si ergo feceris aliquod bonum, si aliquem convertisti, et tibi attribuis, non Deo ; non es fidelis. I Paralip. xix, 14 : *Tuas sunt omnia, et quae de manu tua accepimus dedimus tibi.* Item notatur humilitas confessionis doni, quia cognoscet ab eo recipisse. I Corinth. iv, 7 : *Quid habes quod non accepisti ?* Unde iste constitutus donum, dicens : *Domine, quinque talenta tradidisti mihi etc.* Item tangit strenuitatem, sive sollicitudinem : *Ecce alia quinque superlucratus sum.* Unde bene dicebat cum Apostolo, I Corinth. xv, 10 : *Gratia Dei in me vacua non fuit.* Sequitur remuneratione debita ; et in ista facil quatuor : quia primo ponitur congratulatio ; secundo commendatio meritorum ; tertio aequalitas judicii ; quarto magnitudo praemii. Congratulatio tangitur cum dicit : *Ait illi dominus ejus : Euge serve bone et fidelis etc.* Unde dicitur Isa. lxi, 5 : *Ecce gaudet super te Dominus tuus.* Unde exultanti animo recipit eum, cum dicit, *Euge.* Euge vox est exultationis.¹ Sequitur commendatio : et primo commendat de humilitate cum dicit, *Serve,* quia recognoscet se esse servum ejus. Lue. xvii, 10 : *Cum omnia bene feceritis, dicite : Servi inutiles sumus.* Item commendat eum de bonitate per hoc quod dicit, *Bene,* quia proprie bonum est diffusivum sui : unde bonus multiplicavit bonitatem. Item a fidelitate, quia non sibi retinuit sed domino obtulit : unde dicitur, *Et fidelis.* I Corinth. iv, 2 : *Jan queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.* Et supra xxiv, 43 : *Quis putas est fidelis servus et prudens ?* Unde approbat eum,

dicens, *Fidelis.* Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat; II Corinth. x, 48. Deinde ponit aequalitatem, ut praestet aequitatem judicij, dicens : *Quia super paucā fūisti fidelis, supra multa te constituam.* Ista paucā sunt omnia que sunt in vita ista, quia quasi nihil sunt in comparatione ad coelestia. Unde vult dicere : Quia fūisti fidelis ratione bonorum quae sunt praesentis vitæ, *super multa te constituam :* idest, dabo tibi spiritualia, quae sunt super omnia bona ista. Luc. xvi, 10 : *Qui fidelis est in minimo, et in majore fidelis est.* Sequitur magnitudo praemii : *Intra in gaudium domini tui.* Gaudium enim est praemium. Joan. xvi, 22 : *Videbo vos, et gaudebit cor vestrum.*

Et posset dicere aliquis : Nonne visio est praemium, vel aliquod aliud bonum ? Dico quod si alia res dicatur praemium, gaudium tamen est finale praemium. Sicut possem dicere, quod est finis gravium locus inferior ; item quiescere in illo loco : et illud est magis principale. Sic gaudium nihil aliud est quam quies animi in bono adeptu : unde ratione finis dicitur gaudium praemium.

Et quaro dicit, *Intra in gaudium, non Accipe ?* Dicendum, quod duplex est gaudium : de bonis exterioribus, et de bonis interioribus. Qui gaudet de bonis exterioribus, non intrat in gaudium, sed intrat gaudium in ipsum :² qui autem gaudet de spiritualibus, intrat in gaudium. Cant. i, 5 : *Introduxit me rex in cellaria sua.* Vel aliter. Quod est in aliquo, continetur ab illo, et continens majus est. Quando ergo gaudium est de aliquo quod minus est quam cor tuum, tunc gaudium intrat in cor tuum ; sed Deus major est corde : ideo qui gaudet de Deo, intrat in gaudium. Item intent in gaudium domini, idest de Domino, quia Dominus veritas est. Unde nihil aliud est beatitudo quam gaudium veritatis. Vel sic, *Intra in gaudium domini tui;* idest, de eo gaude, quo gaudet,³ et de quo gaudet Dominus tuus, scilicet de fructuone sni ipsius. Tunc ergo gaudet homo ut Dominus, cum fruatur ut

¹ Al. : « Euge ecce vox est exultationis. »

² Al. : « quis fidelis. »

³ Al. : « in gaudium ipsum. »

⁴ Al. : « unde eo quo gaudet. »

Dominus : unde dicit Dominus Apostolis Lue. xxii, 30 : *Statui vos ut edatis et hibatis super mensam meam in regno meo, idest, ut sitis beati in quo sum beatus.*

Accessit autem et qui duo talenta acceperat. Supra actum est de iudicio quantum ad primum servum, qui quinque talenta accepérat, hic agitur de iugici quantum ad secundum servum, qui duo talenta accepérat. Quantum ad litteram, nihil differt a primo, nec est aliquid dicendum nisi quod dictum est de primo : et ideo non oportet iterare, quia et iste eamdem commendationem et idem præmium recepit¹ sicut qui quinque talenta accepérat. In quo datur intelligi, secundum Origenem, quod qui parvum donum a Deo recipit, et bene uitur secundum posse suum, tantum accipit et meretur quantum qui magnum. Hoc enim solum requirit Dominus ab omni homine quod ei serviat in toto corde suo, ut habetur Deut. xvi.

Sed hoc potest habere dubietatem. Poterat quod aliquis habeat magnam mensuram honourum, alter parvam. Si operatur iste secundum panem caritatem quam accepit, tunc merebitur tantum quantum qui plus accepit : quod videtur quod non possit esse, quia sic mereretur tantum vel plus qui minus habet de caritate quam qui plus. Et ideo distinguendum est : quia quadam sunt bona quæ perficiunt, et eliciunt actum voluntatis, et inclinant ; quædam autem quæ non. Donum quod inclinat voluntatem et elicit actum, est caritas. Non potest ergo esse qui plus habet de caritate quin majori iuxtu utatur, et melius. Sed sunt alia dona quibus potest aliquis uti secundum majorem et minorem caritatem, ut scientia, et hujusmodi. In talibus qui majori couatu utitur, quantum ad præmium magis meretur : unde dicitur Lue. xxi, quod paupercula mulier plus misit in gazophylacium quam illi qui plus apposuerunt, quia usus est secundum totum posse suum.

Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait. Hic determinatur de iudicio mali servi : et primo ponitur ratio ;

secundo condemnatio quam suscepit, illi, *Respondens autem dominus ejus, dixit ei.* Mirabile rationem proposuit. Primo enim blasphemiam proposuit ; inde negligentiam assumpsit ; tertio innocentiam conclusit. Et sic non poterat valere syllogismus. Blasphemiam, cum dicit : *Domine, scio quod homo durus es : negligentiam cum dicit : Abi, et abscondi timentem etc. : innocentiam, enī dicit : Ecce habes quod tuum est.* Et consideramus quod dicit quod accessit. Dictum est supra de illo qui quinque talenta accepérat, quod accessit, idest fiduciam habuit ; sed iste non accessit cum fiducia, sed per violentiam. Vel aliter : quia aliqui in his quæ male faciunt, videtur eis bene fecisse. Prov. xxvi, 16 : *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.* Unde visum fuit ei quod bene fecisset. Secundum Origenem, videtur aestimatio de Deo alieni sicut de homine duro, a quo se abstrahit aliquis propter duritiam. Eccli. ix, 18 : *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi.* Et ideo sicut qui cognoscit hominem durum, noui vult ei servire, sic cogitanti aliqui de Deo quod sit homo durus. Et secundum hoc iste servus habebat tres malas opiniones de Deo. Primo quod Deus non esset misericors ; secundo quod ei aliquid acresceret a bonis nostris ; tertio quod non omnia essent a Ieo : et omnes istæ opinions procedebant ab una radice mala, quia cogitabat quod Deus esset quasi unus homo : et hoc signatur enī dicit : *Scio quod homo durus es ; idest, aestimote esse hominem ; quod non est verum, ut habetur Num. xxiii, 19 : Non est Deus ut homo.* Isa. lv, 9 : *Sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltata sunt viæ meæ a viis vestris.* Et dicit, *Durus, quia homo durus non fleetur.* Et dicitur de tali, Job xli, 15 : *Cor ejus indurabitur ut malleatoris incus.* Sed non sic est Dominus ; quia miserator et misericors Dominus : Psal. cx, 4. Duritia solet accidere ex avaritia, Prov. xxix, 4 : *Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam.* Ideo ita aestimat quod sit durus, et ita avarus ; et ideo attribuit ei quæ sunt avari. Metis

¹ Al. : « recipit. »

*ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsisti; idest, ita durus es quod aliena rapere non cessas: quod tamen falsum est. Job. xxxv, 7: Porro si justo egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Et in Psalm. xv, 2: Bonorum meorum non eges. Unde in hoc imponebat ei quod indigeret bonis nostris. Tertium erat quod esset aliquod bonum quod non esset a Deo; ut sunt aliqui qui ea quae habent de patrimonio, vel de studio, non dicuntur habere a Deo. Et hoc est quod dicit: *Ubi non seminasti: contra illud Jac. i, 17: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum.* Item aliqui aestimantes ipsum esse durum, extrahunt se a servitio suo. Unde aliqui, qui possunt multum proficere, dicunt: Si audirem confessiones, et facerem praedicationes,¹ fortassis male accideret mihi. Tales heum durum reputant. Item aliqui dicunt: Si intrarem religionem, fortassis peccarem, et esset deterius. Iste reputant heum durum, qui credunt si adhäsenterit Deo quod deficiat eis. Tales sunt similes his qui desperant de Dei misericordia. Ista allegabat iste servus. Et tamen ista vera sunt, et habent fulcimentum ab auctoritate. Est enim durus cum peccatoribus, et benignus recurrentibus ad eum. Sapient. xi, 14: *Hos quidem tamquam pater monens probasti, illos autem tamquam rex durus interrogans condemnasti.* Thren. iii, 23: *Bonus est Dominus annūr querenti eum.* I Paral. xxx, 48: *Dominus bonus propitiabitur cunctis qui requirunt in toto corde Dominum Deum patrum suorum.* Ergo durus est enim peccatoribus, et misericors bonis; et non est dubium quod timeri debet ne contemnatur: unde ad Hebr. x, 31: *Horrendum est incedere in manus Dei irientis.* Sed in quantum est misericors, debemus sperare quod si so dat aliquis servitio suo, quod non cadet; et si occiderit, resurget. Item quod dicit, *Metis ubi non seminasti,* licet falsum sit, tamen quo ad aliquem sensum, verum potest esso: quia non requirit propter se, sed propter nostram utilita-*

tem: quia ipse metit gloriam suam, quam non seminavit. Item *congregas ubi non sparsisti.* Qui enim metit, accipit in multitudine; ille autem qui congregat, ex multis recipit. Sic vult Dominus quod sua gloria ex diversis hominibus creseat. Unde Apostolus, II ad Corinth. 1, 14: *Gloria vestra sumus, sicut vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi.* Similiter quod dicit, *Metis ubi non seminasti,* quo ad aliquid veritatem habet: quia homo seminat, et Deus colligit. Joan. iv, 37: *Alius est qui seminat, alius qui metit. Ego misi vos mettere ubi non laborastis.* Homo enim seminat opera sua, et Deus metit ad gloriam suam. Ad Galat. ult., 8: *Quæ seminaverit homo, haec et metet.* Et Dominus dicit, Joan. xiv, 3. *Veniam, et accipiam vos ad meipsum.* Si enim facis eleemosynam, tu seminas, et Dominus metit, quia sibi fortasse reputat. Unde ipse dicit, infra in hoc capitulo: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Item, sicut supra dictum est cap. xiii, semin est verbum Dei. Unde aliquando colligit Deus fructus boni operis, ubi non est seminata prædication. Rom. ii, 14: *Homines qui legem non habent, ipsi sint mali.* Tertio modo quod quædam mala fiunt ab homine, sicut mala carnis, ex quibus malum colligi debet; de quo ad Galat. ult., 8: *Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem.* Attamen Deus facit venire ad hounm aliquid, ut² bonum iustitiae, humilitatis, vel hujusmodi. Unde iste servus primo blasphemus fuit. Deinde tangitur negligentia sua, *Timens abii.* Psalm. xiii, 3: *Trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Verum est quod timendum est Deus, ut evitetur peccatum, secundum quod habetur Job iii, 23: *Semper enim quasi timentes super me fluctus timori Deum.* Unde quod non preceps homo, hoc debet facere ex amore, non timore. Ideo sequitur: *Abscondi talentum tuum in terra:* quia ex timore: quia timor servilis multa mala facit. Tunc concludit: *Ecce habes quod tuum est:* nunc conservavit scientiam, et non multiplicavit. Et hoc non sufficit, quia oportet multiplici-

¹ Al.: « si audio confessiones, et facio prædicationes. »

² Al.: « et. »

care. I ad Corinth. ix, 16 : *Si non evan-*
gelizavero, non est mihi gloria.

Respondens autem Dominus ejus, dixit ei. Ille ponitur condemnatio servi. Et si-
cut in aliis servis, primo commendavit
eos, deinde posuit aequitatem iudicii, et
postea primum; sic in isto, primo vi-
tuperat eum; secundo ponit aequitatem
iudicii: tertio poenam. Secunda ibi, *Sci-
bas quia meto ubi non semino etc.* Ter-
tia ibi, *Tollite itaque ab eo talentum.* Di-
cit ergo: *Serve male et piger.* Servum
vocat, quia propter timorem dimisit, et
servorum est timere serviliter: et ideo
ad Rom. viii, 15 : *Non accepistis spiritum
servitutis iterum in timore.* Item eum
malum vocat, quia malum dixerat de do-
mino suo. Supra xii, 35 : *Malus homo
de malo thesauro cordis sui profert mala.*
Item vocat cum pigrum, quia operari no-
luit. Prov. xx, 4 : *Propter frigus piger
arare noluit:* propter frigus scilicet ti-
moris. *Sciabas quia meto ubi non semino
etc.* Nunc arguit eum de culpa: et primo
proponit quod sciebat; secundo quid fa-
cere oportebat; tertio quid inde seque-
retur. Dicit ergo: *Sciabas quid meto ubi
non semino;* et tamen non operabaris:
quamvis habeatur Luc. xii, 47 : *Servus
sciens voluntatem Domini sui, et non fa-
ciens, plagis vapulabit multis.* Item dixer-
at quod erat durus, et quod coligebat
ubi non seminabat. Dominus bene confi-
tetur quod ipse metit ubi non seminat;
sed non confitetur quod sit durus: quia
quod requirit ab homine, hoc non facit
propter duritiam, sed propter misericor-
diam, ut bonum suum multiplicetur.
*Oportuit ergo te pecuniam meam commit-
tere nummulariis.* Et sequitur: Sicut tu
dicis quod meto ubi non seminavi, et col-
ligo ubi non sparsi. Sed quia hæc facio,
multo magis volo quod pecunia mea
multiplicetur. Et loquitur secundum si-
militudinem illorum qui pecuniam tra-
dunt ad multiplicationem. Pecunia ista
sunt verba Dei. Unde in greco habetur
Argyreion. Per argentum enim, quod so-
norum est, signatur verbum Dei. Psal.
xi, 7 : *Eloquia Domini eloquia casta, ar-
gentum igne examinatum.* Nummularii

possunt dici dupliciter, propter duplex
officium: quia officium habent ut pro-
bent pecuniam utrum sit bona; item ut
exhibita pecunia lucentur. Secundum
primum nummularii sunt auditores, qui
debent probare quod audient. Job xii,
11 : *Nonne avris verba dijudicat?* Item
illi qui multiplicant, ut Apostoli, qui aliis
dederunt donum Spiritus sancti, consti-
tuendo Episcopos, etc. Ad Titum 1, 5 :
*Hujus gratia dimisi te Cretam, ut consti-
tuas per civitates presbyteros etc.* Et ego
veniens, receperisse utique quod meum
est: unde istud bonum sequeretur.

Et quod est illud bonum? Triplex.
Cum Dominus dat tibi intellectum, et tu
studes ad operandum, multiplicas. Jacob.
1, 22 : *Estote factores verbi, et non au-
ditores tantum.* Item quando dat Domi-
nus virtutem, et studes ad bene uten-
dum. I Petr. ii, 2 : *Quasi modo geniti
infantes, rationabiles sine dolo lac concu-
piscite, ut in ea crescatis in salutem.* Item
ut quod in te habes, aliis studeas impar-
tiri.

Consequenter ponit poenam: et circa
hoc duo facit. Primo ponit poenam dam-
ni: secundo sensus. Circa primum primo
ponit poenam danni; secundo generalem
sententiam, ibi, *Omni enim habenti do-
bitur, et abundabit.* Dicit ergo: *Tollite
itaque ab eo talentum, et date ei qui ha-
bet decem talenta.* Sicut dicit Gregorius,
ille¹ qui quinque talenta acceperat, est ille
qui scientiam habet de terrenis, quæ subja-
cent quinque sensibus; qui autem uuum, est
qui habet intellectum sine opere. Accidit ergo
quod qui habet intellectum exercitat se in
illo. Psalm. cxviii, 104: *A mandatis tuis
intellixi, propterea odivi omnem viam ini-
quitatis.* Aliquando e converso accidit
quod aliquis habet donum intellectus, et
occupat se in terrenis, et totum amittit.
Apocal. iii, 11 : *Tene quod habes, ne
alius accipiat coronam tuam.* Vel potest
dici, quod ille qui quinque talenta reci-
pit, magis accepit; et secundum quod
magis laboravit, magis accepit. Unde
unus accepit talentum alterius, quia sauc-
tus homo non solum gaudebit de suis
bonis, sed de omnibus quæ facta sunt

¹ Al. : « quod ille. »

per quoscumque ; et ita accipiet coronam istius, et sic talentum ejus.

Consequenter ponitur generalis sententia : *omni enim habenti dabitur, et abundabit.* Istud potest exponi quadrupliciter. Primo sic, secundum Gregorium. Ab eo qui non habet, non posset aliquid auferri ; sed contingit quod aliquis habet dona gratuita, et non habet caritatem : unde omnia auferentur ab eo, quia non habet¹ ad sui utilitatem. I ad Corinth. xii, 4 : *Si linguis hominum loquar et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut xs sonans, aut cymbalum tinniens.* Unde si habeat homo caritatem, datur ei multa bona, quia accipiet bonum alterius, quia gaudet de bono alterius sicut de suo. Chrysostomus exponit de doctrina. Qui habet gratiam docendi, et non exercitat se, amittit illam. Alter, qui nou habet, et exercitat se acquirit eam, ita ut sit doctor. Hieronymus exponit sic. Aliquis habet ingenium, et dat so otio, efficitur rudit et hebes ; aliquis autem non habet ingenium, et exercitat se, et acquirit ingenium ; et ita habenti studium datur scientia et ingenium, et non habenti, etiam illud quod habet, scilicet ingenium, auferetur ab eo. Item, secundum Hieronymum, exponitur de fide, quia habenti fidem dabitur gratia. Ad Eph. ii, 8 : *Gratia estis salvati per fidem.* Unde qui non haberet fidem, etsi haberet alia, sine fide, nihil valerent. Hilarius autem exponit de populo Judeorum et Gentilium, quia Judai videbantur habere legem Dei, et noluerunt obedire, unde facti sunt alieni ; populus autem Gentilium recepit quod non habebat, et intravit in benedictionem olive.

Consequenter agit de pœna sensus. Duo autem sunt sensus, visus scilicet, et tactus : ideo ponit primo penam visus ; secundo tactus, cum dicit : *Et inutilitem servum mitte in tenebras exteriores.* Et notate, quod non punitur² propter malum quod fecerit, sed propter bonum quod emisit. Unde supra vi, 19 : *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum eradicetur.* Et alibi, Joan. xv, 2 : *Omniem*

palmitem in me non ferentem fructum tolleret eum. Et dicitur servus inutilis, quia bonum quod habet non expendit in utilitate aliorum : ut si intellectum habuit, et non expendit in usum bonum, alios decendo ; si pecuniam, et non exercuit opus misericordiae. *Mitte in tenebras exteriores.* Origenes dicit, quod quidam ante eum dixerunt, quod damnati a toto mundo ejiciantur : unde dicunt infernum esse extra totum mundum. Et innitebantur illi quod dixit Job. xviii, 18 : *De orbe transferet eos Deus.* Ipse autem sic exponebit. In tenebras, quia ignorauit. Psal. lxxxii, 5 : *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Et sequitur pœna tactus : *Ilic erit fletus et stridor dentium.* Hoc est expositum supra cap. xxiv.

3. Supra Dominus præmisit diversas parabolas pertinentes ad judicium : hic autem manifeste de suo iudicio agit : et tria facit. Primo agit de adventu judicis ; secundo de congregatione judicandorum ; tertio de iudicio. Secunda ibi, *Et congregabuntur ante eum omnes gentes* ; tercua ibi, *Et dicet rex etc.* Circa primum quartuor sunt consideranda. Primo tangitur conditio iudicis venientis ; secundo dignitas ; tertio ministri ; quarto judicaria auctoritas. In hoc quod dicitur, *Cum venerit Filius hominis*, non est dubium quin³ idem sit Filius Dei.

Sed quare potius nominat Filium hominis quam Filium Dei ? Una ratio est, quia in quantum Filius hominis judicabit. Joan. v, 27 : *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Et hoc propter tria. Primo ut ab omnibus videatur : in forma enim divinitatis non poterit videri nisi a bonis : unde si ab omnibus videri debeat, debet videri in forma hominis. Apocalyp. i, 7 : *Videbit eum omnis oculus.* Item propter meritum Christi : hoc enim ipse meruit per suam passionem. Ad Philipp. ii, 8 : *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, morteni autem Crucis : propter quod et Deus exaltavit illum.* Item ut appareat judicatus in forma in qua iudicatus fuit. Job xvi, 22 : *Utinam sic ju-*

¹ Al. : « habuit. »

² Al. : « punitur. » — ³ Al. : « quoniam. »

dicaretur virum cum Deo, quomodo iudicatur¹ filius hominis cum collegi suo. Item ex Dei clementia, ut homines ab homine iudicentur. Ad Hebr. iv, 15 : *Non habemus Pontificem qui non possit compati iuris iustitiae nostris.* Iste ergo erit Filius Dominus.

Et cuius erit dignitas? Veniet in maiestate sua : Lue. xxi, 27 : *Videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.* Sed quid per maiestatem potest intelligi? Dieendum, quod divinitas : quia licet appareat in forma hominis, tamen apparet cum divinitate. Unde Apostolus I Thessal. iv, 15 : *Domini in iussu et in voce Archangeli et in tuba Dei descendit de celo.* Et de hoc dicitur etiam Actor. ix. Vel in maiestate, id est in gloria, quia sum corpus erit gloriosum; et veniet cum societate gloria : unde supra xvi, 27 : *Filius hominis venturus est cum gloria.* Et ideo subdit : *Et omnes Angeli cum eo.* Ille agit de ministris; et potest intelligi de coelestibus spiritibus. Psalm. ciii, 4 : *Qui facit Angelos suos spiritus.* Et quare veniet cum ipsis? Quia custodes sunt hominum. Psalm. xc, 11 : *Angelis suis Deus mandavit de te.* Ideo aderunt tanquam testes : quia boni custodiunam suam receperunt, mali autem non, sed repulerunt. Isa. i, 7 : *Curavimus Babylonem, et non est curata.* Vel omnes Angeli, id est prædicatores, vel doctores veritatis. Malach. ii, 7 : *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus.* Id est competit judicia potestas, ut dicit Augustinus. Isa. iii : *Dominus ad iudicium veniet, et omnes sancti ejus cum eo.* Proverb. ult., 23 : *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ.* Tunc sequitur judicia potestas : *Tunc sedebit super sedem majestatis suæ.* Non debemus intelligere secundum sedem corporalem; sed sedes ejus homines sancti sunt, et Angeli. In eis sedebit, quia per eos iudicium exercet. De hominibus dicitur supra xix, quod sedebunt super sedes duodecim, etc. De Angelis dicitur Colos. i, 16 : *Sive throni, sive do-*

minationes etc. Et in Psalm. lxxix, 3 : *Sedes super Cherubim.* Et Psalm. ix, 5 : *Sedisti² super thronum qui iudicas iustitiam.*

Consequenter ponitur congregatio; secundo divisio. Dicit ergo : *Et congregabuntur omnes gentes.* Per gentes non solum gentes signantur, sed omnes homines qui nati sunt ad Adam usque ad finem mundi. Ille ad Corinth. v, 10 : *Omnes non manifestari oportet ante tribunum Christi, ut referat unusquisque quod gessit in corpore, sive bonum, sive malum.* Inter istos etiam parvuli nati : quia, etsi nihil habeant proprio merito, habent tamen aliquid, scilicet vel culpam ex peccato primi hominis, vel gratiam ex sacramento Christi.

Unde notaendum, quod non omnes isti congregabuntur ad item: sed erit quadruplices gens eorum qui comparebunt in iudicio. Quidam enim comparebunt ut iudicentur per discussionem meritorum; sed istorum quidam damnabuntur, quidam salvabuntur. Quidam vero ut sine discussione sententiam recipiant. Indicari enim duplum dicitur : scilicet vel sententiam recipere, quia omnes vel premiabuntur vel punientur³; vel dicuntur iudicari, per discussionem meritorum redire rationem. Et haec discussio non erit necessaria omnibus : quia peccata et merita illorum praecipue dissentient qui fuerint conjuncti cum Christo per fidem; illi enim qui totaliter alieni sunt a Christo, non indigent discussione : secundum quod dicitur Joau. iii, 18 : *Qui non credit, jam iudicatus est.* Gregorius ponit exemplum. Qui inimicum suum accipit in bello, non expectat iudicium, sed jam iudicatus est : sic etc. Item ali qui sunt qui nihil habent commune cum mundo, quia omnia dimiserunt propter Christum; et isti apparebunt ut iudicies : unde supra xix, 28 : *Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Qui sunt ergo qui iudicabuntur? Fideles qui implicati sunt saecularibus : quorum quidam sunt eis bene utentes, ut habetur I ad Timoth.

¹ Al. : « judicaretur. »

² Al. : « sedes. »

³ Al. : « ponuntur. »

vi, 48 : *Dixitibus præcipue bene agere, dives in fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare etc.* Qui autem detinentur, et eis involvuntur, damnabuntur.

Sed quæ est necessitas? Nonne omnes in morte recipiunt quod meruerunt? Ad quid ergo judicabuntur? Notandum, quod præmium quod justo Dei judicio datur hominibus, est duplex. Primum est stola animæ, et secundum stola corporis. Quantum ad stolam animæ, in morte recipitur; sed tunc gloriam corporis simul recipient. Unde quantum ad animam omnes simul recipient corpora: sed quantum ad paenam, omnes simul damnabuntur. Unde in Isa. xxiv, 22: *Congregabuntur congregatioe unius fascis*: quia unum sunt in peccato. Istam congregatiōē possumus intelligere congregatiōē localē, quia omnes congregabuntur in uno loco. Joel. iii, 2: *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat*; quia qui salvantur, per passionem Christi salvantur; et qui damnantur, per contemptum passionis ejus damnantur; ideo ubi facta fuit passio Christi, ibi fiet judicium. Et intelligendum est, quod boni in are occurrent ei obviam; aliqui vero in terra manebunt, secundum Origenem. Ista congregatio non erit localis, sed dispersi erunt, et in locis singulis congregabuntur. Et hoc vult illud quod est dictum supra xxiv, 27: *quod sicut fulgor exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et aduentus Filii hominis*: quia ubicumque erunt¹, erunt ibi praesentes. Unde vult quod erit congregatio spiritualis, quia modo quidam disperguntur ab eo, quidam se tenent cum eo; sed tunc omnes congregabuntur. Isa. xi, 5: *Videbit omnis caro salutare Dei nostri*.

Tunc agit de separatione. *Et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædosis.* Et primo ponitur secundum nomen; secundo secundum situm, ibi, *Et statuet oves quidem a dextris etc.* Dicit ergo: *Et separabit eos ab invicem.*

Notate, quod quamdiu mundus durat, mali sunt bonis permixti. Vix autem est

aliqua societas, quin aliqui sint mali. Cant. ii, 2: *Sicut lily inter spinos, sic amica mea inter filias.* Sed in illo judicio mali erunt ad unam partem, boni ad aliam: Eccl. xxxv: *Judicabit² inter oves et hædos.*

Sed quare bonos vocat oves? Hoc est propter quatuor. Invenimus enim in ovibus innocentiam. II Reg. xxiv, 17: *Isti qui oves sunt, quid fecerunt?* Item patientiam. Isa. iiii, 7: *Tamquam ovis ad occasionem ducetur, et quasi agnus coram tondere se obmutescet, et non appetiet os suum.* Item Psal. xlii, 22: *Æstimati sumus sicut oves occasionis.* Item obedientiam, quia ad vocem pastoris congregantur. Ioan. x, 27: *Oves meæ vocem meam audiunt.* Item affluentiam fructuum. Sicut ex ove plures fructus percipimus, sic multi sunt fructus bonorum. Ezech. xxxiv, 3: *Lac comedebatis, et lanis cooperiebamini.* Item per hædos intelligit peccatores, quia est animal per præcipitia vadens, item ad coitum fervidum; et contrarias habet proprietates; item pro peccato offerebatur.

Consequenter ponitur divisio quo ad situm: *Et statuet oves quidem a dextris, hædos autem a sinistris.* Quid intelligitur per dexteram, et quid per sinistram? Potest dici, quod ad litteram ita fiet, quod boni ad partem unam, et mali ad aliam constituentur. Vel quia dextera pars nobilior est, ideo qui sunt honi, situm habebunt uerbiliorē, quia occurront Christo in aere. Origenes retorquet istud ad finalem remunerationem: quia qui intentionem suam direxerunt ad Deum, erunt a dextris, id est remuneratione aeterna. Eccl. x, 1: *Cor sapientis in dextra ejus, et cor stulti in sinistra illius.* Item Prov. iv, 24: *Vias quæ a dextris sunt, novit Dominus; perversæ vero sunt quæ sunt a sinistris.*

Tunc dicit Rex his qui a dextris ejus erunt etc. Hic agitur de judicio. Et primo promulgatur sententia quo ad bonos, secundo quo ad malos; tertio ponit complementum. Circa primum tria facit. Primo ponitur sententia; secundo administratio salvandorum; tertio satisfactio.

¹ Al. : « erant. »

² Al. : « judicabo. »

Secunda ibi, *Tunc respondebunt ei justi.* Tertia ibi, *Et respondens Rex dicit illis.* Circa primum duo facit. Primo invitat ad præmium; secundo comparat ad meritum. Dicit ergo : *Tunc dicet Rex.* Et vocat eum Regem, quia Regis est judicare. Prov. xx, 8 : *Rex qui sedet in solio dissipat omne malum intuitu suo.*

Sed est quæstio : Numquid fiet per vocalem sententiam? Quidam dicunt quod verbo tenus, et quod multum tempus tenebit iudicium; et hoc dixit Laetantius, quod durabit mille annis. Sed hoc non est verum; sec hoc ad interierem locutionem referri debet¹: et inducit in cognitionem hominum, quia boni digni gloria, mali pena. Unde quod isti dicent, non erit vocale, sed secundum interiorem instinctum: et hoc dicit Augustinus quod divina virtute erit, quod unicuique occurreret quod fecit. Et hoc patet per Apostolum, Rom. ii, 15 : *Testimonium reddente illis conscientia eorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus², in die cum judicabit Dominus occulta hominum.* Ideo ad interiorem locutionem debet referri.

Et videtur tria tangere : quia ponitur invitatio, causa sententiae, et ipsum præmium. Invitatio : *Venite benedicti Patris mei.*

Sed quare dicit, *Benedicti Patris mei?* Quia non erit nobis secundum nostrum meritum, sed secundum quod confirmamur merito Christi. Unde Apoc. iii, 21 : *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.* Lue. xxii, 29 : *Ecce ego dispono vobis, sicut dispositus mihi Pater meus regnum; ego in quantum homo, in quantum fruor Verbo. Item quantum ad corpus.* Ad Philip. iii, 21 : *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, Venite, idest conformamini.* I Joan. iii, 2 : *Cum apparuerit, similes ei erimus.*

Sed numquid boni modo non³ sunt coniuncti Deo? Dico quod sic per caritatem non plenam. Item per fidem ænigm-

aticam; sed tunc congregabuntur in caritate plena, in fide non ænigmatica. *Quia nunc corpus quod corruptatur, agravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Sap. ix, 15.

Causa hujus præmiæ est duplex. Causa damnationis est ex homine; causa salutis ex Deo. Osæa xiii, 9 : *Ex te perditio tua, Israel; ex me tantummodo auxilium tuum.* Unde causam salutis invenimus temporalem in æternam. Temporalis est appositiæ gloria, et hoc tangitur : *Venite benedicti Patris mei.* Dicere sum, est facere : unde Psal. xxxii, 9 : *Ipse dixit, et facta sunt.* Unde ejus benedicere, est gratiam infundere : unde dicit, *Patris,* quia non est ex nobis, sed ex Deo. Jac. i, 17 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Item alia causa est Dei prædestinatio : et hoc notatur cum dicit : *Paratum vobis regnum.* Unde Apostolus ad Rom. viii, 30 : *Quos prædestinavit, hos et vocavit.* Isa. lxiv, 4 : *Oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Et dicit, *A constitutione mundi.*

Sed quomodo est hoc? Nonno ipse elegit eos ab æterno? *Ipse elegit nos ante mundi constitutionem:* Ad Eph. 1, 4. Et dicendum, quod elegit ab æterno, sed a constitutione mundi manifestavit.

Sed quid est præmium illud quod tangit : *Possidete paratum vobis regnum et quod est istud regnum?* Istud regnum est regnum cœlorum. Psal. cxliv, 13 : *Regnum tuum, Domine, regnum omnium saeculorum.* Qui possidet Deum, possidet regnum. Apoc. v, 10 : *Et fecistis nos Deo nostro regnum et sacerdotes.*

Sed diceret aliquis : Nolo regnare, sufficit mihi quod non damnet. Hoc non potest esse. Vel eris rex et habebis regnum, vel eris damnatus.

Et dicit, *Possidete,* idest intrate in possessionem. Intrare autem in possessionem proprie convenit ei qui jus habuit; istud autem jus habuimus ex ordinatione divina. Item ex acquisitione Christi, qui

¹ Al. : « deberet. »

² Al. : « cogitationum accusantium, aut etiam defendantium. »

³ Al. deest : « non. »

nobis hoc acquisivit. Item ex gratia sua. Ephes. i, 14 : *Qui est pignus hereditatis nostra.* Item dicitur possessio qua pacificae habetur : unde plenarium dominium signatur. Modo habemus Deum, sed non quiete, quia inquietatur homo multis modis; sed tunc quieta erit possessio. I Pet iii, 9 : *In hoc vocati estis ut benedictionem hereditate possideatis.* Supra xviii, 29 : *Et vitam æternam possidebitis.*

Esurivi, et dedistis¹ mihi manducare etc. Supra posita est sententia de præmio; hic posita est de merito. Ex quo considerare debemus quod duplex est causa beatitudinis. Una ex parte Dei, idest² benedictio Dei; alia ex parte nostra, idest meritum, quod est de libero arbitrio : non enim debent homines esse desides, sed cooperari gratiae Dei, ut dicitur I ad Cor. xv, 10 : *Gratia Dei sum id quod sum, et gratia Dei in me vacua non fuit.*

Sed cum sint multa bona merita, solum fit mentio de operibus misericordia. Et ex hoc aliqui acceperunt occasionem errandi, dicentes, quod solum per opera misericordia salvantur, vel damnantur per omissionem eorum : ita quod si commiserit aliquis multa peccata, et exerceat se in operibus misericordia, salvabitur, juxta illud Dan. iv, 24 : *Pecata tua eleemosynis rectine, et iniuriantes tuas misericordias pauperum.* Contra illud quod habetur ad Rom. i, 32 : *Qui talia agunt scilicet peccata digni sunt morte.* Et ad Gal. vi, 21, post enumerationem peccatorum carnalium dicit : *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Ideo istud non est tenendum. Sed posset esse quod aliquis abstinet et penitent; et sic per eleemosynam potest liberari. Eleemosynam enim debet homo incipere a se. Ecol. xxx, 24 : *Miserebam anima tuu, placens Deo.*

Et quare magis fit mentio de istis operibus quam de aliis? Dicendum, secundum Gregorium, quod proponit ista tamquam minora. Si enim ista quae dictat natura, non faciunt, nec alia multo magis. Et hoc consonat verbis Evangelii;

quia isti dicunt : *Quando vidimus te esurientem, et pavimus? etc.*, quasi dicant : Istud est modicum. Et cum magis parum reputant, Dominus magis exaltat dicens : *Quod fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Augustinus dicit, quod omnes peccant in mundo, non tamen omnes damnantur : sed qui non pœnitent nec satisfaciunt. Sed qui pœnitent, et promittit satisfactionem per opera misericordiae, salvatur. Origenes dicit, quod sub operibus misericordia omnia bona sunt dicta, vel pretermissa propter pretermissionum hujusmodi operum. Et significatur quia eleemosyna non solum proximo fit, sed et sibi ipsi. Si enim passit esurientem, multo magis pascere debet se esurientem; et sic de aliis operibus. Item non solum sunt eleemosyna corporales, sed etiam spirituales; ideo quicquid facit homo vel ad suam utilitatem, vel proximi, totum sub opere misericordiae continetur. Unde omnes vel sub his continentur, vel sub contrario. Septem sunt opera misericordia, sed sex solum tanguntur. Ista septem habentur per versum :

Visito, polo, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De sepultura vero hic non tangitur. Sed quare? Ad excludendum errorem quorundam qui dixerunt quod anima non consequuntur requiem donec corpus condatur. Sed hoc non est verum : quia nihil recipit anima a corpore quando est separata. Ponit ergo sex quae impenduntur contra defectum. Et quia est defectus quidam generalis, quidam specialis; primo agit de generali, secundo de speciali. Et quia quidam generatiter ab exteriori, quidam ab interiori : primo tangit defecitus a patre interiori, secundo ab exteriori. Dicit ergo : *Esurivi, et dedistis mihi manducare.* Hoc habetur Isa. lxxv, 7 : *Frang esurienti panem tuum. Sitici, et dedistis mihi bibere :* quia propter me dedistis proximo. Unde supra x, 32 : *Qui dederit calicem aquæ frigidæ uni ex minimis meis, non perdet mercedem suam.* De istis duobus Prov. xxv, 21 : *Si esurit inimicus tuus, ciba illum ; si sitierit, da*

¹ Al. : « non dedistis. »

² Al. omittitur : « idest. »

ei aquam bibere. Item sunt defectus ab exteriori; et hi sunt duo, scilicet a tegumento conjunctu, et separato. Dicit ergo : *Hospes eram, et colligisti me.* Ad Heb. ult., 2 : *Hospitalitatem nolite obliuisci : per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis.* Quantum ad tegumentum conjunctum dicit : *Nudus fui, et operuistis me.* Job. xxxi, 19 : *Si desperi pratereritem, eo quod non haberet indumentum ; et sequitur : si non benedirent mihi latera ejus, et de vellervibus oviuum neearum calefactus est.* Isa. lvm, 7 : *Cum videris nudum, operi cum.* Item quidam sunt partielares defectus; et horum quidam sunt naturales, quidam ab exteriori. Defectus naturalis et ab intrinseco¹ est infirmitas : unde dicit : *Infirmus, et visitasti me.* Quantum ad exteriorem defectum dicit : *In carcere eram, et venisti ad me.* Et potest per carcerem intelligi quilibet tribulatio. Ad Hebr. x, 34 : *Nam et vinctis compassi estis.*

Tunc respondebunt justi dicentes. Illic ponitur responsio mentalis. Bonorum mentium est quod ea quae propter Deum faciunt, parva reputent. Lue. xvii, 10 : *Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, quia servi inutiles sumus.* Et ad Rom. viii, 18 : *Eristribo quod non sunt condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis.* Unde dicent quod ignorantes fecerunt, et haec dicent parva reputantes. Unde : *Quando vidimus te esurientem, et pavimus ? etc.* Unde hoc dicent admirantes.

Et respondens rex dicit illis. Illic admirationi satisfacit : quia quando humiliat se, et Deus exaltat hunc : quando homo se vilificat, et Deus collaudat. Unde : *Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Supra x, 40 : *Qui vos recipit, me recipit :* quia caput et membra sunt unum corpus. Et dicit, *Fratribus,* quia fratres sunt qui Dei faciunt voluntatem : unde supra xii, 48, dicitur quod extendens manus in discipulos dixit : *Hi sunt fratres mei.* In

quo notatur quod bonis dandum est. Eccli. xii, 4 : *Da bono, et non recipias peccatum.*

Et numquid dandum est peccatori ? Dandum est, cum fuerit in extrema necessitate ; sed magis et prius justis ; ideo dicit, *Fratribus meis :* multi enim veniam, qui non fratres Dei sunt. Unde I Joan. iv, 3 : *Omnis spiritus qui solvit Iesum, ex Deo non est.* Unde ceteris paribus melius debemus facere bonis ; tamen ad indigentiam etiam malis dandum est in tempore necessitatis, non propter formatum peccati, sed naturae. Numquid omnes sunt fratres Dei ? Ita, sed quidam secundum naturam, quidam secundum gratiam. Secundum naturam omnes, boni et mali. Il Cor. xi, 26 : *Periculum in falsis fratribus.* Secundum gratiam autem soli boni. Rom. viii, 29 : *Ipse est primogenitus in multis fratribus.* Et his principaliter est miserendum et subveniendum. Unde Apostolus ad Galat. vi, 10, dicit : *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidici.*

Sed quare dicit eos minimos ?² Illic dicit quantum ad opinionem vulgi. Constat quod homines qui propter Deum parvi sunt, minimi reputantur : Jac. iii. Item minimi propter humilitatem. Supra xi, *Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Et loquitur a minori : quia possent dicere aliqui : Si fecisset pari³, vel aliquibus de magnis hoc, credo quod redderetur. Ideo Dominus dicit, quod non solum majoribus, sed imperfectis ; ideo dicit, *Minimis.*

Tunc dicit rex et his qui a sinistris erunt. Illic ponitur coudemnatio malorum : et primo ponitur condemnatio ; secundo excusatio eorum ; tertio consultatio. Et circa primum primo ponit sententiam ; secundo paenam. Dicit ergo : *Discidite a me maledicti.* Haec sententia differt a prima : quia dixit in prima : *Venite benedicti Patris mei etc.*; hic autem non dicit : Maledicti Patris mei : quia benedictio nostra a Deo est, maledictio autem a nobis. Et ad Hebr. v, et

¹ Al. : « ab extrinseco. »

² Al. : « inimicos. »

³ Al. : « patri. »

Deut. xxiii, vertit benedictionem in maledictionem. Item differentia est : quia supra dixit : *Possidete paratum vobis regnum etc.*, hic autem dicit : *Ite in ignem eternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus*. Et quae est ratio ? Dicit Origenes, quod poenas non fecit propter homines, sed homines fecit propter bonum ; sed ipsi acquirunt sibi mortem manibus suis. Isa. xxxi, 7 : *In die illa abieciet vir idola auri et argenti sui, quae fecerunt vobis manus vestra*.

Sed potest aliquis dicere : Nomen etiam fecit Dominus diabolum bonum ? Notate, quod loquitur Dominus de preparatione secundum quod manifestatur ab origine mundi. Sed diabolus ab initio peceavit : unde Angelo qui quantum ad naturam creatus est bonus, non paravit, sed peccato.

Esurivi. Hic non est aliud dicendum nisi quod diversimode loquitur ad bonos et ad malos : quia supra dixit explicite unumquodque per se hic, multa conjungit ista duo, dicendum, quod ad modum boni iudicis procedit, qui invite condemnat, et large remunerat ; unde verba remunerationis dilata, verba condemnationis abbreviat.

Tunc respondebunt ei et ipsi. Et notate, quod sicut homini abbreviant bona, ita mali culpas : unde dicunt : *Domine, quando vidimus te esurivitum aut sitiensem ? etc.* Totum simili dicunt : in quo datur intelligi, quod non liberant discentient conscientias suas, contra illud Isa. xlvi, 8 : *Redite præcaricatorum ad eum.* Unde cum oportet redire, redenunt ad valde breve.

Tunc sequitur confutatio : Amen dico vobis, quaudiu non ferisisti etc. Simile habetur Luc. x, 46 : *Qui vos spernit, me spernit.* Zach. n, 8 : *Qui tetigerit eos, tangit pupillam oculi mei.*

Et ibunt hi in supplicium eternum etc. Posita sententia, ponitur effectus. *Et ibunt hi in supplicium eternum.* Supradixerat quod in ignem eternum, quia stare posset quod esset ignis eternus, et tamen non aeternae cruciaret, ideo dicit, *In supplicium.* *Justi autem in vitam*

eternam. Joan. xvii, 3 : *Hæc est vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum.* Quod autem sit supplicium eternum, habetur Dan. xii, 2 : *Muli de his qui dormiunt in pulvere, erigilabunt, alii in vitam eternam, alii in opprobrium, ut videant semper.* Apocal. xx, 15 : *Missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudoprophetae cruciabantur die ac nocte in sæcula sæculorum.* Isa. ult. 24 : *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.*

Quæ est causa hujus supplicii ? Quidam, ut Origenes voluerunt quod non esset eternum supplicium, unde ponunt quod omne supplicium, terminatur : unde dicit, quia quod dictum est hic, dictum est propter exaggerationem. Sed Augustinus arguit. Si hoc ita est, ergo quod dicitur quod justi ibunt in vitam eternam similiter diceretur secundum exaggerationem. Sed hoc dicitur secundum diuturnitatem, ut etiam concedit Origenes : et hoc est detestabile quod in eadem Scriptura sit talis diversitas. Sed quod hoc non possit esse, patet sic : quia hoc exigit¹ justitia ut culpe poena respondeat aequalis. *In qua enim mensura mensi fueritis, remetiatur vobis :* supra vii, 1.

Sed quomodo post mortem tantam dilationem habebit supplicium eternum ? Respondet Gregorius dicens, quod Deus index est voluntatis : unde qui non retinuit voluntatem a peccato usque ad mortem, peccavit in suo aeterno : ideo dignum est quod Deus puniat in suo aeterno. Augustinus dicit sic. Videmus quod pena debet esse aliqualis culpe : et si est etiam in justitia humana, quod si quis peccat contra societatem civitatis, index non intendit mortem, nisi ut separet a societate civitatis perpetuo. Sed qui contra Deum intendit excludere eum a societate celestis curie. Secundum Hilarium, culpa debetur pena : sed culpa non debetur nisi per caritatem : ergo quaudiu homo non habet caritatem, justum est quod semper sit in poena. Ex quo ergo caritatem non habuit in

¹ Al. : « existit. »

hac vita, necesse est quod semper maneat in pena.

Item objicitur quod sancti orabunt, et ipsi exaudientur; ergo etc. Dicit Gregorius quod dum sunt in via, sancti pro eis exaudiuntur, sed non post.

Item objicitur. Deus non delectatur in pena, quonodo ergo sine fine affliget? Dicendum, quod etsi non delectatur, tamen hoc facit ad justitiam suam conservandam.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM

1. Et factum est cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent et occidarent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi: et effundit super caput ipsius recumbentem. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio pessima? Potuit enim istud venandum nullo, et dari pauperibus. Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis hinc mulieri? Opus enim homini operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mitemus enim haec unguentum hoc in corpus meum, ad sepelendum me fecit. Amen dico vobis, ubiunque predicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur et quod haec fecit in memoriam ejus. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, et ait illis: Qui vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? ait illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quererat opportunitatem ut eum tradiret.

2. Prima autem die azy morum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis parentis tibi comedere pascha? At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quendam, et dicite ei: Magister dicit: Tempus meum proper est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, et paraverunt pascha. Vespere autem facto, discubebat cum duodecim discipulis suis. El edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me tradidurus est. Et contristati valde, copererunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens ait: Qui iniquit mecum manum in paroyside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Vix autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur Bonum erat ei si natus non fuisse homo illi. Respondens autem Juda qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

3. Coenabitus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit; ac fregit, deditque discipulis suis, et ait. Accipite et comedite: hoc est corpus meum.

4. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis dicens: Bibite ex hoc homines: hic est enim saugus meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc geninime vitis usque in diem illum, cum illud hibam vobiscum novum in regno Patris mei.

5. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Persecutani pastorem, et dispergerunt oves gregis. Postquam autem resurrexero, praecedam vos in Galileam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus in villam que dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illic, et orem. Et assumptu Petro et duobus illis Zebedaei, cepit contristari, et mortus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinet hic, et vigilate mecum. Et progressus pusilium, procidit in faciem suam, oraans, et dicens: Pater mi, si possibili est, transeat a me calix iste; veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, et inventi eos dormientes; et dicit Petro: Si non potuisti una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non iutretis in tentacionem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, et oravit dicens: Pater mi, si nou potest hic calix transiri nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, et inventi eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: Dormite iam, et requiescite: Ecce appropinquavit hora: et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, canus. Ecce appropinquavit qui me tradet.

6. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missa a principibus sacerdotum et senioribus populi: Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: Quoniamunque osculetus fuero, ipse est, tenete eum. El confessum accedens ad Jesum dixit, Ave Rabbi; et osculatus est eum. Dixique illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, et manus injecerunt in Jesum, et tenerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu extendens manum excxit gladium suum, et percussiens servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui accepterint, gladio peribunt. An putas quia non possumus rogare Patrem meum, et exhibebit: milii modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Quonodo ergo implebuntur Scriptura? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo,

et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur Scriptura Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

7. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribae et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium principis sacerdotum; et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret linem. Principes autem sacerdotum et omne concilium quererent falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traducerent, et non invenierunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt: Ilic dixit: Possum distrinere templum Dei, et post triduum resedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondens ad ea que isti aduersum te testificantur? Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Verumtamen dieo vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quia adhuc egens testibus? Ecce nunc auditis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Ileus est mortis. Tunc expenerunt in faciem ejus, et colaphis cum eccliderunt. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt, dicentes: Propheta nisi nobis, Christe: quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio: et accessit ad eum una ancilla dicens: Et tu cum Iesu Galileo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. Exenite autem illo januam, vidit eum alia ancilla, et ait huius qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negavit cum iuramento, quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro: Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum est facit. Tunc copit delestari et iurare, quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit; et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: Prinsquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amare.

1. Postquam posuit Evangelista preparatoria passionis, hic accedit ad passionem Christi. Et dividitur in duas partes: qua primo narratur passio quantum ad ea quae facta sunt a Judaeis; secundo quantum ad ea quae a Gentilibus, cap. xxvii, 1, *Mane autem facto* etc. Circa primum duo facit. Primo ponitur praenuntiatio dominicae passionis; secundo narratur passio et ordo ibi, *Tunc abiit unus de duodecim*. Praenuntiatur passio tripliciter: verbo Christi; consilio inimicorum; tertio facto et obsequio. Secunda, *Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi*; *tertia, Cum autem esset Jesus in Bethania*. Circa primum primo ponit ordinem praenuntiationis, et ipsam praenuntiationem. Ordinem: *Et factum est cum con-*

summasset Jesus sermones hos omnes. Et dicit¹ sic, quia ipse solus est qui consummare potest. Nos incipere possumus, sed non consummare, juxta ilud Eccl. iv: Multa dicimus, et deficitur. Item dicit, *Sermones hos*, scilicet quos a principio sue predicationis dixerat, ex quo dixerat supra iv, 17: *Ponitentiam agite etc.* Vel sermones quos dixerat de praenuntiatione gloriae: quia passio fuit exaltatio gloriae. Phil. ii, 3: *Propter quod exaltavit illum Deus, et dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, et estium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Item non dicit solum omnes, sed *hos omnes*, quia omnia ad utilitatem credentium et fidei est locutus. *Scitis quia post biduum pascha fiet.* In ista praenuntiatione non simpliciter praenuntiat, sed dicit; *Post biduum pascha fiet.* Et hoc factum est ad designandum quod non quacumque passio est passio Christi, sed quae signatur per paschale sacrificium. Et dicit, *Post biduum*. Et secundum hoc debetis considerare, quod verba haec dicta fuerunt luna decimatertia, idest feria tertia, quia luna decima quinta celebrabatur pascha. Sed habetur in Joan. xii, quod Dominus venit in Bethaniam, et hoc in die sabbati. Et alio die venit in Hierusalem, et ibi ejicit vendentes et ementes. Et in die lunae rediit, et vidit item arentem, cui male-dixit. Et secundum Mareum, in die martis rediit, et tunc in illo die constituit omnes parabolias illas. Et illo die cum consummasset sermones hos, dixit: *Scitis quia post biduum pascha fiet.* Hoc nomen *Pascha*, secundum quod dicit Hieronymus, a poscendo dicitur; sed proprio dicitur phase, quod est transitus. Quadruplex autem est transitus, secundum quod pascha quadriplexiter accepitur. Secundum historiam celebrata est pascha, quando exterminator percussit primogenita Aegypti: tunc praecepit Dominus quod manducaretur phase, Exod. xi, 4. item secundum allegoriam est transitus Christi per mortem. Et de isto, Joan. xii,

¹ Al.: « et item dicit. »

4 : Sciens Jesus quod Jam hora esset ut transiret de hoc mundo ad Patrem etc. Item est moralis, sive typicus, secundum quod de carnali conversatione transitur ad spiritualem. Eccl. xxiv, 26 : *Transite ad me, omnes qui concupiscitis me.* Item transitus generalis est, secundum quod dicitur quod cœlum et terra transibunt etc. Unde post duos dies, scilicet post doctrinam veteris et novae legis. Secundum graecum dicitur a paschi, quod est pasci : unde congrue sciens Christus quod transiret a mundo ad Patrem, dixit : *Et Filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Non dicit a quo tradetur, quia traditus est a Patre. Rom. viii, 32 : *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Item a seipso. Ad Ephes. v, 2 : *Dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis etc.* Item a Juda. Ille : *Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam?* Item a Judeis Pilato. Joan. xviii, 35 : *Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi.* a Pilato gentibus : unde dicitur Joan. xix, 16 : *Tradidit eum ad crucifigendum.*

Tunc congregati sunt principes sacerdotum etc. In parte ista ponitur perversum consilium Pharisæorum : et primo ponitur consilium de Christi passione : secundo de dilatione, ibi, *Dicebant autem : Non in die festo.* Circa primum notare possumus, quod peccatum Iudeorum aggravatur ex tempore : quia *tunc*, imminente paschali festivitate. Isa. lviii, 13 *Si averteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo.* Sed, ut credo, non ad diem immediatum refertur, sed circa illud tempus : quia Joan xi, 13, habetur quod *collegebant consilium, et ex illa die cogitaverunt ut interficerent eum.* Et tunc dicitur quod recessit Jesus in regionem juxta desertum. Unde non fuit hoc immediate factum. Vel potest dici, quod his fuit factum. Item aggravatur ex multitudine : unde dicitur : *Congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi.* Isa. i, 14 : *Solemnitates vestras odivit anima mea : ecce enim manus vestræ sanguine plena sunt.* Item ex conditione peccantium, quia

erant de majoribus¹; unde dicitur : *Principes sacerdotum.* Hier. v, 5 : *Iba ad optimates, et loquar eis :* et post : *et ecce magis hi simul confregerunt jugum, ruperant vincula.* Et Psal. n, 2 : *Astiterunt reges terræ² et principes convenerunt in munum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.* Item ex loco, quia in atrio principis sacerdotum. Unde isti debebant alios cohibere a malitia, ipsi autem faciebant. Dan. xii, 5 : *A senioribus egressa est iniqüitas.*

Sed numquid erant multi principes? Praeceperat enim Dominus quod esset unus solus summus sacerdos; sed non sufficiebat eis : unde propter cupiditatem, sacerdotium divisorant. Item jam amiserant, et a Romanis sacerdotium emebant. Vel vocal principes illos qui ante eum fuerant principes, et illum qui illius anni fuerat princeps.

Item tangitur illud de quo consiliaabantur : *Ut Jesum dolo tenerent.* Et hoc erat fatuum, eum credere dolo tenere qui² omnia sciebat. Hier. ix, 8 : *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est.*

Ditebant autem : Non in die festo. Ille agitur de dilatatione : et ponitur consilium, et ratio. *Dicebant autem : Non in die festo.* Posset aliquis dicere, quod hoc dicent ex devotione; ideo hoc tollit dicens : *Ne forte tumultus fieret in populo :* sciebant enim quod multi habebant enim prophetam, quidam vero ut Christum : ideo dissensio erat in populo, sicut habetur Joan. vii et ix; ideo timebant ne tolerarent eum a manibus suis. Hoc isti cogitabant; sed aliud cogitabat Christus : unde illi duo cogitabant; scilicet quod cum volcebant occidere, et quod non in die festo crucifigeretur, ad significandum quod ista immolatio succedebat immolationi agni paschalidis.

Cum autem esset Jesus in Bethania. Ille ponitur prænuntiatio per factum mulieris : et primo ponitur factum ; secundo reprehensio ; tertio ex ensatio. Secunda ibi, *Fidentes autem discipuli, indignati sunt;* tertia ibi, *Sciens autem Jesus.* Circa primum quatuor facit. Primo locus deserbitur ; secundo persona ; tertio fa-

¹ Al. : « de manibus. »

² Al. : « quia. »

cultas ; quarto opus. Primo duplex locus ponitur ; scilicet generalis, et specialis. Generalis, cum dicit, *Cum esset Jesus in Bethania*; specialis, cum dicit, *In domo Simonis leprosi*.

Notate, quod tunc non erat leprosus, sed curatus fuerat a Christo : si enim esset, non remansisset Christus cum eo : cum esset illud prohibitum in lege : et tamen utrumque ad mysterium attinet¹. Bethania domus obedientiae dicitur : unde per hoc significatur ejus obedientia. Phil. ii, 8 : *Factus est obediens usque ad mortem*. Ideo competit ei esse² in domo leprosi. Isa. lxi, 4 : *Et nos reputavimus eum ut leprosum*. Et ob hoc potius ibi venit. Alia ratio potest esse litteralis, scilicet ut illa haberet fiduciam veniendo ad Christum, quia iste erat cognatus Marie : et curatus erat ab eo a lepra corporali, et ipsa veniebat ut curaretur a lepra spirituali. Et notandum, quod nullus alius dicitur venire ad Christum pro salute spirituali, excepta ista : ideo laude digna sunt.

Accessit ad eum mulier. Ecce persona. Matthæus et Marcus dicunt hoc accidisse in eodem loco ; Joannes et Lucas non. Lucas enim loquitur de ista cap. vii, et Joan. xi. Est ergo quorundam opinio, ut fuit Origenis, quod fuerunt mulieres plures, Loquamus de primis duabus. Expressus dicit Hieronymus, quod illa de qua loquitur Lucas, non fuit soror Lazarci : quia de illa dicitur quod pedes unxit, de ista dicitur quod pedes et caput. Ambrosius super Lucam dicit quod utrumque potest dici : quod sit eadem, vel diversa. Si dicimus quod eadem, possumus dicere : Et si eadem, non tamen ejusdem meriti ; sed peccatrix non est ansa caput tangere, sed post habita fiducia caput unxit. Et Augustinus probat quod sit eadem : quia Joan. xi, 5, antequam accedat ad istud factum, dicit : *Erat autem Maria soror Lazarci, que unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus rapillis suis*. Ideo videtur quod illa de qua Lucas loquitur, sit eadem cum illa que est soror Lazarci. Origenes dicit, quod non est ea-

dem illa de qua Lucas loquitur, et illa de qua Joannes loquitur. Et potest probari ratione temporis : quia illud legitur factum antequam iret in Iherusalem : hoc factum est cum dicit : *Scitis, quia post biduum pascha fiet*. Item ex loco ; quia illa in domo Marthæ, de qua in Joanne. Haec autem in domo Simonis. Item per hoc quod ibi pedes, hic caput ungit. Quartum est quod ibi Joan. xi, 5, Judas dixit : *Ut quid perdito haec?*³ Hic autem quod omnes discipuli. Augustinus dicit, quod eadem mulier est : et respondet ad rationes Origenis. Ad primam dicit, quod Matthæus non servat ordinem historicæ, sed recitat : quia ex hoc casu assumpsit Judas occasionem peccandi, cum vidiit unguentum effundi. Quod obiectum de loco, Augustinus non solvit. Potest tamen sic solvi : quia iste homo erat magna auctoritatis, et potestatem habens, et domus una eorum, quia cognatus ejus erat. Alter quomodo verum esset quod dicitur Joan. xi, 2 : *quod fecerunt ibi canam... et Lazarus erat viuus de discubentibus?*

Accessit ergo mulier habens alabastrum unguenti. Alabastrum est genus marmoris quod est translucens, et sicut inde fenestrae : et de ista petra siebant quedam vasa ubi conservabant unguenta, sicut modo sicut de terra contrita, quia ex sui frigiditate erant conservativa : unde alabastrum, idest vas de alabastro, plenum unguento. Et dicitur hic *Pretiosi*, alibi quod nardi pistici : pistis Graecæ, fidelis Latina. Unde pistici, idest non sophisticati. Consequenter effectus ponitur : *Et effudit super caput ejus discubentis.*

Sed hic est questio duplex. Quomodo Christus sustinuit, quia videtur ad lasciviam pertinere? Ad hoc respondit Augustinus de *Doctrina Christiana* Aliter existimatur in persona communii, aliter in persona prophetica : quia in persona communii secundum factum, sed in prophetica secundum suam significacionem. In persona communii significaret lasciviam ; in persona prophetica significacionem. Expositio allegorica, quia significat

¹ Al. : « ministerio attinet. »

² Al. : « quod esset. »

³ Ibi. : « Quare hoc unguentum non vovit trecentis denariis, et datum est egenis. »

⁴ Al. deest : « cœnam. »

sepulturam Christi, quia antiquitus corpora solebant immungi. Marti xiv, habetur quod prævenit corpus immungere in sepulturam. Item mystice unguentum significat quodecumque opus bonum. Istud autem opus dupliciter potest fieri: quia quoddam est quod non fit propter Deum, sed propter justitiam naturalem, ut opus gentilis; et hoc est unguentum, sed non pretiosum; si propter Deum, sic est pretiosum unde pedes ungit quando bonum opus facit propter utilitatem proximi; sed quando ad gloriam Dei, tunc ungit caput.

Sed quid est quod dicit Joannes quod pedes, et Matthæus quod caput? Augustinus dicit, quod utrumque.

Sed quid est quod dicit Marcus, quod fregit alabastrum? Dicit Augustinus, quod sicut accidit aliquando quod aliquis effundit sic ut nihil remaneat, et post frangit; sic fecit ista: et effudit, et frexit. Vel si vult aliquis calumniari, potest dici, quod primo pedes, deinde caput unxit.

Tunc sequitur increpatio mulieris. *Videntes autem discipuli, indignati sunt.* Sed hic opponitur, quia Joan. xv, dicitur quod solus Judas dixit: iste quod omnes. Duplex est responsio, secundum Ileronymum: quia illud quod dicitur hie quod discipuli dixerunt, dicitur per synechohem: *discipuli*: idest unus ex discipulis; et hic modus consuetus est in Scriptura. Heb. xi, 37: *Secti sunt*, quia unus sectus, scilicet nonnisi Isaías. Vel potest dici quod omnes, quia, secundum quod dicit Augustinus, Judas omnes excitavit. Item quod alii excitati propter inopiam pauperum; iste vero motus fuit propter avaritiam: unde dicunt; *Ut quid perditio haec?*

Sed quare hoc dicebant? Audierant¹ Dominum multum commendasse misericordiam. Supra xix, 21: *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus.*

Sciens autem Jesus ait illis. Ille ponit excusatio mulieris: et duo facit. Primo excusat et commendat; secundo præmium eis tangit: *Amen dico vobis etc.* Et primo excu-

sat: secundo objectioni discipulorum respondet; tertio exponit quod dixerat. Dicit ergo: *Quid molesti estis huic mulieri? Dominus semper est advocatus hujus mulieris:* quia Luc vii 39: Phariseus accusabat eam de peccato: unde dicebat: *Hic si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum etc.* et Dominus excusavit eam per dilectionem. Item Luc. x, etiam Martha accusabat eam de otio; et Dominus excusabat eam per contemplationem. Ille discipuli do unguenti effusione, et Dominus excusat eam ex devotione, dicens: *Quid molestis estis huic mulieri?* Job vi, 27: *Super pupillum irruitis, et subverttere nitimini amicum vestrum. Opus bonum operata est in me.* Prov. iii, 27: *Noli prohibere aliquem bene facere; si potes, tu ipse bene fac.* Chrysostomus: Aliquando contingit quod aliquis facit bonum opus ex genere, et forte melius facere potuisset: unde aliter est agendum ante factum, et post factum. Unde post factum, de facto commendandus est; sed si veniret ante factum, consulendum esset ei quod faceret quod melius est. Unde credendum, quod si a Domino petiisset ante consilium, dixisset ei quod daret² pauperibus. *Nam pauperes semper habebitis vobiscum etc.* Ille ponit responsio ad objectionem eorum, quia illi dicebant quod poterat dari pauperibus. *Me autem non semper habebitis.* Verum est secundum præsentiam corporalem, sed semper erit secundum præsentiam spiritualem. Unde dicit infra ult., 20: *Ecce ego vobissem sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Et quid fecit? *Mittens autem hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*

Sed quid est? Numquid intendit seperire Christum? Non. Sed, sicut dicit Augustinus, Spiritus sanctus sicut monet ad loquendum, ita aliquando ad operandum: unde scriptum est, Rom. viii, 14: *Qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege.* Unde accidit quod a Spiritu sancto instruatur aliquis ad aliquem sensum quem non intendebat. Sic ista bonum opus intendebat, sed Spiritus sanctus illud ordinabat ad sepulturam.

¹ Al.: « audierunt. »

² Al.: « dedisset. »

Dicit : *Bonum opus operata est in me.* Posset aliquis dicere quod dare proximo esset bonum opus. Verum est, sed non tantum quod prædicetur per universum mundum : ideo subdit : *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur in menoriā ejus, idest in commendationem ejus.* Hieronymus dicit, quod iste crucifixus prænuntiat Evangelium narrandum in universo mundo ; et tamen non erat adhuc divulgatum cum Matthæus scripsit. Item notate, quod multi volunt divulgari nativitatem suam per universum mundum, et deleta est memoria eorum ; factum tamen hujus non est determinatum. Prov. x. 7 : *Memoria justorum cum laudibus.* Et Psal. cxi, 7 : *In memoria externa erunt justi.*

Tunc abiit unus de duodecim. Supra posuit triplicem prænuntiationem¹ dominicae passionis ; sic intendit ad narrationem : et duo facit. Primo premittit præparatoria ; secundo agit de ipsa passione, ibi, *Adhuc eloquente etc.* Sunt autem tria præparatoria. Primo ponitur tractatus præditionis ; secundo institutio communio dominicae ; tertio de oratione Christi. Secunda ibi, *Die autem azymorum etc.* Tertia ibi, *Tunc venit Jesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani.* Circa primum tria. Primo describitur persona proditoris ; secundo tractatus præditionis : tertio solicitude. Dicit ergo, *Tunc.* Intelligatis quod non refertur ad immediate præcedens, quia de ista muliere per transpositionem dictum est ; sed retrorqueret ad illud quod dictum est, quod *congregati sunt principes sacerdotum et senioris populi... ut Jesum dolenter et occiderent.* *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Scarioth.* Et describitur persona ejus ex tribu. Ex officio, quia unus erat de duodecim specialiter vocatis. Joan. vi, 71 : *Nonne vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?*

Sed quare futurum malum et proditorum voluit eligere? Prima ratio potest esse² ad significandum quod nullum condonuat propter suam prædestinationem,

vel salvat, sed propter præsentem justitiam ; unde si damnaret propter suam prædestinationem, non imputaretur alii cui. Item propter consolationem hominum : sciebat enim esse futurum quod multi deciperentur in electionibus ; sicut de Philippe accidit, qui elegit Simonem magum ; ideo Dominus permisit inter discipulos proditorem esse. Alia potest esse ratio, ut nullus vituperaretur si aliquis esset malus, cum in primo collegio unus fuerit malus.

Item describitur ex nomine persona proditoris : *Qui dicebatur Judas.* Inter discipulos vocati fuerunt hoc nomine duo ; tamen unus fuit malus ; per quod significatur, quod quidam confiteentes Deum sunt boni, quidam mali. De bonis Ps. cxiii, 2 : *Facta est Judæ sanctificatio ejus.* De malis dicitur ad Titum I, 16 : *Confiteentes se nosse Deum, factis autem negant.* Item describitur a patria, *Scarioth.* Est villa quædam, et interpretatur memoria mortis, quia peccatum Iudei in memoria habetur. Et potest ad illud referri quod dicitur Hierem. xvii, 1 : *Pecatum Judæ scriptum est stylo ferreo in uigore adamantino.* Ad principes sacerdotum, qui Christum habebant interficere, oblivisceens illius quod dictum est Ps. I, 1 : *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum etc.* Et in Gen. xlix, 6, dicit Jacob : *In consilium eorum non descendat anima mea. Et ait illis.* Ille ponitur tractatus præditionis : et primo ponitur tractatus ; secundo consummatio. Et primo consideranda est cupiditas ejus ; secundo presumptionis. Cupiditas, cum dicit : *Quid vultis mihi dare, et ego cum vobis tradam?* Propter pecuniam, omnem amicitiam contumcisit. Eccli. x, 10 : *Nihil est iniurius quam amore pecuniam : hic enim animam suam renalem habet.* Iste enim, quia non refrenavit cupiditatem, incidit in præditionem. Quia enim vidit quod fraudatus erat pretio unguenti, ideo voluit recuperare in prodendo Christum. Item tangitur presumptionis, cum dicit : *Et ego cum vobis tradam.* Magna presumptionis fuit cum tradere qui omnia sciebat. Item loquitur isto ut valde male

¹ Ali : « posuit egius triplicem prænuntiationem. »

² Ali : « prima ratio est. »

sentiens de Deo : quia quando aliquis vult vendere rem quam diligit, imponit ei pretium ; sed quando habet rem de qua vult se expedire, dicit : Date mihi quod placet. Sic dicit iste ; *Quid vultis mihi dare?* idest, date quod vultis. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem :* Psalm. cv, 24 : *Et isti constituerunt ei triginta argenteos.* Dicit Origenes, quod simili modo faciunt qui pro temporali commendo Deum dimittunt. Habitat enim in nobis per fidem ; sed tunc dimittimus quando nimis temporalibus adhaeremus : unde dicit : *At illi constituerunt ei triginta argenteos.*

Sed quare ita expressit? Quia ita significatum erat per illud Zach. ii, 12 : *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* Et non est dicendum, quod Joseph venditus fuit triginta denariis ; sed Scriptura vult quod solum viginti argenteis, idest denariis.

Sed quid vult dicere quod triginta? intelligendum est. Iste numerus componitur ex quinque et sex, unde quinque sex sunt triginta. Per quinque significantur quinque libri Moysi, vel temporalia, quae subjecta sunt quinque sensibus ; unde signatur, quod post legem Moysi in sexta ætate fieret salus. *Et exinde quærabat opportunitatem ut eum tradiceret.* Ille ponitur sollicitudo. Et quare hoc faciebat? Ut facilius et occultius facinus perpetraret, sicut est de peccantibus, quia *qui male agit odit lucem.* Joan. iii, 20 : et Job xxiv, 10 : *Oculus adulteri observat caliginem.*

2. Tunc agit de constitutione sacramenti : et quia nova succedunt veteribus, ut¹ dicitur Levit. xxvi, 40 : *Novis supervenientibus vetera projiciatis* : primo agit² de veteri ; secundo de novo. Circa primum duo³. Primo ponitur præparatio paschæ ; secundo ponitur prænuntiatio proditoris, ibi, *Et edentibus illis dixit etc.* Et circa primum primo tempus designatur ; secundo præparatio convivii ; tertio institutio sacramenti. Dicit ergo : *Prima die azymorum.*

Et hic potest esse objectio : quia hic

dies erat prima dies paschæ. Et videtur contra hoc quod dicitur in Joan. xiii, 4 : *Ante diem festum paschæ etc.* Dicunt græci, Matthæum, Lucam et Marcum errasse, et quod Joannes correcxit eos, quia fuit facta ante diem paschæ : unde dicunt quod Dominus passus est decima quarta luna, et ñenam fecit decima tercia : unde dicunt quod Dominus consecit non in azymo, sed in fermento⁴. Et hoc nituntur confirmare plurimi argumentis. Primo, quia dicitur Joan. xviii, 28 : *quod non introierunt, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha.* Et ita die passionis debabant comedere pascha. Item alia ratio eorum, quia mulieres præparaverunt aromata ; ideo etc. Sed hoc non potest stare, quia Dominus non fregit ceremonias. Non enim invenitur quod præveniretur pascha ; invenitur tamen quod prolongaretur. Et dato quod præveniretur, hoc non est pro Græcis, quia scriptum est quod pascha debebat comedи cum azymis, et lacteis agrestibus. Si ergo alter fecisset, contra legem fecisset. Ideo secundum quod tres Evangeliste dicunt, hoc fuit factum decimaquarta luna, et tunc erat necesse comedere pascha.

Quid ergo respondendum ad id quod dicit Joanes : *Ante diem festum paschæ?* Dicendum, quod consuetudo fuit quod incipiunt diem a vesperis, et sic dies paschalis a vesperis incipiebat. Et hoc habetur in Exod. xii, 14 : *Decimaquarta luna⁵ ad vesperum celebrabit pascha.* Et ex tunc non inveniebatur fermentatum in domibus Iudeorum usque ad vigesimum primum diem. Unde si computamus a vespere quartædecimæ lunæ, præparatio fuit facta ante diem paschæ, tamen erat decimaquarta luna. Vocat ergo Joannes diem illum azymorum, et diem paschæ decimamquintam lunam.

Quod tu dicas secundo ex Joan. loc. cit. quod non introierunt prætorium ut non contaminarentur etc., Chrysostomus solvit, et dicit, quod Dominus non prætermisit aliiquid de legalibus observantiis : unde pascha comedit decimaquarta luna,

¹ Al. : « et. »

² Al. : « primo ergo. »

³ Al. deest : « duo. »

⁴ Al. : « in fermento. »

⁵ Al. : « quod xiv luna. »

Sed isti principes inhiarunt ad intersec-
tionem Christi, propter quod distulerunt,
et tunc non celebraverunt, et hoc contra
legem suam. Vel per pascha intelliguntur
azimi.

Quod dicunt de mulieribus, dicit Au-
gustinus, quod habebant multas solem-
nitates; sed sabbatum solemnior erat
solemnitas; unde non lieebat sabbato
præparare cibaria; quod tamen lieebat
in aliis festis, sed in die sabbati non.
Ideo tunc ita accidit quod festivitas pas-
chæ accidit in die veneris, et sequebatur
sabbatum; ideo tunc præparaverunt, et
in die sabbati quieverunt. Ideo possumus
dicere, quod deceima quarta luna celebra-
vit pascha.

Sequitur sollicitudo discipulorum. *Ac-
cesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Ubi
vis paremus tibi comedere pascha?* Et
primo ponitur inquisitio; secundo man-
datum; tertio impletio. Dicit: *Accesser-
unt discipuli ejus.* Sed qui discipuli?
Dicit Reinigius, quod ex obsequio Judas,
ut celaret præditionem suam. Tameo
Leo Papa dicit, quod etiam alii: *Ubi
vis paremus tibi comedere pascha?* Per
hoc designatur quod Christus non habe-
bat ibi dominum, nec aliquis de societate;
ideo signatur paupertas ejus: unde su-
pra 8, 20: *Filius autem hominis non ha-
bet ubi reclinet caput suum.*

At ille dixit. Ille ponitur mandatum.
Et primo denuntiat hospitem; secundo
passionem; tertio exposcit locum ad con-
vivandum. Dicit ergo: *Ite in civitatem
ad quemdam.* Et notare debetis, quod
non erat hospitatus in civitate, sed in
Bethania.

Sed quid est quod dicit, *Quemdam?*²
Dicit Augustinus, quod Dominus aliquem
certum nominavit; sed quia non erat ne-
cessarium nominare, Mattheus prætermi-
nit nominare. Chrysostomus dicit, *Ite ad
quemdam,* idest ad quemcumque: quia
voluit ostendere suam virtutem, ut non
turbarentur de passione. Ita enim erat di-
ulgata fama ejus quod jam sententiam tu-
erat quod qui reciperet eum, fieret ¹extra
synagogam. Unde voluit dare intelligi,

quod non reciperet eum aliquis nisi im-
mutaret cor ejus. Proverb. xxi, 1: *Cor
regis in manu Domini, et quicumque
voluerit inclinabit illud.*

Et dicit ei etc. Prænuntiat passionem,
ut non turbentur: unde dicit, *Tempus:* non
quodcumque dicitur, sed determina-
tum a Patre. Secundum istum inodum di-
citur Joan. vi, 6: *Tempus meum nondum
advenit, tempus autem vestrum semper est
paratum.* Apud te facio pascha idest,
celebrabo paschale convivium apud te.
Et addit, *Cum discipulis meis:* ad deno-
tandum, quod non occulit, sed publice.
Secundum Chrysostomum, istud dixit,
quia volebat quod præparentur cibaria
sufficientia et sibi et discipulis.

Sed quid est quod ipse celebravit, et
nos non debemus celebrare?³ Quia Joan.
xii, 13, dicitur: *Exemplum dedi vobis,
ut quemadmodum ego feci, ita et vos fa-
ciatis.* Ad hoc respondet Augustinus,
quod sicut Christus passus est ut a morte
nos redimeret, sic legem voluit observare,
ut nos a lege absolveret.

Tunc sequitur executio: *Et fecerunt
discipuli sicut præcepérat vis Jesus etc.*
Similiter habetur Exod. xxiv, 3: *Omnia
verbū que præcepit Dominus faciemus.*
Consequenter agitur de convivio: *Vespere
autem factō discumbebat cum duodecim
discipulis ejus.* Et dicitur, *Vespere,* quia,
sic præcipit Exod. xvi, 12: *Decima-
quarta luna⁴ ad vesperam celebrabitis
pascha.* Vel *vespere,* quia tendit ad oce-
sum. Zach. xiv, 7: *Et in tempore resperi-
erit lux.* Vel signatur verus transitus
Christi, scilicet finis: ad vesperum enim
est finis diei.

E' edentibus illis dixit etc. Ille ponitur
de prænuntiatione proditoris. Et primo
desi mat ex societate; secundo ex auto-
ritate; tertio ex propria voce. Secunda
ibi, *At ille respondens etc.* Tertia ibi, *Tu
diristi.* Et circa primum primo ponitur
prænuntiatio; secundo effectus, *Et can-
tristati sunt.* Unde dicit: *Et edentibus illis
dixi: Amen dico vobis, quod unus res-
trum me traditurus est.* *Amen dico:* affir-
mat, quia magnum dicebat, *quod unus*

¹ Al. : « intelligitur. »

² Al. : « quidam. »

³ Al. : « quod fieret. »

⁴ Al. : « et non celebrare debemus. »

Al. : « pr. diu rat. »

Al. : « quod xiv luna. »

vestrum : quos elegi esse columbas Ecclesiæ Eccl. vi, 10 : *Est amicus socius mensæ, et non permanet in die necessitatis.* Et in Hier. ix, 4 : *In omni fratre tuo non habeas fiduciam.* Tunc sequitur effectus ; et est duplex effectus, tristitia, et dubitatio. Quantum ad tristitiam dicit, *Et contristasti.* Et quare ? Contristabantur de morte Christi, quia amarum erat eis carere tali duce, tali patrono. Item tristabantur de tali scelere quod erat futurum. Hier. ix, 4 : *Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum?* Tunc ponitur dubitatio ; *Caperunt singuli dicere.*

Sed quare dubitabant ? Nonne unusquisque erat certus ad se ? Responsio. Instructi erant discipuli, quia homines sunt cito proni ad peccatum : unde Apostolus I Corinth. x, 12 : *Qui stat, videat ne cadat.* Item dubitabant, quia magis ei credebant, quam propriae conscientiae. Simile est illud quod dicitur I Corinth. iv, 4 : *Nihil mihi conscius sum; sed non tamen in hoc justificatus sum.*

At ille respondens ait : *Qui intingit manum in paropside, hic me tradet.* Hic ponitur prænuntiation ex verbo prophetico. Et primo ponit prænuntiationem propheticeam ; secundo necessitatem passionis ; tertio pœnam proditoris. Dicit ergo : *At ipse respondens ait.* De hoc potest intelligi illud Psalm. xi, 10 : *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplicationem.* *Qui intingit manum in paropside.* Marcus dicit, *In catino.* Paropsis dicitur vas quadrangulare, et dicitur quasi latera paria habens ; catinus dicitur vas fletile ad recipiendum liquores : unde in catino reponebantur liquores, in paropside secca : unde poterat ibi esse utrumque. Vel dicebatur paropsis, sed ex officio catinus.

Et quid est quod dicit : *Qui intingit manum in paropside ?* Dicendum, quod consuetudo apud antiquos erat quod multi comedebant¹ ex una scutella, et forte vas accipiebant. Unde omnes admirantes retraxerunt manum, praeter Judam, ut magis excusaret se : et ideo erat verbum dubium, quia simul intingebat cum omnibus : ideo noluit eum tegere, ne fieret

magis peccator. Vel potest dici, quod duo et duo sedebant, et istum secum posuerat, ut ipsum retraheret. Sed multi per amicitiam non retrahuntur.

Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Quid est quod dicit, quod tu traderis ? Dicit : *Filius hominis vadit, scilicet propria voluntate.* *Oblatus est,* quia ipse voluit ; sicut scriptum est Isa. lxi, 7. Unde prædicta fuit passio a prophetis, ut habetur Lue. ult, 27 : *Et incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.* Et ita Filio hominis nihil nocet, quia sit quod ipse disponuit.

Sed dicet aliquis : Si vadit ex propria voluntate, ergo non est imputandum Indiae. Dicendum, quod immo, quia hoc mala voluntate faciebat, quod Filius spontaneus agebat.

Ideo sequitur pœna : *Vx autem homini illi per quem Filius hominis tradetur.* Sicut supra xviii, 7 : *Necesse est ut veniant scandala; vx autem homini illi per quem scandalum venit.* Et tangitur magnitudo pœnae : *Bonum erat illi, si natus non fuisset.* Ex hoc sequitur occasio erroris. Dicunt enim quidam, quod non existenti non infertur pœna ; ideo dicunt quod melius est simpliciter non fuisset : quod est contra Apostolum, ad Rom. ix. Unde, secundum Hieronymum, dicendum quod loquitur secundum communem modum loquendi ; idest, minus documentum ; idest, majus tormentum sentit quam si natus non fuisset. Et ad hoc videtur facere quod dicitur Eccl. iv, 2 : *Laudavi magis mortuos quam viventes.* Et hoc est contra Augustinum in libro de libero Arbitrio. Quod nihil est, non potest eligi. Item quod eligimus, est propinquius felicitati ; sed quod non est, non est propinquum felicitati. Quid est ergo dicendum ? Potest ne aliquis magis eligere non esse, quam pœnale esse ? Ideo dicendum, quod non esse dupliciter potest accipi : vel secundum se, vel per comparationem ad aliud. Secundum se, dico quod non est eligibile, ut dicit Augustinus ; sed per

¹ Al. : « comedant. »

comparationem ad aliud, est eligibile, ut dicit Hieronymus. Quia hoc non est aliquid in natura, sed secundum apprehensionem anima accipitur ut aliquid, ut non sedere. Sed electio accipitur ab eo quod est apprehensum; ideo carere malo, accipit ut bonum. Quando ergo eligit non propter se, sed in quantum exclusivum mali, sic eligit, ut dicit Philosophus.

Per hoc patet responsio ad secundum. Dico ergo, quod illud quod magis removet a malo, recipitur ut magis propinquum felicitati: unde homini febrenti, carere febre, videtur esse felicitatem, quia sub miseriis videtur non esse: unde melius est non esse, quam sub miseriis esse.

Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum, Rabbi? Notandum, quod simulatores hoc dixit: unde quia tardavit querere, significavit¹ quod erat tristis, sed simulavit. Item alii vocant ipsum Dominum, sed iste Magistrum. Utrumque tamen erat. Joan. xiii, 13: *Vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis, sum etenim. Ait illi, Tu dixisti.* Notate mansuetudinem Domini. Supra xi, 29: *Discite a me quia mitis sum, et humili corde.* Et hoc ut nobis exemplum mansuetudinis daret: unde dicit, *Tu dixisti*, idest confessus es. Vel tu dicis ista, non assero ego; sed tu diecis. Unde non est verbum asserentis: nolebat enim cum revelare; quasi dicat: Non assero, sed tu diecis.

3. Supradicte posuit Evangelista celebrationem veteris paschæ; hic ponitur institutio sacramenti altaris. Et primo instituitur sacramentum; secundo praenuntiatur futurum scandalum discipulorum, ibi, *Tunc dixit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini.* Primo duo facit. Primo instituitur paschale sacramentum; secundo hymnus gratiarum actionis, ibi, *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.* Et circa primum duo facit. Primo ponitur institutio sacramenti sub specie panis; secundo sub specie vini, ibi, *Et accipiens calicem gratias egit etc.* Circa primum primo tangit facta Christi; se-

cundo verba ibi, *Accipite, et comedite: hoc est corpus meum.* In factis quinque sunt notanda. Primo ponitur tempus; secundo designatur materia; tertio benedictio; quartu fractio; quinto communicatio, sive distributio. Tempus tangit eum dicit: *Conantibus autem eis etc.*, idest, dum essent in conando, idest dum cœnarent.

Et quare hoc constituit in ipsa cena, et non ante? Duplex est ratio. Quia voluit Dominus quod istud succederet veteri sacramento, sicut veritas figura; ideo post constitutionem veteris sacramenti, novum constituit. Levit. xxvi, 10: *Novis supervenientibus vetera projicietis.* Item propter aliud, quia voluit ut infigeretur memoria: quæ enim ultimo audiuntur, altius insignitunt memoria. Thren. iii, 19: *Recordare paupertatis et transgressionis meæ, absinthii, et fellis.*

Quare ergo constituit Ecclesia quod homines jejuni istud sacramentum receiverent? Dicendum, quod hoc est ad reverentiam sacramenti: conveniens enim est quod ante cibum sumatur. Et hoc intelligendum est eodem die. Cum enim dies a media nocte incipiat, non debet recipere quicquam a media nocte usque ad perceptionem Iunius sacramenti

Sed quæsierunt aliqui, si quodcumque intrat in os, solvat sumptionem sacramenti, ut si bibit aliquis aquam. Intelligendum est, quod duplex est jejunium: scilicet² jejunium Ecclesiæ, et jejunium nature. Jejunium Ecclesiæ non solvit potus aquæ, sed jejunium naturæ solvit: quia etsi aqua per se non nutrit, cum aliis nutrit. Et debet intelligere, quod aquam recipit et potum, si aliquis lavet os, et transglutiat unam gâttam casualliter: non tamen propter hoc debet dimittere, immo computatur cum saliva. Similiter de cibo dico, quod si quis animalium³ comedit in sero, et remanserit aliquid in dentibus, si casu transglutiat,⁴ non propter hoc debet dimittere. Item aliqui conscientiam faciunt, quod si non dormiunt non recipiant. Hoc non habet

¹ Al.: « signavit. »

² Al.: « quod jejunium, scilicet etc. »

³ Al.: « ut si asinus. »

⁴ Al.: « de dentibus si a casu transglutiat. »

locum, quia non fuit de constitutione Ecclesie. Unde non facit ad rem utrum dormiat vel non dormiat.

Accipit Jesus panem etc. Hic tangitur materia. Notandum, quod istud sacramentum, quantum ad aliquid, veteri sacramento attinet, sicut veritas figura. Sacramentum illud sumebatur ut cibus, quia mandatum erat quod comederent agnum; et istud, quod loco ejus sumitur, debet sumi ut cibus. Et sicut ille erat vere cibus, ita et iste agnus Joan. vi, 51: *Caro mea vere est cibus.* Unde falsa est illa opinio quae ponebat, quod solum erat ibi Christus sub signo: quia si ita esset, quid plus haheret istud signum quam illud? Sed illud erat signum tantum; hoc autem est figura et veritas.

Sed numquid est irreverentia, quia aliquis comedat corpus Domini? Dicendum, quod differt iste cibus ab aliis cibis, quia alii eibi convertuntur in corpus nostrum: unde si Christus ita converteretur, irreverentia esset. Sed non est sic, immo e converso, ut dicit Augustinus: Non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Unde illud sacramentum finis et perfectio omnium est sacramentorum: et ratio est, quia esse quod est per essentiam, est finis et perfectio eorum quae per participationem. Alia enim sacramenta Christum continent per participationem, in isto autem est Christus secundum substantiam: ideo dicit Dionysius, quod nullum est sacramentum quod non perficiatur in Eucharistia: unde si adultus baptizetur, debet ei dari Eucharistia. Debet ergo sumi in cibo, ut veritas respondeat figura.

Et quare non sub specie propria? Una ratio est ratione meriti fidei, quia fides non habet meritum ubi humana ratio prebet experimentum. Item ut parcatur sumentibus, quia non est consuetum quod caro humana comedatur. Item ut defendatur a derisionibus infidelium.

Et quare sub tali specie? Quia voluit celebrari ab omnibus ubique terrarum: ideo volebat eis dare materiam quae communis est omnibus. Communis autem

cibus est panis, et communis potus hominum est vinum: unde panis et vinum sunt cibus principalis, alia potius quasi edulia. Item in aliis sacramentis in mentione non quodcumque oleum accipitur, sed commune, quod dicitur oleum ex multis uinis: sic unitas Ecclesie ex multis fidelibus.² Et sic patet quod nostra sacramenta magis sunt antiqua quam sacramenta veteris legis: quia sacramenta veteris legis haberuerunt initium a Moysi et Aaron; sed sacramenta nova: legis a Melchisedech; qui³ obtulit Abraham panem et vinum. Ideo dicitur Christus factus sacerdos secundum ordinem Melchisedech: Psal. cix, 4.

Consequenter agitur de benedictione: et haec benedictio refertur ad tria. Ad materiam, quia benedixit fructum terra, in quo significatur quod maledictio Adae revocata est per Christum, quando dixit ei Genes. iv, 17: *Maledicta terra in labore tuo... spinas et tribulos germinabit tibi.* Item refertur quantum ad illud quod continebatur in illo, scilicet Christum. Supra xxi, 9: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Item ad fructum sacramenti, quia per istum benedicuntur fideles, et transit a capite ad membra. Prover. x, 6: *Benedictio Domini super caput justi.*

Deinde tangitur fractio, *Et fregit:* et tria significat. Primo significat mysterium futuræ passionis, quia in passione perforata sunt membra, secundum illud Psalm. xxi, 17: *Foderunt manus meas et pedes meos, dimiceraverunt omnia ossa mea.* Et hoc factum est, quia ipse voluit. Isa. lxi, 7: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Item significatur quo l frangatur ab unitate in multitudinem: unde significat incarnationem; quia cum ipsum Dei Verbum simplex esset, venit in istam multitudinem, non relinquendo simplicitatem. Item signatur effectus, quem in diversos intulit: quia secundum Apostolum I Corinth. xii, 24. *Divisimenes gratiarum sunt, idem autem spiritus.*

Item ponitur distributio: *Dedit discipulis suis.* Eccli. xxix, 33: *Ex his quæ*

¹ Al. deest: = atrium.

² Al.: = ex multitudine fidelium.

³ Al.: = cui.

n manu habes, cibū singulos. Et dicit, *Discipulis*, quia nulli non baptizato debet dari hujusmodi sacramentum. Sicut non conficeret sacerdos nisi consecratus, sic non debet ¹ alieui illud administrari nisi baptizato. Item non est dandum nisi fidelibus, immo infideles non debent admitti ad videndum istud sacramentum. Unde in primitiva Ecclesia, quando multi erant catechumeni, recipiebantur in Ecclesia usque ad Evangelium, et tunc expellebantur.

Item, cum dieat quod *discipulis suis*, queritur utrum Judas ibi fuerit. Omnes dicunt quod simul dedit omnibus, et etiam Iudei; et hoc ut cum sua benignitate a peccato revocaret. Item ut daret Ecclesiae documentum ut dum esset occultus peccator, quod non prohiberetur a receptione hujus sacramenti: homines enim non habent judicare de occultis. Iulianus hic dicit, quod non fuit Judas, quia jam exierat. Et vult pro bare per illud quod dicitur in Joan. xiii, 25: cum petierunt discipuli: *Quis est qui tradet te? Quibus dixit: Cui tradidero bucellam intinctam.* Ideo ostendit quod jam exierat. Sed magis tenendum est quod alii dicunt.

Et ait: Accipite, et comedite: hoc est corpus meum. Ille ponuntur verba. Et in ipsis verbis tria facit. Primohortatur ad recipiendum; secundo ad comedendum; tertio demittat veritatem. Dicit: *Accipite, et comedite.* Et quod dicit, *Accipite*, ad spiritualem receptionem debet referri, quia non debet accipi nisi in fide et caritate, Joan. vi, 55: *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo.* Item inducit ad co mestitionem, *Comedite*, non solum spiritualiter, sed etiam sacramentaliter. Cant v, 1: *Comedite amici, et bibite.* Item designat veritatem: *Hoc est corpus meum.* Forma sacramenti continetur in his verbis, quae sunt verba Domini, quia in verbis Domini sacramentum conficitur. Unde si verbum Eliie tantum virtutem habuit quod faceret ignem de celo descendere, multo magis verbum Dei poterit transmutare unum corpus in aliud.

Tunc queritur utrum virtus sit in verbis. Et non est dubium quod sie: unde dicitur Psal. lxvi, 34: *Dedit voci suæ vocem virtutis.* Ecle. viii, 4: *Quia sermo ejus potestate plenus est.* Unde sacerdos peragit in persona Christi, et non utitur verbis in persona propria, sed in persona Christi.

Sed quae est haec virtus? Quomodo tanta est virtus? Ideo dicit aliqui quod nulla est ibi virtus, sed potestas Christi solum, quae ibi assistit. Et hoc non videatur, quia sacramenta novae legis efficiunt quod figurant.

Sed quam virtutem habuit? Dicendum, quod est causa agens principalis, et haec virtutem habet in se manentem; item causa instrumentalis, et haec non operatur per virtutem in se manentum, sed ab alio transeuntem: unde sacramenta sunt causæ, non sicut causæ principales, sed instrumentales ab alio transeuntes.

Sed tunc queritur quod est de facto: utrum istud, *Accipite, et comedite etc.* sit de forma sacramenti. Et dicendum, quod solum illud, *Hoc est corpus meum*, est de forma sacramenti. Unde intelligendum, quod alter est de sacramento hoc, et de aliis sacramentis: quia consecratio materiae aliquando est de necessitate sacramenti, aliquando non: ut in baptismō consecratio materiae non est de necessitate baptismi; sed in unctionibus nulla fit unctionis, nisi oleum benedictio. In aliis etiam sacramentis non percipitur sacramentum in benedictione, sed in infusione: quia oleum et aqua ² enim sint inanimata, non continent gratiam: unde cum gratia sit finis sacramenti, non potest inferri nisi per susceptionem sacramenti. Sed in isto sacramento confinatur ille qui est plenitudo gratiae, ideo non perfectur in nobis, sed in consecratione materiae: unde dato quod nullus acciperet, non minus esset sacramentum: unde usus est consequens, et non est de necessitate. Unde in aliis illud est de forma quod pertinet ad usum; istud non pertinet ad usum, sed ad materiae sanctitatem:

¹ Al.: « nisi consecratus non debet etc. »

² Al.: « eadem et aqua. »

unde istud quod dicitur, *Accipite, et comedite*, quod pertinet ad usum, non est de forma.

Item solet esse questio nrum Dominus consecerit sub his verbis. Et videtur quod non : quia dicit ibi : *Accipit pauper, et benedicit* : ergo videtur quod in benedictione consecraverit. Ideo dixerunt aliqui quod non consecravit primo verbis, sed spirituali virtute. Et hoc potuit facere propter virtutem excellentiae, quia poterat veritatem sacramenti sine sacramento tradere, quia virtutem suam non alligaverat sacramentis : unde hoc potuit facere per virtutem excellentiae. Alii dicunt, quod primo in occulto dixit, et post in publico. Melius dicitur quod semel dixit, et non bis, et in his verbis consecravit : unde debet ita legi quod illud quod dicitur : *Ait : Accipite, et comedite* : referatur ad praecedentia : unde sic diendo dixit : *Hoc est corpus meum.*

Hic queritur quid demonstret hoc pronomen *hoc*. Dixerunt quidam, quod demonstrat non ad sensum, sed ad intellectum, quia non est nisi ad substantiam panis, et non est nisi ad significandum : unde sensus est : *Hoc est corpus meum*; idest, signatum per hoc, est corpus meum. Et hoc non potest stare : quia sacramenta novæ legis efficiunt quod significant; ideo nihil aliud facit nisi quod significant; et signat corpus Christi, et sic solum est corpus Christi sub signo. Alii dicunt quod ly *hoc* demonstrat ipsam substantiam corporis. Sed quomodo est hoc? Est ne statim corpus Christi cum dicit. *Hoc?* Constat quod non, quia si moreretur sacerdos, non esset consecratum nisi expleret. Ideo dicunt alii quod ly *hoc* retardat suam significationem, et demonstrat illud quod erit post prolationem istius verbi *meum*. Istud etiam non competit : quia sic idem videretur dicere, ac si diceret : Corpus meum est corpus meum : et Deo¹ non competit. Alii dicunt, quod verba proferuntur materialiter, non significative. Et hoc non potest stare : quia dicit Augustinus : Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Quid ergo? Dicendum, quod recitative dicun-

tur², et simul recitative et significativo. Quare? Quia ipse loquitur in persona Christi, et peragat ac si Christus esset praesens : aliter verba non accederent ad propriam materiam. Quid ergo? Dicendum, quod aliter est in verbis sacramentalibus, et verbis aliis humanis : quia verbum humanum est solum significativum, sed divinum significativum et factivum. Unde verba sacramentalia habent virtutem a virtute divina. Unde simul dicit, et ex virtute divina facit. Ideo non solum est illud verbum³ significativum, sed etiam factivum. Et primo facit, secundo significat. In factione enim materiali ita est quod preeexistit aliquid commune in qualibet transmutatione, et illud commune est sub uno termino transmutationis, et in fine sub alio. Verbi gratia, ponitur quod de nigro fiat album, in ista transmutatione erat corpus, sed in principio erat sub nigredine, et post sub albedine. Unde quo ad aliquid est simile, quo ad hoc scilicet quod est aliquid commune ; sed dissimile, quia non eodem modo : quia in aliis transmutationibus materialibus commune est subjectum, et differens forma ; hic autem est contrarium, quia commune est accidentis, differens est substantia ; unde substantia transmutatur, commune accidentis manet.

Quid ergo demonstrat ly *hoc*? Dicendum, quod sensus est : *Hoc est corpus meum*; idest, contentum sub accidente, est corpus meum ; vel hoc sit quod contentum sub accidentibus sit corpus meum. Unde in fine possuit nomen, sed in principio pronomen, quod substantiam indeterminatam significat ; sed per nomen forma determinata : unde in principio non est forma, sed in fine.

Sed quomodo est ibi corpus Christi? Una fuit opinio quod simul cum corpore Christi substantia panis manebat : unde quod dicit, *Hoc est corpus meum*, refertur ad corpus solum. Alii dicunt, quod transit panis in praesentem materiam, et advenit ibi corpus Christi, prater hoc quod substantia panis transiret in corpus Christi. Improbatur autem hoc sic. Quia sic vide-

¹ Al. : « t. i. ideo. » — ² Al. : « dicunt. »

³ Al. : « istud verbum est. »

tur quod aliquid incipiat esse ubi non primo fuit, quod non potest esse nisi vel mutetur secundum locum, vel quod aliiquid convertatur in ipsum. Sicut si dicatur : Hic non est ignis. Quod ergo post sit ibi, hoc non potest esse nisi quod ibi aliquide apparetur, vel quod aliquid quod ibi sit, in ignem mutetur. Sed secundum istam opinionem tollitur modus conversionis : ergo non est nisi mutatio localis. Sed impossibile est idem corpus esse in diversis locis ; ideo etc. Ideo aliter dicendum, quod corpus incipit ibi esse, non per motum localem, sed per conversionem alterius in ipsum ; et in hoc manet forma, et transit subjectum. Unde mutatur subjectum in subjectum, quod est principium individuationis, non propter hoc quod simul cum substantia panis sit corpus Christi, vel annihiletur substantia panis ; sed per hoc quod transmutetur per conversionem in ipsum.

Sed qualiter poterit esse in tam parvo loco ? Dicendum, quod aliquid est ibi de vi sacramenti, et istud ibi principaliter est ; aliquid vero per concomitantiam. Illud est ibi de vi sacramenti in quod terminatur conversio. Et quia panis convertitur in corpus Christi, illud quod significatur, est corpus Christi, et non est sine anima, nec sine divinitate ; nec tamen panis convertitur in animam vel divinitatem, sed sunt ibi per concomitantiam. Unde si quis in triduo celebrasset, cum anima esset separata a corpore, non esset ibi anima. In pane enim duo sunt, substantia et accidentia. Accidentia manent, substantia transit. Illud ergo ibi est principaliter in quod terminatur transmutatio ; sed terminatur in substantiam : ergo substantia est principaliter, sed accidentia per concomitantiam : dimensiones autem sunt accidentia. Nec corpus Christi in sacramento comparatur ad locum per dimensiones proprias, sed per dimensiones panis præexistentes.

Item *fregit*. Sed numquid in qualibet parte est totum corpus ? Dico quod sic. Et debet intelligere quod dicitur aliter esse in loco, quam locatum in loco : quia locatum comparatur ad locum sub suis

dimensionibus, sed non sic hic. Ideo notwithstanding, quod ubicumque est aliqua differentia quantitatis, non facit differentiam in substantia. Sed si sit aliquid sequens quantitatem, dividitur secundum quantitatem. Sed anima non habet a quantitate suam totalitatem accipere, sed habet suam totalitatem in qualibet parte : unde corpus Christi non comparatur ad corpus illud secundum quantitatem, sed solum secundum substantiam ; ideo sicut anima est in qualibet parte corporis, sic Christus in qualibet parte hostie.

Quid ergo erit de ipsis accidentibus ? Dicendum, quod manent absque subjecto ex virtute divina. Et quo modo potest hoc esse, cum accidentia dependant a substantia ? Dicendum, quod Deus est principium essendi : unde potest producere effectum separatum a subjecto, et sine principiis : ideo cum principium substantiae sit conservare accidentia in esse, potest Deus absque suis principiis conservare.

Si queris utrum sit verum de omnibus accidentibus ; dicendum, quod omnia accidentia referuntur ad substantiam mediante dimensionibus : unde quodammodo individuantur ; ideo dimensiones sunt sine subjecto, sed qualitas in dimensionibus est ut in subjecto. Unde sensus est : *Hoc*, id est contentum sub his accidentibus, quae accidentia manent in dimensionibus, quia substantia, quae primo suberat his accidentibus, mutatur in corpus Christi.

4. Supra actum est de institutione novi sacramenti quantum ad sacramentum corporis Domini ; hic agitur de institutione ejusdem quantum ad sacramentum sanguinis. Et circa hoc duo facit. Primo ponuntur facta Christi : secundo dicta, *Ille, Bibite ex hoc omnes*. Circa primum tria facta ponuntur. Primo quod accepit calicem ; secundo quod gratias egit ; tertio quod discipulis dedit : unde dicit : *Et accipiens calicem etc.*, per quod signatum est, quod non fuit institutum quod agatur sub una specie, sed sub duas.

¹ Al. : « quia. »

Et quae est ratio huius? Una ratio est, quia tria sunt in hoc sacramento. Unum quod est sacramentum tantum, aliud quod est restantum, aliud quod est sacramentum et res. Sacramentum tantum, sunt species panis et vini; res tantum, est effectus spiritualis; res et sacramentum, est corpus contentum. Si ergo consideremus sacramentum tantum, sic bene competit ut corpus significetur sub specie panis, sanguis sub specie vim, quia significatur ut indicans refactionem spiritualem; sed refectio est proprie in cibo et potu, ideo etc. Item si sumatur ut res et sacramentum, ad hoc competit quod illud sacramentum est rememorativum dominicae passionis. Et non potuit melius significare quam sic, ut significetur sanguis ut effusus¹ et separatus a corpore. Item quantum ad id quod sumitur ut res tantum: quia sanguis pertinet ad animam: non quia sanguis sit anima, sed in sanguine vita conservatur: unde significatur quod cum illud sacramentum sit ad salutem fidelium, quod panis offeratur pro salute corporis, sed sanguis pro salute anime. Prov. ix, 5: *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis*: quia refectio ista est² in pane et vino. Item alia ratio, quia totus Christus continetur in corpore. Quae est ergo necessitas quod d' sanguis per se? Ideo est accipiens quod dictum est supra, quod aliud est ibi ex vi sacramenti directe, aliud est naturali concomitantia. Sub panis specie continetur corpus Christi de vi sacramenti; sed sanguis per concomitantiam. In saeuio vero e converso, quia sanguis est de vi sacramenti, sed corpus per concomitantiam. Unde sanguine Christi effuso in terram, si fuisset celebratum, non fuisset sanguis nisi seorsum. Ideo quia haec non intellexerunt quidam, dixerunt quid formar ista continuantur: unde dicunt quod cum consecratur corpus, non est ibi sanguis donec vinum fuerit consecratum. Sed hoc non est ita: quia si moreretur sacerdos antequam consecraret vinum, esset in hostia et corpus et sanguis.

Item dicit, *Accipiens calicem, et non*

dicit, *Accipiens vinum; ideo quidam dixerunt, quod debebat fieri in aqua. Et hoc excluditur, quia sequitur: Non bibam de genimine ritis etc.* Secundo patet, quod fuit vinum et aqua mixtum. Et huius ratio est ex parte sacramenti, quia celebrandum est ut Dominus instituit. Sed in terra calida consuetudo est quod non bibatur vinum sine aqua: ideo non est credendum quod in puro vino confercerit. Competit et contento, quia illud sacramentum est rememorativum dominicae passionis; sed a latere Christi exivit sanguis et aqua, ut habetur Joan. xix. Item ad significandum effectus, et hoc dupliceiter: quia istud significat memoria passionis Christi: ergo inducit in nos effectus passionis Christi. Effectus autem est duplex: abluerre, et redimerre. Redemit nos per sanguinem suum. Apoc. v, 9: *Redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Item abluit sordes. Apocal. i, 5: *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Et haec erant necessaria, ut ablueret et redimeret. Et abluto significatur per aquam, redemptio per vinum. Item per aquam populus. Apocalip. xvii, 4: *Aqua multa populus multus.* Et per istud sacramentum populus unitur Christo: ideo per istam admixtionem significatur populum uniri Christo.

Sed quid fit de illa aqua? Dicunt aliqui quod manet. Alii dicunt quod convertitur in vinum; quia cum ponatur purum, species mutantur, et ita totum est conversum; et ita pertinet ad mysterium, quia in hoc unitas ecclesiastica continetur.

Item in hoc quod dicit, *Accipiens, significatur quod voluntarie sustinuit passionem: unde in Psalm. cxv, 13: Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.*

Item gratias egit. Et de quo? De duabus: de signo, et signato. De signo, quia de effectu; de signato, quia de passione. In quo significatur quod non solum de bonis gratias reddere debemus, sed etiam de malis ei adversis. I ad Thessal. v, 18: *In omnibus gratias agentes.* Ad Rom. viii, 28: *Diligentibus Deum omnia cooperantur.*

¹ Al. : « ut sanguis effusus. »

² Al. omittitur: « est. »

tur in bonum. Item gratias egit de institutione hujus sacramenti, quia virtute divina hoc faciebat : unde in Joan. v, 30 : *A meipso facio nihil.* Ideo gratias agit Deo Patri. Joan. xi, 41 : *Gratias ago tibi, quoniam audisti me.* In quo datur nobis exemplum, quod si Christus gratias egit, qui erat Patri æqualis, quod nos gratias agere debemus. Item gratias egit de effectu, quia effectus est salus totius mundi. Et hoc non poterat facere nisi ex divinitate. Joan. vi, 46 : *Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam.*

Sequitur, *Et dedit, ut sumerent in sacramento : et per hoc significavit quod fructus sue passionis debebat per alios aliis ministrari :* unde Apostoli possunt comparari pullis aquila, de quibus dicitur Deut. xxxii, 14 : *Sicut aquila provocans pullos suos ad volandum, et super eos volitans.* Tunc injungit usum : et primo ponit usum ; secundo verba consecrationis sanguinis ; tertio resurrectionem prænuntiat. Dicit ergo : *Bibite ex hoc omnes.* Cant. v, 4 : *Bibite et inebriamini, carissimi.* Unde signatur quod Christiani possunt communicare loco et tempore. *Hic est sanguis meus etc.* Haec sunt verba consecrationis. Et notate, quod in his verbis est differentia cum his quibus utitur Ecclesia. Ecclesia addit : *Hic est calix.* Item ubi dicit, *Novi testamenti,* Ecclesia addit, *Novi, et æterni testamenti.* Item ubi dicit, *Qui pro multis,* Ecclesia addit, *Qui pro vobis etc.* Unde ergo Ecclesia habet istam formam? Dicendum, quod, sicut dicit Dionysius, non fuit intentio Evangelistarum tradere formam sacramentorum, sed eas tamquam secretas servare : unde non inten debant nisi historiam narrare. Unde ergo habet Ecclesia? A constitutione Apostolorum : unde dixit Paulus I Corinth. xi, 34 : *Cetera, cum venero, disponam.*

Sed est questio. Car dicit : *Hoc est corpus meum, vel Est sanguis?* Quare non dicit : *Hoc converxit in corpus, aut in sanguinem?* etc. Sed duplex est ratio. Prima est, quia forma sacramentorum debent signare quod efficiunt.

Illiud quod efficiunt, est quod convertatur in corpus Christi : sed ultimus effectus est quod sit corpus, ideo ultimus effectus signari debet : ideo debet signari quod hoc sit corpus, non autem quod convertatur in corpus. In hac autem forma est aliiquid simile cum veteri, aliiquid dissimile. Simile¹ in hoc, sicut habetur Exod. xxiv, 8, quod cum legisset Moyses legem, immolavit vitulos, et obtulit sanguinem, et dixit : *Hic est sanguis fœderis Domini :* sic iste sanguis oblatus est pro salute populi. Ad Hebr. xix, dicitur, quod semel in anno Pontifex solus introiit non sine sanguine quem offert pro sua et populi ignorantia. Ostenditur autem differentia quantum ad quatuor. Primo in hoc quod sanguis ille est vitulorum, iste Christi : ideo iste est efficax ad remittendum. Ad Hebr. ix, 13 : *Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ conspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis ; quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad servendum Deo viventi?* Item ille dicebatur sanguis testamenti, sed iste dicitur testamentum. Item accepit testamentum communiter, et proprie. Communiter pro quoquaque facto, quia ita solebat esse quod in omni facto adducabantur testes. Proprie dicitur testamentum quando aliquid legatur in morte, secundum quod dicit Apostolus, quod testamentum in morte testatoris firmatur. Utroque modo competit hic, quia pactio fuit ibi : et fiebat sanguine, quia in confederacione pacis antiquitus effundebant sanguinem : ideo dicebatur sanguis fœderis. Item secundum quod ad mortuos dicitur, sic erat quoddam pactum inter Deum et homines in veteri et in nova lege, sed differenter : quia primo de temporalibus, scilicet veteris legis, sicut patet quod promisit eis terram Amorrhæorum, ideo sunt vetus, quia non innovabantur homines, sed magis inventabantur : istud autem testamentum est de coelestibus, et de supernis. Ideo supra iv, 17 : *Agite paenitentiam, approquinabit enim regnum celorum.* Idco dicit, *Novi testamenti;* ibi vero Exod.

¹ Al. : « communicari. »

¹ Al. : « similiter. »

xxiv. 8. dicebatur : *Hic est sanguis iudicis
quod pepigit Dominus vobiscum super
eructis sermonibus his etc.* Hier. xxvi,
31 : *Feriam domini Israel et domini Iuda
fodus norum. Unde : hic est enim san-
guis meus nori testamenti ; idest, dedica-
tus ad novum testamentum, in quo debe-
mus habere fiduciam. Ad Hebr. x. 19 :
Habemus fiduciam per sanguinem Christi.
Item pro morte competit : quia¹ per mor-
tem Christi confirmata est re promissio.
Item alia differentia : quia ista addit,
Nori et xterni testamenti, quod potest
referri vel ad hereditatem aeternam, vel
ad Christum, qui aeternus est. Alia dif-
ferentia est : quia in illa loco sit, habetur :
quod pepigit vobiscum ; unde ad illos
solum restrictum est illud testamentum ;
sed istud etiam ad gentes. Isa. lii, 15 :
*Ipse aspergit scilicet sanguine suo gen-
tes multis. Pro multis* ; et pro multis, et
pro omnibus : quia si consideretur suffi-
cientia I Joan. ii, 2 : *Ipse est propitiatio
pro peccatis nostris ; non² pro nostris au-
tem tantum, sed et pro totius mundi.* Sed
si consideremus effectum, non habet
effectum nisi in his qui salvantur ; et hoc
ex culpa hominum. Sed Ecclesia addit,
Pro vobis, idest Apostolis, quia ipsi mi-
nistris sunt huius sanguinis, et per istos
derivatur ad gentes. Item ponitur, *in
remissionem peccatorum*, quia ille non
poterat remittere peccata.*

Dico autem. Hic ponitur consolatio,
secundum Chrysostomum. Quia fecerat
mentionem de effusione sanguinis, per
quem signatur passio, ideo consolatur
eos, et praenuntiat gloriam suam. Et
potest quatuor modis exponi. Exponit sic
Chrysostomus, quod dominus praenun-
tiaverat passionem, ideo vult eos latifi-
care. *Non bibam amodo de genuine
vitis*, idest de vino, usque in diem illum
etc. Hoc regnum appellat regnum resur-
rectionis : tunc accepit regnum novum,
idest novo modo. Quod post biberit cum
eis, patet Act. x.

Sed quare dicitur novo modo? Quia ante
alter comedit, et post : quia ante
comedit ex necessitate, sed post resur-

rectionem non propter necessitatem,
sed ut demonstraret resurrectionis veri-
tatem.

Hieronymus dicit sic, quod per vineam
signatur populus Iudeorum. Isa. v, 7 :
*Vinea Domini exercitum domus Israel
est.* Hier. ii, 21 : *Ego plantari te vineam
electum, omne semen verum. Dico autem
vobis, quod anno non bibam* ; idest non
gaudebit anima mea de populo isto ;
usque in illum diem, cum illud bibam
vobiscum novum in regno Patris mei.
Regnum signat præsentem Ecclesiam,
novum, idest innovatum per fidem : quia
tunc convertentur, et tunc gaudebo cum
eis. Multi enim sunt conversi, et multi
convergentur. Remigius exponit sic, et
dicit quod hoc referendum est ad cære-
monias paschales ; idest, non celebrabo
de cetero hujusmodi ceremonias usque
ad statum Ecclesiæ, cum gaudebo de
innovatione Ecclesiæ. Augustinus sic : In
hoc quod dicit novum, opponitur veteri.
Vetus autem duplex est³ : poenæ et
culpæ ; et haec derivata est ab Adam, ut
habetur ad Rom. vi. Christus autem ve-
tustatem habuit poenæ, non culpa. Unde
sum simpliciter solvit nostrum duplum.
Dicit ergo : *Non bibam*, de vetustate
poenæ, usque etc. : quia depositurus erat
corpus illud ; et assumpsit in resurrec-
tione corpus glorificatum : et promittit
Apostolis quod ipsi etiam assumpt : et
signat quod non sunt diverse naturæ,
quia corpus quod assumet, erit ejusdem
naturæ, sed alterius gloriae.

5. Posita institutione novi sacramenti,
hic praenuntiat futurum scandalum
discipulorum : et primo premittitur
locus : secundo praenuntiatio, ibi, *Et dixit
illis.* Et hoc competit præmissis, et ei
quod sequitur : unde enim utroque potest
ordinari. Dicit ergo : *Et hymno dicto.*
Per hoc, exemplum duorum nobis dat :
quia primo fuit cena, et prandium mate-
riale, post quod gratias debemus redi-
dere, et Deum laudare. Psal. xxi, 27 :
*Edent pauperes, et saturabuntur, et lau-
dabunt Dominum qui requirunt eum.*
Item post illud fuit cena sacramentalis,

¹ Al. : * pro morte competit : Et quia etc. *

² Al. : et non. *

* Al. : omittitur : « est. »

post quam etiam debemus gratias agere. Unde post illud, hymnum dixit : unde illud quod post communionem dicitur in Missa, repräsentat istum hymnum ; ideo fideles debent expectare usque ad finem Missæ ut hymnum istum audiant. Et hoc est quod Joan. xvii, 1, dicitur : *Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuis clarificet te.* Et hoc dicto exierunt in montem Oliveti : mons enim Oliveti pinguedinem significat, quia olive pingues sunt : unde spiritualem pinguedinem significat. In Genes. xl ix, 20 : *Pinguis panis ejus.* Unde signat pinguedinem gratiæ et gloriæ coelestis in quam prævehitur. Psal. lxvii, 16 : *Mons Domini mons pinguis.* Oleum membra fessa quietat, dolorem mitigat, igni pabulum et claritatem præstat. Sic erit in gloria, quia amovebitur omnis labor, omnis dolor ; omnis aderit claritas. Item quod dicit, *In montem Oliveti, convenit prænuntiationi futuræ.* Per oleum misericordia signatur : sicut enim supernata aliis liquoribus, sic misericordia. Psal. cxlv, 9 : *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* Item in monte scandalum ostenditur, ut misericordia signetur prævia. *Cum eccliderit justus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam :* Psal. xxxvi, 24.

Tunc dicit... Omnes vos scandalum patiemini in me. Ille ponitur scandalum : et primo in generali ; secundo in speciali, ibi, *Respondens autem Petrus etc.* Cirea primum duo facit. Primo prænuntiat : secundo ne videatur fortuitum, auctoritatem induit, ibi, *Scriptum est enīm : Percutiam pastorem, et dispergentur oves.* Et in isto verbo aggravatur peccatum discipulorum ex multis. Primo ex universitate, *Omnes vos.* Isa. 1, 16 : *A planta pedis usque ad verticem capitum non est in eos sanitas.* Item materia taugitor : *Scandalum patiemini in me.* I ad Corinth. 1, 23 *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum.* Iudei, quia non quaerebant nisi infirmitatem carnis, scandalum passi sunt. Item aggravatur peccatum appropinquatione temporis, quia post tantas monitiones, post sacra-

menti susceptionem : unde jam oblitus erant quæ fecerat eis : unde bene comparati sunt viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo : *consideravit enim se, et abiit¹ et statim oblitus est qualis fuerit :* Jac. 1, 24. Item quia in nocte, quia qui ebrii sunt, et qui dormiunt, in nocte dormiunt : I ad Thess. v, 7 : sic etiam qui scandalizantur. Tunc subiungit auctoritatem : *Scriptum est enīm : Percutiam pastorem, et dispergentur oves.* Et scribitur Zach. xiii, 7. Et dicitur ibi : *pereute pastorem scilicet Christum et dispergentur oves :* hic autem dicitur, *Percutiam :* et satis convenienter, quia Prophetæ desiderabat quod istud fieret : ideo dixit, *Pereute pastorem* ; sed Christus in propria persona loquitur : et in isto die prænuntiat primo passionem Christi, secundo scandalum, cum dicit, *Percutiam pastorem.* Iste pastor est Christus. Joan. x, 11 : *Ego sum pastor bonus.* Et I Pet. ii, 25 : *Conversi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.* Et iste percutiuntur est, quia Deus tradidit eum : *quia proprio Filio non pepercit :* Rom. viii, 32 : et hoc propter peccata nostra. Isai. lxi, 8 : *Propter scelus populi mei percussi eum.* Item prænuntiat scandalum : *Et dispergentur oves.* Oves sunt fideles. Joan. x, 27 : *Oves meæ vocem meam audiunt.* Et sic Dens passus est ut dispergerentur, ut post congregaretur. Psal. cxlvii, 2 : *Dispersiones Israelis congregabit.* Joan. xi, 16 : *Altas oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere.*

Tunc prænuntiat gaudia resurrectionis Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam : quia licet Pater resuscitaverit eum, sicut alibi dicitur, Act. ii, 24 : *Quem Deus suscitat, solatis doloribus inferni :* tamen propria virtute surrexit, quia virtus Patris est virtus filii : ad Corinth. ult., 4 : *Sed si crucifixus est propter infirmitatem nostram, virit tamen ex virtute Dei.* Item contra illud quod dixerat quod dispergentur oves, dicit : *Præcedam vos in Galilæam.* Oves enim sequuntur pastorem : unde pastor congregat vocando eas nominatim : ideo

¹ Al. : *e consideravit, et abiit.*

dicit. *Præcedam.* Vel potest referri ad illud quod dicit. *Postquam resurrecerat.* Quia possent aliqui credere quod multum esset tempus usque ad resurrectionem suam, ideo dixit quod non multum : quia¹ *præcedit vos in Galileam.* Consciendo ejus erat quod parvus moraretur in Iudea, sed cito transibat in Galileam. Vult ergo dicere : Ante² resurgam quam possitis venire in Galileam : ut ostenderet se esse illum qui apparerit eis : ideo satis potuerunt certificari. Item quod dicit quod præcedet, seimitatem dat. Quia in Iudea persecutionem patiebantur, ideo dicit quod præcessit in Galileam, ut removat eos a timore.

Et dicit Chrysostomus quod non est intelligendum quod primo apparuerit in Galilæa. Sed hic apparet, sed non primo, immo in Hierusalem. Quare ergo magis dicit, *In Galilæam?* Galilæa interpretatur transmigratio : unde significatur quod per resurrectionem transibimus a vita mortali ad immortalē : in ista nos præcessit, quia Christus est primitia dormientium. Item signatur transmigratio discipulorum ad gentes : et in hoc Christus præcessit, corda movendo.

Respondens autem Petrus. Hic ponitur prænuntiatio de scandalō Petri : et primo ponitur occasio : secundo prænuntiatio : tertio excusatio. Secunda ibi, *Ait ei Jesus etc.* Tertia ibi, *Ait ei Petrus etc.*

Sic est quaestio literalis : quia videtur quod Petrus hoc dixerit postquam recessissent de cœnaculo ; sed Luexxi, videtur dicere quod antequam recessissent, et hinc consonat Joan. xii.

Augustinus solvit quod Petrus hoc ter dixit : et sic concordant omnes etc., quia si consideremus narrationem, ex pluribus causis hoc dicit. Ille motus fuit ex hoc quod scandalum prænuntiavit. Lue. xxii, 32, dixerat Dominus : *Ego pro te regnari, Petre, ut non deficiat fides tua.* Et tunc dixit Petrus : *Domine tecum paratus sum et in carcere et in morte ire.* Sed in Joanne dictum est alia de causa : quia Joan. xii, 33, dixit Dominus : *Quo ego rado, vos non poteris venire modo.* Tunc dixit Petrus : *Animam meam po-*

nam pro te. Ideo ter dixit : ideo potest esse quod bis dixerit³ in cœnaculo, sed semel dixit extra, sicut hic dicitur. Et potest esse quod ex fervore diebat et non considerabat virtutes suas. Tamen in tribus delinquit. Primo, quia non potius Domino creditur quam sibi, cum tamen scriptum sit ad Rom. vii, 4 : *Solus Deus verax, omnis homo mendax.* Item, quia prætulit se alii : unde dixit : *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.* Unde reputabat se aliis firmiorem ; et incidit in illud quod dicitur Lue. xviii, 2 : *Non sum sicut ceteri hominum.* Item quia attribuebat sibi quod non debebat, cum scriptum sit Joan. xv, 15 : *Sine me nihil potestis facere.* Quia ergo arroganter locutus est, ideo magis permisit eum cadere. Et hoc facit Deus quia multum odit Deus superbiam. Job. xl, 6 : *Et respiciens omnem arrogantem, humiliat.*

Ait illi Jesus : *Amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Quia putare poterat quod diebet comminatio, ideo dico tibi ; *Amen ;* idest, corde tibi dico, *quia antequam gallus in hac nocte cantet ter me negabis.* Et aggravatur ejus culpa ex propinquitate temporis, quia *in hac nocte.* Item ex multitudine, quia *ter.* Sicut ter præsumperat, ita ter negavit post præsumptionem. Job. xxxi, 27 : *Silxatum est in abscondito eor meum.*

Sed quaestio est de hoc, *Antequam gallus cantet, ter me negabis :* Quia in Mareo xiv habetur, quod antequam gallus bis vocem dederit. Secundum Augustinum potest solvi quod secundum historiam verum est quod Marcus dicit. Et quod Matthæus dicit, potest sic solvi : quod homo dicitur facere quando facit in propositio, sicut supra v, 28 : *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam muchatus est eam in corde suo.* Sic Petrus in suo proposito negavit ter, vel etiam pluries : ex quo timorem concepit quod sufficiens erat ad negandum ter, vel pluries ; ideo dicit quod ter negavit, quia jam conceperat se ter vel pluries naturum. Unde Matthæus dixit quod inte-

¹ Al. deest : & quia.

² Al. : « idest ante. » — ³ Al. : « dixerat. »

rius intendebat ; sed Marcus quod exte-
rius gessit. Vel potest aliter dici, quod
quando dico : Ego faciam istud¹ infra
tale tempus : tunc non oportet quod in
illo factum sit, sed sufficit quod incep-
tum fuerit. Unde quod dixit quod ter-
eset negaturus, non oportebat quod
ante galli cantum completum esset, sed
inchoatum.

Sequitur excusatio Petri : *Ait ei Petrus etc.* Excusat se Petrus, *quia si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Et tamen
timuit, quia ad vocem ancillae negavit.
Hieronymus dicit, quod nescivit quid di-
ceret : *quia solus Christus moriturus*
erat, ut solus esset redemptor. Isa. lxiii,
3 : *Torcular calcavi solus.*

Deinde ponit affirmationem, scilicet
aliorum : *Similiter et omnes discipuli*
dixerunt. Unde dixerunt sieut et Petrus ;
tamen ali i meliore causam habebant
quam Petrus se excusandi, quia alii sine
assertione.

Tunc venit Jesus in villam quæ dicitur Gethsemani. In ista parte ponitur præpa-
ratio qua est per orationem : et tria fa-
cit. Primo ponitur propositum orandi ;
secundo necessitas orandi ; tertio diffe-
rentia. Secunda ibi, *Et assumpto Petro etc.* Tertia ibi, *Et progressus pusillum,*
procidit in faciem suam. Circa primuum
duo facit. Primo ponitur locus ; secundo
prænuntiat propositum, *Et dixit discipu-
lis suis.* Dicit ergo : *Tunc venit Jesus in*
villam quæ dicitur Gethsemani. Contra-
rium videtur quod dicitur in Joan. xviii,
4 : *quod egressus Jesus venuit trans torren-
tem Cedron.* Unde notandum, quod villa
erat in pedemontis Oliveti, nude idem erat
loens ; et veniebat ibi post eumnam quasi
ad spatiendum. Tunc prænuntiat propo-
situm orandi : *Et dixit discipulis suis :*
Sedete hic, donec vadam illuc, et orem. Simile habetur Gen. xxii, 5 : *Dixit Abra-
ham ad pueros suos : Expectate hic cum*
*me, et ego et puer illuc usque properan-
tes, postquam adoraverimus, revertemur*
ad eos.

Sed hic movet Damascenus quaesio-
nem. Oratio est ascensus in Deum ; intel-

lectus autem Christi conjunctus erat Deo :
quomodo ergo indigebat Deus, qui fa-
ciebat²? Unde dicatur, quod ipse orabat
non propter se, sed propter nostram utili-
tatem. Et haec duplex est : quia oravit
ut daret nobis exemplum, ut in tribula-
tione recurramus ad Dominum. Psal. cxix,
1 : *Ad Dominum cum tribularer clamavi.* Item
ut ostenderet se esse ab alio et quod
ab alio, habebat : unde dicit Joan. v, 30 :
*Non potest Filius a seipso facere quic-
quam.* Et ibid. viii, 28 : *Ego a meispo
facio nihil.* Item ad excludendum erro-
rem : quia dicebant aliqui quod non es-
set eadem virtus Patris et Filii. Joan.
viii, *Ego honorifico Patrem meum.* Dat
Ergo exemplum orandi, et quomodo sit
orandum. Prima enim conditio orationis
est quia debet esset humilis oratio : quod
signatur, quia ivit in vallem. Judith ix,
16 : *Humilium et mansuetorum semper*
tibi placuit deprecatio. Item debet esse
devota : unde in Gethsemani, scilicet in
in villa pinguedinis Psal. lxii, 6 : *Sicut*
adipe et pinguedine repleatur anima mea. Item
quod sit solitaria ; sieut supra vi, 6 :
Intra in cubiculum tuum, et clauso ostio
ora patrem tuum.

*Et assumpto Petro et duobus filiis Ze-
bedai etc.* Ille prænuntiat necessitatem
orationis : et haec erat tristitia. Et primo
ponit testes tristitiae ; secundo ostendit
tristitiam ; tertio repellit. Secunda ibi,
Capit constrictari et mortus esse ; terlia
ibi, *Sustinet hic, et vigilare meum.* Dicit
ergo : *Et assumpto Petro, et duobus filiis*
Zebedai etc. Tres secum assumpsit. Et
quare istos p[re] aliis? Una ratio : quia
isti firmiores erant ; et quia omnes scan-
dalizabat infirmitas, ideo magis istis in-
firmitatem suam voluit monstrare quam
aliis. Item ostenderat eis gloriam ; ideo
volet quod sicut viderant gloriam, ita
videnter infirmitatem, ut cognoscerent
quod nec infirmitas gloriam, nec gloria
absorberet infirmitatem.

Sequitur ostensio infirmitatis : et primo
facto ; secundo verbo. Et secundum hoc
tria facit : quia primo dicitur secundum
qua[es] Christus tristatus est ; secundo qua-

¹ Al. : « quod dicendo quando ego faciam istud etc. »

² Al. : « quomodo ergo indigebat? Deus erat qui faciebat. »

re tristatus est : tertio quomodo tristatus sit. Quo ad primum *eripit contristari et mortus esse*. Hic cavendi sunt duo errores : quia quidam dixerunt quod tristatus est secundum divinitatem : et hoc non potest esse, quia passibilis erat ; sed divinitas non erat passibilis. Item opinio Arianorum, alias Eunomii, erat quod in Christo non erat anima, sed Verbum loco animae. Et quare hoc dicebat? Ut omnia quae ad defectum pertinent, ad Verbum referrentur, ut ostenderetur minor Patre. Et hoc falsum est. Ideo passus est secundum quod pati potuit, idest secundum animam. *Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem.* Non dicit, Ego sum tristis : quia *ego* est ostensivum personæ : sed non tristabatur in quantum Verbum, sed secundum animam : ideo excluditur error et Arii, et Apollinarii ; item Manichæi, qui ponit eum non vere passum. Unde patet secundum quod tristatus est.

Sed quare tristatus est? Diversa sunt verba Sanctorum. Quia Hilarius et multi alii dixerunt, quod non tristatus est propter se nec propter mortem suam, sed propter scandalum discipulorum. Et hoc vult probare per hoc quod assumpsit eos. Damascenus dicit, quod tristabatur pro seipso. Et quare? Quia tristitia inest ex hoc quod caremus eo quod naturaliter amamus. Anima naturaliter vult uniri corpori : et istud fuit in anima Christi, quia comedit, et bibit, et esuriit. Ergo separatio erat contra naturale desiderium ergo separari erat ei triste. Tamen possumus intelligere quod aliquid inest animæ secundum se, et aliquid inest animæ per comparationem ad aliud sicut amara potio secundum se considerata dolorosa est, sed relata ad finem nostræ salutis, est causa gaudii. Sicut aliquid est rationis ut natura est et aliquid rationis in quantum ratio ; ista mors Christi erat materia tristitiae secundum quod considerabatur secundum se ; sed secundum quod referabatur ad rationem, referendo ad finem, sic gaudebat. Ideo verba Hilarii et Hieronymi intelliguntur referendo ad them.

Item queritur quomodo tristitia cedit in Christo. Ideo notandum, quod quandoque tristitia accidit secundum passionem, aliquando secundum pro passionem. Secundum passionem, quando aliquid patitur et immutatur ; sed quando patitur et non immutatur, tunc habet propassionem. Sed quandoque hujusmodi sunt in nobis, ita quod ratio immutatur, et tunc passiones sunt completeæ, quando autem ratio non immutatur¹, tunc est propassio. Sed in Christo nunquam fuit ratio immutata ; ideo fuit propassio, et non passio : unde signanter dicit Evangelista, *Cripit tristari*. Item dicit Augustinus, quod nos habemus tristitiam ut contractam, Christus autem ut assumptam. Illud enim contrahitur quod nascono per originem habetur. Sed Christus assumpsit naturam nostram ut voluit ; ideo non fuit necessitas quod possibilitatem acciperet ut tristitiam, sed a voluntate. Item notandum quod dicit Damascenus : quia in nobis motus passionum² prevenit rationem, quia aliquando est in nobis passio, et aliquando propassio : in Christo autem non fuit nisi propassio, et nunquam fuit in Christo quod motus insurgeret in inferioribus viribus animæ, immo suberant totaliter inferiores vires rationi ; et quando volebat, permittebat agere inferiores vires secundum quod eis erat naturale. Ideo alius Evangelista dixit, quod turbavit scipsum, quia isti motus non potuerint accidisse, nisi secundum quod voluit.

Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Notate, quod dicit, *Usque ad mortem*, per quam satisfaciam pro isto scandalô et pro alis. Vel secundum aliam expositionem. Non credatis quod in perpetuum debeat durare : quia quamdiu corpus erit passibile, et hoc est usque ad mortem, tristis est anima mea ; et tunc glorificabitur.

Deinde excludit alios : *Sustinete hic, et vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, et dicens.* Supra tetigit causam tristitiae ; hic autem agit de ordine orationis Christi. Et quia ter oravit, ideo dividitur haec

¹ Al. : « immutata. »

² Al. : « actionum. »

pars in tres secundum tres orationes. Et circa primum duo facit. Primo ponit orationem orantis; secundo increpat discipulorum defectum, ibi, *Et venit ad discipulos etc.* Et in prima primo ponit conditionem orantis; secundo tenorem orationis. Triplex autem conditio commendatur: quia primo notat solicitudinem; secundo humilitatem; tertio devotionem. Solitudinem, quia *progressus pusillum*: quia etiam ab illis quos elegat se separavit. Supra vi, 6: *Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso otio ora patrem tuum in abscondito.* Sed notate, quod non multum, sed pusillum; ut notaret quod non longe est ab invocantibus eum. Psal. cxliv, 18: *Prope est Dominus omnibus invocantibus.* Item ut viderent cum orantem, et formam acciperent; ideo sequitur humilitas: *Et procidit in faciem suam*: unde exemplum humilitatis ostendit. Et primo propter humilitatem communem, quia humilitas necessaria est ad orationem. Eccl. xxxv, 21: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Item propter humilitatem specialem, scilicet Petri, quia dixerat: *Si oportuerit me mori tecum me, non te negabo.* Ideo Dominus procidit, ut signaret quod non debebat de sua virtute confidere. Supra xi, 29: *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde.* Item signatur conditio pietatis, sive devotionis¹, cum dicit, *Pater mi*: necessarium enim est oranti ut ex devotione ore: unde dicit, *Pater mi*, quia ipse singulariter Filius, non autem per adoptionem, Joan. ult., 17: *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum*; quasi, aliter meum, et aliter vestrum.

Consequenter tenorem orationis sub jungit: *Si possibile est, transeat a me calix iste.* Ista oratio tripliciter potest exponi: et quoicumque modo exponatur, duo sunt consideranda. Primo considerare debetis in communii quantum ad omnes: quia, secundum Damascenum, oratio est ascensus mentis in Deum: unde oratio est secundum mentem, vel secundum superiorem rationem; sed tamen infra Deum constitutam, supra ta-

men humanam naturam, vel sub divina voluntate. Quid ergo debet intelligi? Secundum quod est cum superior ratio descendit ad ista inquantum decet, tamen quod semper subdatur rationi divinae; et hoc notatur cum dicitur: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*: quia superior ratio sequitur voluntatem naturae, non tamen simpliciter; idest, si relata superiori, non repugnat. Unde vult dicere: Volo quod impleatur quod volo, st non repugnat tua justitia; sed volo tuam justitiam impleri. Et in hoc docet exemplum qualiter affectiones debemus ordinare, quia ita debemus ordinare quod non a regula divina dissonent. Unde non est grave quod aliquis quod grave est nature refugit, dum tamen ordinet ad voluntatem divinam. Item potest exponi, secundum Chrysostomum et Origenem, ita, quod per calicem significetur passio Christi, de quo in Psal. cxv, 13: *Calicem salutaris accipiam etc.* Constat quod Christus habuit naturalem hominius voluntatem; hoc autem est quod mortem refugiat: ideo ut hominem se ostendat, petit transire calicem a se; et haec est ita naturalis, quod petitionem non amovit ab eo. Item dixit: *Si possibile est, transeat calix*, idest passio; sed non absolute dico, sed si possibile. Et quia posset aliquis credere quod dubitaret an esset Deo possibile: ideo ostendit quod est possibile: quia *omnia tibi possibilia sunt*: Marc. xiv, 36: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*; idest, si congruit justitiae tuae, volo: ideo dicit: *Non sicut ego volo.* Unde duas tangit voluntates: unam quam habebat a Patre² inquantum bonus, quam unam habebat cum Patre³; et in hoc confunditur error multorum: item aliam voluntatem inquantum homo, et istam voluntatem in omnibus submittebat Patri, in hoc dans nobis exemplum, quod voluntatem nostram voluntati Dei submittamus. Joan. vi, 38: *Descendi de cõlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris.* Secundum Hieronymum, non petebat sim-

¹ Al.: « conditionis. »

² Al.: « unam habebat a Patre. »

³ Al. omittitur: « quam unam habebat cum Pare. »

pliciter : sed ut iste calix transiret videbat se passum a Iudeis. Volebat igitur quod transiret, id est quod ita redimeret mundum quod non esset delictum Iudeorum. Rom. xi, 11 : *Dilectum Iudeorum salus est gentibus.* Hilarius vero dicit sic. Non rogat Dominus ut non moriatur, sed rogat ut calix in alios transeat ; quasi dicat : Accipiam calicem eum fiducia. Rogo ut discipuli mei sine diffidencia accipiant. Sed quare dicit, *Ni possibile est?* Quia hoc videtur contra naturam quod mortem sine dolore accipiant : unde vult dicere : Ego vellem alios non pati, si possibile esset : sed fiat sicut vis, id est secundum tuam ordinacionem.

Et venit ad discipulos suos. Illic increpat discipulorum defectum. Et primo ponitur defectus : secundo increpatio ; tertio admonitio ; quarto causa admonitionis. Cum orasset, *venit ad discipulos, et incepit eos dormientes.* Et istud habet rationem secundum litteram, quia iam pars noctis transierat, ideo somno erant gravati. Item causa erat, quia tristes erant, et tales facile subrepit somnus. Prover. xvii, 22 : *Spiritus tristis desiccat ossa.* Item signatur quod Christo ascendeante pro nobis ad passionem, multi dormiere, sicut *dormitaverunt omnes et dormierunt* : supra v, 5. *Et dicit Petro :* *Si non potuistis una hora vigilare mecum?*

Sed quare magis dixit Petro ? Ratio est, quia Petrus magis se jactaverat quod assisteret ei in necessitatibus ; ideo iam erat futurum prasagium casus sui, *Non potuistis una bona vigilare mecum ?* Et quae est ratio quod omnibus postea dixit ? Quia omnes promiserant cum Petro : unde dictum est supra : *Similiter autem et omnes dixerunt.*

Vigilate, et orate, ut non intretis in temptationem. In ista parte subjungitur. Vos de vobis confiditis, sed vos debetis refugere ad suffragia orationis : unde *orate ne intretis in temptationem.* Unde supra vi, 13, in oratione communii docet hoc petere : *Et ne nos inducas in temptationem.* Ut praemittit vigilantiam ad preparacionem. Eccli. xviii, 23 : *Ante orationem prepara animam tuam,* id est, necessa-

ria est prudentia. Supra x, 16 : *Estote prudentes sicut serpentes.* *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma;* quasi dicat ; Quod promittis, ex promptitudine est spiritus, sed lamen non est necessaria oratio propter spiritum, sed propter carnem, quia infirma est ; ideo necessaria est vigilancia. Simile est quod Apostolus dicit Rom. viii, 10 : *Corpus quidem mortuum est propter precatum, sed spiritus rivit propter justificationem.*

Sed notandum, quod omium caro est infirma, sed non omnium spiritus est promptus. In matis siquidem sicut caro est infirma, ita et spiritus. E contrario in bonis, quia spiritum habent promptum ; et ideo in resurrecti spiritus reddit corpus promptum. Vel potest esse duplex infirmitas. Una mala que inclinat ad peccatum, secundum quod dicit Apostolus ad Rom. vii, 18 : *Non habitat in carne mea bonum.* Alia infirmitas bona, secundum quod carnalis defuit secundum promptitudinem, secundum quod dicitur in Caut. v, 8 : *Nuntiate dilecto, quia amore langueo.* Et ex ista causa debet homo vigilare, sicut dicit Origenes, sicut qui habet magnum thesaurum, diligenter vigilat ut illud custodiat.

Iterum secundo abiit, et oravit. Illic secundo orat. Secundum Chrysostomum, ad hoc secundo orat ut firmius veritatem humanae naturae ostendat. Unde in Gen. xli, 32 : *Quod secundo vidisti, firmitatis indicium est,* quod autem dicit : *Si non potest transire calix hic nisi bibam illum, fiat voluntas tua;* potest tripliciter exponi. Primo sic. Supra sub conditione petierat : hie autem, quia fuit certificatus quod non poterat esse quin illum biberet, ideo petit ut fiat voluntas ejus : quasi dicat : Si non potest esse quin transiturus sim ad gloriam immortalitatis : quia mortalitas non erat contracta, sed assumpta : ideo sive peteretur, sive non, erat transiturus ad gloriam immortalitatis. Sed non poterat transire a se et a membris : unde si non biberet, non transiret a membris. Vult ergo dicere : Si non potest transire a me et a membris, *fiat voluntas tua.* Psal. xxxix, 9 : *Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui.* Secundo exponit sic Hieronymus :

Si non potest fieri quod veritas transeat ad gentes, nisi Judæi excedant, *fiat voluntas tua*: eorum enim delicto, salus gentibus facta est. Hilarius sic exponit. Si non potest fieri quod alii sancti bibant calicem passionis nisi exemplo meo, *fiat voluntas tua*; quia alii sancti ex passione Christi exemplum cuperunt. Vult ergo dicere: Si non potest transire a me in discipulos, nisi ego bibam, ut fortiores efficiantur ad bibendum, *fiat voluntas tua*.

Consequenter ponitur secunda dormitio discipulorum: *Et venit iterum, et invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati; summo, idest propter somnum, et propter tristitiam.* Psal. xxx, 10: *Turbatus est in ira oculus meus.*

Et relictis illis, iterum abiit et oravit tertio. Ille de tercia agit oratione: et duo facit. Primo ponit ordinem; secundo concessionem somni, ibi, *Tunc venit ad discipulos etc.* Dicit: *Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio, eundem sermonem dicens.* Sed quid signat quod ter oravit? Ter oravit, ut nos a malis praesentibus, preteritis et futuris liberaret. Item ut orationem nostram doceret ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum dirigendam: unde in orationibus Ecclesia semper dicitur: Gloria Patri et Filio et Spiritu sancto. Item ut tria oratione trinam Petri negationem liberaret. Lue. xxxii, 32: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.* Item ter oravit contra tres timores. Est enim timor contra concupiscentiam: est enim triplex concupiscentia, curiositatibus, superbie, et carnis; et ista triplex tangit ¹ Joan. n, 16: *Omnis quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbie vita.* Iste triplici concupiscentiarum triplex timor respondet; scilicet concupiscentiae carnis, timor doloris: concupiscentiae oculorum, timor paupertatis; concupiscentiae superbie, timor opprobrii et ignominiae. Et hæc passus est Christus, non quia indigeret, sed pro nobis. *Tunc venit ad dis-*

cipulos suos, et dixit illis. Et primo indulget somno: secundo excitat, ibi, *Surge eamus.* Primo dat licentiam; secundo causam assignat, ibi, *Ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur.* Christus prima vice invenit eos dormientes, et increpavit eos; secundo invenit eos dormientes, et tacit; tertio invenit eos dormientes, et somnum concessit. Quæ est ratio? Ratio litteralis est, quia prælati datur forma correctionis: quia quando venit ad aliquem, et invenit dormientem, nescit si ex negligentia ei accidit, vel ex infirmitate. Et potest indulgere. Item quia post resurrectionem invenit dormientes, et eis exprobavit, Lue. xxiv, 25: *O stulti et tardi corde ad credendum.* Item visitavit post acceptum Spiritum sanctum, et tunc nihil dixit, quia adhuc erant infirmi, quia adhuc legalia observabant, ut dicatur de Petro ad Gal. ii. Sed ultimo in suo adventu visitabit et dimittet eos in quiete sancta et pacifica. Psal. iv, 9: *In pace in idipsum dormiam et requiescam.* Secundum Augustinum, concedit eis et supra negavit; sed alius est hic somnus et supra. Quia est somnus aggravationis, et de hoc loquitur supra: unde dicitur: *Erant oculi eorum gravati, somno: et hoc est increpandum: hic autem somnus est somnus quietis, et iste permittetur.* Item est somnus propter turbationem, et hic prohibetur. De isto dicitur ad Eph. v, 14: *Surge qui dormis, et exurge² a mortuis.* Aliquando enim est somnus³ propter quietem corporis: sed tamen anima vivitat. *Ego dormio, et cor meum vigilat:* Cai. v, 2. Item quia laborantem erant, ideo oportebat quod quiescerent. Tunc ea sam assignat: *Ecce appropinquavit hora.* Non hoc habuit ex aliqua necessitate facere, sed ex ordinatione divina. Joan. vii, 30: *Querabant eum, et non poterant manus injicere in eum, quia nondum venerata hora ejus.* Sed hæc hora venerata. Joan. xiii, 1: *Sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Sed possunt dicere: Si hora est ex ordinatione divina, ergo non pec-

¹ Al.: « et renit etc. »

² Al.: « resurge. »

³ Al. omittitur: « est somnus. »

cant occidentes eum. Ideo cum hoc ponit p̄ecatum : *Et Filius hominis tradetur in manus peccatorum*; idest, non faciunt hoc sic ex ordinatione divina, sed ex impietate voluntatis sua. Hier. xii, 7 : *Dedit dilectum omnium meum in manus inimicorum ejus*. Tunc ponit excitacionem : et primo ponit eam; secundo necessitatem, ibi, *Ecce appropinquavit hora*. In hoc autem quod dicit, *Surgite, promptitudinem suam ostendit*: unde Joan. xviii dicunt, quod oenirat eis. Et quare? *Ecce appropinquat qui me tradet*. Prope erat : non quod oculo corporali videret, sed ipso spiritu, oculo scilicet divinitatis.

Sed quomodo dixit eis, *Surgite, cum licentiasset eos dormire?* Solvit Augustinus, quia improperando dixerat; quasi dicat: *Dormiatis quantum volueritis, ecce appropinquabit hora etc.* Et dicit Augustinus, quod istud sufficeret, nisi melius occurret; ideo dicit aliter quod isti dormierunt aliquantulum, et cum dor-missent, dixit, *Surgite canus*.

6. Supra posita sunt præparatoria ad passionem, scilicet institutio sacramenti et oratio Christi: hic autem ponit passionem quantum ad ea quæ a Judæis sunt illata. Et primo ostendit quo modo capitur; secundo quo modo examinatur; tertio quo modo condemnatur. Secunda ibi, *Principes autem sacerdotum et omne concilium querabant falsum testimonium contra Jesum*. Tertia ibi, *Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua*. Circa primum tria facit. Primo agit de proditione; secundo de captione. Tertio quo modo ductus est post captionem. Secunda ibi, *Tunc accesserunt, et manus injecerunt in Jesum*; tercia ibi, *At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham*. Circa primum tria facit. Primo describit personam proditoris; secundo signum proditionis; tertio complementum. Secunda ibi, *Qui autem tradidit eum, dedit illis signum*. Tertia ibi, *Et confestim accedens ad Jesum, dixit, Ave Rabbi*. Describit proditorem ex tribus. Primo ex nomine; secundo ex dignitate; tertio ex societate. Ex nomine : *Aduce eo loquente, ecce Judas etc.* Lo-

quent se illicet verba haec, quibus eis fiduciam adhibebat, *ecce Judas*, qui dicitur confitens. Duo fuerunt Iudei, quorum unus est malus, alter bonus, ad signandum quod quidam confitentes in Ecclesia futuri erant boni; Rom. x, 40 : *Ore autem confessio fit ad salutem*: quidam futuri mali ad Tit. i, 10 : *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*. Consequenter describitur ex dignitate. *Unus ex duodecim*: quia licet in tanta esset dignitate constitutus, in tantum tamen scelus eccecidit. In quo datur exemplum quod nullus de statu suo debet confidere¹. Apostolus I Corinth. x, 12 : *Qui stat, videat ne cadat*. Joan. vi, 71 : *Nonne vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Et quare elegit eum, cum sciret ipsum futurum malum? Ratio una est, ut daret exemplum prælati ut non desolarentur. Item describitur ex societate: *Et cum eo venit turba multa etc.* Sicut habuit crudele animum, ita crudele societatem, quia omne animal sibi simile appetit. Et hoc describitur, quia *multa*. In hoc notatur quod erant stulti, *stulti enim sunt in multitidine*. Eccl. i, 13 : *Stultorum infinitus est numerus*. Et ipsi bene stulti erant, quia sapientiae contradicebant. Item erant armati, quia *cum gladiis et fustibus*. Et quæ est ratio? Origenes dicit, quod multi credebant in eum, et ideo timabant ne eum turba ab eis raperet. Item quia dicebant, supra xii, quod in Beelzebub dæmonia ejiciebat; ideo ut nulla potestas tineretur eum, venerunt armati. Item describitur ab auctoritate, quia *misi erant a principibus sacerdotum et senioribus populi*: unde instruti erant corum auctoritate, ita ut nullus eis contradiceret, ut impletum sit quod dicitur in Psal. ii, 2 : *Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus*.

Consequenter agitur de signo proditionis: *Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens etc.*

Sed hic est quaestio. Cum esset notus in Judæa, quare petebant signum? Ratio duplex potest esse. Una, quia audierat

¹ Al. deest : « bumen. »

² Al. : « se confidere. »

Judas quod Christus transfiguratus erat in monte, et credebat hoc esse factum arte magica; ideo prævenire voluit per osculi signum, antequam posset se transfigurare. Hanc expositionem ponit Hieronymus. Origenes autem dicit sic: quia sicut manna in deserto unicuique sapiebat id de quo opinabatur, sic Christus apparebat unicuique secundum quod habeat opinionem de ipso; ideo fuit necessarium quod signum daret. Dedit mirabile signum, quia quemcumque osculatus fuerit, ipse est, tenete eum. Signum amicitiae fecit signum proditionis. Proverb. xxvi, 6: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulentu oscula inimici.*

Et confestim accedens ad Jesum, dixit, Ave Rabbi: et osculatus est cum. Ille ponitur complementum proditionis. Et primo signa demonstravit; secundo cœpit agere. Et ostendit primo dicto, cum dicit, Ave Rabbi; secundo facto, Et osculatus est cum. Simile habetur II Reg. xx, 1, quod Joab tenuit mentum Amasæ, et interfecit eum.

Sed quare non venit statim ad eum, sed primo salutavit? Una ratio est propter reverentiam magistri. Item primo salutavit eum, quia timebat ne priusquam eum manifestaret, se primo posset transfigurare.

Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Et potest illico legi interrogative, tunc potest legi quod per opprobrium dictum est; ac si dicas: Tu ostendis amicitian per osculum; et venisti perdere me? secundum illud Psal. xxvii, 3: Loguntur pacem in ore suo, mala autem in cordibus eorum. Et dixit, Amice. Quoties amicum aliquem vocat, improphanudo loquitur: unde dictum est supra xxii, 12: Amice, quomodo hoc intrasti, non habens vestem nuptialem? Et alibi. xx, 13: Amice, non facio tibi injuriam. I Joan. iv, 19: Non enim prius dileximus eum, sed ipse prior dilexit nos. Vel potest legi remissive; et non est verbum imperatorum, sed permissivum, Amice, ad quid venisti? secundum illud Joan. xii, 27: Quod facis, fac citius. Et vocat eum amicum quantum est de se: quia cum

his qui oderunt pacem, eram pacificus: Ps. cxix, 7. Et licet sciret eum osculatum esse, tamen occurrit ei.

At illi tenentes¹, manus injecerunt in Jesum. Nunc agitur de captione. Et primo ponitur severitas captionis; secundo testimonium; tertio reprehensio discipuli. Circa primum tria facit: quia primo dicit quomodo ministri eum capiunt; secundo quomodo quidam discipulus impeditre volebat; tertio quod Christus reprehendit eum. Dicit ergo: At illi tenentes, injecerunt manus in Jesum. Isa. i, 15: Manus vestrae sanguine plena sunt. Ipse enim tradidit se. Hier. xii, 7: Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum ejus. Tunc ponitur quomodo unus discipulus invasit invadentes. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum exemit gladium suum. Quis fuit iste? Dicendum quod Petrus: unde sicut supra xvi, voluit passionem Christi impedire, sic et hic. Unde habuit occasionem? Ex eo quod habetur Luc. xxii, ubi Dominus praecepit, quod emant gladios; et hoc intelligentes crediderunt quod gladii essent necessarii; unde habebant cultellum ad incidentium agnum. Ideo Petrus habuit unum. Percutiens servum principis sacerdotum, amputavit ei auriculam. Non credatis quod habuit tempus deliberationis quod auriculam amputaret; sed proiecit icum; et eum vellet percutere eum ad mortem, accedit quod auriculam amputavit. Nomen istius erat Malchus, qui interpretabatur rex. Et signat abscissionem regni a populo Judaico, et tamen factus est servus principum sacerdotum, id est Romanorum: hinc Petrus abscedit auriculam. Per auriculam, anditus signatur: et hic est duplex: scilicet dexter, per quem signatur vita alterna; sinister, per quem temporalis. Amputarit auriculam ejus: quia a populo Iudeorum doctrinam spiritualium amputavit; et hoc factum fuit occasionaliter quod gentes reperierint dexteram, quia Petrus primo prædicavit gentilibus; et ita amputavit dexteram trahendo gentiles ad filium. Tunc uit illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum. Ille ponitur repre-

¹ Pro tunc necesserunt etc.

hensio. Et primo reprehendit Petrum; secundo ministros : *In illa hora dicit Jesus turbis etc.* Et primo ponit admouitionem; secundo rationem admouitionis assignat. *Omnis enim qui acceperint gladium, gladio perirent.* Dicitur : *Tunc uis Jesus : Converte gladium tuum in locum suum.* Venerat ut voluntarie pateretur, ideo nollebat defendi. Et in hoc dabat exemplum ut martyres potentes pro Christo non defenserent se. Deinde rationem assignat : et primo ex pena; secundo ex voluntate Christi; tertio ex auctoritate. Secunda ibi, *An putas quia non possum rogare Patrem meum etc.*: tertia ibi, *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ?* Primo mitigat ex terrore poenae, dicens : *Omnis qui acceperint gladium, gladio perirent.*

Sed moveat questionem Augustinus : quia non omnes qui gladio ferunt, gladio perirent, sed aliquando febre : ideo potest exponi tripliciter, secundum quod triplex est gladius. Est gladius materialis, de quod in Psal. xxxvi, 14 : *Gladium evaginaverunt peccatores.* Item divinae sententiae, de quo Ilie. xix, 7 : *Subvertit eos gladio.* Item divini verbi, Eph. vi, 17 : *Et gladius spiritus accipite, quod est verbum Dei.* Potest ergo intelligi de omnibus istis. De gladio materiali : quia qui gladio perimit, gladio perirebit, id est suo, non alieno. Unde Psalm. xxxvi, 15 : *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Item potest exponi de gladio condemnationis, de quo habetur Gen. iii, quod Dominus gladium versatilem posuit ante paradisum : unde qui alios condemnant, divina sententia condemnabuntur. Vel aliqui propria auctoritate accipiunt quod non habent ab alio, et tales gladio perirent.

An putas quod non possum rogare Patrem meum etc. Ille assignat rationem ad mitigandru animum Petri, dans intelligere quod voluntarie patiebatur, et quod poterat effugere. Et quia videbat enim præsumptum, ideo dicit : *Non possum rogare Patrem meum?* Et non dicit, non possum vocare, vel adducere, sed rogare. Dicit enim verba hominis, quia

orare hominis est. *Et exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Et istud dictum est secundum infirmitatem animi Petri. Ita Petrus se habebat quod deberet eum defendere, et indigeret auxilio hominum ; ideo vult dicere quod si auxilio hominum posset defendi, multo magis Angelorum : sed non erat necessary, quia magis Angeli sustentantur per ipsum.

Sed quid est quod dicit : *Duodecim legiones Angelorum?* Dicendum, quod societas apud Graecos dicitur phalanga, apud Romanos legio ; et habebat sex milia hominum : unde duodecim legiones sunt septuaginta duo¹ millia, et tot sunt lingua hominum, sicut habetur ex Gen. xi. Unde vult dicere : Si omnes homines insurgerent contra me, posset Dominus mittere contra quamlibet linguam mille Angelos : et si unus Angelus destruxit tot millia, ut patet Isa. xxxvii, multo magis mille poterunt occidere unam linguam. Job xxv, 3 ; *Nunquid est numerus militum ejus?* Et Dan. vii, 10 : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.* Remigius dicit sic, Quicumque faciunt voluntatem Dei, possunt diei Angeli, idest nuntii. Isa. xviii, 2 : *Ite Angeli veloces ad gentem convulsam et dilaceratam.* Quicumque enim obsequuntur Deo, Angeli dicuntur. Psal. cii, 4 : *Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.* Potest ergo per legione in intelligi legio Romanorum : unde Dominus posset adducere et provocare legiones Romanorum ad destruendos Judeos, sicut post sub Tito et Vespasiano factum fuit. Ex isto loco destruxerunt quidam opinionem illorum qui dicebant, quod non poterat Dominus facere nisi quod facit : quia si poterat legiones conuocare quas non convocabit, constat quod potest facere multa quæ non facit.

Quomodo ergo implebuntur Scripturæ? Ille ponitur tertia ratio quare non debet impedire : quia ita Scripturæ dixerunt, et ideo sic oportet fieri. Et non dicit quae Scripturæ, quia omnes prophetæ dixerunt, vel occulte, vel manifeste. Unde

¹ AL. : « septuaginta. »

Luc. ult. 29 : Nonne oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam?

In illa hora dixit Jesus turbis. In parte ista redarguit ministros; et duo facit. Primo commemorat factum; secundo irrationabilitatem facti, cum dicit : *Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me.* Job. xvi, 10 : *Infremui contra me dentibus :* quia exierunt ac si esset latro; sed ipsi magis veniebant ut latrones. Latro latet ut non capiat; sed Christus offert se in manifesto. Et latrones si nocere volunt, non nocent in publico; sed Christus se offerebat. Unde dicit : *Quotidie apud vos eram docens in templo, et non me tenuistis :* ideo venistis ut ad latronem. Ut enim daret opportunatatem, exivit civitatem. *Quotidie apud vos eram docens in templo.* Simile habetur Joan. xviii, 20 : *In occulto locutus sum nihil.* Et dicit, *Docens in templo.* Haec erat consuetudo sua semper ut doceret in templo. *Et non me tenuistis :* unde palet quod sicut ad latronem venistis.

Consequenter ponitur testimonium : *Hoc autem totum factum est, ut impletur Scriptura Prophetarum.* Et non dicit quorum, quia quasi in omnibus habetur. Psal. xxi, 17 : *Foderunt manus meas et pedes meos, et dividaverunt omnia ossa mea.* Et Isa. lxxii, 3 : *Reputavimus cum novissimum virorum, virum dolorum.* Et dicit, *Ut impletur.* Ly ut potest teneri causative, et sic non tenebit hic; vel consecutive, et sic accipitur hic. Quia enim Prophetae dixerunt, non accedit; sed ideo praedixerunt, quia accedere debebat; unde sensus est : *Ut adimplerentur;* idest, hoc facto adimpletum est quod per Prophetas praedictum erat.

Tunc discipuli omnes, redicto eo, fugrunt : ita quod completeretur quod dicitur in Psalm. xxxvii, 12 : *Derebuerunt me amici mei et proximi mei.*

Sed quare non a principio dereliquerunt? Respondeat Hieronymus : Quia scriptum est, Joan. vii, 30, quod *quarebant eum, et nemo misit in eum monum,* quia nondum venerat hora ejus. Unde a principio credebant quod se liberare posset, et se defendere; sed cum vide-

runt quod captus esset, et quod non vellet se defendere, fugerunt, et derelinquerunt eum.

7. Supra actum est de captione Christi; nunc agitur quo sit ductus; et describitur locus, et societas convenientium ad locum. Dicit ergo : *At illi, scilicet qui tenuerunt eum, duixerunt eum ad Caipharam.* Iste Caiphas erat pontifex anni illius secundum Hieronymum : secundum quod habetur Joan. xi, 49 : *Cum autem esset pontifex anni illius.* Jam enim sacerdotium non secundum legis praeceptum agebatur. Mandaverat Dominus quod Aaron et filii ejus essent sacerdotes jure hereditario, ita quod mortuo uno remuneret alter sacerdos. Sed post, ambitione crescente, non potuerunt pati; sed subiecta Iudea Romanis, iste Caiphas emerat sacerdotium a Judaeis, emerat a Pilato; ideo iniquus erat princeps : et non mirum, si iniquus index sive princeps, iniquum facit judicium. Et hoc convenit mysterio : quia sicut passio Christi erat oblatio veri sacrificii, sic et locus congreuere debebat, ut Christus, qui est sacerdos in aeternum, in domo pontificis offerretur. Caiphas investigator interpretatur; et potest referri ad malitiam qua Christum condemnavit.

Sed hic est questio : quia Joan. xvii, dicitur quod primo duxus est ad Annam. Et hoc intelligendum est esse verum : convenerant enim ad dominum Annae, et ibi congregati erant : et in hoc apparet malitia eorum : quia cum intenti esse deberent solemnitati, erant intenti malitia : ita quod bene conveniebat eis quod dicitur Isa. i, 14 : *Solemnitates vestras odivit anima mea.* Unde completum est quod dictum est Psal. n, 2 : *Convenerunt adversus Deum, et adversus Christum eum.*

Petrus autem sequebatur eum a longe. Actum est de loco : hic agitur de Petro perveniente. Primo ducitur, deinde Petrus pervenit. Et tria facit : quia primo tangit modum : secundo quonodo sequens pervenit. Quod pervenit, hoc erat fervoris; quod a longe, hoc erat timoris : unde significabatur quod in fide Petri fundata Ecclesia sectura erat Christum, tamen a longe : quia Christus

passus est pro Ecclesia, non pro se; Petrus autem et Ecclesia passa est pro se. Item tangitur loens : quia usque in atrium principis sacerdotum : non enim ansus est intrare domum, ne videretur esse de discipulis Iesu. Quomodo autem intravit, facet Matthæus, sed narrat Joannes xviii, 15 : quia *discipulus quidam notus erat pontifici, et introduxit Petrum.*

Sequitur societas : *Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret sūmū :* et hoc faciebat vel ex enriosityte, vel ex pietate. Et haec tria jam erant quedam dispositiva ad easum Petri. Qnod a longe sequebatur, hoc disponebat, quia significabat quod non erat firmus : qui enim firmus est debet appropinquare. Unde dicitur Iac. iv, 8 : *Appinquate Deo, et appinquabit vobis. In domo cuius est sedes Dei et agni,* ut habetur Apocal. ult. 3. In domo enim erat perfecta caritas : unde Petrus non appropinquavit ad caritatem Christi.

Item non pervenerat ad malitiam Judæorum : ideo tepidus erat ; ideo accedit ei id quod dicitur in Apocalyp. iii, 16 : *Quia tepidus es, ejiciam te de ore meo.* Item quia famuli mali. Eccli. x, 2 : *Secundum judicem populi, sic et minister ejus.* Et ideo non fuit mirum si cecidit, quia in mala societate mansit : quare Psal. xvii, 16 : *Cum sancto sanctus eris..... et cum perverso perverteris.*

Tunc sequitur examinatio Christi : et primo per testes; secundo per propriam confessionem, ibi. *Et surgens princeps sacerdotum ait illi etc.* Circa primum tria facit. Primo designatur perversum studium principum ; secundo defectus ; tertio falsum testimonium. Dicit ergo : *Principes autem sacerdotum quæabant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti tradirent.*

Sed est quaestio quare non sine testimonio eum morti tradiebant. Una causa est, quia hypocrita quaranunt quod videntur esse bonum, sed veritatem non querunt ; sic isti quæabant ut viderentur non a se facere : unde contra legem faciebant. Exod. xx, 16 : *Non loquaris*

contra proximum tuum falsum testimoniū. Si non licet loqui, nec querere. Alia ratio erat, quia non habebant auctoritatem occidendi, et ideo quæabant ut ipsum tradere possent principi.

*Et non invenerunt, cum tamen multi falsi testes accessissent, esse defectus, in quo designatur innocentia Christi, ut posset dicere Psalm. xxv. 4 : Ego in innocentia mea ingressus sum. Semper enim insidiati sunt Christo ; sed non invenerunt aliquid mali. Unde implevit illud quod habetur I Petr. ii, 15 : *Bene facientes obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam.* Tunc sequitur falsum testimonium : *Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt.**

Sed hic est quaestio quare dicantur falsi testes : quia manifestum est Christum dixisse : Joan. ii. Secundum Hieronymum, non solum falsus dicitur qui dicit quod nescit, sed qui dictum ad falsum refert intellectum. *Hic dixit : Possum destruere templum Dei¹, et post triduum reædificare illud.* Sed non intelligebat de templo materiali, sed de templo corporis sui. Item non solum est falsum : testimonium quo ad sensum, sed quo ad vocem : quia dixerat Joan. ii, 19 : *Solvite templum hoc ; et non dixit : Possum solvere templum Dei;* quasi dicat ; *Vos Iudei solvite templum, idest Christum, et post triduum resuscitabo illud.* Non dixit : *Et post triduum reædificabo :* quia reædificare magis ad materiale templum pertinet, sed excitare magis ad corpus : unde falsi testes erant tam ratione vocis, quam ratione significations.

Item est quaestio. Quare non accusant eum de violatione sabbati? Respondit Chrysostomus, quod quia saepè accusaverunt eum de hoc, et semper excusaverat se, et excusationem confirmaverat miraculis, ideo cogitabant quod non valeret eis. Item iudex non erat Judeus : ideo sciebant quod non recipere hanc accusationem.

Tunc sequitur examinatio per propriam confessionem. Et primo ponitur

¹ Al. : *e hoc.*

interrogatio quantum ad testificationem : secundo quo ad principale. Secunda ibi, *Et princeps sacerdotum ait illi etc.* Dicit ergo : *Surgens princeps sacerdotum ait illi : Nihil respondes ad ea quæ isti adversum te testimoniantur ?* Quod surrexit, fuit ex impatiencia et furore, audiens quod Christus non convincebatur ; et quod dicit, *Nihil respondes etc.* non diebat ut excusaret eum, sed ut caperet eum in sermone. Isa. xxxii, 6 : *Stultus fatua loquetur, et cor ejus iniuritatem. Jesus autem tacebat.* Sed quare tacebat? Propter tria. Ut doceret nos cautelam. Sciebat enim quod, quicquid' ille diceret, totum ad calumniam referrent ; et in tali casu coram insidiatoribus est tacendum. Psal. xxxviii, 2 : *Posui ori custodium, cum consideret peccator adversum me.* Alia ratio erat, quia tune non erat tempus docendi, sed patientiam habendi. Et ita completum est quod dicitur Isa. lxi, 7 : *Quasi agnus corum tendente se obmutescat, et non aperiet² os suum.* Tertia ratio est ut doceret nos constantiam, quando aliquis de aliquo accusatur injuste. Isa. lii, 7 : *Opprobrium hominum ne metuatis.* Tunc sequitur quaestio de principali : *Princeps autem sacerdotum ait illi : Adjuro te per Deum vivum, ut dicas mihi, si tu es Christus Filius Dei.* Et primo ponitur inquisitio, secundo Domini responsio. Videlicet princeps quod non posset capere, adjuravit eum ; et hoc ut in sermone caperet. Et hoc habetur Joan. x, 24 : *Usquequo animam nostram tollis? Si tu es Christus, die nobis palam.* Apud enim Iudeos pro magno habebatur adjurare. Adjurare enim est adjuramentum cogere. Sicut enim Christiani non debent jurare nisi ex necessitate, sic nec debent uti adjuratione, sed loco adjurationis debent uti oratione. Tunc sequitur responsio : *Dixit illi Jesus, Tu dixisti.* Notate quod cum aliquid fuit contra eum, facit ; sed statim cum adjurata fuit potestas Patris, respondit : unde gloriam Patris semper quasivit. Joan. viii, 50 : *Ego gloriam meum non queror.* Et circa hoc primo ponit responsionem ; secundo ma-

nifestationem. Dicit ergo : *Dixit ei Jesus, Tu dixisti.* Potest exponi ut Christus non asserat, sed relinquunt³ in dubio. Supra vii, 6 : *Nolite sanctum dare canibus.* Vel potest assertive legi. *Tu dixisti ;* id est verum est : et patet, quia dicitur in Marc. xiv, 62 : *Ego sum.* Tunc evidentiā ostendit : *Verumtamen dico vobis : amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei.* Et vult evidenter ostendere quod ipse sit Filius Dei, secundum duas auctoritates. Una est in Psalmi. cix, 1 : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis.* Et per hanc ostenderat supra xxii, quod Christus erat Filius Dei. Alia est Daniel. vii, 7 : *Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi Filius hominis veniebat etc.* Ita, dico, dicit, scilicet, *Tu dixisti ;* sed non nosti veritatem. Attende, quia veritas manifestabatur⁴ : quia videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. Quia dixit sedeantem a dextris, exponit Chrysostomus, quod sessio a dextris signal dignitatem regiam, Isa. ix, 7 : *Super solium David, et super regnum ejus sedebit.* Vel sedere a dextris est esse in plena beatitudine virtutis, vel in bonis potioribus. Dextera enim nobilior pars est, ideo majorem dignitatem significat : non quia majorem habebat potestatem, sed aqualem. Infra ult., 18 : *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.* Item de ejus potestate dicit : *Venientem in nubibus caeli.*

Sed quid est quod dicit : *Amodo videbitis etc.* Notandum, quod id quod dicit, *In nubibus,* potest referri ad adventum ultimum, vel quotidianum. Adventus ultimus erit in nube. Acto. i, 11 : *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Et supra xxiv dicitur quod veniet in nubibus. Alio modo potest exponi de adventu quotidiano, de quo Job. ix, 11 : *Si venerit ad me, non ridebo eum.* Et iste adventus est in nubibus, id est in Apostolis et saeculis doctribus. De istis dicitur Isa. ix, 8 : *Qui sunt isti qui ut nubes volant?* Isti dicuntur nubes, quia in altum ascendunt. Item nubes secundæ

¹ AL. : « ut quidquid. »

² AL. : « aperuit. »

³ AL. : « reliquit. »

⁴ AL. : « manifestabatur. »

sunt. Primum pertinet ad altitudinem vitae, secundum ad secundum talem doctrinam. Et sunt nubes carli, id est celestes, quia portaverunt imaginem coelestem, Sed quid est, *Anodo videbitis?* id est, statim post passionem aliquos convertit ad ihuēm, alios per operum evidentiam. Unde aliqui conversi sunt propter eorum fidem, quidam propter bonam operationem. Item si referatur ad ultimum adventum, dicit Origenes : Totum tempus mundi comparatum ad aeternitatem nihil est, sicut unum momentum. Psal. lxxxix, 4 : *Mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna quae prateriūt.* Ideo dicit, *Anodo,* quia nihil est tempus usque ad iudicium respectu aeternitatis. Verumtamen postquam a me recideritis, non restat nisi quod manifeste me cognoscetis, quia veniam in umbibus coeli. Et tunc cognoscetis me esse Filium hominis. Similis modus loquendi habetur supra xxii, 39 : *Non me videbitis unodo, donec dicatis : Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua. Ille ponitur condemnatio. Et primo ponitur quomodo condemnatur ; secundo quomodo a discipulo negatur. Et primo agit de condemnatione ; secundo de delusione. Circa primum duo facit : quia primo princeps cum condemnat ; secundo exquirit sententiam. Condemnans autem ostendit culpam et facto et verbo. Facto, quia *scidit vestimenta sua.* Eodem furore scidit vestimenta sua quo paulo ante surrexit de sede sua : consuetum enim erat quod qui audiebant blasphemiam scindebant vestimenta sua, in signum quod non poterant audire. Verum quod haec duo fecit, aliquid significabatur : quod surrexit de solio, ostendebat quod amitteret sacerdotium ; et quod scidit vestimenta sua, significabat quod transferri debebat. Ad Hebr. vii, 12 : *Translatō sacerdotio, necesse est quod translatio legis fiat.* Vestis Christi non fuit scissa. Joan. xix, 24 : *Non dividamus eam, sed sortiantur de illa cuius sit.* Unde significabat abolitionem. Et hoc signatur I Reg. xv, 28 : *Scidit Dominus regnum Israel a te hodie.* Sic seissum est a Iudaïis,

et datum est membris Christi. Tunc impunit culpam, *Blasphemavit.* Quia hoc dixerat, reputabat eum blasphemum : unde Joan. x, 33 : *De bono opere non liquidamus te, sed de blasphemia : quid homo cum sis, Filiū Dei te facis :* et tali debebatur mors. Tunc manifestat enipam : *Quid adhuc indigemus testibus?* Tunc exquirit sententiam : *Quid vobis cūdatur?* At illi respondentes discerunt : *Iesus est mortis,* secundum iudicium legis. Et hoc esset verum, si esset blasphemus ; sed non erat : ideo male iudicant, quia auctore vita morti condemnant. I Corinth. xv, 22 : *Sicut enim mors per Adam in omnes homines, sic et vita per Jesum.*

Tunc expuerunt in faciem ejus etc. Post condemnationem Christi agitur de illusione ; et satis convenienter, quia Christus peccata nostra tulit, ut Isa. lxii. Homo autem per peccatum in mortem est traditus, quando dictum est ei, Gen. ii, 17 : *Quacunq; hora comedederitis, morte moriemini.* Item proprium honorem amisit, quia *homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus :* Psal. xlviij, 43. Et ideo Christus redemptor mortem et opprobria primo facto sustinuit ; secundo verbo, ibi, *Prophetiza nobis Christe.* In prima conspuitur, et colaphis cæditur ; in secunda in facie perentitur. Quantum ad primum dicitur : *Tunc expuerunt in faciem ejus, et colaphis eum eccliderunt.* Secundum quod habetur ex verbis, istud siebat in signum mandati Dei contempti. Unde habetur Dent. xxv, si aliquis nolebat accipere uxorem fratris, quod conspuerant in faciem suam. Item propter contemptum mandati paterni. Sic de Maria sorore Moyssi. Unde spuebant in faciem ejus, quia blasphemum reputabant. Isa. i, 6 : *Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.* Item colaphis cæderant, ad modum ebrii vel stulti. Isa. lxi, 3 : *Vidimus eum novissimum virorum ;* id est, ita despectus videbatur ac si esset novissimus omnium virorum. *Alii autem palmas in faciem dederunt, in irreverationem.* Thren. iii, 30 : *Dabit percutienti se maxillam.* Mystice, secundum Augus-

¹ Al. : *a ostendebatur.*

tinum, adhuc hoc aliqui faciunt : quia spnere in faciem, nihil aliud est quam contemnere präsentiam gratiae Christi. Ad Hebr. x, 29 : *Quanto magis iutatis majora mereri supplicia qui Filiū Dei concudeaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, quo sacrificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit?* Sed proprie colaphizat qui caput manui supponit : et tales sunt qui magis dignitatem suam inquirunt, quam Christi honorem. De talibus dicitur Joan. iii, 19, *quod dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Illi autem qui faciem percutiunt sunt illi qui quodammodo präsentiam ejus demoliri contendunt, ¹ ut sunt Iudaëi. De his Isa. xxx, 21 ; *Cesset a facie nostra Sanctus Israel.* Tunc impropria ingerunt verbo : *Prophetiza nobis, Christe : qui est qui te percussit?* Et hoc dicebant illudendo, quia nullus eorum pro propheta eum habebat ; et non erat necessarium, infamia enim eorum manifesta erat. Unde hoc noluit dicere. Job xvi, 2 : *Et exprobrantes percusserunt maxillam meam.*

Petrus autem sedebat foris. Ille agitur de negatione Petri. Lucas autem alio ordine refert : quia primo ponit negationem Petri quam illusionem Christi ; Matthæus autem e contrario. Et non est contrarietas, quia dum illuderetur, simul factum est ; ideo non refert si ante vel post ponatur. Et notandum, quod cum duecabantur, non negat ; sed quando illudetur, negat ; ad significandum quod quidam magis timent opprobria quam verbera, contra illud Isa. li, 7 : *Nolite timere opprobria hominum, et blasphemias eorum nolite mettere.* Et circa hoc primo ponitur negotio ; secundo pœnitentia Petri : *Et continuo gallus cantavit ; et recordatus est Petrus verbi Jesu.* Prima dividitur in tres secundum tres negationes. Secunda ibi : *Exente autem illa januum etc.* Tertia ibi, *Et post pusillum accesserunt qui stabant etc.* Et primo ponitur locus ; secundo occasio ; tertio negotio. Dicit ergo : *Petrus autem sedebat foris, scilicet extra locum ubi Christus patiebatur.* Illi enim qui a Christo se elongant, cito confunduntur.

Hier. xvii, 13 : *Domine, omnes qui te derelinquent, confundentur.* E contrario in Psal. xxxiii, 6 : *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestra non confundentur.* Qui enim est extra passionem Christi, de facili labitur. Tunc ponitur excitativum ad denegandum : *Et accessit ad eum una ancilla dicens : Et tu cum Jesu Galilæo eras.* Et convenit casus Petri easui primi hominis. Eccl. xxv, 33 : *A muliere initium peccati.* Sic Petrus ad vocem mulieris Christum negavit : in quo Dominus præsumptionem ejus humiliare voluit, quia non ad vocem viri, sed mulieris. *Et tu cum Jesu Nazareno eras.* Ille solehat ei esse gloriosum, sed modo est ei terribile : et ideo negavit : *At ille negavit coram omnibus, dicens : Nescio quid dicas.* Si volumus aggravare culpam Petri, possumus aggravare ex tribus. Aggravatur, quia statim ad modicum terrorem negavit. Lev. xxvi, 36 : *Terrebit eos sonitus foli volantis.* Item quia non erubuit coram omnibus. Item ex mendacio, quia dixit : *Nescio quid dicas, et Non novi hominem :* contra illud Eccl. iv, 24 : Ne confundaris dicere verum. *Exeunte autem illo januam, vidi eum alia ancilla, et ait his qui erant ibi : Et hic erat cum Jesu Nazareno.* Et iterum negavit. Ille ponitur secunda negatio : et primo tangitur locus ; secundo initiativum : tertio negotio. Quantum ad historiam, secundum Mareum cap. xiv, post primam negationem gallus cantavit, et tunc exivit januam, et vidi eum ancilla, et negavit. Sed videtur contrarius² aliis, quia videntur alii dicere quod sedentes dixerunt ; et Lucas dicit quod unus de sedentibus. Quid ergo hie dicitur quod ancilla ? Notandum, secundum Augustinum, quod quando negaverat, exivit. Et dum esset in exundo, dixit ei ancilla etc., et tunc negavit : quod andiens Petrus reversus est intus. Tunc illi qui andierant ab ancilla, petierunt idem. Et potest esse quod unus qui cognoscet eum, magis urgebat eum : *Et iterum cum juramento negavit, quia non novi hominem :* contra illud Eccl. xxii, 9. *Juratione ne assuecat ostium.* Tunc sequitur tertia negotio.

¹ Al. : « contumeliant. »

² Al. : « contrarium. »

Et priuio describitur tempus : secundo initiativum : tertio negatio. Dicit ergo : *Et post pusillum*, Lucas xxii, 39 dicit, quod *facto intervallo quasi unius horæ*. Et hoc procurabat diabolus ut respirationem non haberet. Unde dicens ei : *Et tu ex illis es* : et hoc probant : *Nam et loquela tua manifestum te fecit*.

Sed constat quod omnes Iudaï erant : quomodo ergo dicit : *Nam et loquela tua manifestum te facit*? Solvit Hieronymus, quod in eadem lingua sepe diversa locutio fit, sicut patet in Francia et Picardia et Burgundia, et tamen una loquela est. Sie Galilæi aliquam differentiam habebant a Hierosolymitanis. Sie et ceteris potest diei : *Nam et loquela tua manifestum te facit*: quia, ut dicitur Lue. vi, 43, *ex abundantia cordis os loquitur*: quia cum homo est carnalis, cito prorumpit in verba carnalia; cum spiritualis, in verba spiritualia.

Tunc cepit detestari et jurare etc. Aliqui sunt qui volunt excusare Petrum, quod non peccavit. Unde cum dixit, *Non noxi hominem*, verum est hominem, sed hominem et Deum. Et hoc non est bonus, quia imponit mendacium Christo: quia dixerat Christus: *Tu me negabis*. Ideo melius est dicere, quod Petrus potius mentitus est quam Christus. Item notandum, quod non solum negavit Christum, sed negavit se esse Christianum. Unde in una negatione dixit, *Non noxi eum*, scilicet non sum Christianus. Item notandum, quod qui cito non se retrahit a malo, de malo cito in pejus vadit. Eccli. xix, 1: *Qui spernit modica, paupera defluit*. Unde negationi perjurium addidit, perjurio blasphemiam. Unde Gregorius: Peccatum quod per penitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Item notandum, quod signatur triple tentatio qua tentatur homo. Tentatur a concupiscentia carnis. Iac. 1, 14: *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua*. Item tentatur a cupiditate terrenorum. Sap. xiv, 2: *Illud enim cupiditas acquirendi erogitavit*. Item a daemonibus; et hoc signatur per illam negationem in qua dicitur, *Post pusillum accesserunt qui sta-*

bant. Ad Ephes. vi, 12: *Non est nobis collectio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia iniquitatibus*. De istis tribus habetur I Joan. ii, 6: *Omnis quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia ritu*. Vel aliter, secundum Augustinum, dicendum est, quod per istas tres negationes omnium haereticorum error signatur. Quidam enim Christi divinitatem negabant, ut Photinus; quidam autem humanitatem, ut Enomius; quidam utrumque, ut Arins, qui inaequalem Patri dicebat Filium. Item, secundum Origenem, signatur persecutio quam habitura erat Ecclesia. Prima fuit a Judais, in qua multi mortui sunt; secunda a gentibus, in qua multi martyres facti sunt; tertia ab haereticis, que multos seduxit,¹ et aliqui etiam mortui sunt.

Item notandum, quod inveniuntur quadam scripta, quae videntur excusare Petrum quod non peccavit mortaliter: quia dicit Bernardus: Sopita fuit in eo caritas, non extincta. Dicendum, quod mortaliter peccavit; non tamen fuit ex malitia, sed timore mortis. Et hoc voluit dicere Bernardus, quod sopita fuit etc.

Et continuo gallus cantavit. Ille agitur de penitentia Petri: et primo ponitur motivum, sive excitativum; secundo penitentia ejus, ibi, *Et egressus foras flevit amare*. Tanguntur duo, quibus sit excitatio. Primo cantus galli: unde: *Et continuo gallus cantavit*. Per gallum prædictor signatur, qui homines peccatores excitat ad penitentiam. Unde Apostolus, I Corinth. xv, 34: *Evigilate justi, et nolite peccare*. Et ad Ephes. v, 14: *Surge qui dormis, et exurge a mortuis et illuminabit te Christus*. Secundum est memoria Petri: *Et recordatus est Petrus verbi Jesu quod dixerat etc.* Psalm. xxi, 28: *Reminiscentur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ*. Et hæc duo frequenter accidunt ad vocem prædictoris: quia qui oblitus est Deum per peccata, ad vocem prædictoris revertitur. De illo gallo dicitur in Job. xxxvii, 36:

¹ Al. : * induxit. *

Quis dedit gallo intelligentiam? Item Lucas. xxii, 61 ponit tertium, quia Dominus respxerit Petrum. Apostolus ad Rom. iii, 24 : *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Thren. v, 21 : *Converte nos Domine ad te, et convertetur.* Post agitur de pœnitentia Petri : *Et egressus foras flevit amare.* Et est pœnitentia commendabilis ex tribus ; et primo quia cito, quia statim egressus. Eccli. v, 8 : *Ne tardes converti ad Dominum.* Item quia prudens, quia decli-

navit a consortio eorum quia induxerant eum ad negandum ; sic et pœnitentes debent occasionem vitare peccandi. II ad Corinth vi, 17 : *Exite de medio eorum, et separanini, dicit Dominus, et immundum ne tectigeritis, et ego recipiam vos.* Item quia efficax et vera. Hier. vi, 26 : *Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.* Isa. xxxviii, 15 : *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

C A P U T V I G E S I M U M S E P T I M U M

1. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traducerent. Et vinum adduxerunt eum, et trahiderunt Pontius Pilato presidi. Tunc videns Judas qui cum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retrulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Peccavi, tradidens saquinem justum. At illi dixerunt : Quid ad nos ? Tu videris. Et projectis argenteis in templo recessit, et alienis laqueo se suspenderit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt : Non licet eos mittere in carbonam, quia pretium sanguinem est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum liguli in seputuram peregrinum. Propter hoc vocatus est ager ille Iacobiana, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc implatum est quod dictum est per Hierennium prophetam dicentem : *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiaverunt ; quem appretiaverunt a filiis Israel ; et dederunt eos in agrum liguli, sicut constituit mihi Dominus.* Jesus autem stetit ante presidem, et interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Iudeorum ? Dicit illi Jesus, Tu dicas. Et cum accusaret a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonio ? Et non respondit ei ad nullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer. Per diem autem sollemniter conservaverat præses populo dimittente, num invenimus quem voluntisset. Habet autem tunc vinum insigneum, qui dicebat Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus ? Seichat enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens : Nihil tibi et justo illi : multe enim passa sum ho, per te visum propter eum. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populu ut peterent Barabbam, Iesum vero perderent. Respondens autem præses ait illis : Quem vultis vobis de duobus dimitti ? At illi dixerunt, Barabbam. Dicit illis Pilatus : Quod igitur faciam de Jesu qui dicitur Christus ? Dicunt omnes, crucifigatur. Ait illi præses : Quid enim malis fecit ? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Vident autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus feret, accepta aqua lavit manus eorum populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine justi hujus ; vos

videritis. Tunc dimisit illis Barabbam ; Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. 2. Tunc milites praesidis suscipientes Jesum in pratorum, congregaverunt ad eum universam cohortem ; et excutient eum, clauxydem cocitateam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus ; et genu flexo ante eum ilubebant ei, dicentes : Ave rex Iudeorum. Et expuentes in eum, accepserunt arundinem, et percutiebant caput ejus. Et postquam illescerunt ei, exsuerunt eum clauxyde, et induerunt eum vestimentis ejus, et duixerunt eum ut crucifigerent. Excutes autem invenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calvaria locis. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum : et eum gustasse, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, divisorunt vestimenta ejus, sorte in mittentes, ut impuleret quod dictum est per Prophetam dicentem : *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.* Et sedentes servabant eum. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptum : *Hic est Jesus rex Iudeorum.* Tunc crucifixi sunt enim eo duo latrones, unus a dextris, et unus a sinistris. Praetereunt autem blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes : *Vah qui destruxit templum Dei, et in triduo illud redificans, salva templum;* si Filius Dei es, descendere de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum serbis et senioribus dicebant : *Alios salvos fecit, scipsum non potest salvum facere.* Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult : dixit enim, *Quia Filius Dei sum.* Id ipsum autem et latrones qui crucifixi erant eum eo improprietate ei. A sexta autem hora tenetrix factio sunt per universam terram neque ad horam nouam : et circa horam nouam clamavat Iesus voce magna, dicens : *Ehi, Iammasetaui : hoc est, Deus mens, Deus mens, ut quid dereliquisti me ?* Quidam autem illie stantes et audientes dicebant : *Ehiam vocat iste.* Et continuo currens minus ex eis, acceptam spongiam implicet acetum, et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant : *Sme, videamus an veniat Elias liberans eum.* Jesus autem iterum clamauit voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum

templo : omni et in duas partes unumque de domo, et ibi iuxta est, et petra seu sunt, et monumenta appetunt, et multa corpora sacerdotum qui dormierunt, surrexerunt : et exentes de monumentis per resurrectiōem ejus, venerantur in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Contumeliam autem et qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terruendis et his que liebant, tunuerunt valde, dicentes : Vere Filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multa a longe, quae secutu erant Iesum a Galilaea innistrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mater, et mater filiorum Zebedai. Cum autem seru factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathea nomine Joseph qui et ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, et petit corpus Iesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone mundam, et posuit illud in monumento suo novo quod excederat in petra, et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, et abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria, sedentes contra sepulcrum. Altera autem die, que est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, et Pharisei ad Pilatum, dicentes : Domine, recordari sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi : Surrexit a mortuis : et erit novissimus error peior priore. Ait Pilatus : Habetis custodian, ite, custodite scitis sumus. Illi autem absentes, ministraverunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

1. Supra Evangelista narravit quod passus est Christus a Iudeis; hic narrat quod passus est a gentilibus: et quatuor facit. Primo tangit quomodo traditus est gentibus; secundo quomodo examinatur; tertio quomodo condemnatur; quartu quomodo patitur. Secunda ibi, *Iesus autem stetit ante præsidem etc.* Tertia ibi, *Per diem solemnum consueverat præses etc.* Quarta ibi, *Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium etc.* Circa primum duo. Primo narrat de assignatione, qua traditus est in manibus gentilium; secundo de morte et peccato traditoris, ibi, *Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset.* Circa primum tria. Primo motivum assignat; secundo modum; tertio factum. Causa fuit consilium habitum de morte: et secundum hoc tria tangit, ex quibus aggravatur eorum peccatum. Primo ex solitudine: et hoc tangit eum dicit: *Mane autem facto, consilium iniunxit: quia cum tota nocte solite essent in illusione, tamen mane convenerunt.* Unde bene solliciti

erant. Job xxiv, 14: *Mane primo consurgit homicida.* Item aggravatur ex committitate: quia *omnes principes.* Si enim unus vel duo, excusabile esset; sed omnes convenerunt. Isa. 1, 6: *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Ideo dicit, *Omnes principes.* Ezech. xi, 2: *Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, et tractant consilium pessimum.* Item ex crudelitate: quia multa alia cogitare poterant, sed cogitabant quomodo eum morti traducerent. Prov. 1, 16: *Pedes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanquinem.* Sed quomodo? *Victum adduxerunt.* Haec erat consuetudo quod tales vinci adducerentur, et signarentur morti condemnati. Et signavit quod sicut mortem nostram sua morte destruxit, sic vineula peccatorum vinculis suis destruxit. *Et tradiderunt Pontio Pilato.* Et quare? Triplex est ratio. Una litteralis erat, quia vicarius erat Imperatoris, et Iudei non habebant judicium sanguinis. Propter quod dicunt in Joan. xviii, 31: *Nobis non licet interficere quemquam.* Item ex intentione ipsorum. Ipsi enim noblebant occulte interficere, sed manifeste, ut fama divulgaretur, secundum quod habetur Sap. ii, 20: *Morte turpissima condemnatus eum.* Tertia causa est, quia pro omnibus voluit mori, ideo voluit ut omnes congregarentur, tam Iudei quam Gentiles; ita quod impletum est illud Psal. ii, 5: *Astiterunt reges terræ, et principes conveniebant in unum.* Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset etc. Hic agitur de penitentia et morte Iudeæ. Et circa hoc duo facit. Primo narrat de proditione; secundo quid factum sit de pretio, ibi *Principes autem sacerdotum, acceptus argenteis, dixerunt.* Circa primum primo agitur de penitentia; secundo de desperatione, ibi, *Et projectis argenteis in templo, recessit.* Circa primum tria facit. Primo ponitur motivum; secundo penitentia, tertio effectus. Motivum: *Tunc videns quod damnatus esset, penitentia ductus, retrulit triginta argenteos.* Potuit esse quod credidit Judas quando vendidit eum, quod non occide-

retur, sed quod flagellaretur; ideo videns quod damnatus esset, pœnituit.

Sed est quæstio quando traditus fuit præsidi, quomodo videre potuit quod es- set damnatus. Hieronymus dicit quod hoc vedit oculo mentis, quia ex quo vidit quod a Judæis damnatus erat, et traditus Pilato, cogitavit quod Pilatus judicaret ad voluntatem eorum, scilicet Judæorum. Origenes dixit, quod quidam dixerunt: Videns Judas quod esset damnatus, scilicet ipse Judas, ex isto motu fuit ad pœnitentiam. Unde *pœnitentia ductus retrulit triginta argenteos*. Et hæc pœnitentia non fuit vera pœnitentia; habuit tamen aliquid pœnitentiae: quia pœnitentia debet esse media inter spem et timorem: Judas autem timorem et dolorem quidem habuit quia de peccato præterito doluit; sed spem non habuit. Et talis est pœnitentia impiorum, Sapient. v, 3: *Pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gentes*.

Et quare ductus pœnitentia? Notandum, quod dicit Origenes quod aliquando accidit quod diabolus impellit hominem ad peccandum, aliquando homo; sed alter et alter: quia homo ut libidinem compleat, diabolus ut perdat. Et si diabolus immisit, non habuit ex creatione; et ideo pœnitere potuit. Et hoc est contra Manichæos, qui dierunt quod duplex est creatio, bona et mala; et qui sunt de creatione mala, non possunt bene agere, et e converso. Et secundum eos, Judas fuit de creatione mala. Quomodo ergo potuit pœnitere? Dicit ergo, quod hoc quod desperavit, non fuit nisi quia negligens fuit.

Sequitur effectus. Effectus pœnitentiae est ut peccator studeat emendare. Peccaverat, quia viderat Christum; federal enim quod in se erat; ideo *triginta denarios retrulit*. Et primo ponitur retractatio; secundo pœnitentia, ibi, *Peccavi tradens sanguinem justum. Retulit ergo triginta argenteos*; et in hoc retractavit, dicens. *Peccavi*: idest vere deliqui. In hoc autem quod dicit, *Tradens sanguinem justum*, et si bene dicit, non complete tamen, quia potest retorqueri ad hominem justum. Unde Hier. xxvi, 45: *Si occideritis me, anguinem innocentem tradetis contra ros-*

metipsos. Unde dicit Hieronymus quod si rectam fidem habuisset, non desperasset: debuit enim dicere, *Tradens Deum*. In hoc ergo quod dixit, *Tradens sanguinem justum*, minoravit ejus potestatem, et ostendit se non habere rectam fidem.

Tunc ponitur Judæorum obstinatio: *At illi dixerunt: Quid ad nos? Iste justum confitebatur, et tamen dicunt, Quid ad nos?* Hier. iii, 7: *Populus meus non cognovit judicium Domini. Tu videris*; idest, non sequimur conscientiam tuam. Remigius: *Quid ad nos?* Tu primo vendidisti, et post justum confiteris, *Quis videris apud nos qui ita mutas sententiam?* Mutare enim de malo in bonum, bonum est; de malo autem in malum, malum. Eccli. xvii, 12: *Justus in eternum stat, stultus autem ut luna mutatur*.

Tunc ponitur desperatio. Desperatus enim de bonis temporalibus nihil curat; et sic facit iste, quia *projectis argenteis in templo recessit non habuit curam de pecunia et abiens laqueo se suspendit*. Unde habetur Act. i, 18, quod suspendit se, et crepuit per medium.

Et quare? Dicit Origenes, quod accidit, quia diabolus præcipitat aliquem in peccatum, et licet det spatium, tamen vult præcipitare in aliud. Et hoc caveri voluit Apostolus, dicens II Corinth. ii, 7: *Ne forte abundantiore tristitia absorbeatur qui ejusmodi est*. Sic Judas ad tantam absorptionem venit, quod *abiens laqueo se suspendit*. Psal. lxviii, 16: *Neque absorbeat me profundum*. Origenes narrat opinionem quorundam dicentium, quod quia Judas audierat loqui de resurrectione ideo credebat Christo occurrere, et ideo laqueo se suspendit.

Quærerit Augustinus quando hoc fuit. Quia si velimus considerare, vix iuvenimus tempus ante passionem quo istud acciderit, quia principes occupati fuerunt tota die circa mortem Christi. Item in sequenti die sabbatum fuit, et non recepisse ut ipso die pecuniam. Ideo videtur Augustinus velle, quod istud fuit post resurrectionem. Tamen potest dici, quod et si aliqui ad Pilatum accesserant, et morti vacabant Christi, tamen aliqui in templo remanserunt, et his tradidit Judas triginta denarios.

Principes autem sacerdotum, accep̄tis argenteis, dixerant etc. Ostendit quid fuerit de pecunia Iudee factum. Et primo dicitur quonodo excluditur a corbona; secundo in quid expensa fuit dictum. Dicit ergo : *Principes autem sacerdotum, accep̄tis argenteis, dixerunt: Non licet eis mittere in corbonam etc.* Notandum, quod in carbonam ponebatur oblatio gratificationis, vel donum gratiae. Unde quedam erant voluntaria que offerebantur, alia ex debito. Voluntaria in carbonam mittebantur, alia vero alibi. Eeccl. xxxiv, 23 : *Dona iniquorum non probat Altissimus. Non licet ergo ponere in carbonam, quia pretium sanguinis est.* Et in hoc verificatur verbum Domini, supra xxiiii, 24 : *Transglutientes camelum, et excolantes culicem.* Nolebant hanc pecuniam mittere in carbonam, sed de morte Filii Dei bene tractabant. Tunc narrat quid inde factum est. Et dicit primo factum; secundo quid inde sit factum. Dicit : *Consilio autem initio etc.* Quare hoc fecerunt? Dicendum, quod Deus sic procuravit ut istud factum in memoria haberetur. Unde emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum, non eorum qui erant de patria, sed alienorum. Secundum mysterium congruit, quia per sanguinem Christi accelerabatur non solum justificatio, sed quies mortis Apoc. xiv, 13 : *Amodo jam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.* Vel potest esse quod peregrini sunt qui non habent ibi mansionem propriam. Psal. cxix, 5 : *Heu mihi, quia incolatus mens prolongatus est.* isti autem consepiuntur Christo. Apostolus, Rom. vi, 4 : *Consepulti estis Christo.* Ager iste, sancta Ecclesia est. Unde supra xiii, 44 : *Simile est regnum celorum thesaurus absconditus in agro.* Iste filius est Christus. Unde dicitur Hier xviii, 6 : *Sicut latum in manu figuli, sic et vos, dominus Israel, in manu mea.* Tunc ponitur confirmatione facti; et primo ex nomine : *Propter hoc vocatus est ager ille Herodium, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diem;* scilicet, usque ad illud tempus in quo scriptum est istud Evangelium. Tunc confirmat ex

anctoritate : *Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam.*

Sed est questio quare dicit : *Per Hieremiam prophetam dicentem quia verba, secundum quod ibi jacent, non sunt scripta in tota sacra Scriptura.* Tamen simile habetur Zach. xi, 12 : *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* Est ergo questio quare ponitur per Hieremiam, cum dictum sit per Zacharium. Augustinus dicit, quod aliqui inventur scriptum per Prophetam, et non per Hieremiam, tamen videtur quod ille sit Hieremias sicut habetur in littera. Hieronymus tangit solutionem quod prophetæ scripserunt aliquos libros qui canonizati sunt apud Judeos. Unde aliqui sunt libri prophetarum qui non sunt in canone Bibliæ, sicut Judas nominat quedam in Canonice sua, et etiam Apostoli omnes istos receperunt. Unde dicit, quod quidam attulit ei librum Hieremiac, ubi ista verba scripta erant verbo ad verbum; et Evangelista scripsit secundum quod in apocrypho invenit. Augustinus solvit : contingere aliquando quod volens exprimere nomen unius auctoris, occurrit nomen alterius; ideo potest esse quod cum vellet scribere Zachariam, scribebat Hieremiam. Sed multi erant tunc Judæi qui legem noverant: quare non correxerunt? Quia cogitaverunt quod divinitus esset dictum, quia a Spiritu sancto omnes prophetæ locuti sunt, et non habent efficaciam verba prophetæ nisi a Spiritu sancto; ideo ut insinuarent hoc mysterium, non correxerunt. Alia solutio quam innuit, est, quod licet non sint verba Hieremiac, tamen est ibi quoddam factum simile, ut habetur Hier. xxxii, quod recepit mandatum quod emeret agrum. Vel Spiritus sanctus sic movit Matthæum ad idem factum, sicut movit Hieremiam. Sed si volumus, possumus accipere verba Hieronymi in libro *de optimo genere Interpretationis*, qui dicit quod Christi per dissequus non incurrit aliquam notam falsitatis; officium est enim boni interpretis non considerare verba, sed sensum. Ideo iste posuit sensum quorundam

scriptorum in Hieremia, quorumdam in Zacharia ; sicut habetur in Marco, quod ponit auctoritatem Isaiae, cuius una pars est Malachia, alia Isaiae. Sic et Matthewus conjunxit duas sententias, quarum una a Zacharia, altera a Hieremia ponitur cap. xxxii. Quod enim est in Zacharia xi, 12 : *scilicet quod appenderunt idest acceperunt triginta argenteos*; in Hieremia non invenitur : sed quod agrum emit, quod signabat factum toti populo, *Sicut constituit mihi Dominus*, Hoc expresse habetur ex eo quod praecepit Hieremia, ubi supra, quod agrum emeret. Ideo secundum primam partem, in Zacharia habetur ; secundum secundam in Hieremia.

Jesus autem stetit ante praesidem ; et interrogavit eum prescs. Supra enarravit Evangelista quomodo Dominus assignatus est in manu gentium : hic autem agit de examinatione : et circa hoc tria facit. Primo narrat quomodo ante terrenum judicem sistitur ; secundo quomodo examinatur ; tertio quomodo accensatur. Dicit ergo : Ita dictum est de Iuda, cum tradidisset praesidi Jesum. Jesus ergo stetit ante praesidem, idest tanquam reus et accusandus. Joh. xxxvi, 17 : *Causa tua' quasi impii judicata est : causam judiciumque recipies.* Per hoc eam meruit ut fieret iudex vivorum et mortuorum. Tunc sequitur examinatio : et primo ponitur interrogatio ; secundo responsio, ibi, *Dicit illi Jesus².* Pontifices in multis accusabant eum ; scilicet de subversione legis, et quia regem se dicebat. Unde Pilatus non curavit querere de transgressione legis, sed potius de eo quod videbatur tangere lassionem majestatis ; scilicet. *Tu es rex Iudavorum?* quia Joan. xix, 12, habetur : *Omnis qui se regem facit, contradicit Cesarri.* Tunc sequitur responsio : *Dicit ei Jesus, Tu dicis.* Dicit Hieronymus, quod Christus sic moderatur sermonem suum quod non affirmit nec negat ; sed dicit : *Tu dicis.* Proverb, xvi, 27 : *Qui moderatur sermones suos, prudens est.* Item nota, secundum Hilarium³ quod supra xxvi, 63, interrogatus a prin-

cipe Iudeorum : *Si tu es Christus Filius Dei : dixit, Tu dicisti, et respondit per praeteritum : cum autem respondit gentili, respondit per praesens.* Et in hoc significatur quod confessio Christi a Judea est de praeterito, quia facta est per prophetas. Hier. xxii, 5 : *Regnabit rex, et sapiens erit.* Sed loquens ad gentilem, dicit, *Tu dicis*, quia gentilitas confitebatur.

Consequenter agitur de accusatione : et primo ponitur accusatio ; secundo inducit ad respondendum, ibi, *Dixit autem Pilatus.* Dicit ergo : *Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, nihil respondit.* Super quibus accusaretur, tacet Matthewus, sed Lucas hoc dicit cap. xxiii. Hec est consuetudo Evangelistarum, quia quod unus omittit, alter narrat. Unde ibi dicitur quod seducet turbas etc., et quod prohibebat dari censum Cesarri : item regem se diceret. Et hoc est falsum secundam intentionem suam : quia intendebant de regno temporali ; sed ipse dicit, Joan. xxviii, 36 : *Regnum meum non est de hoc mundo.* Sed Christus nihil respondit. Tunc impletum est quod dictum est per Isa. iiii, 7 : *Quasi agnus coram tondente se obnublescat, et non appetiet o' suum.* Et cap. xi.ii, 2 : *Non auditur foris vox ejus.* Tunc dicit ei Pilatus. Ex tunc conabatur Pilatus eum liberare ; ideo conabatur ut responderet : unde diebat : *Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?* Et primo ponitur initatio, *Non audis etc.* Hoc autem diebat quia volebat dimittere eum. Ipsi enim qui erant accensatores, erant testes ; et ideo noluit respondere. Quare autem non respondit, potest esse ratio ex parte Christi, quia noluit excusare passionem suam : proterat enim eam excusare loquendo ; ideo noluit loqui. *Oblatus enim est, quia voluit :* Isa. iiii, 7. Item ut daret nolis exemplum, quia cum malediceretur, non maledicebat. Item quia tot signa Iudei viderant quod converti poterant ; et ideo reputavit eos indignos. Eccli. xxxii, 6 : *Ubi non est auditus, non effundas sermonem.*

¹ Al. : « Hier. lxvi : » Causa autem tua etc. »

² Al. : « et interrogavit eum etc. »

¹ Al. : « item secundum Hilarium. »

Et notandum, quod in multis loquuntur et in multis silet : quia si semper loqueretur, excusaret se ; item si semper taceret, pertinax videretur. Pilato autem quandoque respondet, quandoque non ; sed Iudeis nunquam respondet : quia Pilatus ignorabat, ideo veritatem aliquando dicebat ; sed Judai obstinat erant.

Tunc ponitur admiratio Pilati : *Ita ut prses miraretur rehementer.* Et quare miratur? Quia audiebat eum facundissimum : et hoc est quod dicit David, Psal. xxxvii, 4 : *Ego autem tanquam surdus non audiabam, et sicut mutus non aperiens os suum* ; idest ac si esset ignorans.

Et notate quod dicit, *Vehementer* : quod enim aliquis sapiens nihil respondeat, mirum est ; sed quod in tali causa ubi adjudicatur morti, non respondeat, hoc vehementer est admirandum. Item quia non videbat eum perterritum ; in tali enim casu solent homines etiam perterreri.

Tunc agitur de damnatione ; et primo ponitur diversum studium volentium condemnare, ibi, *Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populus ut petrerent Barabbam*, tertio condemnatio, ibi, *Tunc dimisit illis Barabbam*. Circa primum primo ponitur studium principium ad condemnandum. Circa primum primo ponit quasdam opportunitates : secundo tractat de ejus liberatione ; tertio dat causam. Secunda ibi, *Congregatis ergo illis, dixit Pilatus*. Tertia ibi, *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum*. In prima ponit duas opportunitates. Dicit ergo : *Per diem autem solemnum consueverat preses populo dimittere unum vincatum*. Ista consuetudo non erat ex lege imperatoris, sed ex voluntate ejus, ut redderet populum sibi magis devotum. Quia in solennitate debebant magis esse iuncti, nollebat quod illa die esset causa tristitia. Sic et Roma in illo die quo imperator intrabat, nullus adjudicabatur morti. Item de novo acquisiverat praefectureum, ideo volebat sibi eos esse devotos. Aliiquid tamen simile legitur in veteri Testamento, scilicet quod Saul liberavit Jonatham, qui adjudicatus erat morti : I

Reg xiv. Deinde ponit opportunitatem ex quodam latrone, qui diebatur Barabbas, qui interpretatur filius patris, scilicet diaboli. Joan. viii, 44 : *Vox ex patre diabolo estis. Congregatis autem illis, dicit Pilatus : Quem vultis dimittan vobis?* Hic facit Pilatus contra consuetudinem Iudeorum : quia non solebat eos rogare, sed ipsi rogabant eum. Sed hoc faciebat quia querebat eum dimittere : et videbatur inducere, quia videbatur ei quod deherent praeligere Christum quam Barabbam : quia iste erat reus lasae maiestatis, et multis nocuerat. Item ex eo quod Christum nominat, dicens, *An Jesus, qui dicitur Christus?* Christus enim dicitur unctus : unde regem appellabat cum ; ideo credebat, quod Christum deberent accipere. Eccli. xv, 18 : *Ante hominem vita et mors*, Sic Pilatus ante eos posuit bonum et malum ; et ipsi acceperunt malum, ideo eos semper sequitur malum. Deinde ponit causam : *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum*. Ex quo sciebat. Audierat enim multa bona de eo, et videbat eum constantem : unde sciebat quod per invidiam tradidissent eum. Sicut enim invidia diaboli fuit inimica primo homini, sic debuit esse invidia istorum inimica Christo. Sic enim Joseph ex invidia traditus est a fratribus : Genes. xxxii.

Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eam uxor ejus. Supra posuit Evangelista unam causam quare Pilatus nitebatur dimittere eum ; hic autem ponit aliam causam, scilicet admonitionem uxoris : et primo ponitur admonitio ; secundo causa admonitionis, ibi, *Multa enim passa sum hodie per visum propter eum*. Sedente autem eo pro tribunali. Sicut dicit quae-dam *Glossa*, tribunal est sedes iudicium. Proverb. xx, 8 : *Rex qui sedet in solo iudicio, dissipat omne malum intuitu suo*. Cathedra proprie doctorum. Supra xxiii, 2 : *Super cathedram Moysi sederunt Scriptores et Pharisai*. Et dicitur a tribunis, quia primo tribuni electi sunt a Romanis ad facienda iudicia. Et dicit, *Pro tribunali* : et est iste modus loquendi graecus. Aliquaundo enim *pro* accipitur pro *ante* ; sicut exercitus est pro castris, idest ante castra. Aliquaundo *pro in* ; unde *pro tribu-*

nali, idest in tribunali. *Misit ad eum uxor ejus dicens*. Erat ista mulier gentilis, et signat Ecclesiam gentilium, quae suscepit Christum, ut I ad Corinth. i. *Nihil tibi et justo illi*; id est non pertinet ad te judicare, immo ipse debet esse iudex virorum et mortuorum. *Multa enim passa sum hodie per visum propter eum*. Hic ponitur causa; et est modus loquendi talis; quando enim abstrahitur quis a sensibus, aliqua secundum imaginacionem apparent; et consuetum est quod visio refertur ad id quod appetit, cum sit alienatio a sensibus. Hoc autem fit aliquando in vigilia, aliquando in somno. Quando in vigilia, visio dicitur: unde Num. vi, 20, dicitur: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum*. Hic autem ponitur propheta pro utroque.

Notandum, quod hujus causa quandoque corporalis intrinseca est, ut quando superabundat sanguis, sit apparitus corporum rubeorum, et sic de aliis. Aliquando ex causa extrinseca, ut ex frigore somniant aliquis quod sit in nive. Aliquando autem a causa spirituali; et hoc vel a Deo per bonum Angelum, et de hoc Job xxxiii, 15: *Per somnum in visione nocturna aperit aures virorum*. Et haec vera sunt, et veritatem habentia: non tamen multum debet confidere. Eccli. xxxiv, 7: *Ne dederis in illis cor tuum: multos enim errore fecerunt somnia*. Aliquando sunt a dampnibus, qui possunt imprimere in phantasiam, quia est virtus corporalis: unde divinationes et hujusmodi prohibentur in lege. Deuter. xviii, 10: *Noi inveniatur in te qui somnia obseruat, vel anguria etc.*

De hac visione possumus dicere quod facta est a Deo per bonos Angelos: vel a diabolo, quia erat ad impedendum passionem; quia in passione erat peccatum occisionis, et sic fiebat per Angelos bonos; sed ex passione sequitur fructus; ideo diabolus jam percipiens eum esse Denum, et timens per passionem potestatem amittere, sicut in mente Iudei posuerat ut eum traduceret sic et molo voluit

impedire; non quia vellet impedire peccatum, sed potius passionis fructum.

Tunc ponit studium Judaorum voluntum occidere Christum: *Principes autem sacerdotum et seniores¹ persuaserunt populis ut peterent Barabbam*. In ultroque enim se ostendunt abominabiles; quia principes, qui¹ alios corrigerere deberent. Prover. xvii, 15: *Qui justificant impiam, abominabilis est*. Similiter eo quod seniores. Dan. xiii, 5: *Egressa est iniqitas a senioribus populi*.

Respondens autem Præses ait illis. Ille ponit conatum quo conabatur Pilatus dimittere eum: et primo ostendit quibus verbis egerit ad liberationem; secundo quibus factis, ibi, *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret*. Tribus modis est conatus liberare eum. Primo ex comparatione: secundo ex dignitate; tertio ex innocentia. Ex comparatione, quia comparavit eum malo actori, respondens scilicet petitioni populi, vel istis principibus qui instigabant eum: *Quem vultis vobis de duabus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam*. Quod et populo improperat Petrus, Actor. vii, 13: *dicens de Christo: Quem vos quidem tradidistis, et negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti*. *Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis etc*. Dicit ergo Pilatus: *Quid ergo faciam de Jesu qui dicitur Christus?* Ille allegat dignitatem. *Quid faciam de Jesu*, quasi dicit: *Injuriosum erit vobis si illum occidatis, qui dicitur Christus*. Sed isti verreri non potuerunt; immo dicunt omnes, *Crucifigatur*: haec enim erat mors turpisissima. Ideo completur quod dicitur Sap. ii, 20: *Morte turpisissima condemnamus eum*. Isa. iii, 8: *Lingua corum et adinventiones eorum contra Dominum*. *At illis Præses: Quid enim mali fecit?* Ille allegat innocentiam ejus, intendens eum liberare, quasi utens illo quod dicitur Hier. ii, 5: *Quid increverunt patres vestri in me iniurias?* Et Joan. viii, 46: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* *At illi magis clamabant, Crucifigatur*. Ut de fleti non poterant, secundum Hier. viii, 5: *Apprehenderunt mendacium, et*

¹ Al.: « et seniores populi etc. »

noluerunt reverti. Unde peccatores erant in malitia.

*Videns autem Pilatus quod nihil proficeret. Hic intendit liberationem ejus per factum : et primo ponitur factum ; secundo populi obligatio ad penam. Dicit : *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret.* Per hoc dat intelligere quod multa alia dixerat, et quod nihil proficeret. *Accepimus autem aqua, laris manus suas.* Haec erat consuetudo quod quando quis volebat se ostendere innocentem, lavabat manus : sic et iste : unde dixit : *Ego innocens sum a sanguine justi huius etc.* Secundum hunc modum habetur in Psal. xxv, 6 : *Lavabo inter innocentes manus meas.* Et vere ipse fuisset innocens, si in sua sententia permanisset ; unde vocat eum justum. *Vos videbitis,* idest quid vobis accidere debeat. Unde Joan. xviii, 31 : dicitur : *Accipite cum ros, et secundum legem vestram judecate eum.* Tunc sequitur obligatio ad penam : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.* Et ita fieri quod sanguis Christi expetitur ab eis usque hodie : et bene convenit illis quod dictum est Gen. iv, 10 : *Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Sed sanguis Christi efficiacior est quam sanguis Abel. Apostolus ad Hebr. xii, 24 : *Habemus sanguinem melius¹ clamantem quam sanguis Abel.* Hier. xxvi, 15 : *Verumtamen si occideritis me, sanguinem innocentem, tradetis contra eos metipsos.* Tunc dimisit Barabbam. Dimisit, idest absolvit a sententia mortis. *Iesum vero flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.* Et quare flagellatum ? Hieronymus dicit, quia consuetudo erat Romanorum quod adjudicatus morti primo flagellabatur. Et sicut dicitur Joan. xix, ipse flagellavit : unde completur in eo quod habetur in Psal. xxxvii, 18 : *Ego autem in flagella purus sum.* Quidam dicit quod flagellavit ut moverentur ad pietatem, et sic flagellatum dimitterent.*

2. Postquam habitum est de condemnatione, hic agitur de passione et morte ; secundo de sepultura, ibi, *Cum sero autem factum esset etc.* Circa primum

duo facit : quia primo narrat quae indigna pertulit ; secundo quae magnificie fecit, ibi, *A sexta autem hora tenebrae factæ sunt.* Prima pars in tres. In prima agit de illusione militum ; secundo de crucifixione ; tertio de crucifixi derisione per Iudeos facta. Secunda ibi, *Et postquam illuserunt ei.* Tertia ibi, *Prætererunt autem blasphemabant eum.* Circa primum primo describuntur illusores ; secundo illusio. Dicit ergo : *Milites congregaverunt universam cohortem.* Cohors societas militum dicitur : et quilibet qui habebat iudicariam potestatem, habebat cohortem militum ad exercendum iudicium. Prætorium dicitur esse locus, ubi exercabantur iudicia : unde congregati sunt ad eum et Gentiles et Iudei, ut nulli essent immunes : quia omnes debebat redimere. Ideo competit quod habetur Rom. xi, 32 : *Conclusit Deus omnia in incredibilitate, ut omnium misericordia.* Et in Psal. cxvn, 10 : *Circuerunt me sicut apes.* Et executes eum, *chlamydem coccineam circumdederunt ei.* Hic describitur illusio : et primo quo ad habitum ; secundo quantum ad honorem ; tertio quantum ad opprobrium. Secunda ibi, *Et genu flexo ante eum, illudebant ei.* Tertia ibi, *Exeuntes autem invenerunt hominem Cyranum, nomine Simonem etc.*

Notandum, quod licet accusassent eum de multis, tamen non propter aliud patiebatur nisi quia regem se dicebat, sicut habetur Joan. xix, 12 : *Si cum dimittis, non es amicus Cæsaris.* Unde ex hac causa magis timuit. Ideo volentes illudere, imponunt ei signa regis. Consuetudo enim est quod reges purpura induantur : et isti loco hujus, veste coccinea eum induerunt. Item solent habere coronam ; et loco hujus fecerunt coronam spineam. Item solent habere sceptrum ; et loco hujus dederunt ei baculum arundineum. Dicit ergo : *Et chlamydem coccineam circumdederunt ei,* idest rubeam.

Sed quid est quod Marcus dicit cap. xv, 17 : *quod cum purpura induerunt?* Augustinus solvit, quod hoc dixit propter similitudinem coloris. Vel potest dici

¹ Al. : • magis. *

quod quamvis esset coccinea, tamen habebat aliquid de purpura.

Per hoc quod propriis vestibus exiuntur, et alienis induitur, reprehenduntur haeretici qui dixerunt eum non esse verum hominem. Ista chlamys potest signare carnem Christi sanguine proprio eruentatam. *Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sceleru nostra* : Isa. lxx, 5 : Vel signat sanguinem martyrum, qui lavarunt stolas suas in sanguine agni : vel peccatum gentilium. *Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus.* Unde pro corona gloriae imposuerunt ei coronam contumeliae. Isa. xxii, 18 : *Coronate eum corona tribulationis.* Per istas spinas signantur aculei peccatorum, quibus conscientia vulneratur : et istas Christus accepit pro nobis, quia pro peccatis nostris mortuus est. Vel potest referri ad maledictum Adae, ubi dictum est Gen. iii, 18 : *Spinias et tribulos germinabit tibi.* Unde signatum est quod solvebatur ista maledictio. Et loco sceptri arundinem in dextera ejus. Et signatur potestas daemonum, secundum Origenem, quam Christus de manibus eorum eripuit. IV Reg. xviii, 21 : *Non confidas in baculo arundineo.* Potest enim signari inanitas gentilium, quam sibi tamen Christus assumpsit. Psal. ii, 8 : *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et bene comparantur arundini : quia sicut arundo fertur in omnem ventum, sic gentilitas in omnem errorem. Item arundine utebatur ad scribendum : item ad venenosa occideendum. Sic Christus fideles ad se trahit et aseribit, sed persecutores ad mortem.

Tunc agitur de illusorio honore, et istum exhibebant facto : unde dicitur : *Et genu fero ante eum, illudabant ei.* Et licet hoc fecerint illudendo, tamen signabat quod omne genu ante eum flecti debebat. Phil. ii, 10 : *In nomine Jesu omne genu flectatur.* Unde illudabant verbo, dicentes ei : *Ave rex Iudeororum.* Et signantur per istos illi qui voce confitentur se nosse Deum, factis autem ne-

gant : ad Tit. i, 16. Item varias contumelias intulerunt, quia inspuerunt in faciem ejus. Isa. i, 6 : *Faciem meam non averti a consuentibus in me.* Item persecutiebant caput ejus, tanquam stultus esset. El qui sunt illi qui caput Christi percurentium? Caput Christi est Dens, ut habetur 1 Cor. xi. Illi ergo caput Christi percurent, qui divinitatem Christi blasphemant. Per arundinem sacra Scriptura signatur. Tales errorem suum per sacram Scripturam confirmant.

Erenentes autem invenerunt hominem Cyrenum, nomine Simonem. Post illusionem agitur de crucifixione. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de loco crucifixionis ; secundo de habitu, et de his que in loco sunt acta. Et primo narrat quomodo Christus ductus est ad locum ; secundo quomodo crux est delata, tertio quomodo pervenerunt ad passionem, *Et postquam illuserunt exierunt* scilicet chlamydem quam ei induerant.

Notate, quod illuditur in veste aliena, sed ducitur in propria ; per quod signatur, quod non erat ei proprium illud, sed occidi : quia ut habetur ad Phil. ii, 7, *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem.* Ibi enim apparuit virtus Psal. cxvi, 16 : *Derterea Domini fecit virtutem.* Isa. iiii, 7 : *Quasi ovis ad occasionem ducetur.*

Erenentes autem invenerunt hominem Cyreneum. Ille agitur de delatione crucis. Et per hoc signatur quod noluit pati in civitate, sed extra. Et ratio assignatur ad Hebr. ult., 12, ubi dicitur : *Propter quod, ut Jesus sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portum passus est.* Competit etiam figura : quia, si ent habetur Lev. xvi, quod hirens, qui pro peccato debuit immolari, extra castra mittebatur ; sic et Christus, quia erat hostia populi. Item ad nostram adificationem, ut det nobis intelligere quod exire debemus ad eum extra conversationem nostram. Ad Hebr. ult., 13, *Eramus ergo ad eum extra castra, improperiū ejus portantes.* Item passus est extra portam, ut virtus passionis non in-

cinderetur ad unam gentem. Joan. xi., mortuus est ut omnes gentes congregaretur in unum.

Hunc angariaverunt ut tolleret crucem. Hic videtur discordia : quia Joan. xix., 17, habetur quod *exit bajulans sibi crucem*. Hic est quadam solutio secundum Hieronymum, quod primo portavit, sed post incedentes obviaverunt Simonis, et angariaverunt etc. Origenes dicit, quod e converso fuit, quod Simon primo portavit, et post Christus. Et ratio est mystica, quare primo tuli crucem. Unde supra xvi., 24 : *Qui vult venire post me, a'neget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me etc.* Et notaendum quod iste Simon extraneus erat ; et signat gentilem populum, qui crucem Domini tuli. I Corinthus, i., 18 : *Verbum crucis percutientibus quidem stultitia, his autem qui salvi sunt, idest nobis, virtus Dei est.* Et Simon dicitur obediens ; et gentilis populus obedivit. Psal. xvii., 43 : *Populus quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi.* Et veniebat de villa. Villa latine, pagos dicitur gracie. Unde ille de villa venit qui de paganismo venit. Convenit ei quod dicit Cyranaeum, quod interpretatur hereditas pretii. Psal. ii., 8 : *Postula ad me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et quod dicit quod coegerunt eum, signat illos qui exterius crucem ferunt ; interiorius autem coacte ferunt : quia non propter Deum, sed propter mundum. Ad Gal. v., 24 : *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.*

Consequenter ponitur locus : *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est calvaria locus.* Calvaria dicitur apud homines deundatum, sicut patet in cæmeteriis : unde dicitur in greco « cranios ». Et dicunt aliqui quod in illo loco sepultus fuit Adam. Hieronymus istud improbat, quia sepultus fuit in Hebron, ut habetur in Josue xiv.

Et quare ibi passus est ? Notandum, quod in qualibet civitate est aliquis locus ubi solent damnati cruciari : unde ibi erat locus danatorum.

Tunc narratur quid actum est in sua crucifixione : et primo ponitur potatio ejus ; secundo crucifixio ; tertio alia quae facta sunt. Et circa primum primo ponitur quid sit oblatum ; secundo quomodo se habuit ad oblatum. Dicit ergo : *Et dederunt ei vinum bibere cum selle mixtum.* Voluerunt quod omnes sensus ejus paterneretur. Visus passus est per sputa et vigilias ; auditus per blasphemias et verba irrisoria ; tactus, quia flagellatus : ideo voluerunt quod et gustus pateteretur. Et completum est quod in Psal. lxviii., 22 : *Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* Et Hier. ii., 21 : *Quomodo conversa es² in pravum, vinea aliena ?*

Sed est quaestio : quia in Marc. cap. xv., habetur quod dederunt ei vinum myrratum. Dicendum, quod myrra amarissima est, et vinum selle mixtum est³ amarum. Sed consuetudo est omne amarum nominari sub specie fellis. Unde secundum veritatem vinum erat myrratum, sed tamen ad similitudinem fellis dicitur. Et per hoc significabatur quod amaritudinem peccatorum nostrorum tintillat.

Postea ponitur quo modo se habuit : quia *cum gustasset, noluit bibere.*

Sed quid est quod dicit Marcus quod accepit, hic autem dicit quod gustavit ? Potest dici, quod non accepit nisi ad gustandum ; et hoc signal, quia gustavit mortem : quia enim cito surrexit, vix visus est mortuus, quia fuit *inter mortuos liber.* Psal. LXXXVII., 6.

Postquam autem crucifixerunt eum etc. Sed potest queri quare magis ista morte voluit mori. Una ratio est ex parte crucifigentium ; quia volebant quod per hoc infamaretur, secundum illud Sap. ii., 20 : *Morte turpissima condemnemus eum.* Et haec est crucis. Item ex parte ordinacionis Dei : quia Christus voluit esse noster magister, ut daret nobis exemplum patienti mortem : unde passus est mortem ut per mortem liberaret nos, ut habetur ad Hebr. xi. Sed multi sunt qui bene volunt pati mortem, sed mortem abjectam refugunt ; ideo Dominus dedit

¹ Al. deest : « primo, » — ² Al. : « est. »

³ Al. omittitur : « est. »

exemplum ne quodlibet genus mortis refugerent. Item competit redemptioni, quia ad satisfactionem pro peccato primi hominis; sed primus homo peccavit in ligno; ideo Dominus in ligno pati voluit. Sapien. xiv, 7 : *Benedictum lignum per quod sit justitia.* Item Christus exaltandus erat per passionem; ideo exaltari voluit per passionem in cruce. Item volebat corda nostra trahere ad se. Joan. xii, 32 : *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Item ut corda nostra elevarentur.

Diviserunt sibi vestimenta sua. Illic ponuntur quae facta sunt in contumeliam crucifixi: et primo ponitur divisio vestimenti; secundo superpositio tituli; tertio associatio. Cirea primum primo ponit factum; secundo prophetiam. Dicit ergo, *Diviserunt.* Chrysostomus dicit, quod hoc factum fuit in magnum vituperium. Consuetudo enim¹ erat quod condemnatus non denudabatur nisi vilissimus homo: ideo ut magnam contumeliam inferrent ei, denudaverunt ipsum, ut instruamur quod nos ab omni affectu actuum carnarium debemus nos denudare. Quando hoc factum sit? Matthaeus transit, sed Joannes narrat cap. xix, quod quilibet miles accepit partem suam de alia ueste; sed super tunica inconsutili miserunt sortem. Tunc ponitur prophetia: *Ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam.* Ly ut non ponitur causative, sed consecutive: quia Christo paciente accidit impleri istud quod dictum erat. *Et sedentes scrababant eum etc.*, ut scilicet non sepeliretur. Psal. xxi, 19 : *Ipsi vero consideraverunt et insperaverunt me.*

Tunc sequitur titulus: *Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptum etc.* Et attendendum, quod illud quod ad ignominiam fecerunt ex ordinatione cessit ad honorem ejus. Unde *imposuerunt causam ipsius*, idest causam pro qua patiebatur: Apoc. xix, 16, habetur scriptum: *rex regum, et Dominus dominantium.* Quod ergo dicit, *rex Iudeorum*, hoc pertinet ad honorem, quia futurus erat rex super omnes gentes. Psalm. n, 6 : *Ego autem constitutus sum*

rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.

Tunc ponitur societas: *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones.* Haec fuit societas, quia in medio duorum latronum, ut malefactor. Unde Isa. iiii, 12 : *Et cum ini quis deputatus est. Sed unus a dextris, alter a sinistris.* Crucem accepit ut judex: siue enim in iudicio quidam a dextris, quidam a sinistris; sic hic. Unde per hoc signatur judex vivorum et mortuorum. Ad Phil. ii, 9 : *Propter quod exaltavit illum Deus, et dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et inferorum.* Job xxxvi, 17 : *Causa tua quasi impii judicata est: causam iudiciumque recipies.* Item per hoc quod unus a dextris, aliis a sinistris, signatur quod pro omnibus Christus passus est; sed tamen aliqui credunt, aliqui non. I ad Corinth. i, 23 : *Nos autem autem praedicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandulum, gentibus autem stultitiam.* Vel potest dici quod quidam crucem patientur propter Deum, et hi a dextris; quidam autem non propter Deum, sed propter mundum, et hi a sinistris.

Tunc agitur de illusione crucifixi: *prætereuntes autem blasphemabant eum:* et primo agitur de ea quae a populo, secundo de ea quae a principibus; tertio de illa quae a latronibus. Cirea primum primo describit blasphemos; secundo blasphemias. Primo ergo describit quia *prætereuntes*, idest preter viaem ementes. De talibus dicitur Isa. xxx, 11 : *Declinate a me semitam, cresset a facie nostra² Seme noster Israel.* Item describuntur, quia *mover bant capita*: et hoc faciebant ad delusionem. Per caput significatur ratio, per pedes affectus: unde primo moverunt affectus ad malum, post movent capita, quia infatuantur in peccatis. In tribus irrident eum. Primo in verbis: secundo de operibus quae fecit; tertio de dignitate quam sibi appropriavit. De primo dicit: *Vah qui destruis templum Dei etc.* Vah est interjectio derisionis. Jam enim erat divulgatum, et non volebant credere:

¹ Al. deest: « enim. »

² Al.: « vestra. »

unde de his dicitur Hier. viii, 5 *Apprehenderunt mendacium, et voluerunt reverti.* Quasi dicent : Si vis readdicare templum, readditte te. Sed non poterat readdicare, nisi primo solveretur; ideo primo voluit quod solveretur, quia de templo corporis sui hoc dixerat. Deinde ex opere : *Sale et te ipsum;* quasi dicent : Salvasti alios, salva te. Sed non vere salvasti alios, nec poteris te salvare. Item ex dignitate, quia si *Filius Dei* es, descendere nunc de cruce. Hac conditionalis non est bona; immo potius, si *Filius Dei* es, debet esse obediens Patri. Ipse enim factus est *obediens usque ad mortem* : Phil. ii, 8. Item potius deberent dicere : Si *Filius Dei* es, ascende, et non descende. Joan. iii, 13 : *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo.* *Filius hominis qui est in celo.* Ut tunc eodem verbo quo diabolus usus est tentans eum supra iv, 6 : *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Non est enim *Filius Dei* descendere. Unde persuasione diaboli loquebantur, volentes impedire passionem ejus.

Tunc sequitur de illusione principum : *Similiter et principes sacerdotum illudentes etc.* Unde non solum populus, sed principes illudebant ei. Aliquis non facit vim si a minimis condemnatur, sed derisionem maiorem tolerare non potest : naturaliter enim homo appetit honorari ; honor autem sit in testimoniorum virtutis : unde delusio sit propter opprobrium. Et describuntur isti ex auctoritate, quia principes ; item ex doctrina, quia scribant ; item ex vita, quia Pharisei, qui præminebant in vita. Hier. v, 5 : *Ibo ad optimates, et loquar eis : ipsi enim cognoverunt viam Domini, et judiciorum Dei sui.* Et ecce magis hi simul confregunt *jugum, ruperunt vincula.* Et tria dicunt. Primo improberant miracula quae fecit ; secundo regiam dignitatem ; tertio quod *Filium Dei* se fecit. Quantum ad primum dicunt : *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.* Volebant dicere : Si *aliros salvos fecit, se poterit salvare*; sed se non potest : ergo nec *aliros salvos fecit.* Sed nos e contrario debemus arguere : *Alios salvos fecit,* ergo se salvare potest; sed se potuit sal-

vare resurgendo : ergo et nos poterit salvare. Ad Heb. v, 9 : *Factus est omnis obtemperantibus sibi causa salutis aeternæ.* Unde isti non intendebant nisi salutem temporalem. Christus autem voluit ostendere quod *salus aeterna* præponenda est : unde dicunt : *Si rex Israel est, descendat nunc de cruce.* Hic improberant regiam dignitatem, et faciunt falsam præmissionem, et faciunt malam consequentiam : quia si rex Israel est, non debet descendere, quia per crucem debet ascendere. Psalm. xcvi, 10 : *Dominus regnabit a ligno.* Et in Isai. ix, 6 : *Factus est principatus, id est crux, super humerum ejus.* Item facit quod magis est, quia surrexit de sepulcro, et tamen non crediderunt : unde mendaes erant. Hier. xxii, 16 : *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, et decipiunt vos : et sequitur : visionem enim cordis sui loquantur vobis.* Item improberant quod dixit se *Filium Dei.* *Confidit in Deo, liberet eum, si vult.* Psal. xxi, 9 : *Speravit in Domino ; eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Poterat liberare, si vellet ; sed nolebat : quia volebat eum ad tempus morti exponere, ut nobis salutem procuraret, et sibi honorem. Unde impletum fuit quod dicitur in Hierem. cap. xv, 10 : *Omnes maledicunt mihi.*

Idipsum autem et latrones improberabant ei. Sed quid est quod dicitur hic quod ambo improberant ei ; in Luca autem xxii, quod unus solus? Solvit Augustinus : quod aliquando consuetudo est in Scriptura quod plurale ponitur pro singulare, ut in Heb. ii, 33 : *Obtulerunt ora leonum;* idest, obturavit, scilicet Daniel : et est loquendi modus, sicut dicitur : *Isti rustici mihi sunt infesti ; etiam si unus solus sic infestet eum.* Sic Matthæus loquitur. Vel aliter, secundum Hieronymum, quod a principio ambo improberaverunt ei ; sed unus videns miracula quæ faciebat, pœnituit. Et hoc, ut dicit Chrysostomus, divina dispensatione factum est : unde significantur illi qui post multa scelerâ ad Christum revertuntur.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt per universam terram. Supra narra-

vit Evangelista quomodo Dominus passus est in cruce : hic quomodo operatus est magnifica : et primo ponit quae operatus est ante mortem : secundo quae post mortem, ibi, *Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.* Cirea primum duo facit. Primo narrat oblationem accidentem ; secundo clamorem, ibi, *Et circa horam nonam clamavit Jesus.* Dicit ergo : *A sexta autem hora tenebræ facte sunt per universam terram.* Siec narrat Origenes, gentiles audientes Evangelistam hoc narrantem pro miraculo, deridebant eum, et dicebant hoc factum fuisse naturaliter : ideo credebant quod ut ignorans diceret, cum sol naturaliter pateretur. Sed non fuit haec eclypsis naturalis, sed miraculosa. Sed si vultis videre, audite quod Dionysius dicit, qui erat vigintiquinque annorum, et studebat in astris in civitate Heliopolis. Et dum viderent, admirati sunt ipse et Apollonius ; et videbatur eis quod non erat naturalis ; et consideraverunt quatuor miracula. Primum ex tempore; quia cum esset dies qua pascha debebat fieri, luna erat quintadecima, ubi luna est in oppositione ad solem ; sed naturalis eclypsis fit ex conjunctione lunæ ad solem. Secundum miraculum fuit quod quando sol in occidente est, luna debet esse in oriente; sed hic mutatus est cursus lunæ. Item tertium signum est quod semper obscuratio incipit a parte occidentis : quia omnes planetæ habent duplicum motum, proprium et communem. Luna quo ad proprium motum velocior est ; et cum venit ad corpus solis, venit ab occidente ; sed sic non fuit hic, quia ab oriente venit. Quartum miraculum fuit quod ab eadem parte incipit obscuratio et reddit illuminatio ; sed hoc tunc non fuit, quia illam partem quam primo occupavit, ultimo dimisit¹ : quia luna ab oriente venit usque ad corpus solis, et tunc retrocessit, unde illa pars primo fuit illuminata. Et ideo ista considerans, in adventu Pauli se convertit, et post convertit socium suum. Quintum miraculum, quod est majus, ut dicit, est quod

quando naturalis eclypsis est, parum durat, non enim sol patitur, sed fit obscuratio per interpositionem lunæ, sed corpus lunæ non est majus quam solis ; ideo moram non habet : sed istud duravit tribus horis, ideo magnum fuit miraculum.

Sed querit Origenes : Si istud fuit ita magnum miraculum, quare aliquis astrologorum non descripsit? Respondit, et dixit, quod ista obscuratio non fuit universalis, sed circa terram Judææ. Vel dicitur quod *super universam terram*, scilicet Judæam. Similis modus loquendi est, cum dicitur : Non est gens aut regnum² etc., intelligendum enim de illa gente ; sic et hic. Chrysostomus vero dicit, quod intelligitur *super universam terram*, idest super totum mundum, quia moriebatur pro universo mundo : ideo voluit per signum passionis omnibus innotescere. Sed Dionysius dicit, quod erat in Ægypto, et ipse vidit ; et sic poterat intelligere quod durabat usque in Asiam : nunc magis est ei credendum. Narrat quidam astronomus de quadam eclypsi quæ facta fuit tempore Tiberii ; sed non dicit quando, vel quantum duravit, vel quomodo : tamen potest dici, quod quia tunc non erat tempus eclypsis, non perpesterunt modum. Unde aliqui dixerunt, quod nubes multæ interpositæ fuerunt inter nos et solem ; aliqui autem dixerunt, quod sol retraxit radios suos : unde Amos viii, 9 : *Occidit eis sol in meridie.*

Sed est quæstio : quia hic dicitur quod crucifixus est hora sexta ; Marcus vero dicit hora tercia, cap. xv. Dicendum, quod Matthæus historiam narrat, quod crucifixus est hora sexta, et mortuus est hora nona : et hoc mysterio competit, quia sol in meridie est in medio eari ; ideo competit Filio Dei, qui est verus sol. Malach. iv, 2 : *Tobis timentibus nomen Dei, orietur sol justitiae.* Item competit transgressioni primi hominis : qui Adam post meridiem peccavit, Gen. iii, 11, ideo Christus satisfacere voluit illa hora.

Quare ergo dicit Marcus quod hora

¹ Al. : *a divisit.*

² Al. : *a vel quod dicitur, quod super universam*

terram, scilicet Judæam, similis modus loquendi est, cum gens aut regnum etc. »

tertia? Dicendum, quod erexitur tertia hora tertia lingua Iudeorum, sed hora sexta manibus militum. Item tribus horis fuerunt tenebrae; et fuit figuratum per id quod scribitur Exod. x, 22: quod *Moses tribus horis extendit manus suas in eum, et facta sunt tenebra tritus diebus in universa terra Egypti*. Sic Christus in cruce expandit manus suas, et factae sunt tenebrae tribus horis, ad signandum quod privati erant lumine Trinitatis.

Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna. Ille ponit clamorem Christi. Et primo ponitur clamor; secundo effectus, ibi, *Quidam autem de illic stantibus etc.* Dicit ergo: *Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna.* Secundum Originem, Christus voce magna clamat, et signat multitudinem mysteriorum. Isa. iv, 3: *Seraphim¹ clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.* Unde qui vult hoc intelligere quod tedium mortis clamavit, non intellexit mysterium: ideo non sic intelligendum est, sed quia voluit dare intelligere se aqualem Patri, lingua Hebraea dixit Eli, Eli, lamasabactani? Item quia voluit signare quod prænuntiata est a prophetis, ideo dixit illud Psal. ² xxi, 2: *Deus meus respice in me: quare me dereliquisti?* Unde dicit Hieronymus, quod impi sunt qui aliter Psalmum illum exponere volunt, quam de passione Christi.

Notate, quod quidam male intellexerunt: unde debetis scire, quod fuerunt duas haereses. Una, que in Christo non posuit Verbum unitum, sed quod Verbum fuit loco anime; et hoc posuit Arius. Alii vero, quod Verbum non fuit unitum naturaliter, sed per gratiam, sicut in aliquo justo, ut in prophetis; et sic Nestorius. Unde exponebant: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiste me?* Dicunt, quod hoc dicebat Verbum Dei, et vocal eum Deum, quia creatura sua est, et conqueritur, quod hoc Verbum fecit sibi unum, et post dereliquit eum. Sed haec est exposicio impiæ, quia semper cum eo est: unde divinitas non dimisit carnem, nec

animam: unde in Joan. vii, 29: *Qui me misit, mecum est.* Quid ergo? Dicendum, quod ex ipso modo loquendi manifestum est, quod de Christo debebat intelligi. Dicitur enim de eo, Joan. iii, 17: *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* Patrem nominat, eo quod Deus est; Deum nominat, eo quod homo est: ideo cum dicit: *Deus meus, Deus meus etc.*, manifestum est quod secundum quod est homo, loquitur; ideo ingeminat, ut magnitudinem affectus humani designet. Et quod dicitur, *Dereliquisti me*, dicitur per similitudinem, quia quod habemus, a Deo habemus: unde sicut cum alicui malo exponitur, dicitur derelictus; sic³ quando Dominus dereliquit hominem cadere in malum poenae vel culpa, dicitur derelictus: ideo Christus dicitur derelictus non quantum ad unionem, nec quantum ad gratiam, sed quantum ad passionem. Isa. liv, 7: *Ad punctum dereliqui te.* Et dicit, *Ut quid?* non quasi ex tædio; sed potest designare compassionem ad Iudeos: unde non dixit nisi postquam tenebrae essent: unde vult dicere: Quare voluisti ut passioni traderer, et isti obtembrarentur? Item signat admirationem: unde admirabilis est Dei caritas. Ad Rom. v, 8: *Commendat Deus caritatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.*

Tunc sequitur effectus: *Quidam autem illic stantes etc.* Et primo ponitur effectus communis in omnibus; secundo in uno eorum, ibi, *Et continuo currens unus ex eis etc.* Dicit ergo: *Quidam autem illic stantes et audientes, dicebant: Eliam vocat iste.*

Qui fuerunt isti? Credit Hieronymus, quod isti fuerunt milites, qui nescierunt linguam Hebraeam; et propter hoc credebat quod Eliam vocaret, quia Elias multum erat famosus, quia raptus fuit in cœlum, ut habetur IV Reg. iii. Vel potest dici quod illi fuerunt Judei, et volunt per hoc ostendere quod Christus est homo et non Deus, qui auxilium alterius petit.

Tunc ostenditur effectus in uno: et

¹ Al. : « quod Seraphim. »

² Al. : « illum Psalmum. » — ³ Al. : « sicut. »

primo dicitur quid ipse fecerit; secundo quid alii. Dicit ergo: *Unus autem ex eis acceptam spongiam implevit acetum.* Quare hoc fecerit, non dicitur hic, sed in Joan. xix, 28: quia Christus videns omnia consummata, dixit, *Sitio*, ideo iste volens ei satisfacere, dedit ei potum damnatorum. Unde impletum est quod in Psal. lxxviii, 22, dicitur: *Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me acetum.* Notandum, quod erat vinum myrratum, sed dictum est fel et acetum, quia habebat amaritudinem. Mystice per vinum myrratum significantur illi qui nihil debent de fide. Vel per acetum, quod sit per corruptionem vini, signatur corruptio humanae naturae. Istam autem amaritudinem Christus portavit. Vel per acetum, malitia Iudeorum signatur. Et ponitur in spongia, quae cavernosa est, et signat cautelas et versutias Iudaorum. Sed imponunt¹ calamo. Per calatum sacra Scriptura signatur: unde suam malitiam per Scripturam confirmare volunt. Et potest esse quod iste ex compassione movebatur, unde voletab iste facere ei auxilium, alii autem nolebant; ideo dicebant: *Sine, videamus an venial Elias liberans eum.*

Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Illic agitur de his quae post mortem acta sunt: et primo ponitur mors Christi; secundo quae acta sunt; tertio effectus. Secunda ibi, *Et ecce velum templi scissum est.* Tertia ibi, *Centurio autem etc.* Circa primum tangitnr mors, et modus mortis. Causa mortis triplex assignatur. Una causa fuit ut ostenderet quantum nos anavit. Augustinus: Nulla major est ratio amoris, quam præveniri amando. Rom. v, 8: *Commendat Deus caritatem suam in nobis, quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Item ut doceret nos contemnere mortem. Per mortem destruxit omnia peccata. Item ut poenam peccati Adas tolleret, ut scilicet liberaret a peccato Adae. Dictum enim fuit ei, Gen. ii, 16: *Quaecunque hora co-mederritis, moriemini.* Ali hac morte nos liberavit. Item quia diabolus, qui est

auctor mortis, invaserat eum qui non meruerat, ideo potestatem in aliis amisit; ideo animam suam morti tradidit ut nostras liberaret. Item designatur conditio mortis. *Et clamans voce magna emisit spiritum.*

Quidam dixerunt, quod divinitas mortua fuerat: sed hoc est falsum, quia vita non potest mori; sed Deus non solum est vivens, sed etiam vita. Aliqui dixerunt animam mori enim corpore; quod esse non potest, quia non posset apprehendere immortalitatem. Item notandum, quod omnes moriuntur ex necessitate; Christus autem propria voluntate: unde non dicit, *Est mortuus, sed, Emisit,* quia ex voluntate; et hoc signal potestatem, sicut alibi dicitur, Joan. x, 18: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.*

Et voluit mori eum magna voce, ad signandum quod ex potestate, et non necessitate moriebatur: unde animam suam posuit eum voluit, et accepit cum voluit: unde facilius fuit Christo posere animam et recipere, quam alieni dormire et excitari. Sed quare imputatum est eis? Quia fecerunt quod in eis fuit.

Et ecce velum templi scissum est etc. In parte ista agitur de effectu. Primo agitur de his quae circa templum facta sunt; secundo de his quae in clementiis; tertio de his quae in hominibus. Et videndum, quod Matthæus alio ordine narrat quam Lucas. Dicit Augustinus, quod Matthæus narrat ordinem historiae: et hoc patet, quia dicit: *Et ecce velum templi scissum est.* In Luca autem nihil tale habetur.

Et notandum, quod in templo duplex velum erat, sicut in tabernaculo: quia erat velum intra sancta sanctorum, et erat velum aliud quod non erat in sanctis. Et ista duo duplice velationem significabant: quia velum interius significabat velationem mysteriorum celestium quae nobis revelabuntur²: tune enim similes ei erimus, cum apparnerit gloria sua. Aliud quod exterius erat, significabat velationem mysteriorum quae ad Ecclesiasticam pertinent. Unde istud exterius fuit scissum, alterum noui, ad signandum

Al. : « imponitur. »

2 Al. : « revelabantur. »

quod mysteria manifestabantur per mortem Christi que ad Ecclesiam pertinunt. Sed aliud non fuit divisum, quia secreta celestia aitque remanent velata. Unde Apostolus ad Corinthios, m. 16: *Cum autem Israel conversus fuerit ad Deum, movebitur celumen.* Unde per passionem omnia mysteria quae in lege et prophetis scripta sunt, aperta fuerunt, ut habetur Iacob. ult. 27: *Incipiens a Moyse et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quae de ipso erant.* Vel significabat dispersionem populi Iudaeorum; et quia gloria eorum erat in velo, quod in passione Domini scissum est, significabatur quod tota gloria dividebatur ab eis.

Et terra nota est, et petra scissa sunt etc. Supra positum est miraculum quod factum est circa sacra templi; hic ponit miraculum quod factum est circa elementa: et ista convenientia inveniuntur primo quantum¹ ad virtutem passionis; secundo quantum ad effectum salutis; tertio quantum ad judicariam potestatem quam Christus patiente meruit. Convenit quod terra mota est etc.: quia non potest presentiam tantæ majestatis sine tremore sustinere. Unde in Psalm. cint. 32: *Qui respicit terram, et facit eam tremere. Et petra scissa sunt:* per quod signatum est quod nulla virtus potest ei resistere. III Reg. xix, 11: *Transit Dominus subvertens montes, et conterens petras.* Et monumenta aperta sunt. Monumenta sunt claustra corporum mortuorum: unde signatur quod vincula mortis disrumpit. Osea xiii, 4: *Ego mors tua o mors, mors tuus ero inferne.* Item Iad Corinth. xv, 34: *Absorpta est mors in victoria.*² Item convenit quantum ad effectum. Commovetur terra dum quicquid terrenum est abiecitur.³ Psal. lxx, 4: *Commovisti terram et conturbasti eam; sana contritione ejus, quia commota est.* Item petra scinduntur, quando duritia cordium ad compassionem movetur. Hier. xxiii, 29: *Verba mea scilicet passionis quasi ignis, et quasi malleus conterens petras.* Item quod monumenta aperta sunt, si-

guat quod mortui in peccatis debent resurgere. Ephe. v, 14: *Surge qui dormis, et exurge ex mortuis.* Item convenit venienti ad judicium: quia ipso veniente, terra movebitur. Aggrevi n. 7: *Adhuc unum modicum est, et ego movebo celum et terram.* Item petra scinduntur, quia omnis altitudo virorum deprimitur. Item monumenta aperientur, quia mortui venient ad judicium. Joan. v, 28: *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.*

Consequenter tangitur miraculum in hominibus; et primo tangit resurrectionem; secundo manifestationem. Dicit ergo: *Et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt.*

De illis solet esse questio utrum resurrexerint iterum morituri, vel non morituri. Constat aliquos resurrexisse ut post morerentur, ut Lazarus. Sed de ipsis potest dici quod surrexerunt non iterum morituri, quia surrexerunt ad manifestationem resurrectionis Christi: certum autem est quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur. Item si surrexisserint, non esset eis beneficium exhibitum, sed potius detrimentum. Ideo surrexerunt tamquam intraturi eum Christo in celum.

Et exentes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem. Et notandum, quod licet istud dictum sit⁴ in morte Christi, tamen intelligendum est per anticipationem esse dictum: quia post resurrectionem actum est: quia Christus primogenitus mortuorum: Apocalyp. i, 5. *Et venerunt in sanctam civitatem: non quod modo⁵ esset sancta, sed quia ante fuerat.* Isa. i, 12: *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicii?* Vel dicitur sancta, quia sancta ibi tractabantur. Vel, secundum Hieronymum, *in sanctam civitatem,* scilicet coelestem: quia cum Christo venerunt in gloriam, *et apparuerunt multis:* sicut enim Christus potestatem habet se manifestandi quibus vult, sic intelligentium de corporibus glorificatis.

¹ Al.: « et ista convenientia invenitur quantum etc. »

² Al.: « in victoria sua. »

³ Al. omittitur: « commovetur terra dum quic-

quid terrenum est abiecitur. »

⁴ Al.: « exurge. »

⁵ Al.: « licet istud dictum sit hoc. »

⁶ Al.: « quomodo. »

Centurio autem etc. Hic agitur de effectu miraculorum : et primo in gentibus ; secundo in mulieribus, ibi, *Erant autem ibi mulieres multæ*. Cirea primum tria facit. Primo ponitur diligens consideratio ; secundo timor ; tertio vera confessio fidei, proveniens ex timore. Dicit ergo : *Centurio autem, et qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu et his quæ siebant, timuerunt valde*.

In Luca dicitur, quod iste terramotus fuit ex hoc quod Christus clamans expiravit ; hic autem dicitur quod *viso terræmotu*. Et dicit Augustinus, quod non esset facile solvere, nisi diceret, *Et his quæ siebant*. Iste autem signabat gentilem populum, qui salubri timore confessi sunt Dominum : unde Osee n. 24 : *Didicam non populo meo : Populus meus es tu. Et ipse dicit : Deus meus es tu. Vocabo gentem meam, non gentem meam*. Isa. xxvi, 18 : *A facie tua, Domine, concepimus, et peperimus spiritum salutis*.

Deinde ponitur vera confessio, ibi, *Vere Filius Dei erat iste*. In hoc confunditur Arius, qui cum existentem in cœlo¹ non constitetur esse vere Filium Dei, quem Centurio in morte constitetur. I. Joan. v, 20 : *Hic est vere Filius Dei, et vita aeterna*.

Sequitur devotio mulierum ; *Erant autem ibi mulieres multæ etc.* Et primo describuntur quo ad praeterita, et quod ad praesentia. In quo considerandum, quod populis recedentibus, mulieres adhæserunt, ita quod impletum est quod dicitur Isa. l, 2 : *Non remansit vir tecum*.

Sed considerandum, quod hic dicitur, quod steterunt a longe. Joannes autem xix, 25. dicit, quod *stabant juxta crucem etc.* Augustinus dicit, quod potest dici quod aliae mulieres essent quæ prope, et quæ longe, nisi diceretur utroque, quod Maria Magdalena erat una. Ideo aliter dicendum, quod sicut multum et paucum dicuntur relative, sic prope et longe. Et sicut idem potest dici multum et paucum respectu diversorum, sic prope et longe. Sic considerandum, quod Centurio et Gentiles juxta crucem erant ; sed mulie-

res post eos, turba vero magis a longe. Unde secundum diversam comparationem erant longe et prope. Longe, comparando ad Centurionem et Gentiles ; prope, comparando ad turbas. Vel potest dici, quod prius steterunt prope ; sed cum emisit spiritum, steterunt longe.

Item notate, quod dicit quod *secutæ erant cum a Galicea, ministrantes ei*. Ipse enim cui Angeli ministrabant, permisit ut ministraretur ei a mulieribus. In hoc dedit documentum Apostolis sequentibus, quod recipierent temporalia ab his quibus ministrarent spiritalia. Et hec erat consuetudo antiquitus quod doctores recipiebant necessaria ab eis quos docebant². Sed Paulus, quia gentibus prædicabat, inter quos non erat hæc consuetudo ; ne videretur quod pro pecunia prædicaret, recipere solebat.

Inter quas erat Maria Magdalena, e Maria Jacobi etc. Ex isto verbo Elvidius assumpsit occasionem erroris, qui dixit, Jesum esse natum ex semine Joseph. Ad hoc dicit Hieronymus, quod duo fuerint Jacobi. Major, qui dicitur frater Joannis ; et minor, qui fuit Filius Alphæi, cuius mater erat mater etiam Joseph. Unde illa quæ fuit mater Jacobi majoris, non fuit mater Jacobi minoris : quia statim additur : *Et mater filiorum Zebedei*.

Sed quid est quod dicitur : *Maria Cleophae, et Maria Alphæi?* Solvit Hieronymus, quod potuit esse quod illa Maria habuit virum quæ fuit binomius : unde vocabatur Cleophas, et Alpheus. Vel potest dici, quod primo Cleophae nupsit, et mortuo³ illo nupsit Alphæo. Vel potest dici, quod Cleophas fuit pater, et mater fuit vocata Salome, quia, *Maria* dicitur Mare. xv, 40 et *Salome* : unde Salome est nomen mulieris. Unde patet error Magistri in *Glossa super II capitolo ad Galatas*, quod fuit nomen viri. Et Magistri in *Historia* : quia in Graeco habetur Salomei, quæ est terminatio feminæ, quæ nullo modo invenitur in masculino.

Cum sero autem factum esset etc. In parte ista primo agitur de sepultura ; secundo de veneratione ; tertio de custodia.

¹ Al. : « tertius. »

² Al. : « in cœlum. »

³ Al. : « dicebant. »

⁴ Al. : « quod mortuo. »

⁵ Al. deest : « primo. »

Secunda ibi, *Accepto corpore involvit illud in sindone munda*. Tertia ibi, *Altera autem die etc.* Cirea primum primo conditio ponitur sepientis; secundo ejus petitio. Conditiones ponuntur quatuor: unde: *Cum sero factum esset quia oportebat quod removeretur, ut non in sabbato remaneret enim quidam homo dires ab Arimathæa*. Et describitur ex facultate, quia *dires*. Eccli. xxxi, 8: *Beatus dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris*.

Sed quare dicit eum divitem? Dicendum, quod hoc non dicit propter ejus laudem vel jaectantiam; sed ad hoc quod potuit impetrare a Pilato, quod non potuissest nuns pauper.

Item describitur a patria, quia *ab Arimathæa*, quod idem est quod Ramatha, quae fuit Samuelis. Et signat excelsum. et iste excelsus fuit. Item ex nomine, quia *Joseph*, qui accrescens signatur. Item ex religione, quia *et ipse discipulus erat Iesu*: quia ex fide non excederat. Joan. xii, 31: *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis*. Tunc agitur de impetratio: et primo ponitur petitio; secundo impetratio *Hic accessit ad Pilatum, et petuit corpus Iesu*. Et commendatur, quia accessit. Sequitur impetratio: *Tunc Pilatus jussit reddi corpus*. Sequitur de sepultura: *Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda*. Et agitur de cultu et sepultura. De cultu, fuit simplex cultus, quia simplici sindone: et ideo, secundum Hieronymum, vituperatur cultus nimius sepulturae. Per istam sindonem secundum mysterium tria signatur. Primo signatur caro Christi munda. Fit enim de ligno, quod per multam pressuram dealbatur: sic caro Christi per multam pressuram ad candorem resurrectionis pervenit. Luc. ult., 46: *Sic oportuit Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die*. Vel signat Ecclesiasticus non habentem maculam neque rugam. Et hoc signatur per istud linteum, quod ex diversis filiis est contextum. Item signatur munda conscientia, ubi Christus quiescit. *Et posuit eum in*

monumento suo novo. Et quatuor dicit de isto monumento. Primo quod erat sum. Et satis conveniebat quod qui pro peccatis aliorum mortuus erat, quod in monumento aliorum sepeliretur¹. Item dicit, *novo*, quia si alia corpora posita fuissent, nesciretur quis surrexisset. Item dicit, quod *in petra*, non in monumento ex diversis lapidibus constructo, ut omnis calamitas amoveretur.

Sed quare non sub terra? Ratio fuit ne crederetur quod discipuli per cavernas terræ extraxissent eum. Item dicit, quod *advolvit saxum magnum*. Et ideo quia magnum, non poterat a paucis revolvit, et maxime cum essent ibi custodes.

Tunc sequitur devotio mulierum. Unde mulieres, quæ ardenter amatant, sententia sunt eum usque ad sepulcrum: unde dicitur: *Erat ibi Maria: et non nominatur Maria Zebedæi, quæ non erat ibi*, quia non ita ardenter amat.

Altera autem die etc. Hic agitur de custodia sepulcri. Et tria facit. Primo ponitur petitio, secundo concessio; tertio executio. Cirea primum ponitur tempus, et causa, et petitio, et periculum imminentis. Tempus: *Altera autem die quæ est post Parasceven*. Parasceves preparatio dicitur: unde Judæi, quia in sabbato nihil agebant, præparabant in praecedenti die; et ideo dicebatur.² Parasceves: unde quamvis aliquid solemnitatis haberent, tamen majoris observationis erat sabbatum: unde nihil in sabbato præparabant ex præcepto; Exod. xvi, ubi præcepit Dominus, quod die veneris colligerent de manna ad duos dies. Tunc convenerunt principes sacerdotum: unde multum intenti erant ipsum persequi, quia non sufficit persequi usque ad mortem, sed etiam post mortem: unde voluerunt impedire resurrectionem. Sed quare convenerunt? Sequitur causa: *Donine, recordati sumus, quod seductor ille. Seductorem vocant illum*; unde Joan. vi, 12, dicitur, quod *quidam ex eis dicebant, quia bonus est; alii autem non, sed seducit turbas*. Post tres dies resurgam. Istud habebant ex hinc quod dixerat supra cap. xii, 40: *quod sicut Jonas fuit*

¹ Al. : « sepelitur. »

² Al. deest : « dicebatur. »

in ventre ceci tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. Et ponitur pars pro toto, sicut supra expositum est. Item ponitur petitio : *Jube ergo custodiri sepulcrum.* Ipsum studium Iudeorum prodest nobis ad certitudinem; unde quanto magis nocere intendebant, tanto magis proficiebant ad salutem credentium. Job v, 13 : *Apprehendit sapientes in astutia eorum; quia quod intendunt, Dominus in aliud convertit.* Deinde ponitur intentio petitionis : *Nr forte discipuli ejus veniant, et furentur cum, et dicant plebi, Resurrexit a mortuis.* Et in hoc

prophetaverunt; ideo magis peccaverunt, quia mirabilia viderunt, et tamen non crediderunt posse resurgere.

Sequitur concessio : *Ait illis Pilatus : Habetis custodiam;* idest, habeatis custodiam; quasi dicens : In vobis est ut custodiatis eum.

Sequitur executio : *Illi autem abeuntes manierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.* Unde non sufficit quod custodes ponerent, sed etiam sigillaverunt. Nec sufficit eis quod milites hoc facerent, sed etiam ipsi metu sigillaverunt. Psal. xxi, 17 : *Consilium malignantium obsedit me.*

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM

Vespere autem sabbati, que lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre seplerum. Et ecce terrae motus factus est magnus : Angelus enim Domini descendit de celo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, et vestimentum ejus sicut nix. Praeterea autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt veluti mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus : Nolite timere vos : scio enim quod Iesus, qui crucifixus est, quaritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixi. Venite, et videце locum ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis ejus, quia surrexit, et ecce praecepit vos in Galileam ibi, quia videbitis, ecce prædixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore, et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus, et ecce Jesus occurrit illis, dicens. Avete. Ille autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus : Nolite timere. Ne, nuntiate fratribus meis, ut eunt in Galileam, ibi me videbunt. Quia cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quia facta fuerant. Et congregati cum seniabus, consilio accepto, pecuniam copiosam dedeciderunt militibus, dicentes : Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt cum, vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Præside, nos suadebimus ei; et securos vos faciemus. At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edicti. Et divulgatum est verbum istud apud Iudeos usque in hodiernum diem. Unde in autem di cipulari abierrunt in Galileam in montem ubi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adoraverunt; quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus, locutus est ei, dicens : Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi

vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Postquam complevit sacramenta dominice passionis, agit Evangelista de triumpho dominice resurrectionis. Et dividitur : quia primo ostenditur quomodo discipuli cognoverunt Christi resurrectionem per auditum; secundo quomodo per visionem : ut per auditum et visum fiat testificatio certa. Circa primum primo ponitur quomodo per auditum a mulieribus; secundo quomodo a custodibus. Secunda ibi, *Quia cum abiissent¹, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem.* Circa primum primo ponitur quomodo per auditum a mulieribus; secundo quomodo a custodibus. Secunda ibi, *Et exierunt cito de monumento.* Circa primum tria. Primo ponuntur personæ quibus facta fuit revelatio; secundo Angelus revelans; tertio revelatio. Secunda ibi, *Et ecce terrae motus factus est magnus.* Tertia ibi, *Respondens autem Angelus dixit.* Circa primum tria facit. Primo designat tempus; secundo personas; tertio studium. Tempus, *Vespere autem sabbati.*

Et circa hoc duplex est dubitatio. Prima de hoc quod dicit, *Vespere;* secunda

¹ Al. : « audissent etc. »

de hoc quod dicit, *Lucescit*. Crica primum est dubitatio, quia videntur contrariari Matthæus et Joannes; quia Joannes dicit xx. 4 quod adiuc tenebra erant. Quid ergo dicit hic: *Vespere autem sabbati?*

Hic est triplices solutio. Prima. Hieronymi, quod venerunt vespere et mane. Et quod hic dicit *Vespere*, ille autem ¹ *Mane*, non est dissonantia, sed sedulitas sanctorum mulierum. Beda solvit sic, quod incepserunt venire in vespere, sed pervenerunt in mane. Sed numquid erat tantum spatium? Dicit quod non: sed tunc dicitur aliquis facere, quando preparat se ad faciendum. Et hoc habetur in Luc. xxii, 33, quod *videntes monumentum, et quemadmodum positum erat corpus ejus, revertentes paraverunt aromata*. In Paraseeve emerunt aromata, et in sabbato quieverunt, et in vespere paraverunt se ad eundum. Tertia solutio est Augustini, qui dicit, quod modus consuetus in saera Scriptura est quod sumitur pars pro toto. Unde intelligitur vespere pro tota nocte sabbati: unde: *Vespere autem sabbati, idest quæ est post sabbatum: unde vespere quæ est initium primæ sabbati*. Simile habetur Genes. 1, 5, in commemoratione operum Dei: *Et factum est vespere et mane dies unus*. Unde venerunt vespere, quia in ultima parte noctis, Et haec est *qua lucescit in prima sabbati*. Vespere non lucescit, quia vespere tenebrescit. Unde venerunt quando lucescit, idest in prima hora diei. Notate, quod Judæi omnes ferias incipiunt a sabbato: unde prima sabbati dicitur dies dominica. Et si quæras ab Augustino quare Marcus nñtir tali modo loquendi: dicit quod vespere paraverunt aromata, et mane venerunt: unde reddit in idem quod Beda dicit. Sed secundum Hieronymum, quoniam intelligendum quod dicit, *Quæ lucescit?* quia vespere tenebrescit. Scendum, quod Judæi dies incipit esse a vespere. Et ratio est, quia a luna observabant dies: luna autem incipit lucere a sero: ideo illa dies incipit a vespere, sed lucescit in prima sabbati. Similis modus loquendi Luc. xxii, 34: *Erat autem parasseces, et sabbatum illucescebat*.

Et iste modus loquendi mysterio competit, primo ad solemnitatem dominicæ resurrectionis, quia nox illa fuit lucida. Psal. cxxxviii, 12: *Et nox sicut dies illuminabitur*. Item competit humanæ restorationi, quæ facta est per Christum. In primo enim homine fuit processus a die in noctem, scilicet peccati: et mutatus est status, scilicet a nocte in diem. Ad Ephe. v, 8: *Erat ali quando tenebra, nunc autem lux in Domino*. Item signatur quod quicquid erat tenebrosum in lege et prophetis, toltum per resurrectionem Christi lucescit. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*: Psal. xvii, 12. Hoc autem in resurrectione illuminatur, ut habetur Luc. ult. 27: *Incepens a Moysi et omnibus propheticis interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant*.

Consequenter agit de personis: *Venit Maria Magdalena et altera Maria*: et intelligitur mater Jacobi: Marcus addit tertiam, Et Salome: unde Salome est nomen mulieris. Sed non fuit sine mysterio, quod duæ ejusdem nominis venerunt: unde mulieri primo voluit apparere, quia in hoc quodammodo reparatur sexus mulieris: quia sicut mulier primo in loco vitæ prius audivit² mortem, sic in loco mortis per ordinacionem divinam primo vidit vitam. Eccli. xxv, 33: *A muliere initium peccati factum est*. Item ejusdem nominis: quia per has, unitas signatur Ecclesiæ. Primo enim una fuit ex gentibus, una ex Judæis; sed modo omnes sunt una Ecclesia. Cant. vi 8: *Una est columba mea*. Item vocantur Mariæ: sicut enim de utero clauso Maria suscepit puerum, sic istæ excentem de tumulo clauso meruerunt videre eum: unde istæ venerunt videre sepulcrum; et in hoc signatur devotio earum, quia non poterant satiari, ideo cum non possent cum videare, volebant saltem videre sepulcrum. *Ubi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum est*: supra 6, 21:

Et ecce terrremotus factus est magnus. Hic agitur de Angelo revelante: et primo tangitur adventus Angeli; secundo opus ejus; tertio dispositio; quarto effectus. Secunda ibi, *Et accedens revolvit la-*

¹ Al. : *et quidem.*

² Al. : *et auxit.*

pidem. Tertia ibi, *Et sedebat super eum.* Quarta ibi, *Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes.* Et circa primum primo præsignatur adventus; secundo tangitur adventus causa, ibi, *Angelus autem Domini descendit de cœlo.* Dicit ergo : *Et ecce terramotus factus est magnus.* Hoc congruebat, et habet causam litteralem. Una ratio, secundum Chrysostomum, quia ista de nocte venerant, et ideo esse potuit quod dormierunt; ideo ut excitarentur factus est terramotus ad excitandum illas. Hieronymus dicit quod aliquid tacitum erat de humanitate, ideo debebat aliquid tangi de divinitate; ideo cum agitur de sepulcro quod erat humanitatis, fit terramotus, ut signaretur quod talis mortuus non poterat teneri sub terra : *fuit enim inter mortuos liber :* Psalm. LXXXVII, 6. Mystice his factus est terramotus, ut per unum significetur motus cordium, quia per mortem ejus liberati sumus a peccato; per alium translatio ad gloriam. Rom. iv, 25 : *Traitus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.* Et in Psal. LIX, 4 : *Commovisti terram, et conturbasti eam.* Item hujus resurrectio est quadam præfiguratio resurrectionis futurae. In futura autem erit tremor terra. Psal. LXXV, 9 : *Terra tremuit et quievit cum exarseret in judicio Deus.* Et quare? Subiungitur : *Angelus Domini descendit de cœlo.* Si terra non potuit Angelum sustinere, multo minus poterit adveatum Christi ad judicium. Et dicit, *Descendit :* licet enim Angelus non circumserbatur loco, tamen definitur loco¹, secundum suam operationem; ideo aliquis motus ei convenit. Item convenient quod per Angelum denuntietur resurrectio : tum propter gloriam illius per quem fit, ut dicit Paulus Actor. XIII, 30 : *Dens suscitavit eum a mortuis.* Ejus autem ministri sunt Angeli. Item ad deuotandum dignitatem resurgentis. De isto dicitur supra IV, 11, quod *accesserunt Angeli, et ministrabant ei.* Item competit, quia per resurrectiōnēm cœlestia terrestribus coniungentur. Consequenter ponitur opus Angeli : *Et accedens revolvit lapidem etc.* Et hoc

secundam litteram, ut panderet iter mulieribus, quia secundum veritatem jam surrexerat Christus. Sicut enim de utero clauso exivit, ita de signato sepulcro : unde hoc factum est ad manifestandum mulieribus : unde *revolvit*, idest iterato volvit, ad signandum gloriani resurgentis; et haec revolutio significabat manifattionem legis, quæ scripta erat in tabulis lapideis. Consequenter ponitur dispositio : et primo quo ad situm : secundo quantum ad aspectum ; tertio quo ad habitum. Quantum ad situm, quia *sedebat*, non ut fessus, ad signandum quod doctor esset divinae resurrectionis. Item sedere est quiescentium, et per hoc signatur quies quam ex resurrectione habuit in gloria. Rom. vi, 9 : *Christus resurrexit ex mortuis, jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur.* Item sedere est dominantis. Psalm. CIX, 4 : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis.* Et iste sedet *Super lapidem*, scilicet diabolum, ad signandum quod jam dominabatur mortis et diaboli. *Erat autem aspectus ejus sicut fulgor.* Hic describitur ex aspectu, et in hoc patet quod apparuit in corpore assumpto. Sed quare *sicut fulgor?* Quia sicut fulgor claritatem habet, sic et Angeli cognitionem. Dan. X, 6 : *Et oculi ejus quasi lampas.* Sed Christus est qui *omnem venientem in hunc mundum illuminat*: Joan. I, 9. Item fulgor habet terrem, sic aspectus Angeli : unde Luc. I, dicitur, quod *territus fuit Zacharias ad vocem Angeli.* Item describitur ex habitu : *Vestimenta ejus sicut nix*, per quod candor justorum. Mystice autem signatur gloria resurrectionis. Apoc. III, 5 : *Qui rierit, restictur vestimentis albis.* Item claritas vita, Eccl. IX, 8 : *Omnī tempore vestimenta tua sint candida.* Item nota quod dicit quod *aspectus ejus erat sicut fulgor, et vestimenta ejus sicut nix* : quia in judicio erit terribilis malis, et demulebit bonos. Joan. XVI, 22 : *Videbo vos, et gaudebit cor vestrum.* *Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes.* Hic ponitur effectus apparitionis, quia in eorum cordibus extitit timor, et merito, quia ex mala conscientia servava-

¹ Al. : « in loco. »

bant eum; et *semper timida est nequitia*: Sap. xvii, 10. *Et facti sunt quasi morti*, qui Christum in morte quantum in ipsis fuit volnerunt definire. Isa. xxviii, 3: *A voce Angeli fugerunt populi.*

Respondens autem Angelus dicit mulieribus etc. Hie sequitur denuntiatio¹ resurrectionis. Et primo mulieres confortat: secundo studium commendat: tertio gaudium indicat: quarto officium injungit denuntiandi. Dicit ergo: *Respondens autem Angelus etc.* Sed ad quid respondet? Intentioni mulierum. Non legitur eas aliquid fuisse locutas pra timore: semper enim ita est quod homo semper turbatur in apparitione Angeli, si e bonis sive malis appareat Angelus: quia natura humana fragilis est. Sed sicut dicit B. Antonius, si bonus est Angelus, semper dimittit consolatum, ut patet in apparitione Zachariae, et Virginis Marie: utrique dictum est: *Ne timeas etc.* Luc. I. Sie et istas confortat. Et si dimittat desolatum hominem, constat quod non fuit bonus Angelus. Ideo dixit, *Nolite timere vos*; quasi dicens: Vestrum non est timere, quia amatis Christum. *Non enim accipistis spiritum seruitatis in timore*: Roman. viii, 15. Non enim confortavit custodes, quia non digni erant. Tunc commendat studium: *Sciū enim quod Je sum, qui crucifixus est, quarritis.*

Sed inquit Angelus cognoscunt cogitationes? Videtur quod non. Hier. xvii, 9: *Pravum est cor hominis et inscrutabile: quis cognoscet illud?* Ego Domini's scrutans corda et probans renes. Dicendum est quod non, nisi per revelationem divinam, vel per signum, quia frequenter per gestus corporis habent² indicia voluntatis.

Iesum quarritis. Nominat eum ut significet eundem esse. Item crucifixum. Et in hoc innuit parvam fidem earum, quia querebant eum in loco mortis, et eredabant eum morte posse teneri.

Tunc annuntiat resurrectionem: *Sur rescit*, scilicet propria virtute. Psal. iii, 6: *Ego doruiri et somnum cepi, et ex surrexi, quia Dominus suscepit me.* Et

probat hoc per recordationem verbi Dei. *Sicut dicit: quia*³ supra cap. xx, 19, dixerat: *Et tertia die resurget.* Verbum enim Domini non potest deficere. Item indicat ex visa: *Venite, et videite locum ubi positus erat Dominus.* Unde viderunt lapidem revolutum, et non viderunt Christum, quia surrexit clauso tumulo. Tunc indicat eis officium denuntiationis: *Et cito eentes dicite discipulis ejus quia surrexit.* Et tria indicat. Primo quia denuntiant resurrectionem; secundo quia locum; tertio quia visionem eis promittant. Et sicut prima mulier primo locuta est diabolo, sic cum bono Angelo prima locuta est, ut omnia restaurarentur. Secundo innuit locus: *Et præcedet vos in Galilæam.*

Et quare primo in Galilæam? Non enim prius visus est in Galilæa, sed in Hierusalem. Sed quare magis nominat Galilæam? Ad signandum quod ipse idem est qui solebat conversari in Galilæa. Item ut a timore liberarentur, quia securius habitabant in Galilæa quam in Iudea. Vel mystice dicitur Galilæa transmigratio, et potest signare transiitum ad gentes: unde, videbitis in Galilæa; idest, nuntiabitis nomen meum gentibus. Hoc autem non facerent, nisi præcederet eos.

Ibi eum videbitis, sicut prædixit vobis. Unde verbum Domini tanta potestatis est quod non poterit aliter esse.

Sed hic est quaestio litteralis: quia hic dicitur quod viderunt eum sedentem super lapidem, in alio Evangelista Mare. xvi, 5: quod *introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris.* Solvit Augustinus, quod bis viderunt visionem Angelorum; unde possibile fuit quod unum viderunt extra, alium intra. Vel potest dici, quod sepulcrum non solum dicitur lapis excisus, sed erat ibi aliqua materies ubi includebatur monumentum, unde quod Marcus dicit loc. cit. *Introeuntes in monumentum*, non est intelligendum de lapide illo, sed de spatio in quo includebatur: et hoc patet, quia dicitur hic quod *erierunt cito de monumento cum timore et gaudio etc.*

¹ Al. : « hic denuntiatio. »

² Al. : « habeat. »

³ Al. : « quia ipse elegit, quia. »

⁴ Al. : « non dicitur. »

⁵ Al. : « unde Marcus dicit, quod introeuntes. »

Supra nuntiata est resurrectio mulieribus; hic certificantur de ipsa per Christum. Et tria facit Evangelista. Primo describuntur mulieres, secundo Christi occursus; tertio injungitur denuntiationis officium. Secunda ibi, *Et ecce Jesus occurrit illis*; tertia ibi, *Nolite timere etc.* In prima tria notabilia est considerare. Primo mulierum statum: secundo affectum; tertio propositum. Status tangitur cum dicitur: *Exierunt cito de monumento.* Quantum ad litteram, monumentum non dicitur lapis excisus, sed illud spatium quod aliquo munimine erat firmum: secundum mysterium monumentum est locus mortuorum: et per hoc significatur status peccati. Psal. lxxxvii, 6: *Sicut vulnerati dormientes in sepulcris.* Unde exire de monumento est exire de peccato. II ad Corinth. vi, 17: *Propter hoc exite de medio eorum etc.* Et notate quod dicit, *Cito*, quia de peccato est cito excedendum, Eecli, v, 8: *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.* Item tangitur affectus duplex; scilicet timoris, et gaudii. Timor de Angeli visione, gaudium de resurrectione; timor ex fragilitate humana, gaudium a visione divina. Psal. xxix, 6: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum latitia.* Sic peccator debet timere. Eecli, v, 5: *De propitiatio peccato noli esse sine metu.* Sed gaudere debet de spe resurrectionis. Psal. u, 11: *Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore.* Tunc tangit propositum: *Currentes nuntiate discipulis etc.* Et istud penitentibus competit, quia currere debent et festinare ut proficiant in bonis. I ad Cor. ix, 24: *Sic currite ut comprehendatis.* Et ad Heb. iv, 11: *Festinemus ingredi in illam regniem.* Item tangit bonum propositum, quia volunt ut quod acceperant, alii communicarent. I Petr. iv, 10: *Unusquisque sicut accipit gratiam in alterum administrantes.*

Et ecce Jesus occurrit illis. Hic ponitur occursus Christi: et primo ponitur occursus; secundo salutatio; tertio mulierum reverentia. Dicit ergo: *Et ecce Jesus occurrit illis.* Et recte dicit quod occurrit

quia ex insperato occurrit, dando gratiam Sap. vi, 14: *Praeoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.* Isa. lxiv, 5: *Occurristi letanti, et facienti justitiam.* Item salutavit eas, dicens, *Avete.* Avete in greco gaudium signat: unde dictum est supra, quod cum gaudio ibant. Unde spirituale gaudium semper augetur in justis, et hoc per spiritnalem loquelandam. Psal. lxxxiv, 3: *Audiam quid loquatur in me Deus.* Et haec erant verba consolatoria: quia sicut prima mulier audivit maledictionem, sic istae mulieres audierunt benedictionem; et maledictioni benedictio respondet. Et tunc *illæ accesserunt, et tenerunt pedes ejus, et adoraverunt eum.* Unde accedunt, tenent pedes, adorant. Sic anima peccatoris non debet gratiam Dei recipere in vacuum. Et hoc signatur, quia accesserunt. Psal. xxxiii, 6: *Accedite ad eum, et illuminamini.* Item debent firmiter adhaerere, et hoc quod tenerunt pedes ejus. Deut. xxxii, 3: *Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius.* Item tangit reverentiam in hoc quod dicit, *Et adoraverunt eum:* quia ipsum Deum recognoverunt. Psal. cxix, 7: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.*

Sed potest esse quaestio: quia Joan. ult., 17, dicitur ei: *Noli me tangere:* hic autem dicitur quod *tenerunt pedes ejus.* Ideo intelligendum quod bis videbunt; et semel viderunt unum Angelum, ut dicit Augustinus, et alia vice duos, sed etiam bis Christum. Primo vidit Maria Magdalena plorans, ut habetur Joan. xx. Sed post aliis supervenientibus, occurrit eis, et tunc tenuerunt pedes ejus; sed Maria Magdalena primo non potuit tenere eum: et hoc, secundum Augustinum, quia primo dubitavit, et ideo digna non fuit; sed jam certificata, digna est effecta tangere Christum, ut tactus exterior concordaret interior.

Consequenter injungit officium denuntiandi: et ubi hoc facit, primo exeat timorem, secundo officium injungit, ibi, *Ite nuntiate fratribus meis.* Dicit ergo: *Tunc uit Jesus eis, Nolite timere.* Et hoc factum est convenienter: quia qui ad

* Al. : « de hoc. »

officium prædicationis ponuntur, non debent timere : unde Dominus mittens discipulos suos, dixit, *Nolite timere*. Timor autem est duplex : scilicet servilis, et initialis, et hic est bonus. Psal. cxviii, 120, *Confuge timore tuo carnes meus*. Unde dixit, *Arete*, ut augeret caritatem in eis. Sed quia perfecta caritas forat mittit timorem : 1 Joan. iv, 18 ; ideo dicit, *Nolite timere*. Et primo dat annuntiandi officium secundo perfectam caritatem ad suos ostendit. Injungitur autem annuntiandi officium ; secundo perfectam caritatem ad suos ostendit. Injungitur autem annuntiandi officium mulieribus : ut sicut mulier tulit verba mortis ad virum, sic e contrario congrebat mulieri, ut esset nuntia salutis. Et primo tangitur denuntiatio ; secundo locus apparitionis. Dicit ergo : *Ite, nuntiate fratribus meis etc.*

Et quare dicit *meis*? Ad comprehandendum veritatem naturæ : quia enim exierat de sepulcro et apparebat gloriosus, potest aliquis credere quod veram carnem non cepisset : ideo dicit, *Fratribus meis*. Item propter similitudinem gratiæ : quia frater noster fieri voluit propter justificacionem nostram. Ad Rom. viii, 29 : *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus*. Item fratres, idest coheredes. *Heredes quidem Duci, coheredes autem Christi* : Rom. viii, 17. Unde jam acquisita hereditate vocat fratres.

Uteantur Galileam. Haec verba videntur sonare quod primo apparuit in Galilea. Iste non facit mentionem de aliis apparitionibus ; sed Beda dicit, quod decem vicibus apparuit. Quinque ipso die resurrectionis. Primo Marie Magdalena, ut Joan. xx. Secundo his duabus de quibus tangit hic Matthæus. Tertio apparuit Petro ; qualiter tamen et quando, non dicitur ; sed quod sit factum, non facetur in Luca. Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus. Quinto quando omnibus discipulis apparuit, excepto Thoma Verum post istas leguntur quinque aliae. Prima post alias fuit quando die octava omnibus discipulis apparuit, et Thomæ. Secundo quando apparuit in piscatione, quando Petrus dixit, *Vad oportuni*. Joan.

ult. Alia, quæ hic dicitur. Alia quando reprobravit incredulitatem. Ultima quando in monte Oliveti, cum ascendit in coenum : Mare. ult. Tamen aliae fuerunt, sicut dicit Paulus 1 Cor. xv.

Sed quid est quod dicunt Angelus et Christus, quod præcedet vos in Galileam? Chrysostomus dicit, quod hoc propter hoc dicit quia solebant ibi conversari. Item ut securi essent ibi, et securi eum, expectarent. Tamen Augustinus secundum mysterium dicit, quod Galilea transmigratio¹ dicitur : unde signat transmigrationem ad gentes, vel hujus mundi in gloriam. Apostolus, u Corinth. v, 6 : *Dum sunus in hoc corpore, peregrinamur a Domino*.

Quæ cum abiissent, ecce quidam etc. Hie agitur de denuntiatione quæ facta est per custodes. Et primo ponit denuntiationem : secundo impedimentum, ibi, *Et congregati cum senioribus etc.* Dicit ergo : *Et cum abiissent etc.* Et quare tantum expectaverunt? Dicendum, quod dictum est, quod *pæ timore exterriti sunt custodes*. Et forte hoc fecit Dominus, ne molestiam mulieribus inferrent. *Ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem et nuntiaverunt principibus sacerdotum*. Et quare principibus? Quia habebant familiaritatem : item quia ab eis accepérant pretium. Nihilominus nuntiaverunt Pilato : unde in quadam epistola quam misit Pilatus ad Tiberium scriptum est, quomodo custodes nuntiaverunt Pilato etc. *Et nuntiaverunt*. Jam signabatur quod per ora gentilium erat manifestanda Christi resurreccio.

Tunc ponitur malitia impudentium. Et primo tangitur malitia principum ; secundo corruptio custodum ; tertio plebis. Circa primum concurunt quatuor ad exaggerandum malitiam istorum. Primo ponitur congregatio : unde dicit : *Et congregati cum senioribus etc.*, quia non unns tantum. Daniel. xii, 5 : *Egressa est iniquitas a senioribus populi*. Item exaggeretur malitia ; quia hoc non fecerunt ex infirmitate, sed ex malitia, sive ex maligno consilio ; et hoc est consilium impiorum, de quo Psal. 1, 4 : *Beatus vir*

¹ Al : « transfiguratio. »

qui non abiit in consilio impiorum. Item fraudem fecerunt, quia oblatam pecuniam expenderunt in usum mendacii : unde sciebant illud Eccl. x, 19, quod *pecuniae obedient omnia.* Sicut, ut dicit Hieronymus, similes sunt istis qui bona ecclesiastica expendunt ad faciendam voluptatem. Item in hoc quod suaderunt mendacium. Et primo suadent : secundo impunitatem promittunt. Suadent mendacium : *Dicite, quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum.* Hier. ix, 5. *Docuerunt linguam suam loqui mendacium.* In Psal. xxvi, 12 : *Mentita est iniqitas sibi.* Et vere, ut ait Hieronymus, mendacium ; quia discipuli ita stupefacti erant quod non ausi fuissent accedere. Item si debuissent accedere, accessissent primo die quando non aderant custodes. Item hoc patet, quia remauerserunt linteamina ; unde si tulissent eum, non dimisissent. Item constat quod cum aromatibus sepultus est, unde linteamina adhaerabant ut colla : unde vix potuissent amovisse. Item lapis erat magneus : unde non potuissent sine magno adjutorio et sine strepitu multo solvisse. Item arguit sic Augustinus. Aut venerunt vobis vigilantibus, aut dormientibus. Si vigilantibus, quare non ejecisti ? Si dormientibus, quomodo vidistis ? Et sic apparet quod mendacium fuit. Deinde impunitatem promittunt : unde possent dicere : Erimus puniti, si Praeses audiret : unde dicit : *Si hoc auditum fuerit a Praeside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus.* Et quomodo potuerunt illud facere ? Dicendum, quod Praeses non multum curabat. Item sciebant quod non puniret eos nisi ad petitionem eorum ; ideo sciebant quod etc. In hoc signatur cantela diaboli. *At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edicti.* Non est mirum si milites corrupti fuerunt pro pecunia, quia et unus de discipulis ejus corruptus erat. Eccli. x, 9 : *Avaro nihil est scelestius.* Et divulgatum est : et non solum usquequo fuit scriptum hoc, sed etiam usque nunc.

Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam etc. Supra auditum est quomodo notitia resurrectionis pervenit ad

discipulos ex revelatione mulierum ; hic quoniam ex ejus visione. Et dividitur : quia primo ponitur Christi apparitio, secundo apparentis instructio. Secunda ibi, *Et accedens Jesus locutus est eis.* Circa primum tria facit. Primo describitur locus visionis ; secundo visio ; tertio officium. Dicit ergo : *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam :* quia obedientes Christo abierunt in Galilæam. Quod dicit, *Undecim, intelligendum quod Iudas abierat.* Joan. vi, 71 : *Duodecim elegi vos, et unus ex vobis diabolus est.* Sed duo sunt notanda, quod Christus videtur in Galilæa, et quod in monte. Galilæa interpretatur transmigratio. Per hoc signatur quod nullus potest videre Deum, nisi ex duplice transmigratione transfleratur : scilicet a vitio ad virtutem ; supra v, 8 : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt :* item a mortalitate ad immortalitatem : unde dicit Apostolus Phil. i, 23 : *Coarctor autem e duabus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* Item visus est in monte, ad signandum quod qui vult videre Deum oportet quod tendat ad celitudinem justitiae. Psal. lxxxiii, 3 : *Ibunt de virtute in virtutem.* Item quod in monte, significat excellentiam illam, ad quam exaltatus est per resurrectionem : quia dum fuit in mundo, fuit in valle mortalitatis, et ascendit in montem immortalitatis per resurrectionem. Isa. ii, 2 : *Elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.*

Et notate, quod apparet eis in loco ubi constituerant, in quo signatur obedientia, quia soli obedientes veniunt ad visionem divinam. In Joan. xiv, 13 : *Si diligitis me, mandata mea servate.* Et sequitur vers. 21 : *Et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.* Psal. cxviii, 104 : *A mandatis tuis intellixi* ; idest, ab observatione mandatorum : unde in veteri lege nemo poterat ascendere in montem : nova lex supplet. Et necessarium fuit quod eis apparuerit, quia testes debebant ad tantum opus dari. Sed ipse dedit testes non solum de auditu, sed etiam de visu. I, Joan. 1, 2 : *Quod vidimus et audiimus... hoc testamur.*

Sed questio est quando fuit facta haec apparitio : et secundum quod Augustinus dicit, in prima die resurrectionis non¹, quia in sero fuit visio, ubi Thomas non erat. Item nec infra octavam aut in octava die, quia in Hierusalem fuerunt octo diebus. Nec possumus dicere quod statim post octo dies : quia contradiceremus Joanni, qui dicit, quod quando manifestavit se ad mare Tiberiadis, jam tertio manifestatus est Jesus ; et haec hic non est tertia, sed post hauc tertiam facta est.

Et ridentes. Notandum, quod considerantium Dei magnalia duo sunt genera : quia quidam habent illa in reverentia : unde Abraham dixit, Gen. xvii, 27 : *Louquar ad Dominum nrum, cum sim pulvis et cims.* Et Job ix, 14 : *Quantus sum ergo ut respondeam ei, et loquer verbis cum eo?* Et sequitur : *Ideo me reprehendo, et ago pornitentiam in favilla et ciuere.* Item haec reverentia reperitur in Angolis. Apocalyp. vii, 11 : *Omnis Angeli eccliderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum.* Et hoc est : quia quanto magis aliquis eum cognoscit, eo magis reveretur eum. Sed aliqui in infidelitatem vertuntur : volunt enim omnia adequare suo intellectui : unde quaecumque non intelligent, blasphemant. Sic fuit de discipulis : *quia et ridentes eum adoraverunt :* Psalm. xxxxi, 7 : *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus : quidam autem dubitabant :* ideo dominus tradidit se palpandum, ut dicitur Lucae xxiv.

Et accedens Jesus locutus est eis. Ille ponitur instructio facta a Christo. Et tria sunt consideranda. Primo potestatem denuntiat ; secundo officium injungit ; tertio auxilium futurum promittit. Secunda ibi, *Euntes ergo docete omnes gentes.* Tertio ibi, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* Dicit ergo : *Et accedens Jesus locutus est eis.* Discipuli dispartiti erant : quia quidam eum in reverentiam habebant, quidam autem dubitabant : ideo indigebant intropie, scilicet quod manifestaret se, et quod confortaret eos. Si accessit ad totum populum. Isa. ix,

2 : *Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Item numeravit potestatem : *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.* Et, sicut dicit Hieronymus, data est potestas ei qui a populo ante crucifixus est. Potentia Dei nihil aliud est quam omnipotentia ; et haec data non est Christo, quia non convenit Christo secundum humanitatem. Convenit autem ei aliquid et secundum quod homo, et secundum quod Deus : unde in Christo secundum quod homo, est scientia, voluntas, et liberum arbitrium ; et similiter secundum quod Deus. Duplex ergo in Christo est voluntas : scilicet creata, et increata. Potest ergo argui, quod duplex est potentia, et duplex scientia etc.

Est ergo questio : quare sicut communicatur ei omnis scientia, quare non omnipotentia. Ratio est ista. Scientia et cognitio est secundum assimilationem cognoscentis ad cognitum ; quia sufficit quod species cognitorum sint in cognoscente aliquo modo, vel ita quod per essentiam cognoscat, vel quod sint individuae, vel ita quod accipiatur a rebus : qualitercumque sint, sufficit ad cognitionem : ideo non oportet quod essentia sit omnium, sed quod sit capax omnium. Ille autem est esse receptionis infinitæ, sicut materia prima. Sed potentia activa sequitur actum, quia quantum est actu, tantum habet agere ; ideo qui habet omnipotentiam activam, habet potentiam ad actum omnium. Hoc autem non est nisi quia habet potentiam infinitam : quod non convenit Christo inquantum homo, sed solum in quantum Deum.

Quid ergo dicit quod *mihi est data omnis potestas in celo et in terra?* Notandum, secundum Hilarium, quod ratio potest intelligi sive quantum ad divinitatem, quia Pater ab aeterno suam essentiam communicavit Filio ; et quia sua essentia est sua potentia, ideo ab aeterno dedit suam potentiam : vel potest etiam referri ad Christum, secundum humanitatem. Sed intelligendum, quod humanitas Christi aliquid accepit gratia unionis, et haec sunt omnia quæ sunt Deo propria ;

¹ Al. : « non fuit. »

² Al. : « quod omnes Angeli. »

aliquid autem accepit consequens unionem, ut plenitudinem gratiae et huiusmodi, et est¹ quasi effectus unionis. Joan. i, 14 : *Vidimus eum quasi unigenitum a Pater, plenum gratiae et veritatis.* In omnibus ergo his quae iusunt Christo gratia unionis, non oportet quod omnia dicantur secundum duplicitatem, sed in aliis quae consequuntur. Unde dico quod potentia est data, non quia alia potentia sit data, sed data est secundum quod est unita Verbo, ut Filio Dei per naturam, sed Christo per gratiam unionis.

Sed quare magis dicit post resurrectionem, *Data est mihi omnis potestas*, quam ante resurrectionem? Dicendum, quod in Scriptura dicitur aliquid fieri quando primo innoscet, sie ergo ante resurrectionem non fuit ita manifestata omnipotentia, licet eam habuerit; sed tunc fuit maxime manifestata, quando potuit totum mundum convertere. Possumus et aliter dicere: quod potestas significat quemdam honorem praesidentiae, sicut dicimus homines in potestatibus; et sic accipitur hic potestas. Constat autem quod Christus qui ab aeterno habebat regnum mundi, ut Dei Filius, executionem accepit ex resurrectione; quasi dicat: Jam sum in possessione. De ista habetur Daniel. vn, 26 : *Judicium sedebit, ut iusferatur potentia, et conteratur, et disperserat usque in finem.* Regnum autem et potestas et magnitudo regni detur populo sanctorum Altissimi, cuius regnum, regnum semperternum est, et omnes reges servient ei et obedient. Unde intelligitur quedam praesidentia actualis: sicut si exaltaretur Filius ad exercitium potestatis quam naturaliter habebat. Apocalyp. v, 12 : *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem.*

Euntes ergo docete omnes gentes. Hic injungit officium; et triplex injungit officium. Primo docendi; secundo baptizandi; tertio officium informandi quantum ad mores. Dicit ergo: *Euntes ergo docete omnes gentes.* Et hoc sic sequitur, quasi dicat: Data est mihi omnis potestas a Deo, quod non solum Iudei, sed etiam

gentes convertantur ad me; ideo quia tempus est, *euntes docete omnes gentes.* Joan. xx, 21 : *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* Et Luc. xxii, 29 : *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Et dicit, *Euntes ergo docete:* quia hoc est primum in quo debemus instrui, scilicet in fide: quia sine fide impossibile est placere Deo: ad Hebr. xi, 6. Et ex hoc inolevit in Ecclesiis quod primo catechizat baptizandos, id est instructi in fide. Et potestate accepta, mittit ad omnes gentes; et hoc est quod dicit: *Docete omnes gentes.* Isa. xlix, 6 : *Decli te in lucem gentium, ut sit salus mea usque ad extremum terrarum.* Et postquam docti sunt de fide, dat officium baptizandi: *Baptizantes eos etc.* quasi dicere: Qui ad dignitatem promovetur, oportet quod primo notificeetur ei dignitas; ut ei post reverentiam² habeatur. Ad Galat. iii, 27 : *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Sed quae est forma baptismi? *In nomine Patris et Fili et Spiritus sancti.* In Christo duo sunt: humanitas et divinitas. Humanitas est via, non finis: Joan. xiv: 6 : *Ego sum via, veritas, et vita: veritas, tamquam finis contemplativa, vita, tamquam finis activa.* Non volo quod in via, scilicet in humanitate, maneatis, sed alterius transeat ad divinitatem; ideo oportebat quod duo signarentur, humanitas et divinitas¹. Per baptismum humanitas: ad Rom. vi, 4 : *Concepisti enim sumus cum illo per baptismum in mortem:* et per formam verborum, divinitas; ita quod sanctificatio est per divinitatem; et ideo dicit: *In nomine Patris et Fili et Spiritus sancti.* Et ratio est, quia per baptismum fit regeneratio: et in regeneratione tria requiruntur. Primo cui fiat; secundo per quem; tertio quo. Cui, scilicet Deo Patri, ut dicit Apostolus Roman. viii, 29: *Quos praecepit, hos et predestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* Et Joan. i, 12 : *Dedit eis potestate filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus.* Per quem, quia per Filium. Galat. iv, 4 : *Misit Deus Filium suum...*

*ut adoptionem filiorum reciperenus : quia per adoptionem ad naturalem filium sumus filii. Item quo, quia accepimus dominum Spiritus sancti. Ad Roman. viii, 13 : Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. Ideo oportuit fieri mentionem de Patre, Filio, et Spiritu sancto. Et ista in baptismo Christi fuerunt : quia fuit Filius per quem, Pater a quo, et Spiritus sanctus in columba. Et dicitur, *In nomine*, idest in invocatione nominis, vel in virtute nominis, quia virtutem habet. Hierem. xiv, 9 : *Tu ceterum in nobis es Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.* Item dicit, *in nomine*, non in nominibus, et confunduntur haereses, que non ponunt distinctionem, in hoc quod dicit, *In nomine Patris et Filiæ.* Sed confunditur Arius per hoc quod in singulari dicit, *In nomine.**

Notandum, quod in primitiva Ecclesia baptizabatur in nomine Christi, et hoc ut redderetur nomen venerabile. Sed numquid modo sufficeret? Credo quod non, quia expressa requiritur invocatio Trinitatis. In Christo continetur implicite Trinitas : sic ergo inducit ut eos instrueret ad baptismum. Sed contra Apostolus dicit, quod non misit eum Deus baptizare, sed evangelizare, sed baptizare per alios, sicut Christus non baptizabat, sed discipuli ejus.

Docentes eos servare omnia quæcumque munulavi vobis. Sed numquid sufficit ad salutem credere et baptizari? Non; immo etiam requiritur instruacio morum; ideo dicit : *Docentes servare omnia quæcumque mandavi vobis.* Psal. cxviii, 4 : Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Et dicit, *Quæ mandavi, nouæ consu-lui.* Unde infra x, 27 : *Quæ vobis dico, omnibus dico*¹.

Tunc ponit tertium : *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Hic promittit auxilium : quare respondet dicentibus : Tu mandas quod doceamus omnes, noui sumus sufficientes. Non timeatis, quia *ego roboscum sum.* Et notate quod sicut mandatum ponitur transire in omnes, sic et auxilium : quia promittit Apostolus, et aliis simile exequentibus : unde ipse ad Patrem orans dicit Joan. xvii, 20 : *Non pro eis autem rogo tantum, scilicet discipulis, sed et pro his qui crediti-turi sunt per verbum eorum in me.* Unde omnibus communiter promittit. Joan. xiv, 12 : *Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.* Item per omne tempus : unde dicit : *Omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Non sic dicit, ut quasi post non sit nobiscum, nisi usque ad consummationem sæculi, sed quia tunc erimus per consummationem in gloria. Apocalyp. xxi, 3 : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habita-bit cum eis.* Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Unde etiam Isaiae vii dicitur, quod vocabitur nomen ejus Emmanuel ; quod interpretatur Nobiscum Deus. *Usque ad consummationem sæculi :* quasi dicat : Generatio fidelium fortior est quam mundus. Non enim peribit mundus, donec omnia flant, idest Ecclesia fidelium consummetur, et compleatur numerus electorum a Deo in vitam æternam, cui est honor et potestas per infinita sæculorum. Amen.

¹ Ibi : « Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine etc. »

IN JOANNEM EVANGELISTAM EXPOSITIO

PROLOGUS S. THOMÆ

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et plena erat omnis terra maiestate eius, et ea quæ sub ipso erant replebant templa.

Isa. 6, 1.

Verba proposita¹ verba sunt cōtemp-
plantis; et si capiantur quasi ex ore
Joannis Evangelistæ prolata, satis perti-
nent ad declarationem hujus Evangelii.
Ut enim dicit Augustinus in lib. de Con-
sensu Evangelist... ceteri Evangelistæ
informant nos in eorum Evangeliis,
quantum ad vitam activam; sed Joannes
in suo Evangelio informat nos etiam
quantum ad vitam contemplativam. In
verbis autem propositis describitur con-
templatio Joannis tripliciter, secundum
quod² tripliciter Christi Domini divinita-
tem contemplatus est. Describitur autem
alta, ampla et perfecta. Alta quidem:
quia vidi Dominum sedentem super solium
excelsum et elevatum; ampla³ vero:
quia plena est⁴ omnis dominus maiestate
eius; perfecta: quia ea quæ sub ipso
erant replebant templa. Circa primum
sciendum, quod altitudo et sublimitas
contemplationis consistit maxime in
contemplatione et cognitione Dei. Isa.
xl, 26: *Levate in excelso oculos vestros,*
et videte quis fecit haec. Tunc ergo homo
oculos contemplationis in excelso elevat,

* *omnis terra.*

quando videt et contemplatur ipsum re-
rum omnium creatorem. Quia ergo Joannes
transcendit quicquid creatum est,
scilicet ipsos⁵ nuntios, ipsos celos, apostolos,
Angelos; et pervenit ad ipsum
creatorem omnium, ut dicit Augustinus;
manifestum est quod contemplatio sua
altissima fuit; et ideo dicit, *Vidi Domi-
num etc.* Et quia, sicut ipse Joannes di-
cit infra xu, 41: *Huc dixit Isaías,*
*quando vidit gloriam ejus, scilicet Chris-
ti, et locutus est de eo:* ideo Dominus
sedens super solium excelsum et eleva-
tum, Christus est. In hac autem con-
templatione Joannis circa Verbum incar-
natum quadruplex altitudo designatur⁶;
scilicet: auctoritatis, unde dicit, *Vidi
Dominum;* aeternitatis, cum dicit, *Se-
dentem;* dignitatis, seu nobilitatis natu-
rae, cum⁷ dicit, *Super solium excelsum;*
et incomprehensibilis veritatis, cum di-
cit, *Et elevation.*⁸ Istis quatuor modis
antiqui philosophi ad Dei cognitionem
pervenerunt. Quidam enim per amatori-
tatem Dei in ipsis cognitionem pervene-
runt⁹; et haec est via efficacissima. Vi-

¹ Codd. : « erat domus ejus a maiestate, » vel :
« erat omnis dominus maiestate. »

² Parm. : « Verba proposita sunt. »

³ Parm. : « Dominum Jesum est tripliciter con-
templatus. » B. : « Domini Jesu. »

⁴ Parm. : « quidem. »

⁵ Parm. : « ipsos montes, ipsos Angelos. »

⁶ Parm. : « designatur, auctoritatis. »

⁷ Parm. : « unde dicit. »

⁸ Parm. : « sitis enim. »

⁹ B. : « Devenerunt; et haec est efficacissima
via. »

demus enim ea quae sunt in rebus naturalibus, propter finem agere, et consequi¹ utilis et certos fines; et cum intellectu careant, se ipsa dirigere non possunt, nisi ab aliquo dirigente per intellectum moveantur et dirigantur²; et inde³ est quod ipse motus rerum naturalium in finem certum, indicat esse aliquod altius, quo naturales res diriguntur in finem, et gubernantur. Et ideo, cum totus cursus naturæ ordinate in finem procedat et dirigatur, de necessitate oportet nos ponere aliquod altius, quod dirigit ista, et sicut Dominus gubernet⁴; et hic est Deus⁵: et hæc gubernandi auctoritas in Verbo Dei ostenditur⁶, cum dicit, *Dominum*. Unde in Psal. lxxxviii, 10, dicitur: *Tu dominaris potestatis maris; motum autem fluctuantum ejus tu mitigas*: quasi dicit: Tu es Dominus, et universa gubernans⁷. Haec cognitionem manifestat Joannes se habere de Verbo, cum dicit infra 1, 11: *In propria venit, scilicet in mundum*: quia totus mundus est suus proprius. Alii vero venerunt in cognitionem Dei ex ejus aternitate: viderunt enim quod quicquid est in rebus, est mutabile; et quanto aliiquid est nobilis in gradibus rerum, tanto minus habet de mutabilitate⁸. Puta, inferiora corpora sunt secundum substantiam et secundum locum substantiam: corpora vero celestia, quæ nobiliora sunt, secundum substantiam⁹ quidem immutabilia sunt, et secundum locum tantum moventur. Secundum hoc ergo evidenter colligi potest, quod primum principium omnium rerum, et supremum et nobilissimum, sit immobile et aeternum. Et haec aternitatem Verbi Propheta insinuat, cum dicit, *Sedentem*; idest, absque omni moda¹⁰ mutabilitate in aternitate praesidentem.

Psal. xliv, 6: *Sedes tua, Deus, in sanctum sanctu*. Heb. ult. 8: *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sanctu*. Hanc aternitatem¹¹ ostendens Joannes dicit: *In principio erat Verbum*. Quidam autem venerunt in cognitionem Dei, ex dignitate ipsius Dei; et isti fuerunt Platonici. Consideraverunt enim, quod omne illud quod est secundum participationem, reducitur¹² ad aliquid quod sit illud per suam essentiam, sicut ad primum et ad summum; sicut omnia ignita per participationem, reducuntur ad ignem, qui est per essentiam suam talis. Cum ergo omnia quæ sunt, participant esse, et sint per participationem entia, necesse est esse aliquid in caecum omnium rerum, quod sit ipsum esse per suam essentiam, idest quod sua essentia sit summa esse; et hoc est Deus, qui est sufficientissima et dignissima et perfectissima causa totius esse; a quo omnia quæ sunt, participant esse: et hujus dignitas¹³ ostenditur, cum dicitur, *Super solium excelsum, quod secundum Dionysium, ad divinam natum refertur*. Psal. cxii, 4: *Excelsus super omnes gentes Dominus*. Hanc dignitatem ostendit nobis Joannes, cum dicit infra 1, 1: *Ei Deus erat Verbum*; quasi, Verbum erat Deus, ut ly Verbum ponatur ex parte suppositi, et Deus ex parte appositi. Quidam autem venerunt in cognitionem Dei, ex incomprehensibiliitate veritatis. Omnis enim veritas quam intellectus noster capere potest, finita est: quia, secundum Augustinum, omne quod scitur, scientis comprehensione finitur: et si finitum¹⁴ est, est et determinatum et particulatum¹⁵, et ideo necesse est primam et summam veritatem, quæ superat omnem intellectum, incomprehensibilem et infinitam esse; et haec¹⁶ est

¹ AL: « videmus enim ea quae sunt in rebus naturalibus propter finem, et agere, et consequi etc. »

² Parm.: « dirigantur et moveantur. »

³ Parm.: « hinc. »

⁴ Parm.: « dirigit ista; et sicut Dominus gubernat, hic est Deus. »

⁵ AL: « et hinc est etc. »

⁶ AL: « demonstravit. Parm.: « demonstratur. »

⁷ Parm.: « gubernas. »

⁸ AL: « et quando aliquis est nobilis in gradibus

rerum, minus habet de mutabilitate. »

⁹ In Parv.; (omisso: « quidam. ») : secundum antem locum. B.: « sed secundum. »

¹⁰ Parm.: omni mutabilitate et aternitate.

¹¹ Parm.: Joannes ostendit dicens.

¹² AL: « reducat. »

¹³ Parm.: dignitatis.

¹⁴ Parm.: si finitum, est determinatum.

¹⁵ Vox Latinitatis media: In Parv.: particularizatum.

¹⁶ Parm.: hoc.

Deus; unde in Psal. viii, 2, dicitur : *Elevata est magnificentia tua super cœlos*; idest, super omniem intellectum creatum, non solum humanum, sed etiam angelicum¹. Et hoc ideo, quia, ut dicit Apostolus I Tim. vi, 16, *lucem habitat inaccessibilem*. Hujus autem incomprehensibilitas veritatis ostenditur nobis, cum dicit, *Et elevatum, scilicet super omnem cognitionem intellectus creati*. Et hanc incomprehensibilitatem insinuat nobis Joannes, cum dicit infra i, 18 : *Deum nemo vidit unquam*. Sie ergo contemplatio Joannis alta fuit et quantum ad auctoritatem, et quantum ad aeternitatem, et quantum ad dignitatem, et quantum ad Verbi incomprehensibilitatem, quam nobis in suo Evangelio tradidit². Fuit etiam ampla: tunc enim contemplatio ampla est, quando in causa potest aliquis considerare omnes effectus ipsius causæ; quando scilicet non solum essentiam causæ, sed etiam virtutem ejus secundum quam se ad multa diffundit, cognoscit. De qua diffusione dicitur Eecli. xxiv, 35 : *Qui implet quasi Phison sapientiam, et quasi Tigris in diebus novorum*. Psal. lxiv, 10 : *Flumen Dei repletum est aquis*. Quia divina sapientia altitudinem habet quantum ad cognitionem omnium rerum. Sap. ix, 9 : ³ *Ipse dedit mihi omnium quæ sunt, etc.* Quia ergo Joannes Evangelista elevatus in contemplationem naturæ divini Verbi et essentiae est, cum dicit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum: statim virtutem ipsius Verbi, secundum quod diffundit se ad omnia, nobis insinuat cum dicit: Omnia per ipsum facta sunt*. Ideo contemplatio sua ampla fuit; et ideo in auctoritate premissa, postquam dixerat Prophetæ, *Vidi Dominum sedentem, subiungit de virtute ejus: Et plena erat omnis⁵ domus maiestate ejus; idest, tota plenitudo rerum et universi est a maiestate et virtute⁶ Verbi Dei, per quem omnia facta sunt, et en-*

jus lumine omnes homines venientes in hunc mundum illuminantur. Psal. xxiii, 1 : *Domini est terra, et plenitudo ejus*. Fuit etiam contemplatio⁷ Joannis perfecta: tunc enim⁸ contemplatio perfecta est, quando contemplans perducitur et elevatur ad altitudinem rei contemplatiæ. Si enim remaneret in intus, quantumcumque alta ipse contemplaretur, non esset contemplatio perfecta. Ad hoc ergo quod sit perfecta, oportet quod ascendat, et consequatur ipsum finem rei contemplatae, inhærendo et assentiendo per affectum et intellectum veritati contemplatae. Job xxxvii, 16 : *Numquid nosti semitas nubium* (idest contemplationes prædicantium) *quod perfecta sint?* in quantum firmiter per affectum et intellectum inhærent summe veritati contemplatae. Quia ergo Joannes non solum docuit quomodo Christus Jesus, Verbum Dei, est Deus super omnia elevatus; et quomodo omnia per ipsum facta sunt; sed etiam quod per ipsum sanctificamur, et ei per gratiam quam nobis infundit, inhæremus, dicens⁹ infra i, 16 : *De plenitudine ejus omnes accipimus, gratiam pro grata¹⁰*; ideo apparet quod sua contemplatio perfecta fuit; et hæc perfectio ostenditur cum subditur in auctoritate premissa¹¹: *Et ea quæ sub ipso erant replebant templum: nam sicut dicitur I Corinth. xi, 3, caput Christi Dens. Que ergo sub Christo sunt, sacramenta sunt humanitatis, per quæ fidèles replentur plenitudine gratiae*. Sie ergo *ea quæ sub ipso erant, replebant templum*, idest fidèles, qui sunt *templum Dei* sanctum, sicut dicitur I Corinth., 3, in quantum per ipsa¹² sacramenta humanitatis, fidèles Christi omnes de plenitudine gratiae ipsius accipiunt. Fuit ergo Joannis contemplatio ampla, alta, et perfecta. Sed notandum, quod diversimode diversa scientia istos tres modos contemplationis sortiuntur. Perfectionem namque contemplationis habet scientia moralis,

¹ Parm. : angelicum et humanum.

² Parm. : tradidit Joannes.

³ Parm. : ab initio est tecum sapientia, quæ novit opera tua.

⁴ Al. : e de veritate. »

⁵ Parm. : terra.

⁶ Parm. : maiestate ejus, et virtute Dei.

⁷ Parm. : ejus.

⁸ Al. : e contemplatio ejus perfecta est. »

⁹ Parm. : dicit.

¹⁰ Parm. : gratia. Ideo.

¹¹ Parm. : cum subdit : *Et ea quæ etc.*

¹² Al. : e per ipsum. » Parm. : per ipsius.

que est de ultimo fine; plenitudinem autem scientia naturalis, quae res a Deo procedentes considerat; altitudinem vero contemplationis inter scientias physicas habet. *Metaphysica.* Sed Evangelium Joannis, quod¹ divisione scientie predicatione habent, totum simul continent, et ideo est perfectissimum. Sic ergo ex premissis colligitur materia hujus Evangelii: quia cum Evangeliste alii tractent principaliter mysteria humanitatis Christi, Joannes specialiter et praeципue divinitatem Christi in Evangelio suo insinuat, ut supra dictum est; nec tamen prætermisit mysteria humanitatis: quod ideo factum est, quia postquam alii Evangelista sua Evangelia scriperunt, insurrexerunt haereses circa divinitatem Christi; qua erant, quod Christus erat purus homo, sicut Ebion et Cerinthus falso opinabantur. Et ideo Joannes Evangelista, qui veritatem divinitatis Verbi ad ipso fonte divini pectoris hauserat, ad preces fidellum, Evangelium istud² conscripsit, in quo doctrinam de Christi divinitate nobis tradidit, et omnes haereses confutavit. Patet ergo ordo istius Evangelii ex verbis premissis. Primo enim insinuat nobis *Dominum sed etiam super solium excelsum et elevatum*, in prima parte, cum dicit infra i, 1: *In principio erat Verbum.* In secunda vero parte insinuat quomodo *omnis terra plena est maiestate ejus*, cum dicit ibid. 3: *Omnia per ipsum facta sunt.* In tertia parte manifestat quomodo ea quae sub ipso erant replebant templum, cum ipse dicit ibid. 14: *Verbum caro factum est.* Patet³ ergo finis hujus Evangelii, qui est ut fideles templum Dei effecti⁴ repleantur a maiestate Dei. Unde et ipse Joannes, infra xx, 31: *Hac autem scripta sunt, ut credatis,*⁵ et ut credentes vitam habeatis. Patet etiam materia hujus Evangelii, quod est cogniti-

tio divinitatis Verbi; patet ordo, patet et finis.

Sequitur conditio Auctoris, qui quidem describitur in premissis quantum ad quatuor quantum ad nomen, quantum ad virtutem, quantum ad figuram, quantum ad privilegium. Quantum ad nomen, quia Joannes⁶ hic auctor fuit; Joannes autem interpretatur, in quo est gratia: quia secreta divinitatis videre non possunt nisi qui gratiam Dei in se habent: unde I Corinth. ii, 41, dicit apostolus⁷: *Quæ sunt Dei nemo cognovit nisi spiritus Dei.* Joannes ergo vidit Dominum sedentem, quantum ad virtutem, quia fuit virgo: talibus enim competit videre Dominum. Matth. v, 8: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.*⁸ Quantum ad figuram, quia Joannes designatur⁹ per aquilam: et hoc, quia, cum alii tres Evangelistæ circa ea quae Christus in carne est operatus, occupati, designantur per animalia quae graduntur in terra, scilicet per hominem, vitulum, et leonem; Joannes vero supra¹⁰ nubila infirmitatis humanæ velut¹¹ aquila volans, lucem incommutabilis veritatis¹², acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur, atque ipsam Deitatem Domini nostri Jesu Christi, qua Patri æqualis est, intendens, eam in suo Evangelio, quantum inter¹³ homines sufficeret creditit, studuit præcipue commendare; et de hoc volatu Joannis dicitur Job. xxxix, 27: *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila?* idest Joannes¹⁴. Et infra ibid.: *Oculi ejus de longe prospiciunt;* quia¹⁵ scilicet ipsum Verbum Dei in sinu Patris, oculo mentis intuetur. Quantum ad privilegium: quia inter ceteros discipulos Domini, Joannes magis fuit dilectus a Christo: *Iste est enim discipulus ille quem diligebat Jesus;* sicut ipsem non exprimens nomen suum infra ult. 24 dixit; et ideo, quia amicis revelantur se-

¹ Al. : « quæ. »

² Parm. : scripsit.

³ Parm. : « Eliam. »

⁴ Parm. : efficiuntur, et repleantur.

⁵ Parm. : ut credentes quin Jesus est Christus Filius Dei; omiso: et ut credentes vitam habeantur.

⁶ Parm. : Joannes, qui hujus Evangelii etc.

⁷ Al. deest: « uide. »

⁸ Parm. : dicitur.

⁹ Parm. omittit: *quoniam ipsi Deum videbunt.*

¹⁰ Parm. : figuratur.

¹¹ Parm. : nebulae.

¹² Parm. : sicut.

¹³ Parm. : altissimis.

¹⁴ Parm. : « omnes. »

¹⁵ Al. : « Joannis. »

¹⁶ Al. : « quasi. »

creta, ut dicitur ibid. xv, 15, *Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audi vi a Patre meo, nota feci vobis: secreta sua huic discipulo specialiter dilecto specialiter¹ revelavit. Unde Job xxxvi, 32, dicitur: *Immanibus idest superbris abs condit lucem Christus scilicet divinitatis sue veritatem et annuntiat de ea amico**

*suo scilicet Joanni quod possessio ejus sit etc., quia ipse est, qui lucem Verbi incarnati excellentius videns, ipsam nobis insinuavit², dicens infra 1, 9: *Erat lux vera etc.* Patet ergo materia, ordo finis, et auctor huius Evangelii Beati Joannis quod prae manibus habemus.*

PROLOGUS S. HIERONYMI

IN EVANGELIUM JOANNIS

Huic autem Evangelio Hieronymus Prologum premitit, dicens:

1. Hic³ est Joannes Evangelista, unus ex discipulis Dei⁴, qui virga a Deo electus est, quem de nuptiis, volentem nubere, vocavit Deus.

2. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in Evangelio; et quod praeceteris dilectus a Deo dicitur; et huic matrem suam pendens in cruce commendavit Dominus, ut virginem virgo servaret.

3. Denique manifestans in Evangelio, quod erat ipse incorruptibilis Verbi opus inchoans, solis Verbū carnem factum esse, nec lumen a tenebris comprehensum fuisse, testatur, primum signum ponens quod in nuptiis fecit Dominus: ostendens, quod ipse erat: ut legentibus demonstraret, quod ubi Dominus invitatus sit, defilere nuptiarum vinum debeant, et veteribus immutatis nova omnia, quæ a Christo instituuntur, appareant. Hoc autem

Evangelium scripsit in Asia, posteaquam in Pathmo insula Apocalypsim scripsit: ut cui in principio Canonis incorruptibile principium, pronotatur in Genesi, ei etiam incorruptibilis filius per virginem in Apocalypsi redderetur dicente Christo: Ergo sum alpha et omega.

4. Et hic est Joannes, qui sciens supervenisse diem recessus sui convocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta, promens Christum, descendens in defossum sepulture suae locum, facta oratione positus est ad patres suos: tam extraneus dolore mortis, quam a corruptione carnis inventus alienus.

5. Tamen post omnes Evangelium scripsit, et hoc virgin debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio, vel librorum ordinatio, ideo a nobis per singula non exponitur, ut sciendi desiderio collato, et quarantibus fructus laboris, et Deo magisterii doctrina servetur.

S. THOMÆ IN HUNG PROLOGUM EXPOSITIO

4. In quo duo⁵ intendit, Hieronymus scilicet, describere: scilicet auctorem Evangelii, et ostendere quod ei scribere hoc Evangelium competebat. Dividitur ergo in duas partes. Primo ergo describit Joannem quantum ad vitam; secundo quantum ad mortem, ibi, Et hic est

Joannes. Circa primum duo facit. Primo describit auctorem operis, quantum ad dona in vita sibi collata: secundo ex illis ostendit idoneitatem ad Evangelium conserendum, ibi, Denique manifestans in Evangelio. Circa primum duo facit. Primo⁶ ponit praeconia auctoris; secundo

¹ Parm.: commendavit.

² Parm.: insinuat.

³ Parm. omittit: Huic autem Evangelio etc. Parm.: Domini.

⁴ Al. deest.: & duo. »

⁵ Parm. intendit Hieronymus exprimere.

⁶ Parm.: ostendit.

probat, ibi. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur Evangelio. Describit enim auctorem, quantum ad nomen, dicens : Hie est Joannes, in quo gratia. I Corinth. xv, 10 : *Gratia Dei sum id quod sum.* Secundo quantum ad officium, cum dicit, Evangelista. Isa. xli, 27 : *Primus ad Sion dicit : Ecce adsum, et Hierusalem Evangelistam dabo.* Tertio quantum ad dignitatem, cum dicit. Ex discipulis Domini. Isa. liv, 13 : *Ponam universos filios tuos doctos a Domino.* Quarto quantum ad castitatis virtutem, cum dicit, Qui virgo. Quinto ab electione : Est electus ad Dominum. Infra xv, 16 : *Non vos me elegistis.*¹ Et secundum quod hic Hieronymus dicit, hunc de nuptiis volentem numerere vocavit Deus, ab illis scilicet nuptiis ad quas est invitatus Jesus cum discipulis suis, ubi mutavit aquam in vi-

Sed contra hoc videtur esse² est quod dicitur Matth. xiv, quod³ vocatus est enim Jacobo fratre suo de navi ; non⁴ ergo vocatus est de nuptiis, ut dicit Hieronymus. Ad quod dicendum est , quod diversae fuerunt vocationes Apostolorum. Primo enim vocati fuerunt ad familiaritatem Christi : sed ultimo vocati ad discipulatum,⁵ ut scilicet, relictis omnibus, Christum sequerentur. Quod ergo Hieronymus dicit, intelligendum est de prima vocatione, qua Joannes ad familiaritatem Christi de nuptiis est vocatus ; quod vero Mattheus dicit, intelligendum est de ultima vocatione, qua de navi vocatus⁶ cum Jacobo fratre suo, scilicet relictis omnibus, secutus est Christum.

2. Consequenter cum dicit, Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datum probat praconium virginitatis Joannis duplice signo. Primo, signo majoris dilectionis : et quantum ad hoc dicit : Cui, scilicet Joanni, in hoc, scilicet Evangelio, duplex testimonium virginitatis datur in Evangelio, idest ex verbis⁷ quae continentur

tur in Evangelio, quod et præ ceteris discipulis a Deo dilectus dicitur. Infra, xxi, 24 : *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his et scripsit haec.* Causa autem hujus specialis dilectionis fuit munditia, que ad dilectionem provocat, ut dicitur Prov. xxii, 2 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam habitorum, habebit amicum regem.* Secundo probat idem signo commendationis matris, cum dicit : Et huic, scilicet Joanni, Dominus⁸ in cruce pendens, matrem⁹ suam commendavit, ut dicitur Joan. xix, ut virgo, scilicet Joannes, virginem¹⁰ scilicet Mariam congrue servaret.

3. Deinde cum dicit, *Denique manifestans in Evangelio etc.*, ostendit quod Joanni competit Evangelium scribere ; et hoc quantum ad¹¹ tria. Primo quantum ad principium Evangelii quod incipit a Verbo incorruptibili, de quo non nisi incorruptum tractare oportuit ; et quantum ad hoc dicit : Denique manifestans, scilicet Joannes in Evangelio quod ipse erat incorruptibilis Verbi opus inchoatus, solus Verbum carnem factum esse, nec lumen a tenebris comprehensum fuisse testatur¹². Secundo quantum ad miraculorum exordium : incipit enim miraculorum ordinem texere a miraculo quod Deus in nuptiis ostendit, quando scilicet aquam mutavit in vinum, ut patet Joan. ii, in quibus vinum nupliarum defecit, vino novo, scilicet virginitatis,¹³ substituto. Et quantum ad hoc dicit : Primum signum, idest miraculum, quod in nuptiis fecit Dominus, ponens, scilicet in principio aliorum miraculorum, ostendens quod ipse erat, scilicet virgo, ut legentibus demonstraret quod ubi Dominus invitatus sit, deficeret vinum nupliarum, idest conjugii delectatio, debeat ; et veteribus immutatis, idest antiqua aqua in novum vinum, nova omnia quæ a Christo instituuntur, apparet : quia scilicet homines conversi ad Christum, debent exuere veterem, homi-

¹ Parm. : *Elegistis.* Sexto a modo vocationis, cum dicit, quod « de nuptiis vocavit, ab illis, etc. »

² Parm. : « contra hoc est. »

³ Al. : « qui. »

⁴ Parm. : non autem de nuptiis.

⁵ Parm. : quando... secuti sunt Jesum.

⁶ Parm. : vocavit... quando.

⁷ Parm. : Evangelii, sive que.

⁸ Al. : « Deus. »

⁹ Parm. omittit : suam.

¹⁰ Parm. : virginem matrem.

¹¹ Sic codl. — Parm. : quatuor.

¹² Al. : « quod ipse erat virgo incorruptibilis fuisse testatur. »

¹³ Parm. : restituto.

nem et induere novum; ut dicitur Col. iii, 10: et Apocal. xxi, 5: *Dicit qui sebat in throno: Ecce nova facio omnia.*

Sed contra. Videtur per hoc quod dicit, quod ubi Dominus invitatus est, debeat deficere vinum nuptiarum, quod quicunque Deum¹ habet et diligit, debet cessare a conjugio: non ergo licet uxorem ducere.

Respondeo dicendum, quod homo invitatur a Deo duplicitate: quantum ad communem gratiam: et sic non est necesse deficere vinum nuptiarum: et quantum ad speciale contemplationis fastigium, et sic oportet deficere vinum nuptiarum. Cujus rationem Apostolus assignat I Corinthus. vii, 34: *Quia mulier quæ nupta est, cogitat quomodo placeat viro:* et ideo oportet quod ab actu contemplationis impediatur: *quæ autem nupta non est, cogitat quomodo placeat Christo.* Vel dicendum, quod diligentibus Deum et habitibus ipsum per gratiam, deficere debet vinum nuptiarum ab effectu vini, ut scilicet non inebletiatur delectatione carnali, quæ tanta posset esse, et cum tanta libidine exerceri, quod etiam in conjugatis esset peccatum mortale.

Tertio quantum ab ordinem descriptionis libri: nam post omnes alios libros sacrae Scripturae: hoc Evangelium est scriptum. Cum enim canonica Scriptura incipiat a libro Genesis, et terminetur in

Apocalypsim; Evangelium istud conscriptum fuit, postquam Joannes revocatus est a Patmos insula² in Asiam, ubi ad preces Episcoporum Asiae hoc scripsit Evangelium. Non tamen ordinatur ultimo, licet ultimo scribatur: ³ ex quo congruentia scribendi Evangelium ostenditur⁴. Ut eui in principio canonis, id est sacrae Scripturae: ubi dicitur. *In principio creavit Deus cælum et terram:* incorruptibile principium prænotatur in Genesi; ei etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur: quantum ad ordinem librorum, non quantum ad ordinem Scripturae.

4. Deinde cum dicit, *Et hic est Joannes;* describit auctorem: et circa hoc duo facit. Primo ponit præconia sue laudis quantum ad mortem; secundo concludit ex his congruentiam ordinis hujus Evangelii, ibi, Tamen post omnes Evangelium scripsit. Privilegium autem mortis admirabile et speciale est, quia nullum dolorem sensit in morte: et hoc Deo faciente, ut qui a corruptione carnis extitit penitus alienus, esset a dolore mortis extraneus.

5. Congruentiam auctoris ad finem⁵ ostendit, dicens: *Tamen post omnes Evangelium scripsit.* In libris sacrae Scripturae duplex ordo consideratur: unus scilicet temporis quo scripti fuerunt, et alius dispositionis quo in Biblia ordinantur.

EVANGELIUM JOANNIS

CAPUT PRIMUM

1. In principio erat Verbum, 2. et Verbum erat apud Deum, 3. et Deus erat Verbum. 4. Hoc erat in principio apud Deum.

4. Evangelista Joannes, sicut dictum est, intendit principaliter ostendere divinitatem Verbi incarnati; et ideo dividitur istud Evangelium in partes duas. Primo

enim insinuat Christi divinitatem; secundo manifestat eam per ea qua Christus in carne fecit: et hoc II cap., *Et die tertia.* Circa primum duo facit. Primo ponit Christi divinitatem: secundo ponit modum quo Christi divinitas nobis innotuit, ibi, *Et vidimus gloriam ejus etc.* Circa pri-

¹ Parm.: amat et diligit.

² Parm.: Asia.

³ Parm.: scripserit.

⁴ Al.: « ostendit. »

⁵ Al.: « ad illdem. »

num dno facit. Primo agit de divinitate Christi : secundo de Verbi Dei incarnatione, ibi, *Fuit homo missus a Deo.* Quia vero in unaquaque re sunt consideranda duo, scilicet esse, et operatio sive virtus ipsius; ideo primo agit de esse Verbi quantum ad naturam divinam ; secundo de virtute seu operatione ipsius, ibi, *Omnia per ipsum facta sunt.* Circa primum quatuor facit. Primo ostendit¹ quod erat Verbum, quia *in principio erat Verbum.* Secundo ubi erat, quia *apud Deum* : unde dicit, *Et Verbum erat apud Deum.* Tertio quid erat :² *Et Deus erat Verbum.* Quarto quomodo erat, quia *hoc erat in principio apud Deum.* Prima duo pertinent ad questionem an est ; secunda vero duo pertinent ad questionem quid est. Circa primum autem videndum est quid sit hoc quod dicitur, *In principio erat Verbum* : ubi tria diligenter inquirenda concurrunt, secundum tres dictiones hujus orationis. Et primo quid sit hoc quod dicitur, *Verbum* ; secundo quid sit hoc quod dicitur, *In principio* ; tertio quid sit hoc quod dicitur, *Verbum erat in principio.* Ad intellectum autem hujus nominis *Verbum*, sciendum est, quod secundum Philosophum I Perih. lect. n, ea que sunt in voce, sunt signa earum quae sunt in anima passionum. Consuetum est autem in Scriptura, quod³ significata res sortiuntur vocabula signorum ; sicut illud I Corinth. x, 4 : *Petra autem erat Christus.* De necessitate autem oportet quod illud intrinsecum animae nostra, quod significatur⁴ exteriori verbo nostro, verbum vocetur. Utrum autem per prius conveniat nomen verbi rei exteriori voce prolatæ, vel ipsi conceptioni animæ intrinsecæ⁵, nihil refert ad præsens. Plannus est tamen quod illud quod voce significatur, interius existens in anima, prius est quam ipsum verbum exteriori voce prolatum, utpote causa ejus existens. Si ergo volumus scire quid

sit⁶ interius verbum⁷ in anima nostra, videamus quid significet quod exteriori voce profertur. In intellectu autem nostro sunt tria : scilicet ipsa potentia intellectus ; species rei intellectæ, quæ est forma ejus, se habens ad ipsum intellectum sicut species coloris ad pupillam ; et tertio ipsa operatio intellectus, quæ est intelligere. Nullum autem istorum significatur verbo exteriori voce prolatō : nam hoc nomen *lapis* non significat substantiam intellectus, quia hoc non intendit dicere nominans ; nec significat speciem, quæ est—quo⁸ intellectus intelligit, cum etiam hoc non sit intentio nominantis ; non significat etiam ipsum intelligere, cum intelligere non sit actio exteriorius progrediens ab intelligentiæ⁹, sed in ipso manens. Illud ergo proprio dicitur verbum interius quod intelligens intelligendo format. Intellectus autem duo format, secundum duas ejus operationes : nam secundum operationem suam quæ dicitur indivisibilium intelligentia, format definitionem ; secundum vero operationem suam qua componit et dividit, format enuntiationem ; vel aliquid hujusmodi : et ideo illud sic formatum et expressum per operationem intellectus, vel definitis vel enuntiantis, exteriori voce significatur. Unde dicit Philosophus, quod ratio quam significat nomen, est definitio. Istud ergo sic expressum, scilicet formatum in anima, dicitur verbum interius ; et ideo comparatur ad intellectum non sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit : quia in ipso expresso et formato videt naturam rei intellectæ. Sie ergo habemus significacionem hujus nominis¹⁰ Verbum.¹¹ Ex his quæ dicta sunt duo de verbo¹² concipere possumus, quod verbum semper est aliiquid¹³ procedens ab intellectu in actu existente. ;¹⁴ secundo quod verbum¹⁵ semper est ratio et similitudo rei intellectæ. Et si quidem eadem res sit intelligens et intellecta, tunc ver-

¹ Parm. : quando.

² Parm. : quia Deus : unde subjungit.

³ Parm. : significata nominantur nominationibus.

⁴ Al. : « significat. »

⁵ Parm. : est.

⁶ Parm. : conceptioni mentis, nihil. »

⁷ Parm. : mentis... significat.

⁸ Parm. : quæ.

⁹ Al. : « ab intelligere. »

¹⁰ Al. : « quod est verbum. »

¹¹ Parm. : secundo ex his.

¹² Parm. omittit : duo de verbo.

¹³ Al. : « aliud. »

¹⁴ Parm. : iterum.

bum est ratio et similitudo intellectus, a quo procedit; si autem sit aliud intelligens et intellectum, tunc verbum non est similitudo et ratio intelligentis, sed rei intellectus; sicut conceptio quam aliquis habet de lapide, est similitudo lapidis tantum. Sed quando intellectus intelligit se, tunc hujusmodi verbum est similitudo et ratio intellectus. Et ideo Augustinus *de Trin.* lib. ix, cap. v, ponit similitudinem Trinitatis in anima, secundum quod mens intelligit seipsum, non autem secundum quod intelligit aliam¹. Patet ergo, quod in qualibet natura intellectuali necesse est ponere verbum: quia de ratione intelligendi est quod intellectus intelligendo aliquid formet; hujus autem formatio dicitur verbum: ² et ideo in omni intelligenti oportet ponere verbum. Naturae autem intellectualis est triplex; scilicet humana, angelica et divina; et ideo³ est verbum humanum, de quo in Psal. xxi, 1: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Est et angelicum, sicut Zach.: *Zach. 1, 9, Dici angelus ad me, et in multis Sacrae scripturae locis patet.*⁴ Et est verbum divinum, de quo Genes. 1, 5: *Dixit Deus, fiat lux etc.* De quo ergo verborum istorum declarat Evangelista cum dicit: *In principio erat Verbum, constat quod non dicit de Verbo humano nec angelico: quia utrumque istorum verborum est factum, cum Verbum non praecedat dicentem, homo autem et Angelus causam habeant et principium, sed verbum de quo hic Joannes loquitur non est factum sed omnia per ipsum facta sunt.* Si ergo non dicitur de primis duobus, necesse est ut intelligatur de tertio scilicet de verbo Dei.⁵

Sciendum est autem, quod Verbum tres differentias habet ad verbum nostrum.

¹ Parm.: alia.

² B. omittit: «Et ideo in omni intelligenti oportet ponere verbum.»

³ Parm.: triplex est verbum, scilicet.

⁴ Parm.: de quo Zach., et in multis locis... dicitur: *Dixit Angelus.*

⁵ Parm.: Tertium est.

⁶ Parm.: haec omittunt: cum homo et angelus habeant sui esse et operationes principium et causam.

⁷ Parm.: verbum ipsum hominis vel Angelii, non potest praexistere eis. De quo autem verbo intellexerit Evangelista, declarat per hoc quod dicit.

Prima⁸ differentia est, secundum Augustinum, quia verbum nostrum prins est formabile⁹, quam formatum: nam cum volo concepere rationem lapidis, oportet quod ad ipsam ratiocinando perveniam; et sic est in omnibus aliis quae a nobis intelliguntur; nisi forte in primis principiis, quae cum sint¹⁰ naturaliter nota, absque discursu rationis statim¹¹ cognoscantur: quandiu ergo sic ratiocinando intellectus¹² discurrit, jactatur hac atque illac, nequid formatio perfecta est, nisi quando ipsum rationem rei perfectly conceperit; et tunc primo habet rationem rei perfectly, et tunc primo habet rationem verbi. Et inde est quod in anima nostra est cogitatio, per quam significatur ipse discursus inquisitionis, et verbum, quod est: *item formatum secundum perfectam contemplationem veritatis.* Sic ergo verbum nostrum primo est in potentia quam in actu. Sed verbum Dei semper est in actu; et ideo nomen cogitationis Verbo Dei propriè non convenit. Dicit enim Augustinus, IV *de Trin.*, cap. xiv. Ita dicitur Verbum Dei, ut cogitatio non dicatur, ne quid quasi volubile credatur in Deo. Et ideo id¹³ quod Anselmus dicit, scilicet: «Dicere summo spiritui nihil aliud est quam cogitando intueri,» impropprie dictum est. Secunda vero differentia verbi nostri ad Verbum divinum est, quia verbum nostrum est imperfectum: sed Verbum divinum est perfectissimum: quia enim nos non possumus omnes nostras conceptiones uno verbo exprimere, ideo oportet quod sint plura verba imperfecta¹⁴, per quae divisim exprimamus omnia quae in scientia nostra sunt. In Deo autem non est sic: cum enim intelligat et seipsum (etiam) et quicquid intelligit per essentiam suam uno actu, unicum Ver-

hoc verbum non esse factum, eam omnia sint facta per ipsum; hoc autem est Verbum Dei, de quo Joannes hic loquitur.

⁸ Parm.: hoc verbum differt a nostro verbo in tribus.

⁹ Parm.: simpliciter.

¹⁰ Parm.: sentitur.

¹¹ Parm.: cum ergo Evangelista dicit... non intelligi potest de humano vel angelico verbo.

¹² Parm.: omittit: discurrit.

¹³ Parm.: id autem.

¹⁴ A. deest: «sunt et leguntur: » formamus.

bum divinum est expressivum totius quod in Deo est, non solum Patris¹, sed etiam creaturarum: alias esset imperfectum. Unde dicit Augustinus: Si quid minus esset in Verbo quam in dicentis scientia continetur, Verbum imperfectum esset; sed constat quod est perfectissimum: ergo est tantum unum. Job m, 14: *Semel loquitur Deus.* Tertia differentia est quod verbum nostrum non est ejusdem naturae nobiscum; sed Verbum divinum est ejusdem naturae cum Deo; et ideo est aliquid subsistens in natura divina. Nam ratio intellectus, quam intellectus noster² de aliqua ratione format, habet esse in anima nostra; intelligibile tantum intelligere autem animae³ non est idem quod esse naturale animae, quia anima non est ipsa sua operatio; et ideo verbum quod format intellectus noster, non est de essentia animae, sed est accidens ei. In Deo autem idem est intelligere et esse; et ideo Verbum intellectus divini, non est aliquid accidens, sed pertinens ad naturam ejus. Unde oportet quod sit subsistens: quia quicquid est in natura Dei, est Deus. Unde dicit Damascenus, quod Deus Verbum substantiale est, et in hypostasi eius: reliqua vero, verba nostra scilicet, virtutes sunt animae.

Ex premissis ergo tenendum est⁴ quod Verbum, proprie loquendo, semper personaliter accipitur in divinis, cum non importet⁵ nisi quid expressum ab intelligentie. Item quod Verbum in divinis sit similitudinem ejus a quo procedit; et quod sit coaternum ei a quo procedit, cum non prius fuerit formabile⁶ quam formatum, sed semper in actu; et quod sit aequaliter Patri, cum sit perfectum, et totius esse Patris expressivum; et quod sit coessentialis et consubstantialis Patri, cum sit subsistens⁷ in natura ejus. Patet etiam quod, cum in qualibet natura illud

quod procedit, habens similitudinem et naturam⁸ ejus a quo procedit, vocetur filius; et hoc Verbum procedat in similitudinem⁹ naturae ejus a quo procedit¹⁰, dicitur Filius; et productio ejus dicitur generatio. Sic ergo patet primum, scilicet quid sit hoc quod dicitur *Verbum*.

Circa hoc autem quatuor questioes ocurrunt. Due sunt Chrysostomi. Prima est cur Joannes Evangelista Patrem dimittens, confessim incepit a Filio, dicens: *In principio erat Verbum.* Ad hoc autem est duplex responsio. Una est, quia Pater omnibus innotuerat in veteri testamento, quamvis non in ratione Patris, sed ut Deus; Filius autem ignorabatur: et ideo in novo testamento, in quo agitur de cognitione Verbi, incipit a Verbo, sive Filio. Alia est, quia per Filium ducimur in notitiam Patris. Infra xvii, 16: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos didisti mihi.* Voleus ergo fidèles in notitiam Patris ducere Evangelista, decenter incepit a Filio, statim subdicens¹¹ de Patre, cum dicit: *Et Verbum erat apud Deum.*

Secunda questio est etiam Chrysostomi: cum enim, sicut dictum est, Verbum procedat ut Filius, quare dixit Joannes *Verbum*, et non Filius? Ad hoc ex est duplex responsio. Primo quia Filius dicit aliquid genitum, et cum audimus generationem Filii, posset quis cogitare generationem illam talem esse quallem novit¹², scilicet materialem, et passibilem; ideo ergo non dixit Filius, sed *Verbum*, quod importat intelligibilem processum, ut non intelligatur materialem, et passibilem generationem illam fuisse. Ostendens igitur Filium ex Deo impossibiliter produci¹³, destruit vitiosam suspicionem per Verbi nomenclationem. Alia¹⁴ ratio quia Evangelista tractatus erat de Verbo, in quantum venerat ad manifestandum Patrem. Unde cum ratio mani-

¹ Parm.: personarum.

² Parm.: videtur formare.

³ Parm.: in anima nostra... non est idem quod e-t natura... quia anima non est sua.

⁴ Al.: e natura, n.

⁵ Parm.: etiam patet.

⁶ Al.: e oportet, n.

⁷ Al.: e formale, n.

⁸ Parm.: substantia.

⁹ Parm.: natura.

¹⁰ Parm.: in similitudine et identitate.

¹¹ Parm., addit: convenienter et proprie.

¹² Parm.: subjungens.

¹³ Parm.: etiam dupliciter respondetur.

¹⁴ Parm.: comprehendere potest.

¹⁵ Parm.: usci.

¹⁶ Parm.: alter potest dici sic.

estationis magis importet in nomine Verbi, quam in nomine Filii¹ ideo magis est usus nemine Verbi.

Tertia quæstio est Augustini in lib. lxxxiii. *Quest., quæst.*, lxiii, quæ talis est: In græco, ubi nos habemus *Verbum*, habetur *Logos*: cum ergo *Logos* significet in Latino et rationem et verbum, quare translatores transtulerunt verbum, et non rationem, cum etiam et ratio sit quid intrinsecum², quemadmodum etiam verbum? Respondeo dicendum, quod ratio proprie nominat conceptum mentis, secundum³ quod in mente est: etsi quid⁴ per illam exterius fiat; per verbum vero significatur respectus ad exteriora: et ideo, quia Evangelista per hoc quod dixit *Logos*, non solum intendebat significare respectum et⁵ existentiam Filii in Patre, sed etiam operativam potentiam Filii, qua⁶ per ipsum facta sunt omnia, magis antiqui⁷ nostri transtulerunt verbum⁸, quod importat respectum ad exteriora, quam ratio, quæ tantum conceptum mentis insinuat⁹.

Quarta quæstio est Origenis, quæ talis est. In multis¹⁰ locis Scripturæ, cum loquuntur de Verbo Dei, ponitur Verbum, cum¹¹ hoc additione, quæ est Dei, dicendo Verbum Dei. Eccl. 1, 5: *Fons sapientie Verbum Dei in excelsis*. Et Apoc. xix, 13: *Et nomen ejus Verbum Dei*. Quare ergo Evangelista, cum loqueretur hic de Verbo Dei, non dixit: *In principio erat Verbum Dei*; sed dixit tantummodo, *Verbum?* Respondeo dicendum, quod licet sint multæ veritates participatae, est tamen una veritas absoluta, quæ per suam essentiam est veritas, scilicet ipsum esse divinum: qua veritate omnia¹² sunt vera. Eodem modo est una sapientia absoluta supra omnia elevata, scilicet sapientia divina, per enjus participatio-

nem omnia¹³ sapientia sunt. Et etiam est unum Verbum¹⁴ absolutum, enjus participatione omnes habentes verbum, dicuntur dicentes. Hoc autem est Verbum divinum, quod per seipsum est verbum super omnia verba elevatum. Ut ergo Evangelista hanc supereminentiam divinam Verbi significaret, ipsum Verbum absque aliqua¹⁵ additione nobis absolute proposuit: et quia Græci, quando volunt significare aliquid segregatum et elevatum¹⁶ secundum esse ab omnibus aliis, consueverunt apponere articulum nominis, per quod illud significatur; sicut Platonici, volentes significare substantias separatas, puta bonum separatum, vel hominem separatum, vocabant illud ly per se bonum, vel ly per se hominem: ideo Evangelista volens significare segregationem et elevationem istius Verbi super omnia, apposuit articulum ad hoc nomen *Logos*, ut si dicatur¹⁷ in Latino, ly *Verbum*.

Secundo considerandum est quid significet hoc quod dicit, *In principio*. Secundum est autem, quod principium, secundum Origenem, multis modis dicitur. Cum enim principium importet ordinem quendam ad alia¹⁸, in omnibus in quibus invenitur ordo invenitur et ratio principii. Invenitur autem ordo in quantitatibus: et secundum hoc dicitur principium¹⁹ itineris et longitudinis, puta linea. Invenitur etiam ordo in tempore; et secundum hoc dicitur principium temporis vel durationis. Invenitur ordo in disciplinis; et hic est duplex: secundum naturam, et quo ad nos; et utroque modo dicitur principium. Heb. v, 12: *Debetis esse magistri propter tempus rursus indigetis ut doceamini*. Et hoc modo, secundum naturam quidem, in disciplina christiana initium et principium sapien-

tie nostrae est Christus, in quantum est sapientia et Verbum Dei, id est secundum divinitatem. Quo ad nos vero, principium est ipse Christus, in quantum Verbum caro factum est, id est secundum ejus incarnationem. Invenitur etiam ordo in productione rei; et secundum hoc, principium dicitur ex parte generati, scilicet ipsa prima pars generati seu facti; sicut fundamentum dicitur principium dominus. Vel ex parte facientis; et sic est triplex principium; scilicet intentionis, quod est finis, quod movet agentem; rationis, quod est ipsa forma in mente artificis; et executionis, quod est potentia operans. His igitur modis de principio inquirendum est, quomodo sumatur hic principium, cum dicit: *In principio erat Verbum.*

Dicendum est igitur, quod potest sumi tripliciter. Uno modo secundum quod principium supponit pro persona Filii, qui¹ principium est creaturarum secundum rationem virtutis activa, et per modum sapientiae, que est ratio eorum que sunt. Unde dicitur 1 Cor. 1, 24: *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.* Unde et Dominus de se dicit infra, viii, 25: *Ego principium, qui et loquor vobis.* Sic ergo accipiendo principium, intelligendum est quod dicitur, *In principio erat Verbum*, ac si diceret: In Filio erat Verbum: ut sit sensus, ipsum Verbum est principium, ex modo loquendi, quo dicitur vita esse in Deo, que tamen non est alind quam ipse Deus: et sic² exponit Origenes. Dicit ergo hic Evangelista, *in principio*³, ut statim in principio divinitatem Verbi ostenderet, ut Chrysostomus dicit, dum asserit ipsum esse principium: quia secundum⁴ estimationem omnium, principium est honoratissimum. Secundo modo potest accipi principium, prout supponit pro persona Patris, quod est principium non solum creaturarum, sed⁵ et Filii. Et sic accipitur⁶ principium in

Psal. cxix, 3: *Tecum principium in die virtutis tuae.* Sic⁷ ergo dicitur: *In principio erat Verbum;* ac si diceretur: In Patre erat Filius. Et⁸ sic exponunt Origenes, ac etiam Augustinus. Dicitur autem Filius esse in Patre, quia ejusdem essentia est cum Patre. Cum enim Filius sit sui essentia; in quocumque est essentia Filii, est Filius: quia ergo in Patre est essentia Filii per consubstantialem, conveniens est quod Filius sit in Patre. Unde infra xiv, 10, dicitur: *Ego in Patre, et Pater in me est.* Tertio modo potest accipi principium pro principio durationis, ut sit sensus: *In principio erat Verbum*, id est Verbum erat ante omnia, ut Augustinus exponit: et designatur per hoc Verbi aeternitas, secundum Basilium et Hilarius: per hoc enim quod dicitur, *In principio erat Verbum*, ostenditur quod quocumque principium durationis accipiatur⁹. sive temporis rerum corporalium, sive saeculi rerum aeternarum, sive etatis totius mundi, sive quocumque imaginatum principium totius mundi, in illo principio jam erat Verbum. Unde Hilarius dicit vii de Trin.: Transeunt tempora, transcenduntur saecula, tolluntur aetas: pone aliquid, quod voles, tuae opinionis principium; Verbum jam erat¹⁰ unde tractatur. Et hoc est quod dicitur Prov. viii, 22: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio.* Quod autem est ante durationis principium, est aeternum. Sic igitur secundum primam expositionem, asseritur Verbi causalitas; secundum autem secundam, Verbi consubstantialitas ad Patrem, qui Verbum loquitur; secundum vero tertiam, Verbi coeternitas.

Considerandum est etiam hic, quod¹¹ verbum temporis praeteriti imperfecti maxime videtur competere ad significandum aeterna, si attendamus ad modum

¹ Parm. : quod. — ² Parm. : et hoc est exposito Origenis. — ³ Al. omittitur: « *in principio.* » — ⁴ Parm. : determinationem. — ⁵ Parm. : omnis divini processus. — ⁶ Parm. : omittit: principium. — ⁷ Parm. : secundum hoc. — ⁸ Parm. : et hoc est exposito Augustini, et etiam Origenis.

⁹ Parm. : sive rerum temporalium, quod est tempus, sive aeternarum, quod est aevum, sive-

tus mundi, sive quocumque imaginatum extensum per multa saecula. — ¹⁰ Al. : « principium jam erat. »

¹¹ Parm. dicitur: verbum erat... et hoc maxime... ad designandum... naturam temporis, et eorum que sunt in tempore. Quod futurum est, nondum est... actu est et per hoc quod est actu presens... jam determinatum, et jam defuisse... significat... determinatum, nec defuisse.

corum quæ temporaliter sunt. Nam futurum nondum ponitur esse in actu; præsens autem ponitur esse in actu, sed non designatur fuisse præteritum; præteritum autem perfectum designat aliquid extitisse, et esse jam terminatum, et desiisse: sed præteritum imperfectum designat aliquid fuisse, et non esse adhuc terminatum, nec desiisse, sed adhuc remanere: ideo signanter Joannes, ubiquecumque ponit aliquid æternum, dicit *erat*; ubi vero dicit aliquid temporale, dicit *fuit*, ut infra patet. Sed quantum ad rationem præsentis competit maxime ad designandum æternitatem præsens tempus, quod signat aliquid esse in actu, quod semper convenit æternis: et ideo dicitur Exod. viii, 14: *Ego sum qui sum*: et Augustinus dicit, quod ille solus vere est, cuius esse non novit præteritum et futurum.

Est etiam considerandum, quod hoc verbum *erat*, secundum *Glossam*, non sumitur hic in quantum significat temporales motus, more aliorum verborum, sed secundum quod signat rei existentiam: unde et verbum substantivum dicitur.

Sed potest aliquis querere, cum Verbum sit genitum a Patre, quomodo possit esse Patri coæternum: homo enim filius a patre homine genitus, est eo posterior. Ad quod dicendum est, quod principium originis inventur esse prius duratione eo quod est ex principio, propter tria. Primo quidem quia principium originis alicuius rei, praecedit tempore actionem qua¹ producit rem eius est principium; sicut non statim quando homo est, incipit scribere, et ideo tempore praecedit scripturam. Secundo propter² hoc quod actio successionem habet: et ideo etiam si simul cum agente incipiat, tamen terminus actionis est post agentem; sicut simul cum generatus est ignis in istis inferioribus, incipit sursum tendere; prius tamen est ignis quam sit sursum, quia motus quo sursum tendit, quodam

tempore mensuratur. Tertio modo eo quod ex voluntate principii determinatur initium durationis ejus quod est in principio, sicut ex voluntate Dei determinatur initium durationis creature: unde prius fuit Deus quam creatura. Nihil autem horum trium in generatione divini Verbi invenitur: non enim Deus primo fuit quam incepit³ generare Verbum. Cum enim generatio Verbi nihil aliud sit quam intelligibilis conceptio, sequaretur quod Deus esset prius intelligens in potentia quam in actu, quod est impossibile. Similiter non potest esse quod ipsa Verbi generatio sit successiva: sic enim divinum Verbum prius esset informe quam⁴ informatum, sicut accidit in nobis, qui cogitando verba formamus; quod est falsum, ut jam dictum est. Similiter non potest dici quod Pater sua voluntate initium durationis Filio suo præstiterit, quia Deus Pater non generat Filium voluntate, ut Ariani dixerunt, sed naturaliter; Deus enim Pater naturaliter⁵ seipsum intelligendo, Verbum concipit: et ideo non ante fuit Dens Pater quam Filius, sicut quam cito fuit ignis habuit lucem aqua procedit splendor, non successiva sed subito, nec voluntate sed naturaliter; et ideo quam cito est ignis est splendor, unde si esset ignis aeteruns, splendor esset coeteruns, propter quod Filius dicitur splendor Patris. Heb. i, 3: *Qui cum sit splendor gloria etc.* Sed in hac similitudine deficit conaturalitas; et ideo nominamus eum Filium, cum tamen in⁶ filiis qui sunt apud nos, deficiat coæternitas: oportet enim ex multis similitudinibus sensibilium in divinam cognitionem pervenire, quia una non sufficit: et hoc est quod dicitur in lib. Ephesini Concili, consistere semper⁷ Patri Filium: splendor tibi⁸ denuntiat impassibilitatem⁹, nativitas ostendet Verbum, consubstantialitatem vero, Filii nomen insinuat. Nominamus ergo Filium diversis nominibus, ad exprimendum perfec-

¹ AL.: « quia. »

² Parm.: « Per. »

³ AL.: « incepit. »

⁴ Parm.: « formatum. »

⁵ Parm. omittit: naturaliter. — Parm.: huius aliquid similitudo apparet in igne, et in splendore procedente ab igne: procedit enim splendor natu-

raliter, et sine successione. Item si ignis esset aeternus, splendor ejus coæternus esset.

⁶ Parm.: « humana filiatione. »

⁷ AL.: « consistere ergo semper. »

⁸ Parm.: « etiam denuntiat... ostendit, insinuat. »

⁹ AL.: « denuntiat impossibilitatem nativitatis. »

tionem ejus, quæ uno nomine¹ non potest exprimi : ut enim ostendatur con-naturalis Patri, dicitur Filius; ut ostendatur² omnino similis, dicitur imago : ut ostendatur coætermus³, dicitur splendor ; ut ostendatur immaterialiter genitus, dicitur Verbum.

2. Et Verbum erat apud Deum. Hie ponitur secunda clausula, quam Evangelista ponit in sua narratione : ubi prius consideranda est significatio duorum verborum, quæ in prima clausula posita non fuerunt, scilicet *Deum*, et *apud*. Quid enim sit Verbum, et quid principium, jam expositum est. Hæc ergo quæ in hac secunda clausula ponuntur de novo, scilicet *Deum*, et *apud*, investigantes diligentius prosequamur. Et ut melius expositionem hujus secundæ clausulae intelligamus, dicendum est aliquid de significacione utriusque, quantum ad propositum⁴ spectat. Sciendum est ergo in primis, quod hoc nomen *Deus* significat divinitatem, sed in supposito, et concreto⁵; hoc vero nomen deitas significat deitatem⁶ abstracte, et absolute : et ideo⁷ hoc nomen deitas noui potest supponere pro persona divina, ex naturali virtute, et ex modo significandi, sed⁸ pro natura tantum. Hoc vero nomen *Deus* habet naturaliter ex modo significandi quod supponat pro persona⁹ quacumque divina: sicut hoc nomen homo supponit pro supposito humanitatis; et ideo¹⁰ quotiescumque veritas locutionis vel ipsum prædicatum exigit ut hoc nomen *Deus* supponat pro persona, tunc supponit pro persona, ut cum dicimus, Deus generat Deum ; et ita cum hic dicitur, *Apud Deum*¹¹, oportet quod *Deus* pro persona Patris supponat, quia apud est præpositio ipsius distinctionem significans.

Circa secundum¹² sciendum est, quod

¹ Al. : & que nomine.

² Parm. : in nullo dissimilis.

³ Al. : coætermus Patri.

⁴ Parm. : Pertinet.

⁵ Parm. : concrete.

⁶ Parm. : in abstracto.

⁷ Parm. : Et inde est quod.

⁸ Parm. : sed supponit solammodo.

⁹ Parm. : pro aliqua personarum.

¹⁰ Parm. : quoniamcumque.

¹¹ Parm. : necesse est.

¹² Parm. : Verbi, quod tamen non est distinguendum a natura Patris apud quem est. Sed a persona

hac præpositio « *apud* » quamdam conjunctionem rei significatæ per rectum, ad rem significatam per obliquum, importat, sicut hæc præpositio¹³ « *in* » ; quia hæc præpositio « *in* » significat quandam conjunctionem intrinsecam; hæc vero præpositio « *apud* » quodammodo extrinsecam conjunctionem importat : et ideo¹⁴ utrumque dicimus in divinis, scilicet Filium esse in Patre, et esse apud Patrem : et intrinsecum quidem ad consubstantialitatem pertinet, extrinsecum vero¹⁵ ut sic loqui licet, cum impropte in divinis dicitur extrinsecum, non nisi ad distinctionem personalem refertur, cum Filius a Patre non nisi personaliter¹⁶ distinguitur; et ideo per utrumque istorum, et consubstantialitas quidem, in natura designatur, et distinctio in personis : consubstantialitas quidem in quantum conjunctionem quandam importat; distinctio vero, in quantum distinctionem quandam significat, ut superius dictum est. Et quia hæc præpositio « *in* » ut dictum est, principaliiter consubstantialitatem designat, in quantum importat conjunctionem intrinsecam, et ex consequenti distinctionem personarum in quantum omnis præpositio est transitiva; hæc autem præpositio « *apud*¹⁷ » consubstantialitatem quidem designat, in quantum quandam conjunctionem importat, sed distinctionem personarum principalius in quantum conjunctionem quodammodo extrinsecam importat; ideo Evangelista in hoc loco specialiter ista præpositione « *apud* » usus est, ut distinctionem personarum Filii a Patre insinuaret, cum dixit : *Et Verbum erat apud Deum* : id est, Filius apud Patrem, ut alia persona apud aliam.

Sciendum est autem, quod per hanc præpositionem « *apud* » quatuor significantur, per quæ objectiones quatuor contra-

prima tantum per relationem originis; significat ergo Evangelista cum dicit *Deum* personam patris, et licet significet distinctionem in persona, non tamen in natura, cum eadem sit natura Patris et Fili. Evangelista igitur significare voluit Patris personam, per hoc quod dixit : *Deum*.

¹³ Parm. : Sciendum est autem circa hoc.

¹⁴ Parm. addit : sed differenter.

¹⁵ Parm. omittit : ideo.

¹⁶ Al. : « *extrinsecum non.* »

¹⁷ Parm. : distinctionem, consubstantialitatem, in quantum quandam conjunctionem.

riæ excluduntur. Significat enim haec præpositio « apud¹ » subsistentiam in recto : non enim proprie dicitur : albedo est apud corpus, cum non sit subsistens ; sed cum homo sit quid subsistens, proprie dicitur quod homo est apud hominem. Et ideo non proprie dicitur esse apud alium nisi aliquid subsistens. Secundo significat auctoritatem in obliquo : non enim proprie dicitur rex² est apud militem, sed proprie miles est apud regem. Tertio dicit distinctionem : non enim proprie dicitur aliquis esse apud scipsum, sed unus homo est apud alium. Quarto significat conjunctionem et societatem quamdam : cum enim dico³ talis est apud⁴ talem, quamdam socialem conjunctionem inter eos insinuo. Secundum autem istas conditiones importatas⁵ convenienter Evangelista hanc clausulam, scilicet *Verbum erat apud Deum*, subjungit primæ clausulae, scilicet *In principio erat Verbum*. Prafermissa namque una illarum trium expositionum hujus quod est, *In principio erat Verbum*, illa scilicet secundum quam principium ponitur pro Filio ; ad quamlibet aliarum expositionum, scilicet ad illam que principium dicit idem quod ante omnia, et ad illam secundum quam principium sumitur pro Patre, duplex objectio fit ab haereticis ; et sic sunt quatuor objectiones, quas per quatuor conditiones hujus propositionis « apud » supra positas excludere possumus.

Quarum prima talis est : Tu dicis, quod Verbum erat in principio, ante omnia : sed ante omnia nihil erat : ubi ergo erat Verbum, si ante omnia⁶ erat ? Haec autem objectio procedit secundum imaginacionem eorum qui ponunt omne quod est esse alicubi, et in loco⁷ esse. Quae quidem excluditur a Joanne, cum dicit, *Apud*

*Deum*⁸ ; ut talis « apud » designet conjunctionem secundum ultimam dictarum conditionum, ut sit sensus, secundum Basilius : Ubi ergo erat Verbum ? Respondebat, *Apud Deum* : non in aliquo loco, cum incircumscriptibile sit, sed apud Patrem, qui etiam neque in loco, neque circumscriptione aliqua continetur⁹.

Secunda questio ad idem, est talis : Tu dicas, quod Verbum erat in principio, idest ante omnia : sed ea quæ sunt ante omnia non ex aliquo¹⁰ videntur procedere ; non igitur hoc Verbum est procedens ab alio. Sed haec¹¹ objectio excluditur a Joanne, cum dicit : *Verbum erat apud Deum*, ut ly « apud » accipiatur secundum secundam conditionem, secundum quam importat auctoritatem¹² ut sit sensus secundum Hilarium lib. II de Trin. A quo est Verbum, si est ante omnia ? Evangelista respondet : *Verbum erat apud Deum* ; quasi dicat : Licet Verbum careat initio durationis, non tamen caret¹³ auctore : erat enim apud Deum¹⁴, ut apud auctoritatem.

Tertia quæstio est, ad aliam expositionem, secundum quam principium accipitur¹⁵ pro Patre ; que talis est : Tu dicas¹⁶ : *In principio erat Verbum* : idest, Filius erat in Patre ; sed illud quod est in aliquo, non videntur esse subsistens¹⁷ sicut albedo quæ est in corpore, non subsistit, non ergo verbum est subsistens neque hypostasis.¹⁸ Sed haec objectio solvitur per hoc quod dicit : *Verbum erat apud Deum* ; ut ly « apud » sumatur secundum primam conditionem per quam importat subsistentiam in recto ; et sic, secundum Chrysostomum, est sensus : *Verbum erat in principio*, non ut accidens ; sed *erat apud Deum*, ut subsistens, et hypostasis¹⁹.

Quarta questio ad idem est talis : Tu

¹ Parm. : primo quia ea quæ subsistentiam per se non habent, non dicuntur proprie esse apud aliquid ; sicut non dicimus albedinem esse apud corpus, et similiter de aliis quæ per se non subsistent : ea autem quæ per se subsistent, dicuntur proprie esse unum apud alium ; sicut dicimus hominem esse apud hominem, et lapidem apud lapi-

² Parm. : rex est, miles est. — ³ Parm. : aliquis esse apud alium, insinuat quendam socialem conjunctionem. — ⁴ Parm. addit : in significione hujus propositionis, « apud » — ⁵ Parm. : si ante omnia

erat. — ⁶ Parm. omittit : esse. — ⁷ Parm. : *Deum* ; et designat. — ⁸ Parm. : nullo comprehenditur loco.

— ⁹ Parm. : a nullo videntur. — ¹⁰ Parm. addit : cum illud a quo procedit aliquid prius esse videatur eo quod procedit ab ipso. Ergo verbum non.

— ¹¹ Parm. : haec autem. — ¹² Parm. : in cansali.

— ¹³ Parm. : principio, vel. — ¹⁴ Al. : e. cum. — ¹⁵

— ¹⁶ Parm. : supponit. — ¹⁷ Al. : « unde dicit. » —

— ¹⁸ Parm. : ut hypostasis. — ¹⁹ Parm. omittit : non ergo verbum est subsistens, neque hypostasis.

— ²⁰ Parm. addit : divina.

deis quod Verbum erat in principio, id est in Patre; quod autem est in aliquo, non est distinctum ab eo: ergo Filius non est distinctus a Patre. Sed haec obiectio excluditur per hoc quod dicit¹: *Et Verbum erat apud Deum*; ut ly «apud» sumatur secundum tertiam conditionem, secundum quam significat distinctionem ut sit sensus, secundum Alarium² et Bedam: *Verbum erat apud Deum*; et sic erat in patre per consubstantialitatem naturae, quod tamen est apud ipsum per distinctionem persona. Sic in significacione hujus præpositionis; «apud»: «ergo per hanc clausulam, *Et Verbum erat apud Deum*, ostenditur conjunctio Verbi ad Patrem in natura, secundum Basiliūm *homil. I. in Joan.*; distinctio autem in persona, secundum Alarium et Bedam; subsistens Verbi in natura divina, secundum Chrysostomūm *homil II in Joan.*³; auctoritas Patris ad Verbum, secundum Hilariūm.

Notandum autem, secundum Origenem, quod per hoc quod dicit: *Verbum erat apud Deum*, ostendit Filium semper fuisse apud Patrem. In veteri enim testamento dicitur, factum esse verbum Domini ad Iieremiam, vel⁴ ad aliquem alium, ut palet in multis Scripturae locis; non autem dicitur: Verbum Domini erat apud Iieremiam vel apud alium: quia ad illos fit verbum, qui incipiunt habere verbum postquam nou habuerunt: unde Evangelista non dixit, Verbum factum esse apud Patrem, sed *erat apud Patrem*: quia ex quo Pater erat, Verbum apud eum erat.

⁵ 3. *Et Deus erat Verbum.* Hic ponitur tertia clausula narrationis Joannis, quæ quidem secundum ordinem doctrinæ congruentissime sequitur. Quia enim Joannes dixerat de Verbo, quando erat, et in quo⁶ erat; restabat querere, quid

erat Verbum, ad quod tendens⁷ *Verbum erat Deus*, ut ly *Verbum* ponatur ex parte subjecti⁸, et ly *Deus* ex parte predicatori.

Sed cum prius querendum sit de re quid est, quam ubi et quando sit, videtur quod Joannes hunc ordinem pervertat, insinuans primo de Verbo ubi et quando sit. Ad hanc autem questionem respondet Origenes, dicens, quod aliter dicitur esse Verbum Dei apud hominem, et aliter apud Deum. Nam apud hominem est ut perficiens ipsum: quia per illud homo efficit sapiens et⁹ prophetans. Sap. vi, 27: *Amicos Dei et Prophetas constituit.* Apud Deum vero non ita dicitur esse Verbum, quasi Pater perficiatur per Verbum, et illustretur ab ipso; sed sic est apud Deum, quod accipit¹⁰ et obtinet a Deo quod sit Deus; et sic Verbum habet quod sit Deus, per hoc quod est apud Deum. Et ideo necessarium erat primum ostendere, quod Verbum erat in Patre et apud Patrem, quam quod Verbum erat Deus.

Sciendum est autem, quod per hanc clausulam, *Deus erat Verbum*, responderi potest dubius objectionibus, que ex praecedentibus insurgunt. Quarum una insurgit ex nomine Verbi; et est talis: Tu dicas, quod *Verbum erat in principio et apud Deum*: constat autem quod verbum secundum communem usum loquendi significat vocem aliquam et enuntiationem¹¹ negotiorum et manifestationem cogitationum; sed ista transenunt et non subsistunt, posset ergo credi, quod de tali verbo Evangelista loqueretur¹². Et haec questio solvit secundum Hilariūm qui dicit¹³ quod satis per predicta objecitione proposita excluditur, quia cum dicit *in principio erat Verbum* manifestum est quod verbum non accipitur pro locutione, quæ cum sit in motu, et transeat, non

¹ Al. deest: per hoc quod dicit. »

² Al. et in Parin.: Alorium. — Et item infra.

³ Vel *homilia xvi* in illud: *In principio erat Verbum*.

⁴ Parin.: quemennique.

⁵ Al.: « deinde cum dicit, » vel, deinde dicit: *Et Deus erat Verbum.*

Parin.: « ubi, »

⁶ Parin.: id est.

⁷ Al.: « suppositi. »

⁸ Parm.: bonus.

⁹ Parin.: quod accipiat naturalem divinitatem ab ipso qui Verbum loquitur, a quo habet ut sit idem Deus cum eo. Ex eo ergo quod est per originem apud Deum, nescie fuit.

¹⁰ Parin.: « necessariorum, manifestationem. »

¹¹ Parin.: « sed ista questio salis per predicta excluditur, secundum Hilariūm et Augustinūm, hom.

¹² sup. Joannem. »

¹³ Parin.: « qui dicit manifestum esse, etc. »

posset dici quod *in principio erat Verbum*.
¹ Item cum dicit. *Et Verbum erat apud Deum*, datur idem intelligi satis enim patet quod aliud est inesse, et aliud est adesse. Verbum enim nostrum, cum non subsistat, non adest, sed inest; Verbum autem Dei est subsistens, et ideo adest; et ideo, Evangelista signanter dixit: *Verbum erat apud Deum*. Sed tamen, ut objectionis causa tollatur totaliter, naturam et esse Verbi subdit, dicens: *Et Verbum erat Deus*.

Alia quaestio insurget ex hoc quod dixerat, *Apud Deum*. Cum enim ly «apud» dicat distinctionem, posset credi, quod *Verbum erat apud Deum*, scilicet Patrem ab ipso in natura distinctum. Et ideo ad hoc excludendum statim subdit consubstantialitatem Verbi² cum Patre dicens: *Et Verbum erat Deus*, quasi dicat, non³ est separatus a natura divina⁴; sed Verbum est ipse Deus.

Nota etiam specialemodum⁵ loquendi, quia dicit: *Verbum erat Deus*, absolute ponendo Deum: ut ostendat non eo modo Deum esse quo⁶ creaturae dicuntur Deus in sacra Scriptura⁷; sed simpliciter et absolute. Cum enim de aliqua creatura dicatur quod sit Deus in Sacra Scriptura, semper hoc manifestatur per aliquam additionem, sicut illud Exo. vii, 1: *Ego constitui te Deum Pharaonis*: ad designandum quod non simpliciter est Deus sicut Verbum Dei, sed quod sit datus Deus Pharaoni ad punieendum et liberandum filios Israhel; et ut est illud Psal. lxxxii, *Ego dixi, Dii estis*; quasi⁸ secundum meam reputationem, non secundum regitatem, Dii estis, Aliud enim est⁹ dari et dici Deum aliud esse Deum. Unde Verbum absolute dicitur Deus, quia est se-

¹ Parm. addit.: « si verbum esset quid transiens et in motu. »

² Parm.: « non separatus a Patre per diversitatem naturae, quia ipsum verbum est Deus. »

³ Parm.: « ad Patrem. »

⁴ Parm.: « significandi. »

⁵ Parm.: « non deus deitatis attribui dicitur. »

⁶ Parm.: « quia cum additione aliqua aliquando hoc nomen creatura participat. »

⁷ Parm.: « erat Deus simpliciter nec per naturam quia constitutus est Deus aliquibus determinatae. »

⁸ Parm.: « quasi dicat, per. »

⁹ Parm.: « est Deum reputari, et. »

¹⁰ Parm.: « participative. »

¹¹ Parm.: « Per hoc quod si articulus positus huic

cundum essentiam suam Deus, et non¹⁰ secundum participationem, sicut homines seu Angeli.

Sciendum est etiam, quod circa hanc clausulam Origenes turpiter erravit, ex modo loquendi qui in graco habetur, sumens occasionem sui erroris. Consuetudo enim est apud graecos quod cuiilibet nominis apponunt articulum, ad designandum discretionem quamdam: quia ergo in Evangelio Joannis in Graeco, huic nomini quod est Verbum, cum dicitur, *In principio erat Verbum*; et similiter huic nomini quod est Deus, cum dicitur, *Et Verbum erat apud Deum*, apponitur articulus, ut dicatur ly *Verbum*, et ly *Deus*, ad designandum eminentiam et discretionem Verbi ad alia verba, et principalitatem Patris in divinitate: ideo, cum in hoc quod dicitur, *Verbum erat Deus*, non apponatur articulus huic nomini *Deus*, quod supponit pro persona Filii, blasphemavit Origenes, quod Verbum non esset Deus per essentiam, licet sit essentialiter Verbum; sed dicitur per participationem Deus; solus vero Pater est Deus per suam essentiam: et sic ponebat Filium Patre minorem.

Quod autem non sit verum, probat Chrysostomus¹¹ ostendens Christum esse magnum Deum per duo verba apostoli scilicet per illud ad Titum ii, 13: *Expectantes beatam spem, et adventum glorie magni Dei.*¹² Rom. ix, 5: *Ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula.*¹³ Praeterea in multis locis in Graeco huic nomini Deus quando supponit pro patre non apponitur articulus. Praeterea I Joan. ult., 20, dicitur: *Ut simus in vero Filio eius Christo Iesu: hic est verus Deus, et vita eterna.* Christus ergo non est Deus¹⁴ per participatio-

nominis Deus importaret majoritatem in Patre respectu Filii, inquit, inquam apponetur huic nomini Deus cum de illo predicator, sed solum quando predicator de Patre; et semper cum dicitur de Patre, apponetur articulus. Invenimus autem contrarium per duas auctoritates Apostoli, qui notat Christum Deum cum appositione articuli, dicens in epistola. »

¹² Parm.: « Ibi enim Deus supponit pro filio, et apponitur ei articulus in graco: ergo Christus est Deus magnus. Item idem Apostolus. »

¹³ Parm.: « Ibi similiter, » et omittit: Praeterea in multis locis. »

¹⁴ Al. deest.: « Deus. »

nem, sed verus. Patet igitur esse falsum quod Origenes fixit.

Ratio autem quare Evangelista non apposuit articulum huius nomini Deus assignatur a Chrysostomo : scilicet quia jam bis nominaverat Deum cum appositione articuli, et ideo non oportebat¹ quod hic reiteraret² articulum, sed subintelligeretur. Vel dicendum, et melius, quod Deus ponitur hic in predico, et tenetur formaliter : consuetum est³ autem quod nominibus in predico positis non ponitur articulus, cum discretionem importet. Si vero Deus poneretur hic ex parte subjecti pro quaenamque persona supponeret, sive pro Filio, sive pro Spiritu sancto ; et tunc non est dubium⁴ quod in greco ibi apponetur articulus.

4. Hoc erat in principio apud Deum. Hie ponitur quarta clausula, quae introducitur propter clausulam praecedentem. Ex hoc enim quod Evangelista dixerat, quod *Verbum erat Deus*, duplex falsus intellectus accipi poterat a noui recte sentientibus. Unus a⁵ Gentilibus, aliis⁶ ab Arianis; Gentiles enim ponunt etc.; deorum multititudinem, et deorum diversitatem, contra quod Dominus dicit, Exod. xx. *Audi Israel* ponunt etiam contrariam voluntatem deorum, sicut illi qui fabulantur Iovem cum Saturno pugnasse, et Manichaei qui duo prima principia contraria fingunt. Quia ergo Evangelista dixerat : *Verbum erat apud Deum*, et *Deus erat Verbum* : possent isti in fulcimentum sui erroris, istud adducere, in-

¹ B. : « retractaret. »

² Parm. : reiterare tertio, sed sub intelligitur.

³ Al. : « erat. »

⁴ Al. : « sive pro Spiritu sancto, non est dubium etc. »

⁵ Parm. omittit : aliis ab Ariensis. Gentiles enim.

⁶ Parm. : gentilibus qui ponunt pluralitatem et diversitatem deorum, et coram contrarias dicunt esse voluntates : sicut illi qui fabulantur, Iovem pugnasse cum Saturno; et sicut Manichaei, qui ponunt duo contraria principia naturae. Contra hunc errorum Dominus dixit Bent. vi, 4 : « Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est. »

⁷ Parm. : apud quem est Verbum, et alium ipsum Verbum, et cum hoc alterius sive contrarie voluntatis.

⁸ Parm. addit. : et eadem.

⁹ Al. : « addit. »

¹⁰ Al. : « divisim. »

¹¹ Al. : « non cum contrarium. »

telligentes alium esse Deum⁷, sive contrarium : quod est contra legem Evangelii. Et ideo ad hoc excludendum dicit : *Hoc erat in principio apud Deum*; quasi dicat, secundum Hilarium : Ita dico quod Verbum est Deus, quod tamen non est habens divisam divinitatem, sed est apud Deum, scilicet in una natura⁸ in qua ipse est. Item per hoc quod dicit, *Verbum erat Deus*, ne intelligeretur quod haberet contrariam voluntatem, addidit⁹ hoc, scilicet *Verbum erat in principio apud Deum*, scilicet Patrem non divisum¹⁰ ab ipso, non contrarium¹¹, sed habens cum eo¹² unitatem naturae, et concordiam voluntatis : quae quidem unio fit per communionem divinae naturae in tribus personis, et per nexum naturalis Amoris Patris et Filii¹³.

¹³ Ariani vero ponunt filium minorum Patre, propter hoc quod dicitur *Pater major me est* infra xiv, 28 : Dicunt enim Patrem majorem Filio et quantum ad aeternitatem, et quantum ad naturae divinitatem¹⁴. Sed duo ista dicit esse Evangelista in Verbo. Sed hoc excluditur per ea quae sequuntur. Duo enim sunt proprio magni Dei, que Arius Deo Patri singulariter attribuebat, scilicet aeternitas et omnipotencia. In quo cum ergo ista duo inveniuntur, ille est magnus Deus¹⁵; ergo Verbum est magnus Deus, et non minor Patre. Aeternitatem quidem dicit esse in Verbo per hoc quod dicit : *Hoc erat in principio apud Deum*; idest, Verbum ab aeterno, non solum in principio creaturarum, ut Arius¹⁶

¹² Parm. : identitatem.

¹³ Al. : « et per nexum naturalis amoris et Filii. »

¹⁴ Parm. : alias etc. etc.

¹⁵ Parm. addit. : Ut ergo Evangelista excludere addidit : *Hoc erat in principio apud Deum*. Arius enim primam clausulam, scilicet, *In principio erat Verbum*, admittit; non tamen vult quod ibi principium accipiatur pro Patre, sed pro principio creaturarum : nude dicit, quod *Verbum erat in principio* creaturarum, et ido nequaquam Patri est coeternus. Sed hoc excluditur, secundum Chrysostomum, per illam clausulam, *Hoc erat in principio*, non quidem creaturarum, sed in principio apud Deum, idest, ex quo Deus fuit : unquam enim Pater solitarius fuit a Filio, sive Verbo; sed semper hoc, scilicet Verbum, apud Deum erat.

¹⁶ Item Arius confitetur, quod Verbum erat Deus, sed tamen minor Patre.

¹⁷ Parm. : Deus quo nullus est etc.

¹⁸ Parm. : (intellexit) erat, sed apud Deum, etc.

poterat intelligere per hoc quod dicitur :
Omnia per ipsum facta sunt.

Origenes vero hanc eamdem clausulam satis pulchre exponus, dicit ipsam non esse aliam a tribus primis; sed² ipsa est quasi epilogus praemissorum. Quia enim consuetum est quod cum satis dictum est de una materia, et transundo ad aliam in fine dictorum recolligamus quasi in summa epilogando qua dicta sunt antequam transeamus ad alia, ideo Evangelista postquam insinuaverat veritatem³ esse Filii, transiturus ad ejus insinuandam virtutem,⁴ prius colligit quasi in summa epilogando⁵ qua in primis tribus dixerat, in ista una clausula. Primo enim per hoc quod dicit, *Hoc⁶* legit tertiam clausulam; per hoc vero quod dicit, *Erat in principio, recolligit primam;* per hoc vero quod subdit, *Erat apud Deum,* recolligit secundam: ut sic non intelligas aliud Verbum quod erat in principio, et quod erat Deus; sed hoc Verbum quod erat Deus, *erat in principio apud Deum.*

Si quis ergo recte consideret has quatuor propositiones, inveniet evidenter per eas destinri omnes hereticorum et philosophorum errores. Quidam enim haeretici⁷, videlicet Ebion et Cerinthius errantes⁸, dicebant Christum non fuisse ante Virginem, sed ab ea durationis sumpsisse initium, cum purum hominem dicentes, et postmodum mernisse divinitatem per bona merita: quod etiam Photinus et Paulus Samosateus eos securi dixerunt. Ilorum errorem Evangelista excludit, dicens: *In principio erat Verbum;* idest, ante omnia, et in Patre ab aeterno: ergo non sumpsit initium ex Virgine. Sabellius vero, licet fatetur quod Deus qui carnem suscepit ex Virgine non sumpsit initium, sed fuit ab aeterno; tamen dicebat, quod non erat alia persona Patris, qui fuit ab aeterno, et Filii, qui

carnem assumpsit ex Virgine, sed idem erat Pater et Filius personaliter; Trinitatem personarum in divinis confundens. Contra hunc errorem dicit Evangelista: *Et Verbum erat apud Deum,* scilicet Filius apud Patrem, ut alius⁹ apud alium. Eunomius vero posuit Filium omnino dissimilem esse Patri; et hoc consequenter Evangelista excludit; dicens: *Et Deus erat Verbum.* Si enim Verbum est¹⁰ apud Deum, scilicet Patrem, et Deus est Verbum, idest Filius est Deus: Ergo filius est Similis Patri. Arins vero dicebat Filium Patre minorem; sed hoc excludit Evangelista, cum dicit: *Hoc erat in principio apud Deum:* quod supra fuit expositum.

Per hoc etiam excluduntur¹¹ omnes falsa opiniones philosophorum. Quidam enim philosophorum antiqui, scilicet naturales, ponebant mundum non ex aliquo intellectu, neque per aliquam rationem, sed a casu fuisse; et ideo a principio rationem non posuerunt seu intellectum aliquam causam rerum, sed solam materiam fluitantem, ultiote atomos, sicut Demoeritus posuit; et alia hujusmodi principia materialia, ut alii posuerunt. Contra hos est quod Evangelista dicit: *In principio erat Verbum,* a quo res scilicet principium sumpserunt, et non a casu. Plato autem posuit rationes omnium rerum factarum subsistentes separatas in propriis naturis, per quarum participationem res materiales essent: puta, per rationem hominis separata, quam dicebat per se hominem, haberent quod sint homines. Sie ergo no hauc rationem, per quam omnia facta sunt, intelligas separatas a Deo¹², ut Plato ponebat; addit Evangelista: *Et Verbum erat apud Deum.* Alii etiam Platonici, ut Chrysostomus referit, ponebant Deum Patrem eminentissimum et primum, sub quo ponebant mentem quamidam, in qua

¹ Al.: & dicit ipse. *

² Parm.: sed ipsam esse quemdam epilogum praemissorum. Et omittit: Quia enim consuetum est.

³ Parm.: veritatem esse.

⁴ Parm.: recolligit.

⁵ Parm.: omittit: que in est et habet: in quarta clausula.

⁶ Parm.: intelligit.

⁷ Parm.: sicut.

⁸ Parm.: sicut Ebion etc.

⁹ Al.: ut alius. *

¹⁰ Parm.: omittit: si enim est.

¹¹ Parm.: errores.

¹² Al.: & sic ergo hauc rationem per quam omnia facta sunt intelligas separatas a Deo etc.—Parm.: rationes separatas n.

dicebant esse similitudines et ideas omnium rerum. Ne ergo sic intelligas, quod Verbum erat apud Patrem quasi sub eo, et minor eo; addit Evangelista: *Et Verbum erat Deus.* Aristoteles vero posuit in Deo rationes omnium rerum, et quod idem est in Deo intellectus, et intelligens, et intellectum; tamen posuit mundum coeternum sibi fuisse. Et contra hoc est quod Evangelista dicit: *Hoc, scilicet Verbum solum, erat in principio apud Deum;* ita quod *ly hoc* non excludit aliam personam; sed aliam naturam coeternam.

Nota etiam in predictis differentiam¹ Joannis ab aliis Evangelistis, quomodo scilicet dignius Evangelium suum incipit quam alii. Ipsi enim annuntiaverunt Christum Filium Dei ex tempore natum. Matth. ii, 1: *Cum natus esset Jesus in Bethlehem.* Joannes vero dicit, eum ab aeterno fuisse: *In principio, inquit erat Verbum.* Ipsi etiam dicunt, eum subito inter homines apparuisse. Luc. ii, 29: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, se-*

cundum verbum tuum in pace; quia videbant oculi mei salutem tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tue: Israel. Joannes vero dicit, eum apud Patrem semper fuisse: *Et Verbum, inquit, erat apud Deum.* Alii vero ipsum hominem. Matth. ix, 8: *Glorificabunt Deum, qui potestatem talem hominibus dedit;* Joannes vero dicit ipsum esse Deum: *Et Verbum, inquit, erat Deus.* Alii dixerunt eum fuisse cum hominibus conversatum, Matth. xvii, 21: *Conversantibus autem illis in Galilaea, dixit illis Jesus etc.* Sed Joannes dicit eum apud Patrem semper fuisse: *Hoc, inquit, erat in principio apud Deum.*

Nota etiam, quod Evangelista signanter² quater recitat hoc verbum erat, ut ostendat Verbum Dei omnia tempora, scilicet praesens, praeteritum et futurum excedere; quasi dieat, erat ultra tempus praesens, praeteritum et futurum, secundum quod tangitur in *Glossa.*

LECTIO I

1. Omnia per ipsum facta sunt, 2. et sine ipso factum est nihil. 3. Quod factum est, in ipso vita erat.

1. Postquam Evangelista esse et naturam divini Verbi, secundum quod³ dici potest ab homine, iusiuuaverat; consequenter procedit ad⁴ ejus virtutem⁵ insinuandam et primo insinuat; ejus⁶ virtutem quantum ad omnia que in esse procedunt; secundo specialiter quantum ad homines, ibi, *Erat vita lux hominum.* Circa primum ponit tres clausulas, quas non distinguimus ad praesens: cum⁷ secundum diversas expositiones Sanctorum, sunt diversimode distinguendae. Prima ergo clausula est: *Omnia per ipsum facta sunt:* que inducitur ad ostendendum tria de Verbo. Et primo, secundum Chrysostomum *homil.* iv ad os-

tendendum aequalitatem Verbi ad Patrem: sicut enim dictum est supra, Evangelista excluderat errorem Arii, ostendens coeternitatem Filii ad Patrem per hoc quod dixerat: *Hoc erat in principio apud Deum:* hic vero eundem errorum excludit, ostendendo omnipotentiam Filii, dicens: *Omnia per ipsum facta sunt.* Esse enim principium omnium factorum, proprium est Dei magni omnipotentis, juxta illud Psal. cxxxiv, 6: *Omnia quaecunque Dominus voluit, fecit in celo et in terra.* Verbum ergo per quod facta sunt omnia, est Deus magnum, coaequalis Patri. Secundo ad ostendendum coeternitatem Verbi ad Patrem, secundum Hilarium II de Trin., circa med. Quia enim per hoc quod dixerat⁸, *In principio erat Verbum,* posset aliquis intelli-

¹ Al. : « non est in dictis differentia. »

² Parm. omittit: « quater. »

³ Parm. : quantum.

⁴ Parm. : manifestat.

⁵ Parm. omittit: insinuandum.

⁶ Parm. : ostendit.

⁷ Parm. : quia.

⁸ Parm. : hoc dictum fuisse de.

gere, eum¹ fuisse in principio creaturarum,² et fuisse tamen aliquod tempus ante ipsas creatureas, in quo Verbum non erat; ideo hoc excludens Evangelista, dixit: *Omnia per ipsum facta sunt.* Si omnia, ergo et ipsum tempus. Ex quo sic argumentatur: Si omne tempus ab ipso factum est, ergo nullum tempus fuit ante ipsum, nec³ ipse in aliquo tempore fuit, sive in aliquo saeculo esse incepit. Fuit ergo ab aeterno coeternum Patri. Tertio secundum Augustinum I de Trin., cap. ad ostendendam consubstantialitatem Verbi ad Patrem. Si enim⁴ omnia per ipsum facta sunt non potest dici Verbum Dei factum, quia si factum est, oportet quod sit factum per aliquod Verbum, quia omnia per Verbum facta sunt. Oportet ergo esse aliud Verbum, per quod illud de quo hic loquitur Evangelista sit factum. Sed illud Verbum per quod istud factum est, illud dico unigenitum Dei filium per quod omnia facta sunt. Si autem Verbum istud per quod omnia facta sunt non est factum, nec creatura est; et si non est creatura, necesse est dicere ipsum esse ejusdem substantiae cum Patre, cum omnis substantia praeter essentialiam divinam facta sit. Substantia autem quaerat creature non est, Deus est. Verbum ergo, per quod omnia facta sunt, consubstantiale est Patri, cum nec factum nec creature sit. Sic ergo habes Verbi aequalitatem ad Patrem, secundum Chrysostomum; coeternitatem, secundum Hilarium; et consubstantialitatem, secundum Augustinum, per hoc quod dicit: *Omnia per ipsum facta sunt.*

Cavendi sunt autem⁵ in hoc tres errores. Et primo error Valentini; ipse enim intellexit per hoc quod dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt*, quod Verbum deridat causam creatori quod mundum crearet, ut dicantur omnia sie per Ver-

bum facta, quasi ex Verbo processerit quod unius visibilis mundi conditor⁶ mundum creavit; et hoc videtur⁷ redire in opinionem⁸ illorum qui dicebant Deum mundum fecisse propter aliquam exteriorem causam; quod est contra illud Prov. 13, 4: *universa propter semetipsum operatus est Dominus.* Sed hoc est falsum⁹, sed e converso; quia, sicut Origenes dicit, si Verbum fuisset causa creatori praestans ei materiam ad faciendum, non dixisset: *Omnia per ipsum facta sunt*; sed e converso: Omnia facta sunt per creatorem a Verbo. Secundo vitandus est error Origenis, qui¹⁰ in hoc quod dicit, *omnia per ipsum facta sunt* intellectus et Spiritum sanctum inter omnia factum esse per Verbum, ex quo sequitur ipsum esse creaturam; quod posuit Origenes. Sed hoc est haereticum¹¹; cum Spiritus sanctus ejusdem sit gloria et substantia et dignitatis cum Patre et Filio, juxta illud Matth. ult. 19: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: et juxta illud I Joan. v, 7: Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt.* Cum ergo dicit Evangelista, *Omnia per ipsum facta sunt*, non est intelligendum simpliciter facta¹² esse omnia, sed in genere creaturarum, et rerum factarum; quasi dicat: Omnia quaerat facta sunt, per ipsum¹³ facta sunt; alias si simpliciter intelligatur, sequeretur Patrem et Spiritum sanctum factos per ipsum: quod falsum¹⁴ est; igitur nec Pater, nec¹⁵ aliquid consubstantiale¹⁶ Patri, per Verbum factum est. Tertio vitandus est alius error ipsius Origenis. Ipse enim sic omnia facta esse per Verbum voluit, sicut aliquid fit a majori per minorem; quasi minor scilicet¹⁸ sit Filius per quam facta sunt omnia, et ut

¹ Parm.: Id est fuisse aliquod tempus ante omninem creaturam.

² Parm.: cum ipso etc.

³ Parm.: si enim facta.

⁴ Parm.: Et illud Verbum.

⁵ Parm.: hic.

⁶ Parm.: Pater.

⁷ Al.: « in oppositionem. »

⁸ Parm.: dicere in positionem.

⁹ Parm.: omittit: sed e converso.

¹⁰ Parm.: qui dicit Spiritum etc.

¹¹ Parm.: addit: et blasphemum.

¹² Parm.: omittit: esse.

¹³ Al.: « per Christum. »

¹⁴ Parm.: quod est blasphemum.

¹⁵ Al.: omittit: et nec. »

¹⁶ Parm.: substantiale.

¹⁷ Parm.: dixit.

¹⁸ Parm.: omittit: per quem etc.

organum Patris¹. Sed hoc falsum est ; nee sequitur quia in scripturis invenimus non solum aliqua esse facta per filium, sed etiam per Patrem, ut illud. I Corinth. 1, 9 : *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus*². Si ergo per Patrem vocati sumus in societatem Filii, et ille³ per quem sit aliquid, habet superiorum agentem⁴, ergo et Pater superiorum habebit ; hoc autem est falsum : ergo⁵ falsum est quod Filius per quem omnia facta sunt minor sit Patre.

Ad majorem autem evidentiam hujus sciendum est⁶, quod quando dicitur aliquid per aliquem fieri, haec prepositio « per » denotat causalitatem in obliquo, respectu operationis, aliquo modo, sed diversimode. Cum enim operatio, secundum modum significandi, consideretur media inter operantem et operatum, ut cum dico : adificator aedificat per se turrim, haec operatio accipitur media inter operantem et operatum. Operatio enim dupliciter considerari potest.⁷ Uno modo secundum quod exit ab operante, qui est causa ipsius actionis : alio modo secundum quod terminatur ad operatum. Quandoque ergo prepositio « per » significat causam operationis, secundum quod exit ab operante ; quandoque autem secundum quod terminatur ad operatum. Causam autem operationis, secundum quod exit ab operante, significat, quando illud quod significatur per obliquum, est causa operanti quod operetur, vel efficiens, vel formalis. Formalis quidem, sicut ignis calefacit per calorem : est enim calor causa formalis⁸ ignis, quia ignis calefacit calorem. Causa vero movens, seu efficiens⁹, ut si dicam, quod balivus¹⁰ operatur per regem, rex est causa efficiens balivo quod operetur : et hoc modo intellexit Valentinus : *omnia¹¹ per ipsum facta*

¹ Parm. : Sed quod per hanc prepositionem per non significetur minoritas in obliquo, scilicet Filio, seu verbo, patet ex pluribus Scripturae locis. Dicit enim.

² Parm. omittit : Si ergo per Patrem.

³ Al. : s et ille, *

⁴ Parm. omittit : agentem.

⁵ Parm. : Per prepositionem per non significatur minoritas in Filio, cum dicatur omnia facta per ipsum.

⁶ Al. : * evidentiam sciendum est. *

sunt. Causalitatem vero operationis, secundum quod terminatur ad operatum, importat haec prepositio « per » quando illud quod significatur per ipsam causalitatem, non est causa¹² operanti : quod operetur, sed est causa operationis, secundum quod terminatur ad operatum. Sicut cum dico : Carpenterius facit scannum per securim ; securis non est causa carpentario quod operetur, sed¹³ potius est causa quod scannum fiat ab operante. Sie ergo cum dico : *Omnia per ipsum facta sunt* ; si ly « per » denotet efficientem causam, seu inuentem Patrem ad operandum, dicendum est quod Pater nihil operatur per Filium, sed per seipsum omnia operatur, ut dictum est. Si vero ly « per » denotet causam formalem ; sic cum Pater operetur per sapientiam suam, quae est sua essentia, operatur per suam sapientiam, sicut operatur per suam essentiam ; et quia sapientia et virtus Patris attribuitur Filio, I Corinth. 1, dicimus *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* : ideo appropriate dicimus, quod Pater omnia operatur per Filium, idest per sapientiam suam. Et ideo dicit Augustinus, quod hoc quod dicitur, Ex quo omnia, appropriatur Patri ; per quem omnia, Filio ; in quo omnia, Spiritui sancto. Si vero ly « per » denotet causalitatem ex parte operati, tunc hoc quod dicitur omnia Patrem omnia¹⁴ per Filium facere, non est appropriatum Verbo, sed proprium ejus ; quia hoc quod est causa creaturarum, habet ab alio, scilicet a Patre, a quo habet¹⁵ ut sit ; nec tamen properter hoc sequitur ipsum esse instrumentum Patris ; licet omne quod movetur ab alio ad aliquid operandum, rationem instrumenti¹⁶ universaliter habeat. Cum autem dico aliquem operari per virtutem acceptam ab alio, potest dupliciter intelligi. Uno modo quod eadem numero

⁷ Parm. omittit : ut cum dico, etc.

⁸ Parm. : formalis calefactionis ignis.

⁹ Parm. addit : ut secundo etc.

¹⁰ Al. : * balivus, et sic infra : bajulo.

¹¹ Parm. : facta esse per Verbum.

¹² Parm. omittit : omnia operanti.

¹³ Parm. : operari.

¹⁴ Parm. : esse.

¹⁵ Parm. omittit : universaliter.

sit virtus et dantis et accipientis ; et hoc modo qui operatur per virtutem accep-tam ab alio, non est minor, sed aequalis ei a quo accipit. Quia ergo Pater camdem virtutem quam habet, dat Filio, per quam Filius operatur ; cum dicitur Pater operari per Filium, propter hoc Filius, non est dicendus minor Patre, neque instrumentum ejus. Sed hoc sequitur in illis qui non camdem virtutem accipiunt ab aliquo, sed aliam, et creatam. Sic ergo patet, quod *Spiritus sanctus*¹ non est factus nec *Filius*² est causa conditoris quod operetur, neque Patris minister, seu instrumentum, ut³ dicebat⁴ Origenes. Si autem recte considerentur verba prædicta, *Omnia per ipsum facta sunt*, evidenter appetet Evangelistam propriissime fuisse locutum. Quicumque enim aliquis facit, oportet quod illud præconcipiat in sua sapientia⁵, alioquin numquam aliquis faceret aliquid, nisi præexistat actualis concepcionis sapientia: qua sit forma et ratio rei factae, sicut forma arcæ in mente artificis præconcepta est ratio arcæ facienda. Sic ergo Deus nihil⁶ operatur nisi per conceptum sui intellectus, qui est sapientia ab aeterno concepta, scilicet Dei Verbum, et Dei Filius; et ideo impossibile est quod aliquid faciat nisi per Filium. Unde Augustinus de *Trin.* dicit, quod Verbum est ars plena rationum viventium; et sic patet quod omnia que Pater facit, facit per ipsum.

⁶ Attende ergo secundum Chrysostomum, quod omnia que Moyses per multa enumerat in productione rerum a Deo, dicens Gen. 1, *Dixit Dominus, Fiat lux, Fiat firmamentum etc.*, haec omnia Evangelista excedens, uno verbo comprehendit, dicens : *Omnia per ipsum facta sunt*. Cuius ratio est : quia Moyses intendebat tradere⁷ emanationem creaturarum a Deo, et ideo⁸ eas enumerat; Joannes vero ad altiorem festinans materiam, in hoc libro intendit nos inducere

specialiter in cognitionem ipsius creatoris.

2. Deinde dicit : *Et sine ipso factum est nihil*. Haec est secunda clausula, quam quidem quidam perverse intellexerunt, ut dicit Augustinus in lib. *de Nat. boni*. Nam ex hoc modo loquendi, quo Joannes hic utitur, ponens hoc quod dicitur *nihil*, in fine orationis crediderunt, ipsum *nihil* teneri affirmative, quasi *nihil* sit aliquid quod sine Verbo factum sit : unde voluerunt, quod haec clausula posita sit ab Evangelista ad excludendum aliquid quod a Verbo non sit factum : unde dicunt, quod postquam Evangelista dixerat, *Omnia per ipsum facta sunt*, consequenter adjungit : *Et sine ipso factum est nihil*; quasi dicat : Ita dico omnia per ipsum facta esse, quod tamen sine ipso factum est aliquid, scilicet ipsum nihil.

Ex hoc autem processit triplex hæresis. Scilicet Valentini, qui, ut dicit Origenes, ponit multa principia, et ex illis principiis dicit procedere triginta saecula. Ponit enim primo duo principia esse⁹; scilicet Profundum, quod vocat Deum Patrem, et Silentium. Ex his duobus dicit processisse decem saecula. Ex Profundo autem et Silentio dicit esse alia duo principia, scilicet Intellectum et Veritatem, ex quibus processerunt octo saecula. Ex Intellectu autem et Veritate dicit esse alia duo principia, scilicet Verbum et Vitam, ex quibus procedunt duodecim saecula, et sic sunt triginta saecula. Ex Verbo autem et Vita, secundum aevum, processit homo Christus, et Ecclesia. Sic ergo Valentinus ponebat prolationem Verbi multa saecula praecessisse¹⁰ : et ideo dicit quod quia Evangelista dixerat, *Omnia per ipsum facta sunt*, ne aliquis intelligeret illa saecula præcedentia esse perfecta per Verbum, consequenter adjunxit : *Et sine ipso factum est nihil*, idest omnia saecula præexistentia, et qua-

¹ Parm. omittit : non est factus.

² Parm. : Patri.

³ Parm. omittit : alioquin, etc.

⁴ Al. : « deliberavit. » Parm. : deliberavit.

⁵ Parm. : facit.

⁶ Parm. : notandum autem.

⁷ Parm. : vocalit.

⁸ Parm. : sigillatim.

⁹ Parm. : Prima tamen principia quae ponit sunt duo.

¹⁰ Al. : « processisse. »

¹¹ Al. : « ideo consequenter. »

in eis fuerunt : quae ideo Joannes vocat *nihil*, quia¹ rationem sunt supra nostram, et quod sunt ab intellectu nostro capi non potest. Secundus error ex hoc procedens fuit Manichaei, qui ponebat duo contraria principia. Unum scilicet rerum incorruptibilium, et aliud corruptibilium. Dicit ergo, quod postquam Joannes dixerat, *Omnia per ipsum facta sunt*, ne intelligeretur² Verbum esse corruptibilium rerum causam, statim subjunxit : *Et sine ipso factum est nihil*; idest, corruptibilia³, quasi dicaret : omne quod vertitur in *nihil*, factum est sine ipso. Tertius error est aliorum qui volunt, quod per *nihil* intelligatur diabolus ; juxta illud Job xviii, 13 : *Habent in tabernaculo ejus socii ejus qui non est*. Dicunt ergo, omnia esse facta per Verbum, prater diabolum. Et ideo Joannes addidit⁴ : *Sine ipso factum est nihil*, idest diabolus.

Sed omnes isti tres errores ex uno fonte procedentes, scilicet ex hoc quod⁵ *nihil* affirmative appositum, accipit excluduntur quia *nihil* non ponitur hic affirmative, sed negative tantum, ut⁶ dicatur : *sine ipso...* idest ita dieo quod omnia per ipsum facta sunt, quod *nihil* est factum sine ipso.

Sed forte instabit aliquis, et dicet quod cum hoc posset intelligi per hoc quod dicit : *omnia per ipsum facta esse*, non erat necessaria haec clausula negativa. Fuit ergo aliqua specialis causa quare addita est particula⁷. Et ad hoc dicendum, quod secundum multos, introducta est haec particula multipliciter⁸. Quarum una causa est, secundum Chrysostomum, ne aliquis legens in veteri testamento, et inveniens solum visibilia enumerata a Moyse in creatione rerum, crederet illa tantum facta esse per Verbum : ideo Evangelista, dum dixisset, *Omnia per ipsum facta sunt*, quae scilicet enumerat

Moyses, consequenter⁹ adjunxit : *Sine ipso factum est nihil*; quasi dicat : Nihil eorum quae sunt, sive visibile, sive invisibile¹⁰ est factum sine Verbo. Et hoc modo loquitur Apost. Col. 1, dicens, omnia condita esse in Christo, sive visibilia, sive invisibilia. Ubi Apostolus specialiter mentionem facit de invisibilibus, quia de eis Moyses aperte mentionem non fecerat, propter ruditatem illius populi, qui supra sensibilia elevari non poterat. Introducitur etiam, secundum Chrysostomum, alio modo sic. Posset enim aliquis legens Evangelium, multa signa et miracula facta per Christum, si-
cūt illud Matth. xi, 5 : *Cœci vident, clau-
di ambulant, leprosi mundantur etc.* cre-
dere, per hoc quod dicit Joannes. *Omnia per ipsum facta sunt*, debere intelligi omnia illa tantum quae in illis Evangelii continentur, et *nihil* aliud factum per ipsum ; et ideo ne hoc suspicetur quis¹¹, consequenter Evangelista inducit : *Et sine ipso factum est nihil*; quasi dicat : Non solum ea quae in Evangelii continentur, sunt facta per ipsum, sed *nihil* eorum quae facta sunt, est factum sine ipso. Et sic, secundum Chrysostomum, haec particula introducitur ad ostendendum totalem causalitatem, et est quasi completa premissæ. Secundum Hilarium vero, introducitur haec particula ad ostendendum quod Verbum habet virtutem operativam ab alio : quia enim Evangelista dixerat, *Omnia per ipsum facta sunt*, posset intelligi Patrem excludi ab omni causalitate ; ideo consequenter addit¹² : *Et sine ipso factum est nihil*; quasi dicat : Sic per eum facta sunt omnia, ut tamen Pater cum eo omnia fecerit. Nam tantum valet *sine eo* ac si dicatur non solus ; ut sit sensus : non ipse solus est per quem facta sunt omnia, sed ipse est alius, sine quo factum est *nihil* ; quasi dicat : *Sine ipso*, cum alio

¹ Parin. : humanam rationem excedunt nec possunt capi per intellectum.

² Parin. : crederetur.

³ Parin. : corruptioni subjecta, etc.

⁴ Parin. : expounit.

⁵ Parin. : ipsum nihil volunt affirmative accipi.

⁶ Parin. : ut sit sensus, etc.

⁷ Parin. : Sed instabit forsitan aliquis, dicens, hanc clausulam superflue appositi, si intelligatur

negative, ex quod Evangelista dicens, *Omnia per ipsum facta sunt*, sufficienter videtur dixisse non esse aliquid quod non sit factum per Verbum.

⁸ Parin. addit : et multis de causis.

⁹ Al. : « ideo consequenter. »

¹⁰ Al. : « intellectuale. »

¹¹ Al. : « ne suspicetur quis. »

¹² Al. : « addidit. »

operante, scilicet Patre, *factum est nihil*; juxta illud Prov. viii, 30 : *Cum eō eram cuncta componens.*

In quadam autem Homilia, quae incipit, *Vox spiritualis aquila*, et attribuitur Origeni, invenitur alia expositio satis pulchra. Dicitur enim ibi, quod in greco est *thoris*, ubi in latino habemus *sine*; *thoris* antem idem est quod foris, vel extra; quasi dicat; Ita *omnia per ipsum facta sunt*, quod extra ipsum factum est nihil; et ideo hoc dicit ut ostendat per Verbum et in Verbo omnia conservari: juxta illud Hebr. i, 13 : *Portans omnia Verbo virtutis suæ.* Quædam enim sunt quæ non indigent¹ quodam agente nisi quantum² ad ipsum eorum fieri, cum possint subsistere postquam fuerunt facta absque agentis influxu; sicut dominus indiget quidem artificie quantum ad suum fieri, sed tamen persistit in suo esse absque artificis influentia. Ne ergo credat aliquis, omnia per Verbum sic facta esse quod sit causa eorum quantum ad fieri solum et non quantum ad conservacionem in esse, ideo consequenter Evangelista subjunxit: *Et sine ipso factum est nihil*, hoc est, nihil factum est extra ipsum: quia ipse ambit omnia, conservans ea.

Exponitur autem hæc particula secundum Augustinum et Origenem (in expositione) et plures alios sic ut per nihil intelligatur peccatum. Quia ergo cum dicaret, *Omnia per ipsum facta sunt*, posset intelligi, malum et peccatum per ipsum fieri, ideo consequenter adjunxit: *Et nihil*, idest peccatum, *est factum sine ipso*³: quia per artem non fit defectus aliquis, sed forma; defectus autem non sunt causati per artem, sed excedentes a virtute actis, puta propter

¹ Parm. : « operante. »

² Parm. omittit: ad ipsum eorum.

³ Parm.: nam siue ars non est principium seu causa aliquius defectus in artificiis, sed per se est causa perfectionis ipsorum, et formarum ita et Verbum, quod est ars Patris plena rationum viventium, non est causa aliquius mali vel inordinatum in rebus, et præcipue mali culpe, quod habet perfectam rationem mali; sed huius mali causa per se est voluntas creature, sive hominum sive Angelorum, libere declinata a fine, ad quem naturaliter ordinatur. Operans secundum artem, voluntarie errans, est causa defectuum incidentium in artificiis, non per artem, sed per voluntatem: unde in talibus ars

indispositionem materiae, vel aliiquid hujusmodi. Et ideo per Verbum quod est ars plena rationum viventium non fit aliquod inordinatum, nec aliiquid malum seu peccatum quod dicitur non ens, secundum illud Apostoli: *Scimus quod idolum nihil est in mundo*; unde idolum non est factum per Verbum inquantum est peccatum et malum, quamvis forma idoli inquantum est forma quædam sit per Verbum.

Sic ergo ista particula additur ad ostendendum ipsius Verbi universalem causalitatem, secundum Chrysostomum; societatem ad Patrem, secundum Hilarym; et virtutem Verbi in conservando, secundum Origenem. Item puritatem causalitatis: quia sic est causa bonorum quod non est causa peccati, secundum Augustinum⁴.

5. Deinde dicit: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Illic ponitur tertia particula: ubi cavendum est falsus intellectus Manichæi, qui ex hoc verbo motus est ad dicendum, quod omnia quæ sunt, vivunt⁵, puta lapis, lignum, et homo, et quicquid aliud est in mundo: et punctatib[us] sic: *Quod factum est in ipso, distinguere, erat vita; sed nou erat vita, nisi viveret: ergo quicquid factum est in ipso, vivit.* Vult etiam quod in ipso idem sit ac si dicatur per ipsum; cum communiter in Scriptura in⁶ ipso, id est⁶ per ipsum accipiatur: sicut illud Col. i, 16: *In ipso id est⁷ per ipsum condita sunt omnia.* Sed hunc intellectum ipsa experientia⁸ ostendit esse falsum. Potest tamen sine errore multipliciter exponi. Nam primo in illa homilia, *Vox spiritualis*, exponitur sic: *Quod factum est in ipso*, idest per ipsum, hoc vita⁹ erat non in se ipso, sed in sua causa. In omnibus

non est principium seu causa defectuum, sed voluntas; et ideo malum est defectus voluntatis, et non artis alienus; et ideo inquantum tale, nihil est.

⁴ Parm. addit: Et Origenem et plures alios.

⁵ Al. deest: a in. "

⁶ Parm.: vel.

⁷ Parm.: et.

⁸ Al.: e ista expositio. "

⁹ Al.: e hæc vita."

(*) Thomas Campanella in libro *De sensu rerum* contendit omnia non vivere quidem, sed sensum habere, quod absque vita fieri nequit.

enim causatis hoc commune est, quod effectus sive per naturam sive per intellectum¹ producti, sunt in suis causis non secundum proprium esse, sed secundum virtutem proprie sue causa; sicut effectus inferiores sunt in sole ut in causa, non secundum eorum esse, sed secundum virtutem solis. Quia ergo causa omnium effectuum productorum a Deo, est vita quedam, et ars plena rationum viventium; ideo omne quod factum est in ipso, idest per ipsum, vita erat in sua causa, scilicet in ipso Deo. Augustinus autem² (in expositione) aliter legit, sic punctando: *Quod factum est, distingue, in ipso erat vita.* Res enim dupliciter considerari possunt: secundum scilicet quod sunt in seipsis, et secundum quod sunt in Verbo. Si considerentur secundum quod sunt in seipsis, sic non omnes res sunt vita, nec etiam viventes; sed aliqua earent vita, aliqua vivunt; sicut facta est terra, facta sunt etiam metallia, quae nec vita sunt nec vivunt; facta sunt animalia, facti sunt homines, quae secundum quod sunt in seipsis, non sunt vita, sed vivunt solum. Si vero³ considerentur secundum quod sunt in Verbo, non solum sunt viventes, sed etiam vita: nam rationes in sapientia Dei spiritualiter existentes, quibus res facta sunt ab ipso Verbo, sunt vita: sicut area facta per artificem, in se quidem nec vivit nec vita est; ratio vero arcæ, quæ praecessit in mente artificis, vivit quodammodo, in quantum habet esse intelligibile in anima ipsius⁴ artificis; non tamen est vita, quia⁵ ipsum intelligere artificis non est sua essentia neque suum esse. In Deo autem suum intelligere est sua vita et sua essentia; et ideo quicquid est in Deo, quodam modo⁶ non solum vivit, sed est ipsa vita, quia quicquid est in Deo, est sua essentia: unde creatura in Deo est creatrix essentia. Si ergo considerentur res secundum quod in Verbo sunt, vita sunt. Hanc expositionem habes alibi. Origenes vero super Joannem legit hoc aliter, punctando sic: *Quod*

factum est in ipso, distingue, vita erat.

Ubi notandum est, quod de Filio Dei dicitur aliiquid secundum se, sicut dicitur Deus omnipotens, et hujusmodi; aliiquid vero dicitur de eo per comparationem ad nos, sicut Salvator et Redemptor; aliiquid vero utroque modo, sicut Sapientia et Justitia. In omnibus autem quæ absolute et secundum se de Filio dicuntur, non dicitur quod sit factus, sicut non dicitur Filius factus Deus, neque omnipotens; sed in illis quæ dicuntur in comparatione ad nos, seu utroque modo, potest, addi adjunctio facti, ut dicatur secundum illud I Corinth. i, 30: *Qui factus est nobis a Deo sapientia et justificatio et sanctificatio et redemptio.* Et sic, licet semper fuerit in seipsis sapientia et justitia, tamen potest dici quod de novo factus est nobis justitia et sapientia. Secundum hoc ergo Origenes exponens dicit, quod quamvis in seipso sit vita, tamen nobis factus est vita per hoc quod nos vivificavit: justa illud I Corinth. xv, 22: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in ipso omnis viviscuntur.* Et ideo dicit quod Verbum quod factum est nobis vita, in ipso vita erat, ut quandoque nobis fieret vita; et ideo statim subdit: *Et vita erat lux hominum.* Hilarius enim sic punctat: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso;* et postea dicitur, *vita erat,* quia (ipse dicit in II de Trin.) cum dicit Evangelista, *Et sine ipso factum est nihil,* posset suspicari quod⁷ quedam alia ab iis quæ per ipsum facta sunt fuerunt facta non per ipsum, noui tamen sine ipso; sed in eis associavit facientem: et hanc clausulam esse additam ad correctionem praecedentis. Ne ergo hoc intelligeretur, ideo Evangelista, cum dixisset, *Omnia per ipsum facta sunt, subjungit:* *Et sine ipso factum est nihil:* quod tamen factum est, in ipso, idest per ipsum: et ratio hujus est, quia *vita erat.* Manifestum est enim quod hoc modo omnia dicuntur per Verbum facta, in quantum Verbum ex Patre procedens est Deus. Ponamus autem quod aliquis pater

¹ Parm.: voluntatem.

² Al. docet: « autem. »

³ Parm.: ergo.

⁴ Parm.: mente.

⁵ Parm.: qui per ipsum.

⁶ Parm. omittit: quodammodo.

⁷ Parm.: esse ambiguum au quedam alia adhuc.

filiū habeat qui non sit perfecte habens operationes hominis, sed paulatim ad hoc perveniat : manifestum est quod multa faciet non per ipsum filium, licet non sine eo. Quia ergo Filius Dei eamdem vitam habuit ab aeterno quam et Pater, secundum illud infra v, 26 : *Sicut Pater habet vitam in semeipso, sic dedit et Filio vitam habere in semeipso* : ideo non potest dici quod Deus Pater, etsi nihil fecerit sine Filio, tamen fecit aliqua non per ipsum, quia vita erat.¹ In vivente enim, contingere potest quod vita imperfecta praecedat vitam perfectam ; sed in ipsa vita per se, et absolute, nullo modo potest imperfectio aliqua esse. Quia ergo Verbum est per se vita, nunquam fuit in eo vita imperfecta, sed semper perfecta : et ideo ita *nihil factum est sine eo*, quod tamen² non sit factum in ipso, idest per ipsum. Chrysostomus autem alium modum legendi habet ; et punctat sic : *Et sine ipso factum est nihil quod factum est*. Et ratio hujus est, quia aliquis posset credere quod Spiritus sanctus esset factus per Verbum ; et ideo Evangelista hoc volens excludere, dicit, *Quod factum est* : quia Spiritus sanctus non est quid factum : et postea sequitur :

In ipso vita erat : quod introducitur propter duo. Unum est ut post productionem omnium rerum ostendatur indeficientia³ causalitatis ad res non solum productas, sed etiam producendas ; quasi dicat : *In ipso vita erat*, qua scilicet non solum⁴ omnia producere potuit, sed etiam quae habet indeficientem fluxum et cansalitatem absque mutationis dispendio ad res continue producendas, utpote fons vivus, non minoratur⁵ ex fluxu continuo ; aqua vero collecta, et pon viva, ex modico defluxu, minoratur et desicit. Unde dicitur in Psal. xxxv, 10 : *Apud te est fons vita*. Secundum est ut ostendatur gubernatio rerum esse per Verbum : quia enim in *ipso vita erat*, ostenditur quod non produxit res per necessitatē naturae, sed per voluntatem et intellectum, quod res productas gubernat. Hebr. iv, 42 : *Vivus est sermo Dni etc.* Et quia apud graecos Chrysostomus est tanta auctoritas in suis expositionibus, quod ubi ipse aliquid exposuit in saera Scriptura, nullam aliam expositionem admittant ; ideo in omnibus libris graecis invenitur sic punctatum sicut punctat Chrysostomus, scilicet hoc modo : *Sine ipso factum est nihil quod factum est*.

LECTIO II

1. *Et vita erat lux hominum*. 2. *Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt*.

1. Evangelista supra insinuavit virtutem Verbi, secundum quod est omnium rerum productiva⁶ ; hic vero insinuat ejus virtutem, secundum quam se habet ad homines, dicens, hoc Verbum esse lucem hominum : ubi primo introducit nobis lucem quamdam, cum dicit, *Et vita erat lux hominum*, secundo lucis irradiationem, cum dicit, *Et lux in tenebris lucet* ; tertio lucis participationem, cum dicit, *Et tenebrae eam non comprehenderunt*. Potest autem totum dupliciter exponi. Uno modo secundum influxum cog-

nitionis naturalis ; alio modo secundum communicationem gratiae. Dicit ergo quantum ad primum, quod *vita erat lux hominum*. Ubi primo considerandum est, quod, secundum Augustinum et plures alios, nomen lucis magis proprie dicitur in spiritualibus, quam in sensibilibus. Ambrosius tamen vult, quod splendor metaphorice dicatur de Deo. Sed in hoc non est magna vis facienda : nam de quocumque nomen lucis dicatur, ad manifestationem referunt, sive illa manifestatio sit in intelligibilibus, sive in sensibilibus. Si ergo comparentur manifestatio intelligibilis et sensibilis, secundum na-

¹ Parm. : *In viventibus etc.*

² Al. *sine ipso : « eo quod tamen. »*

³ Al. : « deficitia. »

⁴ Al. : « quasi non solum. »

⁵ Al. : « fons vivus non minoratur. »

⁶ Parm. : *quoniam omnia produxit in esse.*

turam prius invenitur lux in¹ intelligibiliis, quo ad nos vero², per prius in sensibiliis³; sed si attendamus ad nominis impositionem e converso.

Ad evidentiam autem ejus quod dicitur, *Et rita erat lux hominum*, sciendum est quod multiplex est gradus vitae. Quaedam namque vivunt, sed absque luce, quia nullam cognitionem habent, sicut sunt plantæ; unde vita earum non est lux. Quadam vero vivunt et cognoscent; sed tamen eorum cognitione, cum sit sensus tantum, non est nisi particularium et materialium, sicut est in brutis; et ideo haec et⁴ vitam habent, et lucem quamdam, sed non lucem hominum quadam vero et vivunt, et cognoscent non solum ipsa vera, sed ipsius veritatis rationem, sicut sunt creaturae rationales, quibus non solum manifestatur hoc vel illud, sed ipsa veritas, qua manifestabilis est, et manifestativa omnium. Et ideo Evangelista loquens de Verbo, dicit, non solum esse vitam, sed etiam esse lucem, ne intelligas vitam sine agnitione: hominum autem, ne tantum cognitionem sensibilem suspiceris qualis est in brutis.

Sed cum⁵ ista lux, scilicet Verbum, sit communis et Angelis et hominibus quaeritur quare non dixit: erat lux hominum et Angelorum, seu rationalium creaturarum; sed dixit hominum tantum: Et ad hoc est duplex responsio. Chrysostomus enim dicit, quod Evangelista intendebat in isto Evangelio tradere nobis cognitionem de Verbo secundum quod ad salutem hominum ordinatur; et ideo magis refert secundum suam intentionem ad homines quam ad Angelos. Origenes vero dicit, quod participatio hujus lucis pertinet ad homines, in quantum sunt rationalis naturæ⁶: Et quia

homo est rationalis naturæ nomen; ideo per hoc nomen homo, vult hic intelligi totam rationalem creaturam, ut dicatur: *Et ista erat lux hominum*, id est totius rationalis creaturæ.

In hoc etiam ostenditur perfectio et dignitas hujus vitae, quia est intellectualis seu rationalis. Cum enim illa dicantur viventia que se aliquo modo movent, illa dicuntur vitam habere perfectam qua perfecte seipsa movent: movere autem se ipsum perfecte et proprie in inferioribus creaturis solius hominis est. Nam etsi alia ex seipsis ab aliquo principio intrinseco⁷, non tamen moventur libere, sed ut ab alio acta et determinata ad hoc vel illud. Homo vero, cum sit dominus sui actus, libere se movet ad omnia quæ vult; et ideo homo habet vitam perfectam, et similiter quelibet rationalis sive intellectualis natura. Vita ergo Verbi, quæ est lux hominum, est vita perfecta. Attenditur etiam in præmissis verbis congruus ordo: nam in naturali rerum ordine, primo invenitur esse⁸, sicut communissimum, secundo vivere, tertio intelligere. Congru ergo Evangelista nobis Verbum describens primo ponit ejus esse, cum dicit: *In principio erat Verbum*, secundo ejus vitam, cum dicit: *In ipsa vita erat*; tertio ejus intelligentiam, cum dicit: *Et vita erat lux hominum*. Unde secundum Originem, convenienter vitæ attribuit lucem, quia lux non nisi viventi attribui potest.

Sed tamen notandum est, quod lux ad viventem duplice comparari potest; vel ut objectum, vel ut participata, ut patet in visu exteriori. Oculus enim lucem exteriorem cognoscit tamquam objectum, sed oportet ad hoc quod eam videat, quod participet aliquam lucem interior-

¹ Parm.: spiritualibus.

² Parm.: qui nomina, est.

³ Al.: « ex earum proprietatibus notis. »

⁴ Parm.: Quia prius impositionem est a nobis hoc nomine ad significandum lucem sensibilem quam ipsibilem; quamvis secundum virtutem prius et ratio convenient spiritualibus quam sensibiliibus.

⁵ Parm.: multipliciter.

⁶ Al.: « ut. »

⁷ Parm. omittit: cum ista lux, scilicet verbum ei.

⁸ Parm. omittit: Et quia homo, etc. et loco illius textus habet: Et ideo, etc.

⁹ Parm.: moveantur non tamen illud principium se habet ad oppositum; et ideo ex necessitate moventur, et non libere: mota igitur a tali principio magis agnitus quam agunt.

¹⁰ Parm.: invenitur esse, et hoc primo Evangelium insinuat, dicens, *In principio erat Verbum*; secundo vivere, et hoc est quod sequitur, *In ipsa vita erat*; tertio intelligere, et hoc consequenter adjunxit: *Vita erat lux hominum*.

rem, per quam aptetur et disponatur oculus ad lucem exteriorem videndam. Sic ergo quod hic dicit, *Et vita erat lux hominum*, dupliciter potest intelligi : ut dicatur lux hominum per modum objecti, quasi a solis hominibus conspicibilis : quia ipsam sola rationalis creatura conspicere potest, cum ipsa sola divinae visionis sit capax. Job. xxxv, 11 : *Docet nos super iumenta terræ, et super volucres coeli erudit nos* : quia licet alia animalia cognoscant aliqua quæ vera sunt, solus tamen homo ipsam rationem veritatis cognoscit. Potest etiam dici lux hominum participata. Nunquam enim ipsum Verbum et ipsam lucem conspicere possemus, nisi per participationem ejus quæ in ipso homine est, quæ est superior pars animæ nostræ, scilicet lux intellectiva, de qua dicitur in Psal. ix, 7 : *Signaturem est super nos lumen vultus tui*, idest Filii tui, qui est facies tua qua manifestaris.

2. Introduxit supra Evangelista lucem quamdam ; nunc vero agit de ipsis lucis irradiatione, cum dicit : *Et lux in tenebris lucet*. Quod quidem dupliciter potest exponi, secundum duplexem acceptionem tenebrarum. Primo vero accipiemus tenebras naturalem defectum¹ creatæ mentis : nam ita se habet mens ad lucem istam de qua hic loquitur Evangelista, sicut se habet aer ad lucem solis : quia licet aer capax sit lucis solis, tamen in se consideratus tenebra est ; et secundum hoc sensus est : *Lux*, idest vita illa quæ est lux hominum, *in tenebris lucet*, scilicet in animabus et mentibus creatis, irradiando semper omnes. Job. iii, 23 : *Viro cui abscondita est lux. Sed tenebrae eam non comprehendenderunt*; idest inducere non potuerunt. Illud enim dicitur comprehendi cuius fines concluduntur et conspicuntur. Quia sicut dicit Augustinus de Verb. Domini, serm. xxxviii, attingere Deum mente, magna beatitudo est, comprehendere vero impossibile est. *Tenebrae ergo eam non comprehendenderunt*. Job. xxxvi, 26 : *Ecce Deus magnus*

vincens scientiam nostram. Hier. xxxi, 19 : *Magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu*². Et hæc expositiæ habentur in illa homilia, quæ incipit : *Vox spirituæ aquilæ*. Alio modo potest exponi accipiendu[m] tenebras, secundum Augustinum, pro naturali insipientia hominum, quæ tenebra dicitur. Eccl. ii, 13 : *Vidi quia tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris*. Ex eo ergo aliquis insipientis est quod privatur lumine sapientiæ divinae. Sicut ergo mentes sapientium participatione istius divinae lucis et sapientiæ lucidae sunt ; ita ejus privatione tenebrae sunt. Quod ergo quidam tenebrosi sint, non est ex defectu istius lucis, quia inquantum est de se, in tenebris lucet, et omnes irradiat : sed ideo insipientes privati sunt ea lucis, quia *tenebrae eam non comprehendenderunt*; idest, non apprehenderunt, ad ipsius participationem, corum insipientia pertingere non valentes, vel potius elati non curantes. Job. xxxvi, 32 : *Immanibus idest superbis abscondit lucem idest lumen sapientiæ et annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere*. Baruch. iii, 23 : *Viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus*. Licit autem aliquæ mentes sint tenebrosæ, idest sapida et lucida sapientia private, nulla tamen adeo³ tenebrosa est quin aliquid lucis divinae participet ; quia quiequid veritatis a quocumque cognoscitur, tolum est participatione istius lucis, quæ in tenebris lucet, quia omnia verum, a quo cumque dicitur, a Spiritu sancto est ; et tamen tenebrae, idest homines tenebrosi, eam non comprehendenderunt, secundum veritatem. Sic ergo exponitur ista clausula, secundum naturalem influxum, secundum Origenem, et secundum Augustinum⁴. Alio modo ab illo loco, *Et vita erat lux hominum*, exponitur secundum influxum gratiæ, qua irradiiamur per Christum ; et continuatur sic ad præcedentia. Supra egit Evangelista de creatione rerum per Verbum ; hic vero trae-

¹ Parm. : defectum, ne.

² Al. : « a Deo. »

³ Parm. : ut post elati non durantes.

⁴ Al. : « a Deo. »

⁵ Al. : « secundum Origenem, Augustinum. »

⁶ Parm. : Ruxom.

tat de restauracione rationalis creature facta per Christum, dicens : *Et vita, Verbi, erat lux hominum, communiter, et non Iudeorum tantum : quia Filius Dei carnem assumere venit in mundum, ut illuminaret gratia et veritate omnes homines.* Infra xvii, 37 : *In hor natus sum et ad hoc veni ut testimonium perhibeam veritati. Item infra ix, 5 : Quandiu in mundo sum, lux sum mundi*¹. Et ideo non dicit. *Lux Iudeorum : quia licet olim tantum in Iudea notus esset, tamen postea toti mundo innotuit.* Isa. xlix, 6 : *Dedi te in lucem gentibus, ut sis salus mundi usque ad extremum terrae.* Congue etiam conjungit lucem et vitam, dicens : *Et vita erat lux hominum : ut ostendat ista duo, lucem scilicet et vitam, nobis proveniente per Christum. Vitam quidem per participationem gratiae ; infra hoc cap. : Gratia et veritas per Jesum Christum facta est ; lucem vero per cognitionem veritatis et sapientiae.* Hoc autem quod dicit, *Lux in tenebris luet*, potest secundum hanc expositionem exponi tripliciter, secundum quod tripliciter possumus accipere tenebras. Uno modo pro pena : nam qualibet tristitia et afflictio cordis tenebra quedam dei potest, sicut quodlibet gaudium lux. Mich. ult. 8 : *Cum sedero in tenebris et in afflictionibus, Dominus lux mea est, idest gaudium et consolatio.* Dicit ergo Origenes : Secundum hoc lux in tenebris luet, idest Christus in mundum veniens, et corpus passibile et absque peccato habens in similitudinem carnis, secundum quod dicitur Rom. viii, *Luxit in carne : que scilicet caro Christi, secundum quod in se habet similitudinem carnis peccati, tenebra dicitur : quasi dicat : Lux, idest Verbum Dei circumvelatum tenebris carnis, luxit in mundum, secundum illud Ezech. xxxii, 7 : Solem*

nube tegam. Secundo accipiendo per tenebras diemones, juxta illud Ephes. ult. 42 : *Non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem tantum, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum.* Secundum hoc dicit ; *Lux, idest Filius Dei, in tenebris luet* ; idest, in mundum descendit, ubi tenebrae, idest daemones, dominabantur : infra xii, 31 : *Principes hujus mundi ejicietur foras. Et tenebrae, idest daemones, eam non comprehenderunt* ; idest, cum obscurare non potuerunt tentando, ut patet Matth. iv. Tertio accipiendo tenebras errores sive ignorantias, quibus totus mundus ante adventum Christi plenus erat, secundum quod dicit Apostolus Ephes. v, 8 : *Erat aliquando tenebrae.* Dicit ergo, quod *lux*, idest Verbum Dei incarnatum, *in tenebris luet*, idest hominibus mundi, erroris et ignorantiae tenebris obscenratis. Luc. i, 79 : *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.* Et Isa. ix, 2 : *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Et tenebrae eum non comprehenderunt*, idest non vicerunt : quia quantumcumque homines peccatis obscurati, invidia exceccati, superbia tenebrosi, contra Christum pugnaverint, ut patet ex Evangelio, exprobando scilicet, injurias et contumelias inferendo, et tandem occidendo ; non tamen *eum comprehendebunt* ; idest, non vicerint cum obscuro, quin² potius ejus claritas per totum mundum fulgeret. Sap. vii, 30 : *Luci comparata invenitur prior : illi enim succedit nox ; sapientiam autem idest Filium Dei incarnatum non vincit malitia.* Iudeorum scilicet, et haereticorum : quia, ut dicitur Sapien. x, 42, *Certamen forte dedit illi, ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia.*

LECTIO III

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannes : hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per

illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

¹ Al. : « *quandiu in mundo sum lux mundi.* »

² Parv. quia ejus.

Supra Evangelista egit de Verbi divinitate; in parte vero ista incipit agere de Verbi incarnatione: et circa hoc duo facit. Primo agit de teste Verbi incarnati seu¹ praecursoro; secundo de adventu Verbi, ibi, *Erat lux vera*. Circa primum duo facit. Primo describit praecursorum in testimonium venientem; secundo ostendit eum ad salvandum insufficiendum, ibi, *Non erat ille lux*. Præcursorum autem describit quadrupliciter. Primo a naturæ conditione, cum dicit, *Fuit homo*; secundo ab auctoritate, cum dicit, *Missus a Deo*; tertio ab officiis idoneitate, cum dicit, *Cui nomen erat Joannes*; quarto ab officiis dignitate, ibi, *Hic venit*. Considerandum autem est circa primum, quod statim cum Evangelista incipit loqui de aliquo² temporali, mutat modum loquendi. Cum enim supra loqueretur de æternis, utebatur hoc verbo *Erat*, quod est præteriti imperfecti, ostendens per hoc, æterna interminata esse; nunc vero, cum loquitur de temporalibus, utitur hoc verbo *Fuit*, ad ostendendum quod temporalia sic præterierunt quod tamen terminantur. Dicit ergo, *Fuit homo*: per quod in principio excludit perversam opinionem hæreticorum, contra conditio nem seu naturam Joannis, qui propter id quod Dominus, Matth. xi, 10: dicit de Joanne: *Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem meam*: et etiam Marc. i, dicitur de ipso: opinati sunt, quod Joannes fuisset natura Angelus: quod excludens Evangelista dicit, *Fuit homo*, natura, non Angelus. Eccl. vi, 10: *Seitur quod sit homo, et quod non possit contra fortiorum se in judicio contendere*. Convenienter autem homo ad homines mittitur, per quem homines magis alieniuntur, utpote per sibi similem: unde dicitur Hebr. vii, 28: *Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes*. Poterat enim Deus homines gubernare per Angelos: sed maluit per homines, ut ipsorum exemplo magis instruerentur. Et ideo Joannes homo fuit, et non Angelus. Ex auctoritate quidem describitur, cum dicit, *Missus*

a Deo. Evidem, licet Joannes natura non fuerit Angelus, fuit tamen officio, quia *Missus a Deo*: proprium enim Angelorum officium est, quod a Deo mittantur, et sint nuntii Dei. Hebr. i, 14: *Omnes sunt administratorum spiritus in ministerium missi*. Unde Angelus, nuntius interpretatur. Possunt ergo homines qui a Deo ad aliquid annuntiandum mittuntur, Angeli dici, juxta illud Aggei i, 43: *Dixit Aggæus: Nuntius Domini ex nuntiis Domini*. Requiritur autem ad hoc quod aliquis testimonium de Deo perhibeat, quod sit a Deo missus: juxta illud Rom. x, 15: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Et quia cum a Deo mittuntur, non sua querunt, sed quae Jesu Christi: II Corinth. iv, 5: *Non enim prædicamus nosmetipsos, sed Jesum Christum*: qui vero mittuntur a scipso, non a Deo, sua querit, vel quae sunt hominius, non autem quae Christi: ideo hic dicitur: *Fuit homo missus a Deo*: ut intelligas quia non annuntiavit nisi divinum³, non humanum.

Nota autem, quod tripliciter invenimus aliquos missos a Deo. Scilicet per internam inspirationem, sicut Isai. XLVIII, 16: *Et nunc misit me Dominus, et spiritus ejus*: quasi dicat: Per interiorem spiritus inspirationem sum a Deo missus. Item per expressam et apertam jussionem sive corporalem sive imaginariam. Et sic iterum missus est Isaías; unde dicit ibid. vi, 8: *Audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam, et quis ibit nobis?* Et dixi: *Ecce ego, mitte me*. Item per prælati injunctionem, qui gerit in hoc personam Dei. II Cor. ii, 10: *Nam et ego, si quid donari propter vos in persona Christi*. Et inde est quod qui mittuntur a prælatore, mittuntur a Deo, sicut missi fuerunt ab Apostolo Barnabas et Timo theus.

Cum autem dicitur hic, *Fuit homo missus a Deo*, intelligendum est per interiorem inspirationem, vel etiam forte per exteriorem jussionem a Deo eum missum fuisse. Infra hoc cap.: *Qui misit me, ipse dixit: Super quem videris spi*

¹ Al. : « suo. »

² Al. : « incepit de aliquo etc. »

³ Al. : « Dominum. »

⁴ Al. : « dimisit. »

ritum¹ descendenterem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.

Per hoc etiam quod dixit, *Fuit homo missus a Deo*, non est intelligendum sicut quidam heretici ponebant, credentes, animas hominum ante corpus fuisse cum Angelis ab initio creatas, et mitti animam ejusdemque, quando nascitur, ad corpus; et quod Joannes sit missus ad vitam, idest ejus anima ad corpus; sed quod fuit missus a Deo ad officium baptizandi et praedicandi.

Ex idoneitate vero commendatur, cum dicit: *Cui nomen erat Joannes*. Ad officium namque testimonii requiritur idoneitas: nam nisi testis sit idoneus, qualitercumque mittatur ab alio, non est sufficiens testimonium ejus. Homo autem² sufficitur idoneus ex gratia Dei. I Corinth. xv, 10: *Gratia Dei sum id quod sum*. II Corinth. iii, 6: *Qui idoneos nos fecit ministros novi testamenti*. Satis ergo congrue Evangelista idoneitatem praecursoris insinuat ex ejus nomine, dicens: *Cui nomen erat Joannes*: quod interpretatur, in quo est gratia: quod quidem nomen non fuit frustra sibi impositum, sed ex divina praordinatione, et antequam nasceretur, ut patet Luc. i, 43: *Ecce nascitur uenit nomen ejus Joannem*: dixit Angelus ad Zacharium. Unde potest dicere illud Isa. xlix, 1: *Dominus ab utero vocavit me*: et Eccli. vi, 10: *Qui futurus est iam vocatum est nomen ejus*. Quod etiam ostendit Evangelista ex modo loquendi, cum dicit, *Erat*, quantum ad Dei praordinationem.

Ex officiis etiam dignitate describitur, cum dicit: *Hic venit in testimonium: ubi primo ponitur officium; secundo ratio officii, ibi, Ut testimonium perhiberet de lumine*. Officium autem hujus est testificandi: unde dicit: *Hic venit in testimonium*.

Ubi notandum est, quod Deus, et homines et omnia quae facit, propter se operatur. Prov. xvi, 4: *Universa propter sensu ipsum operatus est Dominus*. Non quidem ut aliquid ei accrescat, quia bo-

norum nostrorum non eget; sed ut ejus bonitas manifestetur in omnibus a se factis, inquantum per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur sempererna ejus virtus et divinitas: Rom. i, 20. Fit ergo quellibet creatura in testimonium Dei, inquantum quellibet creatura est testimonium quoddam divinae bonitatis. Et quidem magnitudo creature testimonium quoddam est divine virtutis et omnipotentiae; pulchritudo vero, divine sapientie. Speciali vero modo ordinantur a Deo quidem homines³ et non solum materialiter inquantum sunt,⁴ sed etiam per sua bona opera universaliter Deo testimonium ferunt. Unde omnes sancti viri, testes sunt Dei, inquantum propter eorum bona opera Dens gloriosus apud homines efficitur. Matth. v, 16: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in celis est*. Sed tamen illi qui participant non solum dona Dei in scipsis per gratiam Dei bene operando, sed etiam diffundunt ad alios dicendo, monendo⁵ et exhortando, specialius sunt testes Dei. Isai. xlvi, 7: *Omnem qui invocat nomen meum, in laudem meam creavi illum*. Joannes ergo venit in testimonium ad hoc ut in alios diffunderet dona Dei, et annuntiaret Dei laudem. Hoc autem officium Joannis, scilicet testificari, est valde magnum: quia nullus potest de aliquo testificari, nisi eo modo quo illud participat. Infra iii, 11: *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur*. Unde testimonium perhibere divinæ veritati, indicium est cognitionis ipsius veritatis. Et inde est quod etiam Christus hoc officium habuit. Infra xviii, 37: *Ad hoc veni et in hoc natus sum ut testimonium perhibeam veritati*. Sed aliter Christus et aliter Joannes, quia aliter se habet ad veritatis cognitionem Joannes, et aliter Christus: Christus enim ut ipsum lumen comprehendens, immo ipsum lumen existens; Joannes vero ut ipsum lumen participans tantum. Et ideo Christus perfecte testimonium perhibet, et perfecte manifestat veritatem; Joannes vero, et alii sancti,

¹ Al.: *a spiritu Dei*.

² Al.: *a natus*.

³ Parv. homines; et non solum naturaler...

sed etiam spiritualiter per sua.

⁴ Al.: *a novendo*.

⁵ Parv. omittit: *quia aliter, etc.*

inquantum ipsam veritatem divinam participant. Est ergo magnum officium Joannis et ex participatione divini lumenis, et ex similitudine ad Christum, qui hoc officio usus fuit. *Isai. LV, 4 : Ecce testimoniū populi dedit eum, ducem ac praeceptorem gentibus.*

Ratio autem hujus officii ponitur, cum dicit : *Ut testimonium perhiberet de lumine.* Ubi sciendum est, quod alicui rei testimonium perhibetur duplice de causa. Una causa potest esse ex parte rei cui testimonium adhibetur, puta si est dubia vel incerta; alia causa est ex parte audentium, si sunt duri et tardi corde ad credendum. Joannes vero in testimonium quidem venit non propter ipsam rem cui testimonium perhibebat, quia lumen erat: unde dicit : *Ut testimonium perhiberet de lumine*, non de re obseura, sed de re manifesta : venit ergo in testimonium propter ipsos quibus testificabatur. *Ut omnes crederent per eum*, scilicet Joannem. Nam sicut lumen non solum in scipso et per se visibile est, sed etiam omnia alia per ipsum videri possunt : ita Verbum Dei non solum in se lumen est, sed etiam est omnia manifestans quæ manifestantur. Cum enim unumquodque manifestetur per suam formam, et cognoscatur ; omnes autem formæ sint per Verbum, quod est ars plena rationum viventium : est ergo ¹ lumen, non solum in se, sed omnia etiam manifestans. *Eph. V, 3 : Omne quod manifestatur, lumen est.* Congruē autem Evangelista. Filium dicit ² lumen : *quia venit lumen ad revelationem gentium* : *Luc. II, 32.* Supra autem dixit Filium Dei Verbum, quo Pater dicit se, et omnem creaturam. Unde cum proprie sit lux hominum, et hic Evangelista de eo agat secundum quod venit ad salutem hominum procurandam, congrue intermitit hoc nomen Verbum, cum loquitur de Filio, et dicit illud lumen.

Sed si istud lumen sufficiens est per se omnia manifestare, non solum scipsum ; quid ergo indigebat ut testificaretur ? Non ergo necessaria sunt testimonia Joannis

et Prophetarum de Christo. Respondeo dicendum, quod hæc objectio est Manichæorum, qui volunt destruere vetus Testamentum. Unde a Sanctis contra hos multiplex ratio assignatur quare Christus testimonium Prophetarum voluit habere. Origenes quidem assignat tres rationes ad hoc. Primo quod Deus vult aliquos testes habere : non quod ³ ipse eorum testimonio indigeat, sed ut eos nobilitet quos constituit testes ; sicut videmus etiam in ordine universi, quod Deus producit aliquos effectus per causas medias, non quia ipse impotens sit ad eos immediate producendos, sed quia ad nobilitandas ipsas causas medias eis causalitatis dignitatem communicare dignatur. Sic ergo etsi Deus potuerit omnes illuminare per se, et in cognitionem suam adducere ; ut tamen debitus ordo servaretur in rebus, et ut aliquos homines nobilitaret, voluit divinam cognitionem ad homines per aliquos homines devenire. *Isai. XLII, 10 : Vere vos testes mei estis, dicit Dominus.* Secunda ratio est, quia Christus illuxit mundo per miracula : quae quidem, quia in tempore facta erant, temporaliter transierunt, neque pervenerunt ad omnes. Verba vero Prophetarum commenata scripture, poterant non solum ad praesentes, sed etiam ad posteros pervenire. Voluit ergo Dominus homines ad cognitionem Verbi venire per testimonia Prophetarum, ut non solum praesentes, sed etiam futuri de ipso illuminarentur ; et ideo signanter dicit : *Ut omnes crederent per illum*, non solum praesentes, sed etiam futuri. Tertia ratio est, quia homines sunt diverse conditionis, et diversimode ad veritatis cognitionem perducti et dispositi. Quidam namque ad veritatis cognitionem magis perducuntur per signa et miracula ; quidam vero magis per sapientiam. Unde *I Cor. I, 22 : Judai signa pertinunt, et Graci sapientiam querunt.* Ut ergo Dominus omnibus ostenderet viam salutis, utramque viam pandere voluit, scilicet signorum et sapientie ut qui non perducentur ad viam salutis per miracula in veteri et novo

¹ Al. : « est ergo. »

² Al. : « fecit. »

³ Al. : « non ut. »

Testamento facta, saltem per viam sapientiae, ut in Prophetis, et aliis sacrae Scriptura libris, ad veritatis cognitionem perveniant. Quarta ratio est Chrysostomi: quia scilicet homines infirmi intellectus, veritatem et cognitionem Dei in seipso¹ capere non possunt: unde² voluit Deus eis condescendere, et illuminare quosdam homines de divinis praे aliis, ut ab eis humano modo cognitionem de divinis acciperent, quorum cognitionem in seipsis attingere non valebant; et ideo dicit: *Ut omnes crederent per illum;* quasi dicit: *Venit in testimonium, non propter ipsum lumen, sed propter ipsos homines, ut scilicet crederent per illum.* Sic ergo patet idonea esse et congruentia testimonia Prophetarum, et ideo recipienda, utpote nobis necessaria ad veritatis cognitionem.

Dicit autem crederent, quia est duplex participatio divini luminis. Una scilicet perfecta, quae est in gloria. Psal. xxxv, 10: *In lumine tuo videbimus lumen:* alia est imperfecta, quae scilicet habetur per fidem: *quia venit in testimonium.* De istis duobus modis dicitur 1 Cor. xii, 12: *Videmus nunc per speculum in anxigate;* tunc autem facie ad faciem. Et ibidem dicitur: *Nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.* Istorum autem modorum prior est modus participationis per fidem, quia per ipsam pervenitur ad speciem³. Unde Isai. viii, 9, secundum aliam litteram: *Nisi credideritis, non intelligetis: ubi nostra habet: Si non credideritis, non permanebitis.* Il Cor. iii, 18: *Nos autem omnes revelata facit gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem scilicet quam perdidimus transformamur a claritate in claritatem.* Glossa: A claritate fidei, in claritatem speciei. Dicit ergo: *Ut omnes crederent per illum:* non ut omnes viderent illum perfecte statim, sed ut primo per fidem credendo, et postea per speciem⁴ in patria perfuerio. Dicit autem, *Per eum,* ut ostendat differentiam ejus ad Christum. Christus enim venit ut omnes crederent⁵

et per eum et in eum. Infra vii, 38: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, fluminia de ventre ejus fluunt aquæ vivæ.* Joannes vero ut omnes crederent, non quidem in eum, sed in Christum per eum.

Sed contra. Nou omnes crederent per illum: si ergo venit ut omnes crederent per illum, frustra venit. Respondeo dicendum, quod⁶ quantum est ex parte Dei mittentis, et ex parte Joannis venientis, sufficiens modus adhibitus est omnibus pervenienti ad fidem, sed ex parte eorum qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Psal. xvi, 2: et noluerunt videro ipsum lumen, defectus fuit, quia non omnes crederent. Licet autem Joannes, de quo tot dicta sunt, et quod missus a Deo, magnus sit; nihilominus tamen ejus adventus non est sufficiens hominibus ad salutem: quia salus hominis in hoc consistit quod participet ipsam lucem: unde, etsi Joannes lux fuisset, sufficeret hominibus ad salutem ejus adventus; sed ipse non erat lux: unde dicit: *Non erat ille lux.* Et ideo necessaria erat lux, quae sufficeret hominibus ad salutem. Vel aliter, Joannes venit ut testimonium perhibet de lumine. Consuetum est autem testificantem esse majoris auctoritatis quam ille cui perhibet testimonium: ne ergo credatur Joannes esse majoris auctoritatis quam Christus, dicit Evangelista: *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhibet de lumine.* Testatur enim non quia maior, sed quia notior, etiam si sit minor.

Sed queritur de hoc quod dicit, *Non erat ille lux.* Contra⁷ dicitur Ephes. v, 8: *Erat aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.* Et Matth. v, 14: *Vos estis lux mundi.* Sunt ergo Joannes, et Apostoli, et omnes boni, lux.

Respondeo. Quidam dicunt, quod Joannes non erat lux cum articulo, quia hoc est solius Dei proprium; sed si lux ponatur sine articulo, erant Joannes, et omnes sancti, facili lux: quod est dictu: *Filius Dei est lux per essentiam; Joannes vero et omnes Sancti, per participationem.* Et

¹ Parm. : seipsa.

² Al. deest: « unde. »

³ Al. : « ad speciem. »

⁴ Al. : « per speciem. »

⁵ Parm. omittit: et per eum. etc.

⁶ Al. omittitur: « quod. »

⁷ Al. : « consequenter. »

ideo quia Joannes participabat vernum lumen, congruenter testimonium perhibebat de lumine. Ignis enim convenientius

manifestatur per aliquid aliud; et color per coloratum.

LECTIO IV.

4. Erat lux vera, quaë illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognovit.

1. Superius egit Evangelista de praecursori et teste Verbi incarnati; in parte vero ista agit de ipso Verbo incarnato: et circa hoc tria facit. Primo ostendit adventus Verbi necessitatem; secundo ex adventu Verbi collatam nobis utilitatem, ibi, *In propria venit*; tertio veniendi modum, ibi, *Et Verbum caro factum est etc.* Necessitas autem adventus Verbi videtur esse defectus divinae cognitionis, quaë in mundo erat. Unde hanc necessitatem sui adventus assignat, dicens infra xviii, 37: *In hoc natus sum, et ad hoc venui.* Ad insinuandum ergo hunc divinae cognitionis defectum, duo facit Evangelista. Primo ostendit quod iste defectus non est ex parte Dei, neque ex defectu Verbi; secundo ostendit quod est ex parte hominum, ibi, *Et mundus eum non cognovit.* Quod autem non fuerit defectus ex parte Dei et Verbi, quin homines Deum cognoscerent et illuminarentur a Verbo, ostendit ex tribus. Primo ex ipsis divinae lucis efficacia: quia erat lux vera, quaë illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; secundo ex ipsis divinae lucis presentia: quia in mundo erat: tertio ex ejus evidentiâ: quia mundus per ipsum factus est. Non fuit ergo defectus divinae cognitionis in mundo ex parte Verbi, quia efficax est: unde primo ostendit rationem hujus efficacie: quia erat lux vera; secundo ipsam ejus efficaciam: quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Est enim officiax divinum Verbum ad illuminandum: quia erat lux vera. Quomodo autem Verbum sit lux et quomodo sit

lux hominum; quia supra satis explanatum est, superfluum est ad præsens reitterare. Istud tamen ad præsens est dicendum, quomodo sit *lux vera.* Notandum est ergo ad hujusmodi evidentiam, quod verum in Scriptura tribus opponitur. Aliquando enim dividitur contra falsum, sicut illud Ephes. iv, 25: *Deponentes mendacium, loquimini veritatem.* Aliquando autem dividitur contra figurale, sicut illud infra i, 17: *Lex per Moysen data est: gratia et veritas per Jesum Christum facta est:* quia veritas¹ figurarum legis facta est per Christum. Aliquando vero dividitur contra participans, sicut illud I Joan. ult., 20: *Ut simus in vero Filio ejus:* qui scilicet noui est filius per participationem. Fuit autem ante adventum Verbi in mundo quedam lux, quam scilicet philosophi se habere jactabant; sed haec quidem falsa fuit: quia, ut dicitur Rom. i, 21: *evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Hier. x, 14: *Stultus factus est omnis homo a scientia sua.* Fuit etiam quedam alia lux, quam gloriabantur se habere Iudei ex doctrina legis; sed haec quidem lux erat lux figuralis. Heb. x, 1: *Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Erat etiam in Angelis et in sanctis hominibus lux quedam, in quantum specialiori modo per gratiam Deum cognoscebant; sed haec lux participata erat. Job xxv, 3: *Super quem non resplendet lumen illius?* quasi dicat: Quicumque lucidi sunt, intantum lucent in quantum participant lumen illius, id est Dei. Sed Verbum Dei noui erat lux falsa, non figuralis, non participata, sed lux vera, id est per essentiam suam: et ideo dicit, *Erat lux vera;* in quo qui-

¹ Al. : « necessitas »

dem verbo excluditur duplex error, scilicet Photini, qui Christum opinatus est ex Virgine initium sumpsisse : et ideo non aliquis hoc suspicari posset, Evangelista loquens de incarnatione Verbi, dicit, *Erat lux vera, scilicet alia aeterno, non solum ante Virginem, sed ante omnem creaturam.* Excluditur etiam error Arii et Originis dieutum, Christum non fuisse verum Deum, sed per participationem tantum. Quid si verum esset, non esset lux vera, ut Evangelista dicit. Sicut enim dicitur I Joan. i, 4, *Deus lux est, non per participationem, sed lux vera.* Si ergo Verbum erat lux vera, manifestum est illud esse Deum verum. Patel ergo ratio efficacia divini Verbi ad divinam cognitionem causandam. Efficacia autem ipsius Verbi est, quia *illuminat omnem hominem venientem.* Omne enim quod est per participationem, derivatur ab eo quod est per essentiam suam tale : ut omne ignitum est hoc per participationem ignis, qui est ignis per suam naturam. Quia ergo Verbum est lux vera per suam naturam, oportet quod omne lucens luceat per ipsum, iquantum ipsum participat. Ipse ergo *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Sciendum est autem ad horum intellectum, quod mundus in Scriptura accipitur tribus modis. Aliquando enim rationem sue creationis, sicut hic inferius ait Evangelista¹: *Mundus per ipsum factus est.* Aliquando autem ratione sue perfectionis, ad quam per Christum pertinet, sicut illud II Corinth. v, 19: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Aliquando ratione sua perversitatis, sicut illud I Joan. v, 19: *Totus mundus in malicio positus est.* Illuminatio seu illuminari per Verbum, intelligitur duplíciter. Scilicet de lumine naturalis cognitionis, de quo dicitur in Psal. iv, 7: *Signatum est super nos lumen cunctus tui, Domine.* Item de lumine gratiae, de quo dicitur Isa. xi, 1: *Illuminare Hierusalem.* His duabus distinctionibus suppositis, facile solvitur dubitatio quae ex istis oritur. Cum enim dicit Evangelista,

Illuminat omnem hominem, videtur subesse falsum, cum adhuc multi sint in mundo tenebrosi. Si ergo nos memores dictarum distinctionum, accipiamus mundum, secundum quod ponitur ratione sue creationis; et illuminare, secundum quod accipitur pro lumine naturalis rationis : verbū Evangeliste nullam habet calumniam : quia homines omnes venientes in hunc mundum sensibilem, illuminantur lumine naturalis cognitionis ex participatione hujus vera lucis, a qua derivatur quicquid de lumine naturalis cognitionis participatur ab hominibus. Utitur autem Evangelista hoc modo loquendi, ut dicat, *Venientem in hunc mundum, non quod homines vixissent aliquo temporis spatio extra mundum, et postea venirent in mundum, cum hoc sit contra sententiam Apostoli. Rom. ix, 11: Cum enim nondum nati essent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est etc.* Unde cum non egissent aliquid antequam nati essent, manifestum est quod anima non est antequam corpori conjugatur. Dicit ergo, *Venientem in hunc mundum, ut ostendat quod homines illuminantur a Deo, secundum hoc scilicet quod veniunt in mundum, idest secundum intellectum, qui est ab extrinseco : homo enim ex duplice natura constituitur, corporali scilicet² et animali seu sensibili, et intellectuali : et secundum corporalem quidem naturam, seu sensibilem, illuminatur homo lumine corporeo et sensibili ; secundum animam vero et intellectualem naturam, illuminatur lumine intellectuali et spirituali. Cum ergo homo secundum naturam corporalem non veniat in hunc mundum, sed sit ex hoc mundo ; sed secundum intellectualem naturam, quae est ab extrinseco, ut dictum est, sit³ a Deo per creationem : unde dicitur Eccl. xii, 7: *Donec omnis caro in suam revertatur originem, et spiritus dirigatur ad Deum qui fecit illum :* ostendit Evangelista quod haec illuminatio est secundum illud quod est ab extrinseco⁴,*

¹ Al. : « sicut Joan. i, »

² Parv. omittit : et animali seu sensibili.

³ Al. : « scilicet. »

⁴ Al. : « ab extrinseco. »

scilicet secundum intellectum, cum dicit : *Venientem in hunc mundum* Si vero accipiatur illuminari pro lumine gratiae, sic hoc quod dicitur, *Illuminat omnem hominem*, potest tripliciter exponi. Uno modo, secundum Origenem in illa *hom.* *Aquila grandis*, exponitur hoc modo, ut accipiamus mundum ratione sua perfectionis, ad quam perducitur homo reconciliatus per Christum; et tunc dicitur : *Illuminat omnem hominem venientem*, per fidem, in hunc mundum, spiritualem, scilicet Ecclesiam illuminatam lumino gratiae. Alio modo, secundum Chrysostomum, exponitur, accipiendo mundum ratione sua creationis; et talis est sensus : *Illuminat*, scilicet Verbum, quantum de se est, quia ex parte sua nulli deest, immo *vult omnes salvos fieri*, et ad agnitionem veritatis venire, ut dicitur I Tim. ii, 4 : *Omnem hominem venientem*, idest qui nascitur in hunc mundum sensibilem. Quod si aliquis non illuminatur, ex parte hominis est, avertentis se a lumine illuminante. Tertio modo, secundum Augustinum, exponitur, ut *ly omnem* sit distributio accomoda, ut sit sensus : *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, non simpliciter, sed *omnem hominem* qui illuminatur, scilicet quia nullus illuminatur nisi a Verbo. Dicit ergo, secundum Augustinum, *Venientem*, ut assignet rationem quare homo indiget illuminari; accipiendo tamen mundum ratione sua perversitatis et defectus; quasi dicat : Ideo indiget illuminari, quia venit in hunc mundum, perversitate et defectibus teñebrosum, et ignorantia plenum. De mundo spirituali primi hominis Luc. i, 79 : *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.*

Destrutur autem per verba prædicta error Manichæi ponentis, homines a principio contraria, idest diabolo, in mundo creatos fuisse : quia si homo fuisset creatura diaboli, veniens in mundum, non illuminaretur a Deo, sive a Verbo : quia Christus venit in mundum, ut dissolvat opera diaboli : I Joan. iii, 8.

Sie ergo patet ex efficiacia divini Ver-

bi, quod defectus cognitionis in hominibus non est ex parte ipsius Verbi : quia ad omnes illuminandos efficax est, cum sit *lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Sed ne credas defectum ipsum esse ex remotione seu absentia verae lucis, hoc excludens Evangelista, subdit, *In mundo erat*. Simile huic habetur Act. xvii, 28 : *Non longe est ab unoquoque nostrum*, scilicet Deus : *in ipso enim vivimus, et movemur, et sumus*, Quasi dicat Evangelista : Verbum divinum efficax est, et praesens est¹ omnibus ad illuminandum.

Notandum vero, quod in mundo diciatur aliquid esse tripliciter. Uno modo per continentiam, sicut locatum in loco. Infra xvii, 11 : *Hic in mundo sunt*. Alio modo sicut pars in toto : nam pars mundi dicitur esse in mundo, etiamsi non sit locata; sicut substantiae supernaturales, licet localiter non sint in mundo, tamen sunt ut partes. Psal. cxlv, 6 : *Qui fecit cœlum et terram; mare, et omnia quæ in eis sunt*. Neutro autem istorum modorum lux vera in mundo erat, quia nec localis est, nec pars universi; imo quodammodo ut ita licet loqui totum universum est pars, bonitatem ejus partialiter participans. Erat ergo in mundo tertio modo, sicut causa officie et conservans, Hier. xxiii, 24 : *Cœlum et terram ego impleo*. Sed tamen aliter est de Verbo agente et causante omnia, et aliter de aliis agentibus. Nam alia agentia operantur ut extrinsecus existentia : enim enim non agant nisi movendo et alterando aliquo modo quantum ad ea quæ sunt extrinseca rei ; ut extrinseca operantur. Deus vero operatur in omnibus ut interior agens, quia agit creando. Creare autem, est dare esse rei creatæ. Cum ergo esse sit intimum enilibet rei, Deus, qui operando dat esse, operatur in rebus ut intimos agens. In mundo ergo erat ut dans esse mundo.

Consuetum est autem dici, Deum esse in omnibus per essentiam, praesentiam, et potentiam. Ad cuius intellectum, sciendum est, quod per potentiam diciatur esse aliquis in omnibus quæ subdun-

¹ Al. : « homines et mundum a principio etc. »

² Parm. omittit : omnibus.

tur potentiae ejus; sicut rex dicitur esse in toto regno sibi subiecto, per suam potentiam; non tamen ibi est per praesentiam, neque per essentialiam. Per praesentiam dicitur esse in omnibus quae sunt in conspectu ejus, sicut rex dicitur esse per praesentiam in domo sua. Per essentialiam vero dicitur esse in illis rebus in quibus est sua substantia, sicut est rex in uno loco determinato. Dicimus enim Deum esse ubique per potentiam, quia omnia ejus potestati subduntur. Psal. cxxxviii, 8 : *Si ascendero in cœlum, tu illic es... si sumpsero penas meas diluculo, et habitavero in extremis maris; eternum illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua.* Per praesentiam vero, quia *omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*, quia sunt in mundo, ut habetur Hebr. iv, 13. Per essentialiam autem, quia essentia sua intima est omnibus rebus: oportet enim de necessitate omne agens, in quantum agens, immediate conjungi suo effectui: cum movens et motum oporteat simul esse. Deus autem actor est et conservator omnium, secundum esse inuisusque rei. Unde, cum esse rei sit intimum in qualibet re, manifestum est quod Deus per essentialiam suam, per quam omnia creat, sit in omnibus rebus.

Notandum autem, quod Evangelista signanter utitur hoc verbo *erat* cum dicit, *In mundo erat*, ostendens ab initio creature semper ipsum fuisse in mundo, causans et conservans omnia: quia si ad momentum subtraheret Deus virtutem suam a rebus conditis, omnia in nihilum redigerentur, et esse desinerent. Unde Origenes satis ad hoc congruo exemplo utitur, dicens, quod sicut se habet vox humana ad verbum humanum in mente conceptum, sic se habet¹ tota creatura ad Verbum divinum: nam sicut vox nostra est effectus verbi concepta in mente nostra, ita et creatura est effectus Verbi in divina mente concepti. *Dixit enim et facta sunt*: Psal. cxlviii, 5. Unde, sicut videmus quod statim, deficiente verbo nostro, vox sensibilis deficit; ita si virtus Verbi divini subtraheretur a rebus,

statim res omnes in ipso momento deficerent; et hoc, quia *est portans omnia verbo virtutis suarum*: Hebr. i, 3: Sic ergo patet quod defectus divinae cognitionis non est in hominibus ex Verbi absentia: quia *in mundo erat*. Non est etiam ex Verbi invisibilitate seu occultatione: quia fecit opus, in quo similitudo evidenter relinet, scilicet mundum. Sap. xiiii, 5: *A magnitudine speciei et creaturarum cognoscibiliter poterit eorum creator videri*. Rom i, 20: *Invisibilitas Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur*. Et ideo statim Evangelista subiungit: *Et mundus per ipsum factus est*: ut scilicet in ipso lux ipsa manifestaretur. Sit in artificio manifestatur ars artificis, ita totus mundus nihil aliud est quam quadam representatio divinae sapientiae in mente Patris concepta. Eccli. i, 10: *Sparsit illam super omnia opera sua*. Sic ergo patet quod defectus divinae cognitionis non est ex parte Verbi, quia effica est, cum sit *lux vera*; praesens est, quia *in mundo erat*; evidens est, quia *mundus per ipsum factus est*.

2. Unde autem sit hujus defectus, ostendit Evangelista consequenter, cum dicit: *Et mundus eum non cognovit*; quasi dicat: Non est ex parte ipsius, sed ex parte mundi, qui *eum non cognovit*. Dicit autem *eum* in singulari, quia supra Verbum dixerat noui solum lucem hominem, sed Deum: unde cum dicit *eum*, intelligit Deum. Ponatur autem hic mundus pro homine; Angeli namque cognoverunt eum intelligendo, elementa cognoverunt eum obediendo; sed *mundus*, idest homo habitator mundi, *eum non cognorit*. Et possumus hunc defectum cognitionis divinae referre vel ad naturam hominis, vel ad culpam. Ad naturam quidem: quia licet omnia haec prædicta auxilia data sint homini ut ducatur in cognitionem Dei, tamen ratio humana in se deficiens est ab hac cognitione. Job. xxxvi, 25: *Unusquisque intuetur eum procul*. Et iterum ibi ver. 26: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram*. Sed si aliqui eum cognoverunt, hoc fuit non in quantum fuerunt in mundo, sed in-

¹ Perim. omittit: nota.

² Al.: « poterat. »

quantum fuerunt unde¹ supra mundum, et tales quibus dignus non erat mundus : quia mundus eum non cognovit, perceperunt, hoc fuit in quantum non erant de hoc mundo. Si vero referatur ad culpam hominis, tunc hoc quod dicit, *Mundus eum non cognovit*, est quasi ratio quare ab hominibus Deus non cognoscitur : et sic accipitur mundus pro inordinato mundi amore ; quasi dicat : *Mundus eum non cognovit*, quia sunt mundi amatores : amor enim mundi, ut dicit Augustinus, maxime retrahit a Dei cognitione : quia *amor mundi inimicum Dei constituit* : Jac. iv, 4. Qui autem non diligit Deum, non potest eum cognoscere. 1 Cor. ii, 14 : *Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei*.

Notandum autem, quod ex hoc solvit quæstio Gentilium, qui vane querunt : Si a paucis temporibus Filius Dei pro salute humana mundo innotuit, videtur quod ante tempus illud naturam humana despiceret. Quibus dicendum est, quod non despexit, sed semper fuit in mundo ; et quantum in se est, cognoscibilis est ab hominibus : sed quod aliqui eum non cognoverunt, fuit eorum culpa, quia mundi amatores erant.

Notandum etiam, quod Evangelista loquitur de incarnatione Verbi, ut ostendat idem esse Verbum incarnatum, et quod erat in principio apud Deum, et Deus. Resumit quæ de ipso supra dixerat ibi enim dixerat, quod *Verbum erat lux hominum* ; hic vero dicit quod *erat lux vera*. Ibi, quod² *omnia per ipsum facta sunt* ; hic vero : *Et mundus per ipsum factus est*. Supra vero dixit, quod *sine ipso factum est nihil* ; idest, secundum unam expositionem, omnia conservans. Hic vero dicit, *in mundo erat* ; mundum et omnia creans et conservans.

¹ Parum, erronee hic interserit : Et est quasi ratio quare ab hominibus Deus non cognoscitur ; et sic mundus accipitur pro inordinate mundi amore, quasi dicat : *Mundus eum non cognovit* : unde si aliquid aeternum in mente.

³ ; Ibi dixit : *Et tenebrae eam non comprehendenterunt* ; hic vero ; *Et mundus eum non cognovit*. Et ideo totum hoc quod sequitur ab illo loco, *Erat lux vera*, videtur quedam explicatio superiorum.

Possumus etiam ex predictis accipere triplicem rationem quare Deus voluit incarnari. Una est perversitas hamanae naturæ, quæ ex sui malitia jam obtenebrata erat vitiorum et ignorantiae obscuritate. Unde supra dixerat, quod *tenebrae eam non comprehendenterunt*. Venit ergo in carnem Deus, ut tenebrae possent apprehendere lucem, idest ad cognitionem ejus pertingere. Isai. ix, 2 : *Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam*. Secunda propter insufficientiam propheticæ testimoniæ. Tenerunt enim Prophetæ, venerat Joannes ; sed sufficienter illuminare non poterant, quia *non erat ille lux*. Unde necessarium erat ut post Prophetarum vaticinia, post Joannis adventum, lux ipsa veniret, et sui cognitionem mundo tradiceret ; et hoc est quod Apostolus dicit, Hebr. i, 1 : *Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime locutus est nobis in Filio*. Et ii, Pet. i, 19 : *Habebitis propheticum sermonem, cui bene faciatis attentes*⁴, donec dies illucescat. Tertia propter creaturarum defectum, nam creature insufficietes erant ad ducentum in cognitionem creatoris : unde *mundus per ipsum factus est*, et *ipsum non cognovit*. Unde necessarium erat ut ipse creator per carnem in mundum veniret, et per seipsum cognosceretur ; et hoc est quod Apostolus dicit, 1 Cor. i, 21 : *Nam quia in Dei sapientia mundus non cognovit per sapientiam Deum, placuit Deo per studitiam prædicationis salvos facere credentes*.

² Al. deest : « quod. »

³ Al. : « observat. »

⁴ Al. : « Habetis firmorem propheticum sermonem : benefacietis attentes etc. »

⁵ Al. : « namque. »

LECTIO V

1. In propria venit; 2. et sui cum non repperunt. Quotquot autem repperunt eum, 3. dedit eis potestatem filios Dei fieri. 4. his qui credunt in nomine ejus: 5. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

1. Assignata necessitate incarnationis Verbi, consequenter Evangelista manifestat utilitatem ex ipsa incarnatione ab hominibus consequentiam: et primo insinuat lucis adventum, quia *in proprio venit*; secundo hominum occursum, ibi, *Et sui cum non repperunt*: tertio fructum ex adventu lucis allatum, ibi, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Ostendit ergo quod lux, quae erat praesens in mundo et evidens seu manifesta per effectum, non tamen cognoscetatur a mundo; et ideo *venit in propria*, ut cognosceretur. Sed ne, cum dicit, *Venit*, intelligeres motum localem hoc modo, ut scilicet venerit quasi desinens esse ubi¹ prius non erat; dicit Evangelista, *In propria*; id est in ea que erant sua, que ipse fecit²; et ubi ipse erat. Infra xvi, 28: *Exihi a Patre, et veni in mundum. Venit inquam in propria*, id est in Iudeam, secundum quosdam, quia quidem speciali modo sua erat. Psal. lxxv, 2: *Notus in Iudea Deus. Isa. x. 7: Vinea Domini exercituum domus Israel est*. Sed melius est, ut dicatur *propria*, id est in mundum ab eo creatum. Psal. xxii, 1: *Domini est terra*.

Sed si prius erat in mundo, quomodo *venit in mundum*? Respondeo dicendum quod venire in aliquem locum, dicitur dupliciter: scilicet vel quod aliquis veniat ubi nullo modo prius fuerat: vel quod ubi aliquo modo prius fuerat, incipiat³ esse quodam novo modo; sicut rex, qui prius erat in civitate aliqua sui regni per potentiam, ad illam postmodum veniens personaliter, dicitur venire ubi prius erat: venit enim per suam substantiam ubi prius erat solum per suam po-

tentiam. Sic ergo Filius Dei venit in mundum, et tamen in mundo erat. Erat quidem per essentiam, potentiam, et präsentiam; sed venit per carnis assumptionem; erat invisibilis, venit ut esset visibilis.

2. Deinde cum dicit, *Et sui cum non repperunt*, sequitur hominum occursus, qui differenter se habuerunt ad venientem: quia quidam eum repperunt, non scilicet sui: unde dicitur: *Et sui cum non repperunt*. Sui sunt⁴ omnes homines, quia ab eo formati. Genes. ii, 7: *Formativit Deus hominem*. Psal. xcix, 3: *Scitote quoniam Dominus ipse fecit nos*, quia ad ejus imaginem facti. Genes. i, 26: *Faciamus hominem*. Sed melius est ut dicamus: *Sui*, id est Iudei, *cum non repperunt*, per fidem credendo, et honoroando. Infra v, 43. *Ego veni in nomine Patris mei, et non recipistis me*: et infra viii, 49: *Ego honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me*. Sunt quidem Iudei sui, quia ab ipso in populum peculiarem electi. Deut. xxvi, 18: *Elegit te Dominus in populum peculiarem*. Sui secundum carnem conjuncti. Rom. ix, 3: *Ex quibus Christus, secundum carnem*. Item sui, ab eo beneficiis promoti. Isa, I, 2: *Filios enutri et exaltavi*. Sed licet sui, Iudei eum non repperunt; non defuerunt⁵ tamen qui cum non repperunt: unde subdit: *Quotquot autem repperunt*. Utitur Evangelista hoc modo loquendi, dicens, *Quotquot*, ut ostendat ampliorem esse factam solutionem quam fuerit promissio, quæ facta fuit solum suis, scilicet Iudeis. Isa xxxiii, 22: *Dominus legifer noster, Dominus rex noster ipse salvabit nos*. Sed solitus non solum fuit facta suis, sed *quotquot repperunt eum*, id est omnibus in eum credentibus. Rom. xv, 8: *Dico autem, Christum ministerum fuisse circuncisionis, propter ve-*

¹ Al.: « in hoc modo, scilicet venerit quasi desinens esse Verbi prius erat, at denuo incipiens esse Verbi etc. »

² Al.: « fecerit. »

³ Al.: « incipiebat. »

⁴ Parv. omittit: scilicet.

⁵ Parv. omittit: omnes.

⁶ Al.: « defecerunt. »

ritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum, idest patribus factas. Gentes autem super misericordia, quia misericorditer sunt recepi. Dicit, Quotquot, ut ostendat quod gratia Dei indifferenter datur omnibus recipientibus Christum. Actor. x, 43 : Ergo in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Et non solum liberis, sed etiam servis ; non solum masculis, sed etiam feminiis. Galat. iii, 28 : In Christo Iesu non est masculus nec femina, Gentilis vel Iudeus, circumcisio et præputium etc.

3. Deinde cum dicit, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, sequitur fructus ejus adventus : ubi primo ponitur fructus magnificentia, quia *dedit eis potestatem*, secundo ostendit quibus datur, quia *his qui credunt*; tertio insinuat modum dandi, quia *non ex sanguinibus*. Est ergo fructus adventus Filii Dei magnius, quia homines sunt per hoc filii Dei. Gal. iv, 5 : *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, ut adoptionem filiorum recipieremus*. Et hoc congrue : ut qui sumus filii Dei per hoc quod assimilamur Filio, reformemur per Filium. Dicit ergo : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*.

Ad cuius evidentiam sciendum est, quod homines sunt filii Dei per assimilationem ad Deum; et ideo secundum triplicem assimilationem hominum ad Deum, homines sunt filii Dei. Primo enim per gratiae infusionem : unde quiunque habet gratiam gratum facientem, efficit filius Dei. Rom. viii, 15 : *Non enim accepistis spiritum servitutis etc.* Gal. iv, 6 : *Quoniam estis filii Dei, misit Deus spiritum Filii sui*. Secundo assimilamur Deo per operum perfectionem, quia qui facit opera justitia, est filius. Matth. v, 44 : *Dilegitе inimicos vestros*. Tertio assimilamur Deo per gloriam adeptionem, et quantum ad animam per lumen glorie : I Joan. iii, 2 : *Cum apparuerit, similes ei erimus* : et quantum ad corpus. Phil. iii, 21 : *Reformabit corpus humilitatis nostræ*. Unde de ipsis duobus dicitur Rom. viii, 23 : *Adoptionem filiorum Dei expectantes*. Si ergo accepiamus potestatem filios Dei fieri, quantum ad operum

perfectionem et gloriae adeptionem, nullam difficultatem habebit sermo : quia cum dicit, *Dedit eis potestatem*, intelligitur de potestate gratiae, qua habita, potest homo facere opera perfectionis, et adipisci gloriam : quia, ut dicitur Rom. vi, 23, *Gratia Dei, vita eterna*. Et secundum hunc modum dicitur *Dedit eis*, qui eum receperunt, *potestatem*, idest infusionem gratiae, ² *filios Dei fieri*, bene operando, et gloriam acquirendo. Si vero intelligitur de gratiae infusione, tunc dubitationem habet hoc quod dicitur, *Dedit eis potestatem*; quia non est in potestate nostra fieri filios Dei, cum non sit in potestate nostra gratiam habere. Hoc ergo quod dicit, *Dedit eis potestatem* : aut intelligitur de potestate naturæ ; et hoc non videtur esse verum, quia infusio gratiae est supra naturam nostram : aut intelligitur de potestate gratiae, et tunc hoc ipsum est gratiam habere quod habere *potestatem filios Dei fieri*; et sic non dedit potestatem filios Dei fieri, sed filios Dei esse. Ad quod dicendum, quod in datione gratiae, requiritur in homine adulto ad justificationem suam consensus per motum liberi arbitrii ; nnde quia in potestate hominis est ut consentiat et non consentiat, *dedit eis potestatem*. Dedit autem hanc potestatem suscipiendi gratiam, duplice. Preparando, et hominibus proponendo. Sicut enim qui facit librum, et proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi ; ita Christus, per quem gratia facta est, ut dicitur infra, et qui *oppratus est salutem in medio terra*, ut dicitur in Psal. lxxiiii, 12 : *dedit nobis potestatem filios Dei fieri*, per gratiae susceptionem. Secundo, quia hoc non sufficit, cum etiam liberum arbitrium indigeat, ad hoc quod moveatur ad gratiae susceptionem, auxilio gratiae divinae, non quidem habitualis, sed moventis ; ideo dat potestatem movendo liberum arbitrium hominis, ut consentiat ad susceptionem gratiae : juxta illud Thren. ult. 21 : *Converte nos Domine ad te mouendo voluntatem nostram ad amorem tuum et convertemur*. Et hoc modo vocatur interior vocatio, de qua dicitur Rom.

¹ Al. : « pro minimo. »

² Al. omittitur : « *dedit*, »

viii, 30 : *Quos vocavit interius voluntatem instigando ad consentiendum gratiam hoc justificavit*, gratiam infundendo. Quia vero per hanc gratiam habet homo hanc potestatem conservandi se in divina filiatione, potest et aliter dici : *Dedit eis*, idest eum recipientibus, *potestatem Filios Dei fieri*, idest gratiam, per quam potentes sunt in divina filiatione conservari. I Joan. ult. 18 : *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed gratia Dei per quam regeneramur in filios Dei conservat eum*. Sie ergo *dedit eis potestatem filios Dei fieri*, per gratiam gratum facientem, per operum perfectionem, per gloria adeptiōnem; et haec præparando, movendo, et conservando gratiam.

4. Deinde cum dicit, *His qui credunt in nomine ejus*, ostenditur quibus conferatur fructus ejus adventus. Et hoc quidem potest accipi dupliceiter : vel ut sit expositorum superiorum, vel determinativum. Expositivum quidem, quia Evangelista dixerat : *Quotquot autem recuperunt eum*. Ut ergo ostendat quid est recipere eum, quasi exponendo, consequenter subjungit : *His qui credunt in nomine ejus*; quasi dicat : Hoc est recipere eum, in eum credere, quia per fidem Christus habitat in cordibus nostris, juxta illud Ephes. iii, 17 : *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris*. Illi ergo recuperunt eum qui credunt in nomine ejus. It determinativum vero ponitur ab Origene in homilia, quæ incipit, *Vox spiritualis*. Illo modo multi recipiunt Christum, dicentes se esse Christianos, qui tamen non sunt filii Dei, quia non vere credunt in nomine ejus, falsa dogmata de Christo suggestendo, subtrahendo scilicet aliquid sibi de divinitate vel de humanitate, juxta illud I Joan. iv, 3 : *Omnis spiritus qui solvit Christum, ex Deo non est*. Et ideo Evangelista, quasi determinando, dicit, *Dedit eis*, scilicet recipientibus eum per fidem, *potestatem filios Dei fieri*, illis tantum qui credunt in nomine ejus; idest, qui nomen Christi integrum servant, ut nihil de divinitate vel humanitate Christi diminuant. Potest etiam hoc referri ad formationem fidei,

ut dicatur, *H.*: scilicet *dedit potestatem filios Dei fieri*, qui credunt in nomine ejus, idest per fidem caritate formatam, opera salutis faciunt : illi enim qui habent solum fidem informem, non credunt in nomine ejus, quia non operantur ad salutem. Sed prima expositio, quia accipitur ut expositorum premissorum¹, magis propria est.

5. Deinde cum dicit, *Qui non ex sanguinibus etc.*, ostenditur qualiter conferatur hominibus tam magnificus fructus : quia enim dixerat, quod fructus advenientis lucis est potestas fieri filios Dei hominibus data : filii autem dicitur aliquis, ex eo quod nascitur : ne astimes eos materiali generatione nasci, dicit, *Non ex sanguinibus*. Ubi notandum est quod in carnali generatione duplex causa inventitur, scilicet materialis et motiva. Materialis quidem causa generationis est sanguis ; et ideo dicit : *Non ex sanguinibus*. Et² licet hoc nomen *sanguis* in latino non habeat plurale ; quia tamen in greco habet, ideo translator regulam grammaticæ servare non curavit, ut veritatem perfecte doceret. Unde non dicit, *Ex sanguine*, secundum latinos, sed *Ex sanguinibus* : quod intelligitur quicquid ex sanguine generatur, concurrens ut materia ad carnalem generationem. Semen autem, secundum Philosophum de Gen. animal., cap. xviii, est ultima superfluitas cibi sanguinei : unde sive semen viri sive menstruum mulieris intelligitur per sanguines. Causa vero motiva ad actum³ generationis carnalis est voluntas se commiscentium, scilicet maris et feminæ : quia licet actus virtutis generatiæ, secundum quod hujusmodi, non sit subjectus voluntati, praambula tamen ad ipsum voluntati subjiciuntur : et ideo dicit : *Neque ex voluntate carnis, pro persona mulieris, neque ex voluntate viri, ut ex causa efficiente, sed ex Deo nati sunt*, quasi dicat : Non carnaliter, sed spiritualiter filii Dei sunt. Accipitur autem hic caro, secundum Augustinum, pro muliere : quia siue caro obedit spiritui, sic mulier debet obedire viro. Gen. ii, 23, dixit Adam de muliere : *Hoc nunc*

¹ Parm. : melior est.

² Parm. omittit : ubi notandum, etc.

³ Parm. : ad actum carnalem.

os ex ossibus meis. Et attendendum, secundum Augustinum, quod sicut dissipatur possessio domus in qua principatur mulier et subjicitur vir, ita dissipatur homo, cum caro dominatur spiritui. Propter quod dicit Apostolus, Rom. viii, 12 : *Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.* De modo autem dictae generationis carnalis dicitur Sap. vii, 4 : *In ventre matris figuratus sum caro.* Vel possumus dicere, quod motivum ad carnalem generationem est duplex¹. Unum scilicet ex parte appetitus intellectivi, quae est voluntas; aliud a parte sensitivi, quod est concupiscentia. Ad designandum ergo materialem causam, dixit, *Non ex sanguinibus; sed ad designandum causam efficientem quantum ad concupiscentiam, dicit, Neque ex voluntate carnis;* quamvis improprie voluntas dicatur concupiscentia carnis; quo tamen modo dicitur Gal. v, 17 : *Caro concupiscit adversus spiritum etc.* Ad designandum vero appetitum intellectivum, dicit : *Non ex voluntate viri.* Sic ergo generatio filiorum Dei non est carnalis, sed est spiritualis, quia *ex Deo nati sunt.* I. Joan. v, 4 : *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.*

Nota autem, quod haec praepositio « de » semper denotat materialem causam, et efficientem, et etiam consubstantialem. Dicimus enim quod faber facit cultellum de ferro, et pater generat filium suum de seipso, quia aliquid sui concurrevit², aliquo modo ad generationem filii. Haec vero praepositio « a » semper denotat causam moventem. Haec vero praepositio « ex »

accipitur ut communis³ quia importat causam materiale, et efficientem, non tamen consubstantialem. Unde, quia solus Filius Dei, qui est Verbum, est de substantia Patris, immo cum Patre est una substantia; alii vero sancti, qui sunt filii adoptivi⁴, non sunt de ejus substantia; ideo Evangelista utitur hac prepositione « ex » dicens de aliis : *Ex Deo nati sunt;* de Filio vero naturali⁵, singulariter dicit quod de Patre est natus.

Notandum est etiam, quod secundum ultimam expositionem carnalis generationis, possumus accipere differentiam carnalis generationis ad spiritualem. Quia enim illa est ex sanguinibus, ideo carnalis; ista vero, quia non est ex sanguinibus, ideo spiritualis. Intra iii, 6 : *Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Item quia materialis generatio est ex voluntate carnis, idest ex concupiscentia, ideo est immunda, et generat filios peccatores. Ephes. ii, 3 : *Eramus natura filii ira.* Item quia illa est ex voluntate viri, idest hominis, facit filios hominum; haec vero, quia est ex Deo, facit filios Dei. Si vero hoc quod dicit, *Dedit eis potestatem,* voluit referre ad baptismum, propter quod in filios Dei regeneramur, possumus videre in hoc ordinem baptismi : ut scilicet primo requiratur fides, quod fit in catechumenis, qui debent primo instrui de fide, ut scilicet credant in nomine ejus; deinde regenerentur per baptismum, non quidem ex sanguinibus carniter, sed ex Deo spiritualiter.

LECTIO VI

1. El Verbum caro factum est, 2. et habitavit in nobis.

1. Posita necessitate adventus Verbi in carnem, et etiam utilitate, consequenter Evangelista modum venienti manifestat, dicens : *Et verbum caro factum est.* Et secundum hoc continuatur ad hoc quod dixerat, *In propria venit;* quasi dicat :

¹ Al. : « dupliceiter. »

² Al. : « occurrit. »

³ Al. : « accipitur communis. »

Verbum Dei in propria venit. Sed ne credas ipsum venisse locum mutando, ostendit modum quo venit, scilicet per incarnationem : eo enim modo venit quo missus est a Patre, a quo missus est, inquit, factus est caro. Galat. iv, 4 : *Misit Deus Filium suum factum ex muliere etc.*; ubi dicit Augustinus : *Eo mis-*

⁴ Al. : « sunt adoptivi. »

⁵ Parv. omittit ; singulariter dicit.

sum quo factum. Secundum Chrysostomum autem, continuatur ad illud, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*: quasi dicat: Si queris unde potuit dare haec potestatem hominibus ut illi Dei fierent; respondet Evangelista: Quia *Verbum caro factum est*, dedit nobis quod possemus illi Dei tieri. Galat. iv, 5: *Misit Deus Filium suum, ut adoptionem filiorum Dei recipieremus*. Secundum vero Augustinum, continuatur sic ad hoc quod dixerat. *Sed ex Deo nati sunt*: quasi enim dure videbatur ut homines ex Deo nascerentur; ideo quasi in argumentum hujus dicti, ut scilicet Verbum esse creditur, subdit Evangelista illud de quo minus videtur, scilicet quod *Verbum caro factum est*; quasi dicat: Ne mireris si homines ex Deo sunt nati, quia *Verbum caro factum est*; idest, Deus factus est homo¹.

Notandum, quod hoc quod dicitur, *Verbum caro factum est*, quidam male intelligentes, sumpserunt occasionem erroris. Quidam namque posuerunt Verbum ita carnem factum esse, ac si ipsum vel aliquid ejus sit in carnem conversum, sicut cum farina sit panis, et aer ignis; et hic fuit Eutyches, qui posuit commixtionem naturarum in Christo, dicens in eo eamdem fuisse Dei et hominis naturam. Sed hujus opinionis falsitas manifeste appetit: quia, sicut est dictum supra, *Verbum erat Deus*. Deus autem immutabilis est, ut dicitur Malach. iii, 6: *Ego Deus, et non mutor*: unde nullo modo potest esse quod in aliena naturam convertatur. Est ergo dicendum contra Eutychem: *Verbum caro factum est*: Verbum carnem assumpsit, non quod ipsum Verbum sit ipsa caro: sicut si dicamus, Homo factus est albus, non quod ipse sit ipsa albedo, sed quod albedinem assumpsit. Fuerunt etiam alii qui, licet crederent Verbum non in carnem mutantum, sed quod eam assumpsit, ipsum tamen dixerunt assumpsisse carnem sine anima: nam si carnem animataam assumpsisset, dixisset Evangelista: *Verbum caro cum anima factum est*. Et hic fuit error Arii, qui dixit, quod in Christo non

erat anima, sed Verbum Dei erat² ibi loco animae. Et hujus positionis falsitas appetit: tum quia repugnat sacrae Scripturae, que in pluribus locis mentionem facit de anima Christi, sicut illud Matth. xxvi, 38: *Tristis est anima mea usque ad mortem*; tum etiam quia quadam passiones animae recitantur de Christo, que in Verbo Dei nullo modo esse possunt, nec etiam in carne sola, sicut illud Matth. xxvi, 47: *Cupit Jesus tondere et moestus esse*: tum etiam quia Deus non potest esse forma alicuius corporis: nec etiam Angelus corpori uniri potest per modum formae, cum secundum naturam a corpore sit separatus; anima autem unitur corpori sicut forma. Non igitur Verbum Dei corporis forma esse potest. Praeterea constat quod caro non sortitur speciem carnis nisi per animam: quod patet, quia recedente anima a corpore hominis seu bovis, caro hominis vel bovis non dicitur caro nisi aequivoce. Si ergo Verbum non assumpsit carnem animatam, manifestum est quod non assumpsit carnem; sed *Verbum caro factum est*; ergo carnem animatam assumpsit. Fuerunt autem alii qui ex hoc moti, dixerunt, Verbum carnem quidem animatam assumpsisse, sed anima sensitiva tantum, non intellectiva; loco cuius, in corpore Christi dixerunt Verbum esse. Et hic fuit error Apollinaris, qui quandoque Arium sectatus est, tandem propter auctoritates praedictas coactus fuit ponere aliquam animam in Christo, quae posset harum passionum esse subjectum: ita tamen quod ratione et intellectu careret; sed loco horum, Verbum esset in homino Christo. Sed hoc manifesto appetit esse falsum, quia repugnat auctoritati sacrae Scripturae, in qua quedam dicuntur de Christo quae nec in divinitate nec in anima sensitiva nec in carne inveniri possunt; sicut illud quod admiratus est, ut dicitur Matth. viii, admiratio autem est passio animae rationalis et intellectivae, cum sit desiderium cognoscendi causam occultam effectus visi. Sic igitur sicut tristitia cogit in Christo ponere partem animae sensitivam, contra Arium; ita

¹ Al. : « Verbum caro Deus factus est homo. »

² Al. deest : « erat. »

admiratio cogit ponere in ipso partem animæ intellectivam, contra Appollinarem. Idem etiam appetet per rationem : sicut enim non est caro sine anima, ita non est vera caro humana sine anima humana, quæ est anima intellectiva. Si ergo Verbum assumpsit carnem animatam anima sensitiva tantum, et non rationali, non assumpsit carnem humana; et ita non poterit dicit Deus factus est homo. Praeterea ad hoc Verbum humanam naturam assumpsit ut eam repararet : ergo id reparavit quod assumpsit. Si ergo non assumpsit animam rationalem, non reparasset eam; et sic nullus fructus proveniret nobis ex Verbi incarnatione : quod falsum¹ est. *Verbum ergo caro factum est*; idest, carnem animatam anima rationali assumpsit.

Sed forte dicis : Si Verbum carnem sic animatam assumpsit, quare Evangelista de anima rationali mentionem non fecit, sed de carne solum, dicens : *Verbum caro factum est?* Respondeo dicendum, quod propter quatuor rationes Evangelista hoc fecit. Primo ad ostendendum veritatem incarnationis contra Manichæos, qui dicebant Verbum non assumpsisse veram carnem, sed phantasticam tantum, cum non esset conveniens ut boni Dei Verbum assumeret carnem, quam ipsi dicebant diaboli creaturam. Et ideo Evangelista, ut hoc excluderet, fecit de carne specialiter mentionem, sicut et Christus, Lue. xxiv, 39, existimantibus discipulis eum esse phantasma, veritatem resurrectionis ostendit, dicens : *Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Secundo ad demonstrandam Dei erga nos magnitudinem benignitatis. Constat enim quod anima rationalis magis conformis est Deo quam caro; et quidem magnum pietatis sacramentum fuisse, si Verbum assumpsisset animam humanam, utpote sibi conformatum. Sed assumere etiam carnem elongatam a simplicitate sue naturæ, fuit multo amplioris, immo inestimabilis pietatis indicium : secundum quod Apostolus dicit I ad Tim. iii, 16 : *Et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne.* Et ideo

ut hoc ostenderet Evangelista, solum de carne mentionem fecit. Tertio ad demonstrandam veritatem et singularitatem unionis in Christo : aliis enim hominibus sanctis utilit quidem Deus, quantum ad animam solum. Unde dicitur Sap. vii, 27 : *Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et Prophetas constituens.* Sed quod Verbum Dei uniretur carni, hoc est singulare in Christo, secundum illud in Psal. cxl, 10 : *Singulariter sum ego donec transcam.* Job. xxviii, 17 : *Non adæquabitur ei aurum.* Hanc ergo singularitatem unionis in Christo ostendere volens Evangelista, de carne solum mentionem fecit, dicens ; *Verbum caro factum est.* Quarto ad insinuandum congruitatem humanæ reparationis : homo enim per carnem infirmabatur : et ideo Evangelista volens insinuare adventum Verbi congruum esse nostræ reparationi, mentionem de carne specialiter fecit, ut ostenderet quod caro infirma, per carnem Verbi reparata fuit; et hoc est quod Apostolus dicit, Rom. viii, 3 : *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne.*

² Sed queritur quare Evangelista non dixit : Verbum carnem assumpsit ; sed potius, *Verbum caro factum est.* Respondeo dicendum, quod hoc ideo fecit ut excluderet errorem Nestorii, qui dixit, in Christo fuisse duas personas, et duos filios, et alium esse Filium Dei, alium filium Virginis : unde non concedebat quod Beata Virgo esset mater Dei. Sed secundum hoc Deus non esset factus homo : quia impossibile est quod duorum singularium, quæ diversa sunt secundum suppositum, unum prædictetur de alio. Unde si alia est persona Verbi, seu suppositum, et alia persona hominis, seu suppositum in Christo ; tunc non erit verum quod dicit Evangelista : *Verbum caro factum est* : ad hoc enim sit aliquid ut sit. Si ergo Verbum non esset homo, non posset dici quod Verbum sit factum homo. Et ideo signum Evangelista dixit, *Factum est* ; et non dixit, Assumpsit, ut ostendat quod

¹ Al. : « factum est. »

² Al. : « manifestum. »

unio Verbi ad carnem non est talis qualis est assumptio Prophetarum, qui non assumebantur in unitatem suppositi, sed ad actum propheticum; sed est talis quod Deum vere faceret hominem, et hominem Deum, idest quod Deus esset homo.

Fuerunt et alii, qui non intelligentes modum incarnationis, posuerunt quidem assumptionem predictam esse terminatam ad veritatem personae; confidentes in Deo unam personam Dei et hominis; sed tamen dicunt, in ipso fuisse duas hypostases, sive duo supposita, unum naturae humanae creatum et temporale, aliud divinae increatum et aeternum. Et talis est prima opinio quae ponitur in *III Sent.*, dist. vi. Sed secundum hanc opinionem non habet veritatem ista propositio: Deus factus est homo, et homo factus est Deus. Et ideo haec opinio damnata est tamquam haeretica in quinto Concilio, ubi dicitur: Si quis in Domino Iesu Christo unam personam et duas hypostases dixerit; anathema sit. Et ideo Evangelista ut omnem assumptionem excluderet quae non terminatur ad unitatem personae, utitur hoc verbo, *Factum est.*

Si vero queris quomodo Verbum est homo? Dicendum, quod eo modo est homo quo quicumque alias est homo, scilicet habens humanam naturam: non quod Verbum sit ipsa humana natura, sed est divinum suppositum unitum humanae naturae. Hoc autem quod dicitur, *Verbum caro factum est*, non aliquam mutationem in Verbo, sed solum in natura assumpta de novo in unitatem personae divinæ dicit. *Et Verbum caro factum est*, per unionem ad carnem: unio autem relatio quedam est; relationes autem de novo dictæ deo in respectu ad creaturas, non important mutationem ex parte

Dei, sed ex parte creaturae novo modo se habentis ad Deum.

2. Sequitur: *Et habitavit in nobis:* quod quidem dupliceiter distinguitur a premissis. Primo ut dicatur quod supra Evangelista egit de Verbi incarnatione, dicens: *Verbum caro factum est:* hic vero modum incarnationis insinuat, dicens, *Et habitavit in nobis.* Secundum enim Chrysostomum et Hilarium, per hoc quod Evangelista dicit, *Verbum caro factum est*, posset aliquis intelligere quod sit conversum in carnem, et non sint in Christo due nature distinctæ, sed una tantum natura, ex humana et divina commixta. Ideo Evangelista hoc excludens subjunxit: *Et habitavit in nobis*, idest in nostra natura, ut tamen in sua maneret distinctum. Illud enim quod in aliquid convertitur, non manet ab eo in quod' convertitur, secundum naturam distinctum. Quod autem ab aliquo non distinguitur, non inhabitat illud: quia habitat, distinctionem inhabitantis et in quo habitat importat; sed Verbum habitavit in nostra natura: ergo naturaliter est ab ipsa distinctum: et ideo in quantum humana natura a natura Verbi fuit in Christo distincta, dicitur habitaculum divinitatis, et templum, juxta illud infra 1, 21: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Et quidem quamvis a prædictis Sanctis hoc sane dicitur, ² cavenda est calumnia quam posset habere. Nam dum antiqui doctores et Sancti contra aliquem errorem exortum loquuntur, sic exaggerant, verbis large acceptis, errorem quem impugnant, ut alii incauti ex verbis illis in alium errorem labantur; et inde est quod ex verbis Augustini contra Manichæos qui libertatem arbitrii destruebant firmantis et extollentis arbitrii dignitatem, Pelagius occasionem sui erroris sumpsit, dicens quod homo non indiget gratia Dei

¹ Al.: « manifestum. »

² Parm.: cavenda est tamen calumnia quam aliqui ex hoc incurunt. Nam antiqui Doctores et Sancti emergentes errores circa fidem ita persequantur ut interdum viderentur in errores labi contrarios; sicut Augustinus contra Manichæos qui destruebant libertatem arbitrii taliter disputat quod videtur in heresim Pelagi incidisse. Hoc igitur modo Evangelista Joannes, ne per hoc quod dixe-

rat, *Verbum caro factum est*, intelligeretur in Christo confusio vel transmutatio naturarum, subjunxit: *Et habitavit in nobis:* ex quo verbo Nestorius occasionem sumens erroris, dixit, *Filius Dei sic esse unitum hominem ut tamen Dei et hominis non esset una persona: viduit enim quod Verbum per solam inhabitacionem per gratiam fuerit humana natura unitum. Ex hoc autem sequitur, quod Filius Dei non sit homo.*

ad vitandum peccata, et ad opera meritaria faciendum. Sie ergo sancti, confusio nem naturarum in Christo vitare volentes; posuerunt inhabitationem ratione jam dieta. Ex quo quidem Nestorius sui erroris occasionem sumens dixit Filium Dei non sic esse unitum homini ut Dei et hominis fieret una persona, sed propter Filii Dei inhabitationem in Christo quae est per gratiam. Et sic non sequeretur quod Filius Dei factus sit homo. Et ideo ad evidentiam praedictorum sciendum est quod in Christo duo considerare possimus: scilicet naturam, et personam. Secundum naturam autem attenditur in Christo distinctio, non secundum personam, quae una et eadem est in duabus naturis: quia humana natura in Christo fuit assumpta in unitatem personae. Inhabitatio ergo quam ponunt Sancti, referenda est ad naturam, ut dicatur, quod *habitavit in nobis*; idest, natura Verbi inhabitavit naturam nostram; non secundum hypostasim, seu personam, quae est eadem utrunque natura in Christo.

Quod autem blasphemat Nestorius, anctoritate sacrae Scripturae evidenter refellitur. Apostolus enim Phil. ii, 6: unionem Dei et hominis exinanitionem vocat, dicens de Filio Dei¹: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinare arbitratus est se esse aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Non autem dicitur Deus exinaniri ex eo quod creaturam rationalem per gratiam inhabitet: quia sic Pater et Spiritus sanctus exinanirentur, cum et ipsi inhabitare hominem dicuntur per gratiam. Dicit enim Christus de se et de Patre loquens, infra xiv, 23: *Ad eum veniemus, et mansio nem apud faciemus.* De Spiritu autem sancto dicit Apostolus, I Cor. iii, 16: *Spiritus Dei habitat in nobis.* Praterea, si Christus personaliter Deus non esset, praeumps-

tuosissime dixisset infra x, 30: *Ego et Pater unus sumus: et ibid. viii, 58: Antequam Abraham fuerit, ego sum. Ego autem personam loquentis demonstrat; homo autem erat, qui loquebatur²:*

Protest etiam aliter continuari, ut dicatur, quod supra egit de Verbi incarnatione; nunc autem agit de Verbi incarnati conversatione, dicens: *Et habitavit in nobis;* idest, inter nos Apostolos conversatus est familiariter: secundum quod dicit Petrus, Act. i, 21: *In omni tempore quo intravit et exiit inter nos Dominus Jesus.* Baruch. iv, 38: *Post huc in terris visus est.* Hoc autem Evangelista addidit propter duo. Primo, ut ostendat mirabilem conformitatem Verbi ad homines³ in conversando. Posset enim aliquis credere quod, si verbum caro factum fuisset, Christus fuisset dissimilis aliis hominibus in conversatione; et ideo dicit Evangelista: *Et habitavit in nobis, id est, sic verbum caro factum est quod conversatus est inter nos sicut unus ex aliis hominibus.* Phil. ii: *Exiunivit semetipsum formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo.* Secundo, ut ostendat sui testimonij veritatem. Evangelista enim supra de Verbo⁴ magna quadam dixerat, et adhuc multa de eo mirabilia dicturus erat: et ideo ut ejus testimonium credibilis⁵ fieret, accepit quasi in veritatis argumentum, se cum Christo conversatumuisse, dicens: *Et habitavit in nobis;* quasi dicit: Bene possum testimonium perhibere de ipso, quia cum ipso conversatus sum. I Joan. i, 1: *Quod fuit ab initio, quod audirimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contactaverunt de Verbo rite etc.* Et Act. x, 40: *Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praordinatis a Deo idest nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo.*

¹ Al. deest: Dei.

² Parm. omittit: Est ergo, etc. et habet: *Unum cum Patre praecexistebat Abraham.*

³ Parm.: homines inter quos sic conversatus est ut videretur quasi unus ex eis. Non solum enim in natura voluit assimilari hominibus, sed etiam in

convictu et familiarri conversatione absque peccato, cum eis voluit esse simul, ut sic homines sua conversationis dulcedine affectos traheret ad seipsum.

⁴ Al.: in Verbo.

⁵ Parm.: credibile.

LECTIO VII

1. Et vidimus gloriam ejus, 2. gloriam quasi Unigeniti a Patre, 3. plenum gratiae, et veritatis.

4. Posita Verbi incarnatione, hic consequenter Evangelista insinuat Verbi incarnationis evidentiam; et circa hoc duo facit: primo enim ostendit modum manifestationis Verbi incarnati; secundo utrumque modum exponit, ibi, *De plenitudine ejus nos omnes acceperimus*. Imotuit autem Apostolis Verbum incarnatum dupliceriter: velut notitiam verbi primo quidem per visum; secundo per auditum ex testimonio Joannis Baptiste. Primo ergo manifestat quid de Verbo viderint; secundo quid a Joanne audierint, ibi, *Joannes testimonium perhibuit de ipso*. Dicit autem tria de Verbo. Primo ejus gloriae manifestationem: unde dicit, *Et vidimus gloriam ejus*; secundo ejus gloriae singularitatem, cum subdit, *Quasi Unigeniti*; tertio huius gloriae determinationem: quia *plenum gratiae et veritatis*. Hoc autem quod dicit, *Vidimus gloriam ejus*, potest continuari ad praecedentia tripliciter. Primo ut sit¹ quasi argumentum ejus quod dixerat: *Verbum caro factum est*; quasi dicat; Et hoc habeo, et scio quod Verbum Dei est incarnatum, quia ego et alii Apostoli vidimus gloriam ejus. Infra in, 11 : *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur*. Et I Joan. 1, 1 : *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris etc.* Secundo continuatur, secundum Chrysostomum, ut sit expressivum² multiplicati beneficii; quasi dicat: Non solum hoc beneficium collatum est nobis per incarnationem Verbi, scilicet quod efficiamur filii Dei, sed etiam quod videamus gloriam Oculi enim debiles et infirmi lucem solis³; et hoc est quod subdit: *et vidimus gloriam ejus*.

¹ Parm. omittit: quasi.

² Parm.: multiplicis.

³ Parm. omittit: *Et hoc est subdit: Et vidimus gloriam ejus.*

* Al.: ad videndum in seipsa lucem divinam que illuminat omnem perspicuum actionalem

ejus; sed tunc eam videre possunt, cum in nube vel in aliquo corpore opaco resplendet. Ante incarnationem enim Verbi, mentes humanas erant invallidae ad ⁴ hominem, prout est in seipso; et ideo ut ejus visionis gaudio non privarentur, ipsa lux, Verbum scilicet Dei, carnem indui voluit, ut a nobis videri posset, juxta illud Exodi. xvi: *Respergerunt ad soliditudinem et viderunt gloriam Dei in nube*, idest, Verbum Dei in carne. Secundum Augustinum autem continuatur sic quod referatur ad beneficium gratiae. Oculi enim hominum non solum naturaliter desiciebant a contemplatione divinae lucis, sed etiam ex defectu peccati: secundum illud Psal. lxi, 9: *Supercedidit ignis*, (scilicet concupiscentiae) *et non viderant solem*, scilicet justitiae. Ut ergo ipsa divina lux posset a nobis videri, sanavit oculos hominum, faciens de carne, sua salutare collyrium, ut sic oculos ex concupiscentia carnis corruptos, Verbum collyrio sue carnis curaret. Et inde est quod statim cum Verbum factum est caro, dixerunt: *Et vidimus gloriam ejus*⁵. Dominus fecit lutum ex sputo, infra vi. Lutum quidem de terra est, sputum autem a capite derivatur: ita in persona Christi, natura quidem humana assumpta de terra est; Verbum vero incarnatum a capite est, scilicet a Deo Patre. Ille ergo lutum statim cum appossum fuit oculis hominum, *vidimus gloriam ejus*. Hunc autem gloriam⁶ scilicet claritatem Verbi Moyses videre optavit, dicens (Exod. xxxii, 18:) *Ostende mihi gloriam tuam*. Sed eam videre non meruit: immo dictum est a Domino (ibid. 23:) *Posteriora mea videbis*, idest umbras et figuram. Apostoli vero ipsam claritatem⁷ viderunt. II Cor. iii, 18:

naturam; et ideo, ut a nobis facilius cerni, contemplarique posset, imbe nostra carnis se texti.

⁴ Parm. omittit: quasi diceret: statim facto collyrio curati sunt oculi nostri.

⁵ Parv. omittit: scilicet claritatem Verbi.

⁶ Al.: *a claritate.* »

*Nos autem revelata facie gloriam Dei speculantes, in eamdem imaginem transformamur de claritate in claritatem¹. Prophetas vero hanc quidem claritatem viderunt, non tamen revelata specie, sed in figuris et enigmatibus. Hec dixit Isaías, quando vidit gloriam ejus. Apostoli autem² revelata facie, id est absque figuris et ideo dicitur Luc. x, 23 : *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Multi enim reges et Prophetæ voluerunt videare quæ vos videtis, et non viderunt.**

2. Consequenter eum dicit, *Gloriam quasi unigeniti, ostendit glorie ejus singularitatem. Cum enim de quibusdam hominibus inveniatur quod fuerunt gloriosi, sicut de Moyse³ legitur Exod. xxxiv, 29 : Et facies ejus facta est splendida, (vel cornuta, secundum aliam litteram;) posset aliquis dicere, quod ex hoc quod viderunt eum gloriosum, non debet dici quod Verbum Dei sit factum caro. Sed hoc Evangelista excludit, dicens : Gloriam quasi Unigeniti a Patre; quasi dicat : Gloria ejus non est sicut gloria Angeli, vel Moysis et Eliae, vel Elisci, vel cuiusque alterius; sed quasi Unigeniti : quia, ut dicitur Heb. iii, 3 : *Ampliori gloria iste præ Moyse dignus est habitus;*⁴ idest præ omnibus Sanctis et Angelis, est quia illi sunt gloriosi participatione, Verbum autem est ipsa gloria : *Quis similis Deo in filii Dei. Psal. lxxxviii, 7.* Hoc autem quod dicitur quasi non ponitur sanctum ad designandum similitudinem filiationis divinae secundum quod nos dicimus filii Dei, sed est expressivum veritatis, secundum Gregorium; et est modus, ut Chrysostomus dicit, sicut si aliquis vidisset regem multiplici gloria incidentem et interrogatus ab aliquo, qualiter regem vidisset, volens se⁵ breviter se expedire, illam multiplice gloriam uno verbo exprimeret, dicens, quod ipse incedebat sicut rex; idest, sicut regem decebat. Ita hic Evangelista, quasi interrogaretur ab aliquo, qualis es-*

set gloria Verbi quam viderat, non valens eam per omnia⁶ exprimere, dicit, eam esse quasi *Unigeniti a Patre*, id est talem quallem decebat⁷, Unigenitum Dei.

Attenditur autem singularitas gloriæ Verbi quantum ad quatuor. Primo quantum ad Patris testimonium, quod Filio reddidit : quia Joannes fuit unus de tribus qui viderunt Christum transfiguratum in monte, et audierunt vocem Patris dicentis Matth. xvi, 5 : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et de ista gloria dicitur II Petr. i, 17 : *Accipit a Deo Patres honorem et gloriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica gloria : Hic est Filius meus dilectus.* Secundo quantum ad Angelorum ministerium : nam ante incarnationem Christi homines erant Angelis subjecti : postmodum vero, Christo subjecti ministrarunt. Matth. iv, 11 : *Tunc accesserunt Angeli, et ministrabant ei.* Tertio vero ad naturæ obsequium ; tota enim natura Christo obediens ei obsequebatur ad nutum, utpote ab ipso instituta : quia *omnia per ipsum facta sunt.* Quod quidem nec Angelis nec alicui aliis creaturæ concessum est, nisi soli Verbo incarnato; et hoc est quod dicitur Matth. vii, 27 : *Qualis est iste, quia mare et venti obedient ei?* Quarto quantum ad docendi seu operandi modum. Moyses enim et alii Prophetæ non propria auctoritate praecelta dabant et homines instruebant, sed Dei : unde dicebant : *Hec dicit Dominus etc. et Locutus est Dominus ad Moysen etc.* Christus vero loquitur tanquam Dominus, et potestatem habens, idest propria virtute. Unde dicebat, Matth. v, 22 : *Ego dico vobis etc. : properter quod in fine sermonis ejus in monte dicitur, quod erat docens quasi potestatem habens etc.* Item alii Sancti operationib[us] miracula virtute non sua, Christus vero virtute propria. Unde dicitur Mare. i, 17 : *Quoniam est h[ec] nova doctrina, quia in potestate etiam spiritibus*

¹ Parm. : Moyses enim et alii Prophetæ Verbi gloriam manifestandam mundo in fine temporum speculabuntur in enigmatibus et figuris. Unde dicit Apostolus (infra 12, 41).

² Parm. : ipsam Verbi etc.

³ Al. : et Moyses. "

⁴ Parm. omittit : Id est præ omnibus.

⁵ Parm. omittit : breviter.

⁶ Parm. : plene.

⁷ Parm. : decebat.

immundis imperat, et obediant ei? Sic ergo singularis est gloria Verbi.

Nota autem, quod aliquando dicimus in Scriptura Christum unigenitum, sicut hic, et infra : *Unigenitus, qui est in similitudine Patris, ipse enarravit.* Aliquando vero dicimus ipsum primogenitum. Heb. i, 6 : *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit : Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Quod ideo est, quod sicut totius sanctae Trinitatis proprium est esse Deum, ita Verbo Dei proprium est quod sit Deus genitus. Et quandoque quidem nominamus Deum, secundum quod est in se ; et sic ipse solus singulariter est Deus per essentiam suam. Unde hoc modo dicimus quod est tantum unus Deus, secundum illud Exo. vi, 4 : *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est.* Quandoque nomen deitatis derivamus etiam ad alios, secundum quod aliqua similitudo divinitatis ad homines derivatur ; et sic dicimus multos deos, secundum illud 1 Cor. viii, 5 : *Siquidem sunt dii multi et domini multi.* Eodem modo ergo, si consideremus proprietatem Filii qua genitus est, quantum ad modum quo sibi ista filatio attribuitur, scilicet per naturam, dicimus ipsum Unigenitum Dei ; quia cum ipse solus sit naturaliter genitus a Patre, unus tantum est genitus Dei. Si vero consideremus ipsum Filium, secundum quod per similitudinem ad ipsum, filiatio derivatur ad alios, sic sunt multi filii Dei per participationem. Et quia per ejus similitudinem dicuntur filii Dei, ideo ipse dicitur primogenitus omnium. Rom. viii, 29 : *Quos præscivit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Sic ergo Christus dicitur Unigenitus Dei per naturam ; primogenitus vero inquantum ab ejus naturali filiatione per quamdam similitudinem et participationem filatio ad multos derivatur.

3. Consequenter cum dicit, *Plenum gratiae et veritatis, ipsam gloriam Verbi determinat ; quasi dicat : Talis est ejus*

¹ Parm. : divinitate.

² Parm. omittit : secundo vero, etc.

³ Parm. : unitur.

⁴ Parm. : quia enim ipse est infinitum bonum, id est sua auctoritas est infinita, ad quam infinite amandam non potest perlungere alicujus creature

gloria quod plenus est gratia et veritate¹. Possunt autem haec verba exponi de Christo tripliciter. Primo secundum unionem². Secundo vero secundum animam ejus perfectionem ; tertio, secundum capitum dignitatem. Secundum unionem quidem quia ad hoc datur gratia aliena ut per eam Deo conjugatur. Ille ergo gratia plenus est qui perfectissime Deo conjugatur³. Et alii quidem conjunguntur Deo per participationem similitudinis naturalis : Genes. i, 46 : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Alii per fidem, Eph. iii, 17 : *Habitate per fidem Christum in nobis.* Alii per claritatem : quia, qui manet in caritate, in Deo manet : ut dicitur I Joan. iv, 16. Sed omnes isti modi particulares sunt : quia neque per participationem naturalis similitudinis perfecte aliquis Deo conjugatur, neque videtur Deus per fidem sicuti est, neque per caritatem amatitur quantum amabilis est⁴ : cum infinitum ametur finite a creatura rationali ; et ideo non est plena conjunctio. Sed in Christo est plena conjunctio secundum quod humana natura assumitur a Deo, ut homo sit ipse Deus per unitatem personæ. Fuit ergo plenus gratia, inquantum non accepit a Deo aliquid donum gratuitum speciale, sed quod esset ipse Deus. Phil. ii, 9 : *Dedit illi nomen (scilicet Deus Pater Filio) quod est super omne nomen.* Roman. i, 4 : *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute.* Fuit etiam plenus veritatis, quia humana natura in Christo pervenit ad ipsam veritatem divinam, scilicet quod ille homo esset ipsa divina veritas. In aliis enim hominibus sunt multæ veritates participatae, secundum quod ipsa veritas prima per multas similitudines in mentibus eorum reluet ; sed Christus est ipsa veritas : unde dicitur Coloss. ii, 3 : *quod in ipso sunt absconditi omnes thesauri sapientie.* Inquantum anima Christi fuit plena gratia, quia omnia dona Spiritus Sancti absque mensura recepit. Infra ut. *Non*

amor ; et ideo non potest esse plena conjunctio. In Christo autem, in quo humana natura est unita divinitati in unitate suppositi, est inventa plena et perfecta conjunctio, ad inventum : quia talis fuit illa unio ut omnes actus tam divinae quam humanae naturæ essent actus suppositi.

enim datus est Spiritus ad mensuram; et secundum quod dicit Augustinus: In singulis membris corporis est unus sensus communis, scilicet sensus tactus. In capite vero sunt omnes sensus, ita omnes gratiae superabundanter sunt in capite Christo; in aliis vero sanctis est unum gratuitum donum commune omnibus, scilicet charitas, alia vero aliis spiritualia, quia divisiones gratiarum sunt. I Cor. xii. Sed Christus habuit omnem gratiam Spiritus Sancti. Ereditur virtus de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescat super eum Spiritus Domini: spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis; et replebit eum spiritus timoris Domini¹. Secundum capitulum dignitatem exponitur, in quantum Christus est caput Ecclesiae, et sic competit sibi gratiam in alios effundere, quam quidem gratiam refudit in nos et faciendo et docendo, secundum; illud Act. t:

Capit Jesus facere et docere. Videtur ergo plenus gratia, in quantum fecit gratiam justificando, nam lex vetus infirmabatur, nec justificare poterat. Sed Christus justificavit. Supra, eodem: gratia² et veritas etc. Rom. vii, 2: Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne.³ Item veritatem fecit, in quantum figuram veteris legis et promissiones factas patribus adimplavit. Rom. xv, 8: Dico Christum Jesus ministrum fuisse circumcisiois ad confirmandas⁴ promissiones patrum. II Cor. i, 20: Quotquot promissiones Dei sunt in illo Est. Item dicitur plenus gratia, quia⁵ ipsam nobis effudit gratiosis verbis docendo: Psal.: Diffusa est gratia in labiis tuis. Unde dicitur Luc. xxi, 3: quod omnes mane ibant⁶ idest, mane ire studebant. Sed plenus veritate: quia non docebat in enigmatis et figuris.⁷

LECTIO VIII

1. Joannes testimonium perhibet de ipso, 2. et clamat dicens: 3. Hic erat quem dixi: 4. Qui post me venturus est, aucte me factus est, quia prior me erat.

1. Posita evidentia Verbi, secundum quod⁸ ipsis Apostolis innotuit ipso Verbum accipientibus, consequenter Evangelista ponit ejus evidentiā, secundum quod Apostolis et aliis innotuit auditū,

¹ Parm.: Secundo possunt exponi. Secundum vero anima perfectionem secundum quam dicunt plenus gratiae et veritatis, secundum quod in anima ejus fuit plenitudo omnium gratiarum absque mensura aliqua. Infra ut, 33: Non enim datus est spiritus ad mensuram; qui tamen mensurante datus est omnibus creaturis rationalibus, tam Angelis quam hominibus; nam, secundum Augustinum, sicut in singulis membris corporis est unus sensus communis, scilicet sensus tactus, in capite vero sunt sensus omnes; ita in Christo, qui est caput omnis rationalis naturae, et specialiter Sanctorum, qui ei unitiuntur per fidem et caritatem, superabundanter omnes virtutes et dona inveniuntur; in aliis vero Sanctis participaciones sunt donorum et gratiarum, quavis commune donum omnium Sanctorum sit caritas. De plenitudine gratiae Christi dicitur Isa. xi, 1.

² Parm., addit: Fuit etiam Christus veritale plenum, quia ejus pretiosa et beata anima omnem veritatem tam divinam quam humanam ab instanti

per testimonium Joannis etc.; et circa hoc tria facit: primo enim testis introducitur; secundo testificandi modus insinuatur, ibi, *Et clamat*, tertio describitur testimonium ipsum, ibi, *Hic erat quem dixi* etc. Dicit ergo: *Nos* quidem gloriam ejus vidimus, sicut Unigenitus Patre,

2. Deinde cum dicit, *Et clamat dicens*⁹ ponitur modus testificandi, qui fit cum

conceptionis cognovit. Unde dicit ei Petrus (infra ult, 17): Tu omnia sis. Et in Psal. lxxxviii, 25: « Veritas mea (idest cognitio omnis veritatis) et misericordia mea (idest omnium gratiarum plenitudo) cum ipso. » Tertio modo possunt exponi.

³ Parm.: Et sic sibi competit gratiam communicare aliis, tam in mentibus hominum operando virtutem per gratia infusionem, quam merendo per doctrinam et opera et passiones mortis superabundanter gratiam infiniti mundis, si essent. In quantum igitur nobis largitus est perfectam justitiam, quam non poteramus habere per legem, quam infirmabatur que nullum justificare posset, neque ad perfectum adducere, intantum gratia plena est, ut dicitur.

⁴ Parm.: fuit veritate plenus.

⁵ Al.: « evançandas. »

⁶ Parm.: quia ejus doctrina.

⁷ Al.: « inuicabant. »

⁸ Parm.: nec palpabat vita hominum, sed veritatem et omnibus aperte, sine ulla fraude praedicabat. Infra xvi, 29: Ecce palam loqueris etc.

clamore; et ideo dicit, *Clamat, in qua nuntium libere sine timore.* Isa. xl, 9 : *Exalta in fortitudine vocem tuam... Ecce Deus noster.* Ardentiter, et ex magno fervore: quia, ut dicitur Eccli xi, viii, 1 : *Verbum ejus ut facula ardebat.* Isa. vi, 3 : *Seraphim clamabant alter ad alterum*: per quod intimir ardor mentis exprimitur. Per manifestacionem etiam clamoris ostenditur, quod non sub figuris neque occulte ad paucos sermo testificantis dirigitur; sed aperte et ostentive declaratur et denuntiatur veritas jam non paucis, sed multis. Isa. lviii, 1 : *Clama ne cesses.*

3. Deinde cum dicit, *Hic erat quem dixi,* quid sit testificatus, subjungit: ubi duo facit: primo enim describit continuatatem sui testimonii; secundo describit eum cui testimonium perhibet, ibi, *Qui post me venturus est, ante me factus est.* Fuit ergo testimonium Baptista continuum: quia non semel tantum, sed multoties; et etiam ante quam Christus ad ipsum venisset, Joannes testimonium ei perhibuit: et ideo dixit: *Hic erat quem dixi;* id est, antequam vidisse eum corporaliter, testimonium ei perhibui. Lue. I, 76 : *Tu puer Propheta Altissimi vocaberis.* Et hoc ideo, quia praesentem et futurum ostendit. Est etiam ejus testimonium certum, quia non solum¹, sed absentem etiam indicavit, unde dicit: *Hic est quasi eum digitus ostendens infra codem: praesentem Ecce agnus² Dei:* nam solitus erat saepè ad Joannem, antequam baptizaretur.

4. Describit autem consequenter eum cui testimonium perhibet, dicens: *Qui post me venturus est, ante me factus est.* Ubi notandum est, quod Joannes servat morem boni magistri qui non statim profundissima et occulta scientiae tradit discipulis, sed paulatim et manifestis eis procedit ad profundiora doctrinæ sic et

Joannes non statim dixit Christum esse Filium Dei, sed primo prætulit eum sibi ut ex hoc ad altiora duceret audientes. Erat enim Joannes tanta fama quod crederent eum homines esse Christum, et ideo a principio sufficiebat præferre eum sibi. Comparat autem Christum sibi primo quantum ad ordinem prædicationis; secundo quantum ad ordinem dignitatis; tertio quantum ad ordinem durationis. Quantum ad ordinem prædicationis.³ Prior quidem fuit Joannes, unde dicit: *qui, scilicet Christus, post me venit,* vel venturus est non in mundum, dicendum quia jam Christus natus erat quando haec dicit, sed ad prædicandum et in notitiam hominum. Et notandum, quod *ly venit* est temporis præsentis, quia in græco ponitur participium præsentis temporis. Præcessit autem Joannes Christum duplice ratione. Primo, secundum Chrysostomum quia Joannes erat consanguineus Christi secundum carnem. Luc. I, 16 : *Et ecce Elisabeth cognata tua etc.* Si ergo testimonium perhibuisse Christo postquam eum cognoverat, potuisset suum testimonium suspectum haberi; et ideo Joannes venit ad prædicandum, nondum habens familiaritatem cum Christo, ut ejus testimonium efficacius esset. Unde dicebat infra hoc cap. *Ego nesciebam eum: sed ut manifestetur in Israël, propterea veni ego, in aqua baptizans.*⁴ Secundo, quia in his quæ de potentia procedunt ad actum, imperfectum⁵ oportet præcedere tempore perfectum: unde dicitur 1 Cor. 15, 46 : *Non prius quod spirituale est, sed quod animale.* Et ideo perfectam Christi doctrinam debuit præcedere imperfectior doctrina Joannis, quæ quodam modo fuit media inter doctrinam legis⁶ quæ erat figuralis, et annuntiabat de longinquō Christum et doctrinam Christi quæ manifesta erat, et Christum mani-

¹ Parm.: nobis.

² Parm.: futurum, etc.

³ Parm. addit: Ex quo insinuatur, etc.

⁴ Parm.: non statim prædicat discipulis Christum esse Filium Dei, sed paulatim eos ad altiora provehit: primo præferens eum sibi, qui tamen tantæ famæ et autoritas erat ut crederetur esse Christus, vel aliquis de magnis Prophetis.

⁵ Parm. omittit: Prior quidem, etc., et loco illius

textus habet: Joannes præcessit Christum sicut filius dominum et sicut miles Regem, et sicut lucifer solem. Malach. 3, 1: *Ecce ego mittio Augeum meum, et preparabit a viam autem faciem meam.* » *Qui igitur post me venit, scilicet in notitiam hominum prædicando.*

⁶ Parm.: naturaliter præcedit.

⁷ Parm.: et prophetarum quæ.

feste annuntiabat.¹ Quantum vero ad ordinem dignitatis Christus prior fuit Joanne et hoc est quod dicit : *ante me factus est.* Unde sciendum est, quod ex hoc Ariani sumpserunt occasionem erroris. Dicebant enim quod hoc quod dixit, *Post me venit*, intelligitur de Christo secundum carnem assumptam ; sed hoc quod addit *Ante me factus est*, non potest intelligi nisi de Verbo Dei, quod carni praexistebat ; et propterea Christum in quantum² est Verbum, factum esse, et non esse Patri coaternum. Sed hoc,³ secundum Chrysostomum, insipiente dicuntur : quia si hoc esset verum, non dixisset Baptista *Ante me factus est, quia prior me erat* : cum nullus ignoret, quod si prior eoc erat ante eum factus est ; sed potius e converso dixisset : Prior me erat, quia factus est ante me. Et ideo, secundum Chrysostomum, intelligendum est de prioritate dignitatis, idest mihi prælatus est, et antepositus ; quasi dicat : Quamvis Jesus post me ad prædicandum venerit, tamen factus est ante me, idest dignior, et superior auctoritate, et hominum reputatione. Job. xxviii, 17 : *Non adæquabitur ei aurum etc.* Vel *ante me factus est*, idest coram ut habetur in *Glossa* : et littera in græco hoc sonat ; quasi dicat,

*coram meidest in conspectum eo, quia mihi apparuit et innotuit.*⁴ Quantum vero ad ordinem durationis, Christus præcedit Joannem; unde dicit : ⁵ *Quia prior me erat;* quia : Ipse est ab æterno⁶, ego ex tempore ; et ideo, licet cum predicando præcesserim ; tamen rationaliter prælatus est mihi⁷, *quia prior me erat*, scilicet ab æterno. Heb. ult. 8 : *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula.* Et infra 8, 58 *Anteq uam Abraham ficeret, ego sum⁸.* Sic ergo Christus secundum divinitatem præcedit duratione Joannem. Potest etiam exponi quod dictum est, *Ante me factus est*, ut referatur ad ordinem temporis secundum carnem : Christus enim in instanti sua conceptionis fuit perfectus Deus et perfectus homo, habens rationalem animam perfectam virtutibus, et corpus omnibus lineamentis distinctum, non tamen secundum quantitatem perfectam. Hier xxxi, 22 : *Mulier circumdabit virum.* scilicet perfectum. Constat autem quod Christus ante fuit conceptus quam Joannes esset natus, et perfectus homo ;⁹ et sic Christus fuit ante Joannem in sua humilitate perfectus, et ideo dicit : *Ante me factus est*, quia ipse prius fuit homo perfectus, quam natus fuisset ex utero.

LECTIO IX

1. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, 2. et gratiam pro gratia : 3. cuius lex per Moysen data est ; gratia et veritas per Jesum Christum facta est.

4. Verba ista usque ad locum illum illum, *Et hoc est testimonium Joannis*, dupliciter inferuntur. Nam secundum Originem, sunt¹⁰ verba prolata a Joanne Baptista, et subduntur ab eo quasi¹¹ in argumentum præmissorum ; quasi dicat : *Vere prior me erat* : quia de plenitudine ejus, scilicet gratiarum, non solum ego,

sed etiam omnes, Prophetæ et patres, accepimus :¹² ergo prior nobis erat. Et secundum hoc, ab illo loco, *Joannes testimonium perhibet, etc.*, incepit texere exordium sua incarnationis. Secundum Augustinum autem et Chrysostomum, sunt verba¹³ Joannis Evangelista et continua ntur ad hoc quod dixerat : *Plenum gratia et veritatis* ; ut dicatur sic : Supra Evangelista ostendit evidentiam Verbi¹⁴ incarnati et per visum et per auditum ; hic vero nitrunque explicat : et primo

¹ Parm. : comparat sibi, etc.

² Al. : quod carni praexistebat Christum, in quantum etc.

³ Parm. : haec expositiō stulta est.

⁴ Parm. : item comparat sum sibi.

⁵ Parm. omittit : Christus præcedit, etc.

⁶ Parm. addit : « Deus » et infra : homo fragilis.

⁷ Parm. : in fama, etc.

⁸ Parm. omittit : sic Ergo Christus, etc.

⁹ Parm. omittit : Et sic Christus, etc.

¹⁰ Al. : « sicut. »

¹¹ Al. : « qui. »

¹² Parm. omittit : ergo prior nobis erat, et habet : quia omnes, etc.

¹³ Parm. : ab hoc, etc.

¹⁴ Parm. : que innotuit.

quonodo Apostolis innotuit visu, quasi a Christo accipientibus; secundo quonodo Joannes testificatus est de eo, ibi, *Et hoc est testimonium¹ Joannis. Circa plenum duo facit. Primo ostendit Christum esse² fontem³ et originem⁴ totius spiritualis gratiae. Secundo ostendit derivationem gratiarum in nos a Christo esse, ibi, *Et gratiam pro gratia.* Dicit ergo primo : Experimento patet, quod vidimus eum plenum gratiae et veritatis : quia de plenitudine ejus nos omnes accepimus.⁵ et ideo possumus dicere eum plenum fuisse. Licit autem inveniamus in Scriptura aliquos plenos gratia, puta, sicut beatam virginem, Luc. i. : *Ave gratia plena*, et Stephanum, Act. vi. : *I Stephanus plenus gratia*, etc., alia tamen est plenitudo Christi ab istis. Illud enim dicitur plenum in quo nihil est vacuum. Potest ergo impleri capacitas animae gratiae quantum ad sufficientiam, ut, scilicet nil desit ei de gratia ad bonos actus faciendos, et ista plenitudo fuit in Stephano. Potest etiam impleri non solum quantum ad sufficientiam, sed etiam quantum ad redundantiam, et ista plenitudo redundantiae singulariter spiritualiter fuit in Christo, quia sic redundavit in alios ut esset gratiae auctor et factor. Sed in B. Virgine fuit medio modo, quia etsi fuerit plenitudo alicujus redundantiae in ea non tamen ipsa fuit redundantia gratiae in alios. Sed ab anima ejus redundabat gratia in carnem; nam per Spiritum sancti gratiam, non solum mens Virginis fuit Deo per amorem perfecte unita, sed ejus uterus a Spiritu sancto est⁶ impregnatus⁷. Et ideo statim cum dixisset Ga-*

¹ Al. : « et hoc testimonium. »

² Al. : « gratiam esse etc. »

³ Parm. : fontalem originem omnis.

⁴ Parm. : derivatum, etc.

⁵ Parm. : est autem plenitudo sufficientiae, qua aliquis est sufficiens ad actus meritorios et excellentes faciendos, sicut in Stephano. Item est plenitudo redundantiae, qua Beata Virgo excellit omnibus Sanctis, propter eminentiam et abundantiam meritorum. Est etiam plenitudo efficientiae et effluentiae, quae soli homini Christo competit, quasi auctor gratiae. Sic enim Beata Virgo redundavit gratiam in nos, ut tamen antea gratia nequamque esset : sed ab anima ejus gratia redundavit in carnem.

⁶ Parm. addit : supernaturaliter.

⁷ Al. : « sed ejus virtus per Spiritum sanctum est supernaturaliter impregnata. »

briel, *Ave gratia plena*, subiunxit de plenitudine ventris, dicens : *Dominus tecum.* Ut ergo Evangelista hanc singularem⁸ plenitudinem redundantiae et efficientiae de Christo ostenderet, dixit : *De plenitudine ejus omnes accepimus*, scilicet omnes Apostoli et Patriarchae et Prophetae et justi, qui fuerunt, sunt, et erunt, et etiam omnes Angeli.

Nota, quod haec prapositio « de » aliquando quidem denotat efficientiam⁹, aliquando consubstantialitatem, sicut cum dicitur : Filius est de Patre; aliquando vero partialitatem, sicut cum dico : accipe de hoc, quasi partem, et non totum, et haec tria dantur, cum dicit : *Et de plenitudine*, etc.; primo quidem denotat in Christo efficientiam gratiae, seu auctoritatem qua plenitudo gratiae quae est in Christo est causa omnis gratiae quae est creaturis intellectualibus *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et de generationibus meis*, idest ab iis quae ex me procedunt, *adimplimenti*. Secundo vero consubstantialitatem quia licet dona habitualia alia sint in nobis quam in Christo, tamen spiritus sanctus qui est in Christo unus et idem replet omnes sanctos, I. Cor. xii. *Hæc omnia operatur unus atque idem spiritus.* Joel. ii, 28 : *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Rom. viii, 9: *Siquis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Nam unitas Spiritus sancti facit in Ecclesia unitatem. Sap. i, 7 : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Tertio vero partialitatem in nobis. Christus vero quantum ad dona habuit plenitudinem spiritus sancti quem non ad mensuram recepit. Sed nos participamus aliquid de

⁸ Al. : « singulariter. »

⁹ Parm. : seu originalem causam, sicut cum dicitur, Radius est vel procedit de sole; et hoc modo denotat in Christo efficientiam gratiae, seu auctoritatem; quia plenitudo gratiae quae est in Christo, est causa omnium gratiarum que sunt in omnibus intellectualibus creaturis. Eccl. xxiv, 26 : « Venite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis (que scilicet de me procedunt) adimplimenti, » participatione sufficientis plenitudinis. Aliquando autem praepositio « de » denotat consubstantialitatem, ut cum dicitur, Filius est de patre; et secundum hoc plenitudo Christi est Spiritus sanctus, quo procedit ab eo consubstantialis ei in natura, in virtute et maiestate. Quanvis enim dona habitualia alia sint in anima Christi quam ea quae sunt in nobis, tamen spiritus sanctus, qui est in ipso, unus et idem replet omnes sanctificandos. I. Cor. xii. 2.

donis spiritus sancti quia ipsum ad mensuram recipimus. Ephes. iv, 7: *Unicuique autem nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi.*

2. Deinde cum dicit, *Et gratiam pro gratia*, ostendit derivationem gratiarum in nos per Christum; ubi duo facit. Primo ostendit quod accepimus gratiam a Christo, ex auctore; secundo accepimus ab eo sapientiam, ibi, *Deum nemo vidit unquam.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quod de plenitudine ejus accepimus; secundo necessitatem accipiendo ostendit, ibi, *Quia lex per Moysen data est etc.* Dicit autem primo quod accepimus de plenitudine Christi hoc quod dico *Et gratiam pro gratia.* Sed per hoc quod ponitur, cogimur intelligere quod de plenitudine ejus accepimus gratiam, et pro illa gratia accepimus aliam; et ideo vindendum est quae sit prima¹ et secunda gratia². Secundum Chrysostomum autem, prima gratia, quam totum genus humanum accepit, fuit gratia veteris testamenti accepta in lege, quae quidem magna fuit, iuxta illud Prov. iv, 2: *Donum bonum tribuum vobis etc.* Magnum enim fuit quod hominibus idololatria data sunt praecetta a Deo, et unius veri Dei vera cognitio. Rom. iii, 1: *Quid amplius Iudeo³ aut quae utilitas circumcisionis?* *Multum quidem per omnem modum.* *Primum quidem quia credita sunt eis eloquia Dei.* Pro gratia ergo ista, quae prima fuit, secundam longe meliorem accepimus. Zach. iv, 7: *Exsuperabit gratiam gratia.*

Sed numquid non sufficiebat prima gratia? Respondeo dicendum, quod non: quia per legem solum cognitione peccati datur, non ablato. *Neminum enim ad perfectum adduxit lex:* Hebr. vi, 19: Et ideo erat necesse quod alia gratia peccata auferens, et reconcilians Deo, veniret; et ideo dicit: *Quia lex per Moy-*

¹ Parv. : Tertio modo huc propositio de denotat partialitatemi, sicut cum dicimus, *Accipe de hoc pane vel vino, idest partem acceperis, et non totum;* et hoc modo accipiendo, nota in accipientibus partem de plenitudine derivari. Ipse enim accepit omnia dona Spiritus sancti sine mensura, secundum plenitudinem perfectam; sed nos de plenitudine ejus partem aliquam participamus per ipsum; et hoc secundum mensuram, quam unicuique Deus divisit. — ² Al. : « propria. »

sen data est; gratia et veritas per Jesus Christum.

3. Ubi Evangelista praefert Christum legislatori Moysi, quem Baptista sibi prætulerat. Moses autem reputabatur maximus Prophetarum. Deuter. ult. 10: *Non surrexit ultra Prophetus in Israel sicut Moyses.* Praefert autem eum Moysi, quantum ad excellentiam et dignitatem operum: *quia per Moysen lex data est;* et horum duorum, tantum unum excellit alium, quantum figuratum excellit figuram, et veritas ipsam umbram. *Umbram enim habuit lex futurorum bonorum etc.* enim habuit lex futurorum bonorum etc. Heb. x, 1. Item excellit quantum ad modum operaundi: *quia lex data est per Moysen, sicut per promulgantem⁴, non per facientem;* *quia solus Dominus est legifer noster:* Isai. xxxiii, 22: *Gratia autem et veritas facta est per Christum,* sicut per dominum et auctorem veritatis et gratiae, ut supra expositum est. Secundum Augustinum vero, prima est justificans et præveniens, quae non datur nobis ex operibus. Rom. xi, 6: *Si autem gratia, jam non ex operibus.* Pro ista ergo gratia, scilicet imperfecta, accepimus aliam gratiam consummatam, scilicet aeternae vitae: et quamvis aeterna vita aliquo modo meritis acquiratur, tamen quia principium merendi in omnibus est gratia præveniens, ideo vita aeterna dicitur gratia. Rom. vi, 23: *Gratia Dei vita aeterna.* Et, ut breviter concludatur, quicquid prævenienti gratiae de gratia additur, totum gratia pro gratia dicitur. Necessitas autem secundae gratiae est ex insufficientia legis, quae ostendebat quid faciendum⁵. Sed non juvabat ad impletendum; unde occasionaliter morte inducet. Unde dicitur ministrum fuisse mortis. *Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundant ministerium justitiae in gloria.* Item pro-

³ Parv. : prima gratia, pro qua, etc.

⁴ Al. : « video. »

⁵ Al. : « tradita. »

⁶ Al. : « promulgantem. » Parv. : proponentem.

⁷ Parv. : *Et quid cavendum erat; sed ad impletandum ea quae præcepit non præbebat auxilium, immo per occasionem operabatur occasionaliter quae tamen videbatur fuisse ad vitam Apostolus Rom. vi, et u. Corinth. iii, 9, dicit legem ministram fuisse mortis.*

mittebat auxilium gratiae, sed non solverebat, quia *neminem ad perfectum adduxit* le: ut dicitur Heb. vii. 19. Item per sacrificia et ceremonias veritatem novae gratiae figurabat¹, sed non manifestabat; et ideo necesse fuit quod Christus veniret, qui fecit gratiam per mortem occidendo peccatum per mortem suam, et moriendo gratiam meruit, per quam juvaremur ad impletum praecepta Dei. Rom. vi. 6, *Vetus homo noster simul crucifixus est etc.*² Item qui fecit veritatem et umbratiles figuram legis implevit, promissiones Patribus factas adimplevit: *Quodquod promissiones dictæ sunt etc.*, vel aliter: *Veritas per Je-*

sun facta est, quantum ad sapientiam quia docuit veritatem mundo occultam. Iuxta xviii. 37: *In hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.*

Sed si ipse Christus est veritas, ut infra xiv. dicitur, quomodo per ipsum facta est veritas, cum nihil possit fieri a seipso? Respondeo: *Dicendum est*, quod ipse est per suam essentiam veritas increata, quæ aeterna est, et non facta, sed a Patre est genita; sed per ipsum facta sunt omnes veritates create, quæ sunt quædam participationes et resurgentiae primæ veritatis, quæ in animabus sanctis reluent.

LECTIO X

¹ Deum nemo vidit unquam. ² Unigenitus Filius, quia est in sinu Patris.

1. Supra Evangelista ostendit quomodo gratiam Apostoli acceperunt a Christo, eo faciente; hic ostendit quomodo acceperunt ab ipso eam docente: et circa hoc tria facit. Primo ostendit hujus doctrinae necessitatem, dicens: *Deum nemo vidit unquam*; secundo doctoris ad docendum eam, facultatem, ibi, *Unigenitus qui est in sinu Patris*; tertio ipsam doctrinam declarat, ibi, *Enarravit*. Nec essitas autem hujus doctrinae erat defectus sapientiae in hominibus: quem quidem defectum Evangelista insinuabat per ignorantiam Dei, quæ in hominibus abundabat, dicens: *Deum nemo vidit unquam*. Et hoc facil, congrue; nam sapientia proprie in cognitione Dei et divinorum consistit. Unde Augustinus dicit, quod sapientia est divinarum rerum cognitio, sicut et scientia humanarum.

Quod autem hic dicit Evangelista, *Deum nemo vidit unquam*, contrariari videtur pluribus auctoritatibus divinae Scripturae. Dicitur enim Isai. vi. 4: *Vidi Dominum sedentes super solium excelsum et elevatum*. II Reg. vi. 2, fere idem habetur, *Nomen Domini sedentis super*

Cherubim etc. Matth. v. 8, dicit Dominus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Sed si aliquis responderet ad hoc ultimum, dicens, verum esse quod in praeterito nullus vidit; sed in futuro videbit, sicut Dominus promittit: *Apostolus hoc excludit*, dicens I Tim. ult. 16: *Lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit, sed nec videre potest*. Sed quia Apostolus dicit, Nullus hominum vidit, posset aliquis dicere, quod si non ab hominibus videri possit, saltem videtur ab Angelis: præsertim cum Deus dicat Matth. xviii. 10: *Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris*. Sed nec isto modo dici potest: quia, ut dicitur Matth. xxii. 30, *Fili resurrectionis erunt sicut Angeli Dei in celo*. Si ergo Angelii vident Deum in celo, manifestum est etiam quod et filii resurrectionis eum vident. I Joan. iii. 2: *Cum apparuerit, similes ei erimus, et videbimus eum sicuti est*. Quomodo ergo intelligendum est hoc quod dicit Evangelista: *Deum nemo vidit unquam*?

Ad hujus ergo intellectum sciendum est, quod Deus dicitur videri tripleiter. Uno quidem modo per subjectam creaturam, visui corporali propositam; siue

¹ Parum: figurabat, ipso suo vita clamans eam figuram, et ostentit: sed non manifestabat.

² Parum: Item ut manifestaretur veritas figurarum cœnteturum iu lege, et ut promissionem factam

patribus solverentur: u. Corinth. 4. Vel aliter, *Veritas per Christum facta est*, quantum ad sapientiam et veritatem occultam a seculis, quam veniens in mundum aperte docuit.

creditur Abraham vidiisse Deum, quando tres vident, et unum adoravit, Gen. xviii : unum quidem adoravit, quia tres, quos prius homines reputaverat, et postmodum Angelos credidit, recognovit mysterium¹ Trinitatis. Alio modo² per representatam imaginationem ; et sic Isaías vidit Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum. Plures visiones huic similes in Scripturis reperiuntur. Alio vero modo videtur per aliquam speciem intelligibilem a sensibilibus abstractam, ab his qui per considerationem magnitudinis creaturarum, intellectu intuentur magitudinem creatoris, ut dicitur Sap. xii, 5 : *A magnitudine speciei et creature cognoscibili poterit creator horam videri.* Rom. i, 20 : *Invisibilitas Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur.* Alio modo per aliquod spirituale lumen a Deo infusum spiritualibus mentibus in contemplatione ; et hoc modo vedit Jacob Deum facie ad faciem, Gen. xxxii ; quæ visio, secundum Gregorium, facta est per altam contemplationem. Sed per nullam istarum visionem, ad visionem divinae essentiae pervenitur : nulla enim species facta, sive qua informatur sensus exterior, sive qua informatur imaginatio, sive qua informatur intellectus, est representativa divinae essentiae sicut est. Illud autem homo per essentiam cognoscit quod speciem quam habet in intellectu, representat ut est : per nullam ergo speciem ad visionem divinae essentiae pervenitur. Quod autem nulla creatura species divinam essentiam representet, patet : quia nullum finitum potest representare infinitum ut est ; omnis autem species creata est finita : ergo etc. Præterea, Deus est suum esse ; et ideo ejus sapientia³ et bonitas, et quaecumque alia, idem sunt : per unum autem creatum non possunt omnia ista representari ; ergo cognitionis quæ Deus per

¹ AL. : « ministerium. »

² AL. : « aliquo modo. »

³ AL. : « et ideo est sapientia etc. »

⁴ Parm. : videbitur ab aliquo intellectu erento ; et quod nec ab Angelis vel beatis videtur. Sed hoc positivo ostenditur esse falsa et heretica tripliciter.

⁵ Parm. : quia naturale desiderium intellectus est cire et cognoscere causum omnium effectum co-

creaturs videtur, non est ipsius essentia, sed ænigmatica et specularis, et a remotis, Job xxxvi, 25 : *Omnes homines vident eum aliquo dictorum modorum, sed unusquisque intuitur procul : quia per omnes illas cognitiones non sevit de Deo quid est, sed quid nou est, vel an est.* Unde dicit Dionysius, lib. mystica Theologiae, quod perfectus modus quo Deus in vita presenti cognoscitur, est per privationem omnium creaturarum, et intellectorum a nobis.

Fuerunt autem aliqui dicentes, quod divina essentia nunquam videri¹ potest sed videtur ab Angelis et aliis beatis claritas Dei. Sed hoc ostenditur esse erroneum tripliciter. Primo quidem, quia contrariatur auctoritati divinae Scripturæ. I Joan. iii, 2 : *Videbimus cum sicuti est.* Et infra xvii, 3 : *Hac est vita eterna ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum.* Secundo, quia claritas Dei non est aliud quam ejus substantia : non enim est lucens per participationem luminis, sed per scipsum. Tertio, quia impossibile est quod aliquis perfectam beatitudinem consequatur, nisi in visione divinae essentiae² : Nullus enim beatus esse potest nisi omnino quietetur ejus naturale desiderium. Naturale autem in est intellectuali creatura quod aliquid effectus si ignoret causam, admiretur, et de ea desideret scire an sit, sed etiam quid sit. Unde et secundum philosophum hoc movit homines ad philosophandum. Si ergo intellectus creatus videret omnia creata, constat quod nisi sciret causam, admiraretur, et naturaliter desideraret eam scire. Causa autem omnium rerum est ipse Deus. Quidquid ergo de creaturis intellectus creatus cognoscat, non quietatur ejus naturale desiderium, nisi ipsam essentiam divinam videat et cognoscat ; et ideo auferre hominibus visionem divinae essentiae est auferre eis beatitudinem. Necesse

gnitorum ab eo ; quod non potest impleri nisi scita et cognita prima universalis omnium causa, que non est composita ex effectu et causa, sicut causa secunda ; et ideo auferre possilitatem visionis divinae essentiae ab hominibus, est auferre ipsum beatitudinem. Necesse est ergo ad beatitudinem intellectus creandi, ut divina essentia videatur. Matth. v, 8 : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. »

est ergo ad beatitudinem intellectus creati quod divina essentia videntur. Unde Dominus dicit : *Beati mundo corde, etc.*

Quo ad visionem autem divinae essentiae, oportet tria attendere. Primo, quia nunquam videbitur oculo corporali, vel aliquo sensu, vel imaginatione, percipitur. Nam enim sensus corporalis et imaginatio sint virtutes organorum corporalium, nihil per eas cognosci potest nisi corporeum et materiae. Deus autem incorporeus et immaterialis est. Infra iv, 24 : *Deus spiritus est* : Et ideo non nisi ab immateriali et spirituali oculo, scilicet intellectu, videri potest, unde dicitur : *Spiritus est Deus. Qui adorant eum, in spiritu et veritate, oportet adorare.* Secundo quia intellectus humanus quamdiu corpori corruptibili conjugatur, essentiam Dei videre non potest. Nam intellectus corpori corruptibili conjunctus deprimitur ex occupatione sensuum, et aggravatur ne possit ad summum contemplationis pertingere; et inde est quod anima quanto est magis depurata a passionibus corporalibus, et libera ab affectionibus terrenorum, tanto altius in contemplatione veritatis ascendit, et gustat quam suavis est Dominus. Summus gradus autem contemplationis est videre Deum per essentiam; et ideo quamdiu¹ aggravatur intellectus hominis per corruptionem corporis, idest, quamdiu in hac vita vivit, Deum non potest per essentiam videre. Exod. xxxiii, 20 : *Non videbit me homo et vivet.* Ad hoc ergo quod intellectus humanus divinam essentiam videat, necesse est ut totaliter deseret corpus : vel² per mortem; sicut Apostolus dicit II Cor. v, 8 : *Audemus, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et praesentes esse ad Dominus* : vel quod totaliter abstrahatur per raptum a corporis sensibus³, ita quod nesciat sive in corpore sive extra corpus sit⁴.

¹ Parm. : cum per sensus non percipientiam nisi sensata corpore; Deus autem incorporens est. Infra iv, 24 : *Deus spiritus est.* Secundo, quia intellectus humanus quamdiu corpori est conjunctus, Deum videre non potest, quia aggravatur a corruptibili corpore, ne possit ad summum contemplationis pertingere; et inde est quod anima quanto magis est a passionibus libera, et purgata ab affectionibus terrenorum, tanto amplius in contemplationem

sicut de Paulo legitur II Cor. ix. Tertio modo, quod nullus intellectus creatus quantumcumque abstractus fuerit, etiam sive per mortem a corpore separatus, videus divinam essentiam, ipsam nullo modo comprehendero potest. Et ideo communiter dicitur, quod licet divina essentia tota videatur a beatis, cum sit simplicissima et partibus carens; tamen non videtur totaliter, quia hoc esset eam comprehendere. Hoc enim quod dico totaliter, dicit modum quendam; quilibet autem modus Dei est divina essentia: unde qui non videt eum totaliter, non comprehendit⁵ eum. Comprehendere autem proprio dicitur aliquis aliquam rem cognoscendo, qui cognoscit rem illam quantum in se cognoscibilis est; alias, quamvis cognoscat eam, non tamen eam comprehendit: sicut qui cognoscit hanc propositionem: *Triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, syllogismo dialectico, non cognoscit eam quantum cognoscibilis est et ideo non cognoscit totaliter; sed qui cognoscit eam syllogismo demonstrativo, totaliter scit eam.* Unumquodque euim tantum cognoscibile est quantum habet de ente et veritate; sed ipse cognoscens tantum cognoscit quantum habet de virtute cognoscitiva: omnis autem substantia intellectualis creata est finita: ergo finite cognoscit. Cum ergo Deus sit infinitae virtutis et entitatis, et per consequens infinite cognoscibilis, a nullo intellectu creato cognosci potest quantum est cognoscibilis; et ideo omni intellectui creato remanet incomprehensibilis Job xxxvi, 26 : *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Solus autem Deus se ipsum comprehendit,*⁶ quia tanta est ejus virtus in cognoscendo quanta est eius entitas in essendo. Ilior. xxxii, 18 : *Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, incomprehensibilis cogitat.*

Sic ergo secundum præmissa intelligi-
veritatis ascendiit, et gustat quam suavis est Domi-
nus.

² Parm. : homo in corpore subiecto ex necessitate passioiuibus multis vivit.

³ Al. deest : » vel. »

⁴ Al. : » sensibilibus. »

⁵ Parm. omittit : ista quod nesciat, etc.

⁶ Al. : » apprehendit. »

⁷ Parm. : ipse comprehendendo.

tur *Deum nemo vidit unquam*. Primo sic. *Nemo*, idest nullus hominum, *vidit Deum*, idest essentiam divinam, oculo corporali et imaginario. Secundo *nemo*, in hac mortali vita vivens, *vidit divinam essentiam in seipsa*. Tertio *nemo*, homo vel *Angelus*, *vidit Deum*, visione comprehensionis. Quod autem de aliquibus dicitur, quod *Deum viderunt*¹ viventes in hac vita, oculo corporali, vel sensu imaginario, intelligitur non per essentiam, sed per subjectam creaturam, ut dictum est. Sic ergo necessarium erat quod recipieremus sapientiam, quia *Deum nemo vidit unquam*.

2. Hujus autem sapientiae sufficiens doctor nobis proponitur ab Evangelista, cum subdit: *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris*: in quo ostendit nobis doctor ipsius facultatem per tria; scilicet per naturalem similitudinem, et per singularem excellentiam, et per perfectissimam consubstantialitatem. Per naturalem similitudinem: quia filius naturaliter similitudinem patris habet. Et inde est etiam quod intantum aliquis dicitur filius Dei, in quantum similitudinem filii naturalis participat; et intantum cognoscit, in quantum similitudinem ejus habet: quia cognitio fit per assimilationem. I Joan. iii, 2: *Nunc filii Dei sumus*: et sequitur: *cum apparuerit, similes ei erimus, et videbimus cum sicuti est*. Et ideo in hoc quod Evangelista dicit, *Filius*, importatur similitudo, et aptitudo ad cognoscendum *Deum*. Sed quia iste doctor specialius quam alii filii *Deum cognoscit*, ideo Evangelista hoc insinuat per excellentiam singularem, cum dicit, *Unigenitus*; quasi dicat². Licit alii Filii *Deum cognoscant*, ista tamen quia singulariter *Filius* *suum* est, cum sit *unigenitus*, singulariter *Deum cognoscit*. Psal.: *Dominus dixit ad me. Filius meus es tu*, quasi singulariter quae aliis. Quanvis autem singulariter cognosceret, posset tamen sibi deesse facultas docendi, si non cognosceret totaliter; et ideo addit ter-

tium, scilicet consubstantialitatem ejus ad Patrem, cum dicit, *In sinu Patris*: ut non accipiat sinus prout in hominibus ueste praecinctis³ dici consuevit, sed pro Patris occulto. Illud enim in occulto gerimus quod in sinu portamus; occultum autem Patris est quia superexcedit omnem virtutem et cognitionem, cum divina essentia sit infinita. In illo ergo sinu, idest in occultissimo paternae naturae et essentiae, quae excedit omnem virtutem creaturæ, est unigenitus Filius; et ideo consubstantialis est Patri. Et quod Evangelista hic significavit per sinum, hoc David expressit per uterum, dicens, Psal. cix, 3: *Ex utero ante luciferum*, idest ex intimo et occulto meæ essentiae, incomprehensibili omni intellectu creato, *genui te*, et consubstantiali mibi, et ejusdem naturæ et virtutis et potestatis et cognitionis. Et I Cor. ii, 11: *Quæ sunt hominis nemo novit nisi spiritus hominis... et quæ sunt Dei, nemo novit: nisi spiritus⁴ Dei*. Comprehendit ergo divinam essentiam, que sua est. Anima autem Christi Denm cognoscendo non comprehendit, quia hoc non dicitur nisi de Unigenito, qui est in sinu Patris. Undo et Dominus dicit, Matth. xi, 27: *Nemo novit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius reuelare*: ut utrumque intelligatur de notitia comprehensionis, de qua hic⁵ videtur loqui Evangelista. Nullus enim divinam comprehendit essentiam, nisi solus Deus Pater, et Filius et Spiritus sanctus. Sic ergo patet facultas doctoris ad docendum.

Attende etiam⁶, quod per hoc quod dicit, *Qui est in sinu Patris*, excluditur error quorundam, dicentium Patrem invisibilem esse, Filium vero visibilem, et non visum fuisse in veteri testamento: nam ex hoc quod est in abscondito Patris, manifestum est quod naturaliter invisibilis est, sicut Pater: et propter hoc dicebat de ipso Ioseph. xli, 13: *Tu es vere Deus absconditus*. Et ideo in Scriptura divina fit mentio de incomprehensibili-

¹ Parm.: oculo, seu viventes in corpore.

² Parm.: iste cognoscit *Deum* pro aliis filiis; ideo dicitur *Unigenitus*, quia est *Filius naturalis*, eandem habens cum Patre naturam et cognitionem. Psal. ii, 7: «Dominus dixit «ad me: *Filius meus*

es tu».

³ Al.: «in hominibus uestitis et praecinctis».

⁴ Al.: «Christus Dei».

⁵ Al.: «hoc».

⁶ Parm.: notandum.

tate¹ Fili, Matth. ii, 27 : *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Poter quis novit nisi Filius*. Prov. xxx, 4 : *Quod nomen Fili ejus, si nosti?*

3. Consequenter Evangelista modum tradendi ipsam doctrinam insinuat, cum dicit. *Ipse enarravit*. Olim enim unigenitus Filius manifestavit Dei cognitionem per Prophetas, qui eam intantum annuntiaverunt in quantum aeterni Verbi fuerunt parecipes. Unde dicebant : *Factum est Verbum Domini etc.* Sed nunc ipse unigenitus Filius enarravit fidelibus. Isa. iiii. 6 : *Ego ipse qui loquebar, ecce adsum*. Heb. i, 1 : *Multo/ram multisque modis olim Deus loquens patribus in*

Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio. Et haec doctrina omnibus aliis doctrinis supereminet dignitate, auctoritate et utilitate, quia ab unigenito Filio, qui est prima sapientia, immediate est tradita. Heb. ii, 3 : *Quae cum initium accipisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est*.

Sed quid narravit nisi unum Deum? Hoc ipsum et Moyses enarravit. Deut. vi, 4 : *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est*. Quid ergo amplius Moyse? Multum per omnem modum : quia mysterium Trinitatis, et multa alia, que nec Moyses nec aliquis Prophetae narravit.

LECTIO XI

1. Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes et levitas ad eum, ut interrogarent eum : *Tu quis es?* Et confessus est, et non negavit, et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum : *Quid ergo? Elias es tu?* Et dixit, Non sum. Prophetas es tu? Et respondit, Non. 2. Dixerunt ergo ei : *Quis es?* ut responsum densus his qui miserunt nos. Quid dicas de teipso? 3. Ait : *Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini: sicut dicit Isaías Prophetas*.

1. Supra ostendit Evangelista quomodo Christus immotuit testimonio Joannis ipsis Apostolis; hic plenius explicat ipsum testimonium; et primo ponit testimonium Joannis ad turbas; secundo vero testimonium quod peribuit de Christo discipulis suis, ibi, *Altera die iterum stabat*. Si autem bene considerentur quae dicta sunt, duplex testimonium Joannis ad Christum invenitur. Unum quod tulit Christo in ejus praesentia, alind in ejus absentia : nisi enim in ejus praesentia testimonium Joannes tulisset, non dixisset, *Hic erat*; et nisi in ejus absentia, non diceret, *Quem dixi vobis*. Primo ergo Evangelista explicat testimonium Joannis quod tulit de Christo in ejus absentia; secundo quod tulit in ejus praesentia, ibi, *Altera die vidit*. Differunt autem haec duo testimonia; quia primum tulit² in-

terrogatus, alterum spontaneus; et ideo in primo testimonio non solum ponitur testimonium quod tulit, sed etiam ipsa interrogatio. Primo autem fuit interrogatus de persona; secundo de officio, ibi, *Et qui missi fuerant*. Ostenditur ergo primo quomodo Joannes confessus est so non esse quod non erat; secundo quomodo non negavit se esse quod erat, ibi, *Dixerunt ergo ei, Qui es?* Circa primum ponuntur tres interrogations et tres responsiones, sicut patet in littera. In prima autem interrogacione est magna Iudeorum reverentia ad Joannem, qui mittunt ad eum, ejus testimonium inquirentes : ubi magnitudo reverentiae ex quatuor colligitur. Primo ex mittentium dignitate : non enim Galilaei miserunt, sed illi qui praecepit fuerunt in populo Israel, scilicet Iudei, qui sunt de tribu Iuda, habitantes juxta Hierusalem. I Paral. v, de Iuda elegit Dominus principes populi. Infra iv, 22 : *Salus ex Iudeis est*. Secundo ex loci praeminentia, quia ab Hierusalem, quae est civitas sacerdotalis, et divino cultui manipulata. Infra iv, 20 : *Vos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet*. Isa. xix, 21 : *Et colent eum in hostiis et in muneribus*.

¹ Parm. omittit : Patris etc.
² Al. : « intulit »

² Al. : « Isa lv. Ante altare host. etc. »

Tertio ex nuntiorum auctoritate, qui sollemnes erant, et sanctiores in populo, quia sacerdotes et levita. Isa. lxi, 6 : *Vos sacerdotes Domini vocabimini. Quarto ex hoc quod miserunt ut Joannes de se testimonium perhiberet, quasi tantam fidem habentes dictis suis, ut crederent Joanni de seipso etiam testimonium perhibenti. Unde dicitur : Ut interrogarent eum, Tu quis es ? quod Christo non faciebant : immo dicebant ei, Joan. viii, 13 : Tu testimonium perhibes de te ipso etc. Consequenter cum dicit, Et confessus est, et non negavit, ponitur Joannis responsio. Ideo autem Evangelista ingeminat hoc quod dicit. Et confessus est, ut ostendat humilitatem Joannis : quia licet esset tantæ auctoritatis apud Judeaos ut cum crederent Christum, non tamen honorem sibi non debitum usurpabat : immo confessus est, quia non sum ego Christus.*

Sed quid est hoc quod dicit : *Confessus est, et non negavit ?* Videtur autem quod negavit, quia dicit se non esse Christum. Sed dicendum est, quod ideo non negavit veritatem, quia dixit se non esse Christum : alias negasset veritatem. Job. xxxi, 26 : *Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clare; et latatum est cor meum in abscondito, et osculatus sum manum meam ore meo : qua est iniquitas maxima, et negotio contra Deum altissimum.* Non negavit ergo veritatem, quia quantumcumque haberetur magnus, non est elatus in superbiam, usurpans sibi honorem alienum : *Et confessus est, quia non sum ego Christus :* quia vere non erat. Supra hoc cap. : *Non erat ille lux etc.*

Sed cum hi qui missi erant non quererent an esset Christus, sed quis esset ; quare Joannes respondit : *Non sum ego Christus ?* Sed dicendum, quod magis respondet ad mentem querentium, quam ad questionem : et hoc potest accipi dupliceiter. Secundum Origenem cuius intelligentium est, quod sacerdotes et levita bona intentione venerant ad ipsum. Cogoverant enim ex Scripturis, et prae-

cipe ex prophetia Danielis, quia jam venerat tempus adventus Christi. Unde videntes sanctitatem Joannis, suspicabantur eum esse Christum : unde miserunt ad Joannem, quasi scire volentes per hoc quod dicunt ei, *Tu quis es ?* an ipse se Christum fatetur. Et ideo eorum respondit menti : *Non sum ego Christus.* Chrysostomus vero dicit, quod isti fraudulenter interrogabant : nam Joannes cognatus erat sacerdotum, utpote principis sacerdotum filius : erat etiam sanctus : et tamen testimonium perhibebat Christo, cuius genus humile videbatur. Unde et dicebant Matth. xiii, 35 : *Nonne iste est fabri filius ?* et ignotus erat eis : et ideo cupientes magis habere magistrum Joannem quam Christum, mittunt ad eum volentes eum per illaditas allucere, et inducere 'ut sibi honorem hunc attribuens, confiteatur' se esse Christum. Quam quidem malitiam videns Joannes, dicit : *Non sum ego Christus.*

Secunda interrogatio ponitur consequenter, cum dicitur : *Et interrogaverunt eum : Quid ergo ? Elias es tu ?* Scieendum est autem, quod a populo Judeorum sicut expectabatur Dominus venturus, ita expectabatur Elias Christum praecessurus. Malach. ult. 5 : *Mittam vobis Eliam etc.* Et ideo videntes qui missi erant, quod Joannes non confitebatur se esse Christum, instant quod saltem confiteatur si est Elias. Et hoc est quod dicunt : *Quid ergo ? Elias es tu ?*

Quidam autem haeretici dicunt, quod anima de corpore transmituntur in corpus ; et hoc dogma tunc temporis erat in auctoritate apud Judeos : unde credebant quod propter similitudinem operum Joannis ad Elias, anima Elias esset in corpore Joannis : et dicunt, quod quererant isti a Joanne, an esset Elias : idest, an anima Elias esset in Joanne : et addueunt pro eis, quod dicit Dominus Matth. xi, 14 de Joanne : *Si rultis scire¹, ipse est Elias.* Sed tamen² contrariatur eis responsio Joannis dicens : *Non sum Elias.*

Ad quod ipsi respondent, quod Joannes ex ignorantia respondit, nosciens, an

¹ Al. deest : « et inducere. »

² Al. : « credere. »

³ Al. : « statim. »

anima sua esset anima Eliae. Sed contra hoc dicit Origenes : quod valde irrationabile videtur, quod Joannes tamquam Prophetæ a spiritu illuminatus, et de Dei¹ Unigenito tanta narrans, ignoraret de seipso, an nunquam ejus anima fuerit in Eliae.

Non haec ergo intentione quarebant : *Elias es tu?* sed quia habentes ex Scripturis IV Reg. ii, quod Elias non fuit mortuus, sed vivus raptus est per turbinem in celum, credebant² cum subito inter eos apparuisse.

Sed contra hoc est quod Joannes ex notis parentibus natus erat, nativitas ejus omnibus nota erat. Unde dicit Lue. i, 63 : *quod mirari sunt universi, et ponebant in corde suo, dicentes : Quis putas puer iste erit?* Ad quod potest dici, quod non est incredibile quod ita astimarent de Joanne sicut dictum est : quia et simile habetur Mare. xiv, quod Herodes credebat de Christo quod esset Joannes, quem ipse decollaverat : et tamen diu antequam Joannes decollatus esset, Christus praediceaverat, et mortuus³ fuerat ; et ideo ex simili amentia et crassitudine, Judei quarebant a Joanne an ipse esset Elias.

Sed quid est hoc quod dicit Joannes, *Non sum, scilicet Elias?* cum Christus dixerit Matth. xi, 14 : *Ipse est Elias.* Ille autem questionem solvit Angelus, Lue. i, 17 : *Ipse præcedet ante eum in spiritu et virtute Eliae;* in suis scilicet operibus. Non fuit ergo Elias in persona, sed in spiritu et virtute : quia scilicet similitudinem Eliae in suis operibus ostendebat. Potest autem attendi similitudo quantum ad tria. Primo quantum ad officium : quia sicut Elias secundum Dominum adventum præveniet, ita iste præcessit primum etc. Unde et Angelus dixit : *ipse præcedet ante ipsum etc.* Secundo quantum ad vivendi modum : quia Elias in desertis morabatur, parco utebatur cibo, et duris vestibus operiebatur, ut dicitur III Reg. xix, et IV Reg. i. Et Joannes in desertis erat, cibus ejus locusta et mel silvestre, et zona ejus de pilis camelorum. Tertio quantum ad ze-

lum : quia Elias maximi zeli fuit : unde dicebat III Reg. xix, 10 : *Zelo zelatus sum pro Domino.* Sic et Joannes zelo veritatis mortuus est, ut patet Matth. xiv.

Consequenter cum dicit, *Propheta es tu?* ponitur tercia quæstio : ubi primo queritur, cum dicatur Lue. i, 76 : *Tu puer Propheta Altissimi vocaberis etc.,* quid est quod Joannes interrogatus si esset Prophetæ, respondit se non esse Prophetam? Ad quod tripliciter respondetur. Uno modo quod Joannes non est Prophetæ simpliciter, sed plusquam Prophetæ ? alii namque Prophetæ solum futura prædicabant a remotis : Habae. ii, 3 : *Si moram fecerit, expecta illum.* Joannes vero Christum presentem annuntiavit, quasi digito ostendens. Infra hoc cap. : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ideo Matth. xi, Dominus dicit eum esse plus quam Prophetam. Item alio modo, secundum Origenem : quia Iudei ex malo intellectu tres excellentes personas futuras credebant circa adventum Christi, scilicet ipsum Christum, Eliam, et quemdam alium maximus Prophetam : de quo Deut. xviii, 15 : *Prophetam suscitabit nobis Dominus etc.* Et licet hic maximum Prophetæ, secundum veritatem, non sit alius quam Christus ; tamen secundum Iudeos alius est a Christo ; et ideo non querunt simpliciter utrum sit Prophetæ, sed an sit ille Prophetæ maximus : quod quidem ex ordine questionis appareat : nam primo querunt an sit Christus ; secundo an sit Elias ; tertio an sit Prophetæ ille. Et ideo in greco ponitur hic articulus, ut dicator ly Prophetæ, quasi antonomastice dictum. Tertio modo quia Pharisæi movebantur contra Joannem, quod sibi baptizandi officium præter ordinem legis et traditionem eorum assumpsisset. De tribus autem habetur in veteri Testamento, quibus competere poterat baptizare, scilicet de Christo : Ezech. xxxvi, 25, ex persona Christi dicitur : *Effundam super vos aquam mundam etc.* Item de Elia, de quo dicitur IV Reg. ii, quod divisit aquas Jordanis, et transiens

¹ Al. : « Dico. »

² Al. : « unde credebant. »

³ Al. : « notus. »

raptus est. Item de Eliseo, qui Naaman Syrum lavari fecit septies in Jordane, ut lavaretur a lepra : ut dicitur IV Reg. iv. Videntes ergo Judæi Joannem baptizare, credebant eum aliquem istorum esse, scilicet Christum, vel Eliam, vel Eliseum ; et ideo cum dicunt hic. *Propheta es tu?* interrogant an sit Eliseus. Et dicitur singulariter *Propheta*, propter multa miracula quæ fecerat : unde et ipse dicit IV Reg. v, 8 : *Sciat propheta esse in Israel.* Et secundum hoc respondet, *Non sum, scilicet Eliseus.*

2 Consequenter cum dicit, *Dixerunt ergo ei, Quis es?* ostendit quomodo confessus est se esse quod erat. Et primo ponitur interrogatio nuntiorum ; secundo responsio : ibi, *Ego vox clamantis in deserto.* Dixerunt ergo : *Quis es tu? ut responsum demus his qui miserunt nos;* quasi dicunt : Ad hoc missi sumus, ut sciamus quis es ; ideo dicas nobis : *Quid dicis de te ipso?* Sed attende Joannis devotionem : jam implevit quod Apostolus dicit, Gal. ii, 20 : *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.* Et ideo non respondet : Ego sum filius Zachariæ, vel talis, et talis ; sed solum illud in quo Christum sequebatur.

3. Unde dicit : *Ego vox clamantis in deserto.* Dicit autem se vocem esse, quia vox origine posterior est verbo, sed notitia prior. Nam verbum in corde conceptum, per vocem prolatum cognoscimus, cum sit signum ejus. Deus autem pater præcursorum misit Joannem in tempore factum, ut Verbum suum ab æterno conceptum annuntiaretur ; et ideo congrue dicit, *Ego vox.* Quod autem addit, *Clamantis*, potest intelligi dupliciter ; ut scilicet sit vel Joannis in deserto clamantis et prædicantis, vel Christi clamantis in ipso, secundum illud II Corinth. ult. 3 : *An experimentum ejus queritis qui in me loquitur Christus?* Clamat autem propter quatuor. Primo namque clamor manifestationem importat : et ideo ut ostendat quod Christus in Joanne et in se manifester loquebatur, clamat. Infra vii, 37 : *In novissimo die magno festivitatis stabat*

Jesus, et clamabat dicens : Si quis sit, veniat ad me, et bibat. In Prophetis autem non clamavit, quia prophetiam in anigmate et figuris datae sunt : unde in Psal. xvii, 12, dicitur : *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Secundo, quia clamor fit ad distantes ; Judæi autem elongati erant a Deo ; ideo necesse erat quod clamaret. Psal. lxxxvii, 19 : *Elongasti a me amicum et proximum.* Tertio clamat, quia surdi erant. Isa. xi, 9 : *Quis surdus, nisi servus meus?* Quarto clamat, quia cum indignatione loquitur, quia ipsi iram Dei² meruerunt. Psal. ii, 5 : *Loquetur ad eos in ira sua etc.* Sed attende quod clamat in deserto : quia Luc. iii, 2, *Pactum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto.* Et potest esse hujusmodi ratio et litteralis et mystica. Litteralis, quidem, ut in deserto manens, immutus esset ab omni peccato, ut sic dignior esset Christo testimonium ferre, et ex vita sua testimonium suum credibilius esset hominibus. Mystica autem causa duplex est : nam per desertum gentilitas designatur, juxta illud Isai. liv, 4 : *Multi filii deserta, magis quam ejus quæ habet virum.* Ut ergo ostenderet quod doctrina Dei de cetero non debet esse in Hierusalem tantum, sed in gentibus ; clamavit in deserto. Matth. xxi, 43 : *Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus.* Item per desertum intelligitur Judæa, quæ jam deserta erat. Matth. xxiii, 38 : *Ecce relinquetur vobis dominus vestre deserta.* Clamavit ergo in deserto, idest in Judæa, ut per hoc daretur intelligi, quod populus cui prædicabat, jam desertus erat a Deo. Psal. lxii, 3 : *In terra deserta et invia et in aquosa sic in sancto apparui tibi.* Sed quid clamat ? *Dirigate viam Domini* ; quia ad hoc missus fuit. Luc. i, 76 : *Tu puer Propheta Altissimi vocaberis, prævisis enim ante faciem Domini parare vias ejus.* Via autem ad recipiendum Deum parata et recta, est via justitiae : secundum illud Isai. xxvi, 7 : *Semita justi recta est etc.* Tunc enim semita justi est recta quando homo totus subjicitur Deo : ut scilicet intellectus per

¹ Al. : « ut autem sciat. »

² Al. : « quasi tam Dei etc. »

fidei, voluntas per amorem, operatio per obedientiam Deo subdantur : et hoc *sicut dicit Isaías Propheta* ; idest, sicut predi-

xit ; quasi dicat : Ego sum ille in quo ista complentur.

LECTIO XII

1. *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis ; et interrogaverunt eum, et dixerunt ei : quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta ? Respondit eis Joannes, dicens : Ego baptizo in aqua : 2. Medius autem vestrum stetit quem vos nesciatis : 3. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est : 4. Cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calcamenti.*
5. *Hic in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.*

1. Supra Joannes interrogatus perhibuit testimonium Christo de scipso quantum ad personam ; hic vero quantum ad officium. Et circa hoc ponuntur quatuor. Primo interrogantes ; secundo interrogatio, ibi, *Et interrogaverunt eum* ; tertio responsio, in qua testimonium perlibuit, ibi, *Respondit eis Joannes etc.* ; quarto locus ubi haec facta sunt, ibi, *Hac in Beithania facta sunt etc.* Interrogantes autem sunt Pharisæi : unde dicit : *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.* Et quidem, secundum Origenem, quod dicitur ex hoc loco, ad aliud testimonium pertinet : et isti qui missi sunt ex Pharisæis, non sunt iidem cum sacerdotibus et levitis, qui missi sunt a Judeorum universitate ; sed alii specialiter missi Pharisæis ; et secundum hoc dicitur, *Et qui missi sunt, non a Judeis scilicet, sicut fuerunt sacerdotes et levitæ, sed alii, erant ex Pharisæis :* et ideo dicit, quod quia sacerdotes et levitas disciplinati erant et reverentes, humiliiter et cum reverentia Joannem interrogant de ejus dignitate ; utrum scilicet Christus esset, an Elias, an Propheta : isti vero qui ex Pharisæis erant, secundum nomen suum divisi et importuni, contumeliosas voces prætendunt Baptista : unde dixerunt ei : *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta ?* Secundum alios vero, Gregorium scilicet, Chrysostomum, et Augustinum, isti qui ex Pharisæis, sunt illi iidem qui missi fuerant a Judais sacerdotes et levitæ. Quaedam enim secta erat inter Judæos, qui

propter exteriorem cultum divisi erant ab aliis : unde et Pharisæi, idest divisi,ocabantur : in qua quidem erant aliqui de sacerdotibus et levitis, et aliqui de populo. Ut ergo nuntii majoris auctoritatis essent, miserunt sacerdotes et levitas, qui erant ex Pharisæis, ut eis nec sacerdotalis ordinis dignitas, nec religionis decesset auctoritas. Ideo autem Evangelista addit hoc quod dicitur, *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis*, ut primo quidem rationem questionis baptismi Joannis, pro qua missi non fuerunt, assignet ; quasi dicat : Missi fuerunt, ut interrogaret a Joanne quis esset. Sed quod querunt, *Quid ergo Baptizas ?* fecerunt, quia erant ex Pharisæis, quibus eorum religio ausum præbebat. Secundo, ut dicit Gregorius, ut ostendat qua intentione quæserunt a Joanne, *Tu quis es ?* Pharisæi enim inter omnes alios insidiosi et calumniöse se habebant ad Christum. Unde ipsi dixerunt ei Matth. xii, 24 : *In Beelzebub principe demoniorum damonia ejicit.* Ipsi etiam inierunt cum Herodianis consilium, ut caperent Jesum in sermone : Matth. xxii, 15. Et ideo per hoc quod dicit, *Qui missi fuerant, erant ex Pharisæis*, ostendit, quod calumniöse se habebant, et ex invidia eum interrogaverunt. Interrogatio autem est de officio baptizandi : unde dicitur : *Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei : Quid ergo baptizas ? etc.* Unde notandum est, quod non querunt ut sciunt, sed ut impediant : quia enim videbant multitudinem populi ad Joannem currere, propter novum ritum baptizandi, et extraneum a ritu Pharisæorum et legis, invidiebant Joanni, et conabantur pro posse, impeditre baptismum ejus : et ideo se continuere non valentes, suam manifestant invidiam, et dicunt : *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta ?* quasi dicant : Non debes baptizare, ex quo negas te

esse aliquem illorum trium in quibus præfiguratus est baptismus, ut dictum est supra : scilicet, *si tu non es Christus, qui habiturus est fontem in ablutionem peccati ; et si non es Elias, sive Prophetæ, idest Eliseus, qui sicco¹ vestigio Jordanem transverunt, ut dicitur IV Reg. n, quomodo audes baptizare ? Similes istis sunt invidi, animarum profectum impediens : qui dicunt videntibus, *Nolite videre etc.* Isa. xxx, 10. Responsio autem est vera : unde dicit : *Respondit eis Joannes, dicens : Ego baptizo in aqua*; quasi dicat : Non debetis mirari, si ego, qui non sum Christus nec Elias nec Prophetæ, baptizo : quia baptismus meus non est completivus, sed imperfectus. Nam ad perfectionem baptismi exigitur lotio corporis et animæ : et corpus quidem secundum naturam lavatur aqua, anima vero non nisi spiritu : unde, *Ego Baptizo in aqua*; idest, corpore lavo corpos. Veniet autem aliis, qui perfecte baptizabit, scilicet in aqua et Spiritu sancto, Deus et homo, qui et corpus aqua et spiritum lavabit, ita quod sanctificatio spiritus derivabit ad corpus. Actor. 1, 5 : *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hodie.**

2. Testimonium autem perhibet de Christo, cum dicit : *Medius autem vestrum stetit etc.* : et primo per comparationem ad Iudeos : secundo per comparationem ad scipsum, ibi, *Ipse est qui post me venturus est*. Ad Iudeos autem comparat eum, dicens : *Medius autem vestrum stetit*; quasi dicat : Ego imperfectum opus feci; sed est *alius* qui perficiet opus meum, qui *medius vestrum stetit* :² quod quidem exponit multipliciter. Uno siquidem modo, secundum Gregorium, Chrysostomum et Augustinum, ut referatur ad communem Christi conversationem inter homines : quia secundum naturam humanam alias hominibus similis apparuit. Phil. n, 6 : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequali Deo*; sed semetipsum exanimavit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus

ut homo. Et secundum hoc dicit : *Medius vestrum stetit*; idest, multoties conservatus est quasi unus ex vobis. Luc. xxii, 27 : *Ego in medio vestrum sum. Quem vos nescitis*, idest, hoc quod Deus factus est homo, capere non potestis. Item nescitis quam magnus sit secundum naturam divinam, quæ in eo latebat. Job xxxvi, 26 : *Ecce Dominus magnus vincens scientiam vestram*. Et ideo, ut Augustinus dicit, accensa est lucerna scilicet Joannes ut inveniatur Christus. Psal. xii, 17 : *Paravi lucernam Christo meo*. Alio modo exponitur, secundum Origenem, et hoc dupliciter. Primo ut referatur ad Christi divinitatem ; et secundum hoc, *medius vestrum*, idest in medio omnium rerum, *stetit*, scilicet Christus ; quia ipse secundum quod Verbum, a principio creaturem implevit universam creaturam. Ilier. xxii, 24 : *Cœlum et terram ego impleo. Quem tamen vos nescitis* : quia ut dicitur supra, *In mundo erat... et mundus cum non cognovit*. Alio modo ut referatur ad causitatem humanae sapientiae, et dicatur : *Medius vestrum stetit*; idest, in intellectu omnium reducet : quia quicquid lucis et sapientiae est in hominibus, provenit eis ex participatione Verbi. Et dicit, *In medio*, quia in medio hominis corporaliter est cor, cui attribuitur quaedam sapientia et intellectus : unde licet intellectus non habeat organum corporale, tamen quia cor est principale organum, consuevit accipi pro intellectu : unde in medio stare dicitur secundum hanc similitudinem, inquit autem illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum : quem tamen vos nescitis : quia, ut dicitur supra, *lux in tenebris lucet, et tenebris cum non comprehenduntur*. Quarto modo exponitur ut referatur ad prophetam Christi prænuntiationem, ut sic respondeatur principaliter pharisæis, qui contineat Scripturas veteris Testamenti, in quibus prænuntiabatur Christus, inquirebant, et tamen cum non cognoscebant : et secundum hoc dicitur : *Medius vestrum stetit*; idest, in sacra Scriptura, quam vos semper revolvis. Infra v,

¹ Al. : a suo vestigio. ⁿ

² Al. : a steterit. ^v

39 : *Scrutamini scripturas. Quem tamen vos nescitis : quia cor vestrum induratum est propter infidelitatem, et oculi vestri excavati sunt, ut non agnoscatis praesentem, quem creditis futurum.*

3. Comparat autem Christum ad se Joannes, cum dicit : *Ipse est qui post me venturus est : ubi primo ponit excellentiam Christi ad seipsum ; secundo vero excellentiae immensitudinem ostendit, ibi, Cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti.* Excellentiam autem Christi ad seipsum ostendit et quantum ad ordinem predicationis, et quantum ad ordinem dignitatis. Quantum quidem ad ordinem predicationis, Joannes¹ primo innuit ; et ideo dicit : *Ipse est qui post me venit, ad praedicandum, et moriendum : quia, ut dicitur Lnc. i, 76. Praxibus ante faciem Domini, parare vias ejus.* Sed Joannes quidem praecessit Christum, sicut imperfectum perfectum et sicut dispositio formam ; sicut dicitur I Corinth. xv, 46 : *Non prius quod spirituale, sed quod animale.* Nam tota vita Joannis fuit quoddam preparatorium ad Christum ; unde dixit supra, *Ego vox clamantis in deserto.* Sed Christus praecessit Joannem et nos omnes, sicut perfectum imperfectum, et sicut exemplar exemplatum. Matth. xvi, 21 : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem, et sequatur me.* I Pet. ii, 21 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.* Quantum vero ad ordinem dignitatis, cum dicit, *Qui ante me factus est : idest, mili prælatus est, et dignitate prepositus ; quia, ut dicit infra in, 30. Me oportet minui, illum autem crescere.*

4. Immenitatem autem excellentiae assignat cum dicit : *Cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti ;* quasi dicat : Non intelligatis ipsum mili in dignitate praepositum, sicut unus homo preferatur alteri ; sed tam excellenter, quod nihil sum in comparatione ad ipsum. Et hoc patet : quia non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti ejus : quod est minimum obsequium quod hominibus fieri potest. Ex

quo patet quod Joannes multum accesserat ad Dei cognitionem, inquantum ex consideratione infinite magnitudinis Dei² se totaliter vilipendebat, et nihil se esse dicebat. Sicut Abraham, cum Denim cognovisset, dicebat, Gen. xviii, 27 : *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis et cinis.* Sic Job xlvi, 7, cum Dominum vidisset, dixit : *Nunc oculus meus videt te ; ideo ipse me reprehendo, et ago paenitentiam in favilla et cinis.* Sic Isa. xl, 17, postquam vidit gloriam Dei dixit : *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo.* Et haec quidem expositio est litteralis. Exponitur autem et mystice. Uno modo secundum Gregorium, ut per calceamentum, quod fit de pellibus mortuorum animalium, intelligatur humana natura mortalis, quam Christus assumpsit. Psal. lxx, 20 : *In Idunam extendam calceamentum meum etc.* Corrigia autem calceamenti ejus, est ipsa unio divinitatis et humanitatis : quam nec Joannes nec aliquis potest solvere, nec potuit plene investigare ; cum talis esset quod hominem faceret Deum, et Deum hominem : et ideo dicit : *Cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti :* idest, ut explicet mysterium incarnationis etc. Intelligendum est plene ei perfecte : nam quoquo modo et Joannes et alii praedicatores, licet imperfecte, solvunt corrigiam calceamenti. Alio modo exponitur : quia in veteri lege præceptum erat Deut. xxv, quod quando aliquis moriebatur sine liberis, frater defuncti uxorem defuncti recipere tenebatur, et ex ea semen fratri suo suscitaret : quod si nolleat eam in uxorem recipere, tunc aliquis propinquus defuncti eam recipere volens, debebat eum discalceare in signum hujus cessionis, et illam in uxorem recipere, et dominus ejus debebat vocari dominus discalceati. Secundum hoc ergo dicit : *Cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere ;* idest, non sum dignus habere sponsam, quae sibi debetur, Ecclesiam ; quasi dicat : Non sum dignus ut vocer sponsus Ecclesiae, quae consecratur Christo in baptismo spiritus ; ego autem bap-

¹ Al. : « Joanni. »

² Al. omittitur : « Dei. »

tizo in aqua tautum. Infra iii, 29 : *Qui habet sponsum, sponsus est etc.*

5. Locus autem ubi predicta facta sunt, subditur consequenter, cum dicit : *Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem.* Sed circa hoc primo consurgit questio. Cum Bethania sit in monte Oliveti quod est juxta Hierusalem, sicut dicitur Joan. xi, et Matth. xvi, quomodo dicit quod facta sunt trans Jordanem, qui multum distabat ab Hierusalem? Sed dicendum, secundum Origenem et Chrysostomum, quod non debet dici Bethania, sed Bethabora, quæ est quædam villa ultra Jordarem: et hoc quod dicit Bethania, corruptum est vitio scriptorum. Sed quia tam libri græci quam latini habent Bethania, ideo dicendum est aliter, quod est duplex Bethania: una quæ est prope Hierusalem in latere montis Oliveti, alia trans Jordarem, ubi erat Joannes baptizans. Quod autem mentionem facit de loco, habet rationem litteralem et mysticam. Litteralem quidem secundum Chrysostomum, quia Joannes scribebat Evangelium istud viventibus forte aliquibus qui et tempus quo ista facta sunt, et locum viderunt; et ideo quasi ad majorem certitudinem illos testes facit illorum quæ viderant. Mysticam vero, quia haec loca convenienter baptismu: nam si dicatur Bethania, quæ domus obedientia interpretatur, significat quod necesse est per obedientiam fidei ad baptismum pervenire. Rom. i, 5 : *Ad obedientiam fidei*

omnibus gentibus. Si vero dicatur Bethabora, quæ interpretatur domus præparationis, significat quod per baptismum preparatur homo ad vitam æternam. Nec vacat mysterio quod trans Jordarem sit: Jordanis enim interpretatur descensus eorum; et, secundum Origenem, significat Christum, qui descendit de cœlis, ut dicit ipse infra vi, 38, *Descendi de cælo, ut faciem voluntatem Patris mei.* Unde dicitur Eccli. xxiv, 41 : *Ego quasi fluvii Diorix.* Per ipsum autem omnes ingredientes in hunc inundum, mundari convenient, secundum illud Apocal. i, 5 : *Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Convenienter etiam Jordani baptismum significat: ipse enim confinium est inter illos qui acceperunt sortes hereditatis a Moyse ex una parte Jordanis, et illos qui acceperunt a Iosue ex alia; et ita baptismus quasi quoddam confinium est inter Judæos et Gentiles, qui proficiuntur illuc, ut se lavent ad Christum venientes, ut opprobrium peccati deponant: sicut enim filios Israel terram promissionis intrantes oportuit transire Jordarem, ita et per baptismum oportet patriam celestem intrare. Dicit autem, *Trans Jordanem, ut insinuet quod etiam transgressoribus et peccatoribus baptismum penitentiae prædicabat Joannes:* unde et Dominus, Matth. ix, 13 : *Nou veni vocare justos, sed peccatores.*

LECTIO XIII

4. Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* 2. Hic est de quo dixit : *Past me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat.* 3. Et ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. 4. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens : *Quia vidi spiritum descendenteum quasi columbam de cœlo, et mansit super eum.* 5. Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : *Super quem videris spiritum descendenteum, et manenteum super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.

4. Supra Joannes perhibuit testimo-

¹ Al.; « sicut etiam. »

nium Christo interrogatus: hic vero prohibet alind testimonium Christo spontaneum: et primo quidem fert ipsum testimonium; secundo testimonium latum confirmat, ibi, *Et testimonium perhibuit Joannes.* Circa primum autem primo quidem describuntur circumstantia testimoniorum; secundo ponitur ipsum testimonium, ibi, *Ecce agnus Dei;* tertio excluditur suspicio testis, ibi, *Et ego nesciebam eum.* Describuntur autem circumstantiae. Una quidem ex parte temporis: unde

dicit, *Altera die*: in quo quidem commendatur Joannis constantia: quia non uno die, non semel tantum; sed pluribus diebus et multoties Christo testimonium perhibebat. Psal. cxlv, 1: *Per singulos dies benedic tibi*. Commendatur etiam ejus profectus: quia non debet nobis succedere una dies sicut alia; sed quae succedit debet esse altera, idest melior: juxta illud Ps. lxxxiii, 8: *Ibunt de virtute in virtutem*. Alia circumstantia ponitur ex parte modi testeandri: quia *videt Joannes Jesum*: in quo insinuat certitudo: nam testimonium de visu certissimum est. Alia vero circumstantia ponitur ex parte ejus cui testimonium perhibetur: unde dicit: *Jesum ad se venientem*, scilicet de Galilaea, ut dicitur Matth. iii, 13: *Venit Jesus a Galilaea*. Nec tamen intelligendum est de adventu quo venit ad baptismum, do quo ibi loquitur Mattheus; sed de alio adventu quo jam baptizatus, et circa Jordanem aliquandiu commoratus, venit ad Joannem: alias non dixisset: *Super quem videtis spiritum descendenteum, et manenteum super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi etc.* Jam ergo viderat eum, et spiritum super eum descendenteum quasi columbam etc., ut infra dicit. Ilujus autem Christi ad Joannem adventus post baptismum una causa fuit ut testimonium Joannis certificaretur: dixerat enim Joannes de Christo: *Ipse est qui post me venturus est*: nam aliquis posset errare in cognitione venturi, cum adasset; venit ad Joannem, ab eo digito ostendendus, dicente Joanne: *Ecce agnus Dei etc.* Alia ratio ut excluderet errorem. Posset enim aliquis credere quod Christus prima vice, cum venit ad baptismum, venerit ad Joannem sicut a peccatis purgandus. Christus³ ergo, ut hoc excluderet, venit etiam ad eum post baptismum: unde signanter dicit Joannes: *Ecce qui tollit*. Peccatum nullum fecit, sed venit peccatum tollere. Venit etiam ut praberet humilitatis exemplum: quia, ut dicitur Eccl. iii, 20: *Quanto maiores, humili te in omnibus*. Et advertendum, quod sicut Christo jam concepto, quando Virgo

mater ascendit in montana cum festinatione, Elisabeth matrem Joannis visere, Joannes in utero matris existens, nec loqui valens, reverentiam Christo et triumphum faciens, exultavit in utero; ita et nunc Christo ex humilitate ad eum venienti testimonium et reverentiam praebet, et in vocem prorumpit, dicens: *Ecce agnus Dei etc.* Ubi testimonium Joannis ponitur: in quo quidem ostendit virtutem Christi, et dignitatem ejus, ibi, *Hic est de quo dixi*. Virtutem quidem ostendit duplice. Primo proponendo figuram; secundo exponendo eam, ibi, *Ecce qui tollit peccata mundi*. Circa primum sciendum est, quod, sicut dicit Origenes, in veteri lege conseruerunt quinque animalia offerri in templo: tria de terrestribus, scilicet vitulus, capra, et ovis; sed ovum quidem aries, ovis et agnus: de volatilibus vero duo, turtur scilicet, et columba: quae quidem omnia praesumptiva² fuerunt veri sacrificii, quod est Christus, qui *semetipsum obtulit oblationem Deo*: ut dicitur Ephe. iii, 2. Quare ergo Baptista Christo testimonium perhibens, agnum specialiter nominavit? Ilujus ratio est, quia, sicut dicitur Numer. 24, licet alia fierent sacrificia in templo ceteris temporibus, unum tamen erat quotidianum, in quo jugiter unus agnus mane, et alijs vespere offerebatur; nec hoc mutabatur unquam, sed tamquam principale observabatur; alia vero ex adjuncto: et ideo per agnum, qui erat principale sacrificium, significatur Christus, qui est principale sacrificium: nam licet omnes sancti, qui pro fide Christi passi sunt, prosint ad salutem fidelium, hoc tamen non habent nisi inquantum super oblationem agni, quasi oblatio adjuncta principali sacrificio, immolantur. Offertur quidem mane et vespere, quia per Christum patet aditus ad intelligibilia divinorum contemplanda et fruenda, quod pertinet ad cognitionem matutinam; et instruimur quomodo natum terrenis absque inquinamento, quod pertinet ad vespertinam; et ideo dicit: *Ecce agnus Dei etc.*, idest per agnum significatus. Dicit autem, *Dei*, quia in Christo sunt duas natu-

¹ Al. : a Joannes. *

² Al. : a praesumptiva. »

rae, humana scilicet et divina. Et quod hoc sacrificium esset virtuosum ad purgandum et sanctificandum a peccatis, habet ex virtute divinitatis : in quantum scilicet : *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* : II Corinth. v, 19. Vel dicitur *Agnus Dei*, quasi oblatus a Deo, scilicet ab ipso Christo, qui est Deus ; sicut dicitur oblatio hominiis, quam homo offert. Vel dicitur *agnus Dei*, scilicet Patris : quia ipse providit homini oblationem ad offerendum pro peccatis sufficientem, quod homo per se habere non potest. Unde Gen. xxxii, 7 : cum Isaac quereret ab Abraham : *Ubi est victimam holocausti?* respondit : *Deus providebit sibi victimam holocausti*. Rom. viii, 32 : *Proprio Filio suo non pepercit Deus ; sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Dicitur autem Christus *agnus primo propter puritatem*. Exod. xii, 5 : *Erit agnus anniculus etc.* I Pet. i, 18 : *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis*. Secundo propter mansuetudinem. Isa. lxi, 7 : *Quasi agnus coram tondente se obmutuit*. Tertio propter fructum. Prov. xxvi, 26 : *Agni sunt tibi ad vestimentum tuum*. Et hoc quantum ad indumentum, juxta illud Rom. xiii, 14 : *Induimini Dominum Jesum Christum*. Et quantum ad cibum, infra vi, 51 : *Caro mea est pro mundi vita*. Et ideo dicebat Isa. xvi, 1 : *Emitte agnum, Domine, dominatorem terra*.

Consequenter propositam figuram exponit cum dicit : *Qui tollit peccata mundi, idest auferit ; quod in lege nec per alia sacrificia auferri poterat : quia, ut dicitur Heb. x, 6 : Impossible est per sanguinem taurorum et hircorum auferri peccata*. Sanguis iste *tollit*, idest auferit, peccata mundi. Osee ult. 3 : *Omne aufer iniquitatem*. Vel *tollit*, idest in se accipit, peccata totius mundi : quia ut dicitur I Pet. ii, 14 : *Qui peccata nostra pertulit in corpore suo*. Isa. iiii, 4 : *Dolores nostros ipse tuli, et languores nostros ipse portavit*. Dicit autem, secundum Glossam, *Peccatum*, et non peccata, ut ostendat in universali, quod abstulit

totum genus peccati. I Joan. ii, 2 : *Ipsa est propitiatio pro peccatis nostris*. Vel quia pro uno peccato, scilicet originali, mortuus. Rom. v, 12 : *Per unum hominem peccatum intravit in mundum*.

2. Supra perhibuit Baptista testimonium Christo quantum ad ejus virtutem; hic vero perhibet testimonium¹ quantum ad ejus dignitatem, comparans eum sibi tripliciter. Et primo quant. ad officium, et ordinem prædicationis : unde dicit : *Hic, scilicet agnus, digito eum demonstrans, est ille de quo dixi, scilicet in ejus absentia : Post me renit vir, ad prædicandum et baptizandum, qui post me venit nascendo*. Dicitur autem vir Christus ratione perfectae etatis : quia quando incepit docere post baptismum, jam erat in aetate perfecta. Luc. iii, 23 : *Jesus erat incipiens quasi annorum triginta*. Item ratione perfectionis omnium virtutum, quae in eo fuerunt. Isa. iv, 1 : *Apprehendit septem mulieres idest virtutes virum unum, scilicet Christum perfectum*. Zach. vi, 12 : *Ecce vir, oriens nomen ejus : quia ipse est origo omnium virtutum in aliis*. Item ratione desponsationis, quia ipse sponsus est Ecclesia. Osee ii, 16 : *Vocabis me virum etc.* II Cor. xi, 2 : *Despondi vos uni viro*. Secundo quantum ad ordinem dignitatis, cum dicit : *Qui ante me factus est, quasi dicat : Licet post me venerit ad prædicandum, tamen ante me factus est*; idest, prælatus est mihi dignitate². Cant. ii, 8 : *Ecce iste venit saliens in montibus*³, transiliens colles. Collis unus fuit Joannes Baptista, quem Christus transivit : qui, ut dicitur infra iii, 30, *Me oportet minni, illum autem crescere*. Tertio quantum ad ordinem durationis, cum dicit : *Quia prior me erat* ; quasi dicat : Non mirum si præfertur mihi dignitate, quia etsi posterior sit tempore, est tamen prior aeternitate : *qui prior me erat*.

Ex hoc autem duplex error destruitur. Error Arii : quia non dicit, prior me factus est, ut sit creatura, sed *prior me erat*, ab aeterno ante omnem creaturam. Prov. viii, 25 : *Ante omnes colles genera-*

¹ Al. : « in se »

² Al. : « scilicet testimonium »

³ Al. : « Iumen ante me, idest prælatus mihi factus est dignitate »

⁴ Al. : « transiens montes »

erit me Dominus. Item error Pauli Samosateni : quia dixit, *Prior me erat*, ut ostendat, quod non ex Maria sumpsisset exordium : nam, si essendi principium sumpsisset ex Virgine, non extiisset utique prior praecursore, qui Christum in sex mensibus secundum generationem praecebat humanam.

3. Consequenter enim dicit, *Et ego nesciebam eum*, excludit falsam suspicionem a suo testimonio. Posset enim aliquis dicere Joannem testimonium perhibuisse Christo propter affectionem specialis familiaritatis quam ad ipsum habebat ; et ideo hoc excludens Joannes, dicit : *Ego nesciebam eum*, nam Joannes in deserto a pueritia sua conversatus est. Licet autem miracula multa facta sint in nativitate Christi, puta de Magis, et de stella, et hujusmodi, tamen non erant nota Joanni : tum quia infans erat secundum etatem, tum quia ad desertum secedens, Christi familiaritatem non habuit : medio vero tempore a nativitate usque ab baptismo, nullum miraculum Christus operatus est ; sed conformis conversatione aliis erat, et sua virtus ignota omnibus existebat. Quod autem medio tempore non fuerit miracula operatus usque ad triginta annos, patet per hoc quod dicitur infra u. 11 : *Hoc fecit initium signorum Jesus etc.* Ex quo apparet falsitas libri de *infantia Salvatoris*. Ideo autem non fecit miracula medio tempore, ut non putaretur mysterium circumcisionis et incarnationis phantasma esse, si non se habuisset etate sicut alii infantes. Et ideo demonstrationem scientiae et virtutis suae in aliud distulit tempus, in quo alii homines scientia et virtute vigere consueverunt : juxta quod dicitur Lue. n. 52 : *Puer autem proficiebat gratia et sapientia* : non quod ipse virtutem et sapientiam ante non habitam susciperet, cum in eis fuerit ab instanti sua conceptionis perfectus ; sed quia virtus ejus et sapientia magis innatoscebat hominibus. Isa. XLV, 13 : *Vere tu es Deus absconditus*. Ideo ergo Joannes nesciebat eum, quia nulla signa adhuc de eo viderat, neque aliis per signa innotuerat : unde subdit : *Sed ut manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans* ; quasi dicat :

Totum ministerium menū est ad manifestationem. Supra : *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de hincine.* Dicit autem, *Veni in aqua baptizans*, ad differentiam baptismi Christi : quia Christus non in aqua solum baptizavit, sed in spiritu, conferens gratiam : unde et baptismus Joannis fuit significativum tantum, non effectivum. Manifestavit autem baptismus Joannis Christum tripliciter. Primo scilicet per Joannis prædicationem licet enim Joannes etiam sine baptismo potuisset prædicando parare viam Domino, et inducere turbas ad Christum, tamen propter novitatem officii plures ad eum concurrebant quam si sine baptismo prædicatio facta esset. Secundo profuit baptismus Joannis propter Christi humilitatem, quam demonstravit, baptizari volens a Joanne. Matth. iii, 13 : *Venit Christus ad Joannem ut baptizaretur ab eo.* In quo quidem exemplum humilitatis præbuit, ut scilicet nullus, quantumcumque magnus, deditgetur a quo cumque ad hoc ordinato, sacramenta suscipere. Tertio, quia Christo baptizato a Joanne, affuit virtus Patris in voce, et Spiritus sanctus in columba, per quam virtus Christi et dignitas magis manifestata fuit. Lue. ii, 22 : *Et vox Patris intonuit : Hic est Filius meus dilectus.*

4. Consequenter cum dicit, *Et testimonium perhibuit Joannes*, ipse magna qua testatus est de Christo quod totius orbis terrarum solus peccata tolleret, confirmat auctoritate Dei : et circa hoc tria facit. Primo proponit visionem ; secundo præbet de intellectu visionis instructionem, ibi, *Et ego nesciebam eum* ; tertio suam ex ipsa visione conceptionem ostendit, ibi, *Et ego vidi, et testimonium perhibui.* Visionem quidem proponit cum dicit : *Vidi spiritum descendente quasi columbam de celo.* Quod quidem quando factum fuerit, Joannes Evangelista non refert ; sed Matthæus et Lucas dicunt hoc factum fuisse quando Christus baptizatus est a Joanne. Et quidem congruebat quod Spiritus sanctus adisset baptizato et baptismu. Baptizato namque congruebat : quia sicut Filius existens a Patre, manifestat Patrem : infra xvii, 6 : *Pater, manifestavi nomen tuum etc.* : ita et Spi-

ritus sanctus a Filio existens, Filium manifestat. Infra xvi, 14 : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet etc.* Baptismo autem congruit : quia baptisma Christi est inchoativum et consecrativum nostri baptismatis. Nostrum autem baptismus consecratur per invocationem sanctae Trinitatis. Matth. ult. 19, *Baptizantes eos in nomine Patri et Filii et Spiritus sancti etc.* Quod ergo nos invocamus in baptismō nostro, affluit baptismō Christi, scilicet Pater in voce. Spiritus sanctus in columba, Filius in humana natura. Dicit autem, *Descendentem*, quia cum descensus duos terminos habeat, scilicet principium sursum, et terminum deorsum ; quantum ad utrumque convenit baptismus. Est enim duplex spiritus, unus mundi, et aliis Dei ; et spiritus quidem mundi est amor mundi, qui non est desursum ; sed ab inferiori ascendit in hominem, et eum descendere facit ; spiritus autem Dei, scilicet Dei amor, desursum descendit ad hominem, et eum ascendere facit. I Cor. ii, 12 : *Nos autem non spiritum hujus mundi accipimus, sed spiritum Dei.* Quia ergo ille spiritus de supernis est, ideo dicit, *Descendentem*. Similiter etiam, quia impossibile est creaturam recipere Dei bonitatem in tanta plenitudine, secundum quod convenit Deo ; ideo bonitatis ipsius ad nos derivatio, est quasi quidam descensus. Jac. i, 17 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Sed quia Spiritus sanctus in sua natura videri non potest, ut dicunt infra iii, 8 : *Spiritus ubi vult spirat, et nescis unde veniat aut quod vadat* ; spiritus etiam non est descendere, sed ascendere. Ezech. viii, 3 : *Elevavit me spiritus etc.* ; ideo consequenter Evangelista modum visionis et descensus exponit, dicens, hic non fuisse in spiritu, id est natura, sed in specie columbae, in qua apparuit : unde dicit, *Quasi columbam* ; et hoc quidem congrue, ut scilicet Filius per carnem mundo visibilis factus, manifestaretur per Spiritum

sanctum visibili specie columbae : quae quidem columba non est assumpta a Spiritu sancto in unitatem personae, sicut humana natura assumpta est a Filio Dei. Cujus ratio est, quia Filius apparuit non solum ut manifestator, sed ut salvator. Et ideo, secundum quod dicit Leo Papa, oportuit quod esset Deus et homo : Deus quidem, ut afferret remedium ; homo vero, ut praebaret exemplum. Spiritus vero sanctus apparuit solum ad manifestandum ; ad quod sufficiebat speciem corporalem assumere solum ad significandum quamdam.

Utrum autem columba ille fuerit verum animal, et utrum praexistens apparitione : sciendum, quod rationabiliter dicitur illa fuisse vera^a columba : venit enim Spiritus sanctus ad manifestandum Christum ; qui cum sit veritas, non nisi per veritatem manifestandus erat. Quantum vero ad secundum, dicendum, quod non praextit apparitione : sed tunc virtute divina absque commixtione maris et feminæ formata fuit, sicut et corpus Christi virtute Spiritus sancti conceptum, non ex virili semine : et tamen fuit vera columba, quia, ut Augustinus dicit in lib. de Agone christiano. Omnipotenti Deo, qui universam creaturam ex nihilo fabricavit, non erat difficile verum corpus columbas sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut non fuit difficile verum corpus in utero B. Virginis sine naturali semine fabricare. Cyprianus in libro de Unitate Ecclesie : Idcirco et in columba dicitur Spiritus sanctus apparuisse^b, quia columba simplex animal et innocens est, non felle amarum, non morsibus ferum, non unguinum lacratione violentum : hospitia humana diligere, unius domus consortium nosse, cum generat simul filios edere, cum conveniat volantibus, invicem coherere : communī conversatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia unanimitatis implere.

Quare autem potius in columba quam

^a Al. doest : « apparnisse. »

^b Item doctor in I. Sent. D. xvi, q. iii. ad 3^m, neget haec fuisse verum columbam, et verum animal,

et dicit quod fuit tantum similitudo columbae ; sed in m^o P. summa Theologica, q. xciiii, a. 7, dicit, ut hic, quod fuit vera columba.

in alia specie apparuit, multipliciter ratio assignatur. Primo quidem propter columbae simplicitatem : nam columba simplex est. Matth. x, 16 : *Estate prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.* Spiritus autem sanctus, quia facit respicere nunc, scilicet Deum, simplices facit ; et ideo in specie columbae appetit¹. Et quidem, secundum Augustinum, apparuit etiam super discipulos congregatos per ignem : quia quidam sunt simplices, sed tepidi ; quidam autem ferventes, sed malitiosi. Ut ergo Spiritu sanctificati dolo careant, Spiritus in columbae specie demonstratur ; et ne simplicitas frigiditate² tepeſcat, demonstratur in igne. Secundo propter caritatis unitatem : nam columba amore multum fervet. Cant. vi, 8 : *Una est columba mea.* Ut ergo ostendat Ecclesiæ unitalem, in specie columbae Spiritus sanctus appetit³. Nec te moveat quod discipulis disparitatem lingua apparerunt, quando sedis supra singulos eorum Spiritus sanctus, qui et disparitus appetit, secundum diversa donorum officia, et tamen unit per caritatem ; et sic propter primum apparuit in disparitis linguis, ut dicitur I Cor. xii, 4 : *Divisiones gratiarum sunt : in columbae specie propter secundum. Tertio propter gemitum : columba enim habet gemitum pro cantu ; sic Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus : ut dicitur Rom. viii, 26 : et Nahum ii, 7 : Ancilla ejus mirabantur.* Quarto propter secunditatem : columba enim animal secundissimum est : idcirco ad designandum secunditatem gratiae spiritualis in Ecclesia, in specie columbae Spiritus sanctus apparuit. Hinc est quod Levit. v, 12 : *Oculi tui sicut columbae etc.* Unde, qui in baptismo est nostra tutela et defensio, congrue in specie columbae Spiritus sanctus apparuit. Respondet igitur figurae veteris testamenti : sicut enim

columba deferens ramum virentis olivæ, ostendit signum clementie Dei his qui residui fuerant ex aquis diluvii ; ita et in baptismo veniens Spiritus sanctus in columbae specie, ostendit signum divinæ clementie, qua baptizatis et peccata remittit, et gratiam conferit.

Dicit autem ; *Manentem super eum :* quia in mansione quies designatur. Et quod Spiritus sanctus in aliquo non quiescat, duplice de causa contingit. Una est ex peccato : omnes enim alii homines propter Christum, vel saudantur vulnere peccati mortalis, per quod effugatur Spiritus sanctus, vel obfuscantur macula veniali, per quam aliqua operatio Spiritus sancti impeditur. In Christo autem negre mortale nec veniale nec originale peccatum fuit : unde nec in eo fuit Spiritus sanctus inquietatus ; sed super eum mansit, idest quievit. Alia causa, quia quantum ad gratias gratis datas, non semper adest aliis sanctis potestas operandi ; sicut non semper adest sanctis potestas operandi miracula, nec Prophetis spiritus prophetiae. Christus vero semper habuit potestatem ad omnem operationem virtutum et gratiarum : et ideo ad hoc designandum, *super eum mansit.* Unde hoc proprium signum fuit agnoscendi Christum, ut dicitur in *Glossa Isa. xi, 2 ; Rescueset super eum Spiritus Domini*⁴. Quod intelligendum est de Christo inquantum est homo, secundum quod est minor Patre et Spiritu sancto.

5. Consequenter cum dicit, *Et ego nesciebam eum*, instruit de intellectu visionis predicta. Quidam enim haeretici, scilicet Ebionitæ, dicebant, Christum a principio nativitatis suæ, neque Christum fuisse nec Filium Dei ; sed ex tunc Filius Dei et Christus esse incepit quando in baptismo oleo Spiritus sancti unctionis fuit. Sed hoc est falsum : quia in ipsa hora nativitatis Angelus dixit pastoribus, Luc. ii, 11 : *Natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus in civitate David.* Ne ergo aliquis erederet, Spiritum sanctum in baptismo super Christum descendisse, quasi de novo Christus indige-

¹ Al. : « apparuit. »

² Al. : « frigiditatis. »

³ Al. : « apparuit. »

⁴ Al. : « hec enim columba. »

⁵ Al. : « Spiritus sanctus Domini. »

ret Spiritu ad sui sanctificationem : ideo causam sui descensus Baptista ostendit, dicens, quod non descendit propter sui necessitatem, sed propter nos, ut scilicet gratia ejus nobis manifestaretur : et ideo dicit : *Ego nesciebam eum. Sed ut manifestaretur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.*

Sed hic oritur quatio : dicit enim : *Qui misit me baptizare etc.* Si dicatur quod Pater misit eum, verum est. Similiter si dicatur quod Filius, manifestius, cum dicatur quod et Pater et Filius misit eum, quia Joannes non est de illis quibus dicitur Hier. xxii, 21 : *Non mittembam eos, et ipsi currebant.* Quomodo ergo dicit, *Ego nesciebam eum*, si Filius misit eum ? Si dicatur, quod licet cognosceret eum secundum divinitatem, non tamen cognoscebat eum secundum humilitatem, nisi postquam vidit Spiritum descendente super eum : contra : *Spiritus enim sanctus descendit super Christum quando baptizatus est.* Joannes autem cognovit Christum antequam baptizaretur : alias non dixisset : *Ego debo a te baptizari, et tu venis ad me?*

Est ergo dicendum, quod tripliciter potest ad hanc questionem responderi. Uno modo, secundum Chrysostomum, ut referatur ad cognitionem familiaritatis, ut sit sensus : *Ego nesciebam eum*, scilicet familiariter. Et si objiciatur, quod dicit Joannes : *Ego a te debeo baptizari etc.*: dicitur quod ista duo sunt ad diversa tempora referenda : ut hoc¹ quod dicit : *Ego nesciebam eum*, referatur ad tempus dum ante baptismum, in quo nondum Christo familiaris erat : hoc vero quod dicit, *Ego a te debeo baptizari*, referatur ad tempus illud in quo baptizatus est Christus, quando jam propter frequentem visitationem ejus, Christus familiaris erat. Alio modo, secundum Hieronymum, dicendum, quod erat Christus Filius Dei et salvator mundi : et hoc quidem sciebat Joannes ; sed nesciebat eum per baptismum mundi salvatorem : et ideo hoc quod nescivit addidit, scilicet quod *hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Sed

melius dicendum est, secundum Augustinum, quod aliquid scivit et aliquid nescivit, et hoc quod nescivit addidit, scilicet quod potestatem baptizandi, quam potuit fidelibus suis communicare, sibi soli retinuit. Et hoc est quod dicit : *Qui misit me baptizare in aqua... hic est, singulariter scilicet, et solus, qui baptizat in Spiritu sancto*, et nullus alias : quia hanc potestatem sibi soli retinuit.

Notandum autem, quod triplex potestas Christi attenditur in baptismō. Una est efficiētiæ, qua mundat interius animam a macula peccati ; quam quidem potestatem habet Christus in quantum est Deus, non autem in quantum homo ; et haec potestas nulli alii potest communicari. Alia potestas est ministerii, quam quidem communicavit fidelibus. Matth. ult. 19 : *Baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Et ideo sacerdotes, ut ministri, potestatem habent baptizandi, Christus autem, in quantum homo, minister dicitur, ut Apostolus dicit ; sed tamen caput est omnium ministrorum Ecclesia ; et quantum ad hoc habet singulariter potestatem excellentiæ in sacramentis : quæ quidem excellētia apparet in quatuor. Primo in sacramentorum institutione : quia nullus homo purus, nec etiam tota Ecclesia, posset sacramenta instituere², vel sacramenta mutare, aut a sacramentis absolvere : nam sacramenta invisibilem gratiam conferunt ex eorum institutione ; conferre autem gratiam solius Dei est : et ideo solus qui est verus Deus potest sacramenta instituere. Secundum est quantum ad meriti Christi efficaciam : nam ex merito passionis Christi sacramenta virtutem habent. Rom. vi, 3 : *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Tertium est quia Christus potest conferre effectum baptismi sine sacramento : quod solius Christi est. Quarto, quia aliquo tempore baptismus confabatur ad invocationem nominis Christi ; sed modo non ita fit. Quæ quidem quatuor nulli hominum communicavit ; tiefc aliquipd eorum communicare po-

¹ Al. : « in hoc. »

² Al. : « quod nullus homo purus, nec etiam posset sacramenta etc. »

tuisset, puta quod in nomine Petri vel alij eius alterius conferretur baptismus, et forte aliiquid aliorum¹. Sed hoc ideo non fuit factum ne fieret schisma in Ecclesia, si baptizati spem suam poserent in illis in quorum nominationem baptizarentur: et ideo² dicit Joannes per hoc quod Spiritus sanctus descendit super eum, quod Christus solus est qui sua virtute interius baptizat. Et forte posset dici, quod cum dixit, *Ego a te debeo baptizari etc.*, cognovit³ eum per internam revelationem; sed cum vidi Spiritum sanctum descendente super eum, cognovit eum per exterioris signi manifestationem: et ideo utrumque modum cognitionis tangit. Primum, cum dicit: *Qui me misit baptizare, ille mihi dixit*; idest, interius revelavit. Secundum, quando addidit: *Super quem videris Spiritum descendente... hic est qui baptizat*.

Consequenter ostendit quid Baptista ex hac visione intellexit, scilicet quod Christ-

tus esset Filius Dei; et hoc est quod dicit, *Et ego vidi, scilicet Spiritum descendente super eum, et testimonium perhibui, quia hic, scilicet Christus, est Filius Dei*, scilicet verus et naturalis. Fili enim adoptivi Patris fuerunt ad similitudinem Filii Dei naturalis. Rom. viii, 29: *Quos præscivit conformes fieri imaginis Filii sui*. Ille ergo dehet filios Dei facere qui baptizat in Spiritu sancto, per quem filii adoptantur. Rom. viii, 15: *Non enim accepistis spiritum servitutis... sed spiritum adoptionis etc.* Quia ergo iste, scilicet Christus, est qui baptizat in Spiritu sancto, ideo recte concludit Baptista, quod est Filius Dei verus et purus. I. Joan. ult. 20: *Ut simus in vero Filio ejus etc.*

Sed si alii viderunt Spiritum sanctum descendente super eum, quare non crediderunt? Respondeo, quia non erant dispositi ad hoc; vel forte quia soli Baptista visio illa demonstrata est.

LECTIO XIV

1. Altera die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo. Et respiciens Iesum ambulanteum, dixit: *Eece agnus Dei*. 2. Et audierunt eum duo discipuli loquentes, et secuti sunt Iesum. 3. Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis, *Cum queritis?* 4. Qui dixerunt ei: *Rabbi (quod dicitur interpretatum magister) ubi habitas?* 5. Dicit eis: *Venite, et videbetis*. Venerunt, et videbunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. 6. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, minus ex duobus qui audierant a Joanne, et secuti fuerant eum. 7. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: *Invenimus Messiam (quod est interpretatum Christus)*, et adduxit eum ad Jesum. 8. Intuitus autem eum Iesus dixit: *Tu es Simon filius Joanna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*.

1. Supra Evangelista posuit testimonia Baptista ad turbas: hic consequenter ponit ejus testimonia ad discipulos Joannis. Et primo ponitur testimonium; secundo ostenditur testimonii fructus, ibi. Et audierunt eum duo discipuli loquentes etc. Circa primum tria facit. Primo describitur testis; secundo assi-

gnatur modus testificandi; tertio ponitur ejus testimonium. Sed testis describitur, cum dicit: *Alter a die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo*.

In hoc autem quod dicit, *Stabat*, tria notantur circa Joannes. Scilicet doctrinæ ipsius modus, qui differens fuit a modo doctrinæ Christi, et discipulorum ejus. Christus enim circumueniendo docebat: unde dicitur, Matth. iv, 23: *quod circuibat Jesus totam Galilæam etc.* Similiter et Apostoli discurrendo per mundum, docebant. Matth. ult. 19: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ*. Sed Joannes stando docebat: unde dicitur: *Stabat Joannes*, scilicet in uno loco trans Jordarem, et instruebat de Christo omnes ad eum venientes. Ratio autem quare Christus et ejus discipuli discurrendo docebant, est quia prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula; et ideo circuibat diversa loca,

¹ Al. . . aliquem aliorum. *

² Al. : * hoc ideo. *

³ Al. : « solus interius est qui sua virtute baptizat. »

⁴ Al. : « cognoscebat. »

ut miracula et virtutes Christo innatescere. Praedicatio vero Joannis non est confirmata miraculis: unde dicitur infra x, 41: *Joannes signum fecit nullum: sed merito et sanctitate vita; et ideo stabat in loco uno, ut diversi ad eum confluenter, et per ejus sanctitatem ducerentur ad Christum.* Similiter etiam si Joannes sine miraculis discurrisset ad prænuntiandum Christum, ejus testimonium incredibilis redderetur, cum videretur importune, et quasi ingerendo se, hoc faceret. Secundo notatur Joannis constantia in veritate: quia Joannes non fuit arundo vento agitata, sed firmus in fide: secundum illud I Cor. x, 42: *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Hahac. ii, 4: *Super custodiam meam stabo.* Tertio allegorice notatur quod stare allegorice idem est quod deficere. iv Reg. vi, 4: *Sicutque oleum,* idest defecit. Stabat ergo Joannes veniente Christo, quia cum venit veritas, defecit figura. Joannes stat, quia lex transit. Modus autem testificandi ponitur certus, quia cum aspectu: unde dicit: *Et respiciens Jesum ambularem.* Ubi sciendum est, quod Prophetæ perhiberunt testimonium Christo. Act. x, 43: *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent.* Similiter et Apostoli per mundum discurrentes, Act. i, 8: *Eritis mihi testes in Hierusalem et in omni Iudea etc.* Sed tamen non per visum, neque de presente, sed de absente. Prophetæ quidem ut de futuro, Apostoli vero ut de præterito; sed Joannes, Christo sibi presente, et a se viso, testimonium perhibuit: et ideo dicit, *Et respiciens, oculis corporis et mentis, juxta illud Psal. lxxxiii, 10: Respic in faciem Christi tui.* Isa. lii, 8: *Oculo ad oculum videbunt.* Sed dicit *ambularem,* ut designet incarnationis mysterium, per quod Dei Verbum mutabilem naturam assumpsit. Infra 16, 28: *Exi vi a Patre, et veni in mundum¹.*

Consequenter ponit testimonium, cum dicit: *Ecce agnus Dei:* quod non solum est demonstrativum, sed admirativum virtutis ipsius. Isa. ix, 6: *Vocabitur nomen ejus Admirabilis.* Et vere admirabilis virtutis est iste agnus, qui occisus,

leonem interfecit: illum, inquam, leonem de quo dicitur I Petr. ult. 8: *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quarens quem devoret.* Et ideo ipse agnus leo vocari meruit, vixor, et gloriatus. Apoc. v, 5: *Ecce videt leo de tribu Iuda.* Breviter autem testimonium profert, dicens: *Ecce agnus Dei:* tum quia discipuli quibus hoc testimonium perhibebat, ex his quæ audiebant a Joanne, jam satis instructi erant de Christo; tum etiam quia per hoc satis intelligitur tota intentio Joannis, quæ ad hoc solum erat ut eos ad Christum duceret. Nec dicit, Ita ad eum, ne videantur discipuli gratiam praestare Christo, si cum sequerentur; sed commendat Christi gratiam, ut quasi in beneficium sibi compulenta, si Christum sequuntur: et ideo dicit: *Ecce agnus Dei;* idest, ecce in quo est gratia, et virtus purgativa peccatorum: agnus enim offerebatur pro peccatis, ut dictum est.

2. Consequenter ponitur fructus testimonii, cum dicit: *Et audierunt eum duo discipuli loquentem:* et primo ponitur fructus proveniens ex testimonio Joannis et discipulorum ejus, secundo vero ponitur fructus proveniens ex prædicatione Christi, ibi, *In crastinum autem voluit exire in Galilaea.* Circa primum primo ponitur fructus proveniens ex testimonio Joannis; secundo fructus proveniens ex prædicatione unius discipulorum ejus, ibi, *Erat autem Andreas frater Simonis Petri etc.* Circa primum duo facit. Primo ponitur inchoatio hujus fructus ex testimonio Joannis facta. Secundo ponitur consummatio facta per Christum, ibi, *Conversus autem Jesus etc.* Dicit ergo primo: *Et audierunt eum, scilicet Joannem, duo discipuli,* qui erant cum eo, *loquenti Ecce agnus Dei et secuti sunt Iesum,* ad litteram, cunctes cum eo. Ubi quantum, secundum Chrysostomum, considerari possunt. Primo, quia hoc quod Joannes loquitur, et Christus facit, et verbo Joannis discipuli congregantur ad Christum, competit mysterio: Christus enim est sponsus Ecclesie, Joannes vero amicus et paronymphus sponsi. Officium au-

¹ Al.: * *Exi vi a Patre in mundum.* s

tem paronymphi est, sponsam tradere sponso, et loquendo, pacta tradere; sponsi autem est quasi p̄e verecundia tacere, et de sposa jam habita pro velle disponere. Sic ergo discipuli traduntur a Joanne Christo quasi desponsati per fidem. Joannes loquitur, Christus facit; sed tamen susceptos diligenter instruxit. Secundo vero, quod cum Joannes dignitatem Christi commendans dixit, *Aute me factus est*, et quoniam non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus, nullus conversus est; sed quando humilia de Christo et incarnationis mysterio locutus est, tunc secuti sunt eum discipuli: quia humilia, et quae pro nobis passus est Christus, magis movent nos: et ideo dicitur Cant. 1, 2: *Olem⁹ effusum nomen tuum*, idest misericordia, qua salutem omnium procurasti; et ideo statim sequitur: *Adolescentula dilexerunt te nimis*. Tertio, quia verbum prædicationis est sicut semen cadens in diversas terras: in una quidem fructificat, in alia non. Ita et Joannes cum prædicat, non omnes discipulos convertit ad Christum, sed duos tantum, scilicet qui bene dispositi erant; alii vero e contrario invidia moverunt ad Christum, unde et quæstionem ei movent, ut dicitur Matth. ix. Quartum est quod discipuli Joannis, auditio ejus testimonio de Christo, non statim ingeserant se ad loquendum cum eo ex abrupto, sed quasi studiosi cum quadam verecundia singulariter loqui cum eo et in secreto loco studuerunt. Eccl. viii, 6: *Omni negotio tempus est et opportunitas*.

3. Consequenter ponitur consummatio fructus, cum dicit: *Conversus autem Jesus*, quod enim Joannes inchoavit, consummatur per Christum: quia neminem ad perfectum adduxit lex: ut habetur Heb. vii, 19. Et circa hoc Christus duo fecit: primo enim examinavit discipulos sequentes; secundo eos instruxit, ibi, *Dicit ris: Venite et videte*. Circa primum primo ponitur Christi examinantis interrogatio: secundo discipulorum examinatorum responsio, ibi, *Qui dixerunt ei: Rabbi ubi habitas?* Dicit er-

go: *Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dixit eis*. Et quidem per litteralem sensum intelligendum est quod Christus eos praiebat, et hi duo discipulo eum sequentes, faciem ejus minime videbant: et ideo Christus, ut daret eis fiduciam, convertit se ad eos: in quo datur nobis intelligi, quod omnibus qui Christum sequi incipiunt puro corde, dat fiduciam vel spem misericordiæ. Sap. vi, 14: *Præoccupat eos qui se concupiscunt*. Convertit autem se Jesus ad nos, nt videatur a nobis: hoc erit in illa beata visione, quando ostendet nobis faciem suam, nt dicitur in Psal. LXXIX, 4: *Ostende nobis faciem tuam, et salvi erimus*. Quamdiu enim in mundo isto sumus, videamus posteriora ejus, quia per effectus in ejus cognitionem venimus: unde dicitur Exod. xxxiii, 23: *Posteriora mea videbis*. Item convertit se ut opem sua misericordiae nobis impendat. Hoc petebat Psal. LXXXIX, 13: *Converte Domine aliquantulum etc.* Quamdiu enim Christus opem sue miserationis non impedit, videtur a nobis aversus. Conversus est ergo Jesus ad discipulos Joannis eum sequentes, ut faciem suam eis ostenderet, et gratiam eis infunderet. Examinit autem eos specialiter de intentione: sequentium namque Christum non eadem intentio est: quidam enim eum sequuntur propter bona temporalia; alii vero propter bona spiritualia; et ideo quid isti intendant, Dominus querit, dicens: *Quid queritis?* non quidem ut discat, sed ut rectam intentionem aperientes, magis familiares faciat, et ostendat eos auditione dignos.

Notandum autem, quod hoc est primum verbum quod Christus in isto Evangelio loquitur; et congrue; quia primum quod querit Deus ab homino, est recta intentio. Et secundum Origenem, post sex verba qua Joannes dixerat, Christus septimum locutus est. Primum namque Joannes Baptista locutus est, quando testimonium perhibeens de Christo, clamabat dicens, *Hic est¹ de quo dixi*. Aliud quando dixit: *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus*. Tertium quan-

¹ Al.: a erat, p.

do dixit : *Ego¹ baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.* Quartum : *Ecce agnus Dei.* Quintum : *Vidi spiritum descendenteum quasi columbam etc.* Sextum, cum hic dieit : *Ecce agnus Dei.* Et Christus septimum loquitur, ut intelligas mystice, quod quies, quæ designatur per septimum diem², nobis est futura per Christum; et quod in ipso est plenitudo septiformis gratia Spiritus sancti.

4. Consequenter respondent discipuli : *Qui dixerunt ei etc.* Et quidem interrogati de uno, duo respondent. Primo quidem quare Christum sequuntur, scilicet ut addiscant : unde et Magistrum eum vocant, *Rabbi quod dicitur interpretatum magister;* quasi dicent : Quærimus, ut nos doceas, fam enim præcognoscebant quod dicitur Matth. xxii, 10 : *Unus est magister vester Christus.* Secundo vero quod secundo quærunt, scilicet *Ubi habitas?* Et quidem³ litteraliter dici potest quod in veritate domum Christi quærebant : propter enim mira et magna, quæ a Joanne de eo audieram, nolebant cum perfectorie interrogare, nec semel tantum, sed frequenter et seriose; et ideo dominum ejus scire volebant, ut frequenter ad eum accederent, juxta consilium Sapientis, Eccli. vi, 36 : *Si videris sensatum, evigila ad illum :* et Prov. viii, 34 : *Beatus qui audit me, et vigilat ad fores meas quotidie.* Allegorice autem in cœlis est habitaculum Dei, secundum illud Psal. cxxxi, 1 : *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cœlis.* Quærunt ergo ubi Christus habitat; quia ad hoc debemus Christum sequi ut per eum ducamur ad cœlos, id est ad gloriam coelestem. Moraliter autem interrogant, *Ubi habitas?* quasi vellet scire quales debent esse homines qui digni sunt quod Christus habitat in eis; de quo habitaculo dicitur Ephes. ii, 22 : *Aedificamini in habitaculum Dei :* et Cantic. i, 6 : *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.*

5. Consequenter cum dicit, *Venite et videte,* ponitur instructio discipulorum

a Christo; secundo commendatur discipulorum obedientia : *Venerunt et videbunt;* tertio determinatur⁴ tempus, quia hora erat quasi decima. Dicit ergo primo : *Venite et videte,* scilicet ubi habitem.

Sed hic est quæstio. Cum Dominus dicat : Matth. viii, 20 : *Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet :* quare dicit, *Venite et videte ubi habito?* Respondeo dicendum, secundum Chrysostomum, quod per hoc quod dixit Dominus. *Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet :* demonstravit quod non habuit proprium habitaculum : non quod in domo alienus alterius non maneret. Et ad hanc videndum istos invitabat, dicens, *Venite et videte.* Mystice autem dicit, *Venite et videte,* quia habitatio Dei, sive gloriae, sive gratiae, agnoscere non potest nisi per experientiam : nam verbis explicari non potest. Apoc. ii, 17 : *In calculo nomen novum etc.* Et ideo dicit : *Venite et videte.* *Venite,* credendo et operando, *et videte,* experiencingo et intelligendo.

Notandum autem, quod quatuor modis pervenitur ad hanc cognitionem. Primo per bonorum operum actionem : unde dicit, *Venite, Psal. xli, 3 : Quando veniam et apparebo ante faciem Domini.* Secundo per mentis quietem, seu vacationem. Psal. xlii, 11 : *Vacate et videte.* Tertio per divinæ dulcedinis gustationem. Psal. xxxiii, 9 : *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus.* Quarto per operationem devotionis. Thren. iii, 41 : *Levamus corda nostra cum manibus orando etc.* Et ideo dicit Dominus, Luc. xxiv, 39 : *Palpate, et videte etc.*

Consequenter ponitur discipulorum obedientia; quia statim sequitur, *Venerunt et videbunt :* quia veniendo videbunt, et videntes non deseruerunt : unde dicitur : *Et manserunt ibi die illo :* quia, ut dicitur infra vi, 45, omnis qui audit a Patre, et didicit, venit ad me. Qui enim recedunt a Christo, non videbunt eum adhuc, sicut videre oportet. Isti autem qui perfecte credendo, eum viderunt, manserunt ibi die illo ; audientes, viden-

¹ Al. : « ego autem. »

² Al. : « per dies. »

³ Al. : « quod quidem. »

⁴ Al. : « dehincemus. »

⁵ Al. : « determinauit. »

tes, beatum diem, beatam noctem duxerunt. III Reg. x, 8 : *Beati viri tui, et beatissimi servi tui, qui stant coram te semper.* Et ideo, ut dicit Augustinus de Temp., ser. ccxv, adificemus et nosmetipsum in corde nostro, et faciamus dominum quo veniat ille, et doceat nos. Et dicit, *Die illo*, quia nox esse non potest ubi est lumen Christi, ubi est sol justitiae.

Tempus autem determinatur consequenter, cum dicit: *hora autem erat quasi decima*; quod quidem Evangelista determinat, ut secundum litteram, insinuat commendationem Christi et discipulorum: hora enim decima est in occasu diei: ex quo et Christus conunendatur, qui tam studiosus erat ad docendum, quod nec propter temporis tarditatem eos dicere distolit, sed in hora decima docuit eos Eccl. xi, 6 : *Mane semina semin tuum, et vespero ne ccesset manus tua.* Similiter etiam commendatur et discipulorum temperantia: quia etiam hora decima quia conseruerunt homines comedisse, et esse minus sobrium ad perceptionem sapientiae, ipsi et sobrium, et apti erant ad sapientiam audiendam, nec propter cibum aut vinum impediabantur. Nec mirum, quia discipuli ejus fuerant, scilicet Joannis cuius potus erat aqua, esca autem locusta et mel silvestre. Secundum autem Augustinum, per horam decimam lex signatur, qua in decem praecipsis data est. Erat ergo hora decima quando isti venerunt: et manserunt cum Christo, et ab eo eruditur, ut impleretur lex per Christum quae a Judasis impleri non poterat. Et ideo etiam in ipsa hora vocatus est *Rabbi*, idest magister.

6. Consequenter cum dicit, *Erat autem Andreas frater Simonis Petri etc.* ponitur fructus quem fecit discipulus Joannis conversus ad Christum. Et super hoc primo describitur discipulus; secundo fructus ab ipso inchoatus, ibi, *Invenit hic prius fratrem suum Simonem*; tertio ponitur consummatio fructus facta per Christum, ibi, *Intuitus autem eum Jesus dixit.* Describitur autem discipulus primo a nomine, cum dicit, *Erat autem An-*

dreas; idest virilis. Psal. xxx, 25 : *Viri liter agite, et confortetur cor vestrum.* Exprimit¹ autem nomen, ut ostendatur ejus privilegium: tum quia prior conversus est ad fidem Christi perfecte; tum etiam quia Christum pradicavit: unde sicut Stephanus fuit primus martyr post Christum, ita et Andreas fuit primus Christianus. Secundo describitur a cognitione: ² quia *frater Simonis Petri*: quia junior erat; et hoc quidem est ad commendationem suam, ut qui aetate posterior, fide efficiatur primus. Tertio a disciplina: quia *nous ex duabus qui audierant a Joanne*. Et hujus quidem nomen describitur ad ostendendum Andreae privilegium quod insignis fuerit. Alterius enim nomen tacetur: aut quia ille alius fuit Joannes Evangelista, cuius consuetudo est in suo Evangelio, cum de eo agitur, nomen suum non exprimere propter humilitatem; aut, secundum Chrysostomum, non fuit aliquis insignis, nec fecit aliquid magnum; unde non fuisset utilitas nomen ejus ponere. Sic enim et Lucas, cap. x, nomina septuaginta duorum discipulorum, quos Dominus binos misit ante faciem suam, non posuit: quia non erant solemnies personae et insignes, sicut Apostoli fuerunt. Aut, secundum Alcuinum, ille discipulus fuit Philippus: et hoc patet, quia statim postquam Evangelista prosesus est de Andrea, prosequitur de Philippo, dicens: *In crastinum autem voluit exire in Galilam, et invenit Philippum etc.* Quarto commendatur a devotionis studio: unde dicitur: *Et secuti fuerant eum*, idest Jesum. Job xxii, 2 : *Vestigia ejus secutus est pes meus.* Fructus autem inchoatus per Andream ponitur, cum dicit, *Invenit hic prius Simonem fratrem suum.* Et primo insinuat apud quem fructum fecit, scilicet apud fratrem suum, ut commendet sue conversionis perfectionem: sicut enim Petrus dicit in *itinerario Clementis*, evidens signum perfecta conversionis alicuius est, cum conversus, quanto aliquis sibi est magis conjunctus, tanto magis satagit cum convertere ad Christum. Et ideo Andreas

¹ Al. : « Servituti etc. hi qui stant. »

² Al. : « imponitur. »

³ Al. : « cognitione. »

perfecte conversus non detinuit apud seipsum inventum thesaurum; sed festinat et currit cito ad fratrem, traditur ei bona qua suscepit.

7. Et ideo dicit: *Invenit hic*, scilicet Andreas *primum*, idest primo adverbialiter, *fratrem suum Simonem*, quem querebat, ut sicut erat sanguine, ita ficeret eum germanum fidei. Prov. xviii, 49: *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma.* Apoc. ult. 47: *Qui audit, dicat, Veni.* Secundo ponit verba quae dicit Andreas: *Invenimus Messiam quod interpretatur Christus:* ubi, secundum Chrysostomum, tacite respondet eidam quaestioni: scilicet si quis cum interrogaret de quo instructi fuissent a Christo, in promptu est responsio: scilicet quod per testimonia Scriptura instruxit eum intantum quod cognosceret eum esse Christum: et ideo dicit, *Invenimus*: per quod etiam iunxit, quod diu cum desiderio eum quiescerat. Prov. vi, 13: *Beatus homo qui invenit sapientiam. Messiam hebraice, quod graece interpretatum est Christus, idest unctus latine: quia specialiter unctus est oleo invisibili, idest Spiritus sancti. Ideo signanter nomine isto manifestat eum: unde in Psal. xliv, 8, dicitur: Unxit te Deus tuus oleo latitiae praे consortibus, idest praे omnibus sanctis: nam omnes sancti isto oleo unctioni sunt; sed iste singulariter unctus est, et singulariter sanctus: ideo, secundum Chrysostomum, non dicit *Messiam* simpliciter, sed cum abiectione articuli. Tertio ponit fructum quem fecit: quia *adduxit eum ad Jesum*, scilicet Petrum: in quo Petri obedientia commendatur. Confestim enim occurrit, in hoc non tardans. Et Andreae devotionem considera: quia duxit eum ad Jesum, non ad se; sciebat enim se infirmum: et ideo eum ad Christum adducit, ut ipse eum instruat: instruens simul per hoc, quod hic debet esse prædicatorum conatus et studium, ut fructus prædicationis et studii non sibi vindicent, seu ad utilitatem et honorem proprium convertant, sed ut adducant ad Jesum, idest ad ejus gloriam et honorem referant. Il Corin-*

iv, 3: *Non enim prædicamus nosmeptisos, sed Iesum Christum.*

8. Consummatio autem hujus fructus ponitur cum dicit: *Intuitus autem eum Jesus dixit etc.*: ubi Christus ad fidem divinitatis eum elevare volens, incipit que divinitatis sunt opera facere, occulta prædicans. Et primo quidem quantum ad occulta præsentia: unde *intuitus eum*; idest, statim cum vidit eum virtute divinitatis, consideravit, et dixit ei nomen suum: unde dicit: *Tu es Simon.* Nec mirum, quia, ut dicitur I Reg. xvi, 17: *homines vident ea quæ apparent, Deus autem intuitur cor.* Congruit autem hoc nomen mysterio: nam Simon interpretatur obediens: ut insinuet quod obedientia necessaria est ei qui conversus est ad Christum per fidem. Act. v, 32: *Dat Spiritum sanctum obedientibus sibi.* Secundo vero quantum ad occulta præterita: unde dicit, *Filius Joanna*: quia hoc nomine vocatus est Pater suus: vel secundum Matthæum, *Filius Jona*: cum dicit, *Simon Barjona*: et utrumque congruit mysterio. Joanna enim interpretatur gratia, ut insinuet quod homines per gratiam veniunt ad fidem Christi: Ephes. ii, 5: *Gratia salvati estis etc.* Jona vero interpretatur columba, ut insinuet quod per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, firmatur in amore Dei, ut dicitur Rom. v, 5: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Tertio vero quantum ad occulta futura: unde dicit: *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, et in graeco caput: et congruit mysterio, ut ille qui debet esse aliorum caput, et Christi vicarius, firmati inhereret. Matth. xvi, 18: *Tu es Petrus, et super hauc petram edificabo Ecclesiam meam.*

Sed hic est questio litteralis. Et primo quare Christus imposuit ei in principio sua conversionis nomen, et non voluit quod a principio nativitatis sue hoc nomine vocaretur? Ad hoc respondetur dupliceiter, secundum Chrysostomum. Primo quidem, quia nomina divinitus imposita aliquam eminentiam gratiae spiritualis designant. Quando autem Deus confert

¹ Al.: « aent. »

specialiē¹ gratiam alieni, ab ipsa nativitate nomen gratiam illam significans imponitur; sicut patet de Joanne Bapſita, qui ante a Deo est nominatus quam natus, quia fuit sanctificatus in utero matris. Aliquando autem aliter conſertetur eminētia gratiæ ſpecialis tempore procedente: et talia nomina divinitus imponuntur non a principio nativitatis, sed in ipſo proceſſu temporis; sicut patet de Abraham et Sara, quibus nomina mutata sunt quando promissionem multiplicantē germinis accepuntur. Eodem modo et Petrus nominatur divinitus quando ad fidem Christi et gratiam Apostolatus vocatur, et ſpecialiter quia conſtitutus est Princeps Apostolorum totius Ecclesiæ; quod in aliis Apostolis non eſt factum. Seunudum Augustinum autem, quia ſi a principio fuisset nominatus Cephas, non apparueret mysterium. Et ideo voluit Dominus quod tune nomen haberet, ut mutatione nominis, Ecclesiæ mysterium apparet, que in confessione² fidei ejus fundata erat. Petrus enim a petra dicitur, petra autem erat Christus. In Petri ergo nomine figurata eſt Ecclesia, quæ ſupra firmam petram immobilem, idest Christum, adſificata eſt.

Seunuda quaſtio eſt, utrum hic fuerit hoc imponitum nomen Simoni, an in

Matth. xvi, 18, cum dicitur: *Tu es Petrus.* Et ad hoc respondet Augustinus di- eens, quod iſtud nomen hoc loco fuit Simoni imponitum; ſed quod dicit ei Domi- nus in Matth., *Tu es Petrus etc.*, non, eſt nominis impositio, ſed impositi nominis commemoratio, ut quasi utatur illo no- mino tamquam jam imponito. Alii autem dicunt, quod hoc nomen fuit imponitum Simoni quando Dominiſus dixit ei loc. cit.: *Tu es Petrus, et ſuper hanc petram adſifice Eccleſiam meam.* Ille vero non im- ponit ei hoc nomen, ſed praesiguit quod ſit ei poſtmodo imponendum.

Tertia quaſtio eſt de vocatione Petri et Andree: quia hic dicitur, quod fue- runt vocati juxta Jordanem, quia fuerunt discipuli Joannis; et Matth. iv, dicitur, quod Christus vocavit eos juxta mare Galilæa. Et ad hoc dicendum, quod tri- plex fuit vocatio Apostolorum. Prima fuit ad cognitionem seu familiaritatem, et fidem; et de hac dicitur hic. Secunda fuit in officiū praesignatione, de qua habetur Lue. v, 10: *Ex hoc eris homines capiens.* Tertia fuit ad Apostolatum, de qua dicitur Matth. iv, quæ fuit perfecta, quia poſtea non redierunt ad pro- pria.

LECTIO XV

1. In crastinum voluit exire in Galileam; et invenit Philipum: et dicit et Jesus, Sequere me. Erat autem Philippos a Bethsaida, civitate Andree et Petri. 2. Invenit Philippos Nathanaelum, et dicit ei: Quoniam scriptis Moyses in lege et Prophetis, inveni- nimus Iesum filium Joseph a Nazareth. 3. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni eſſe? Dixit ei Philippos: Veni, et vide. 4. Vidi Iesum Nathanaelum venientem ad ſe, et dixit de eo: Ecco vere Israhelia, in quo dolus non eſt. Dixit ei Nathanael: Unde me noſti? Respondit Jesus, et dixit ei: priusquam te Philippos vocaret, eum eſſes sub fieri, vidi te. Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub fieri, credis; magis his videbabis. Et dixit ei: Amen, an non dico vobis, videbitis eorum apertum, et An- gelos Dei aſcendentes et descendentes super Filium hominis³.

1. Positio fructu qui provenit ex prædi-

catione Joannis, et ejus discipuli, conſequenter Evangelista manifestat fructum qui provenit ex prædicatione Christi: et primo agit de conuersione unius discipuli ad prædicationem Christi; ſecundo de conuersione aliorum ad prædicationem discipuli ad Christum conversi, ibi, *Inve- nit Philippos Nathanaelum etc.* Cirea pri- mum tria facit. Primo ponitur discipuli vocandi occasio; ſecundo subditur ipsius discipuli vocatio; tertio describitur vocati discipuli conditio, ibi, *Erat autem Phi- lippos a Bethsaida.* Occasio quidem vo- cationis fuit exitus Iesu a Judea: et ideo dicitur, *In crastinum autem voluit exire,* ſcilicet Jesus a Judea, *in Galilæam;* et

¹ AL. : « ſpiritualē, » ſic etiam infra.

AL. : « in conuentione. »

invenit Philippum. Ratio autem exitus Jesu in Galilæam assignatur triplex : duas videlicet litterales, quarum una est quia postquam baptizatus fuerat a Joanne, volens honorem deferre Baptista, exivit in Galilæam, a Judæa recedens, ne sua præséntia offuscaret et minueret Joannis magisterium, dum adhuc statum haberet, docens nos honore invicem prævenire, ut dicitur Rom. xii. Secunda ratio est, quia in Galilæa non sunt insignes personæ. Intra vii, 52 : *A Galilæa Propheta non surgit etc.* : et ideo voluit exire illuc Jesus, et eligere inde principes orbis terræ, qui sunt Prophetis majores, ut per hoc suam virtutem ostendat. Ps. cxi, 35 : *Posuit desertum in stagna aquarum.* Tertia ratio est mystica : quia Galilæa interpretatur transmigratio. Voluit ergo exire a Judæa in Galilæam, ut insinuaret quod in crastinum, idest in die gratiae, scilicet Evangelii, exiret a Judæa in Galilæam, idest ad Gentes salvandas. Infra vii, 35 : *Numquid hic iturus est in dispersionem gentium? Vocatio ergo discipuli est ad secundum : et ideo dicit: Invenit Philippum, et dicit ei, Sequere me.*

Et nota, quod aliquando homo invenit Deum, sed quasi ignotum. Prov. viii, 35 : *Qui invenierit me, inveniet vitam, et hauriet sahitem a Domino.* Aliquando Deus invenit hominem, sed ut eum manifestet et magnificet. Psal. lxxxviii, 21 : *Inveni David servum meum.* Et sic Christus invenit Philippum, ut eum ad fidem et gratiam vocet : et ideo statim dicit, *Sequere me.*

Questio est quare Jesus a principio non vocavit discipulos. Ad quod respondet Chrysostomus, quod noluit a principio aliquem vocare, antequam aliquis spontaneus ei adhæreret per prædicationem Joannis : quia homines magis exemplo trahuntur quam verbis Exod. xxvi : *cortina trahit cortinam.*

Quæritur etiam quare Philippus statim ad unum verbum secutus est Christum, cum Andreas cum secutus fuerit, audiens a Joanne de Christo, Petrus autem ab Andrea. Ad hoc est triplex responsio. Una, quia Philippus jam instrue-

tus erat a Joanne : quia, secundum unam expositionem supra positam, ille alius, qui cum Andrea secutus est Christum, erat Philippus. Alia ratio est, quia vox Christi virtutem quamdam habebat ut non solum exterius, sed etiam interius eorū moveret. Hier. xxiii, 19 : *Verba mea sunt quasi ignis.* Non enim vox Christi solum exterioribus dicebatur, sed fidelium interiora ad ejus inflammabat amorem. Tertio, quia forte Philippus jam de Christo fuerat instructus ab Andrea et Petro : quia ex eadem villa erant : quod Evangelista videtur innuere per hoc quod subdit : *Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andreae et Petri.* In quo discipuli vocati conditio exprimitur : quia erant a Bethsaida. Et sic congruit mystice. Bethsaida enim dominus venatorum interpretatur, ut ostendat quales tunc animo erant Philippus, Petrus et Andreas, et quod de domo venatorum, congrue venatores ad capiendas² animas ad vitam vocaret. Hier. xvi, 16 : *Mittam meos venatores etc.*

2. Consequenter ponitur fructus discipuli ad Christum conversi : et primo ponitur inchoatio fructus facta a discipulo ; secundo consummatio facta per Christum, ibi, *Vidit Jesus Nathanaelem etc.* Carea primum tria facit. Primo ponitur annuntiatio Philippi ; secundo responsio Nathanaelis, ibi, *Et dixit Nathanael ; tertio consequens admonitio Philippi, ibi, Dicit ei Philippus.* Carea primum attende, quod sicut Andreas perfecte conversus studuit adducere fratrem sumum ad Christum, ita et Philippus fratrem sumum Nathanaelem : et ideo dicit : *Invenit Philippus Nathanaelem : quem forte quærebat, sicut Andreas Petrum quæsierat : quod fuit signum perfectæ conversionis. Et dixit ei.* Nathanael interpretatur domini Dei ; et quod aliquis ad Christum convertatur, ex dono Dei est. Annuntiat autem ei, omnes prophetias et legem complementum habere, et desideria sanctorum patrum non esse frustrata, sed esse verificata, et quod eorum desideriis erat promissum a Deo, jam adimplatum esse : *Quem scripsit Moyses in*

¹ AL. : « invenit. »

² AL. : « capiendas. »

lege et Prophetis, invenimus Iesum : per quod datur intelligi quod Nathanael erat satis peritus in lege, et quod etiam Philippus jam instrutus de Christo, volunt Nathanaelem ex sibi notis, scilicet ex lege, et Prophetis, inducere ad Christum : et ideo dicit : *Quem scripsit Moyses etc. Moyses enim de Christo scripsit.* Infra v. 46 : *Si crederetis Moysi, credetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit.* Similiter Prophetae de Christo scripserunt. Act. x. 43 : *Huius omnes Prophetarum testimonium perhibent.* Etiam attende, quod tria dicit de Christo Philippus, legi et Prophetis consona. Primo quidem nomen : unde dixit : *Invenimus Iesum :* et hoc consonat Prophetis. Isa. xix, 20 : *Mittam eis salvatorem etc.* Iliae ult. 18 : *Exultabo in Deo Iesu meo.* Secundo vero genus nunc duxit originem humanam, cum dicit, *Filium Joseph;* scilicet qui erat de domo David et familia. Et quamvis ex eo Christus originem non duxerit, tamen ex Virgine duxit, quea erat de eadem progenie cum Joseph. Vocat autem filium Joseph, quia ejus filius estimabatur esse, cui scilicet desponsata erat mater ejus. Unde dicitur Luc. ii, 23 : *Ut putabatur, filius Joseph.* Nec mirum, si Philippus vocabat eum filium Joseph, cum et mater ejus divinae incarnationis conscientia, ipsum ejus filium diceret. Luc. ii, 48 : *Pater tuus et ego dolentes quarebamus te.* Et si quidem aliquis filius alicujus vocatur, quia nutritur ab ipso, Joseph multo amplius pater Iesu poterat, licet secundum carnem pater non esset : quia et eum nutritiverat, et sponsus matris virginis erat. Dicitur autem hic a Philippo non tanquam de commixtione Joseph et Virginis natus esset, sed quia sciebat Christum de generatione David nasciturum, de cuius domo et familia erat Joseph, cui desponsata erat Maria. Et hoc etiam consonat Prophetis. Hier. xxiii, 5 : *Suscitat David germen justum etc.* Tertio commemorat patriam, dicens, *A Nazareth :* nou quia in ea natus esset ; immo in Bethlehem ; sed quia in ea erat nutritus : quia enim nativitas ejus multis erat in-

cognita, locus autem ubi nutritus erat, cognitus erat multis, ideo Philippus Bethlehem tacuit, et posuit Nazareth ; et hoc quidem consonat dictis Prophetarum : nam Isa. xi, 1 : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos sive Nazaraeus, secundum aliam litteram de radice ejus ascendet.*

3. Consequenter enim dicit, *Et dixit ei Nathanael etc.*, ponitur responsio Nathanaelis : quod quidem potest legi et assertive et interrogative ; et utroque modo huiusmodi responsio congruit veribus Philippi. Si enim, secundum quod Augustinus vult, legatur assertive, est sensus : *A Nazareth potest aliquid boni esse*; idest, a civitate tanti nominis potest esse quod aliquid summæ gratiae nobis oriarum, seu aliquis Doctor eximius, qui florem virtutum et munditiam sanctitatis nobis praedicet. Nazareth enim flos interpretatur. Ex quo datur intelligi, quod Nathanael doctissimus in lege, scrutatus Scripturas, praeconoscit quod de Nazareth expectandus esset Salvator, quod non facile alii Scribæ et Pharisei noverant ; et ideo, cum Philippus dicaret, *Invenimus Iesum a Nazareth, erectus in spem, respondit : Vere a Nazareth potest esse etc.* Si vero legatur, secundum Chrysostomum, interrogative, tunc est sensus : *A Nazareth potest aliquid boni esse ?* quasi dicat : Omnia alia quæ dicas, erubetibilia videntur esse, quia et nomen et genus Prophetis consonat ; sed hoc quod dicas, *A Nazareth*, non videtur possibile : Nathanael enim habuerat per Scripturas, quod a Bethlehem oportet Christum venire, secundum illud Mich. ii, 6¹ : *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Iuda : ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel.* Et ideo non invoniens convenientem emulacionem Philippi cum prophetica prædicatione, prudenter et mansuetate de veritate dicti interrogat : *A Nazareth potest aliquid boni esse ?*

Consequenter ponitur admonitio Philippi : *Dixit ei Philippus : Veni et vide :* quae quidem admonitio utriusque responsioni Nathanaelis convenient. Assertive

¹ Parm. : ^a Matth. 2.

quidem, ut dicatur : Tu dicas quod a Nazareth potest aliquid boni esse : sed ego dico, quod illud bonum quod tibi annuntio, tantum et tam magnificum est quod ego exprimere non valeo ; et ideo *veni*¹ et *vide*. Interrogative autem legitur sic. Tu admirando dicas : *A Nazareth potest aliquid boni esse?* reputans hoc esse impossibile secundum Scripturas ; sed si experiri volueris quae ego expertus sum, intelliges vera esse qua: dico ; et ideo *veni* et *vide*. Trahit quidem Philippus Nathanaelem ad Christum, ejus interrogantibus non fractus, qui scit de reliquo cum non contradicturum, si verba et doctrinam Christi gustaverit : et in hoc Philippus Christum secutus est ; qui superius interrogantibus eum de habitaculo, respondit : *Venite et videte*. Psal. xxxvi, 6 : *Accedite ad eum, et illuminamini*.

4. Consequenter cum dicit, *Vidit Jesus Nathanael*, ponitur consummatio fructus per Christum. Sciendum autem, quod aliqui dupliciter convertuntur ad Christum : quidam per miracula visa et experta in se sive in aliis ; quidam vero per spirationes internas, et per prophetiam et prænoscientiam occulorum futurorum. Sed efficacior est modus per prophetias et prænoscientiam futurorum converti, quam per miracula. Ipsi enim dæmones, et aliqui homines corum auxilio, aliqua mira praetendere possunt ; sed futura prædicere solius divina virtutis opus est. Isa. xl, 23 : *Ventura quoque annuntiate et dicemus quod dii estis*. 1 Corinth. xiv, 22 : *Prophetiae datae sunt fidelibus*. Et inde est quod Dominus non per miracula, sed per prænuntiationem occulorum Nathanaelem ad fidem trahit ; et ideo dicit de eo : *Ecce vere Israelita in quo dolus non est* : ubi tria occulta ei insinuat, scilicet occulta præsenta, quae sunt in corde, præterita facta, et futura colescia : quae quidem tria scire, divinum est, non humannum opus. Occulta quidem præsenta insinuat ei, cum dicit : *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est* : ubi quidem primo ponitur Christi prænun-

tatio ; secundo vero Nathanaelis inquisitio, ibi, *Unde me nosti?* Dicit ergo pri-
mum : *Vidi Jesus Nathanaelum venien-
tem ad se* ; quasi dicat, Antequam ad ipsum perveniret, dixit de eo : *Ecce vere
Israelita etc.* Dixit autem hoc de eo antequam ad ipsum perveniret : quia si dixisset hoc postquam ad Jesum pervenisset, potuisset credere Nathanael quod hoc Jesus audivisset a Philippo. Dixit au-
tem : *Ecce vere Israelita, in quo dolus
non est* : Israel autem duas interpretatio-
nes habet. Uno enim modo interpretatur rectissimus. Isa. xliv, 2 : *Noli timere,
serve meus rectissime, quem elegi*, ubi dicit *Glossa*, quod Israel interpretatur rectissimus. Alio modo Israel interpretatur vir videns Deum. Et secundum utrumque, Nathanael est vere Israelita ; quia enim ille dicitur rectus in quo non est dolus, ideo dicitur² *vere Israelita, in quo
dolus non est* ; quasi dicat : Vere repre-
sentas genus tuum, quia tu es rectus et sine dolo. Quia³ vero per munditiam et simplicitatem homo Deum videt, ideo dicit : *Vere Israelita* ; id est, tu es vir vere videns Deum, quia tu es simplex et sine dolo. Dixit autem, *In quo dolus non est*, ne credatur quod malitiose dixerit : *A Nazareth potest aliquid boni esse?* quasi interroga⁴. Augustinus autem aliter exponit. Manifestum est enim quod omnes sub peccato nascuntur. Illi ergo dicuntur dolosi qui peccatum habentes in corde, exterins singunt se justos ; qui vero peccator est et se peccatorem constitutur, non est dolosus. Dixit ergo : *Ecce
vere Israelita, in quo duobus non est* : non quod peccatum non haberet, non quod illi medicus necessarius non esset, quia nemo sic natus est ut nullo medico indigat ; sed in eo confessionem peccati laudavit.

Consequenter cum dicit, *Unde me nos-
ti?* ponitur Nathanaelis inquisitio. Admi-
rans enim Nathanael virtutem Dei in oculorum manifestatione : quia hoc solius Dei est : Hier. xvii, 9 : *Primum est cor
hominis et inscrutabile, et quis cognoscet
illud?* Ego Dominus scrutans cor, et pro-

¹ Al. : « et ideo dicit, *Veni etc.* »

² Al. deest : « ideo dicitur. »

³ Al. : « quod. »

⁴ Al. : « fed dubitans de veritate sollicitus. »

*hunc renes; et I Reg. xvi, 17: Homines vident ea quae parent, Deus autem intueretur eum: ideo querit: Unde me nosti? in quo commendatur Nathanaelis humilitas: quia licet laudaretur, non est elatus, sed laudem propriam suspectam habuit: contra quod dicitur Isa. iii, 12: Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Praterita vero¹ absentia insinuat, cum dicit, *Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub sicu, vidi te:* ubi primo ponitur denuntiatio Christi; secundo confessio Nathanaelis, ibi, *Respondit ei Nathanael, et ait, Rabbi, tu es Filius Dei.* Circa primum sciendum est, quod Nathanael posset habere duplificem suspicionem de Christo: unam quod dixisset Christus premissa, volens ei blandiri, et ad amicitiam suam trahere; aliam quod ea quae dixit supra, ab alio cognovisset. Ut ergo suspicionem auferrat, et ad altiora erigat, illa occulta manifestat quae nullus nisi divinitus scire potuisset: ea videlicet quae statim circa ipsum Nathanaelem contigerant: et hoc est quod dicit: *Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub sicu, vidi te.* Ad litteram enim, sub arbore sicu fuerat Nathanael, cum a Philippo vocaretur: quod Christus virtute divinitatis conjectarat: quia, ut dicitur Ecol. xxiiii, 28, *Oculi Domini multo lucidiores super solem.* Mystice autem per sicum designatur peccatum: tum quia invenimus arborem sibi maledictam folia sola habentem, et non fructum, Matth. xxi, quod factum est in figuram peccati: tum quia Adam et Eva cum peccassent, de foliis ficus perizomata fecerunt. Dicit ergo: *Cum esses sub sicu;* idest sub umbra peccati antequam ad gratiam vocatus esses, *Ego vidi te,* scilicet oculo misericordiae: nam ipsa Dei praedestinatio oculo pietatis respicit praedestinatos sub peccatis viventes. Ephes. i, 4: *Elegit nos ante mundi constitutionem etc.* Et de isto oculo loquitur hic, *Vidi te,* praedestinando scilicet ab aeterno. Vel secundum Gregorium: *Cum**

esses sub sicu, idest sub umbra legis, *vidi te.* Heb. x, 1: *Umbram habens lux futrorum honorum etc.* Statim autem Nathanael ad hoc conversus, et virtutem divinitatis in Christo cognoscens, in vocem confessionis et laudem prorumpit, dicens: *Rabbi, tu es Filius Dei:* ubi tria considerat de Christo. Scilicet plenitudinem scientiarum, cum dicit, *Rabbi,* quod interpretatur magister; ac si dicat, perfectus es in scientia. Jam praesentebat quod dicitur Matth. xxiiii, 10: *Magister vester unus est Christus.* Secundo excellentiam singularis glorie, cum dicit, *Tu es filius Dei.* Nam quod homo sit filius Dei per adoptionem, non est nisi gratiae; et etiam esse² filium Dei per unionem, quod est proprium homini Christo, per gratiam est: quia non ex aliquibus praecedentibus meritis, sed per gratiam unionis homo ille est filius Dei. Tertio vero immensitatem potentiae, cum dicit: *Tu es rex Israel,* idest expectatus ab Israel in regem et defensorem. Dan. viii, 14: *Potestas ejus, potestas aeterna etc.*

Sed circa hoc insurgit quaestio, secundum Chrysostomum. Cum Petrus, qui post multa miracula, post magnam doctrinam, confessus fuit quod hic confitetur Nathanael de Christo, *Tu es Filius Dei,* meruit beatificari, dicente Domino Matth. xvi, 17: *Beatus es Simon Barjona etc.*; cur et Nathanael, qui simile dixerat ante visa miracula, et perceptam doctrinam, beatificatus non fuit? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quod hujus causa est, quia licet cadem verba Nathanael et Petrus protulerit, non tamen fuit eadem intentio utriusque. Petrus quidem confessus fuit, Christum esse Filium Dei verum per naturam, ut scilicet sic esset homo³ quod tamen esset verus Deus; hic autem confessus est esse filium Dei per adoptionem, secundum illud Psal. lxxxi, 6: *Ego dixi: Dii estis, et filii excelsi omnes.* Et hoc patet per verba sequentia. Si enim intellexisset cum esse Filium Dei per naturam non dixisset⁴, *Tu es rex Israel*

¹ Al.: « præterea vero. »

² Al.: « et te esse. »

³ Al.: « Petrus quidem confessus fuit Christum esse Filium Dei verum per naturam, non a sem-

tipso loquens, sed paterna inspiratus gratia, totus spiritualis effectus est, ut scilicet sic esset homo etc. »

⁴ Al.: « induxisset. »

solum, sed totius mundi. Hoc etiam patet, quia ad fidem Petri Christus nihil addit¹, quasi perfectam existentem; sed Ecclesiam dixit se fabricaturum esse in confessione illius. Sed Nathanael, quasi majori parte sue confessionis deficiente, elevat ad majora, scilicet ad cognitionem divinitatis suae: unde dixit: *Magus his videbis.*

Ubi notatur tertium, scilicet insinuatio futurorum; quasi dicat: Quia dixi tibi præterita, credis me esse Filium Dei per adoptionem, et regem Israel tantum; sed dicam te ad majorem cognitionem, ut scilicet credas me Filium Dei naturalem, et regem omnium sæculorum. Et ideo sequitur: *Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, et Angelos Dei ascendentēs et descendentes super Filium hominis:* ubi, secundum Chrysostomum, vult probare Dominus quod sit verus² Deus Filius, et Deus. Angelorum enim est proprium ministrare, et subjici. Psal. lvi: *Benedicite Domino omnes Angeli ejus, qui facitis voluntatem ejus.* Cum ergo videbitis quod Angeli administrabunt mihi, certum erit vobis quod sum verus Filius Dei. Heb. i, 6: *Cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent cum omnes Angeli Dei.*

Sed quando viderunt hoc Apostoli? Viderunt, inquam, in passione, quando Angelus afflit illi, confortans eum, Luc. xxii. Item in resurrectione, quando Apostoli invenorunt duos Angelos stantes supra sepulcrum. Similiter in ascensione, quando dixerunt Apostolis, Act. i, 11: *Viri Galilæi, quid admiramini aspiciētes in cœlum?* *Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum cœlum in cœlum.*

Et quia de præteritis ei vera jam dixerat, magis ei credibile fuit quod prænuntiat de futuro cum dicit, *Videbitis;* evidens enim argumentum est vera dicere de futuris qui de occultis præteritis manifestaverat veritatem. Dicit autem: *Super Filium hominis Angelos ascendentēs et descendentes:* quia secundum carnem mortalem paulo minoratus est ab

Angelis, et intantum Angeli ascendunt et descendunt super eum; sed secundum quod est Filius Dei³, ipse super Angelos est, ut dictum est. Secundum Augustinum autem, pulchre in verbis prædictis suam divinitatem manifestat. Legitur enim Gen. xxviii, 12, quod *Jacob vidit scalam, et Angelos ascendentes et descendentes.* Et Jacob intelligens quid vidit, surgens uxuit lapidem oleo, et deinde dixit: *Vere Dominus est in loco isto.* Lapis iste Christus est, quem reprobaverunt adfiantes; et est unctus oleo invisi bili Spiritus sancti; sed erigitur in titulum, quia futurus erat Ecclesie fundatum, ut dicitur I ad Corinth. vii, 11: *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est.* Angelii autem ascendunt et descendunt, in quantum ei adsunt obsequendo et ministrando. Dixit ergo: *Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum etc.,* quasi dicat: quia vere Israëlite es, attende ad id quod Israel vidit, ut scilicet credas me illum esse qui est significatus per unctum lapidem a Jacob: nam tu etiam videbis super ipsum Angelos ascendentēs et descendentes, vel Angelii sunt prædicatores, secundum Augustinum, prædicantes Christum. Isa. xviii, 2: *Ite velocius Angeli ad gentem convulsam et dilaceratam:* qui quidem ascendunt per contemplationem, sicut Paulus ascenderat usque ad tertium cœlum, ut dicitur II Corinth. xi, et descendant per proximorum eruditonem: *super Filium hominis,* id est ad honorem Christi: quia, ut dicitur II Corinth. iv, 5: *Non enim prædicamus nos ipsos, sed Jesum Christum Dominum nostrum.* Sed ut ascendant et descendant, apertum est cœlum⁴: quia oportet quod gratia coelestis detur prædicatoribus, ut ascendant et descendant. Psal. lxvi, 9: *Carli distillaverunt etc.* Apoe. iv, 4: *Postea vidi cœlum apertum etc.* Ratio autem quare Nathanael non eligitur in Apostolum post tantam filiei confessionem, ista est: quia Christus noluit quod mundi conversio ad fidem, ascriberetur humanae sapientiae, sed so-

¹ Al.: « in hoc addidit. »

² Al.: « vere. »

³ Al. deest: « Dei. »

⁴ Al.: « sed ut ascendant apertum est cœlum. »

hunc potentia Dei. Et ideo non voluit Nathanaelem, in lege peritissimum, in Apostolum eligere; sed simplices et in-

doctos elegit; ut dicitur I Corinth. 1, 26: *Non multi sapientes... Sed quae stulta sunt mundi elegit Deus.*

CAPUT SECUNDUM

LECTIO I

1. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. 2. Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Jesus et discipuli ejus ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum: *Vinum non habent.* 4. Dixit ei Jesus: *Quid nihil et ibi est, mulier?* Nondum venit hora mea. 5. Dixit mater ejus ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex posita secundum purificationem Iudeorum, capientes singulæ metretes binas vel ternas. 7. Dixit eis Jesus: *Implete hydriæ aqua;* et impluerunt eas usque ad summum. 8. Et dixit eis Jesus: *Iaurite nunc, et fert architrichino.* Et tulerunt. 9. Ut autem gustavit architrichinus aquam, viuum factam, et non sciabat unde esset (ministri autem sciebant, qui hauserant aquam) vocat sponsum architrichinus, et dicit ei: *Omnis homo primum bonum viuum ponit, et cum inebriatur fuerit, tunc id quod deterius est; tu autem servasti bonum viuum usque adhuc.* 10. Hoc fecit initium signorum Iesu in Cana Galilææ, et manifestavat gloriam suam; et crediderunt in eum discipuli ejus.

1. Supra Evangelista ostendit dignitatem Verbi incarnati et evidentiam ejus multipliciter; hic consequenter incipit determinare de effectibus et operibus quibus manifestata est¹ in mundo divinitas Verbi incarnati. Et primo narrat ea quæ Christus fecit in mundo vivendo², ad manifestationem suæ divinitatis; secundo quonodo Christus suam divinitatem demonstravit moriendo; et hoc a xii cap. et ultra. Circa primum duo facit. Primo ostendit Christi divinitatem quantum ad dominium quod habuit supra naturam; secundo quantum ad effectus gratiae: et hoc in in cap., ibi, *Erat homo ex Pharisæis Nicodenus nomine etc.* Dominum autem Christi super natum proponitur nobis per hoc quod natu-

ram mutavit: quæ quidem mutatio facta est a Christo in signum primo discipulis ad confirmandum; secundo vero turbis ad credendum, ibi, *Post hoc descendit Capharnaum.* Mutatio autem naturæ ad confirmandos discipulos in nuptiis³ facta est, in quibus convertit aquam in vinum; et hoc est quod dicit: *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ:* ubi primo describuntur nuptiæ; secundo illi qui nuptiis interfuerunt ibi, *Erat autem mater Iesu ibi;* tertio describitur ipsum miraculum patratum ibi, *Et deficiente vino etc.* Describit autem nuptias primo quidam quantum ad tempus: unde dicit: *Et die tertia nuptiæ factæ sunt,* scilicet postquam praedicta de vocatione discipulorum fecerat. Postquam enim manifestatus fuerat testimonio Joannis, voluit etiam seipsum manifestare. Secundo vero, quantum ad locum: unde dicit: *In Cana Galilææ.* Galilæa namque provincia est, Cana viculus quidam in ipsa provincia.

Quantum autem ad litteram pertinet, sciendum est, quod circa tempus prædicationis Christi est duplex opinio. Quidam namque dicunt, quod a baptismate Christi usque ad passionem ejus, fuerint duo anni et dimidi. Et secundum hos, hoc quod hic legitur de nuptiis, eodem anno factum est, quo Christus baptizatus est. Sed his contrariatur sententia et consuetudo Ecclesiæ; nam in festo Epiphaniae trium miraculorum commemoratio fit: scilicet adorationis Magorum,

¹ Parv. omisit: « in. »

² Al.: « videndo. »

³ Al.: « in quibusdam nuptiis. »

quæ fuit primo anno nativitatis dominicæ ; et baptismi Christi, quo baptizatus est eodem die, revolutis triginta annis ; et de nuptiis, quæ sunt factæ eodem die, revoluto anno. Ex quo sequitur quod ad minus unus¹ annus elapsus fuit a baptismo usque ad nuptias. In quo quidem anno nil aliud legitur Dominus fecisse nisi quod dicitur Matth. iv, de jejunio in deserto, et de tentatione a diabolo, et ea quæ hic Joannes refert de testimonio Baptistarum et conversione discipulorum. A nuptiis autem cœpit publice prædicare, et miracula facere usque ad passionem, ita quod duobus annis cum dimidio publice prædicavit.

Mystice autem per nuptias intelligitur conjunctio Christi et Ecclesiæ : quia, ut dicit Apostolus, Ephe. v, 32, *Sacramentum hoc magnum est : dieo autem in Christo et Ecclesia*. Et illud quidem matrimonium initiatum fuit in utero virginali, quando Deus Pater Filio humanam naturam univit in unitate personæ : unde hujus conjunctionis thalamus fuit uterus virginalis. Psalm. xviii, 6 : *In sole posuit tabernaculum suum*. De istis nuptiis dicitur Matth. xxii, 2 : *Simile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo* : tunc scilicet quando Deus Pater humanam naturam Verbo suo copulavit in utero virginali. Publicatum autem fuit, quando Ecclesia sibi per fidem conjuncta est. Oseea ii, 20 : *Sponsabo te mihi in fide etc*. De istis nuptiis dicitur Apoc. xix, 9 : *Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt*². Consummatum autem erit, quando sponsa, idest Ecclesia, introduceatur in thalamum sponsi, in cœlestem scilicet gloriam. Nec vacat a mysterio quod die tertio nuptiæ factæ sunt. Primus namque dies est tempus legis naturæ ; secundus, tempus legis scriptæ ; tertius vero dies, tempus gratiæ, in quo Dominus in carne³ natus nuptias celebravit. Oseea vi, 2 : *Vivificavit nos post duos*

dies etc. Locus autem congruit mysterio : Cana enim interpretatur zelus ; Galilea vero transmigratio. In zelo ergo transmigrationis haec nuptiae celebrantur, ut deminuet eos maxime Christi conjunctione dignos existere qui zelo pia dévotionis ferventes transmigrant de statu culpæ ad gratiam Ecclesiæ. Eccl. xxiv, 26 : *Transite ad me omnes qui concupiscitis me etc*. Et de morte ad vitam, idest de statu mortalitatis et miseriae, ad statum immortalitatis et gloriæ. Apoc. xxi, 3 : *Ecce nova facio omnia*.

2. Consequenter cum dicit, *Erat autem mater Jesu ibi*, describuntur personæ invitatae : ubi agitur de tribus : scilicet de matre, de Jesu, et de discipulis. De matre quidem, cum dicit : *Erat mater Jesu ibi* : quæ quidem premititur, ut ostendatur quod Jesus adhuc ignotus erat, et non vocatus ad nuptias sicut insignis persona, sed ex quadam familiaritate, tamquam notus, et unus aliorum : sicut enim vocaverunt matrem, ita et filium⁴. Et ideo consequenter agitur de Jesu, cum sequitur : *Vocatus est Jesus*. Volut autem Christus nuptiis interesse : primo quidem ut daret nobis humilitatis exemplum : neque enim ad dignitatem suam respiciebat ; sed⁵ qui non dedignatus est formam servi accipere, non dedignatur ad nuptias venire servorum : ut dicit Chrysostomus. Et ideo Augustinus : Erubescet homo esse superbus, quoniam factus est humilius Deus. Nam inter cetera humilia que fecit Filius Virginis, venit ad nuptias, qui eas, cum esset apud Patrem, institut in paradiso. Et de hoc exemplo dicitur, Matth. xi, 21 : *Discite a me quia mitis sum et humili corde*. Secundo vero ut errorem quorundam excluderet, qui nuptias damnant : quia, ut dicit Beda : Si thoro immaculato et nuptiis debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaquam Dominus ad has venire voluisse. Quia ergo ad nuptias

¹ Al. deest : « annus. »

² Al. : « Beati qui ad cœnam nuptiarum agni etc. venerant nuptiæ agni etc. »

³ Parm. : incarnatus.

⁴ Parm. : omittit : post duos dies.

⁵ Parm. : ita et filium. Vel forte prius invitatur mater, quia ambigebant de Jesu, an invitatus venetus esset ad nuptias, propter summam religiosita-

tem quam videbant in eo, et quia non viderunt eum se immisericere conviviis : et ideo puto quod primo consuluerunt matrem, an Jesus esset vacans. Et ideo signanter dixit Evangelista primo matrem adesse Ium in nuptiis, et Jesum postmodum fuisse vocatum : et hoc est quod sequitur.

⁶ Parm. : quoniammodo dignatus, etc.

venit, insinuat quam sit dominabilis eorum pertidia qui nuptiis detrahunt. I Corin. vii, 36 : *Non peccat mulier, si nubat.* De discipulis vero agitur, cum dicit, *Et discipuli rixas.*

Mystice autem in nuptiis spiritualibus est mater Iesu, Virgo scilicet Beata, sicut nuptiarum consiliatrix, quia per ejus intercessionem conjungitur Christo per gratiam. Ecol. xxiv, 25 : *In me omnis spes vita et virtutis.* Christus autem, sicut verus animae sponsus, ut dicitur infra 3 : *Qui habet sponsam, sponsus est.* Discipuli vero ut paronymphi, quasi conjugentes Ecclesiam Christo, de quo uno dicebatur², II Cor. xi, 2 : *Despondi vos unirō virginem castam exhibere Christo.*

3. Et quia in istis nuptiis materialibus aliquid de miraculo pertinet ad matrem, aliquid ad Christum, et aliquid ad discipulos : ideo consequenter cum dicit, *Et deficiente vino etc.*, ostendit quid pertinet ad matrem, quid ad Christum, et quid ad discipulos. Ad matrem quidem pertinet miraculi procuratio ; ad Christum autem miraculi consummatio : et hoc ibi, *Erant lapides hydriæ sex etc.* : ad discipulos vero miraculi contestatio, ibi, *Hoc fecit initium signorum Jesus.* Gessit ergo quantum ad primum mater Christi, mediatrixis personam ; et ideo duo facit : primo enim interpellat ad filium ; secundum erudit ministros, ibi, *Et dicit mater ejus ministris etc.* Circa primum quidem duo ponuntur. Primo matris interpellatio ; secundo filii responsio, ibi, *Dixit ei Jesus : Quid mihi et tibi est, mulier?* In matre autem interpellante, primo quidem nota pietatem et misericordiam : ad misericordiam enim pertinet ut quis defectum alterius reputet quasi suum : misericors enim dicitur³, qui miserum habet cor super miseria alterius⁴. II Corinth. xi, 29 : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quia ergo Virgo Beata misericordia pleia erat, defectus aliorum sublevare solebat, et ideo dicit : Deficiente vino dicit mater Iesu ad eum.* Secundo reverentiam ejus ad Christum : ex reverentia

euim quam ad Deum habemus, sufficit nobis ei tantum defectus nostros expovere, secundum illud Psal. xxxvii, 10 : *Domine, ante te omne desiderium meum.* Qualiter autem nobis Deus subveniat, non est nostrum inquirere : quia, sicut dicitur Rom. vii, 26 : *Num quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Et ideo mater ejus defectum aliorum simpliciter exposuit, dicens : *Vinum non habent.* Tertio Virginis sollicitudinem et diligentiam : quia usque ad extremam necessitatem non distulit ; sed *deficiente vino*, idest dum esset in deficiendo, juxta illud quod dicitur Psalm. ix, 40, de Deo⁵ : *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.*

Sed querit Chrysostomus : Quare ante non incitat Christum ad miracula? nam de virtute ejus erat instructa per Angelum, et confirmata per multa quæ videbat circa ipsum fieri, quæ omnia conservabat, conferens in corde suo, ut dicitur Luc. ii. Cujus ratio est, quia antea ut unus aliorum conversabatur : unde, quia non viderat tempus opportunum, hoc facere distulit. Nunc vero post Joannis contestationem, et post discipulorum conversionem, confidenter Christum ad miracula facienda provocat, gerens in hoc figuram synagogæ, quæ est mater Christi : nam familiare est Judæis miracula requirere : I Corin. i, 12 : *Judæi signa petunt⁶.*

Dicit ergo ei : *Vinum non habent.* Ubi sciendum est, quod ante incarnationem Christi, triplex vinum deficiebat : scilicet justitiæ, sapientiæ et caritatis, seu gratiæ. Vinum enim mordicat, et quantum ad hoc justitia dicitur vinum. Luc. x, Samaritanus vinum et oleum apposuit vulneribus sauciatis, idest cum dulcedine misericordiæ severitatem justitiæ. Psal. LIX, 5 : *Potasti nos vino compunctionis.* Vinum etiam latificat cor, juxta illud Psal. cm, 15 : *Vinum latificat cor hominis.* Et quantum ad hoc dicitur vinum sapientiæ⁷, cuius meditatio maxime latificat. Sap. viii, 16 : *Non habet amaritudinem convictus illius.* Vinum similiter

⁴ Parin. : quod.

⁵ Al. : « de eo. »

⁶ Parin. : quasi miserum habens.

⁷ Al. : « cor suum miseria alterius. »

² Al. : « de eo. »

³ Al. : « querunt. »

⁴ Al. deest : « sapientia. »

inebriat. Cant. v, 4 : *Bibite amici, et inebriamini, carissimi* : et secundum hoc caritas dicitur vinum. Cant. v, 4 : *Bibi vinum meum cum lacte meo*. Et dicitur caritas etiam vinum ratione fervoris : Zach. ix, 47 : *Vinum germinans virgines*. Et quidem justitiae vinum deficiebat in veteri lege, in qua justitia imperfecta erat. Sed Christus eam perfecit. Matth. v, 20 : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabis in regnum caelorum*. Deficiebat etiam vinum sapientiae, quae erat occulta et figuralis : quia ut dicitur I Corinth. x, 11, *Omnia in figura continentebant illis*. Sed Christus eam manifestavit¹. Prov. xiii : *Viam sapientiae demonstrabo*. Matth. viii, 29 : *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens*. Sed et vinum caritatis deficiebat ibi : quia accepterant spiritum servitutis tantum in timore. Sed Christus aquam timoris convertit in vinum caritatis, quando dedit spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, *Abba pater* : ut dicitur Rom. viii, 15 : et quando *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris* : ut² dicitur Rom. v, 5.

4. Consequenter cum dicit, *Dixit ei Jesus etc.*, ponitur responsio Christi : ex qua quidem responsione triplicis haeresis occasio sumpta est. Manichaei namque dicunt³, Christum non habuisse verum corpus, sed phantasticum. Valentinus asserit⁴, Christum attulisse corpus celeste, dicens, quod quantum ad corpus, Christus nihil pertinet ad Virginem. Et hujus erroris fulcimentum sumit per hoc quod dicit ei Jesus : *Quid mihi et tibi est, mulier?* quasi dicat : Nihil a te suscepit. Sed hoc est contra auctoritatem sacre Scripturae : dicit enim Apostolus, Gal. v, 1⁵ : *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere* : non enim posset dici ex ea factus, nisi ex ea aliquid sumpsisset. Arguit praterea contra eos⁶ Augustinus, dicens : Quonodo scis, quod Dominus dixit : *Quid mihi et tibi?* Respondes, quia Joannes

Evangelista hoc narrat. Sed ipse etiam Evangelista dicit de Virgine quod erat mater ejus. Si ergo credis Evangeliste in eo quod narrat Jesum dixisse matri : *Quid mihi et tibi est, mulier?* credas etiam in hoc ei quod dicit : *Et erat mater Iesu ibi*. Ebion autem dicens ex virili semine Christum conceptum, et Elvidius, qui dicit quod Virgo post partum non permanxit virgo, sumpserunt erroris fulcimentum ex hoc quod dicit, *Mulier*, quod videtur corruptionem importare. Sed hoc est falsum : quia mulier in sacra Scriptura quandoque importat solum sexum feminum, secundum illud Gal. iv, 4 : *Factum ex muliere etc.* Et hoc patet etiam per hoc quod Adam ad Deum loquens de Eva, dixit : *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi* : Gen. iii, 12. Constat enim tunc Evam adhuc virginem fuisse cum adhuc esset in paradyso, ubi non cognoverat eam. Unde hoc quod hic dicitur, *Mulier*, non importat corruptionem, sed determinat sexum. Sumpserunt etiam Priscillianistae erroris occasiounem ex hoc quod dixit, *Nondum venit hora mea*; dicentes omnia ex fato accidere, et facta hominum certis horis esse subjecta, et etiam Christi : unde propter hoc dixit : *Nondum venit hora mea*. Sed hoc est falsum de quolibet homine : cum enim homo liberam electionem habeat ; libera autem electio competit ei ex hoc quod rationem et voluntatem habet, quae quidem sunt immaterialia : manifestum est quod homo quantum ad electionem nulli corpori subjicitur, sed potius dominatur : immaterialia enim nobiliora sunt materialibus : et ideo dicit Philosophus, quod sapiens dominatur astris. Praterea⁷ hoc multo minus locum habet in Christo, qui est dominus et conditor siderum : unde per hoc quod dixit : *Nondum venit hora mea*, intelligitur hora passionis, sibi, non ex necessitate⁸, sed secundum divinam providentiam determinata. Contra eos etiam est quod dicitur Eccli. xxxii, 7 :

¹ Parm. omittit : Prov. xiii, etc.

² Al. : « arguit autem primo contra eos, »

³ Al. : « dicitur. »

⁴ Al. : « asserens. »

⁵ Al. : « dicitur enim Galat. iv, etc. »

⁶ Al. : « arguit autem primo contra eos, »

⁷ Al. : « sed et praterea. »

⁸ Al. : « hora passionis sua, non ex necessitate etc. »

Quare dies diem superat? Respondet : *A Domini scientia separati sunt; id est, divina providentia distincti sunt ad invicem, non a casu.*

His ergo exclusis, investigemus hujus dominiu[m] responsoris causam. *Quid mihi et tibi est, mulier?* Et quidem, secundum Augustinum, in ipso sunt duas naturas, divina scilicet et humana; et quamvis idem Christus sit in utraque natura, ea tamen quae convenient ei secundum humanam naturam, distincta² sunt ab his quae convenient ei secundum divinam. Miracula autem facere competit ei secundum divinam naturam quam accepit a Patre; pati vero, secundum humanam, quam accepit a matre: et ideo matri exigenti miraculum, respondit dicens: *Quid mihi et tibi est, mulier?* ac si dicat: Illud quod in me facit miracula, non accepi a te, sed illud unde patior; idest, secundum quod competit mihi pati, scilicet humanam naturam, a te accepi: et ideo tunc te recognoscam, cum ipsa infirmitas pendebit in cruce: et ideo subdit: *Nondum venit hora mea;* quasi dicat: cum venerit hora passionis, ibi³ tuam infirmitatem recognoscam. Unde et in cruce pendens matrem discipulo commendavit. Secundum Chrysostomum vero, aliter exponitur. Dicitur enim quod Beata Virgo fervens zelo honoris filii, voluit quod statim antequam opportunum esset, Christus miracula ficeret; et ideo Christus⁴, matre hand dubio sapientior, eam repressit. Noluit⁵ enim prius facere miraculum, quam sciretur defectus: quia ex hoc fuisset minus notum, et minus credibile⁶ et ideo dicit, *Nondum venit hora mea;* idest, nondum cognitus sum his qui adsunt. Sed neque defectum vini sentiunt: sine ergo primo hoc sentire; quia cum necessitatem cognoverint, magis reputabunt beneficium quod recipient⁷. Eccl. viii: *Omni negotio tempus est.*

5. Quamvis autem mater repulsa sit, tamen de tili misericordia non diffidit;

¹ Al.: « separat. »

² Al. omittit: « distincta. »

³ Parv.: « matrem. »

⁴ Al.: « et ideo Christus matrem hoc dubio sapientiori causa repressit. »

ideo consequenter monet ministros, dicens: *Quocunque dixerit vobis, facite.* In quo quidem consistit totius justitiae perfectio. Perfecta namque justitia est Christo in omnibus obedire. Exod. xxix, 35: *Omnia quæ præcepit nobis Dominus faciemus.* Hoc autem verbum, *Omnia quacumque dixerit vobis facite,* non convenit dici nisi de solo Deo: homo enim aliquando potest errare. Unde in talibus que sunt contra Deum, hominibus obedire non tenemur. Act. v, 29: *Oportet obedire Deo magis quam hominibus.* Deo autem qui non errat nec falli potest, in omnibus obedire debemus.

6. Consequenter cum dicit, *Erant autem ibi lapideæ hydriæ,* ponitur consummatio miraculi per Christum; circa quod primo describuntur vasa in quibus miraculum patratum est; secundo designatur materia miraculi, ibi, *Dixit eis Jesus: implete hydrias aqua;* tertio insinuatur miraculi demonstratio et comprobatio, ibi, *Dixit eis Jesus, Haurite nunc.* Vasa autem in quibus miraculum patratum est, ponuntur sex: et hoc est quod dicit: *Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex.* Ubi sciendum est, quod sicut Matth. vii dicitur, Judæi observabant multas ablutiones corporales, et baptismata calicum et vasorum: unde, quia erant in Palæstina, in qua est defectus aquarum, habebant vasa in quibus servabatur aqua purissima, qua se et vasa cerebro lavarent: et ideo dicit, quod *erant ibi sex lapideæ hydriæ,* idest vasa ad conservandum aquam, ab hydor⁸, quod est aqua dicta, *positæ secundum purificationem Judeorum,* idest ad usum purificationis, *capientes singulæ metretas,* idest mensuras, *binas vel ternas:* metros enim græce, mensura latine dicitur; et, ut dicit Chrysostomus, vasa ista deferuntur ad tollendam miraculi suspicionem; tum propter eorum purificationem, ne posset aliquis suspicari quod aqua saporem vini sumpsisset ex fæcibus vini prius in eis repositi; nam vasa illa erant *secundum purificationem;* et ideo

⁵ Al.: « voluit. »

⁶ Al.: « fuisset minus credibile. »

⁷ Parv. omittit: *omni negotio etc.*

⁸ Sic codd. Parv.: « hydros » et omittit: « dicta. »

purissima oportebat ea esse ; tum etiam propter vasorum quantitatem, ut evidenter pateat quod aqua tot vasorum in vinum mutari non potuisse, nisi virtute divina.

Mystice vero per sex hydrias significantur sex artates veteris testamenti, in quibus erant corda hominum receptiva Scripturarum Dei parata, et proposita in exemplum vivendi,¹ et videndi ut dicit *Glossa*. Illoc vero quod dicit *metretas*, secundum Angustum, resertur ad Trinitatem personarum. Et dicuntur binæ vel terna, quia quandoque in sacra Scriptura tres personæ distinctum ponuntur, secundum illud Matth. ult. 49 : *Baptizantes eos in nomine Patris et Fili et Spiritus sancti*. Quandoque vero duo tantum, scilicet Pater et Filius, in quibus intelligitur persona Spiritus sancti, qui est connexio amborum, secundum illud infra xiv, 23 : *Si quis diligit me sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus*. Vel binas propter duas conditiones hominum, Iudeorum scilicet, et Gentilium, ex quibus propagata est Ecclesia ; ternas vero propter tres filios Noe, ex quibus propagatum est humanum genus post diluvium.

7. Consequenter cum dicit, *Dixit eis Jesus, implete hydrias aqua*, agitur de miraculi materia.

Sed circa hoc insurgit quæstio : quare non ex nihilo, sed ex materia præjacenti hoc miraculum factum est : ad quod triplex ratio assignatur. Una est secundum Chrysostomum, et litteralis, quia ex nihilo aliiquid facere, majus est et mirabilius, quam facere aliiquid ex subjecta materia ; sed non est ita evidens et credibile multis. Et ideo volens magis credibile esse quod siebat, ex aqua fecit vinum, capacitali hominum condescendens. Alia ratio est, ad confutandum perversa dogmata. Quidam namque sunt ut Marcioni et Manichæi qui dixerunt alium esse conditorem mundi quam Deum, et omnia visibilia ab illo, idest diabolo, condita esse. Et ideo Dominus plura miracula etiam ex substantiis creatis et visibilibus fecit, ut

ostendat ipsas substantias bonas esse, et a Deo creatas. Tertia ratio est mystica : ideo enim noluit ex nihilo vinum facere, sed ex aqua vinum fecit, ut ostenderet se non omnino novam doctrinam condere, et veterem reprobare, sed adimplere : ut dicitur Matth. v, 17 : *Non veni solvere legem, sed adimplere* : dum quod figurabat vetus lex et promittebat, Christus exhibuit et apernit. Luc. ult. 45 : *Aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas*.

Voluit autem per ministros hydrias impleri aqua, ut eos, ejus quod siebat, testes haberet : unde infra dicitur : *Ministri autem sciebant etc.*

8. Consequenter cum dicit : *Et dixit eis Jesus etc.*, ponitur miraculi publicatio : statim enim quod hydriae impletae sunt, aqua in vinum conversa est ; et ideo statim Dominus miraculum publicat, dicens : *Haurite nunc, et ferte architriclinio* : ubi primo ponitur mandatum Christi examinatorem eligentis ; secundo sententiam architriclini degustantis, ibi, *Ut autem gustavit architriclinus etc.* Dicit ergo eis, scilicet ministris, *Haurite nunc*, scilicet vinum de hydriis, *et ferte architriclinio*. Ubi sciendum est, quod triclinium est locus ubi sunt tres ordines mensarum : et dicitur triclinium a triplici ordine lectorum : clinem enim in græco lectum significat. Nam antiqui in lectis accumbentes consueverant comedere, ut Maximus Valerius narrat. Et ideo dicunt in Scripturis accumbere et recumbere. Architriclinus ergo dicitur primus et princeps inter convivas. Vel aliter, secundum Chrysostomum, architriclinius erat qui erat ordinator et dispensator totius conviviali. Quia vero sollicitus nondum aliquid gustaverat, voluit Dominus quod ipse jucideret de eo quod factum erat, et non convivæ, ne aliquis posset miraculo detrahere, dicens, eos ebrios esse, et eorum sensus per coctionem corruptos, ita quod non possent discernere an vinum esset vel aqua. Sed, secundum Augustinum, architriclinius erat major inter discubentes, ut dictum est ; et ideo, ut ejus

¹ Parm. omittit ; vivendi.

sententia acceptabilior fieret, voluit in eo quod factum erat, habere sententiam praesideuntis.

Mystice autem, qui hauriunt aquam sunt predicatores. Isa. xi, 3 : *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Architrichinus autem est aliquis legisperitus, puta Niedemus, Gamaliel et Paulus. Num ergo talibus verbum Evangelium committitur, quod letebat in littera legis, quasi vinum de aqua factum architrichino propinatur : qui hoc degustans approbat talem Christi.

9. Consequenter cum dicit, *Ut autem gustavit architrichinus*, ponitur examinantis iudicium : ubi primo inquirit veritatem facti ; secundo profert sententiam, dicens : *Omnis homo primum bonum vim posuit.* Dicit ergo : *Ut autem gustavit architrichinus aquam vim factum, et non sciebat unde esset* : quia ignorabat aquam vim factam miraculo per Christum : ministri autem sciebant : cuius ratio est, quia hauserant aquam : vocat sponsum architrichinus : ut veritatem inquirat, et de vino sententiam proferat : unde subdit : *Omnis homo primum bonum vim posuit etc.* Ubi, secundum Chrysostomum, hoc considerandum est in miraculis Christi, quod omnia perfectissima fuerunt : unde et soerni Petri perfectissinam sanitatem restituist, ut statim surgens ministraret, ut dicitur Marc. ii, et Matth. ix. Paralyticum etiam ita perfecte sanitati restituit, quod statim surgens et sublato lecto iret in domum suam, ut dicitur infra v. Ille etiam in isto miraculo apparel : quia non qualemque vinum de aqua fecit, sed optimum quod poterat esse. Et ideo dicit architrichinus : *Omnis homo primum bonum vim posuit, et cum inebriati fuerint, tuus id quod deterius es!*¹.

Competit autem mysterio : nam aliquis dicitur mystice primum bonum vim posuisse, qui alios decipere intendens, errorem quem intendit non proponit primo, sed quae alliantur auditores, ut postquam inebriati et alleriti fuerint ad consensum suae intentionis, perfidiam manifestetur ; et de isto vino dicitur Proverb.

¹ Parm. addit : quia minus bibunt, et quia vinum bonum in quantitate sumptuum, cum quantitate cibi mazis gravat ; quasi dicit : Unde est tale vinum,

xxiiii, 31 : *Ingreditur blande, et in novissimo uordebit sicut coluber.* Dicitur autem aliquis primo bonum vinum ponere, quia a principio sue conversionis sancte et spiritualiter vivere incipiens, tandem in vitam carnalem degenerat. Gal. iii, 3 : *Sic stulti facti estis, ut cum spiritu corporis, nunc carne consummenimini?* Christus vero non primo viuum bonum ponit : quia a principio amare et dura proponit. Matth. vii, 14 : *Arcta est via, qua ducit ad vitam.* Sed quanto plus homo in ejus fide et doctrina procedit, tanto plus dulcoratur, et maiorem suavitatem sentit. Proverb. iv, 11 : *Ducam te per semitam equitatis ; quam cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui.* Item in mundo isto amaritudines et tribulationes patientur omnes qui pie volunt vivere in Christo. Infra xvi, 20 : *Amen amen dico vobis, quia plorabit et fletib[us] vos etc.* Sed in futuro delectationes et gaudia suscipient : unde et sequitur : *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Roman. viii, 18 : *Existimo, quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis.*

10. Consequenter cum dicit, *Hoc fecit initium signorum Jesus*, ponitur miraculi contestatio per discipulos facta : ex quo habetur, quod falsa est Historia de infanti Salvatoris, in qua recitant multa miracula facta a Christo adhuc puer existente. Si enim hoc verum esset, non ultimo Evangelista diceret : *Hoc fecit initium signorum Jesus.* Et ratio quare non in pueritia miracula fecit, assiguata est supra : ne ea scilicet homines phantastica reputarent : ergo hac de causa hoc miraculum, scilicet de aqua vinum, fecit in Cana Galileæ Jesus, quod est initium signorum qua facit Jesus postea ; et manifestavit gloriam suam, idest potentiam qua gloriosus est. Psal. xxiii, 10 : *Dominus virtutum ipse est rex glorie.* Et crediderunt in eo discipuli ejus.

Sed quomodo crediderunt ? Jam enim discipuli erant, et ante crediderant. Sed dicendum est, quod aliquid dicitur esse aliquando non secundum quod nunc est,

quod tu servasti usque adhuc ? contra consuetudinem scilicet faciens.

sed secundum quod futurum est¹; sicut dicitur quod Paulus Apostolus natus est Tharso Cilicie non quod ibi sit natus Apostolus, sed quod futurus Apostolus, ibi natus fuit: ita dicitur hic: *Et crediderunt in eum discipuli ejus*, scilicet qui

erant discipuli ejus. Vel dicendum, quod ante crediderunt ei sicut bono viro, justa et recta prædicanti; sed modo crediderunt in eum tamquam in Deum etc.

LECTIO II

1. Post hoc descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus; et ibi manserunt non multis diebus. 2. Et prope erat pascha Iudaorum. 3. Et ascendit Jesus Hierosolymam. 4. Et invenit in templo vendentes oves, et boves, et columbas, et nummularios sedentes. 5. Et cum fecisset quasi flagellum de funieris, omnes ejecit de templo, oves quoque et boves, et nummulariorum effudit as et mensas subvertit. 6. Et his qui columbas vendebant, dixit: *Aufeite ista hinc*. 7. Et polite facere dominum Patris mei, dominum negotiationis. 8. Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est: *Zelus domus tuae comedit me*.

1. Supra Evangelista posuit signum quod fecit Christus pertinens ad virtutem immutativam naturae, ad discipulorum confirmationem; hic consequenter agit de signo resurrectionis ad eamdem virtutem pertinente, quod proposuit Christus ad turbarum conversionem. Circa hoc ego miraculum duo facit Evangelista. Primo ponit miraculi proponendi occasionem; secundo ipsius miraculi prænuntiationem, ibi, *Responderunt ergo Iudei etc.* Circa primum duo facit. Primo describit locum; secundo narrat factum, quod fuit occasio miraculi proponendi, ibi. *Et invenit in templo vendentes oves et boves*. Loens autem in quo hoc fuit, est Hierosolyma: et ideo Evangelista gradatim ostendit quo ordine Hierusalem Dominus venerit. Primo ergo ostendit quomodo in Capharnaum descendit; secundo vero quomodo Hierosolynam ascendit, ibi, *Et prope erat pascha*. Circa primum tria facit. Primo assignat locum quo descendit; secundo, describit societatem quam habuit; tertio inimit moram quam protraxit. Loens quidem quo descendit est Capharnaum: et ideo dicit: *Post hoc, scilicet miraculum de vino, descendit Capharnaum*.

Videtur, quantum ad historiam pertinet, huic dicto contrariari quod dicitur Matth. iv, scilicet quod Dominus descenderit Capharnaum post incarcerationem Joannis. Hoc autem quod hic refert Evangelista, totum factum est ante incarcerationem Joannis.² Unde dicitur infra, ut: *non dum enim missus fuerat Joannes in carcere*.

Respondeo dicendum, quod ad hujus questionis intelligentiam sciendum est, quod sicut ex ecclesiastica Historia habetur, reliqui Evangelista, scilicet Matthæus Marcus et Lucas narrationem evangeliæ incepérunt ab eo tempore quo Joannes fuit inclusus in carcere. Unde statim Matth. iv, 12, post baptismum et jejuniū et tentationem ejus, texere incepit suam narrationem³ ad incarcerationem Joannis, dicens: *Cum audivisset Jesus quod traditus esset Joannes etc.*: et similiter Marcus: unde dicit 1, 44: *Postquam autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galileam etc.* Joannes vero Evangelista, qui supervixit aliis, cum trium Evangelistarum ad ipsum notitia pervenisset, dictorum fidem et veritatem probavit; tamen, quia vidit aliquia deesse, illa scilicet quæ primo prædicationis sue tempore, ante Joannis incarcerationem, Dominus gessorat, ideo ad preces fidelium ipse Evangelium suum altius inchoans, ea quæ præterierant, priora, ante traditionem Joannis, Domini gesta conscripsit, scilicet a primo anno quo baptizatus est; ut in ejus Evangelii serie apparet. Secundum hoc ergo Evangelista non dissonant; sed quia Dominus bis Capharnaumi descendit, semel ante incarcerationem Joannis, de quo

¹ Al.: « aliquid dicitur esse aliquando non sed secundum quod futurum est etc. »

² Parm. omittit: unde dicitur, etc.

³ Parm.: ante.

agitur hic, semel post incarcerationem ejus, de quo agitur Matth. iv, et Luc. iv.

Capharnaum autem interpretatur villa pulcherrima : et significat mundum istum, qui habet decorum ex ordine et dispositione divinae sapientiae. Psal. xlii, 11 : *Pulchritudo agri necum est.* Descendit ergo Dominus in Capharnaum, idest mundum istum, cum matre et fratribus et discipulis : nam in celis Dominus patrem habet sine matre, in terris matrem sine patre : et ideo signanter matrem solum nominat. In celis etiam fratres non habet ; sed est ipse *Unigenitus, qui est in sinu Patris :* supra t, 18. In terris vero est *primogenitus in multis fratribus,* ut dicitur Rom. viii, 29. In terris habet discipulos quos doceat mysteria divinitatis, quae ante hominibus non nota fuerant¹ : quia, ut dicitur Heb. i, 1, *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Vel Capharnaum interpretatur ager consolationis ; per quod signatur omnis homo qui fructum bonum facit. Gen. xxvii, 27 : *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni.* Et talis homo dicitur ager consolationis, quia Dominus consolatur et gaudet de profectu ejus. Isa. lxii, 5 : *Gaudebit Dominus super me etc.* quia de ejus bono Angeli gaudent. Luc. xv, 10 : *Gaudium est Angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente.* Dicit, *Ipsa, et mater.* Societas ejus fuit primo matris ; unde dicit, *Et mater ejus :* quia enim ad nuptias venerat, et fuerat miraculi procuratrix, reducebat eam Dominus Nazareth, quae erat villa in Galilaea, in qua Capharnaum metropolis erat. Secundo fuit fratrum : unde dicit, *Et fratres ejus etc.*

Ubi cavendi sunt duo errores : scilicet Elvidii dicentis, quod Beata Virgo post Christum alios filios habuit, et hos dicit fratres Domini : quod est hereticum : quia fides nostra tenet, quod mater Christi sicut fuit virgo ante partum, ita et in partu et post partum virgo permanuit. Item error quorundam dicentium Joseph ex alia conjuge filios genuisse, et hos

vocari fratres Domini ; quod Ecclesia non tenet. Et ideo Hieronymus eos improbat² : nam Dominus in cruce pendens Virginem matrem virginis discipulo³ custodiendum dimisit. Cum ergo Joseph fuerit specialis custos Virginis, et etiam Salvatoris in pueritia, credibile est eum virginem fuisse. Et ideo sane intelligentes, fratres Domini dicimus consanguineos Virginis matris in quocumque gradu ; vel etiam : Joseph, qui putabatur pater ; et hoc quidem secundum consuetudinem Scripturae, quae communiter consanguineos fratres appellat. Unde Gen. xiii, 8 : *Ne queso sit iugium inter me et te, fratres enim sumus :* dicit Abraham ad Lotum ; cum tamen esset nepos ejus. Et attende, quod separatim nominat fratres et discipulos : quia non omnes consanguinei Christi, ejus discipuli erant. Unde infra vu, 5, dicitur : *Nondum credebant in eum fratres ejus.*

Tertio socii ejus fuerunt discipuli sui : unde dicit, *Et discipuli ejus.*

Sed ex hoc insurgit quæstio, qui fuerint ejus discipuli. Videtur enim, secundum Matthæum, quod primi qui conversi sunt ad Christum, fuerint Petrus et Andreas, Joannes et Jacobus ; sed hi vocati sunt a Christo post incarcerationem Joannis, ut patet Matth. iv : non videtur ergo quod descenderint cum Christo in Capharnaum, ut hic habetur, cum hoc fuerit ante Joannis incarcerationem.

Sed ad hoc duplex est responsio. Una, secundum Augustinum de *consensu Evangelistarum*, quod Matthæus non servat ordinem historiæ, sed illud quod prætermiserat recapitulans, ea narrat post Joannis incarcerationem quæ ante facta fuerant. Unde sine ulla temporis consequentia dixit iv 18 : *Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres etc.,* non addens, Post hoc ; vel : In diebus illis. Alia est, secundum eumdem, quod discipuli Domini in Evangelio dicuntur⁴ non solum illi duodecim quos elegit Dominus, et Apostolos nominavit, ut habetur Matth. x, sed etiam omnes qui in eum credentes, ejus ma-

¹ Al. : « non nota fuerint. »

² Al. : « Hieronymus sic improbat. »

³ Al. : « matrem Domini discipulo. »

⁴ Al. : « in Evangelio Domini. »

gisterio ad regnum cœlorum erudiebantur. Potuit ergo esse quod quamvis illi duodecim nondum cum seculi fuissent, nihilominus tamen aliqui alii qui sibi adhæserunt, hic ejus discipuli nominentur. Sed prima responsio melior est.

Moram autem contraxit ibi parvam : unde dicit : *Et ibi manserunt non multis diebus.* Hujus¹ ratio est, quia cives Capharnaum non se exhibuerunt devotos ad suscipiendum doctrinam Christi, quia erant valde corrupti ; unde et Matth. xi, 23, Dominus eos objurgat, quod nec ad virtutes in eis factas nec ad doctrinam Christi pœnitentiam egerunt, dicens : *Et tu Capharnaum, numquid ad cœlum exaltaberis? Usque in infernum descendes; quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te; forte man sissem usque in hanc diem.* Et tamen quamquam mali essent, descendit illuc, ut deduceret matrem, ad cuius consolationem, et honorem ibidem aliquamdiu moratur.

Mystice autem signatur per hoc quod aliqui² qui multis sermonibus Christi immorari non possunt, sed pauca ad eorum illuminationem de multis sufficiunt, propter intellectus eorum imbecillitatem. Unde apud tales Christus paucis documentis immoratur. ut Origenes dixit ; secundum illud infra xvi, 12 : *Multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo.*

2. Consequenter cum dicit, *Et prope erat pascha,* manifestat locum quo ascendit : et circa hoc duo facit. Primo innuit occasionem ascensus ; secundo ponit ascensum, ibi, *Et ascendit Jesus.* Occasio autem ascensus fuit pascha Iudeorum³ quod imminiebat, et ideo dicit : *Et prope erat pascha* Exod. xxii, præcipitur, quod ter in anno omne masculinum præsentetur coram Domino : et inter illos terminos unus erat pascha Iudeorum. Quia ergo Dominus venit ut doceret omnes humilitatis et perfectionis exemplum, voluit legom, quamdiu statim habuit, observare : non enim venit legem solvere, sed adimplere, ut ipso dicit Matth. v.

Ex quo, quia pascha Iudeorum imminiebat, Iherusalem ascendit. Nos ergo ad ejus exemplum deberemus solicite divina precepta servare. Si enim ipse Dei Filius decreta legis a se datæ implebat, celebrans solemnitates ; quanto studio bonorum operum deberemus nos eas et prevenire et celebrare ?

Notandum est, quod in Evangelio Joannis in tribus locis fit mentio de pascha, scilicet hic, et infra vi, 4 : ubi fecit miraculum de panibus, ubi dicitur : *Erat autem proximum pascha, dies festus Iudeorum :* et infra xiii, 1, ubi dicitur : *Ante diem festum pascha.* Unde secundum hoc Evangelium, habemus, quod post miraculum de vino Christus prædicationem duabus annis, et quantum est a diebus baptismi usque ad pascha : nam hoc quod fecit hic, fuit prope pascha, ut hic dicitur ; et postea revolutu anno, prope aliud pascha fecit miraculum de panibus, et tunc Joannes fuit decollatus. Unde Joannes circa pascha decollatus fuit : quia, ut dicitur Matth. xiv, statim post decollationem Joannis, Christus secessit in desertum, et ibi fecit miraculum de panibus : quod quidem miraculum fuit factum prope pascha, ut dicitur infra vi. Sed tamen festum hujus decollationis celebratur eo die quo caput ejus inventum est. Postea in alio paschale passus est Christus. Secundum opinionem ergo illorum qui dicunt, quod miraculum factum in nuptiis, et ea que hic dicuntur, eodem anno gesta sunt quo baptizatus est Christus, a baptismō Christi usque ad ejus passionem fuerunt duo anni et dimidiū : et ideo, secundum eos, Evangelista dicit, *Prope erat pascha Iudeorum,* ut ostendat quod ante paucos dies fuerat baptizatus. Sed Ecclesia tenet contrarium. Credimus enim quod eodem die quo Dominus baptizatus est, revoluto anno, factum fuerit miraculum de vino ; et postea revolutu anno, prope pascha, Joannes fuerit decollatus : et quod ab ipso paschate circa quod Joannes fuit decollatus, fuerit unus⁴ annus usque ad pascha in quo Christus passus est : nudo oportet

¹ Al. : « huic. »

² Parm. omittit : quod immuebat, etc.

³ Parm. addit : qui.

⁴ Parm. omittit : quod immuebat, etc.

⁴ Al. : « fuerit decollatus, fuit unus etc. »

alind pascha a baptismo Christi usquo ad miraculum de vino intermedium esse, de quo nullus Evangelista facit mentionem : et sic, secundum quod Ecclesia tenet, Christus tribus annis et dimidio prædicavit.

¹ Addit antem, *Judavorum*, non quod alterius nationis homines pascha celebrarent; sed duplii de causa. Una, quia quando aliqui festum aliquod sancte et pure celebrant, dicitur illud Domino celebrare ; cum vero nec pure nec sancte celebrant, non Domino, sed sibi solemnizant. Isa. xi, 14 : *Kalendas vestras et festirritates vestras odicivit anima mea*; quasi dicat : quia vobis et non mihi celebratis, non placent mihi. Zach. vii, 5. Cum jejunaretis numquid jejunium jejunatis mihi quasi dicat, non, sed vobis. Quia ergo isti Judæi depravati erant, et eorum pascha indebita celebrabant, ideo Evangelista non dicit : *Prope erat pascha Domini*, sed *Judavorum*. Vel hoc dicit ad differentiam nostri paschæ : nam pascha Judæorum erat figurale, utpote immolatione agni figuralis celebratum; sed nostrum pascha verum est, in quo recolimus veram passionem agni immaculati. I Cor. v, 7 : *Pascha nostrum immolatus est Christus*.

³ Ascensus fuit in Hierusalem; et ideo dicit : *Et ascendit Jesus Hierosolymam*.

Ubi nota, secundum ordinem historiarum, Jesum bis circa festum paschæ Hierosolymam ascendisse, et expulisse de templo ementes et vendentes. Semel quidem ante incarcerationem² Joannis, quod hic Evangelista commemorat; alia vice, imminente paschate et tempore passionis, quod narrat Matthæus. Nam frequenter Dominus similia facta operatus est, sicut patet de duplii illuminatione cœrorum : una Matth. ix, et alia Mar. x. Et similiter bis ejecit ementes et vendentes de templo.

Mystice autem *ascendit Hierosolymam*, quæ interpretatur visio pacis; et significat aeternam beatitudinem : in quam ascendit, et suos transduxit. Sed non vacat a mysterio, quod in Capharnaum descendit, et postmodum Hierosolymam ascen-

dit. Nisi enim descendisset primum, non competitset ei ascendere : quia, ut dicitur Ephes. iv, 10, *qui descendit, ipse est et qui ascendit*³. Non facit autem mentionem de discipulis in ascensu ad Hierosolymam : quia discipulorum ascensus est ex ascensu Christi, infra m, 13 ; *Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo*, *Filius hominis*.

⁴ Consequenter cum dicit, *Et inventit in templo vendentes oves et boves etc.*, narrat Evangelista factum quod movit Christum ad signum resurrectionis proponendum : et circa hoc duo facit. Primo manifestat Judæorum vitium; secundo innuit Christi remedium, ibi, *Et cum fecisset quasi flagellum etc.*; tertio subdit prophetia oracula, ibi, *Recordati vero sunt discipuli etc.*

Circum primum sciendum, quod diabolus insidiatur his quæ Dei sunt, et ea mititur corrumpere. Inter cetera autem quibus sancta corrumpit, præcipuum est vitium avaritiae : unde dicitur Isa. lvi, 24 : *Pastores ejus nescierunt intelligentiam, omnes in viam suam declinaverunt: unusquisque ad avaritiam suam a summo usque ad novissimum*. Quod quidem ab antiquis temporibus diabolus fecit : nam sacerdotes veteris testamenti, qui instituti erant ut divinis vacarent, avaritiae studebant. Præceptum autem erat a Deo in lege, quod in ceteris solemnitatibus Domino immolarent aliqua animalia : ad quod quidem præceptum implendum de prope venientes ad templum, secum⁴, animalia ducebant; illi autem qui a remotis veniebant, non valebant animalia ducere de domibus suis. Quia ergo oblationes hujusmodi cedebant in utilitatem sacerdotum, ne decessent animalia de remotis venientibus ad offerendum, providerunt ipsi sacerdotes ut animalia in templo venderentur; et ideo faciebant ea in templo, idest in atrio templi, exponi ad vendendum. Et hoc est quod dicit : *Et inventit Dominus in templo vendentes oves et boves et columbas etc.* Ubi primo facit mentionem de duobus animalibus terrestribus, quæ secundum legem Domino of-

¹ Parm. : aut.

² Al. : * incarcerationem.

³ Al. : « Qui ascendit, ipse est et qui descendit. »
⁴ Parv. : secundum.

ferri poterant, scilicet de bove et ove. Tertium vero animal terrestre, quod offerebatur, capra scilicet, annumeratur cum ove : similiter etiam turtur annumeratur cum columba¹; duo enim devotatilibus offerebantur Domino, columba scilicet et turtur. Et quia contingebat aliquando aliquos ad templum venire, qui nec animalia secum ducebant, nec pecuniam unde emere² habebant; ideo sacerdotes aliam avaritiae artem adinvenerant, ut scilicet in templo constituerent nummularios et campsores, qui praedictis non habentibus pecuniam mutuarent. Et licet usuram inde non reciperen, quia hoc erat in lege prohibitum, loco tamen ejus quedam colibria³, idest parva munuscula et vilia recipiebant. Et haec ipsa in utilitatem sacerdotum cedebat; et hoc est quod dicit, *Et nummularios sedentes, scilicet in templo, paratos ad pecuniam mutuandam.*

Sed hoc quidem mystice tripliciter intelligi potest. Primo enim per vendentes et ementes significantur illi qui ecclesiasticas res vendunt vel emunt: nam bona ecclesiastica spiritualia et eis annexa significantur per oves et boves et columbas. Ipsa consecrata quidem et confirmata sunt ex doctrinis Apostolorum et Doctorum, qui significantur per boves, Prov. xiv, 4: *Ubi plurime sunt segetes, ibi manifesta fortitudo bovis.* Item ex sanguine martyrum, qui significantur per oves. Unde in persona eorum dicitur in Psal. xliii, et Rom. viii, 36: *Aestimati sumus ut oves occisionis.* Item dona Spiritus sancti, qui⁴ significatur per columbas: quia, ut dicitur supra I, *Spiritus sanctus in specie columbae apparuit: omnia ergo haec vendunt, scilicet doctrinam Apostolorum, sanguinem Martyrum, et dona Spiritus sancti, quicunque bona ecclesiastica spiritualia vel eis annexa vendere presumunt.* Secundo contingit aliquos praelatos, seu Ecclesiarum prepositos, et si non manifeste per simoniam, occulte tamen per negligentiam boves et oves et columbas vendere: tunc scilicet quando

tantum inhiant⁵ temporalibus lucris, et occupantur in eis, et negligunt spiritualem salutem subditorum: nam per hoc vendunt oves et boves et columbas, idest tria genera hominum eis subditorum, scilicet praedicatores, et operatores, qui significantur per boves. Isa. xxxvi, 20: *Beati qui seminatis, super omnes aquas, immitentes pedem bovis et asini;* quia praelati debent ordinare boves, idest doctores et sapientes, cum asinis, idest rudibus et simplicibus; vendunt etiam activos, et ministeriis vacantes, qui significantur per oves. Infra x, 27: *Oves meæ vocem meam audiunt etc.* II Reg. iiii. 17: *Isti qui oves sunt, quid fecerunt?* vendunt etiam et contemplativos, qui significantur per columbas. Ps. liv, 7: *Quis dabit mihi pennas sicut columbae?* et volabo. Tertio per⁶ templum Dei potest intelligi spiritualis anima, ut dicitur I Cor. iii, 17: *Templum Dei sactionem est, quod estis vos⁷.* Tunc ergo homo vendit in templo oves et boves et columbas, quando in anima bestiales motus retinet, pro quibus homo vendit se diabolo. Nam per boves, qui agriculturae deserviunt, significantur terrena desideria; per ovem, quae est animal stultum, significatur hominis stoliditas; per columbas vero hominis instabilitas: quae quidem Deus de cordibus hominum expellit.

3. Et ideo statim ponitur Domini remedium: cum dicit: *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo:* ubi Dominus apposuit remedium et operis et verbi, ut doceret eos qui enram habent Ecclesia, subditos facto et verbo debere corrigere. Et ideo circa hoc duo facit fata; secunda remedium quod adhibuit. Primo ponitur remedium quod adhibuit verbo, ibi, *Et his qui vendebant columbas dixit etc.* Circa primum tria facit. Primo ejecit homines; secundo oves et boves; tertio effudit pecuniam. Ejecit quidem homines flagello; et hoc est quod dicit: *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis;* quod quidem non potuit fieri nisi virtute divina: nam et

¹ Parm. omittit: duo enim, etc.

² Parm.: unde emere non valeant.

³ Parm.: collibria.

⁴ Parm.: quae significantur.

⁵ Al.: « iterum, »

⁶ Al.: « quia, »

⁷ Al.: « vos homines, »

Origenes dicit, quod divina potestas Iesu poterat cum volebat accensam iracundiam hominum suffocare, sicut sedare mentem turbines. Psal. xxxii, 10 : *Dominus dissipat cogitationes hominum*. Facit autem flagellum de funiculis, quia, ut dicit Augustinus de peccatis nostris sumit materiam unde nos puniat : ipsa enim protelatio peccatorum, secundum quod peccata peccatis adduntur, funiculi dicuntur. Prov. v, 22 : *Funibus peccatorum suorum constringitur*. Isa. v, 18 : *Vx qui trahitis iniuriam funiculis etc.* Sicut ergo ejecit de templo negotiatorum, ita nummulariorum aes effudit, et mensas subvertit. Attende, quod si ista, quae videbantur aliquo modo licita, quasi ad cultum Dei ordinata, de templo ejecit; quanto magis se invenisset aliqua illicita? Ideo autem eos ejecit, quia sacerdotes in hoc non intendebant honorem Dei, sed utilitatem propriam. Unde dicitur Ezech. xliv, 8 : *Posuistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismet ipsi*. Ostendit autem Dominus zelum ad ea quae sunt legis, ut ex hoc ipso confundaret pontifices et sacerdotes, qui erant ei de lege calumniam illatui. Per hoc etiam quod hujusmodi ejecit de templo, dedit intelligere quod appropinquabat tempus quo sacrificia legis cessare debebant, et verus Dei cultus ad gentes transferri. Matth. xxi, 43 : *Aufseretur a vobis regnum etc.* Similiter etiam ut ostenderet eorum damnationem qui spiritualia vendunt. Act. viii, 20 : *Pecunia tua tecum sit in perditionem*.

6. Consequenter cum dicit, *Et his qui columbus vendebant dixit etc.*, ponit medium quod adhibuit verbo. Ubi notandum est, quod simoniaci primo quidem fugandi sunt de Ecclesia. Sed quia¹ adhuc dum vivunt, per liberum arbitrium possunt se convertere, et adjuti a Deo ad statum gratiae redire, non sunt desperandi. Si vero non convertuntur, tunc quidem non fugantur, sed ligantur ab illis, quibus dicitur, Math. xxii, 13 : *Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores*. Et ideo Dominus

hoc attendens, primo quidem admonet; secundo rationem admonitionis inducit, ibi, *Et nolite facere etc.* Monet quidem venditores columbarum eos inrepando, quia per eos signantur illi qui vendunt dona Spiritus sancti, scilicet simoniaci.

7. Rationem hujus inducit, cum dicit : *Et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis*. Isai. i, 16 : *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*. Attende autem, quod Matth. xxi, 13, dicit : *Nolite facere domum meam speluncam latronum*: hic vero dicit, *Domum negotiationis*: quod Dominus ideo fecit ut, sicut bonus medicus, primo a levioribus incipiens, postea² dura proponeret. Hoc enim quod hic factum dicitur, primo factum fuit : unde³ in ipso principio, non latrones, sed negotiatorum eos vocat. Sed quia ex eorum duritia adhuc a tali negotiatione non cessabant, ideo Dominus alia vice eos expellens de quo agitur in Marc. xi, durius eos increpat, vocans latrociniū quod primo vocaverat negotiationem. Dicit autem, *Domum Patris mei*, ad excludendum errorem Manichæi, qui dicebat, quod Deus veteris testamenti non fuerat pater Christi, sed Deus novi. Sed si hoc verum esset, cum templum fuisset domus veteris testamenti, non utique Christus dixisset templum domum Patris sui.

Sed quare non sunt turbati Judæi de hoc quod hic vocat Deum patrem suum, sicut dicitur infra v, quod propter hoc cum persequerentur? Ad quod dicendum est, quod Deus est pater aliorum per adoptionem, puta justorum : et hoc non erat novum apud Judæos. Hier. iii, 19 : *Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabit*. Sed per naturam solius Christi⁴ Pater est. Psal. xii, 7 : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu*, scilicet verus et naturalis ; et hoc inauditum erat apud eos. Et ideo, quia Christus se verum Dei Filium dicebat, Judæi persequiebantur ipsum. Infra v, 18 : *Propter hoc persequerentur Judæi Christum, quia non solum solvebat sabbatum ; sed et patrem suum dicebat Deum, æqualem se*

¹ Al. deest : « quia. »

² Al. : « præterea. »

³ Al. : « ut. »

⁴ Al. omittitur : « Deum. »

⁵ Parm. omittit : Pater est.

Deo faciens. Cum autem hic Deum vocat patrem, dicebant de eo quod esset per adoptionem.

Quod autem domus Dei non debeat fieri domus negotiationis, habetur Zach. ult. 21 : *Non erit ultra mercator in domo Domini exercitum in die illo.* Et in Psal. LXX., 16, secundum aliam litteram : *Quoniam non cognovi negotiationem intrabo in potentias Domini.*

8. Consequenter cum dicit, *Recordati sunt vero discipuli ejus etc.*, ponit Prophetia oraculum, quod quidem scriptum est in Psal. LXVII, 19 : *Zelus domus tuæ comedit me.* Ubi sciendum, quod zelus proprie dicit quamdam intensionem¹ amoris, qua intense diligens, nihil sustinet quod amori suo repugnet. Et inde est quod viri diligentes intense uxores, nec in eis sustinentes aliorum consor- tium, utpote amori eorum contrarium,

zelotypi dicuntur. Ille igitur proprie zelum Dei habet qui nihil patienter sustinere potest contra honorem Dei quem maxime diligit. III Reg. xix, 10 : *Zelo zelatus sum pro Domino exercitum etc.* Nos autem debemus diligere domum Domini, secundum illud Psal. xxv, 8 : *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* Et instantum debemus diligere, quod zelus ejus nos comedat : dum si quid contrarium fieri videbimus, studeamus etiam, quantumcumque cari nostri sint qui hoc faciant, removere, nec timeamus propter hoc aliqua mala perpeti : unde dicitur in *Glossa* : Bonus zelus est fervor animi, quo quis mortis, abjecto timore, pro defensione veritatis accenditur². Eo comeditur, qui quilibet prava quæ viderit, corrigeret satagit ; et si nequit, tolerat, et gemit³.

LECTIO III

1. Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis ? 2. Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitatib[us] illud. 3. Dixerunt ergo Judæi : Quadragesima et sex annis adificatum est templum hoc ; et tu in tribus diebus excitatib[us] illud ? 4. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordari sunt discipuli ejus quia hoc dicebat, et crediderunt Scriptura et sermoni quem dixit Jesus. 5. Cum autem esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat. 6. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis : 7. *Eo quod ipse nosset omnes et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de hominie ; ipse enim sciebat quid esset in homine.*

1. Posita occasione signi exhibendi, hic consequenter Evangelista manifestat signum exhibendum ; et primo ponit signum quod exhibetur ; secundo ponit frumentum factorum signorum, qui sequitur, ibi, *Cum autem esset Hierosolymis etc.* Circa primum tria facit. Primo ponitur signi postulatio ; secundo signi exhibitio, ibi, *Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc etc.*; tertio signi exhibiti intellectus, seu concepcion, ibi, *Dixerunt*

ergo ei : Quadragesima et sex annis adificatum est templum hoc etc. Signum autem postulatur a Judæis ; et hoc est quod dixit : *Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis ?*

Ubi sciendum est, quod in ejectiono negotiatorum de templo per Jesum, duo considerari poterant in Christo : rectitudo et zelus, que pertinent ad virtutem ; et potestas seu auctoritas. Sed de virtute et zelo Christi, quibus predicta fecerat, non oportebat peti signum a Christo ; cum unicuique licet operari secundum virtutem. De auctoritate tamen ejus, quia⁴ eos de templo expulit⁵, signum ab eo queri poterat ; cum hoc non cuiilibet licet facere, sed auctoritatem habentem.

Præmisso igitur Judæi zelus et virtute, signum petunt de ejus auctoritate ; et ideo dicunt : *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis ?* id est, quare cum tanta potestate et auctoritate nos expellis ? Non videtur hoc esse tui officii. Si-

¹ Al. : « intentionem. »

² Al. : « occideretur. »

³ Al. : « et si nequam tolerat, et gemit etc., nunc et semper. »

⁴ Al. : « quin. »

⁵ Parv. : expellit.

mile dicunt, Matth. xxi, 23 : *In qua potestate haec facis?* etc. Signum autem querunt : quia familiare erat Iudeis, signum querere, utpote per ea ad legem vocati. Deut. ult. 10 : *Non surerit ultra Prophetia in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad fariem, in omnibus signis atque portentis.* Et I Cor. i, 22. *Judici signa querunt.* Ideo David in persona Iudeorum conqueritur, dicens, Psal. lxxxii, 9 : *Signa nostra non vidi-mus.* Quaerebant autem signum, non ut credarent, sed quasi¹ sperantes, quod signum ostendere non posset; et sic eum reprimenteret et impedirent. Quia ergo prave quaerebant, non dedit eis signum apertum, sed occultum in figura, scilicet signum de resurrectione.

2. Unde dicit : *Solvite templum, etc.* In quo ponitur signi postulati exhibito. Ideo autem dat eis signum resurrectionis futurum, quia in hoc maxime virtus divinitatis ejus ostenditur. Non enim puri hominis est ut se excitaret a mortuis; sed solum Christus qui fuit inter mortuos liber, hoc virtute sue divinitatis fecit. Simile etiam signum ostendit eis, Matth. xii, 39 : *Generatio prava² et adultera signum querit; sed signum non dabit ei nisi signum Jonae Prophetæ.* Et licet utробique dederit signum occultum et figurale; illud tamen manifestius, istud vero obscurius fuit.

Notandum autem, quod ante incarnationem dedit Deus signum futuræ incarnationis. Isaï. vii, 14 : *Ipse Dominus dabit vobis signum: Ecce virgo concipiet, et pariet filium etc.* Similiter et ante resurrectionem dedit signum de resurrectione futura : quia istis duabus maxime virtus divinitatis commendatur in Christo : nihil enim mirabilius fieri potuit quam quod Deus factus est homo, et quod humanitas in Christo, post ejus resurrectionem, immortalitatis divinae particeps effecta est. Rom. vi, 9 : *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur..., quod enim vivit: vivit Deo, idest ad similitudinem Dei.*

¹ Parm. : desperantes.

² Al. : « mala. »

³ Al. : « templum Dei est. »

⁴ Al. : « divinitatis »

Sed attendenda sunt verba signi dati : nam Christus corpus suum templum dicit : enjus ratio est, quia templum dicitur in quo Deus inhabitat etc., secundum illud Psal. x, 5 : *Dominius in templo sancto suo.* Et inde est quod anima sancta, quam Deus inhabitat, dicitur templum Dei³. I Cor. iii, 17 : *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Quia ergo in corpore Christi divinitas⁴ inhabitat, ideo corpus Christi est templum Dei, non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus. Col. ii, 9 : *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Et in nobis quidem habitat Deus secundum gratiam, scilicet secundum actum intellectus et voluntatis, qui non est actus corporis, sed animæ tantum; sed in Christo habitat secundum unionem in persona : quæ quidem unio non solum ipsam animam, sed et corpus includit; et ideo ipsum corpus Christi est templum Dei.

Ex hoc autem Nestorius sui erroris occasionem sumens, dicit, Verbum Dei unitum humanæ naturæ secundum inhabitationem tantum. Ex quo sequitur quod alia sit persona Dei, alia hominis in Christo. Et ideo dicendum est, quod inhabitatio Dei in Christo refertur ad natutram, quia alia est divina natura, alia humana in Christo; sed non ad personam, quæ est eadem in Christo Dei et hominis, scilicet persona Verbi, ut dictum est supra.

Hoc igitur supposito, circa hoc signum Dominius duo facit. Primo quidem prænuntiat suam mortem futuram; secundo vero resurrectionem. Mortem quidem prænuntiat cum dicit : *Solvite templum hoc;* Christus enim mortuus fuit⁵ ab aliis occisus. Matth. xvii, 22 : *Et occident eum:* eo tamen volente : quia, ut dicitur Isa. liii, 7, *oblatus est quia ipse voluit.* Et ideo dicit : *Solvite templum hoc,* idest corpus meum.⁶ Sed⁷ non dicit, Solvetur: ne intelligas⁸ mortem ejus naturalem, nec dicit : *Solvam,* ne intelligas cum scipsum occidisse; sed dicit, *Solvite,* quod non est imperantis, sed prænuntiantis et

⁵ Parm. : et ab aliis.

⁶ Parm. : Et. — ⁷ Al. : « sed. »

⁸ Parm. omittit : mortem ejus naturalem, nec dicit : *solvam,* ne intelligas.

permittentis. Prænuntiantis quidem, ut sit sensus : *Solvite templum hoc*, idest solvetis¹ : permittentis vero, ut sit sensus : *Solvite templum hoc*; idest, facite de corpore meo quod vultis, illud vobis expono, sicut dicit Judæ, infra xii, 27, *Quod facis, fac citius*: non quidem imperans ei, sed eum ejus arbitrio derelinquens. Dicit autem, *Solvite*, quia mors Christi est solutio corporis ejus; aliter tamen quam aliorum hominum: nam corpora aliorum hominum solvuntur per mortem usque ad incinerationem carnis et putrefactionem²: qualis quidem solutio non fuit in Christo; quia, ut dicitur in Psal. xv, 40, *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Fuit ibi tamen solutio per mortem: quia anima separata est a corpore, ut forma a materia: et quia sanguis separatus est a corpore: et quia corpus ejus perforatum est clavis et lanca. Resurrectionem autem prænuntiat cum dicit: *Et in tribus diebus excitabo illud*; scilicet corpus; idest, a mortuis suscitabo. Non autem dicit, Excitabitur, nec: Excitat illud Pater; sed ego excito: ut ostendat se propria virtute a mortuis resurgere. Nec tamen negamus quiu Pater eum a mortuis suscitaverit: quia, ut dicitur Rom. v, 11, *Qui suscitavit Iesum a mortuis*. Et in Psal. xi, 11: *Tu autem Domine, miserere mei, et resuscita me*. Sic ergo Deus Pater Christum suscitavit a mortuis, et Christus propria virtute resurrexit. Psal. iii, 6: *Ego dormivi et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me*.

Nec est in hoc contrarietas, quia eadem est virtus utriusque; nude quecumque Pater facit, haec similiter et Filius³ facit; infra v, 49. Nam si Pater eum suscitavit, et Filius, I Corinth. vlt. iv, *Nam si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei*. Dicit autem, *Et in tribus diebus*; et non post tres dies⁴: quia non diebus tribus completis in monumento permanit; sed, sicut Augustinus dicit, est synedochia⁵ locutio, in qua ponitur pars pro toto. Origenes autem hujus locutionis mysticam rationem assignat,

dicens: Corpus Christi verum est tempulum Dei; quod quidem corpus figurat corpus mysticum, idest Ecclesiam. I Corinth. xii, 27: *Vos estis corpus Christi, et membra de membro*. Et sicut in corpore Christi habitat divinitas per gratiam unionis, ita et in Ecclesia per gratiam adoptionis. Et quamvis corpus istud mystice dissolvi videatur adversitatibus tribulationum quibus affligitur, tamen suscitatatur in tribus diebus, scilicet in die legis naturæ, et in die legis scriptæ, et in die legis gratiæ; quia, etsi in his diebus quantum ad aliquos corpus dissolvatur, quantum ad alios tamen vivit. Et ideo dicit, *In tribus diebus*; quia huius resurrectionis spiritualis in tribus diebus perficitur. Sed post tres dies perfecte resuscitabimur, non solum quantum ad primam resurrectionem, sed etiam quantum ad secundam. Apoc. xx, 6: *Beatus qui habet partem in resurrectione secunda*.

3. Consequenter cum dicit, *Dixerunt ergo Judæ etc.*, ponitur signi exhibiti intellectus: et primo quidem ponitur intellectus falsus, conceptus a Judeis; secundo vero intellectus verus, conceptus ab Apostolis, ibi, *Ille autem dicebat de templo corporis suis*. Falsus autem intellectus Judeorum erat; quia credebant quod Christus diceret hoc de templo materiali, in quo tunc erant: et ideo secundum hunc intellectum, respondent de templo materiali, et dicunt⁶: *Quadragesima et sex annis adificatum est templum hoc*, scilicet materiale, in quo sumus; et *in tribus diebus excitabis illud*?

Sed contra hoc est objectio litteralis. Nam templum in Hierusalem per Salomonem fuit adificatum, et, ut habetur III Reg. vii, a Salomone fuit consummatum septem annis. Quid est ergo quod hic dicit: *Quadragesima et sex annis adificatum est templum hoc*? Respondeo dicendum, secundum quosdam, quod hoc non est intelligendum de prima adificatione templi, qua completa est a Salomone septem annis: nam templum quod Salomon adificaverat, destrunctum fuit a Nabuchodonosor: sed intelligendum est

¹ Al.: « solvens. »

² Parm.: « pulverizationem. »

³ Al.: « alius. »

⁴ Al.: « post multos. »

⁵ Al.: est sine doctrina locutio. »

⁶ Al.: « ei dicentes. »

de reedificatione facta sub Zorobabel, postquam reversi fuerunt a captivitate¹, sicut legitur in lib. Esdræ : quaer quidem multis impugnantibus undique inimicis², intentum impedita et dilata fuit quod non potuit consummari templum usque ad quadragesimum sextum annum. Vcl dicendum, secundum Origenem, quod intelligitur de templo Salomonis : quod quidem dicitur adificatum quadraginta et sex annorum tempore³, ut numeretur tempus ab eo die quo David mentionem fecit de adificatione templi, consulens super hoc Nathan Prophetam, ut habetur II Reg. vii, usque ad consummationem perfectam per Salomonem ; nam ex illo die David incepit preparare materiam et necessaria ad adificationem templi. Et si diligenter dictum tempus consideretur, ascendit ad numerum quadraginta sex annorum. Quamvis autem Iudei intentionem suam referrent ad templum materiale, tamen, secundum Augustinum, potest referri ad templum corporis Christi : quia, sicut ipse dicit in lib. lxxxiii *Quæst.*, conceptio et formatio humani corporis perficitur quadraginta quinque diebus hoc modo. Primit enim sex diebus corporis humani conceptio, quasi lactis habet similitudinem ; novem vero diebus sequentibus convertitur in sanguinem ; duodecim inde diebus solidatur in carnem ; sed decem et octo reliquis diebus formatur usque ad perfecta linea menta omnium membrorum. Isto ergo numero sex, novem, duodecim et octo decim in unum coacto, exurgit numerus quadraginta et quinque⁴, cui addito uno propter sacramentum unitatis, sunt quadraginta sex.

Sed ex hoc insurget quæstio⁵ : quia hujus processus formationis non videtur habere locum in corpore Christi, quia in ipso instanti conceptionis formatum fuit et animalium. Sed dicendum, quod licet in corporis Christi formatione sit aliquid singulare ; quia in ipso instanti corpus Christi fuit perfectum quantum ad omnia linea menta membrorum, non tamen

quantum ad debitam habitam⁶ corporis quantitatatem ; et ideo in utero Virginis tandem permansit quonsque ad quantitatem debitam perveniret. Accipiamus autem dictum numerum suprapositum, scilicet senarium, qui primus erat, et quadraginta sex, qui erat ultimus ; et ducamus unum in alterum : ex eis surgunt ducenti septuaginta sex. Dividendo ergo tot dies in menses, dando cuilibet mensi triginta dies, sunt novem menses et sex dies. Recte ergo quadraginta et sex annis templum dicitur adificatum esse, quod significabat corpus Christi, ut insinnet, quod tot anni fuerunt in fabricatione templi quot fuerunt dies in perfectione corporis Christi : nam ab octavo kal. aprilis in quo Christus fuit conceputus, et ut creditur passus, usque ad octavum kal. januarii sunt tot dies, scilicet ducenti septuaginta sex : quod numerus surgit ex senario ducto in quadraginta et sex.

Ex hoc etiam numero Augustinus ut patet per *Glossam* aliud intelligit mystice : dicit enim quod ex litteris nominis Adam multiplicatis, secundum numerum quem more Graecorum ipsæ litteræ important, surgit numerus quadraginta et sex. Nam A in Graeco secundum numerum importat unum, cum sit prima littera in alphabeto ; D vero secundum ordinem importat quatuor. Addito ergo uno quod importat A, quadraginta quod importat M, habemus quadraginta et sex. In quo significatur quod corpus Christi assumptum est de corpore Adam. Item secundum gracos, ex primis litteris acceptis ex nominibus quatuor partium mundi componitur hoc nomen Adam ; scilicet Anatole, quod est oriens ; Dicis⁷ quod est occidens ; Arctos, quod est septentrio ; Mensembria, quod est meridies : in quo significatur quod Christus ex Adam carnem assumpsit, ut congreget electos suos a quatuor partibus mundi. Matth. xxiv, 31 : *Congregabit electos suos a quatuor ventis.*

4. Consequenter cum dicit ; *Ille autem*

¹ AL. : « per ep̄im fuerunt in captivitate. »

² AL. : « numeri. »

³ AL. : « qui est dicitur adificatum triginta et sex annorum tempore. »

⁴ Parm. : qui.

⁵ AL. : « sed hoc insurget. »

⁶ Parm. omittit : habitam.

⁷ Parm. : dicens.

dicebat de templo corporis sui, ponitur intellectus signi verus,¹ conceptus a discipulis : et primo ponitur ipsorum intellectus ; secundo vero unde Apostoli hoc conceperunt, ibi, *Cum ergo surrexisset etc.* Dicit ergo : *Judei hoc dixerunt ignorantes : sed Christus non sic intelligebat* ; immo intelligebat de templo corporis sui ; et hoc est quod dicit : *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* Quia autem ratione corpus Christi dicatur templum, dictum est supra.

Et ex hoc Apollinaris occasionem erroris sumens, dixit, quod caro Christi esset materia inanimata, quia templum est res inanimata. Sed in hoc decipitur : quia cum dicitur quod corpus Christi est templum, est metaphorica locutio : in qua quidem locutione non attenditur similitudo quantum ad omnia, sed quantum ad aliquid, scilicet quantum ad inhabitationem, quod quidem refertur ad naturam, ut dictum est supra. Praeterea hoc² manifeste apparet per auctoritatem sacrae Scripturae cum dicit ipse Christus infra x, 18 : *Potestatem habeo ponendi animam meam.*

Unde autem Apostoli hunc verum intellectum conceperunt, ostendit consequenter Evangelista, cum subdit : *Cum ergo surrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus etc.*, nam ante resurrectionem difficile erat hoc intelligere : primo, quia per hoc ostendebatur, quod in corpore Christi erat vera divinitas, alias non potuisset dici templum ; et hoc tunc temporis intelligere, humanam capacitatem excedebat ; secundo, quia in hoc facit mentionem de passione et resurrectione, cum dicit : *Excitabo illud* ; quod³ nullus discipulorum adhuc audierat. Unde quando Christus resurrectionem et passionem suam expressit Apostolis, Petrus hoc audiens, scandalizatus est, dicens Matth. xvi, 22 : *Ab sit a te Domine.* Sed post resurrectionem, quando jam plene cognoverant⁴ Christum esse Deum, per ea quae circa passionem et resurrectionem ostenderat, et quando sacramentum resurrectionis ipsius didicerant : *tunc re-*

cordati sunt discipuli ejus quia hoc dicebat de corpore suo, et tunc crediderunt Scripturæ, scilicet Prophetarum. Osee vi, 3 : Vivificabit nos post duos dies, et tertia die suscitabit me. Iona ii, 1 : Erat Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. Et inde est quod in ipsa die resurrectionis apernit illis sensum ut intelligerent Scripturas. *Et sermoni ejus, quem dixit Jesus, huius scilicet, Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.*

Anagogice autem per hoc datur nobis intelligi, secundum Origenem, quod in ultima resurrectione naturæ, erimus Christi discipuli, quando in magna resurrectione totum corpus Jesu, idest Ecclesia ejus, certificabitur de his quæ nunc per fidem ænigmatisce cognoscimus ; et tunc recipiemus fidei complementum, videndo per speciem quod nunc per speculum intuemur.

5. Consequenter cum dicit, *Cum autem esset Hierosolymis*, ponit fructum consequentum ex signis, scilicet conversionem aliorum credientium : et circa hoc tria facit. Primo proponit ipsos credentes, propter miracula ; secundo ostendit quomodo Christus se habuit ad eos, ibi, *Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis.* Tertio rationem assignat ad hoc, ibi, *Eo quod ipse nosset omnes.* Fructus autem qui provenit ex signis Jesu magnus est, quia multi crediderunt, et conversi sunt ad eum ; et hoc est quod dicit : *Cum autem esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, idest in eum, videntes signa quæ faciebat.*

Nota autem, quod dupliciter aliqui crediderunt. Quidam namque propter miracula visa ; quidam vero propter oculorum revelationem et prophetiam. Sed commendabiores sunt qui propter doctrinam credunt, quia sunt magis spirituales, quam qui propter signa, qui sunt grossiores, et magis sensibiles. Iste autem qui conversi sunt, sensibiles ostenduntur per hoc quod non propter doctrinam, sicut discipuli ; sed *videntes si-*

¹ Al. : « a sive. »

² Al. : « propter hoc. »

³ Al. : « quem. »

⁴ Al. : « cognoverunt. »

⁵ Al. : « enim. »

qua quia faciebat, crediderunt in nomine ejus. 1 Corin. xiv, 22 : Prophetix datr sunt fidelibus etc¹.

Sed queritur hic quaeam signa videbant facta a Iesu; cum nullum legamus enim tunc signum fecisse in Hierusalem. Ad hoc potest duplere responderi, secundum Origenem. Uno modo quod multa signa facta sint a Iesu ibi tunc temporis, qua hic non habentur: nam Evangelista scientia multa pratermisserunt de miraculis Christi; cum tot fecerit quod non possent de facilis scribi. Infra, ult., 23 : *Multa quidem alia signa fecit Jesus : quia si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.* Et hoc signanter Evangelista ostendit cum dicit: *Videntes signa quia faciebat : quia jam pratermis- sa sunt, quia non fuit intentio Evangelistarum omnia signa Iesu conserbire, sed tot quot necessaria erant ad Ecclesiam fidem instruendam.* Alio modo, quia inter alia miracula potest maximum signum reputari², quod cum flagello facto ex funibus, hominum multitudinem Jesus de templo solos ejeicerit.

6. Qualiter autem ad credentes se habuit, ostendit dicens: *Ipsa autem Jesus non credebat semetipsum eis, scilicet qui crediderant in eum.*

Sed quid est hoc quod homines credunt Deo, et ipse Jesus non credebat se eis? Numquid potuissent eum occidere, ipso nolente? Sed dicet aliquis, quod ideo non credebat se eis, quia sciobat eos sicut credere. Sed si hoc verum esset, non utique diceret Evangelista, quod multi crediderunt in nomine ejus, et tamen non credebat se eis. Et ratio est, secundum Chrysostomum, quia isti crediderunt in eum, sed imperfecte, quia nondum poterant attingere ad perfecta mysteria Christi: et ideo non credebat se eis; id est, secreta sua mysteria eis nondum revelabat: nam et ipsis Apostolis multa non revelavit. Infra xvi, 12, *Multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo.*

¹ Huius: *Lector in ignum sunt non fidelibus, sed debet.*

² Al.: * reputatur.

³ Al.: * qui credant.

I Corin. iii, 1: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Et ideo notaanter Evangelista, ut ostendat eos imperfecte credere, non dicit quod credebant in eum, quia nondum credebant ejus divinatem; sed dicit, *In nomine ejus : illud quod de eo, nomine tenus dicebatur, scilicet quod justus, vel hujusmodi.* Vel, secundum Augustinum, isti gerunt in Ecclesia typum catechumenorum: qui etsi credant¹ in nomine Christi, Jesus tamen non credit se illis, quia Ecclesia non dat eis corpus Christi: quod quidem corpus, sicut nullus sacerdos confidere potest nisi in sacerdotem consecratus, ita nullus sumere debet nisi baptizatus.

7. Ratio autem hujus quod non credebat se eis, ostenditur ex perfecta Christi cognitione: unde dicit: *Eo quod ipse nosset omnes.* Licet autem homo ignorans debeat de quilibet presumere bonum; tamen postquam veritas innescet de aliquibus, debet se homo habere ad eos secundum eorum conditionem. Et quia Christum nihil latebat eorum quae sunt in homine, cum sciret eos imperfecte credere, non credebat se eis. Describitur autem cognitio Christi⁴ universalis, quia non solum familiares, sed etiam alios extraneos cognoscet; et ideo dicit: *Eo quod ipse nosset omnes : et hoc per potentiam divinitatis.* Eccli. xxiiii, 28: *Oculi Domini multo plus lucidiores⁵ sunt super solem.* Nam homo, et si cognoscat alios, non tamen certam cognitionem de eis potest habere: quia non videt nisi ea que apparent; et ideo opus est ei testimonio aliorum. Christus autem certissime cognoscit, quia intuetur cor: et ideo non erat ei opus ut quis testimonium perhiberet de homine; immo ipse testis est. Job xvi, 20: *Ecce in calo est testis meus.* Perfecta, quia non solum quantum ad exteriora,⁶ quorum est imperfecta cognitione, et quia etiam homines cognoscunt sed etiam quantum ad interiora sua cognitione extendit⁷; et ideo dicit: *Ipse enim*

⁴ Al. deest: a Christi.

⁵ Al. omissitur: a sunt.

⁶ Parm. omissit: quorum est imperfecta etc.

⁷ Al.: « quia non solum quantum ad exteriora sua cognitione se extendit etc. »

sciebat quid esset in homine, idest oculata cordis. Prov. xv, 11 : Infernus et per- ditio coram Domino.

CAPUT TERTIUM

LECTIO 1

1. Erat autem homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. Ille venit ad Jesum nocte, et dixit ei : Rabbi, sciens quia a Deo venisti Magister : nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. 2. Respondit Jesus, et dixit ei : Amen, amen dico tibi : nisi quis natus fuerit deinceps, non potest videre regnum Dei. 3. Dicit ad eum Nicodemus : Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris sua iterato introire, et renasci? 4. Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi : nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. 5. Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est.

1. Supra ostendit Evangelista virtutem Christi quantum ad mutationem naturae; hic vero ostendit eam quantum ad reformationem gratiae, de qua principaliter intendit. Reformatio autem gratiae fit per spiritualem generationem, et per beneficiorum regenerationis collationem. Primo ergo tractat de spirituali generatione; secundo de beneficiorum spiritualium regenerationis divinitus collatione; et hoc in 5 cap. ibi, *Post haec erat dies festus Iudeorum etc.* Circa primum duo facit. Primo agit de spirituali regeneratione quantum ad Iudeos; secundo de propagatione fructuum huius regenerationis etiam quantum ad exteriores nationes. Et hoc in 4 cap. ibi, *Ut ergo cognorit Jesus, quia audierunt Pharisaei etc.* Circa primum duo facit. Primo manifestat spiritualem regenerationem verbis: secundo implet eam factis, ibi, *Post haec venit Jesus et discipuli eius in terram Iudeam etc.* Circa primum tria facit. Primo ostendit spiritualis regenerationis necessitatem; secundo ejus qualitatem, ibi, Di-

*cit ad eum Nicodemus : Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? tertio ejus modum et rationem, ibi, *Respondit ad eum Nicodemus, et dixit ei : Quomodo possunt haec fieri?* Circa primum duo facit. Primo ostendit demonstranda necessitas occasionem; secundo necessitatem huius regenerationis, ibi, *Respondit Jesus, et dixit ei : Amen, amen dico tibi etc.* Occasio autem huius necessitatis inducitur ex Nicodemo: et ideo dicit : *Erat autem homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine etc.* Quem describit ex persona, ex tempore, et ex confessione ipsius. Ex persona quidem describitur quantum aetatis. Seilicet quantum ad religionem, quia Pharisaeus: unde dicit : *Erat homo ex Pharisaeis.* Duplex namque secta erat apud Iudeos: scilicet Pharisaeorum et Sadduceorum. Sed Pharisai magis conveniebant nobiscum in opinionibus¹, quia credebant resurrectionem, et dicebant esse creaturas aliquas spirituales. Sadducei vero magis discordabant: quia nec resurrectionem futuram, nec spiritum esse credebant. Et dicebantur isti pharisaei, quasi ab aliis divisi. Et quia opinio eorum probabilior erat, et magis propinqua veritati, ideo Nicodemus filius conversus est ad Christum. Acto. xxvi, 5 : *Secundum certissimum sectam religionis nostrae etc.* Item quantum ad monumen, cum dicit, *Nicodemus nomine*: quod interpretatur viceris, seu viceris populi: per quam significantur illi qui ex Iudeis ad Christum conversi, tunc vicevera munendum. Iohann. iii, 4 : *Hoc est viceris**

¹ Al. : « in oppositionibus. »

² Al. : « oppositio. »

qui vincit mundum, fides nostra. Item tertio quantum ad dignitatem: unde dicit, *Principis Iudorum.* A principio namque licet dominus non elegerit sapientes, potentes aut nobiles, ne virtus fidei sapientiae et potentiae humanae attribueretur ut dicitur 1 Corinth. i, 26: *Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus;* voluit tamen aliquos sapientes et potentes a principio ad se convertere: ne si doctrina sua solum ab ignobilibus et insipientibus reciperetur, haberetur contemptus: et ne credentium multitudo potius attribueretur rusticitati et insipientiae conversorum, quam virtuti fidei. Nihilominus tamen voluit istos nobiles et potentes non multos esse ad eum conversos, ne ut dictum est humanae potentiae aut sapientiae ascriberetur. Et ideo dicitur Joan. xii, 42, quod *aliqui ex principibus crediderunt in eum:* inter quos fuit iste Nicodemus. Psal. xlvii, 10: *Principes populorum congregati sunt.* Ex tempore vero describit eum, cum dicit: *Hic venit ad Jesum nocte etc.* Circa quod sciendum est, quod qualitas temporis consuevit in Scriptura describi circa aliquos, ad insinuandum cognitionem mentis, seu conditionem actionis eorum. Describitur autem hic tempus istud obscurum: unde dicit, *Venit nocte:* nox enim obscura est; et competit qualitatibus affectus Nicodemi, qui non cum securitate et libera prolapatione, sed cum timore ad Jesum veniebat: nam erat de illis principibus, de quibus dicitur Joan. xii, 42, quod *crediderunt in eum;* sed propter *Pharisaeos non confitebantur,* ut de squagoga non ejercentur. Non enim perfecte diligebant: unde subditur: *Dilexerunt enim magis gloriam hominum quam gloriam Dei.* Competit etiam nox eius ignorantiae, et imperfecta cognitioni quam iste habebat de Christo. Rom. xiii, 12: *Nisi processit etc.* Psal. lxxxii, 6: *Nescivimus neque intellexerunt, in te nebulae ambulauit.* Ex confessione vero ei tributur, enim subdit: *Et dixit ei: Rabbi, scimus quia Deus venisti magister.*

Ubi confitetur Christi officium in docendo, cum dicit, *Rabbi etc.*, et ejus potestatem in agendo, ibi, *Nemo enim potest habe signa facere quia tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Et quidem in utroque verum dieit, licet parum confessus est. Verum enim est quod vocat eum *Rabbi*, id est magister: quia, ut dicitur infra xxi, 13, *Vos vocatis me Magister et Domine,* et *bene dicitis, sum eternum.* Legerat enim Nicodemus, quod scriptum est Joel. n, 23: *Fili Sion exultate, et letamini in Domini Deo vestro, quia dedit vobis docorem justitiae.* Sed parum dicit: quia dicit eum a Deo venisse magistrum; sed facit eum Deum esse: nam venire a Deo magister, commune est omnibus bonis prelatis. Hier. m, 45: *Et dabo vobis pastores iuxta cornuum; et pascent vos scientia et doctrina.* Unde hoc non est singulare Christo; quamquam aliter doceant homines, aliter Christus. Alii enim magistri docent tantum exterius, sed Christus etiam interioris: quia, ut dicitur supra i, 9, *erat lux vera, qua illuminat omnem hominem:* et ideo ipse solus dat sapientiam. Luc. xxi, 15: *Ego dabo vobis os et sapientiam.* Et hoc nullus purus homo dicere potest. Potestatem vero confitetur ex signis visis; quasi dicat: Credo quod a Deo venisti magister: *quia nemus potest habe signa facere.* Et verum dicit: quia signa que Christus fecit, non possent fieri nisi divinitus, et quia Deus eum eo erat. Infra viii, 29: *Qui me misit, mecum est.* Sed parum dixit: quia credebat quod Christus non propria potestate signa faceret, quasi¹ indigens extraea virtute, ac si Deus non esset cum eo per unitatem essentialis, sed per infusionem gratiae solum. Quod quidem falsum est: quia non extraea virtute, sed propria, signa faciebat: nam eadem est potestas Dei et Christi. Simile² est quod dicit mulier Eliae, III Reg. xvii, 24: *In hoc facto cognovi quoniam vir Dei es tu.*

2. Consequenter cum dicit, *Respondit Jesus et dixit ei etc.*, ponit necessitatem spiritualis regenerationis provenientem

ex ignorantia Nicodemi. Et ideo dicit : *Amen, amen.*

Ubi notandum est, quod haec dictio *Amen est Hebreæ, qua frequenter Christus usus est : unde ob ejus reverentiam nullus translator tam græcorum quam Latinorum transferre voluit. Et quandoque quidem significat idem quod verum, aut idem quod vere; quandoque vero idem quod fiat. Unde Psal. LXI, LXXXVIII, et cxi, ubi nos habemus, Fiat, in hebreo est, *Amen, amen.* Sed hanc dictionem solus Joannes Evangelista ingeminat inter Evangelistas. Cujus ratio est, quia alii Evangelistæ ea principaliter tradunt quæ ad humanitatem Christi pertinent; ad quæ, cum facilius credibilia sint, minor assertio necessaria erat : Joannes vero ea quæ ad divinitatem Christi pertinent, principaliter tractat; quæ, cum occulta sint, et a cognitione hominum remota, majori assertione indigebant.*

Deinde attendendum est, quod haec responsio Christi videtur omnino inconsueta propositis a Nicodemo, nisi diligenter consideretur. Quomodo namque convenire videtur quod dixit Nicodemus, *Rabbi, scimus quia a Deo renisti; cum¹ hoc quod respondit Dominus : *Nisi quis renatus fuerit de nulo, non potest videre regnum Dei?* Sed notandum, sicut jam dictum est, quod Nicodemus imperfectam opinionem habens de Christo, confitebatur eum magistrum, et haec signa facere, tanquam hominem purum. Vult ergo ei Dominus ostendere quomodo ad altiorum cognitionem Dei posset pervenire. Et quidem poterat de hoc Dominus dispitare : sed quia hoc fuisset versum in contentionem, cuius contrarium de eo scriptum est. Isa. XLII, 2 : *Non contendet :* ideo cum mansuetudine voluit cum ad veram cognitionem perducere; quasi diceret : *Nou mirum si purum hominem credis : quia illa secreta divinitatis non potest aliquis scire, nisi adeptus fuerit spirituale regenerationem.* Et hoc est quod dicit : *Nisi quis natus fuerit de nulo, non potest videre regnum Dei.**

Ubi sciendum, quod cum visio sit ac-

tus vitæ, secundum diversas vitas diversæ sunt visiones. Nam est quædam vita carnales, qua communiter omnia alia vivunt: et haec habet carnalem visionem, seu cognitionem. Est et vita spiritualis, qua homo conformatur Deo et spiritibus² sanctis : et haec habet spiritualem visionem. Secundum carnalem quidem spiritualia videri non possunt : I Corinth. II, 14 : *Animalis homo³ non percipit ea quæ sunt spiritus Dei :* sed percipiuntur visione spirituali : unde ibidem subditur : *Quæ Dei sunt, nemo novit nisi spiritus Dei.* Spiritus autem est qui regenerat : unde Apostolus. Rom. VIII, 15 : *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis.* Et hunc quidem spiritum per regenerationem spirituale accipimus. Ad Tit. III, 5 : *Sed nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus sancti.* Si ergo visio spiritualis non est nisi per Spiritum sanctum, et Spiritus infunditur nobis per lavacrum regenerationis spiritualis : ergo non possumus videre regnum Dei, nisi per lavacrum regenerationis : et ideo dicit : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei;* quasi dicat : Non est mirum si non vides⁴ regnum Dei, quia nullus illud videre potest nisi accipiat Spiritum sanctum, per quem renascitur in filium Dei. Ad regnum autem non⁵ solum pertinet regale solum, sed etiam quæ sunt ad regni gubernationem : scilicet regia dignitas, beneficia gratiarum, et via justitiae, quia solidatum regnum. Et ideo dicit : *Non potest videre regnum Dei,* id est gloriam et dignitatem Dei, id est mysteria salutis aeternæ, quæ per lidei justitiam inspicuntur. Rom. XIV, 17, *Regnum Dei non est esca et potus.* In veteri autem lege fuit quædam regeneratione spiritualis, sed imperfecta et figuralis. I Cor. X, 2 : *Omne in Moysè baptizati sunt, in nube, et in mari;* id est, in figura baptismi accepimus. Et ideo mysteria regni Dei videbant, quidem, sed figuraliter tantum. Heb. XI, 13 : *A longe aspicientes.* In nova vero lege est manifesta re-

¹ Al. omittitur : « cum. »

² Al. : « et speciebus. »

³ Al. : « animal homo. »

⁴ Al. : « videres. »

⁵ Al. omittitur : « non. »

⁶ Al. : « sub Moysi. »

generatio spiritualis; sed tamen est imperfecta: quia renovatur interior tantum per gratiam, sed non exterior per incorruptionem. II Cor. iv, 46: *Licit is qui foris est noster homo corripatur, tamen et qui intus est renovatur de die in diem.* Et ideo videmus regnum Dei et mysteria salutis aeternae, sed imperfecte: quia, ut dicitur I Cor. xiii, 12, *Videmus nunc per speculum in anigmate etc.* In patria vero est perfecta regeneration: quia renovabuntur interior et exterior. Et ideo regnum Dei perfectissime videbimus: unde I Corinth. xiii, 12: *Tunc autem videbinus facie ad faciem.* Et I Joan. iii, 2: *Cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbinus cum secuti est.* Patet ergo quod sicut visionem corporalem non habet quis nisi natus, ita nec spiritualem habere potest nisi renatus. Et secundum triplicem regenerationem est triplex modus visionis.

Nota autem, quod in greco non habetur *denuo*, sed *anothe*, idest desuper, quod Hieronymus transluit *denuo*, ut scilicet importet additionem; et sic Hieronymus intellexit dicens: *Nisi renatus fuerit denuo; quasi dicat: Nisi renatus iterato per fraternalem generationem,* Chrysostomus autem dicit, nasci desuper, esse proprium Filii Dei, quia ipse solus natus est desuper. Infra hoc cap., *Qui desursum venit, super omnes est.* Et dicitur Christus nasci desuper quantum ad tempus ut ita liecat loqui: quia ab aeterno genitus. Psal. cxix, 3: *Ante luciferum genui te.* Et quantum ad generationis principium, quia a patre caelesti. Infra vi, 38: *Descendi, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Quia ergo nostra regeneratione est ad similitudinem Filii Dei, secundum illud Rom. viii, 29: *Quos præscivit conformes fieri imaginis Filii sui:* ideo, quia illa generatione desuper est, quantum ad tempus, per aeternam predestinationem: Eph. i, 4: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem:* et quantum ad donum Dei: infra vi, 44: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.*

Eph. ii, 5: *Gratia Dei salvati estis etc.*

3. Consequenter cum dicit, *Dicit ad eum Nicodemus etc.:* ponit modum et rationem hujus spiritualis regenerationis: et circa hoc primo ponitur dubitatio Nicodemus: secundo responsio Christi, ibi, *Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi etc.* Circa primum sciendum est, quod, sicut dicitur I Cor. xi, 44, *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.* Et ideo, quia Nicodemus carnalis adhuc, et animalis erat, non potuit que dicebantur, nisi carnaliter intelligere. Et ideo ea quæ Dominus dixerat de regeneratione spirituali, ipse de regeneratione carnali intelligebat. Et hoc est quod dicit: *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?* Ubi, secundum Chrysostomum, sciendum est, quod Nicodemus voluit objicere contra verba Salvatoris. Sed tamen objecio ejus derisibilis est, quia Christus loquitur de regeneratione spirituali, hic autem objicit de carnali. Similiter omnes rationes inductæ ad impugnandum ea quæ sunt fidei, derisibiles sunt, quia non sunt¹ secundum intentionem sacrae Scripturae. Objicit autem Nicodemus contra verba Domini dupliciter, secundum quod dupliciter² videbatur dictum Domini impossibile, scilicet quod homo denuo renascatur. Uno modo scilicet propter irreversibilitatem humanae vita: nam a senectute non potest homo redire ad pueritiam. Unde dicitur Job xvi, 23: *Semitam, scilicet vitam praesentem, per quam non revertar, ambulo.* Et secundum hoc dicit: *Quomodo homo potest nasci, cum sit senex?* quasi dicat: Nunquid iterum efficietur puer³ ut renascatur? Job vn, 10: *Non revertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus ejus.* Secundo ex modo carnalis generationis: nam homo in principio cum generatus est in parva quantitate, ita ut possit eum uterius maternus capere; postmodum vero, cum jam natus est, ad continua clementia paulatinus producitur, ita ut non possit⁴; in materno utero contineri. Et ideo dicit:

¹ Parm. omittit: quia non sunt.

² AL.: « duplex. »

³ AL. omittit: « puer. »

⁴ AL.: « ita non posset. »

Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire, et renasci? quasi dicat, non, quia non capit eum venter. Sed haec locum non habent in generatione spirituali: quia homo, quantumcumque per peccatum spiritualiter inveteratus, secundum illud Psal. xxxi, 3: *Quoniam tucui, inveteraverunt omnia ossa mea:* potest per auxilium gratiae divinae ad novitatem venire, secundum illud Psal. cu, 5: *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Potest et quantumcumque magnus, in uterum spiritualem, scilicet Ecclesiæ, per sacramentum baptismi introire. Quis autem sit uterus spiritualis, manifestum est; alias nunquam diceretur Psal. cix, 3: *Ex utero ante luciferum genui te.* Nihilominus tamen aliqualem similitudinem habet quod dicitur: nam sicut homo semel carnaliter natus, non potest iterum nasci, ita et semel per baptismum spiritualiter natus, non potest iterum nasci, quia non debet iterum baptizati. Eph. iv, 5: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.*

4. Consequenter cum dicit, *Respondit Jesus etc., ponitur responsio Christi.* Et circa hoc tria facit. Primo solvit rationes Nicodemi, ostendendo qualitatem regenerationis; secundo manifestat solutionem per rationem, ibi, *Quod natum est ex carne, caro est etc.;* tertio per exemplum, ibi, *Non mireris etc.* Solvit ergo objectiones, ostendens quod regeneratione de qua loquitur, est spiritualis, et non carnalis: et hoc est quod dicit: *Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei:* quasi dicat: Tu intelligis de generatione carnali, sed ego loquor de spirituali. Sed attende quod supra dixerat: *Non potest videre regnum Dei:* hic vero dicit: *Non potest introire in regnum Dei:* quod idem est: nam quae regni Dei sunt, nullus videt, nisi regnum Dei intret; et tantum videt quantum intrat. Apoc. ii, 17: *In calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit qui accipit.* Quod autem spiritualis regeneratione ex spiritu fiat, rationem habet: nam oportet generatum generari ad si-

militudinem generantis; nos autem regeneramur in filios Dei ad similitudinem veri Filii: oportet ergo quod regeneratio spiritualis fiat per id per quod assimilamur vero Filio; quod quidem est per hoc quod spiritum ejus habemus. Rom. vii, 9: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* I Joan. iv, 13: *In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis etc.* Oportet ergo quod spiritualis regeneratio per Spiritum sanctum fiat. Rom. vii, 15: *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum.* Infra vi, 63: *Spiritus est qui vivificat etc.* Est etiam huie regenerationi necessaria aqua propter tria. Primo quidem propter humanae naturae conditionem: homo enim ex anima et corpore constat; et si in ejus regeneratione esset' spiritus tantum, solum quod spirituale est hominis, ostenderetur regenerari. Ut ergo regeneretur etiam caro, oportet quod sicut est ibi spiritus, per quem regeneratur anima, ita sit ibi aliquid corporale, per quod regeneretur corpus; et hoc est aqua. Secundo propter humanam cognitionem: nam sicut Dionysius dicit, divina sapientia ita omnia ordinal ut unicuique provideat secundum modum sua conditionis¹; homo autem est naturaliter cognoscitivus: oportet ergo eo modo dona spiritualia hominibus conferri, ut ea cognoscant. I Cor. ii, 12: *Ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis.* Naturalis autem modus hujus cognitionis est ut spiritualia per sensibilia cognoscat, cum omnis nostra cognitione a sensu incipiatur. Oportuit ergo ad hoc quod intelligamus id quod spirituale est in hac regeneratione, quod esset in ea aliquid sensibile et materiale, scilicet aqua: per quod intelligamus quod, sicut aqua lavat et purgat corporaliter exterins, ita et per baptismum homo lavatur et purgatur interioris spiritualiter. Tertio propter causam congruitatem: nam causa nostræ regenerationis est Verbum incarnatum. Supra i, 12: *Dedit eis potestatum filios Dei fieri.* Congruit ergo quod in sacramentis, quae efficaciam habent ex virtute

¹ Al. : « est. »

² Al. : « secundum suam conditionem. »

Verbi incarnati, sit aliquid correspondens Verbo, et aliquid correspondens carni, seu corpori. Et hoc est spiritualiter aqua in sacramento baptismi : ut scilicet per eam confidemur morti Christi, dum submergimur in ea, quando baptizamur, sicut Christus tribus diebus fuit in ventre terra. Rom. vi, 4 : *Concepulti enim sumus cum illo per baptismum.* Hoc etiam mysterium in prima rerum productione signatum est, Gen. i, quando spiritus Domini forebat super aquas. Sed per tactum mundissima carnis Christi major virtus collata est aquis : quia in principio producebant aquae reptile animae viventis ; sed ex quo Christus baptizatus est in Jordane, animas spirituales aqua reddit, Per hoc autem quod hic dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto,* manifeste apparel Spiritum sanctum esse Deum. Supra enim i, 13, dicit : *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis¹, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Ex quo sic formatur ratio. Ille ex quo spiritualiter renascuntur homines, est Deus : sed homines renascuntur spiritualiter per Spiritum sanctum, ut hic dicitur : ergo *Spiritus sanctus est Deus.*

Sed hic est duplex quaestio. Prima est. Si nullus intrat regnum Dei nisi renascatur aqua : antiqui autem patres non sunt renati aqua, quia non baptizabantur : ergo non intraverunt regnum Dei. Alia est, quia cum sit triplex baptismus, scilicet fluminis, flaminis et sanguinis, et multi fuerint baptizati ultimis duobus : quos dicimus intrasse regnum Dei statim cum tamen non fuerint renati aqua : non videtur esse verum quod hic dicitur : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto.*

Dicendum est quantum ad primum, quia regeneratione ex aqua et Spiritu sancto fit dupliciter : scilicet in veritate et figura. Antiqui autem patres, licet non fuerint regeneratione regeneratione vera, fuerint tamen regeneratione regeneratione figurata, quia semper habuerint² aliquid signum sensibile, in quo vera regenera-

tio praefigurabatur ; et secundum hoc renati intraverunt regnum Dei, soluto prelio. Quantum ad secundum dicendum, quod illi qui renascuntur baptismis sanguinis et flaminis, licet non habeant regenerationem in actu, habent tamen in voto : alias enim neque baptismus sanguinis aliquid valeret ; nec esse posset baptismus spiritus. Sie ergo ad hoc quod homo intret regnum Dei, oportet quod adsit baptismus aquae in re, sicut est in omnibus baptizatis ; vel in voto, sicut est in martyribus et cathucumenis, qui morte preveniuntur antequam votum impleant ; vel in figura, sicut in antiquis patribus.

Ex hoc quod dicitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto.* Pelagiani errantes dixerunt, quod pueri baptizantur, non quidem ut mandentur a peccatis quae nondum habent³ secundum eos, sed ut possint intrare regnum Dei. Sed hoc est falsum : quia, secundum quod⁴ Augustinus dicit in lib. de Baptismo parvulorum, inconveniens est quod imago Dei, scilicet homo, subtrahatur a regno Dei, nisi propter aliquod impedimentum : quod esse non potest nisi peccatum. Oportet ergo quod in pueris qui subtrahuntur a regno, sit aliquod peccatum, scilicet origineale.

3. Consequenter cum dicit, *Quod natum est ex carne, caro est etc.*, probat per rationem, quod oportet nasci ex aqua et Spiritu sancto : et est ratio sua talis. Nullus potest pervenire ad regnum, nisi spiritualis efficiatur ; sed aliquis non efficietur spiritualis nisi per Spiritum sanctum : ergo nullus potest intrare regnum Dei nisi renatus ex Spiritu sancto. Dicit ergo : *Quod natum est ex carne, caro est* : idest, nativitas secundum carnem, facit nasci in vitam carnalem : 1 Cor. xv, 47 : *Primus homo de terra terrenus : et quod natum est ex spiritu, idest ex virtute Spiritus sancti, spiritus est, idest spiritualis.*

Nota autem, quod haec prepositio «ex» quandoque⁵ designat causam materialēm ; sicut cum dico : *Cultellus est ex fer-*

¹ Al. doc. i, 13 : *neq; est et utate carnis.*

² Al. : *habet*

³ Prim. in illi secundum eos.

⁴ Al. : « quia quod. »

⁵ Al. : « quandam. »

ro; quandoque causam efficientem, sicut: dominus est ex aedificatore. Et secundum hoc, quod dicitur, *Quod natum est ex carne*, potest intelligi duplicitate: effective, et materialiter. Effective quidem: quia virtus quae est in carne, est effective generationis; materialiter vero, quia aliquid carnale in animalibus est materia generati. Sed ex spiritu non dicitur aliquid nasci materialiter cum spiritus immutabilis sit, materia vero sit subjectum transmutationis; sed dicitur effective. Secundum hoc ergo, possumus accipere triplicem generationem. Unam quae est ex carne materialiter et effective, quae est communis omnibus qui carnalem statum

habent. Alia est secundum spiritum effective; secundum quam regeneramur in filios Dei per gratiam Spiritus sancti, et efficiemur spirituales. Tertia est media: scilicet quae est ex carne materialiter solum, et ex Spiritu sancto effective. Et haec est singularis et propria Christi: quia materialiter est habens carnem ex carne matris natus, et effective est ex Spiritu sancto. Matth. 1, 30: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Et ideo natus est sanctus. Luc. 1, 35: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*.

LECTIO II

1. Non mireris, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis; sed nescis unde veniat aut quo vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. 2. Respondit Nicodemus, et dixit ei: Quomodo possunt haec fieri? 3. Respondit Jesus, et dixit ei: Tu es magister in Israel, et haec ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamus; et testimonium nostrum non accipiatis. Si terrena dixi vobis, et non creditis: quomodo si dixerim vobis celestia, credetis? 4. Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, Filius hominis, qui est in celo. 5. Et sicut Moyses exaltavit serpentinum in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam eternam.

1. Supra posnit Dominus rationem ad instruendam spiritualem generationem: hic ponit exemplum. Datur autem intelligi, quod Nicodemus, auditio. *Quod natum est ex spiritu, spiritus est*, turbationem quamdam dubitatis incurrit; et ideo Dominus dicit ei: *Non mireris, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo*. Ubi sciendum est, quod duplex est admiratio. Una devotionis, secundum quod aliquis magnalia Dei considerans, cognoscit ea sibi incomprehensibilia esse: unde relinquitur admirationi locus, secundum illud Psal. xcii, 4: *Mirabilis in altis Dominus*; et alibi cxviii, 129: *Mirabilia testimonia tua*. Et ad hanc homines sunt inducendi, non prohibendi. Alia est infidelitatis, dum quis ea que dicuntur non credens, miratur. Unde dicitur Matth. xiii, 57, quod

mirabantur in doctrina Christi: et sequitur, quod scandalizabantur in eo. Et ab hac admiratione Dominus Nicodemum removet, inducens exemplum eum dicit: *Spiritus ubi vult spirat*. Quod quidem, eadem servata sententia, duplicitate quantum ad litteram expouli potest. Uno enim modo, secundum Chrysostomum, accipitur spiritus pro vento, sicut in Psal. cxlvii, 8: *Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus*. Et secundum hoc quatuor dicit de vento. Primo venti potestatem, cum dicit: *Spiritus ubi vult spirat*; idest, ventus quo vult fiat. Et si dicas, quod ventus non habet voluntatem; dicendum, quod voluntas sumitur pro appetitu naturali, qui nihil est aliud quam naturalis inclinatio, de qua dicitur Job. xxviii, 25: *Qui creavit eritis pondus*. Secundo ponitur venti indicium cum dicit: *Et vocem ejus audis*: et sumitur vox pro sono quem facit ventus ex percussione ad aliquod corpus: de quo dicitur in Psal. lxxxvi, 19: *Vox tonitruis tui in rota*. Tertio ponit venti originem, que occulta est: unde dicit: *Et nescis unde veniat*, idest ubi oriatur. Psal. cxxxiv, 7: *Qui producit ventos de thesauris suis*. Quarto ponit venti timem, qui similiter occultus est: unde dicit: *Aut quo radat*; supple, nescis, idest ubi persistat. Et hanc quidem similitudinem in-

dicit ad propositum, cum dicit : *Sic est omnis qui natus est ex spiritu*; quasi dicat : Si ventus, qui est corporeus¹, habet occultam originem, nec potest sciri ejus processus; quomodo miraris, si tu non potest scire processum regenerationis spiritualis?

Sed contra hanc expositionem objicit Augustinus dicens, quod Dominus non intellexit de vento, cum dixit : *Spiritus ubi vult spirat etc.*, nam de qualibet vento sciimus, unde veniat, aut quo vadat: nam auster venit a meridie, et vadit ad aquilonem; boreas vero e converso ab aquilone ad meridiem vadit. Quomodo ergo de spiritu corporeo dicit Dominus : *Nescis unde veniat aut quo vadat?*

Sed ad hoc responderi potest, quod principium venti potest sciri dupliceiter. Uno modo in generali; et hoc modo scitur unde veniat, idest a qua parte mundi, sicut scitur quod auster venit a meridie; et quo vadat, quia ad aquilonem. Alio modo in speciali; et hoc modo nescitur unde veniat, idest in qua plaga determinate incipiat; aut quo vadat, idest ubi determinate cesseret. Et cum Chrysostomo ad hanc expositionem conveniunt omnes fere graeci doctores.

Alio modo exponitur de Spiritu sancto: et secundum hoc quatuor ponit de Spiritu sancto. Primo quidem ejus potestatem, cum dicit : *Spiritus ubi vult spirat*: qui pro libero potestatis arbitrio inspirat ubi vult et quando vult, corda² hominum illustrando. I Cor. xi, 11 : *Hæc omnia operatur unus atque idem sp̄ritus, dividens singulis prout vult*. Ex quo confutatur error Macedonii ponentis, Spiritum sanctum esse ministrum Patris et Filii. Non enim spiraret ubi ipse vellet, sed ubi ei mandaretur. Secundo vero ponit Spiritus sancti indicium, cum dicit : *Et vocem ejus audis*. Ps. xciv, 8 : *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*.

Sed contra hoc objicit Chrysostomus dicens, quod non potest intelligi de Spiritu sancto. Dominus enim loquebatur

Nicodemo, qui adhuc infidelis erat, cui non competebat audire vocem Spiritus sancti. Sed dicendum, secundum Augustinum, quod Spiritus sancti est duplex vox. Una, qua loquitur intus in corde hominis; et hanc audiunt solum fideles et sancti: de qua dicitur in Psal. lxxxiv, 9 : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. Alia est, qua Spiritus sanctus loquitur in Scripturis, vel per predicatores, secundum quod dicitur Matth. x, 20 : *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus est qui loquitur in vobis*. Et hanc audiunt etiam infideles et peccatores.

Tertio ponit Spiritus sancti originem, quae occulta est: unde dicit : *Et nescis unde veniat*; licet vocem ejus audias: et hoc ideo quia venit a Patre et Filio. Infra xv, 26 : *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*. Pater autem et Filius lucem habitant inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, sed nec videre potest: ut dicitur I Tim. ult. 46. Quarto ponit Spiritus sancti finem, qui quidem occultus est; et ideo dicit, *Au quo vadat, supple, nescis quia perducit ad occultum finem³*, scilicet ad beatitudinem aeternam. Unde dicitur pignus hereditatis, Ephes. xv. Et I Cor. ii, 9 : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus iis qui diligunt illum*. Vel nescis unde veniat, idest quomodo hominem introcat, aut quo vadat, idest ad quam perfectionem illud adducat. Job. ix, 11 : *Si venerit ad me, non video eum. Sic est omnis qui natus est ex spiritu*; idest, sicut Spiritus sanctus. Nec mirum: nam, sicut supra dixerat, *quod natum est ex spiritu, sp̄ritus est*; quia in viro spirituali sunt proprietates Spiritus sancti: sicut in carbone succenso sunt proprietates ignis. Sunt autem in eo qui natus est ex Spiritu sancto praedictæ quatuor proprietates spiritus. Primo namque habet libertatem. II Cor. xxxii, 17 : *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas*: quia Spiritus Domini dicit ad id quod rectum est.

¹ Al. : * corpus. *

² Primi. omittit: hominum.

³ Al. : * perducit ad occultum Dei. *

Psal. cxlii, 10 : *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : et liberat a servitute peccati et legis.* Rom. viii, 2 : *Lex spiritus vitæ in Christo liberavit me etc.* Secundo vero ejus indicium sumis per vocem verborum suorum, quam dum audis, cognoscis ejus spiritualitatem. Matth. xii, 34 : *Ex abundantia cordis os loquitur.* Tertio vero habet originem occultam, et finem, quia nullus potest spiritualem judicare. I Cor. ii, 15 : *Spiritualis omnia iudicat, et ipse a nemine iudicatur.* Vel nescis unde veniat, principium spiritualis nativitatis ejus, quod est gratia baptismalis, aut quo vadat, idest quo dignus efficitur, idest vita eterna, quæ tibi adhuc occulta est.

2. *Respondit Nicodemus* hic ponitur causa et ratio spiritualis regenerationis : et primo ponitur interrogatio Nicodemi ; secundo responsio Domini : *Respondit Jesus, et dixit ei etc.* Apparet autem ex primo, quod Nicodemus adhuc rudis, et adhuc Judæus sensibilis existens, mysteria Christi, et per ea exempla, et per rationes propositae intelligere non poterat : et ideo dicit : *Quomodo possunt hæc fieri ?* Dupliciter namque aliqui inquirunt. Quidam namque ex dissidentia, sicut Zacharias, Luc. i, 18 : *Unde hoc sciam ? ego enim sum senex, et uxor mea processit in diebus suis :* et ideo punitus fuit. Isai. xi, 23 : *Qui dat seruatores ejus quasi non sint.* Aliqui vero ex studio addiscendi, sicut Virgo Beata cum dixit Angelo. Luc. i, 34 : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ?* Et tales instruuntur. Quia ergo iste quæsivit ex studio addiscendi, ideo meruit instrui.

3. Et hoc est quod sequitur : *Respondit Jesus etc.* : ubi primo Dominus arguit ejus tarditatem ; secundo respondet ad quæstionem ipsius, ibi, *Et nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo.* Tarditatem ejus arguit ex tribus. Primo ex conditione personæ ejus cui loquitur, cum dicit : *Tu es magister* : ubi non reprehendit eum Dominus ut insultaret ei ; sed quia confidebat adhuc de magisterio suo præsumens de sua scientia, voluit eum humiliando efficiere habitaculum

Spiritus sancti. Isai. ult. 2 : *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu ?* Et dicit : *Tu es magister* : quia si aliquis simplex non potest profunda capere, tolerabile est ; sed hoc in magistro valde est reprehensibile ; et ideo dicit ei : *Tu es magister, idest litteræ, quæ occidit,* I Cor. iii. *In Israel ; et hoc*, scilicet spiritualia, *ignoras* Hebr. v, 12 : *Etenim cum deberetis esse magistri proper tempus, rursus indigetis ut vos doceantini.*

Si dicas, quod Dominus juste argueret Nicodemum, si dixisset ei aliiquid de veteri lege, et ipse non intellexisset ; sed dixit ei de nova lege : dicendum, quod ea quæ Dominus dicit de spirituali generatione, continentur in lege veteri ; sed sub figura ; secundum quod habetur I Corinth. x, 2 : *Omnes in Moyse¹ baptizati sunt, in nube et in mari.* Et Propheta etiam hoc dixerunt. Ezech. xxxvi, 25 : *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

Secundo vero arguit ejus tarditatem ex conditione dicentis. Quod enim non acquiescatur dictis alicuius hominis rudis tolerari potest : sed repugnare dictis hominis sapientis et magnæ auctoritatis, reprehensibile est : et ideo dicit : *Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur.* Requiritur enim ad idoneitatem testis ut perhibeat testimonium de auditu, vel visu. I Joan. i, 3 : *Quod vidimus et audivimus.* Et ideo Dominus utrumque dicit : *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur.* Seit autem Dominus, secundum quod home, omnia. Infra ult. 17 : *Domine tu omnia nosti.* II Machab. vi, 30 : *Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu seis.* Sed et videt omnia cognitione divinitatis. Infra viii, 38 : *Ego quæ vidi apud Patrem meum, hæc facio.* Dicit autem pluraliter, *Scimus et vidimus*, ut insinuet mysterium Trinitatis. Ideo Pater in me manens, ipse facit opera : infra. xiv, 10 : *Vel quod scimus, ego, et alii spirituales effectis : quia, ut dicitur Matth. xi, 26 : Nemo novit Patrem nisi Filius,*

et cui voluerit Filius reuelare : et tamen testimonium, ita probatum, ita firmum, non accipitis. Infra eodem : *Et testimonium ejus nemo accipit.* Tertio arguit ejus tarditatem ex conditione eorum quae dicuntur. Quod enim aliqua difficultas non capiatur ab aliquo, non est mirum ; sed quod facilius quis non capiat, reprehensibilis est : et ideo dicit : *Si terrena dixeris vobis, et non creditis ; quomodo si dixeris vobis coelestia, creditis ?* quasi dicat : Si haec quae sunt levia, non capis : quomodo capere poteris processum Spiritus sancti ? Sap. ix, 16 : *Quæ in terris sunt, difficile invenimus ; et quæ in celis sunt quis investigabit ?*

Sed contra. Non inventur ex pramissis quod Dominus dixerit Nicodemo aliqua terrena. Et dicendum, secundum Chrysostomum hic : quod dicit Dominus, *Si terrena dixeris vobis etc.* intelligitur de exemplo venti. Ventus enim cum sit generabilis et corruptibilis, numeratur inter res terrenas. Vel potest dici, secundum emendem, quod spiritualis generatio, qua est in baptismo, coelestis quidem est quantum ad principium, quod sanctificat et regenerat, sed terrena quantum ad subjectum : quod enim regeneratur, scilicet homo, terrenus est. Vel dicendum, secundum Augustinum, quod intelligentum est de eo quod supra ii, 19 dixerat : *Solevit tempulum hoc etc.*, quod ideo terrenum est, quia hoc dixit de templo corporis sui, quod de terra accepit. *Si terrena dixeris vobis, et non creditis ; quomodo si dixeris vobis coelestia, creditis ?* quasi dicat : Si non creditis generationem spiritualem temporalem, quomodo creditis aeternam Filii generationem ? Vel si non creditis quae dico de potestate corporis mei, quomodo creditis de potestate divinitatis meæ, et de potestate Spiritus sancti ?

3. Et nemo ascendit ex. Hie respondet questioni : et primo ponit causas spiritualis regenerationis ; secundo manifestat quod dicit, ibi, *Sic enim Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret.* Causa autem spiritualis regenerationis est duplex : scilicet mysterium inear-

nationis Christi, et passionis ejus : et ideo primo agit de incarnatione ; secundo de passione, ibi, *Et sicut Moyses exaltavit serpentem etc.* Est autem considerandum primo, quomodo ista responsio Christi questioni Nicodemi satisfaciat. Dixerat enim supra Dominus, de spiritu loquens, quod *nescis unde veniat, aut quo vadat* : per quod dabatur intelligi, quod spiritualis regeneratio haberet occultum principium et occultum finem. Occulta autem nobis sunt quæ in celis sunt, secundum illud Sap. ix, 16 : *Quæ in celis sunt, quis investigabit ?* Questio ergo Nicodemi : *Quomodo possunt haec fieri ?* sic debet intelligi : quomodo possit aliquid de occulto celorum venire, aut ad occultum celorum ire ? Unde¹ Dominus antequam questioni satisfaceret, hinc intellectum questionis explicavit, dicens : *Quomodo si dixeris vobis coelestia, creditis ?* Et statim incipit ostendere, eujus sit in celum ascendere proprium : quia omnis qui de celo descendit ; secundum illud Ephes. iv, 10 : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit.* Hoc enim et in rebus naturalibus inventur quod unumquodque corpus tendit in locum, secundum suam originem vel naturam. Unde hoc modo potest fieri ut aliquis per spiritum vadat ad locum quem carnales nesciunt, ascendendo in celum, si hoc fiat per virtutem ejus qui descendit de celo : quia ad hoc descendit, ut ascendens, nobis viam aperiret. Mich. ii, 13 : *Ascendit pandens iter ante eos.*

Sed quia dicit : *Qui descendit de celo Filius hominis*, quidam errandi sumpserunt occasionem. Cum enim Filius hominis designet humanam naturam, quæ componitur ex anima et corpore ; per hoc quod dicit, quod Filius descendit de celo, Valentinus accipere voluit, quod etiam corpus de celo detulisset, et transisset per Virginem, nihil ex ea accipiens, sicut aqua per fistulam : ergo non de terrena substantia, nec sumptum de Virgine : quod est contra Apostolum, Rom. i, 3 : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Origenes vero dixit, quod descendit de celo secundum ani-

¹ Primi. omitted : Dominus.

mam, quam dicit ab initio fuisse creatam cum Angelis, et Verbo unitam, et postmodum de celo descendisse assumendo carnem de Virgine. Sed et hoc repugnat catholice fidei, quae animas dicit ante corpora non extitisse. Non ergo intelligendum est quod Filius hominis secundum humanam naturam de celo descendere, sed secundum divinam¹. Cum enim in Christo sit unum suppositum vel hypostasis vel persona duarum naturarum, divinae scilicet et humanae; et ex quacumque earum hoc suppositum nominetur: possunt ei attribui et divina et humana. Possimus enim dicere, quod Filius hominis creavit stellas et quod Filius Dei crucifixus est. Sed Filius Dei crucifixus est, non secundum divinam naturam, sed secundum humanam; Filius autem hominis creavit stellas secundum divinam naturam. Ita² in his que de Christo dicuntur, non est attendenda distinctio quantum ad id de quo dicuntur; quia indifferenter et divina et humana dicuntur de Deo et homine: sed est attendenda distinctio quantum ad id secundum quod dicuntur: quia divina dicuntur de Christo secundum divinam naturam, humana vero secundum humanam. Descendere ergo de celis dicitur de Filio hominis, non secundum humanam naturam, sed secundum divinam, secundum quam convenit ei ante incarnationem de celo fuisse, secundum illud Psal. cxiiii, 16: *Caelum caeli Domino.*

Dicit autem descendisse, non motu locali quia sic non remaneret in celo: nihil enim localiter motum manet unde descendit. Et ideo, ad excludingent motum localem, subdit: *Qui est in celo;* quasi dicas: Sie descendit de celo, non quidem desinens esse sursum, sed assumens naturam que est deorsum: quae, quia non includitur vel comprehenditur, corpore ejus existente in terra, ipse secundum divinitatem erat in celis et ubique: et ideo ad designandum, quod hoc modo dicitur descendisse quia assumpsit naturam, dixit, quod descendit *Filius hominis;* idest, in qua-

tum factus est³ Filius hominis. Vel potest dici etiam, quod quantum ad corpus descendit de celo, ut Hilarius dicit: non quod materia corporis Christi descendit de celo; sed quod virtus formativa ejus de celo fuit.

Sed quid est quod dicit: *Nemo ascendit in celum nisi Filius hominis qui est in celo?* Nonne Paulus et Petrus et alii sancti ascenderunt, secundum illud II Corinth. v, 1: *Domum habemus non manufactam in celis etc.*? Respondeo dicendum, quod nemo ascendit in celum nisi Christus, et membra sua, idest justi fidèles: propterea Filius Dei de celis descendit, ut nos faciendo membra sua, ad ascensum celorum præpararet; nunc quidem in ipse, tandem vero in re. Ephes. ii, 6: *Qui resuscitavit nos, et consedere nos fecit in caelis in Christo Iesu.*

5. *Et sicut Moyses,* etc. Hie ponit mysterium passionis, cuius virtute baptismus efficaciam habet. Rom. vi, 3: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Et circa hoc tria facit: primo namque proponit passionis figuram; secundo passionis modum, tertio passionis fructum. Figuram quidem assumit de veteri lege, ut reducat ad intellectum Nicodemum: unde⁴ dicit: *Sicut Moyses exaltavit serpem in deserto etc.*, quod quidem habetur Num. xxi, 5: quoniam Dominus populo Iudaeorum dicenti: *Nauseat anima nostra super hoc cibo levissimo:* in ultionem misit serpentes: et postea concurrente populo ad Moysen, et ipso clamante ad Dominum, mandavit Dominus in remedium fieri serpenteū aeneum, qui quidem fuit et in remedium contra illos serpentes, et in figuram passionis dominicae. Unde et dicitur ibid. 9: *In signum posuit eum.* Proprium autem serpentis est habere venenum; sed serpens aeneus venenum non habuit, sed figura fuit serpentis venenosus. Sie et Christus non habuit peccatum, quod est venenum⁵: quia, cum consummatum fuerit, generat mortem: ut dicitur Jacob. i, 15: sed

¹ Al.: « secundum suam divinam. »

² Al.: « ita ut. »

³ Al. omittitur: « est. »

⁴ Al.: « in quantum corpus. »

⁵ Al.: « sumit. »

⁶ Al.: « cum. »

⁷ Al.: « venenosum. »

habuit similitudinem peccati. Rom. viii, 3 : *Misit Filium suum in similitudinem carnis peccati.* Ideo Christus habuit effectum serpentis contra motum conenpiciantiarum igituram. Modum autem passionis ostendit, cum dicit : *Sic exaltari oportet Filium hominis :* quod intelligitur de exaltatione crucis. Unde infra xii, 34 : cum diceret : *Oportet exaltari Filium hominis etc.*, sequitur : *Hoc dicebat significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Voluit autem mori exaltatus, primo ut purgaret celestia : jam enim per sanctitatem sua conversationis purgaverat terram, restabat per mortem purgare aerea. Colos. i, 20 : *Pacificans per sanguinem suum quo in celis, et quo in terris.* Secundo ut triumpharet de daemonibus, qui in aere bellum præparant. Eph. ii, 2 : *Secundum principem potestatis aeris* etc. Tertio ut corda nostra ad se traheret. Infra xii, 32 : *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Quarto, quia in morte crucis fuit exaltatus, in-

quantum ibi de inimicis triumphavit : unde mors non vocatur, sed exaltatio. Psal. cix, *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput etc.* Quinto, quia crux fuit causa exaltationis ejus. Phil. ii, 8 : *Factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis : propter quod et Deus exaltavit illum.* Fructus autem passionis Christi est vita aeterna : unde dicit : *Ut omnis qui credit in ipsum, bene operando, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Et respondet hic fructus fructui figuralis serpentis. Quienque enim respiebat serpentem æneum, liberabantur a veneno, et præservabantur vita. Ille autem respicit Filium hominis exaltatum qui credit Christo crucifixo ; et sic liberatur a veneno et a peccato : infra 41, 26 : *Qui credit in me, non morietur in aeternum* ; et præservatur ad vitam aeternam : infra 22, 31 : *Hac scripta sunt ut credatis, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.*

LECTIO III

1. Sie enim Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 2. Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. 3. Qui credit in eum, non judicator. 4. Qui autem non credit, iam judicatus est : quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. 5. Hoc est autem iudicium : quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem : erant enim corona mala opera. 6. Omnis enim qui male agit, odit lucem ; et non venit lucem, ut non arguantur opera ejus. 7. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

1. Supra Dominus assignavit causam spiritualis regenerationis² quantum ad descensum Filii et exaltationem Filii hominis, et posuit fructum, scilicet vitam aeternam : qui quidem fructus incredibilis videbatur hominibus habitibus necessitatem moriendi : et ideo Dominus hoc manifestat : et primo probat magnitudinem fructus ex magnitudine divini

amoris ; secundo excludit quandam responsum, ibi, *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum.* Notandum est autem, quod omnium bonorum nostrorum causa est³ divinus amor. Amare enim⁴ proprie est velle alii cui bonum. Cum ergo voluntas Dei sit causa rerum, ex hoc provenit nobis bonus, quia Deus amat nos. Et quidem amor Dei est causa boni naturæ. Sap. xi, 25 : *Diligis omnia quæ sunt etc.* Item est causa boni gratiae. Hier. xxxi, 3 : *In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te,* scilicet per gratiam. Sed quod sit etiam causa boni gloriae, procedit ex magna caritate ; et ideo ostendit hic, hanc Dei caritatem esse maximam, ex quatuor. Primo namque ex persona amantis : quia Deus est qui diligit, et Immensus⁵ : et ideo dicit : *Sic Deus dilexit.* Deut. xxxiii, 3 : *Dilexit populos : omnes sancti in manu il-*

¹ Al. secundum principem aeris. ▶

² Al. : « causam spiritualem hujus generationis. »

³ Parm. addit : Dominus, etc.

⁴ Al. deest : « enim. »

⁵ Parm. : Et immense.

lius sunt. Secundo ex conditione amati : quia homo est qui diligitur, mundanus scilicet, corporeus, idest in peccatis existens. Rom. v, 10 : *Commendat Deus suam caritatem in nobis : quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.* Et ideo dicit, *Mundum.* Tertio ex magnitudine munerum : nam dilectio ostenditur per donum : quia, ut dicit Gregorius, probatio dilectionis exhibitio operis est. Deus autem maximum donum nobis dedit, quia Filium suum unigenitum : et ideo dicit : *Ut Filiū suum unigenitum daret.* Roman. viii, 32 : *Proprio Filio suo non perpercat, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et dicit *suum*, idest Filium naturale, sibi consubstantiale¹, non adoptivum : de quibus in Psal. lxxxi, 6 : *Ego dixi, Dii estis.* Et per hoc patet falsitas Arii : quia si Filius Dei esset creatura, ut ipse dicebat, non posset in eo ostendit immensitas divini amoris, per susceptionem infinitarum bonitatis, quam nulla creatura recipere potest. Dicit etiam, *Unigenitum*, ut ostendat Deum non divisum amorem habere ad plures filios, sed totum in Filio, quem dedit ad comprobandum immensitatem sui amoris. Infra v, 20 : *Pater diligit Filium, et omnia demonstrat ei.* Quarto ex fructus magnitudine, quia per eum habemus vitam aeternam : unde dicit : *Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam :* quam acquisivit nobis per mortem crucis.

Sed numquid ad hoc dedit eum ut moreretur in cruce? Dedit quidem eum ad mortem crucis, inquantum dedit voluntatem patiendi in ea : et hoc dupliciter. Primo, quia inquantum Filius Dei, ab aeterno habuit voluntatem assumendi carnem et patiendi pro nobis, et hanc voluntatem habuit a Patre; secundo vero, quia anima Christi inspirata est a Deo voluntas patiendi.

Nota autem, quod Dominus supra, loquens de descensu qui competit Christo secundum divinitatem, nominavit eum Filium hominis; hic vero loquens de eo dato in mortem vocalit eum Filium Dei :

¹ Al. : « si enim adhuc. »

² Al. : « perconsubstantiale. »

³ Parm. omittit : hominis, etc.

⁴ et hoc est ratione unius suppositi in duabus naturis, sicut supra dictum est. Et ideo divina possunt praedicari de supposito humanae naturae, et humana de supposito divinae; non tamen secundum camalem naturam; sed divina secundum divinam naturam, et humana secundum humanam. Specialis autem causa quare hic nominavit eum Filium Dei, est⁴ quia ipse proposuit donum istud in signum divini amoris, per quem provenit nobis fructus vitae aeternae. Tali ergo nomine nominandus erat, cui competenter indicare⁵ virtutem factivam vite aeternae, quae non est in Christo in quantum Filius hominis, sed in quantum Filius Dei. Joan. ult. 20 : *Hic est verus Deus, et vita aeterna.* Supra i, 4 : *In ipso vita erat.*

Sed nota, quod dicit, *Non pereat.* Perire namque dicitur aliquid quod impeditur ne perveniat ad finem, ad quem ordinatur. Homo autem ordinatur ad finem qui est vita aeterna; et quandiu peccat, avertit se ab ipso fine. Et licet dum vivit, omnino non pereat, ita quod non possit restaurari; tamem quando moritur in peccato, tunc perit omuino. Psal. i, 7 : *Iter impiorum perivit.* In hoc autem quod dicit, *Habebat vitam aeternam*, indicatur divini amoris immensitas : nam dando vitam aeternam, dat seipsum. Nam vita aeterna nihil aliud est quam frui Deo. Dare autem seipsum, magni amoris est indicium. Ephes. ii, 5 : *Deus autem, qui dives est in misericordia, convivificavit nos in Christo;* idest, fecit nos habere vitam aeternam.

2. *Non enim misit*, etc. Hie excludit Dominus objectionem qua posset fieri. In veteri enim lege promittebatur quod Dominus esset venturus ad judicandum. Isa. xiv : *Dominus ad judicium veniet etc.* Unde posset aliquis dicere, quod non venerat Filius Dei ut det vitam aeternam, sed ut judicet mundum : et ideo hoc excludens Dominus, primo ostendit se non venisse ad judicandum; secundo probat, ibi, *Qui credit in eum, non judicatur.* Dicit ergo : *Non enim venit Filius Dei ad judicandum : quia non misit Deus Filium*

⁴ Al. : « esse. »

⁵ Al. : « judicare. »

suum, scilicet quantum ad primum adventum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus. Simile habetur infra xii, *Non enim veni ut judicem mundum, sed ut sacrificem mundum.* Salus autem hominis est ut perveniat ad Deum. Psal. lxi, 8 : *In Deo salutare meum.* Pervenire autem ad Deum est consequi vitam aeternam : unde idem est salvare quod habere vitam aeternam. Nec debent homines esse pigri, et abutentes Dei misericordia, propter hoc quod dicit : *Non veni ut judicem mundum, licentiam sibi indulgere peccandi : quia etsi in primo adventu non venerit ad judicandum, sed ad dimittendum; in secundo tamen veniet ad judicandum, sed non ad dimittendum;* ut Chrysostomus dicit. Psal. lxxiv, 3 : *Cum accepero tempus, ego iustis judicabo.*

Contra est quod dicitur, infra ix : *In judicium ego veni.* Sed dicendum est, quod duplex est judicium. Unum est discretionis : et ad hoc venit Filius Dei in primo adventu : quia eo veniente homines discreti sunt, quidam per cæcitatem, quidam vero per lumen gratiae. Aliud est condemnationis ; et in hoc, quantum do se, non venit.

3. *Qui credit,* etc. Illic probat quæ dixerat, quasi per locum a divisione, hoc modo : *Quicunque judicabitur, aut erit fidelis, aut infidelis;* sed non veni ad judicandum¹ fideles, quia non judicantur, nec ad judicandum infideles, quia jam judicati sunt : ergo a principio non inisit Deus Filium suum ut judicet mundum. Primo ergo ostendit, quod fideles non judicantur ; secundo quod nec infideles, ibi, *Qui autem non credit, jam judicatus est.* Dicit ergo : Non veni ut judicandum fideles : *qui qui credit in eum non judicatur,* scilicet judicio condemnationis, quo nullus credens in eum fide formata judicatur : infra v, 24 : *In judicium non venit, sed transit a morte in vitam :* sed judicabitur judicio præmiationis et approbationis : de quo dicit Apos-

tolus, I Cor. iv, 4 : *Qui autem judicat me, Dominus est.*

Sed numquid multi fideles peccatores non damnabuntur? Respondeo dicendum quod quidam heretici dixerunt quod nullus fidelis, quantumcumque peccator, damnabitur, sed salvabitur merito fundamenti, scilicet fidei, licet aliquam peccatum patiatur. Et erroris sui fundamentum sumunt ex hoc quod dicit Apostolus I Cor. iii, 11 : *Fundamentum aliud nemo potest ponere :* et infra ibid. 15 : *Si cu-jusquam opus arserit, ipse tamen salvus erit, quasi per ignem.* Sed hoc manifeste est contra Apostolum, ad Gal. v, 19 : *Ma-nifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia etc...* Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Dicendum est ergo, quod fundamentum idest fides Christi oportet esse salvum sed hoc fundamentum² non est fides informis, sed formata, quæ per caritatem operatur. Et ideo signanter non dicit Dominus, Qui credit ei; sed *qui credit in eum;* idest, qui credendo in eum, per caritatem tendit, non judicabitur ; et hoc, quia non peccat mortaliter, per quod tollitur fundamentum. Vel, secundum Chrysostomum, omnis qui male agit, non credit : ad Tit. i, 16 : *Confidentur se nosse Deum, factis autem negant :* sed qui bene agit. Jacob. II, 18 : *Ostende mihi ex operibus fidem tuam :* et talis non judicatur idest non condemnatur, propter infidelitatem.

4. *Qui autem.* Illic ostendit quod infideles non judicantur. Et primo ponit suam sententiam ; secundo manifestat eam³, ibi, *Hoc autem est judicium etc.* Sciendum est autem circa primum, secundum Augustinum, quod non dicit Christus⁴ : Qui non credit judicatur, quia jam judicatus est;⁵ sed dicit⁶ : Non judicatur : quod potest tripliciter exponi. Secundum Augustinum enim, qui non credit, non judicatur, quia jam judicatus est, non in re, sed in Dei præscientia ; idest, jam præcognitus est apud Deum condemnandus. II Tim. n, 19 : *Novit Do-*

¹ Parm. omittit : fideles, quia, etc.

² Parm. omittit : id est fides, etc.

³ Al. : « esse. »

⁴ Al. : « Dominus. »

⁵ Parm. omittit : quia jam judicatus est.

⁶ Al. : « judicatur, quia jam judicatus est : sed dicit etc. »

minus qui sunt ejus. Alio modo, secundum Chrysostomum, *qui non credit jam judicatus est*; idest, hoc ipsum quod non credit, est sibi ad condemnationem: non credere enim, est non adhaerere lumini, quod est esse in tenebris; et haec est magna condemnationis. Sap. xvii, 17: *Una catena tenebrarum omnes erant colligati.* Tob. v, 14: *Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedebo, et humen cœli non video?* Tertio modo, secundum eudem, *qui non credit, non judicatur*; idest, jam condemnatus est; idest jam manifestam causam condemnationis habet. Et simile est ac si diceretur de aliquo qui manifestam causam mortis habet, ante etiam quam feratur sententia mortis contra eum, quia jam mortuus est. Unde Gregorius dicit quod in judicio duplex est ordo. Quidam etenim judicabuntur judicio discussionis: illi videlicet qui habent aliquid condemnationis repugnans, scilicet bonum fidei, scilicet fideles peccatores¹. Sed infideles quorum damnatio est manifesta, absque discussione damnantur: et de istis dicitur: *Qui non credit, jam judicatus est.* Psal. i, 6: *Non resurgent² impii in judicio, sci-licet discussio-nis.*

Sciendum est autem, quod judicari idem est quod condemnari; condemnari autem est a salute excidere, ad quam una sola via pervenitur, scilicet per non-monum Filii Dei unigeniti³. Act. iv, 42 *Non est aliud nomen datum sub celo, in quo oporteat nos salvos fieri.* Et in Psal. lxx, 3: *Deus, in nomine tuo salvum me fac.* Qui ergo non credunt in Filium Dei, excidunt a salute, et manifesta est in eis causa damnationis.

5. *Hoc autem judicium.* Ille manifestat Dominus suam sententiam, scilicet quod causa condemnationis manifesta est in infidelibus: et primo ponit manifestans signum; secundo ostendit signi convenientiam, ibi, *Omnis enim qui male agit, odit lucem.* In signo autem proposito tria facit: primo enim proponit Dei beneficium; secundo perversitatem mentis infidelium; tertio perversitatis causam. Dicit ergo: *Manifesto apparebat quod qui*

non credit, jam judicatus est: quod apparet ex Dei beneficio: quia *lux venit in mundum.* Homines enim erant in tenebris ignorantiae: quas quidem tenebras Deus destruxit, mittens lucem in mundum, ut homines cognoscerent veritatem. Infra viii, 12. *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Luc. i, 78: *Visitavit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.* Sed ista venit in mundum, scilicet lux, quia homo ad eam accedero non poterat: nam lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, sed nec videre potest: I Tim. vi, 16. Apparet etiam ex perversitate mentis infidelium, qui *dilexerunt magis tenebras quam lucem;* idest, magis voluerunt esse in tenebris ignorantiae quam instrui per Christum. Job xxiv, 13: *Ipsi fuerunt rebelleres lumini.* Isa. v, 20: *Vx qui ponunt lucem tenebras etc.* Cujus quidem perversitatis causa est quia erant eorum mala opera⁴: quae a luce dissonant, et tenebras querunt. Rom. xiii, 12: *Abijiciamus opera tenebrarum,* idest peccata, quæ tenebras querunt. I Thessal. ult. 7: *Qui dormiant, nocte⁵ dormiunt.* Job xxiv, 15: *Oculus adulteri observat caliginem.* Ex hoc autem aliquis non credit luci, quod ei repugnat discedendo.

Sed numquid omnes infideles habent mala opera. Videtur quod non: nam multi gentiles secundum virtutem operati sunt: puta Cato, et alii plures. Sed dicendum, secundum Chrysostomum, quod aliud est bene operari ex virtute, aliud ex aptitudine et dispositione naturali. Nam aliqui ex dispositione naturali bene operantur, quia ex eorum dispositione non inclinantur ad contrarium; et hoc modo etiam infideles potuerunt bene operari: sicut quod aliquis casto vixit, quia non impugnabatur a concupiscentia; et sic de aliis. Ille autem ex virtute bene operantur, qui⁶, etsi inclinentur ad vitium contrarium, tamen ex rectitudine ratiouis et bonitate voluntatis a virtute non declinant; et hoc est proprium fidei-

¹ Al.: « fidelis peccatoris. »

² Al.: « resurgent. »

³ Parm. omittit: unigeniti.

⁴ Al.: « erant enim eorum etc. »

⁵ Al.: « morte. »

⁶ Al.: « quia. »

lum. Vel dicendum, quod licet infideles bona facerent, non tamen faciebant, propter umorem virtutis, sed propter inanem gloriam, nec tamen usqueaque omnia bene operabantur, quia Deo culsum debitum non reddebant.

6. Consequenter cum dicit, *Omnis enim qui male agit, odit lucem*, ostendit propositi signi convenientiam : et primo quidem quantum ad malos ; secundo quantum ad bonos, ibi, *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem*. Dicit ergo : Ideo non dilexerunt lucem, quia erant eorum mala opera. Et hoc patet, quia *omnis qui male agit, odit lucem*. Non autem dicit, *Egit, sed agit* : quia si quis male egit, tamen pœnitens, et videns se male fecisse, dolet, non odit lucem, sed ad lucem venit. Sed *omnis qui male agit*, idest in malo perseverat, non dolet, nee ad lucem venit, sed eam odit : non in quantum veritatis quidem est manifestativa, sed in quantum per eam peccatum hominum manifestatur. Diligit enim malus homo cognoscere lucem et veritatem ; sed odit per eam manifestari. Job xxiv, 17 : *Si subito apparuerit aurora, arbitratur umbram mortis*. Et ideo non *venit ad lucem* ; et hoc ut non arguantur opera ejus : nullus enim homo qui non vult malum deserere, vult reprehendi ; sed fugit et odit. Amos v, 10 : *Odio habuerunt corripientem in porta*. Prov. xv, 12 : *Non amat pestilens cum qui se corripit*.

7. *Qui autem facit, etc.* Hic ostendit idem quantum ad bonos facientes veritatem, idest bona opera. Veritas enim non solum in cognitione et dictis consistit, sed et in factis. *Venit ad lucem*.

Sed numquid aliquis ante Christum fe-

cit ita ? Videtur quod non. Ille enim facit veritatem, qui non peccat ; sed ante Christum omnes peccaverunt : ut dicitur Rom. iii, 23. Respondeo dicendum, secundum Augustinum, quod ille facit veritatem in seipso, cui displicet malum quod fecit ; et relictis tenebris, observat se a peccatis, et de præteritis pœnitens *venit ad lucem*, ad hoc ut specialiter manifestentur opera ejus.

Sed contra est, quod nullus debet publicare bona quæ facit : unde Pharisei de hoc a Domino reprehenduntur. Dicendum est, quod licitum est velle manifestare opera sua coram Deo ut approbentur, secundum quod dicitur II Cor. xix, 18 : *Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat*. Et Job xxi, 20 : *Ecce in caelo est testis meus*. Velle etiam manifestari in sua conscientia, ut gaudeat : secundum quod dicitur II Cor. i, 12 : *Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostræ*. Velle autem manifestari hominibus ad laudem vel gloriam propriam, reprehensibile est. Nihilominus tamen sancti viri bona quæ faciunt, manifestari desiderant hominibus, propter honorem Dei, et propter utilitatem fidei. Matth. v, 16 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in celis est*. Sed veniunt ad lucem ut manifestentur opera eorum, *quoniam in Deo sunt facta*, idest secundum mandatum Dei, vel per gratiam Dei. Quicquid boni facimus, sive vitando peccatum, seu pœnitendo de commissis, sive bona operando, totum est a Deo, juxta illud Isa. xxvi, 12 : *Omnia opera nostra operatus es in nobis*.

LECTIO IV

1. Post hanc venit Jesus et discipuli ejus in terram Iudeam ; et illuc morabatur cum eis, et baptizabat.
2. Erat autem et Joannes baptizans in Eumion juxta Salim : quia aquæ multæ erant illi : et veniebant, et baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Joannes in carcere.
3. Facta est autem questio ex discipulis Joannis cum Iudeis de purificatione.
4. Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei : Rabbi, qui erat tecum trans Jordarem, cui tu testimonium

perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.

1. Supra Dominus tradidit doctrinam de spirituali regeneratione per verba ; hic vero doctrinam illam implet per opera, baptizando. Et primo inducitur du-

plex baptismus ; secundo movetur quæstio de comparatione eorum, ibi, *Facta est ergo quæstio etc.* Circa primum duo facit. Primo inducitur baptismus Christi ; secundo baptismus Joannis, ibi, *Erat autem Joannes baptizans etc.* Dicit ergo primo : *Post hæc, scilicet quæ de doctrina spiritualis regenerationis premissa sunt, venit Jesus et discipuli ejus in terram Iudeam.*

Sed hic est quæstio litteralis : nam supra dixerat Evangelista, quod Dominus de Galilæa venerat in Hierusalem : que est Iudea terra, ubi instruxerat Nicodemum. Quomodo ergo post instructionem Nicodemi, venit in Iudeam, cum jam esset ibi ? Ad quod est duplex responsio : nam secundum Bedam, Christus post verba Nicodemi, ivit in Galileam, ibi aliquamdiu moratus rediit in Iudeam : et ideo cum dicitur, *Post hæc venit Jesus, non est intelligendum quod immediate venerit in Iudeam post verba Nicodemi.* Alio modo, secundum Chrysostomum, intelligendum est quod post hæc immediate venerit in terram Iudeam. Christus enim volebat prædicare ubi multitudo conveniebat, ut multi converterentur. Psalm. xxxix, 10 : *Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna.* Et infra xviii, 20 : *Ego palam locutus sum etc.* Duo autem loca erant in Iudea, ad que confluebat multitudo Iudeorum : scilicet Hierusalem, ad quam ibant ad festa, et Jordanis, ad quem concurrebant propter prædicationem et baptismum Joannis. Et ideo Dominus ista duo loca frequentans, statim completis diebus festis in Hierusalem, que est in una parte Iudeæ, venit in aliam partem Iudeæ, ubi Joannes baptizabat, scilicet in Jordane.

Moraliter autem Iudea interpretatur confessio, ad quam venit Jesus, quia Christus confiteentes sua peccata, vel divinam laudem, visitat. Psal. cxii, 2 : *Facta est Iudea sanctificatio ejus.* Et illie moratur, quia tales non transitorio visitat. Infra xiv, 23 : *Ad eum veniens, et manus nunc apud eum faciens.* Et illie baptizat, idest purgat a peccatis : quia nisi

quis peccata sua confiteatur, remissionem non consequitur. Prov. xxviii, 13 : *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.*

2. Deinde cum dicit, *Erat autem et Joannes baptizans in Ennon,* introducit Evangelista baptismum Joannis : et circa hoc quatuor facit. Primo enim ponit personam baptizantis ; secundo locum baptismi ; tertio fructum ; quarto tempus. Persona baptizans est Joannes ; et ideo dicit : *Erat autem Joannes baptizans.*

Sed hic est quæstio : quia cum baptismum Joannis ordinaretur ad baptismum Christi, videtur quod, veniente baptismate Christi, Joannes cessare debuerit a baptizando, sicut veniente veritate cessat figura. Ad hoc est triplex responsio. Una, quantum ad personam Christi : nam Joannes baptizavit ut Christus baptizaretur ab eo : nec oportebat quod solus Christus ab eo baptizaretur, ne baptismus Joannis ex hujus singularitate, melior Christi baptismate videretur : et ideo expediens fuit ut alii ante Christum baptizarentur a Joanne : quia antequam Christi doctrina publicata esset, necessarium erat homines præparari ad Christum baptismio Joannis. Unde secundum hoc, ita se habet baptismus Joannis ad baptismum Christi sicut catechismus, in quo baptizandi instruuntur de fide et præparantur ad baptismum, se habet ad verum baptismum. Necessarium etiam fuit ut postquam Christus baptizatus fuerat a Joanne, alii baptizarentur ab eo, ne Joannis baptismus reprobandum videretur ; sicut etiam non statim veniente veritate cessavit usus legalium, sed, secundum Augustinum, licuit Iudeis determinato tempore legalia servare. Alio modo quantum ad personam Joannis : nam si Joannes statim cum Christus baptizare cœpit, destitisset a baptismo, potuisset credi quod hoc fecisset ex invidia vel ira. Et quia, ut dicitur Rom. xi, 17 : *Providere debenus bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus :* ideo Joannes non statim cessavit. Alio modo quantum ad discipulos Joannis, qui jam incipiebant¹ se zelotypos habero ad Christum et ad discipulos ejus, quia

¹ *Ali, deest : « omnibus. »*

² *Ali. : « qui non incipiebant. »*

baptizabant. Unde si statim Joannes totaliter baptizare cessasset, dimisisset discipulos suos in majoro zelo et controversia contra Christum et discipulos ejus. Jam enim etiam Joanne baptizante, ipsi agre ferabant baptismum Christi : quod patet ex sequentibus : et ideo non statim cessavit. I Corinth. viii, 6 : *Videte ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.*

Locus autem baptismi erat in *Annon* juxta *Salim* : *quia aquæ multæ erant ibi.* *Salim*² alio nomine dicitur *Salem* ; qua est villa, unde Melchisedech rex fuit. Et dicitur hic *Salim*, quia apud Judeos, lector pro voluntate uti potest vocalibus litteris in medio dictiōnum : unde, sive dicatur *Salim*, sive *Salem*, non refert apud Judeos. Illoc autem quod addit, *Quia aquæ multæ erant ibi*, ponit ad exponentium hoc nomen loci, scilicet *Annon*, quod idem est quod aqua. Fructus autem baptismi est remissio peccatorum et ideo dicit : *Et veniebant, et baptizabantur*, idest mundabantur ; quia, ut dicitur³ Matth. iii, et Luc. iii, multitudo magna ibat ad Joannem. Tempus ponitur ibi, *Nondum enim missus fuerat Joannes in carcерem* : quod ideo dicit, ut det intelligere quod ipse incepit narrationem de factis Christi ante alios Evangelistas. Alii namque incepérunt narrare opera Christi solum tempore incarcerationis Joannis. Unde dicitur Matth. iv, 12 : *Cum audisset Jesus quia Joannes traditus esset, secessit in Galilæam.* Et ideo, quia omnia facta Christi ante Joannis incarcerationem præterierant, Joannes, qui ultimo Evangelium scripsit, defectum hunc supplevit ; et hoc insinuat, cum dicit : *Nondum enim missus fuerat Joannes in carcерem.*

Sed nota, quod dispensatione divina factum est ut Joannes, Christo baptizante, non dum baptizaret et prædicaret, ne ex hoc fieret schisma in populo ; quantumvis hoc ei aliquo tempore permisum fuerit, ne reprobandus videretur, ut supra dictum est. Sic etiam dispensatione factum est ut post prædicationem fiduci et

conversionem fidelium, templum tota-liter destrueretur, ut videlicet tota do-votio et spes fidelium traheretur ad Christum.

3. Deinde cum dicit, *Facta est autem quæstio etc.*, inducitur quæstio baptismatiū : et primo proponitur ipsa quæstio ; secundo relatio quæstionis ad Joannem, ibi, *Et venerunt ad Joannem* ; tertio ponitur quæstionis determinatio, ibi, *Respondebat Joannes, et dixit eis etc.* Quia ergo duo baptizabant, ut dictum est, scilicet Christus et Joannes ; discipuli ipsius Joannis pro magistro suo zelantes, occa-sionem dissidii sumpserunt : et hoc est quod dicit : *Facta est quæstio*, idest contro-versia, *ex discipulis Joannis*, ipsis sci-licet primo moventibus hac quæstionem, *cum Judæis* : quos reprehendebant disci-puli Joannis, eo quod ad Christum magis currerent propter miracula quæ faciebat, quam ad Joannem, qui miraculum nul-lum faciebat. Et quæstio ista facta est de *purificatione*, idest de baptismo. Causam autem unde invidebant discipuli Joannis, et controversiam movebant, sumpserunt ex eo quod Joannes illos quos baptizabat, mittebat ad Christum ; Christus vero quos baptizabat non mittebat ad Joannem. Ex quo videbatur, et forte Judæi dicebant, Christum majorem esse Joanne : et ideo isti nondum spirituales de hoc⁴ contendunt cum Judæis. I Corinth. iii, 3 : *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis?*

4. Sed motam quæstionem referunt ad Joannem ; et ideo dicit : *Et venerunt ad Joannem.* Et si attenditur diligenter, conati sunt commovere Joannem contra Christum. Similes istis sunt⁵ bilingues, et susriones. Eccli. xxviii, 15 : *Susurro et bilinguis maledictus : multos enim turbabit pacem habentes.* Proponunt autem quatuor, quæ commotionem in animo Joannis contra Christum causarent. Pri-mo enim commemorant humilitatem status Christi præteriti ; secundo benefi-cium a Joanne impensum ; tertio officium assumptum a Christo ; quarto detrimen-tum⁶ quod provenit Joanni ex Christi

¹ Al. : « ne hæc licentia nostræ. »

² Al. : « Salim enim. »

³ Al. : « hoc dicitur. »

⁴ Parm. : de baptismo.

⁵ Parm. : iisti bilinguis et susrionibus.

⁶ Al. : « decrementum. »

officio. Humilitatem autem status commemorant, cum dicunt, *Qui erat tecum, quasi unus de discipulis; non autem tu cum illo, sicut cum magistro: nam si alicui majori honor exhibetur, non tanta causa invidiae; sed tunc quis invideat, quando minori se magis honor exhibetur.* Eccle. xix, 7: *Vidi servos in equis sedentes, et principes ambulantes super terram quasi servos.* Job. xix, 16: *Servum meum vocavi, et non respondit.* Quia plus turbatur dominus aliquis de rebellione servi et subditum, quam alicuius alterius. Secundo commemorantes beneficium impensum a Joanne, non dicunt¹: *Quem tu baptizasti: quia in hoc confessi fuissent magnificientiam Christi, quae in baptismo demonstrata est, et descensum Spiritus sancti super eum in specie columbae, et vocem Patris sibi factam; sed dicunt? Cui tu testimonium perhibuisti;* idest, quem tu clarum et circumspectum fecisti, talia tibi rependere andet, quod multum concitat exacerbationem. Psal. xl, 10: *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplplantationem.* Sed quia querentes propriam gloriam, et intendentes lucrum proprium in suo officio, dolens si alias officium illud assumat; ideo tertio isti addunt etiam, quod Christus Joannis officium sibi assumpsit, cum dicunt: *Ecce hic baptizat; idest, offici-*

*cium tuum exercet: quod multum concitat ad turbationem: nam communiter videamus hic², homines ejusdem artis insidiose et invide se habere ad invicem. Figulus figulo invidet, non autem fabro. Sic etiam doctores proprium honorem querentes, dolent si alius veritatem docet: contra quos dicit Gregorius: « Mens pii pastoris optat ut veritatem, quam solus docere non sufficit, alii doceant. » Sic et Moyses, Num. xi, 29: *Quis det ut omnis hic populus prophetet?* Sed non solum sufficiebat istis concitare Joannem; sed quod magis movet, referunt: scilicet detrimentum quod Joanni ex assumpto officio a Christo provenire videbatur: quod quarto exponunt, cum dicunt: *Et omnes veniunt ad eum, qui scilicet ad te venire solebant: quia³ te dimisso et contempto, omnes ad baptismum ejus currunt.* Quod autem ante consueverant ire ad Joannem, patet ex testimonio Matth. xi, 7: *Quid existis in desertum videre? etc.* Tali invidia movebantur Pharisai contra Christum: unde dicebant, infra xii, 19: *Ecce totus mundus post eum vadit.* Sed ex his Joannes non fuit motus contra Christum: non enim erat arundo vento agitata, ut dicitur Matth. xi. Et hoc patet ex responsione Joannis, quae sequitur in determinatione questionis sibi delatae.*

LECTIO V

1. Respondit Joannes, et dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo. 2. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. 4. Amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudent propter vocem sponsi. 5. In hoc ergo gaudium meum impletum est. 6. Illum oportet crescere, me autem minui. 7. Qui deserunt eum, super omnes est. 8. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. 9. Qui de celo venit, super omnes est; et quod vidit et audivit, hoc testatur.

1. Hic ponitur responsio Joannis super quaestione sibi delata a discipulis: quae quidem quaestio duo continebat: scilicet

querimoniam de officio assumpto: unde dicebant: *Ecce hic baptizat: et de Christi profectu in fama et opinione hominum:* unde dicebant: *Et omnes veniunt ad eum.* Et ideo Joannes dirigit responsionem suam ad haec duo: et primo repondet ad querimoniam de officio assumpto: secundo vero ad querimoniam de profectu Christi, ibi, *Illum oportet crescere, me autem minui.* Circa primum tria facit. Primo ostendit officiorum Christi et sui originem; secundo ipsorum distinctio- nes, ibi, *Ipsi vos mihi testimonium perhi-*

¹ Al.: « ideo dicunt. »

² Al.: « hoc. »

³ Al.: « quod. »

betis; tertio ostendit habitudinem Christi et suam ad dicta officia, ibi, *Qui habet sponsam, sponsus est.*

Circa primum autem nota, quod discipuli Joannis licet malitiose Joanni questionem proponant, et ex hoc sint reprehensione digni, Joannes tamen non eos vehementer increpat; et hoc propter imperfectionem: timebat enim ne commoti ex reprehensione, recederent ab eo, et jungentes se Pharisaeis, Christo publice insidiarentur: implens in hoc quod de Domino dicitur, Isa. xiiii, 3: *Calamum quisorum non confingit etc.* Similiter advertendum, quod a principio sua responsionis non ardua et praelara de Christo asserit, sed humilia et plana propter ipsorum invidiam. Cum enim excellentia sit alterius invidiae provocativa, si Joannes statim Christi excellentiam eis proposuerit, illorum invidiae fomentum præstitisset; et ideo humilia proponens, dicit: *Non potest homo a se accipere quicquam: intenders in hoc eis terorem invenire;* quasi dicat: *Hoc quod omnes ad eum currunt, non est nisi a Deo: quia non potest homo accipere quicquam,* scilicet perfectionis et boni, *nisi fuerit ei datum de celo,* et ideo si vos contradicitis, contradicitis Deo¹. Actor. v, 38: *Si ex hominibus est consilium hoc² aut opus istud, dissolvetur.* Et sic exponit Chrysostomus, referens hoc ad Christum. Augustinus autem refert ad ipsum Joannem, et melius. *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo;* quasi dicat: Vos zelatis pro me, et vultis quod ego major sim quam Christus; sed hoc non est mihi datum, nec ego volo mihi usurpare: secundum illud Hebr. v, 4: *Nemo assumit sibi honorem etc.* Sic ergo patet officiorum origo.

2. Sequitur officiorum distinctio, cum dicit: *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis;* quasi dicat: Ex testimonio meo, quod sibi perhibui, potestis scire officium mihi commissum a Christo: nam *ipsi vos mihi testimonium perhibetis,* id est perhibere potestis, *quod discernim:* *Non ego Christus.* Supra i, 20: *Con-*

sus est, et non negavit. Sed hoc dixi, quia missus sum ante illum, sicut praecox ante judicem. Sic ergo ex testimonio meo scire potestis officium meum, quod est præcedere Christum, et preparare sibi viam. Supra i, 6: *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.* Sed officium Christi est judicare et præesse. Et si bene attenditur, Joannes more providi respondentis, proponentes ex verbis eorum arguit, secundum illud Luc. xix, 22: *Ex ore tuo te judico.*

3. Qualiter autem Joannes se habet ad officium suum, ostendit eum subdit: *Qui habet sponsam, sponsus est:* et primo ponit quandam similitudinem; secundo adaptat eam ad propositum, ibi, *In hoc autem gaudium meum impletum est.* Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinem quantum ad id quod pertinet ad Christum; secundo quantum ad id quod pertinet ad scipsum, ibi, *Amicus autem sponsi etc.* Circa primum notandum est, quod in rebus humanis disponere et dominari, et habere sibi sponsam, pertinet ad sponsum tantum; et ideo dicit: *Qui habet sponsam, id est ad quem pertinet habere sponsam, sponsus est.* Iste autem sponsus est Christus. Psal. xviii, 6: *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Sponsa sua est Ecclesia, quæ conjungitur ei per fidem. Oscae ii, 20: *Sponsabo te mihi in fide.* Et in hujus figuram dixit Sephora ad Moysen, Exod. iv, 23: *Sponsus sanguinem tu mihi es.* Et de istis nuptiis dicitur Apoc xix, 7: *Venerunt nuptias agni.* Sic ergo, quia Christus sponsus est, etiam ad eum pertinet³ habere sponsam, scilicet Ecclesiam; sed ad me non pertinet nisi gaudere quod sponsam habet⁴.

4. Unde dicit: *Amicus autem sponsi... gaudio gaudet.* Et licet supra dixerit quod non erat dignus solvere corrigiam calceamentorum Jesu, hic tamen vocat se ejus amicum, ut insinuet caritatis suæ⁵ fidelitatem ad Christum. Nam servus ad ea quæ domini sui sunt, non movetur affectu caritatis, sed spiritu servitutis; amicus vero ex amore, quæ amici

¹ Al. : « Ut deo ac vos cont radicis Deo. »

Al. doc. 1: « consilium hoc. »

Al. : « sic ergo quia sponsus, etiam ad eum

pertinet etc. »

² Al. : « quod sponsus sponsam habet. »

³ Al. omittitur: « suæ. »

sunt procurat, et fideliter. Unde servus fidelis est sicut amicus domini sui. Eccli. xxxiii, 31 : *Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua.* Et ex hoc patet fidelitas servi, quando gaudet de bonis domini, et quando non sibi, sed domino suo bona procurat. Sic ergo, quia Joannes sponsam sibi creditam, non sibi, sed sponso reservavit, servus fidelis fuit, et amicus sponsi. Et ideo ad hoc insinuandum, se amicum sponsi dicit. Simile debent facere homines amici veritatis, ut sponsam eis ad custodiendum commissam non ad propriam utilitatem et gloriam convertant, sed ad honorem et gloriam sponsi honorifice præservent : alias non essent amici sponsi, sed potius adulteri. Unde Gregorius dicit, quod adulterina cogitationis puer¹ reus est, si placere oculis sponsae desiderat, per quem sponsus² dona transmittit. Quod non faciebat Apostolus : II Corinth. xi, 2 : *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Simile et Joannes faciebat, quia sponsam, scilicet populum fidelem, non sibi retinuit, sed ad sponsum, scilicet Christum, duxit. Sic ergo insinuat caritatis sua fidelitatem per hoc quod dicit, *Amicus sponsi.* Item permanentiam, cum dicit, *Stat, firmus in amicitia et fidelitate, non elevans se supra se.* Habac. ii, 58 : *Super custodiam meam stabo.* I Corinth. xv, 58 : *Estate stabiles et immobiles.* Eccli. 6, 11 : *Amicus, si permaneat fixus, erit tibi quasi coequalis.* Item attentionem, cum dicit, *Et audit eum;* idest, attente considerat modum quo sponsus sponsa conjungitur. In quo, secundum Chrysostomum, explicat modum istorum sponsalium ; nam per fidem celebrantur : *fides autem ex auditu,* Rom. x, 17. Vel *audit,* idest reverenter obedit, disponendo de sposa secundum impietum sponsi : Isa. i, 4 : *Audiam eum quasi magistrum :* quod est contra malos prælatos, qui non secundum Christi mandatum disponunt Ecclesiam. Item insinuat spiritualem jueunditatem, cum dicit : *Et gaudio gaudet propter vocem sponsi;* scilicet, cum sponsus sponsam

suam alloquitur. Et dicit, *Gaudio gaudet,* ut ostendat veritatem et perfectionem sui gaudii. Qui enim non gaudet de bono, non vero gaudio gaudet. Et ideo, si ego dolorem ex hoc quod Christus, qui est verus sponsus, sponsæ³, idest Ecclesiæ, prædicat ; non essem amicus sponsi : sed ego non doleo.

5. Immo *in hoc gaudium meum impletum est,* scilicet quod video quod diu desideravi, sponsum videlicet sponsam alloquenter. Vel *in hoc gaudium meum impletum est;* idest, ad perfectam et debitam mensuram pervenit, quando sponsa jam conjugatur sponso : quia jam habeo gratiam meam, et officium meum perfeci. Habac. iii, 18 : *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Iesu meo.*

6. Consequenter cum dicit, *Illum oportet crescere, me autem minui,* solvit quæstionem quantum ad querimoniam de profectu gratiae Christi. Et primo ponit hujus profectus convenientiam ; secundo rationem assignat, ibi, *Qui de sursum est, super omnes est.* Dicit ergo : Vos dicitis, quod omnes currunt ad eum, idest ad Christum ; et sic proficit in honore et fama populi : sed ego dico, quod hoc non est inconveniens : quia *illum oportet crescere,* non in se, sed quantum ad alios, in quantum ejus virtus magis ac magis innoscit ; sed *me oportet minui,* in reverentia et fama quo ad populum : nam honor et reverentia non debetur mihi sicut principali, sed Christo : et ideo ipso veniente, cessat exhibitio reverentie quantum ad me : sed crescit quantum ad Christum : sicut veniente principe, cessat officium legati. I Corinth. xii, 10 : *Cum venerit quod perfectum est, evanescatur quod ex parte est.* Et sicut in celo lucifer præcedit solem ad illuminandum, quo veniente, cessat ejus lux ; ita Joannes præcessit Christum : unde lucifero comparatur, Job xxxviii, 32 : *Numquid produces luciferum ?* Significatur hoc etiam in nativitate Joannis, et in morte ejus. In nativitate quidem quia natus est Joannes eo tempore quo dies deerescere

¹ Al. : « pure. »

² Al. : « sponsa. »

³ Al. deest : « sponsæ. »

incipiunt ; Christus vero quando dies crescere incipiunt, scilicet octavo kalendas Januarii. Quantum ad mortem vero, quia Joannes mortuus minoratus per capitis abscessionem ; Christus vero sublimatus per crucis exaltationem.

Moraliter autem hoc debet esse in unoquoque nostrum. *Oportet illum, idest Christum, in te crescere, ut scilicet in cognitione et amore ejus proficias : quia in quantum magis eum potes cognoscendo et amando percipere, tanto magis Christus crescit in te : sicut qui magis proficit in videndo¹ unam et eandem lucem, reputat lucem magis crescere. Et ex hoc oportet homines sic proficientes minui in sua reputatione : quia quanto plus cognoscit quis de altitudine divina, tanto minorem reputat parvitatem humanam : unde Prov. xxx, 1, dicitur : *Viso quam locutus est vir, cum quo est Deus : et sequitur : Stultissimus sun virorum, et sapientia hominum non est mecum.**

Et Job ult. 5 : *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te : idcirco ipse me reprehendo, et ago panitentiam in favilla et cinere.*

7. Consequenter cum dicit, *Qui desursum venit, super omnes est, assignat rationem dictorum : et hoc dupliceiter. Primo ex origine, secundo ex doctrina, ibi, Qui de terra est, de terra loquitur. Circa primum sciendum est, quod in rebus unumquodque² ad hoc quod sit perfectum, oportet venire ad terminum sibi debitum ex sua origine : sicut si aliquis ex rege oritur, oportet cum tamdiu crescere quousque fiat rex. Christus autem habet originem excellentissimam et aternam ; et ideo oportet illum crescere per manifestationem sue virtutis, quantum ad alios, quousque innotescat, cum super omnes esse : et ideo dicit : Qui desursum est, scilicet Christus secundum divinitatem. Supra hoc cap. : *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo.* Infra viii, 23 : *Vos de deorsum estis, ego autem de supernis sum. Vel desursum venit secundum humanaum naturam, idest de alti-**

tudine humanae naturae, assumendo eam in altitudine sua, secundum quod fuit in primo statu³. Consideratur enim secundum triplicem statum. Primus enim status humanae naturae est ante peccatum ; et de hoc assumpsit⁴ puritatem, assumendo carnem non inquinatam⁵ contagio culpar originalis. Exod. xii, 5 : *Erit agnus unicus absque macula.* Secundus status est post peccatum ; et de hoc assumpsit passibilitatem et mortem, assumendo similitudinem carnis peccati, quandum ad ponam, non ipsum peccatum quantum ad culpam : secundum illud Rom. viii, 3 : *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati.* Tertius est status resurrectionis et gloriae ; et de hoc assumpsit impossibilitatem peccandi, et fruitionem animae.

Sed cavendus est hic error quorundam, dicentium, in Adam remansisse aliquod materialiter non inquinatum macula originali, et traductum in posteros,⁶ purum usque ad Beatam Virginem ; et de hoc corpus Christi fuisse formatum : quod quidem haereticum est : quia quicquid in Adam materialiter fuit, macula originalis peccati inquinatum est. Materia vero, de qua formatum est corpus Christi, depurata fuit virtute Spiritus sancti, scilicet Beatam Virginem sanctificantis.

Iste, inquam, qui desursum venit secundum divinitatem et secundum humanam naturam, super omnes est, et per eminentiam gradus, secundum illud Psal. cxii, 4 : *Excelsus super omnes gentes Dominus ; et per auctoritatem et potestatem⁷, Ephes. 1, 22 : Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.*

8. Qui est de terra. Illic ostendit rationem quantum ad doctrinam : et primo ostendit modum doctrinæ Christi, et ejus altitudinem ; secundo diversitatem recipientium vel non recipientium ipsam doctrinam, ibi, *Et testimonium ejus nemo accipit etc.* Circa primum duo facit. Primo proponit conditionem doctrinæ Joannis ; secundo conditionem doctrinæ⁸ Christi, ibi, *Qui de celo venit, super*

¹ Al. : « intendo. »

² Al. : « unumquemque. »

³ Sic cod. — Parm. : in quolibet.

⁴ Al. : « assumit. »

⁵ Al. : « in quantum ; » et sic infra.

⁶ Parm. : posteros, puta.

⁷ Al. deest : « et potestatem. »

⁸ Al. omittitur : « doctrinæ. »

omnes est. Circa primum sciendum est, quod homo per loquaciam suam maxime cognoscitur. Matth. xxvi, 73 : *Loquela tua manifestum te facit :* et ibid. xii, 34 : *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et inde est quod conditio doctrinæ attenditur secundum conditionem suæ originis. Sic ergo ad cognoscendum conditionem doctrinæ Joannis, consideremus primo conditionem suæ originis : unde dicit : *Qui est de terra, scilicet Joannes, non solum materialiter, sed etiam active : quia corpus ejus virtute creata formatum fuit.* Job. iv, 19 : *Qui habitant domos luteas, et terrenum habent fundamentum.* Secundo consideremus ejus conditionem, quæ terrena est : unde dicit, *De terra est, idest terrenus.* Et ideo tertio doctrina ejus describitur : unde dicit : *De terra loquitur, idest de terrenis.* Isa. xxix, 4 : *De terra loqueris, et de humo audieris eloquium tuum.*

Sed quomodo de terra loquitur qui fuit Spiritu sancto repletus adhuc ex utero matris suæ? Respondeo, secundum Chrysostomum, dicendum, quod Joannes de terra se loqui dicit in comparatione ad Christi doctrinam; quasi dicat : Ea quæ loquor, parva et humili sunt, qualia decens est suscipere terrestrem naturam, in comparatione ad illum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei absconditi, ut dicitur Colossem. n. Isa. lv, 9 : *Sicut exaltantur carli a terra, ita exaltata sunt viæ meæ a viis vestris.* Vel dicendum, secundum Augustinum, et melius, quod considerandum est in quolibet homine quid habeat ex se, et quid ex alio. Joannes autem et quilibet homo purus ex se habet quod sit de terra. Et ideo, quantum ad ipsum pertinet, non habet quod loquatur nisi de terra; et si aliqua divina loquitur, hoc habet ex divina illuminatione. Eccli. xxxiv, 6 : *Cor tuum quasi phantasias patitur, nisi ab omnipotente fuerit emissæ visitatio.* Unde et Apostolus dicit, 1 Corinth. xv, 10 : *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Matth. x, 20 : *Non enim vos estis qui loquimini, sed spi-*

ritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Sic ergo, quantum ad Joannem pertinet, *de terra est, et de terra loquitur.* Si quid autem divinum in eo fuit, non recipientis, sed illuminantis est.

9. *Qui de cœlo venit.* Illic proponit conditionem doctrinæ Christi : et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditionem originis quæ cœlestis est : unde dicit : *Qui de cœlo venit, super omnes est.* Licet enim corpus Christi materialiter de terra fuerit, active tamen de cœlo venit, inquantum virtute divina corpus ejus formatum fuit. Venit etiam de cœlo, quia persona aeterna et inveniens Filii de cœlo venit per carnis assumptionem. Supra eodem : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlo.* Secundo ostendit dignitatem sua conditionis, quæ altissima est : unde dicit : *Super omnes est :* et hoc expositum est supra³. Tertio concludit dignitatem doctrinæ suæ, quæ certissima est, quia *quod vidit et audivit, hoc testatur.* Christus enim, inquantum est Deus, est ipsa veritas : sed inquantum homo, est testimonium veritatis. Infra xviii, 37 : *In hoc natus sum, et ad hoc veni, ut testimonium perhibeam veritati.* Ideo testimonium perhibet de seipso. Infra vii, 13 : *Testimonium perhibes de teipso.*⁴ Sed testatur certa, quia quæ audivit apud Patrem. Infra viii, 26 : *Ego quæ audivi a Patre meo,*⁵ *hæc loquor in mundo.* I Joan. i, 13 : *Quod vidimus et audiimus.*

Sed nota, quod aliter habetur cognitio rei per visum, et aliter per auditum ; nam per visum habetur cognitio rei per ipsam rem visam ; sed per auditum non cognoscitur res per ipsam vocem auditam, sed per intellectum loquentis. Quia ergo Dominus habet scientiam acceptam a Patre, ideo dicitur : *Quod vidit, inquantum procedit de essentia Patris, et audivit, inquantum procedit ut Verbum intellectus paterni.* Sed quia in rebus intelligentibus aliud est eorum esse, et aliud eorum intelligere ; ideo aliter accipitur ab eis cognitio per visum, et aliter per auditum.

¹ Al. : « evulsa. »

² Al. : « si quidem. »

³ Al. : « et hoc expositum est, quia etc. »

⁴ Al. : « infra viii, testimonium perhibet d-

scipso. »

⁵ Al. : « quia quæ audivit. Infra viii : *Ego quæ vidi apud Patrem, et quæ audiui.* Infra viii : *Ego quæ audivi a patre meo etc.* »

Sed in Deo Patre idem est esso et intelligere; ideo in Filio idem est videre et audire. Similiter etiam quia in vidente non est ipsa essentia rei in se, sed similitudo ejus, similiter et in audiente non est ipsa conceptio loquentis, sed signum ipsius; ideo videns non est ipsa essentia rei in se, nec audiens est ipsum verbum¹. Seu

conceptio loquentis in Filio autem est ipsa essentia Patris accepta per generationem, et est ipsum Verbum; et ideo in ipso idem est videre et audire.

Et hoc sic concludit Joannes, quod ex quo doctrina Christi altior et certior est quam mea, ideo magis audiendus est Christus quam ego.

LECTIO VI

1. Et testimonium ejus nemo accipit. 2. Qui autem accepit ejus testimonium, signavit, quia Deus verax est. 3. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. 4. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. 5. Pater diligit Filium, et omnis dedit in manu ejus. 6. Qui credit in Filium, habet vitam eternam. 7. Qui autem incredulus est Fili, non videbit vitam; sed ira Dei manet super eum.

1. Supra Joannes Baptista commendavit Christi doctrinam; hic vero agit de diversitate recipientium: unde tractat de fide adhibenda ipsi doctrinae; et circa hoc tria facit. Primo ostendit caritatem credentium; secundo credendi debitum, ibi, *Qui autem accepit ejus testimonium etc.*; tertio fidei praemium, ibi, *Qui credit in Filium, habet vitam eternam*. Dicit ergo: Dico quod Christus certam scientiam habet, et vera loquitur. Tamen licet pauci testimonium ejus accipiant, non propter hoc doctrinam ipsius derogatur, quia hoc non est ex parte ejus, sed ex parte eorum qui non recipiunt, scilicet discipulorum Joannis, qui nondum credebant, et Phariseorum, qui ipsius doctrinæ detrahebant. Et ideo dicit, *Et testimonium ejus nemo accipit*. Ille autem quod dicit, *Nemo*, potest dupliciter exponi. Uno modo, *nemo*, idest pauci, et si aliqui accipiunt. Et quod aliqui accipiunt, ostendit subdicens: *Qui autem accepit ejus testimonium etc.* Ille modo loquendi usus est Evangelista cum dixit, supra 1, 11: *In propria venit, et sui cum non receperunt*: quia pauci cum receperunt. Alio modo, quia accipere ejus testimonium est credere in Deum; sed nullus potest credere ex seipso, sed ex Deo. Ephes. ii, 8: *Gratia salutis estis*. Et ideo dicit:

Nemo accipit, scilicet ex se, nisi donetur sibi a Deo. Vel aliter consuetum est in Scriptura divina populo loqui de duabus. Quia quamdiu sinus in hoc mundo, mali sunt permixti bonis; et ideo Scriptura aliquando loquitur de populo, referendo intentionem suam ad malos, aliquando ad bonos. Et hic modus loquendi habetur Hier. xxvi; nam primo dicit: *Omnis populus et sacerdotes quererent occidere Hieremiam*: referens intentionem suam ad malos: et postea statim dicit, quod omnis populus quereret eum liberare, loquens de bonis. Eodem modo et Joannes Baptista habens oculos suos ad sinistram, idest ad malos, dicit: *Et testimonium ejus nemo accipit*: et ex alia referens ad dexteram, idest ad bonos, dicit; *Qui autem accepit ejus testimonium etc.*, ubi ostendit debitum fidei, quod est supponere se veritatem divinæ.

2. Et circa hoc quatuor facit. Primo proponit divinam veritatem; secundo subdit divinas veritatis denuntiationem, ibi, *Quem enim misit Deus, verba Dei loquuntur*; tertio insinuat denuntiandi facultatem, ibi, *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum*; quarto assignat facultatis rationem, ibi, *Pater diligit Filium etc.* Debitum autem fidei est ut homo veritati divinæ se supponat; et ideo dicit, quod si pauci testimonium ejus accipiunt, tamen aliqui accipiunt; unde dicit: *Qui autem accepit ejus testimonium*; idest quicumque sit ille signavit, idest signum quoddam in corde suo ponere debet, seu posuit, quod ipse Christus est Deus, et est verax; quia ipso dicebat se esse Deum: quod si noui esset

¹ Parv. omittit: seu conceptio loquentis.

non esset verax, cum tamen scriptum sit, Rom. iii, 4 : *Est autem Deus verax etc.* De isto *signaculum super cor tuum*. Et II Tim. ii, 9 : *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum etc.* Vel, secundum Chrysostomum, *signavit id est monstravit, quia Deus, scilicet Pater, verax est*; quia scilicet misit Filium suum, quem promisit mittendum. Quod ideo dicit Evangelista ut ostendat, eos qui non credunt Christo, veritatem Patris negare.

3. Et ideo statim subdit divinae veritatis commendationem, dicens : *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur*; quasi dicat : Hoc signavit, quod Christus, cuius testimonium accipit, *quem Deus misit, verba Dei loquitur*: et ideo qui credit ei, credit Patri. Infra, viii, 26 : *Ego quæ audiavi a Patre loquor in mundo.* Unde non loquebatur nisi Patrem, et verba Patris; quia missus erat a Patre; et quia ipse est Verbum Patris : unde etiam se¹ loqui Patrem dicit. Vel si hoc quod dicit, *Quod Deus verax est*, referatur ad Christum, datur intelligi distinctio personarum : cum enim Pater sit Deus verax Deus; sequitur, quod verus Deus misit Deum verum, distinctum ab eo in persona, non in natura.

4. Denuntiandi autem facultas subest Christo maxima, quia non ad mensuram recipit spiritum; et ideo dicit : *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.* Posset enim dicere, quod licet miserit eum Deus tamen non omnia a Deo loquitur, sed aliqua : nam et Prophetæ aliquando quidem locuti sunt ex spiritu suo, aliquando vero ex spiritu Dei. Sicut II, Reg. vii, legitur de Nathan Prophetæ, quod ex spiritu suo loquens, consiluit David, quod aedificaret templum; quod quidem postmodum ex spiritu et nuto divino retrahavit. Sed hoc ostendit Baptista locum non habore in Christo; quia Prophetæ quidem accipiunt spiritum Dei mensurare scilicet quantum ad aliquid, non quantum ad omnia; et ideo non quantum ad omnia, verba Dei loquuntur; Christus autem, qui absque mensura et quantum

ad omnia spiritum recepit, ideo quantum ad omnia, verba Dei loquitur.

Sed quomodo Spiritus sanctus datur ad mensuram, cum sit immensus, secundum Athanasium in suo symbolo² : *Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus?* Responsio. Dicendum, quod Spiritus sanctus datur ad mensuram, non quantum ad essentiam suam et virtutem ejus, secundum quod est infinitus; sed quantum ad dona, quæ dantur mensurate. Ephes. iv, 7 : *Unicusque nostrum data est gratia secundum mensuram.*

Notandum autem, quod hoc quod dicitur hic de Christo quid non ad mensuram dedit ei Deus Pater spiritum, potest duplamente intelligi. Uno modo intelligitur de Christo secundum quod Deus; alio modo secundum quod homo. Ad hoc enim datur alicui aliquid ut habeat illud : habere autem Spiritum sanctum, convenient Christo et in quantum homo; et sic secundum utrumque habet Spiritum sanctum : sed in quantum³ homo, habet Spiritum sanctum ut sanctificantem; Isa. lxi, 1 : *Spiritus Domini super me, eo quod unixerit me*, scilicet hominem : in quantum vero Deus habet Spiritum sanctum ut manifestantem tantum, secundum quod ab eo procedit. Joan. xvi, 14 : *Ille me clarificabit*: id est manifestabit, *quia de meo accipiet*. Sic ergo utroque modo, scilicet in quantum Deus, et in quantum homo Christus habet Spiritum sanctum non ad mensuram : nam Christo in quantum Deus, dicitur Deus Pater dare Spiritum sanctum non ad mensuram, quia dat ei virtutem et potestatem spirandi Spiritum sanctum; qui cum sit infinitus, in infinitum dat ei Pater: quem quidem Pater dat ei sicut ipse habet: ut scilicet sicut ab eo procedit, ita et Filio: et hoc dedit ei per aeternam generationem. Similiter et Christus, in quantum homo, non ad mensuram habuit spiritum, nam hominibus datur Spiritus sanctus ad mensuram quia gratia ejus ad mensuram eis datur: sed Christus in quantum homo non ad mensuram recepit gratiam: et ideo non ad mensuram recepit Spiritum sanctum.

¹ Al. : « cum se. »

² Al. : « datus ad measuram est, sic immeatus

secundum illud eum Athanasi etc. »

³ Al. : « scilicet inquantum. »

Sed notandum, quod in Christo est triplex gratia : scilicet unionis ; singularis persona, qua est habitualis ; et capitis, qua est influentie ; et quamlibet istarum recepit Christus non ad mensuram. Nam gratia unionis, qua non est habitualis, sed quoddam gratuitum donum, datur Christo, ut scilicet in humana natura sit verus Filius Dei non per participationem, sed per naturam ; inquantum scilicet humana natura Christi unita Filio Dei in persona¹ sit : quae quidem unio gratia dicitur, quia nullis precedentibus meritis hoc habuit. Natura autem divina² infinita est : nnde ex ipsa unione accepit donum infinitum. Sic ergo non ad mensuram recepit³ Spiritum sanctum, idest donum et gratiam unionis, quae Spiritu sancto attribuitur inquantum gratuita. Gratia autem habitualis dicitur, secundum quod anima Christi plena fuit gratia et sapientia, secundum quod dicitur supra i, 14 : *Vidimus eum quasi Unigenitum a Patre, plenum gratiæ etc.* De qua quidem gratia dubium esse potest an receperit eam non ad mensuram. Cum enim hujusmodi gratia sit donum creatum⁴, confiteri oportet quod habet essentiam finitam : quod quidem quantum ad essentiam, secundum quod quid creatum est, ipsa gratia habitualis finita fuit. Sed tamen Christus dicitur eam recepisse non ad mensuram, triplici ratione. Primo quidem ex parte recipientis. Manifestum est enim, uniuscujusque naturæ capacitatem esse finitam : quia, etsi infinitum bonum recipere possit cognoscendo et amando et fruendo, tamen ipsum recipit fruendo finite. Est autem cuiuslibet creature, secundum suam speciem et naturam, determinatae capacitatis mensura ; que tamen divinae potestati non prejudicat quin possit aliquam creaturam facere majoris capacitatis ; sed jam non esset ejusdem naturæ secundum speciem ; sicut si ternario addatur unitas, erit alia species numeri. Quando igitur alicui naturæ non datur de bonitate divina quanta est capacitas naturalis speciei suæ, videtur

ei secundum aliquam mensuram donatum : quando vero tota naturalis capacitas impletur⁵, non videtur ei secundum mensuram donatum : quia etsi sit mensura ex parte recipientis⁶, non est tamen mensura ex parte dantis, qui totum paratus est dare : sicut aliquis vas ad flumen deferens, absque mensura inventit ibi aquam paratam, quamvis ipse cum mensura accipiat, propter vasus determinatam quantitatem. Sic igitur gratia Christi habitualis, finita quidem est secundum essentiam sed infinite et non secundum mensuram dicitur dari, quia tantum ei datur quantum natura creata capere potest. Secundo vero ex parte doni recepti : nam omnis forma seu actus secundum rationem suam consideratus, non est finitus eo modo quo finitur per subjectum in quo recipitur ; sed nihil prohibet illum secundum suam essentiam finitum esse, inquantum esse suum est in aliquo receptum. Illud enim secundum essentiam suam infinitum est, quod habet totam plenitudinem essendi : quod quidem soli Deo convenit, qui est summum esse. Si autem ponatur aliqua forma spiritualis esse non in subjecto existens, puta albedo vel color, non quidem haberet essentiam infinitam, quia essentia ejus esset determinata ad genus vel speciem : nihilominus tamen totam plenitudinem illius speciei possideret : unde secundum rationem speciei, absque termino vel mensura esset, habens quicquid ad illam speciem pertinere potest. Si autem in aliquo subiecto recipiatur albedo vel color, non habet semper totum quicquid pertinet ad rationem formæ hujus de necessitate et semper, sed solum quando sic habetur sicut perfecte haberi potest ; ita scilicet quod modus habendi adaequet rei habitæ potestatem. Sic igitur gratia Christi habitualis, finita quidem fuit secundum essentiam ; sed tamen dicitur absque termino et mensura fuisse, quia quicquid ad rationem gratiæ poterat pertinere, totum Christus accepit. Alii autem non totum accipiunt ; sed

¹ Al. : « ut scilicet humana natura Christi unita sit Filio Dei in persona etc. »

² Al. : « naturalis autem divinitas. »

³ Al. : « recipit. »

⁴ Al. : « sit donum tantum. »

⁵ Al. : « non impletur. »

⁶ Al. : « capacitatis. »

unus sic, et alias sic. *Divisiones enim gratiarum sunt*: I Corinth. xii, 4. Tertio autem ex patre causæ. In causa enim quodammodo habetur effectus. Cicumque ergo adest causa infinitæ virtutis ad influendum, dicitur habere illud quod infinitum, absque mensura, et aliquo modo infinite. Puta, si quis haberet fountem, qui aquam infinitam posset effluere¹, infinite diceretur et absque mensura aquam habere. Sic anima Christi, infinitam et absque mensura gratiam habet, ex hoc ipso quod habet Verbum sibi unitum, quod est totius emanationis creaturarum infinitum et indeficiens principium. Patet autem ex his quæ dicta sunt, quod gratia ipsius Christi, quæ dicitur capitatis secundum quod Christus est caput Ecclesie, est infinita quantum ad influentiam. Ex hoc enim quod habuit² unde effunderet absque mensura Spiritus dona, accepit virtutem effundendi ipsa absque mensura ut scilicet gratia Christi non solum sufficiat ad salutem hominum totius mundi secundum illud I Joan. ii, 2: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, et non pro nostris tantum, sed etiam totius mundi;* ac etiam plurim mundorum, si essent.

5. Habet etiam Christus denuntiandi veritatem divinam opportunam facultatem, quia omnia sunt in potestate ejus: unde dicit: *Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus*: quod quidem potest referri ad Christum secundum quod homo, et secundum quod Deus; sed aliter et aliter. Si enim, referatur ad Christum secundum naturam divinam, tunc *diligit* non designat principium, sed signum: non enim possumus dicere quod Pater omnia Filio dat, quia diligit eum, propter duo. Primo, quia diligere est actus voluntatis; dare autem naturam Filio, est generare ipsum. Si ergo Pater daret voluntate naturam Filio, voluntas Patris esset principium generationis Filii; et sic sequeretur quod Pater generaret Filium voluntate, et non natura: quod est heres Ariana. Secundo autem, quia dilectio Patris ad Filium est Spiritus sanctus. Si ergo dilectio Patris

ad Filium esset ratio quare dedit omnia Pater in manu Filii, sequeretur quod Spiritus sanctus esset principium generationis Filii; quod est inconveniens. Dicendum est ergo, quod ly *diligit* importat signum tantum, ut dicatur, quod dilectio perfecta, qua *Pater diligit Filium*, est signum quod Pater *dedit omnia in manu ejus*, quæ scilicet Pater habet. Matth. xi, 27: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*. Infra xiii, 3: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*. Si referatur autem ad Christum secundum quod homo, sic ly *diligit* dicit rationem principii, ut dicatur Pater omnia in manu Filii tradidisse, scilicet quæ in cœlis et quæ in terris sunt, secundum illud Math. ult. 18, *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra*. Heb. i, 2: *Quem constituit heredem universorum*. Et hujus traditionis ratio est, quia diligit eum: unde dicit: *Pater diligit Filium*: dilectio enim Patris ratio est creandi quamlibet creaturam. Sap. xi, 25: *Diligis omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti*. De dilectione autem Filii habetur Lue. iii, et Matth. iii, 17: *Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui mihi*. Et Coloss. i, 13: *Transtulit nos in regnum Filii dilectionis suæ³*, idest Filii sui dicit.

6. Consequenter cum dicit, *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam*, ostendit fructum fidei: et primo ponit fidei præmium; secundo infidelitatis supplicium, ibi, *Qui autem incredulus est etc*. Sed præmium fidei est in aestimabile, quia vita aeterna; et ideo dicit: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam*. Et hoc ex præmissis ostenditur. Si Pater omnia dedit Filio, scilicet quæ habet, et ipso habet vitam aeternam: ergo et Filio dedit ut sit vita aeterna. Infra v, 26: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso*: quod quidem competit Christo in quantum est verus et naturalis Dei Filius. I Joan. ult. 20. *Ut sis in vero Filio ejus Christo: hic est verus Deus, et vita aeterna*. Qui credit in eum, habet illud in quod toundit,

¹ Al.: « extrahere. »

² Al.: « habet. »

³ Al.: « Transtulit nos in regnum caritatis suæ. »

scilicet ipsum Filium in quem credit; sed ipse est vita eterna: ergo qui credit in eum, habet vitam eternam. Infra x, 17: *Ores mea vocem meam audiunt... et ego vitam eternam do eis.*

7. Supplicium autem infidelitatis est intolerabile et quantum ad penam damni, et quantum ad penam sensus. Quantum quidem ad penam damni, quia privatur vita: unde dicit: *Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam.* Non autem dicit, Non habebit; sed *non videbit*: quia vita eterna in visione veræ vite consistit. Infra xvi, 3: *Hæc est vita eterna ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum:* quam quidem visionem et cognitionem increduli non habebunt. Job. xx, 17: *Non videat rictulos lactis etc.*, idest dilectionem vitae eternæ. Dicit autem, *Non videbit*, quia videre vitam ipsam, est proprium præmium fiduci formatae. Quantum vero ad penam sensus, quia graviter

punitur: unde dicit: *Sed ira Dei manet super eum.* Ira enim in Scripturis pro afflictione qua Deus malos punit, accipitur: unde cum dicit, *Ira Dei Patris manet super eum*, idem est ac si dicat: Sentiet postnam a Deo Patre. Et licet Pater omnem judicium dederit Filio, ut dicitur infra v, tamen Baptista reserat hoc ad Patrem, intendens per hoc Judæos reducere ad credendum Filio. Et de isto iudicio dicitur Heb. x, 31: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* Dicit autem, *Manet super eum*, quia ista pena nunquam ab incredulis desistit; et quia omnes qui nascuntur in ista vita mortali, habent secum iram Dei, quam accepit primus Adam. Eph. ii, 3: *Eramus natura idest per nativitatem filii ira.* Ab hac autem ira non liberamur nisi per fidem Christi; et ideo qui non credunt in Christum Filium Dei, manet in eis ira Dei.

CAPUT QUARTUM

LECTIO I

1. Ut ergo cognovit Jesus quia audierunt Pharisæi quod Jesus plures discipulos facit et baptizat quauis Joannes. 2. Quaenam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus. 3. Reliquit Iudeam. 4. Et abiit iterum in Galileam. 5. Oportebat autem eum transire per Samariam. 6. Venit ergo in civitatem Samariae, quæ dicitur Sichar, iuxta prædiūm quod dedit Jacob filio suo Josephi. 7. Erat autem ibi fons Jacob. 8. Jesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sis supra fontem. 9. Hora autem erat quasi sexta. 10. Venit mulier de Samaria haurire aquam. 11. Dixit ei Jesus: *Da mihi bibere.* 12. Discipuli ejus abierant in civitatem ut cibos emerent. 13. Dixit ergo ei mulier illa Samaria: *Quomodo tu, Iudeus cum sis, bibere a me poscis, quæ sunis mulier Samaria? 14. Non enim contundunt Iudei Samaria.*

1. Posita doctrina Christi de spirituali regeneratione, et quod Christus gratiam spiritualis regenerationis Iudeis communicaverat, hic consequenter ostendit quo-

modo ipsa gratia etiam ad gentes derivata est per Christum. Salutaris autem gratia Christi derivata est dupliciter in gentibus: per doctrinam, et per miracula. Marc. ult. 20: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, ecce doctrina. Domino cooperante, sequentibus signis: ecce miracula.* Primo ergo ostendit futuram gentium conversionem per doctrinam; secundo futuram gentium conversionem per miracula, ibi, *Post duos autem dies exitus inde.* Circa primum duo facit. Primo praemittit quædam præambula ad doctrinam; secundo proponit doctrinam, et ejus effectum, ibi, *Respondit Jesus, et dixit ei: Si scires donum Dei etc.* Quantum ad primum tria præambula præmit-

tit. Primum¹ ex parte ipsius doceatis; secundum ex parte ejus de quo doctrina erat, ibi, *Erat autem ibi fons Jacob: tertium ex parte personæ audiuntis, ibi, Venit mulier de Samaria etc.* Ex parte autem docentis, præambulum est ejus accessus ad locum doctrinæ; et ideo dicit: *Ut ergo cognovit Jesus etc.* Ubi tria facit. Primo innuit terminum a quo recedit, quia a Judæa; secundo terminum ad quem accedit, in Galileam: tertio insinuat medium per quod transit, quia per Samariam. Quantum ad primum ponit primo causam recessus de loco in quo erat; secundo exponit quædam dicta in causa assignata, ibi, *Quamquam Jesus non baptizaret etc.*, tertio describit recessum Christi a Judæa, ibi, *Reliquit Iudæam etc.* Dicit ergo: *Ut cognovit Jesus quod audierunt Pharisæi etc.*, volens ostendere Evangelista, quod postquam Baptista repressit discipulorum invidiam, Christus declinavit Pharisæorum malitiam.

Sed cum dicatur Eccli. xxiii, 29: *Domino nostro nota sunt omnia antequam fiant*: Et Heb. iv, 13: *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*: quærendum videtur quomodo Jesus dicitur aliquid de novo cognoscere. Ad quod dicendum est, quod Jesus virtute divinitatis suæ ab æterno cognovit omnia præterita, præsentia et futura, ut prediectæ auctoritates ostendunt; sed inquantum homo aliqua de novo cognovit, scientia experimentali; et de hac dicitur hic: *Ut cognovit Jesus, postquam fuit ei nuntiatum, quia audierunt Pharisæi etc.*: et hanc cognitionem Christus de novo accipere voluit dispeusative, ad ostendendum veritatem humanæ naturæ; sicut et multa alia humanæ naturæ propria voluit facere et pati.

Sed quid est hoc quod dicit: *Quia audierunt Pharisæi, quod Christus phares discipulos facit et baptizat quam Joannes*: cum ad eos non pertineat? Nam ipsi Joannem persecuti sunt, nec ei credebat: quia, ut dicitur Matth. xxi, 26, cum Dominus quereret baptismum Joan-

nis unde esset, dicebant intra se: *Si dixerimus de cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis?* Non ergo crediderunt Joanni. Sed ad hoc est duplex responsio. Una: quod ipsi discipuli Joannis, qui supra quæstionem concitaverunt contra Christum, erant Pharisæi, vel Pharisæis confederati: unde Matth. ix, dicitur, quod Pharisæi simul cum discipulis Joannis proposuerunt quæstiones contra discipulos Christi: et secundum hoc concludit Evangelista: *Ut ego cognovit Jesus quia audierunt etc.*: idest, postquam intellexit quæstionem, et commotionem discipulorum Joannis, qui erant Pharisæi, vel Pharisæis confederati, super baptismo suo et discipulorum ejus: *reliquit Iudæam*. Vel dicendum, quod Pharisæi propter invidiam turbati sunt de prædicacione Joannis: unde suascrunt Ilerodi ut caperet eum: et hoc patet Matth. xvii, 12, ubi cum Christus loqueretur de Joanne dicit: *Elias jam venit, et fecerunt in eum quæcumque voluerunt*: et postea subdit: *Sic et Filius hominis passurus est ab eis*: ubi Glossa dicit, quod Pharisæi incitaverunt Iherodem ad incarcerationem Joannis et mortem. Videtur ergo probabile quod similiter moverentur contra Christum, ex hoc quod prædicabat. Et hoc est quod dicitur, *Audierunt*, scilicet ad persequendum Pharisæi invidi et persecutores Christi, *quia Jesus phares discipulos facit et baptizat quam Joannes*. De isto auditu dicitur Job xxviii, 22: *Perditio et mors dixerunt: Auribus nostris audivimus facta ejus*. Sed boni audiunt ad obediendum. Psal. cxxxii, 6: *Ecce audivimus eum in Ephrata*: et postea sequitur: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus*. Audierunt, inquam, duo: scilicet quod plures discipulos faceret quam Joannes; quod quidem justum erat et rationabile: quia, ut dicitur supra in, Christum oportet crescere, et Joannem minui: aliud quod baptizabat; et hoc merito, quia ipse mundat. Psal. i, 4: *Lava me Domine ab injustitia meas*. Et alibi, Psal. vii, 7: *Exurge Domine scilicet baptizando in præcepto quod*

¹ Al. : « unum. »

mundasti scilicet de baptismō : et sanguīna populi per baptismū congregatorū circumdabit te.

2. Consequenter cum dicit, *Quamquam Iesu non baptizaret etc.*, exponit quod supra dixerat de baptismō Christi, *quod audierunt Pharisæi etc.*

Sed Augustinus dicit, hic apparere inconveniens : nam supra dixerat, *Et baptizat* : hic vero quasi corrigens id, utpote falsum, dicit : *Quamquam Iesu non baptizaret.* Et ad hoc est duplex responsio. Una Chrysostomi : quod hoc quod Evangelista dicit, verum est, quod Christus non baptizavit aliquem : illud autem quod supra dictum est, scilicet *baptizat*, intelligendum est secundum famam currentem ad Pharisaos, quod Christus baptizaret, quod aliqui venientes ad ipsos Pharisaos dicere : Vos invidebatis Joanni quod discipulos habebat et baptizabat ; sed ecce quod hic, scilicet Jesus, plures discipulos facit et baptizat³ quam Joannes. Quare ergo sustinetis eum ? Et ideo non dicit Evangelista ex se, quod baptizat, sed quod audierunt Pharisaei : et ideo falsum rumorem populi Evangelista corrigerere volens, dicit : Verum est quod audierunt Pharisaei, quod Christus baptizat, sed est falsum : unde subdit : *Quamquam Iesu non baptizaret, sed discipuli ejus.* Ideo autem, secundum Chrysostomum, Christus non baptizavit, quia in omni baptimate, quo Joannes et discipuli baptizaverunt per totum tempus ante Christi passionem, non dabatur Spiritus sanctus : sed ad hoc erat ut assuecerent homines ad baptismum Christi, et congregarentur ad predicationem. Et ut ipse Chrysostomus dicit, inconveniens⁴ esset quod Christus baptizaret, si non daretur in illo baptismo Spiritus sanctus, qui non dabatur ante Christi passionem : quia, ut dicitur infra vii, 39, *nondum erat Spiritus datus, quia nondum Iesu erat glorificatus.* Sed, secundum Augustinum, dicendum est, et verius, quod discipuli baptizabant baptismō Christi, aqua scilicet, et spiritu, qui in ipso baptismo dabatur : et etiam ipse

Chr̄isan⁹ baptizabat, et non baptizabat. Baptizabat quidem quia ipse mundabat interioris ; sed non baptizabat, quia ipse non tingebat aqua exterioris : nam discipuli praebebant ministerium per ablutionem corporis ; Christus vero praebebat spiritum interioris mundantem. Unde ipse proprie baptizabat. Supra i, 33 : *Supra quem videris spiritum descendente, et manentem super eum, hic est qui baptizat.* Ad hoc ergo quod Chrysostomus dicit, quod nondum erat spiritus datus etc., dicendum, quod non erat datus visibilis signis, sicut post resurrectionem Christi datus est discipulis ; sed tamen datus est, et dabatur, per internam sanctificationem, credentibus. Per hoc autem quod Christus non semper baptizavit, dat nobis exemplum, quod majores Ecclesiarum praelati in his quæ per alios fieri possunt, non occupentur, sed ea minoribus facienda relinquant. I Cor. i, 17 : *Non enim me misit Christus baptizare, sed evangelizare.*

Si autem queritur an discipuli Christi baptizati fuerint ; dicendum, secundum Augustinum ad Stelentium⁵, quod baptizati fuerunt baptismō Joannis, quia aliqui ex discipulis Christi fuerunt discipuli Joannis : sive quod magis credibile est baptismō Christi : neque enim ministerio baptizandi defuisse creditur, ut haberet baptizatos servos, per quos ceteros baptizaret. Et hoc intelligendum est per hoc quod dicit Joan. xiii, 10 : *Qui lotus est non indiget nisi ut pedes laet.* Et postea sequitur : *Et ideo vos mundi estis, sed non omnes.*

3. Consequenter Christi recessum ponit, dicens : *Reliquit Iudeam* : et hoc triplici de causa. Una, ut subtraheret se invidiae Pharisaorum, qui ex his quæ audierant de Christo, turbabantur, et persecutionem parabant ; dans nobis exemplum, ut per mansuetudinem malis cedamus ad tempus. Eccli. viii, 4 : *Nec strues ligna in ignem illius.* Alia de causa, ut ostenderet non esse peccatum persecutores fugere. Matth. x, 23 : *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Tertia causa

¹ Al. omittit : * populum. *

² Parv. : facit quam Joannes, et baptizat.

³ Al. : * tamen. *

⁴ Al. deest : « autem. »

⁵ In cod. : Celentiarium.

est, quia nondum venerat tempus suæ passionis. Infra vii, 6 : *Tempus meum nondum advenit etc.* Est autem et alia causa, propter mysterium : nam per hujusmodi recessum significavit quod discipuli propter persecutionem relicti erant Judæos, et ituri ad Gentes.

4. Consequenter cum dicit, *Et abiit iterum in Galilæam*, ostendit locum ad quem accessit. Dicit autem, *Iterum*, quia supra ii, fecerat mentionem de quodam alio descensu Christi in Galilæam, quo post miraculum nuptiarum descendit Capharnaum. Quia ergo alii tres Evangelistæ non faciunt mentionem de illo descensu primo ; ideo Evangelista, ut det intelligere quod alii Evangelistæ omnia quæ dixerant usque ad istud capitulum, dimiserunt, et ex hoc loco ipse historiam eis contemporaneam texere incepit, dicit, *Iterum*. Per Galilæam enim, secundum unam interpretationem, intelligitur gentilitas, ad quam Christus a Judæis vadit : interpretatur enim Galilæa transmigratione. Secundum aliam interpretationem, per Galilæam intelligitur cœlestis gloria, nam Galilæa revelatio interpretatur.

5. Consequenter cum dicit, *Oportebat autem eum transire per Samariam*, describit medium per quod transit : et primo in generali ; secundo in speciali, ibi, *Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar*. Medium autem quod transit abiens in Galilæam, est Samaria ; et ideo dicit : *Oportebat eum transire per Samariam*. Dicit autem, *Oportebat*, non videatur contrarius suæ doctrinae : nam Matth. x, 5, præcepit discipulis, dicens : *In viam gentium ne abieritis*. Quia ergo Samaria terra gentium erat, ideo ostendit quod non ex proposito, sed ex necessitate illuc ivit. Dicit : *Oportebat* : et ratio linjus necessitatis erat, quia Samaria erat sita media inter Judæam et Galileam. De ista Samaria sciendum est, quod Amri rex Israel¹, montem a quodam Somer emit, ut habetur III Reg. xvi, civitatem-

que quam in montis vertice construxerat, a vendentis nomine Samarium nomenclavat : hac deinde reges Israëlitarum pro regia usi sunt, et tota regio ab hac civitate Samaria vocabatur. Unde hoc quod dicitur hic, *Oportebat eum transire per Samariam*, non est intelligendum per civitatem illam² transitum esse facturum, sed per regionem.

6. Et ideo speciale medium describens, subdit : *Venit ergo in civitatem Samariæ*, idest regionis Samariæ, quæ dicitur *Sichar* : Sichar enim idem est quod Sichem, secundum aliud nomen : de qua civitate habetur Gen. xxxiv, quod Jacob juxta eam tetendit tentoria sua, et propter raptum Dinæ filiæ suæ a filio regis Sichem, duo filii Jacob indignati, occiderunt homines civitatis illius ; et sic cessit in possessionem Jacob, et habitavit ibi fodiens in ea putoes. Postmodum vero circa mortem suam, dedit eam Joseph filio suo, secundum quod legitur Gen. xlvi, 22 : *Do tibi partem unam extra fratres tuos*. Et hoc est quod dicit : *juxta praedium, idest agrum, quod dedit Jacob filio suo*. Ideo autem hæc omnia diligenter Evangelista narrat, ut ostendat quod omnia quæ contigerunt circa Patriarchas, fuerint ducentia ad Christum ; et quod Christus signatus est per eos, et ab eis secundum carnem descendit.

7. Consequenter cum dicit, *Erat autem ibi fons Jacob* ; ponit præambulum doctrinæ ex parte rei do qua doctrina tradenda erat, et hoc congrueret : nam doctrina futura erat de aqua et fonte spirituali ; et ideo sit hic mentio de fonte materiali³, ex quo sunitur occasio disputandi de fonte spirituali qui est Christus. Psal. xxxv, 10 : *Ajud te est fons vitæ*, scilicet Spiritus sanctus, qui est spiritus vitae. Item fons est baptismus, do quo dicitur Zacl. xiii, 1 : *Erit fons patens domui Jacob in ablutionem peccatoris et menstruatu*. Circa hoc tria facit. Primo describit ipsum fontem ; secundo sessionem Christi super eum ; et tertio

¹ Codd. habent : « Somer, rex Israel constitut civitatem in monte uno quod Samarium nominavit quia erat quasi sedes regni et metropolis, et ideo tota regio ab hac civitate Samaria vocabatur : unde.

² Al. : « quod summus rex etc. »

³ Al. : « illum. »

⁴ Al. : « de fonte materiali, qui est Christus. »

sessionis tempus designat. Fontem quidem describit cum dicit : *Erat autem ibi fons Jacob.*

Sed contra. Inferius dicitur : *Puteus altus est* : non ergo erat fons. Sed dicendum, secundum Augustinum, quod fons erat, et putens : omnis enim puteus fons est, sed non convertitur : nam ubi aqua de terra seaturit, fons est : et si quidem aqua in superficie terre seaturit, fons tantum dicitur ; si vero in alto et in profundo seaturit, ita penteus vocatur ut nomine fontis non amittat. Dicitur autem fons Jacob, quia ipse puteum illum foderauit in terra illa propter defectum aquæ, ut dicitur Gen. xxxiv.

8. Sessio autem Christi innuitur cum subdit : *Jesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Ostendit infirmitatem, quamquam esset virtutis immensa; non propter defectum virtutis, sed ut ostenderet veritatem naturæ assumptæ. Nam, secundum Augustinum, Jesus fortis est, quia supra 1, 1 *in principio erat Verbum*; sed infirmus est, quia ibid 14, *Verbum caro factum est.* Christus ergo volens ostendere veritatem humanae nature, permittebat eam agere et pati que sunt propria homini: volens etiam ostendere veritatem divinae nature, faciebat et operabatur propria Dei. Unde quando retrahebat influxum virtutis divinae a corpore, esuriebat et fatigabatur; quando vero ipsam virtutem divinam corpori exhibebat, sine cibo non esuriebat, et in laboribus non fatigabatur. Matth. iv, 2 : *Jejunavit⁹ quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et postea esuriuit.* Ex hoc autem quod Jesus fatigatus est ex itinere, datur nobis exemplum non refugiendi laborem propter salutem aliorum. Psal. lxxxvii, 16 : *Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea.* Similiter etiam datur exemplum paupertatis, quia *sedebat sic*, idest super nudam terram. Mystice autem sessio humilitatem passionis Christi significat. Psal. clviii, 2 : *Tu cognovisti¹ sessionem meam, idest passionem, et resurrectionem*

² Item significat auctoritatem docendi, quia loquitur tamquam potestatem habens : unde dicitur Matth. v, quod sedens docebat eos.

9. Tempus autem determinatur, cum subdit : *Hora autem erat quasi sexta.* Et ratio hujus determinationis assignatur litteralis et mystica. Litteralis quidem, ut ostendat causam fatigationis : nam in calore, et sexta hora diei, homines magis fatigantur ex labore. Item ut ostendat causam sessionis : libenter enim homines in astu et calore diei, juxta aquas quiescent. Mystica autem causa assignatur triplex. Una, quia Christus in sexta aetate saeculi in mundum venit, carnem assumens. Alia, quia sexto die homo factus est, et in sexto mense conceptus est Christus. Tertia, quia in sexta hora sol in alto existit, et non restat nisi ut declinet. Sol autem, quantum ad hoc pertinet, temporalem prosperitatem significat, secundum illud Job. xxvi, 26 : *Si vidi solem cum fulgeret etc.* Tunc ergo Christus venit quando prosperitas mundi in alto erat; idest, in cordibus hominum per amorem florebat; sed per eum amor a cordibus hominum declinare debebat.

10. Consequenter cum dicit, *Venit mulier de Samaria,* ponitur praæambulum doctrinae ³ ex parte audientis : et circa hoc tria facit. Primo ponitur persona cui exhibetur doctrina; secundo innuitur preparatio ejus ad doctrinam, ibi, *Dixit ergo ei mulier illa Samaritana;* tertio ponitur interrogatio ipsius, ibi : *Dicit ergo ei mulier illa etc.* Persona autem cui exhibetur doctrina, est mulier Samaritana : unde dicit : *Venit mulier de Samaria haurire aquam.* Mulier ista significat Ecclesiam gentium nondum justificatam, quæ idolatria detinebatur; sed tamen per Christum justificandam. Venit autem ab alienigenis, scilicet a Samariensis, qui alienigenæ fuerant, licet vicinas terras incolerent : quia Ecclesia de gentibus, aliena a genere Iudeorum, ventura erat ad Christum. Matth. viii,

¹ Al. : « quod jejunavit. »

² Al. : « tu vero cognovisti. »

³ Parm. omittit : doctrinæ.

⁴ Parm. : Duo.

11 : Multi venient ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cælorum.

11. Hæc autem mulier preparatur ad doctrinam per Christum, cum dicit : *Da mihi bibere.* Et primo dat ei occasionem quærendi; secundo Evangelista interponit quærendi opportuninatem, ibi, *Discipuli autem ejus abierant.* Occasio autem et præparatio mulieris fuit petitio Christi : unde dicit : *Da mihi bibere.* Petit namque potum, et quia sitiebat aquam propter æstum diei, et quia sitiebat¹ salutem hominis propter amorem ejus : unde in cruce pendens dixit, Sito.

12. Opportunitatem autem quærendi a muliere habuit Christus, quia non erant ibi discipuli ejus, a quibus quæreret aquam : et ideo dicit Evangelista : *Discipuli enim ejus abierant in civitatem.* Ubi tria de Christo nota : scilicet ejus humilitatem, in eo quod solus relinquebatur : dabat enim in hoc exemplum discipulis suis omnem superbiam conculcare.

Sed quæreret fortasse aliquis, quæ necessitas fuerat assuescere discipulos ad humilitatem, quia piscaiores et humiles extiterant, et tabernaculorum factores. Sed advertere debent qui talia dicunt, quod repente piscaiores hujusmodi facti sunt reverentiores omnibus regibus, facundiores philosophis et rhetoribus, et familiariores Domini orbis terrarum : et tales sic repente promoti consueverunt superhire, utpote inexpertes ad tantum honorem.

Secondo nota Christi parcimoniam : nam ita parum curabat de cibis quod nihil comedibile secum ferrebat. Tertio etiam nota, quod dimiserunt eum solum in cruce. Isa. lxiii, 2 : *Torecular eulcavi solus, et de gentibus non est vir mecum.*

13. *Dicit ei mulier illo.* Præparavit Dominus mulierem ad recipiendum spiritualem doctrinam, dando ei occasionem quærendi : hic consequenter ponitur questio ; secundo assignatur ratio quæstionis, *Non enim convertuntur Judæi Samaritanis.* Sciendum est autem, quod

Dominus petierat a muliere potum, intendens magis de spirituali quam de corporali potu ; mulier vero, potum spiritualem nondum capiens, intendebat solum de corporali : et ideo respondet : *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Christus Judæus erat : quia et de Juda promissus : Gen. xl ix, 10 : *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est :* et de Juda natus. Heb. vii, 14 : *Manifestum est quod ex Juda ortus sit Dominus noster.* Cognoscebat autem mulier Christum esse Judæum ex habita; nam, sicut dicitur Num. xv, Dominus præcepit quod Judæi portarent simbrias hyacinthinas in quataor angulis vestium suarum, ut per eas discernerentur ab aliis populis.

14. Consequenter assignatur ratio quæstionis, sive ab Evangelista, secundum *Glossam*, sive a muliere, secundum Chrysostomum, cum dicit : *Non enim convertuntur Judæi Samaritanis.* Sciendum est autem circa hoc, quod sicut dicitur IV Reg. 18, propter peccata populi Israel, scilicet decem tribuum, qui colebant idola, ducti sunt in captivitatem a rege Assyriorum in Babylonem : et ne Samaria absque habitatoribus remaneret, fecit ibi gentes ex diversis locis ductas habitare : et cum ibi essent, volens Dominus ostendere, quod non propter imbecillitatem sua virtutis, sed propter Judæorum malitiam tradidit eos, immisit ipsis gentibus leones, et saevas bestias, que eos laedeant. Quæ ubi nuntiata sunt regi Assyriorum, habito ex consilio, quod hoc ideo eis contingere quia non servabant legitima Dei terra, misit ad eos sacerdotem quoniam ex Judæis, traditum eis Dei legem, secundum legem Moysi. Unde et isti, licet non essent ex populo Judeorum, servabant tamen legem Moysi ; sed cum Deo vero, colebant idola, nec Prophetis attendebant, et vocabant se Samaritanos a civitate Samaria quæ erat sita in monte Somer : III Reg. xvi. Revertentibus ergo Judæis ex captivitate in Hierusalem, semper infesti fuerunt et contrarii ; et sicut dicitur in Esdra,

impediebant eos adificare templum¹. Et licet Iudei vitarent omnes alias nationes, specialiter tamen vitabant istos, nec in aliquo contebantur eis; et hoc est quod dicit: *Non enim contineuntur Iudei Samaritanis*. Non dicit quod Samaritani non contineant Iudeis, quia libenter voluerent adjungi et conti Judais: sed Judai eos repellebant, secundum illud Deut. vii, 2: *Non inibis cum ris fedus etc.*

Sed si non erat fas Judais conti Samaritanis, quare Deus petebat a Samaritana potum? Ad quod, secundum quod dicit Chrysostomus, posset aliquis respondere,

quod Dominus sciebat eam non sibi tradituram potum, ideo petivit. Sed hoc non sufficit: quia petens quod non licet, a peccato non est immunit, quantum in se est, quin scandalizet, etsi non detur ei quod ipse petit. Et ideo dicendum est, quod, sicut dicitur Matth. xii, 8: *Filius hominis est dominus etiam sabbati*. Unde tamquam dominus legis poterat uti et non uti lege et observantiis et legalibus, secundum quod sibi expediens videbatur. Et quia imminebat tempus quo gentes vocarentur ad fidem, ipsis gentibus contebatur².

LECTIO II

1. Respondit Jesus, et dixit ei: *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam*. 2. Dixit ei mulier: *Domine, neque in quo haurias, habes, et puteus altus est*. Unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui delit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii eius, et pecora ejus?³ 3. Respondit Jesus, et dixit ei, *Omnis qui bibet ex aqua hac, sicut iterum: qui autem liberabit ex aqua quan ego dabo ei, fieri in eo fons aquae salientis in vitam aeternam*. 4. Sed aqua quam ego dabo ei, fieri in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. 5. Dixit ad eam mulier: *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam hue haurire*. 6. Dixit ei Jesus: *Vade voca virum tuum, et veni huc*. 7. Respondit mulier, et dixit, *Non habeo virum*. 8. Dixit ei Jesus: *Beata dixisti, quia non habeo virum; quinque enim viros habuisti, et nunc quem hales, non est tuus vir, hor vere dixisti*. 9. Dixit ei mulier: *Domine video quin Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt: et vos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet*. 10. Dixit ei Jesus: *Mulier, credi mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem*. 11. Vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod sciimus; quia salus ex Iudeis est. 12. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. 13. Nau Pater tales querit qui adorant eum. 14. *Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*. 15. Dixit ei mulier: *Scio quin Mosis venit, qui dicitur Christus*. 16. Cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia. 17. Dixit ei Jesus: *Ego sum qui loquor tecum*.

1. Consequenter cum dicit, *Respondit Jesus, et dixit ei etc.*, narrat Evangelista ipsam doctrinam spiritualem. Et primo ponitur ipsa doctrina; secundo effectus doctrinae, ibi, *Et continuo venerantur dis-*

cipuli ejus. Circa primum duo facit. Primo ponit summariae totam doctrinam; secundo explicat eam per partes, ibi, *Dixit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est*. Dixit ergo: Tu miraris quod ego Iudeus potum petui a te Samaritana; sed non debes mirari, quia ad hoc veni ut etiam gentibus potum darem. Et ideo dixit: *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo*. Et, ut incipiamus ab ultimo, requirendum est quid intelligatur per aquam. Et dicendum, quod per aquam intelligitur gratia Spiritus sancti: quae quidem quandoque dicitur ignis, quandoque aqua, ut ostendatur quod nec hoc nec illud dicitur secundum substantiae proprietatem, sed secundum similitudinem actionis. Nam ignis dicitur, quia elevat cor per fervorem et calorem. Rom. xii, 6: *Spiritu ferventes etc.*, et quia consumit peccata: *Cant viii: Lampades ejus, lampades ignis atque flamarum*. Aqua vero dicitur propter purgationem: Ezech. xxxvi, 25: *Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. Et propter refrigerationem ab æsis tentationum: Ecli. iii, 33: *Ignem ardente extinguit aqua*. Et propter satiationem contra similiterorum, et quorumcumque tempora-

¹ Parm. addit: et civitatem.

² Al.: « couvertebatur. »

lium : Isa. LV, 1 : *Omnis sicutientes venire ad aquas*. Est autem duplex aqua : scilicet viva, et non viva. Non viva quidem est qua non continuatur suo principio unde securit; sed collecta de pluvia, seu aliunde, in lacunas et cisternas a suo principio separata servatur. Viva autem aqua est qua suo principio continuatur, et effluit. Secundum hoc ergo gratia Spiritus sancti recte dicitur aqua viva, quia ita ipsa gratia Spiritus sancti datur homini quod tamen ipse fons gratiae datur, scilicet Spiritus sanctus ; immo per ipsum datur gratia. Rom. V, 5 : *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Nam ipse Spiritus sanctus est fons indoficiens, a quo omnia dona gratiarum effluunt. I Corinth. XIII, 11, *Hoc omnia operatur unus atque idem spiritus etc.* Et inde est quod si aliquis donum Spiritus sancti habeat, et non Spiritum, aqua non continuatur suo principio, et ideo est mortua, et non viva. Jac. II, 20 : *Fides sine operibus mortua est*. Sic ergo patet quid per aquam intelligatur. Sed consequenter ostenditur, quod ad habendum aquam vivam, idest gratiam, in adultis per desiderium pervenitur, idest per petitionem. Psal. IX, 17 : *Desiderium pauperum exaudivit Dominus* : quia absque petitione et desiderio non datur alieni¹ gratia. Unde dicimus quod in justificatione impii requiritur liberum arbitrium ad detestandum peccata et ad desiderandum gratiam, secundum illud Matth. VII, 7 ; *Petite, et accipietis. Intantum enim requiritur desiderium, quod etiam ipse Filius ad petendum inducitur*. Psal. II, 8 : *Postula a me, et dabo tibi*. Unde nec aliquis contradicat gratiae eam recipit, nisi prius reducatur ad desiderium gratiae ; sicut patet in Paulo, qui antequam gratiam reciperet, reductus est ad desiderium gratiae, dicens Actor, IX, 6 : *Dominice, quid me vis facere?* Et inde est quod signanter dicitur : *Tu forsitan petisses ab eo*. Et dicitur *forsitan*, propter liberum arbitrium, quo homo aliquando desiderat et petit gratiam, aliquando non. Sed ad

petendum gratiam incitat desiderium hominis ex duobus : scilicet ex cognitione desiderandi boni, et ex cognitione datoris : et ideo duo cognoscenda propinunt. Primo scilicet ipsum donum : unde dicit : *Si scires donum Dei, quod est omne bonum desiderabile, quod est a Spiritu sancto. Sapient. VIII, 21 : Scio quod non possum esse continens nisi Deus det*. Et hoc donum Dei est etc. Secundo propinunt ipsum datorem : unde dicit : *Et quis est qui dicit tibi etc.*, scilicet, si scires eum qui dare potest, qui sum ego. Iustra XV, 26 : *Cum venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis a Patre... ille testimonium perhibebit de me*. Psal. LXVII, 49 : *Debet dona hominibus*. Sic ergo hujus² doctrina est de tribus : scilicet de dono aquae vivae, de petitione ipsius doni et de datore ejus.

2. Et ideo cum dicit, *Dixit ei mulier etc.* : de ipsa doctrina tractat explicite quantum ad haec tria : et primo quantum ad donum ; secundo quantum ad petitionem, ibi, *Dicit ei mulier : Domine, ut video, Propheta es tu*; tertio quantum ad datorem, ibi, *Dicit ei mulier : Scio quia Messias venit etc*. Circa primum duo facit. Primo explicat donum, ostendendo ejus virtem ; secundo agit de perfectione ipsius doni, ibi, *Dicit ei mulier : Domine, da mihi hanc aquam etc*. Circa primum duo facit. Primo ponitur inquisitio mulieris ; secundo responsio Christi, ibi, *Respondit Jesus, et dixit ei : Omnis qui bibbit ex aqua hac sitiet iterum*. Circa primum sciendum est, quod mulier ista Samaritana, verba qua Dominus spiritualiter intelligebat, carnaliter accipiebat : quia animalis, I Corinth. II, 14 : *Animalis / omnia non percipit ea quae sunt spiritus Dei*. Et ideo verba qua Dominus³ dicebat, quasi inconvenientia et impossibilia, argumento quodam utens infringere coinalatur hoc modo : Tu promittis mihi aquam vivam : aut ergo de isto puto, aut de alio ; sed non de isto, quia nec in quo haurias habes, et putens altus est : de alio ruteni non videtur credibile quod dare possis, quia non major es patre nos-

¹ Al. : « aliter. »

² Al. omissitur : « hoc, »

³ Al. deest : « Dominus. »

tro Jacob, qui dedit nobis putoem. Primo ergo prosequens primum, videamus hoc quod dicit *I Domine, neque in quo huius habes*; id est, hauritorio cares, quo aquam de puteo extrahere possis: *et putoem altus est*; scilicet ut absque hauritorio manu non possis attingere. Per' altitudinem, seu profunditatem putei, intelligitur sacrae Scripturae profunditas, et sapientiae divinae. Eccl. vii, 23: *Alta profunditas, et quis inventiet eam?* Hauritorium autem quo aqua sapientiae salutaris hauritur, est oratio, Jac. i, 5: *Si quis indiget sapientiam, postuleat a Deo.* Secundum ostendit, cum dicit: *Numquid tu es major patre nostro Jacob, qui dedit nobis putoem etc.*: quasi dicat: Numquid meliore aquam habes ad dandum nobis quam Jacob? Dicit autem patrem suum Jacob, non quod Samaritani de generatione sint Jacob, ut ex supradictis appareat; sed quia legem Moysi habebant, et quia intraverunt terram semini Jacob re promissam. Commendat autem mulier ista putoem istum ex tribus. Primo ex auctoritate dantis: unde dicit: *Patre nostro Jacob, qui dedit nobis putoem.* Secundo ex suavitate aquae: et dicit, quod *ipse Jacob ex eo bibit, et filii ejus: nisi enim fuisset suavis, non ipsi bibissent, sed pecoribus eam tradidissent.* Tertio ex ubertate, cum dicit, *Et pecora ejus: quia enim erat suavis, nisi fuisset uberrima, non dedisset eam pecoribus.* Sic et sacra Scriptura magna est auctoritate, quia a Spiritu sancto est data; delectabilis est suavitate: Psalm. cxviii, 130: *Quam dulcia sunt fauibus meis eloquia tua!* Item secunda est ubertate, quia non solum sapientibus, sed etiam insipientibus communicatur.

3. Consequenter cum dicit, *Respondit Jesus etc.* ponitur responsio Domini, ubi explicat virtutem sue doctrinæ: et primo quantum ad hoc quod dixerat eam esse aquam; secondo quantum ad hoc quod dixerat, eam esse aquam vivam, ibi, *Sed aqua quam ego dabo ei, fieri in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ostendit autem, quod doctrina sua sit

optima aqua, ex hoc quod habet aquæ effectum, scilicet quod auferat sitim multo amplius quam aqua ista corporalis; ostendens se in hoc esse majorem quam Jacob. Et ideo dicit: *Respondit Jesus, et dixit ei;* quasi dicat: Tu dicas, quod Jacob dedit vobis putoem; sed ego dabo aquam meliorem, quia *omnis qui biberit ex hac aqua, scilicet corporali vel carnaли cupiditatis et concupiscentie, licet ad horam sedetur appetitus, tamen sitiet iterum,* quia insatiabilis est delectationis appetitus. Prov. xxiii, 35: *Quando evigilabo, et rursus vina reperiam?* Sed qui biberit ex hac aqua, scilicet spirituali, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Isa. ponul. x: *Servi mei bibent, et vos sitietis.*

Sed contra, Eccl. xxiv, 29, dicitur: *Qui bibunt me, adhuc sitient.* Quomodo ergo non sitiet in æternum qui biberit ex hac aqua, scilicet divina sapientia, cum ipsa sapientia dicat: *Qui bibunt me, adhuc sitient?* Sed dicendum, quod utrumque verum est: quia qui bibit ex aqua quam Christus dat, et sitit adhuc, et non sitit; sed qui bibit ex aqua corporali¹, sitiet iterum: et hoc propter duo. Primo, quia aqua materialis et carnalis non est perpetua, nec causam perpetuam habet, sed deficiens: unde et effectus oportet quod cesseret. Sap. v, 9: *Transierunt hæc omnia quasi umbra etc.* Aqua vero spiritualis causam perpetuam habet, scilicet Spiritum sanctum, qui est fons vitæ, nunquam deficiens: et ideo qui ex ea bibit, non sitiet in æternum; sicut qui haberet in ventre fontem aquæ vivæ, non sitiret unquam. Alia ratio est², quia differentia est inter rem spiritualem et temporalem: licet enim ultraque generet sitim, tamen aliter et aliter: quia res temporalis habita, causat quidem sitim non sui ipsius, sed alterius rei: spiritualis vero tollit sitim alterius rei, et causat sui ipsius sitim. Cujus ratio est, quia res temporalis antequam habeatur, estimatur magni pretii et sufficiens; sed postquam habetur, quia nec tanta nec sufficiens ad quietandum desiderium inveni-

¹ Al. : « propter. »

² Al. : « cœli. »

³ Al. omittitur: « est. »

tur, ideo non satiat desiderium, quin ad aliud habendum moveatur. Res vero spiritualis non cognoscitur nisi cum habeatur. Apocal. II, 17 : *Nemo novit nisi qui accipit.* Et ideo non habita, non movet desiderium; sed cum habetur et cognoscitur, tunc delectat affectum et movet desiderium, non quidem ad aliud habendum; sed quia imperfecte percipitur propter recipientis imperfectionem, movet ut ipsa perfecte habeatur. Et de hac siti dicitur in Psal. XI, 3 : *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum.* Sed hæc siti in mundo isto usquequa non tollitur, quia bona spiritualia perfecte¹ in vita ista percipere non possumus; et ideo qui biberit ex hac aqua, adhuc quidem sicut sit in æternum, quasi ipsa aqua deficiat: quia, ut dicitur in Psal. XXXV, 9, *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* In vita autem gloriæ, ubi beati perfecte bibunt aquam divinæ gratiæ, non sicut in æternum. Matth. V, 6 : *Beati qui suriunt et sitiunt justitiam scilicet in mundo isto, quia saturabuntur in vita gloriæ.*

4. Consequenter cum dicit, *Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam,* ostendit doctrinam suam esse aquam vivam ex motu ipsius aquæ: unde dicit, quod est fons decurrens, Psal. XLV, 5 : *Fluminis impetus latificavit civitatem Dei.* Sed alius est cursus aquæ materialis, scilicet deorsum, alius istius spiritualis, quia dicit sursum: et ideo dicit: Dico, quod talis est aqua materialis quod non tollit sitim: sed aqua quam ego do, non solum sitim aufert, sed est viva: quia est conjuncta fonti: unde dicit, quod *fiet in eo fons:* fons, inquam, perducens per bono opera ad vitam æternam. Ideo dicit, *Aqua salientis, idest saline facientis, in vitam æternam,* ubi non est sitim. Infra VII, 38 : *Qui credit in me, flumina, scilicet bonorum desideriorum, de ventre ejus² fluent aquæ viveæ.* Psalm. XXXV, 10 : *Apud te est fons vite.*

5. Consequenter cum dicit, *Dixit ad eum mulier,* agitur de petitione doni: et primo

ponitur modus percipiendi ipsum donum; secundo convincitur mulier, ibi. *Dixit ei Jesus Bene dixisti etc.* Modus percipiendo, ut dictum est, est per orationem et petitionem et ideo primo ponitur petitio mulieris; secundo responsio Christi, ibi, *Dixit ei Jesus. Vade etc.* Quantum ad primum notandum, quod mulier ista in exordio collationis mutua, Christum non vocavit Dominum, sed simpliciter Judæum, dicens: *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis?* hic vero statim cum auditum fore sibi utilem, et aquam dare posse, Dominum eum vocat: unde *dixit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam.* Quia enim hoc carnaliter intelligebat, et duplice corporali necessitate tenebatur, scilicet sitiæ, et laboris, veniendo ad puteum, et portando: ideo aquam petens, hæc duo allegat, dicens quo ad primum. *Ut non sitiam;* et quo ad secundum, *Negue veniam huc hauiire.* Naturaliter enim homo labore refugit. Ps. LXXXI, 5 : *In labore hominum non sunt.*

6. *Dixit ei Jesus Vade,* et hic ponitur responsio Domini. Sed sciendum est, quod Dominus respondebat spiritualiter: sed mulier intellexit carnaliter: et ideo potest hoc duplice exponi. Uno modo secundum Chrysostomum, qui dicit, quod Dominus volebat dare aquam spiritualis doctrinæ non sibi soli, sed specialiter viro suo: quia, ut dicitur I Corinth. XI, 3, *caput mulieris vir;* et ideo voluit ut precepta Dei ad mulieres per virum devinirent. I Corinth. XIV, 15, dicitur quod *si mulier aliquid addiscere vult, domi virum interroget.* Et ideo dicit, *Vade, voce virum tuum, et veni huc:* et tunc cum eo et per eum dabo tibi. Alio modo, secundum Augustinum, exponitur mystice. Nam sicut de aqua Dominus figurative loquebatur, ita de viro. Vir autem iste, secundum Augustinum, est intellectus: nam voluntas parit et concipit a vi apprehensiva movente eam: unde voluntas est sicut mulier; ratio vero movens voluntatem est vir ejus. Quia ergo mulier, idest voluntas prompta erat ad recipientum, sed non movebatur ab intellectu et

¹ Parv. omittit: perfecte.

² Al.: « flumina de ventre ejus, scilicet bonorum desideriorum, / de ventre ejus. »

ratione ut specialiter hoc intelligeret, sed adhuc sub sensu detinebatur; ideo Dominus dixit ei: *Vade, tu sensualis, voca virum tuum;* idest, rationabilem intellectum advoca, quo spiritualiter et intelligentibiter intelligas quod modo carnaliter sapis; *et veni hic,* intelligendo dicta ratione.

17. *Respondit mulier, et dicit,* ex hie convincitur a Christo mulier. Et primo ponitur ejus responsio; secundo contestatio qua convincitur a Christo, ibi, *Bene dixisti.* Circa primum sciendum est, quod mulier terpitudinem suam occultare volens, et Christum sicut purum hominem credens, licet verum responderit Christo, tamen sicut et occulce dedecus suum tacebat: quia, secundum quod dicitur Eecl. ix, 10¹, *Mulier fornicari quasi stercus in via conculeabatur.* Et ideo respondit et dixit: *Virum non habeo:* et verum erat: quia licet ante plures habuerit, scilicet quinque, nunc vero non² legitimum habebat virum, sed euidam adhucaserat, et ideo convincitur a Domino.

8. Unde dicit: *Dixit ei Jesus: Bene dixisti quia non habeo virum,* scilicet legitimum: *quinque enim viros habuisti,* ante ipsum; *et nunc quem habes,* idest hoc modo interis ut viro, *non est tuus vir:* *hoc vere dixisti:* quia virum non habes. Ideo autem dixit ei Dominus ea quae ab ea non didicerat, et occulta sibi videbantur, ut mulierem ad spiritualem intelligentiam reducat et credit, in Christo aliquid divinum esse.

Mystice autem quinque viri sunt quinque libri Moysi, quia Samaritani, ut dictum est, eos recipiebant; et ideo dicit: *Quinque enim viros habuisti;* *et nunc quem habes,* idest quem audis, scilicet Christum, *non est tuus vir,* quia non credis Sed, ut dicit Augustinus, haec expositione non est bona: quia mulier ista dimisit quinque viris, venit ad hunc quem habebat: sed isti qui veniunt ad Christum non dimiserunt quinque libros Moysi. Et ideo alter dicendum, quod *quinque viros habuisti,* idest quinque sensus, quibus

usque modo utebaris; sed hunc quem habes, scilicet rationem errantem, qua spiritualiter dicta adhuc carnaliter intelligis, *non est tuus vir,* legitimus, sed adulterus; et ideo tolle istum³ adulterum errorem, qui te corrumpt, et *voca virum tuum,* idest intellectum, ut intelligas me.

8. *Dicit ei mulier etc.* Hic agitur de petitione qua dominum acquiritur, que est oratio. Et primo ponitur questio mulieris de oratione; secundo responsio Christi, ibi, *Dixit ei Jesus, Mulier crede mihi.* Circa primum duo facit mulier. Primo confitetur idoneitatem Christi ad respondendum quaestioni; secundo quaestione proponit, ibi, *Patres nostri in monte hoc adoraverunt etc.* Mulier autem ista auditis que Christus de occultis ei manifestaverat, quem usque modo purum hominem credidit, nunc Prophetam confitetur, idoneum ad satisfaciendum de dubiis. Hoc est proprium Prophetarum, ut absentia et incognita annuntient. I Reg. ix, 9: *Qui olim dicebatur Videns⁴, nunc dicitur Propheta.* Et ideo dicit: *Domine, ut video, Propheta es tu;* quasi dicat: In hoc quod occulta mihi dicas, ostenderis Propheta. In quo, secundum Augustinum, patet quod cœpit ad eam venire vir, sed non plene venit: quia Dominum Prophetam putabat: licet enim Propheta esset, Matth. xii, 57: *Non est Propheta sine honore nisi in patria sua:* tamen erat plusquam Propheta, quia Prophetas ipse constituit. Sap. vii, 27: *In animas sanctas per nationes se transfert, amicos Dei et Prophetas constituit.* Consequenter ponit quaestione de oratione, dicens: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt;* *et vos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet.* In quo admiranda est mulieris diligentia: quia mulieres, utpote curiosæ et infructuosæ, et non solum infructuosæ, sed et otiosæ, I Tim. v, non de mundanis, non de futuris cum interrogabat, sed de his quæ Dei sunt; secundum illud Matth. vi, 33: *Primum quare regnum Dei.* Et movet primo quaestione de his quæ in terra illa ho-

¹ Al.: « quia hoc illud quod dicitur in Prov. »

² Al. omittitur: « non. »

³ Al.: « justum. »

⁴ Al.: « Judæus. »

mines movere consueverant, scilicet de loco orationis, de quo quæstio vertebatur inter Judæos et Samaritanos; et hoc est quod dicit: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis etc.*

Circa quod sciendum est, quod Samaritani secundum legis mandata Deum colentes, fecerunt templum, in quo cum adorarent, non cuntes in Hierusalem propter Judæos eis infestos: quod quidem templum fecerunt in monte¹ Garizim, Judæi vero in monte Sion. Unde quæstio vertebatur inter eos quis istorum montium esset convenientior locus orationi; et utrique adducebant rationes pro parte sua: Samaritani quidem dicebant magis in monte Garizim esse adorandum, quia antiqui patres adoraverunt ibi Dominum; et ideo dicit: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt.*

Sed quomodo dicit mulier, *Patres nostri*², Patres isti possunt intelligi illi qui circa Abraham sunt; nam aiunt, secundum Chrysostomum, Abraham in monte illo filium obtulisse; licet alii dicant quod hoc fuit in monte Sion, de quo habetur Gen. xxu. Vel potest dici, quod *patres nostri* intelliguntur Jacob et filii ejus, qui, ut habetur Gen. xxxiii, et dictum est supra, habitavit in Sichem, quæ est sita juxta montem Garizim, et forte ibi adoraverunt in monte Dominum. Vel potest dici, quod filii Israel adoraverunt in monte hoc, quando Moyses præcepit ut ascenderent in montem Garizim, ad benedicendum servabitibus mandata Domini, ut dicitur Deut. vi.

³ Judæi autem dicunt orandum esse in Hierusalem, auctoritate Domini, qui præcepit Deut. xi, 13: *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem viseris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus:* qui quidem orationis locus primo fuit in Silo, postea vero auctoritate Salomonis et Nathan Prophetæ, area Dei por-

tata est de Silo in Hierusalem, et ibi factum est templum, secundum illud Psal. lxxvii, 60: *Repulit tabernaculum Silo.* Et postea sequitur: *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit.* Sic ergo Samaritani adducebant pro se auctoritatem patrum; Judæi vero auctoritatem Prophetarum, quos Samaritani non recipiebant. Hanc⁴ ergo quæstionem mulier proponit: nec est mirandum a quo docta fuerit, quia communiter contingit ut in terris in quibus diversa sunt dogmata, etiam simplices in eis sint instructi. Unde, quia Samaritani fuerant in continuo jurgio cum Judæis, ideo mulieres et simplices in materia ista edocti erant.

41. Consequenter cum dicit, *Dixit ei Jesus etc.*, ponitur responsio Christi. Et primo distinguit trinam orationem; secundo comparat eas adinvicem, ibi, *Vos adoratis quod nescitis.* Circa primum reddit primo mulierem attentam, utpote grandia locuturus, dicens, *Crede mihi, et fidem adhibe,* quia ubique opus est fide. Heb. xi, 6: *Accedentes ad Deum oportet credere.* Isaï, vii, 9: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Secundo proponit trinam adorationem, quarum duas jam erant, alia vero expectabatur futura. Duarum autem quæ erant, una erat Samaritanorum, qua orabant in monte Garizim; et hanc exprimit dicens: *Venit hora quando negue in monte hoc,* scilicet Garizim, *adorabitis.* Alia est Judæorum qua orabant in monte Sion, scilicet in Hierusalem; et hanc exprimit dicens, *Neque in Hierusalem.* Tertia est futura, quæ expectatur, quæ est alia ab istis, et hanc insinuat excipiendo utramque adorationem: nam si veniat hora quando adorabant, non tam in monte Garizim neque in Hierusalem, manifestum est quod erit tertia adoratio⁵ aliqua qua adorabunt. Et quidem oportebat quod adoratio Christi evanescat utrorumque adorationem. Nam

¹ In Cod.: Garitemi quodam sed intra in eodem codice: Garizim.

² Parm.: cum Samaritani non essent ex semine Israel? Ad hoc est responsio, secundum Chrysostomum, quod aliqui dicunt Abraham in monte illo filium obtulisse: alii autem in monte Sion, ut.

³ Parm. addit: Et vocat istos patres sños, vel

propter legem datum illis Israel, quam servabant Samaritani, vel propter terram eorum quam inhabebant, ut dictum est supra.

⁴ Al.: e in montem.

⁵ Al.: e nunc.

⁶ Parm. omittit: aliqua qua adorabunt. Et quidem oportebat quod adoratio Christi evanescat.

si aliquis vellet duos populos in unum conjungere, oporteret in utroque removiri illud in quo ab invicem dissiderent, et aliquid eis commune in quo conveniant, concedere. Christus ergo volens conjungere Iudeos et Gentiles, removit a Iudeis ceremonias, et a Gentibus idolatriam, quae duo erant sicut paries unus in quo uterque ad invicem dissidebant, et fecit ex utroque populo unum populum, secundum illud Ephes. ii, 14 : *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Sic ergo cessavit ceremonialis cultus, et idolatrii gentium, et sic introductus est verus Dei cultus a Christo.

Mystico autem, secundum Origenem¹, per tres adorationes intelliguntur divinae sapientiae tres participationes. Quidam namque participant eam obnubilantes tenebris erroris, et isti adorant in monte: quia omnis error ex superbia causatur. Hier. li, 25 : *Ecce ego ad te mons pestifer.* Quidam vero participant ipsam divinam sapientiam sine errore, sed imperfecte, quia in speculo et aenigmate; et isti adorant in Hierusalem quae significat praesentem Ecclesiam. Psal. cxlvii, 2 : *Aedificans Hierusalem Dominus etc.* Beati vero et sancti participant illam sine errore perfecte, quia vident Deum sicuti est, ut dicitur I Joan. iii. Et ideo dicit, *Venit hora, idest expectabitur, quando neque in erroribus, neque per speculum et in aenigmatis participabitis divinam sapientiam; sed sicuti est.*

42. Consequenter cum dicit, *Vos adoratis quod nescitis*, comparat praedictas adorationes ad invicem: et primo comparat secundam ad primam; secundo tertiam ad primam et secundam, ibi, *Sed venit hora.* Cira primum tria facit. Primo ostendit defectum primas adorationis; secundo veritatem secundas; tertio rationem utrinque assignat. Quantum ad primum dicit: *Vos adoratis quod nescitis.*

Sed videtur² alieni quod Dominus explicare debuissest veritatem questionis, et rationem mulieris exsolvare. Sed Dominus

de hoc non curat, quia ultraque adoratio cessare debebat.

Quantum autem ad hoc quod dicit, *Vos adoratis*, sciendum est, quod Philosophus dicit: Aliter³ est cognitio in rebus compositis, et aliis in simplicibus: nam composita quidem possunt quantum ad aliquid cognosci, ita ut quantum ad aliquid in eis remaneant incognita: nude potest de his haberi falsa cognitio: sicut si aliquis habens veram cognitionem de animali quantum ad ejus substantiam, tamen potest errare circa cognitionem accidentis, utrum scilicet sit album vel nigrum; et differentia, utrum scilicet sit alatum vel quadrupes. In simplicibus autem nullo modo potest esse falsa cognitio: quia aut perfecte cognoscuntur, in quantum scitur eorum quidditas: aut nullo modo cognoscuntur, si non possit ad eam attingi. Cum ergo Deus sit omnino simplex, non potest de eo haberi falsa cognitio per hoc quod aliquid de eo sciatur et aliquid nesciatur, sed per hoc quod non attingitur nescitur⁴. Unde quicumque credit Deum esse aliquid quod non est, puta corpus, vel aliquid hujusmodi, non adorat Deum, quia nescit eum, sed aliquid aliud. Samaritani autem falsam opinionem habebant de Deo dupliciter. Primo, quia aestimabant eum esse corporeum, nude et credebat ipsum in uno loco corporeo tantum determinate ibidem adorari oportere. Deinde, quia non credebant eum esse super omnia, sed aequaliter aliquibus creaturis: unde simul cum eo et idola adorabant, quasi sibi aequalia. Et ideo nesciebant eum, quia non attingebant ad veram cognitionem ejus: et ideo dicit Dominus: *Vos adoratis quod nescitis*, idest, non adoratis Deum, quia nescitis ipsum; sed phantasiam vestram, qua alignid apprehenditis ut Deum. Ephes. iv, 17 : *Sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui etc.*

Quantum vero ad secundum, scilicet quantum ad diversitatem adorationis Iudeorum, dicit: *Nos adoramus quod sci-*

¹ Al. omittitur: « secundum Origenem. »

² Al.: « videbatur. »

³ Al.: « alia. »

⁴ Parm. omissit: nescitur.

*mus. Et connumerat se Iudeis, quia et Iudeus erat secundum gentem, et etiam mulier opinabatur eum Prophetam Iudeum; et ideo dicit¹: *Nos odoramus quod scimus*: quia Iudei per legem et Prophetas veram cognitionem seu aestimationem de Deo habebant, in hoc quod non credebat ipsum esse corporeum, nec in uno loco determinato esse; quasi ejus majestas a loco capi possit. III Reg. viii, 27: *Si enim cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam adificavi?* Nec etiam idola colebant; et ideo in Psal. LXXV, 2, dicitur: *Notus in Iudea Deus. Rationem autem hujus assignat cum dicit: Quia salus ex Iudeis est;* quasi dicat: Ideo vera notitia de Deo habebatur solum a Judeis, quia futurum erat quod salus ex Judeis proveniret: et sicut principium sanitatis debet esse sanum, ita principium salutis, quae habetur per Dei veram cognitionem et verum cultum, oportet veram cognitionem de Deo habere: et ideo, quia ex eis principium salutis et causa, scilicet Christus, provenire debebat, secundum illud Gen. xxii, 18: *In semine tuo benedicem omnes gentes*: oportet Deum notum esse in Iudea. Provenit autem ex Judeis salus tripliciter. Primo quantum ad doctrinam veritatis: quia omnes gentes erant in erroribus; Iudei autem in veritate permanebant. Rom. iii, 2: *Quid amplius est Iudeo?... Quia tradita sunt eis eloquia Dei.* Secundo quantum ad spiritualia dicta: nam prophetia, et alia dona Spiritus sancti, prius eis data fuerunt, et ex eis devenerunt ad alios. Rom. xi, 17: *Tu, scilicet gentilis, cum essem oleaster, insertus es in illis, scilicet Iudeis.* Rom. xv, 27: *Nam si spiritualium eorum, scilicet Iudeorum, participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare illis.* Tertio quantum ad ipsum salutis auctorem, quia ex eis processit secundum carnem. Rom. ix, 8: *Ex quibus Christus est secundum carnem.**

43. Consequenter cum dicit, *Sed venit hora etc.*, comparat aliam adoracionem duabus primis: et primo ponit eminentiam ejus ad alias; secundo praeminentiam

tie convenientiam, ibi, *Nam et Pater tales querit.* Sed attendendum est circa primum, secundum Origenem, quod supra loquens de tertia adoratione, cum dixit, *Venit hora quando non in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis Patrem*, non addidit Dominus. *Et nunc est;* hic vero de ipsa loquens, dicit, *Venit hora, et nunc est:* quia tunc locutus est adoratione in patria, secundum quam perfectam Dei cognitionem participabimus, quæ nondum viventibus in hac carne mortali venit; hic vero loquitur de ea quæ est in vita ista, quæ jam venit per Christum: et ideo dicit: *Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.* Quod potest legi primo quidem, secundum Chrysostomum, ut per hoc totum ostendatur eminentia istius adorationis et adorationem Iudeorum, ut sit sensus: sicut adoratio Iudeorum præminent adoracioni Samaritanorum, ita adoratio Christianorum præminent ei quæ est Iudeorum; et hoc in duobus. Primo, quia illa est secundum carnales ceremonias: Hebr. ix, 10: *In justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis:* hæc vero est secundum spiritum. Secundo vero, quia illa est secundum signas: nam Deo illæ victimæ, secundum quod sunt res quædam, non placebant: unde in Psal. xlix, 13, dicitur: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Et alibi, Psal. l, 18: *Sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis,* in quantum scilicet sunt res quædam: sed delectabatur in eis inquantum erant figura veræ victimæ, et² veri sacrificii. Hebr. x, 4: *Umbra habet lex futurorum bonorum, non rerum ipsam imaginem etc.* Haec autem adoratio est in veritate, quia ipsa secundum se Deo placet. Supra i, 17: *Gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Et ideo quantum ad primum dicit, quod veri adoratores adorabunt in spiritu, non in ceremoniis carnalibus; quantum ad secundum dicit, *In veritate, non in figura.* Secundo potest legi quod Dominus per hæc duo quæ di-

¹ Parmi omittit: et ideo dicit.

² Al.: « veteris. »

cit, scilicet, *In spiritu et veritate*, vult estendere differentiam huius adoracionis, non tantum ad illam Iudaorum, verum etiam ad eam que erat Samaritanorum. Ad illam quidem Iudaorum, per hoc quod dicitur, *Et veritate*: nam illa, ut dictum est, cum errore erat, quia adorabant quod nesciebant; ista vero est cum vera Dei cognitione. Tertio modo legitur ut per hoc quod dicit, *In spiritu et veritate*, ostendatur conditio verae adoracionis. Ad hoc enim quod adoratio vera sit, duo requiruntur. Unum, quod sit spiritualis: unde dicit in spiritu, idest in fervore spiritus. 1 Corinth. xiv, 25: *Orabo spiritu, orabo et mente*. Ephes. v, 19: *Psallentes in cordibus vestris Deo*. Aliud, quod sit in veritate. Primo quidem fidei, quia nullus fervor spiritualis desiderari est ad merendum idoneus, nisi adsit veritas fidei. Jac. 1, 6: *Postulat autem in fide nihil hesitans*. Secundo vero in veritate, idest sine fictione et simulatione: contra quod dicitur Matth. vi, 5: *Amant in angulis orare, ut videantur ab hominibus*. Sie ergo ad ipsam orationem requiruntur fervor caritatis quantum ad primum, et veritas fidei quantum ad secundum, et rectitudo intentionis quantum ad tertium. Sed dicit *Patrem*, quia adoratio legis non erat Patris, sed Domini. Nos adoramus ut filii per amorem, illi vero adorabant ut servi per timorem. Sic ergo hoc quod dicit *veri*, opponitur contra tria, secundum dictas expositiones. Primo contra falsum adoracionis ritum Samaranorum. Ephes. iv, 25: *Deponentes mendacium, loquimini veritatem*. Secundo contra vanum et transitoriuum quod erat in ceremoniis carnalibus. Psal. iv, 3: *Ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?* Tertio contra figurale. Supra 1, 17: *Gratia et veritas per Jesum Christum facta est*.

14. Consequenter, cum dicit, *Nam et Pater tales querit*, ostendit convenientiam tertiae adoracionis ex duobus. Primo ex voluntate et acceptione ejus qui adoratur; secundo ex ipsis natura, ibi, *Spiritus est Deus*. Circa primum sciendum est, quod ad hoc quod homo mereatur quod petit accipere, ea debet petere quae non sint contra voluntatem

dantis, et eo modo quo acceptum est danti; et ideo cum oramus Deum, esse debemus quales Deus querit: *Dens autem tales querit, qui scilicet eum adorent in spiritu et veritate, et in fervore caritatis, et veritate fidei*. Deut. x, 12: *Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, ut bene sit tibi?* Mich. vi, 8: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Deus requirit a te; utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et solicitudinem ambulare cum Deo tuo*.

14. Hoc autem ostendit ex natura ipsius, dicens: *Spiritus est Deus*: nam, sicut dicitur Eccli. xiii, 19, *Omne animal diligit sibi simile*. Ergo Deus intantum diligit nos, inquantum ei assimilamur; sed non assimilamur ei secundum carnalia, quia est incorporeus, sed secundum spiritualia, quia *Deus spiritus est*. Ephes. iv, 23: *Renovamini spiritu mentis vestrae*. Hoc autem quod dicit, *Spiritus est Deus*, denotat in Deo incorporeitatem. Luc. ult. 39: *Spiritus carnem et ossa non habet*. Item vivificationem, quia tota vita nostra est a Deo, ut a principio effectio. Est etiam Deus veritas. Infra xiv, 6: *Ego sum via, veritas, et vita*: et ideo in spiritu et veritate oportet adorare eum.

15. Consequenter cum dicit, *Dixit ei mulier etc.*, agitur hic de datore doni: quod respondeat ei quod Dominus dixerat: *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, petisses utique*. Primo ponitur confessio mulieris; secundo doctrina Christi, ibi, *Ego sum qui loquor tecum*. Circa primum duo facit: primo enim profiteretur mulier fidem Christi venturi; secundo perfectiorem doctrinam ejus, ibi, *Cum ergo venerit, ille annuntiabit nobis omnia*. Sciendum est ergo, quod mulier eorum quae dicta sunt altitudine fatigata, obstupuit, et ea capere non valens, dicit: *Scio quia Missus venit, qui dicitur Christus*; quasi dicat: Ista verba non capio; sed veniet tempus quando veniet Messias, et tunc sciemus omnia ista: Messias enim hebraice, unctus latine, graece Christus est. Scie-

bat autem mulier ista Messiam venturum, edocta per libros Moysi, nbi Christi adventus prænuntiatus est. Gen. penult. 10 : *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est*¹. Sicut autem Augustinus dicit, haec est prima locutio mulieris in quo nominat Christum : ut det intelligere, quod post quinque sensus corporeos, jam inciperet redire ad virum legatum.

16. Illic autem Messias cum venerit, perfectam doctrinam proponet, cum dicit : *Cum ergo venerit, ille annuntiabit nobis*. Et hoc prædixerat Moyses, Deut. xviii, 18 : *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem eis; et ponam verba mea in ore ejus, loquereturque ad eos omnia que præcepero illi*. Et quia jam advocaverat mulier ista virum suum, intellectum scilicet et rationem, ideo Dominus aquam doctrinae spiritua-

lis ei propinat, opportune² manifestando se ei.

17. Et ideo dicitur : *Dixit ei Jesus : Ego sum qui loquor tecum, scilicet Christus*. Sap. vi, 14 : *Præoccupat eos qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat*. Infra xiv, 21 : *Ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum*. Non autem Deus manifestavat se mulieri a principio : quia forte credidisset, et visum fuisset sibi ex vanitate loqui. Nunc autem pauperrim in cognitione Christi eum reducens, opportune revelavit se ipsum. Prov. xxv, 11 : *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo*. Et quidem interrogatur a Phariseis, utrum esset Christus, infra x, 24 : *Si tu es Christus, die nobis palam : et tamen eis non se manifeste revelavit, quia non ad discendum quarebant, sed pro injurando*³. Haec vero simplici mente loquebatur.

LECTIO III

1. *Et continuo venerunt discipuli ejus ; et mirabantur, quia cum muliere loquebatur*. Nemo tamen dixit : *Quid queris, aut quid loqueris cum ea?* Reliqui ergo hydram suam mulier, et abiit in civitatem. 2. Et dicit illis hominibus : Venite et videte hominem, qui dixi mihi omnia quaeunque feci. Numquid ipse est Christus ? Exierunt ergo de civitate, et veniebant ad eum. 3. Interea rogabant eum discipuli, dicentes : Rabbi, manduca. 4. Ille autem dixit eis : *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis*. 5. Dicebant ergo discipuli ad invicem : Numquid attulit ei manducare ?

1. Posita doctrina de aqua spirituali, hic agit de effectu ipsius doctrinae : et primo proponit ipsum effectum ; secundo ipsum effectum manifestat, ibi, *Interea rogabant eum discipuli ejus*. Effectus autem huius doctrinae est fructus proveniens ex parte fidelium ; et ideo prima ponitur fructus proveniens ex parte discipulorum admirantium ; secundo fructus proveniens ex parte mulieris virtutem Christi annuntiantis, ibi, *Reliqui ergo hydram suam mulier*. Tria autem ponuntur quantum ad discipulos : scilicet eorum redditus ad Christum : unde dicit : *Et continuo ve-*

*nerunt discipuli ejus : et, ut dicit Chrysostomus, satis opportune, postquam se Christus mulieri manifestavit, discipuli occurrerunt, ut ostendatur⁴, omnia tempora, divina providentia dispensari. Sap. vi, 8 : *Unamquodque fecit Deus, quia pusillum et magnum ; et aequaliter est ei cura de omnibus... et in omni providentia occurret illis*. Eccl. viii, 6 : *Omni negotio tempus est et opportunitas*. Secundo ponitur eorum admiratio de Christo : unde dicit : *Et mirabantur, quia cum muliere loquebatur*. Mirabantur quidem bonum ; sed non suspicabantur malum, ut Augustinus dicit. Mirabantur autem duo. Primo quidem superabundantem Christi mansuetudinem et humilitatem : quia Dominus orbis terrarum dignatus est cum inope muliere loqui, et duci, datus in hoc nobis exemplum humilitatis. Eccl. iv, 7 : *Congregationi pauperum affabilem te facito*. Secundo quia cum Samaritana et alienigena loquebatur, nescientes mysterium, quod mulier*

¹ Al. : « qui mittitur. »

² Parv. : optime.

³ Parm. : ad tentandum.

⁴ Al. : « ostendant. »

typum Ecclesia gentium gereret, quia in quaerebat qui venit quarrere et salvum facere quod perierat : Luc. xix, 10. Tertio ponitur eorum reverentia ad Christum, quae ostenditur ex taciturnitate eorum. In hoc enim ostendimus reverentiam ad Deum quando facta ejus discutere non audemus. Prov. xxv, 2 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Et ideo dicit, quod licet mirarentur, nemo tamen dixit : *Quid queris, aut quid loqueris cum ea?* Ecol. xxxii, 9 : *Audi tacens, et pro reverentia accedit tibi bona gratia.* Sed tamen sic eruditi erant discipuli ordinem servare, ex reverentia et timore filiali ad Christum, ut aliquando quidem confidenter eum interrogent de his¹ quæ ad eos pertinebant : scilicet quando Christus aliqua proponebat ad eos pertinentia, quæ eorum capacitatem transcendebant : Ecol. xxxii, 10 *Adolescens, vix loquere in causa tua :* aliquando vero eum non interrogent, in his² scilicet quæ ad eos non pertinebant, sicut hic.

Consequenter cum dicit, *Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abiit in civitatem,* ponitur fructus proveniens ex parte mulieris, officium Apostolorum annuntiando assumentis : et ponuntur tria, quæ colligi possunt ex dictis et factis ejus scilicet devotionis affectus ; secundo prædicationis modus, ibi, *Dicit illis hominibus : Venite, et videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecunque feci ;* tertio prædicationis effectus, ibi, *Et exierunt de civitate, et veniebant ad eum.* Affectus autem mulieris appetit ex duobus. Primo ex hoc quod præ magnitudine devotionis, illud pro quo specialiter venerat ad fontem, quasi obliterata, dereliquerat scilicet aquam³ : unde dicit, quod *reliquit mulier hydriam suum, et abiit in civitatem,* annuntiare scilicet magnalia de Christo, non curans de corporeo commodo propter utilitatem aliorum : in quo sequitur Apostolorum exemplum, qui, ut dicitur Matth. iv, 20 : *Relictis retibus, secuti sunt Dominum.* Per hydriam autem intelligitur cupiditas sæculi, per quam de pro-

fundo tenebrarum, cuius imaginem pudent gerit, idest de terrena conversatione homines hauriunt voluptates. Qui ergo cupiditas sæculi propter Deum derelinquit, hydram derelinquit. II Tim n, 4 : *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Secundo vero apparet ex multitudo eorum quibus annuntiat : quia non uni tantum, nec duobus vel tribus, sed toti civitali : unde *abiit in civitatem :* in quo significatur Apostolorum officium, quibus commitit Dominus, Matth. ult. 19 : *Euntes docete omnes gentes, Infra, xv, 16 : Posui vos ut eatis, et fructum afferatis.*

2. Prædicationis autem modus innuitur cum dicit : *Et dicit illis hominibus etc., ubi primo invitat ad Christi visionem cum dicit : Venite, et videte hominem.* Audierat enim mulier ista a Christo, quod ego sum Christus ; sed non statim dixit quod venirent ad Christum, seu crederent, ne daret occasionem blasphemandi ; et ideo a principio dixit ea de Christo quæ credibilia erant et in protapulo, scilicet quod esset homo. Phil. ii, 7 : *In similitudinem hominum factus.* Nec dixit, Credite : sed *venite et videte :* quia manifeste noverat, quod si gustarent de illo fonte, cum videndo, eadem paterentur quæ et ipsa. Psal. lxv, 16 : *Venite, et narrabo quanta fecit animæ meæ.* Nihilominus tamen in hoc veri prædicatoris imitatur exemplum, non ad se homines, sed ad Christum vocando. II Cor. iv, 5 : *Non prædicamus nosmetipsos, sed Christum.* Secundo ponit divinitatis Christi indicium, cum dicit : *Qui dixit mihi omnia quaecunque feci,* scilicet quod viros habuerat. Hoc enim est divinitatis officium et indicium quod occulta et secreta cordum manifestet : et licet illa quæ fecerat, ad confusionem suam pertinerent, nihilominus tamen non est verecundata referre : nam, ut Chrysostomus dicit, anima enim ignita fuerit igne divino, ad nihil eorum quæ sunt in terra de reliquo respicit, neque ad gloriam nec ad verecundiam ; sed ad illam solam, quæ detinet eam, flammam. Tertio autem con-

¹ Al. : aliquando quidem, confidenter eum interrogant, idest de his etc.

² Al. : « interrogare. »

³ Parm. addit : et hydriam.

cludit Christi majestatem, dicens : *Numquid ipse est Christus?* Neu est ausa asserendo ostendere quod esset Christus, ne videretur alios velle docere : et ipsi ex hoc irati exire ad eum nolent. Negne tamen totaliter hoc siluit ; sed sub quaestione, quasi hoc eorum iudicio committens, proposuit dicens : *Nunquid non ipse est Christus?* Ille enim facilior modus est suadendi.

Per hanc autem mulierem, qua infima conditionis est, signatur Apostolorum praedicantium modus : quia ut dicitur I Corinthus. i, 26, non multi sapientes, non multi potentes secundum carnem... sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Unde Prov. ix, 3, ipsi Apostoli ancillæ dicuntur ; *Misit* inquit, sapientia divina, scilicet Filius Dei, *ancillas suas, scilicet Apostolos, vocare ad arcem.* Fructus autem praedicationis ponitur ibi, *Et exierunt de civitate, ad quam iverat mulier, et veniebant ad ipsum, scilicet Christum :* in quo datur intelligi, quod si ad Christum ire volumus, oportet nos exire de civitate ; id est, amorem carnalis cupiditatis deponere, Hebre. xii, 13 : *Excamus ad eum extra castra, impropterum ejus portantes.*

3. Consequenter cum dicit, *Interea rogabant eum discipuli etc.*, manifestatur effectus spiritualis doctrinae : et primo per doctrinam Christi ad discipulos ; secundo per effectum operis in alios, ibi, *Ex civitate autem illa multi credidérunt.* Circa primum duo facit. Primo ponitur occasio manifestationis hujus fructus ; secundo ponitur ipsa manifestatio, ibi, *Ille autem dicit eis : Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Occasio autem manifestationis sumitur ex instantia discipulorum, ad hoc ut Christus manducaret : ideo dicit : *Interea* ; id est, inter mulieris verba et locutionem Christi cum ea, et inter tempus adventus Samaritanorum : *rogabat eum, scilicet Christum, discipuli ejus, dicentes : Rabbi, manduca :* arbitrantes hoc tempus fore aptum ad prandium, antequam multitudo eorum conenreret. Non enim eorum aliquo advena sibi escas proponabant :

unde dicitur Matth. vi, 6, quod tanta multitudo confluebat ad eum, quod non habebat tempus manducandi.

4. Hunc autem fructum manifestat, data sibi occasione dicens : *Ille autem dixit eis etc.* ubi primo ponit fructum figurata¹ locutione ; secundo innuit tarditas discipulorum ad intelligentem, ibi, *Dicebant ergo discipuli ejus ; tertio exponit Dominus quae dixerat ibi, Dicite eis Jesus : Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Fructus autem spiritualis doctrinae proponitur sub figura cibis et refectionis ; et ideo dicit : *Ego cibum habeo manducare.* Et sciendum, quod sicut refectio corporalis non est perfecta nisi cibo jungatur potus, et e converso ; ita etiam ad spiritualem refectionem utrumque haberi debet. Eccl. xv, 3 : *Cibavit illum Dominus pane vite et intellectus, ecce cibus, et aqua sapientia salutaris, ecce potus, potavit, illum.* Ideo congrue post poculi negotium, quo Samaritana potata fuerat, conveniens erat et de cibo disceptare : et sicut per aquam intelligitur sapientia salutaris, ita per cibum intelligitur operatio bona. Cibus autem iste quem Christus manducare habebat, est salus hominum, quam quarebat : ostendens per hoc quod dicit se cibum habere manducare, quantum desiderium habet salutis nostra : sicut enim nobis cum esrimus, concupiscibile est manducare, ita et salvare nos. Prover. viii, 31 : *Delicia mea sunt esse cum filiis hominum.* Et ideo dicit : *Cibum, id est conversionem gentium², habeo manducare quem vos nescitis :* quia non poterant adhuc præcognoscere conversionem gentium. Vel aliter, secundum Origenem, contingit sicut de cibo corporali, ita et de spirituali : non enim eadem quantitas omnibus sufficit, sed uni quidem major quantitas necessaria est, alteri minor ; et uni quidem sannum est quod alteri noet : eodem modo in spirituali refectione : non enim eadem qualitas seu quantitas doctrinae spiritualis adhibenda est singulis, sed secundum dispositionis congruitatem et capacitatem hominum. Nam, secundum Apostolum II

¹ Al. : « signata. »

² Al. . « id est gentium. »

Pet. ii, 2 : *Nuper geniti infantes rationabiles lac appetunt.* Perfectorum autem est solidus cibus : unde Origenes dicit, quod ille qui est altioris doctrinae, et alius in spiritualibus praest, potest hoc verbum dicere intrinsecus et debilioris intellectus existentibus : et sic Apostolus loquitur, 1 Cor. iii, 4 : *Tamquam puerulus in Christo, lac eobis potum dedi, non escam.* Et hoc multo amplius veridie Jesus dicere potest : *Cibum habeo manducare.* Infra. 16, 12 : *Multa habeo robis dicere, qua non potestis portare modo.* Tarditas autem intellectus discipulorum innuit ex hoc quod ea qua dixit Dominus de cibo spirituali, intelligebant de corporali adhuc enim et ipsi sine intellectu erant, secundum illud Math. xv.

5. Et ideo dicebant discipuli ad invicem etc. Non est ergo mirum, simillier illa Samaritana spiritualem aquam non intelligat : ecce enim quod discipuli Iudei spiritualem non intelligunt

escam. In hoc autem quod dicunt adinvicem : *Numquid aliquis attulit ei?* consuetudinem Christi debemus attendere : quia cibos ab aliis oblatos solebat accipere : non quod bonis nostris indigeret, quia *honorum nostrorum non indiget* ut dicitur in Psalm. xi, 2, nec esca hominum, quia dat escam omni carni.

Sed quare quaerebat, et ab aliis accipiebat? Propter duo. Primo ut dantes et afferentes meritum consequerentur : secundo, ut daret Christus exemplum, quod vacantes spiritualibus non erubescant paupertatem, nec grave putent ab aliis untriri. Proprium est enim doctoribus alios habere procuratores ciborum, ut ipsi de nullo curantes, verbi ministracionem solicite procurant, ut dicit Chrysostomus. Et hoc idem habetur in *Glossa* 1 Tim. v, 17 : *Qui bene præsunt presbyteri, duplice honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo et doctrina.*

LECTIO IV

1. Dicit eis Jesus : *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus.* 2. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis : Levate oculos vestros, et videte regiones, quia aliae sunt iam ad messem? Et qui metit, mercedem accepit, et congregat fructum in vitam aeternam : ut et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit. 4. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, et alius qui metit. 5. Ego misi vos mettere quod vos non laborastis. 6. Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis.

1. Posita tarditate intellectus discipulorum circa figuratam locutionem, hic consequenter Dominus¹ explanat eam : et primo ponit explanationem figuratae locutionis : secundo adhibet similitudinem, ibi, *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, et messis venit?* Circa primum sciendum est, quod sicut Christus supra explanavit mulieri, quod figuraliter ei proposuit de aqua, sic et Apostolis explanat quod figuraliter eis de cibo proposuit ; sed aliter et aliter : nam Apostolis tanquam capacioribus absque verbis

rum involutione expositionem statim proponit ; mulierem autem, utpote minus capacem, per multa verba ad veritatis cognitionem perducit. Hoc autem quod dicit, *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus,* satis rationabilem habet causam. Cum enim cibus corporalis sustentet hominem, et perficiat ipsum ; ille est spiritualis cibus animae, et creature rationalis quo sustentatur et perficitur. Hoc autem est ut conjungatur suo fini, et ut sequatur regulam superiorum ; quod David² intelligens dicebat, Psal. lxxii, 27 : *Mibi autem adhærere Deo bonum est.* Et ideo Christus, secundum quod homo, convenienter suum cibum esse dicit, ut Dei faciat voluntatem, et ut perficiat opus. Et haec quidem duo possunt intelligi ut unum ; ita tamen quod secundum sit expressio primi. Vel possunt intelligi ut aliud et aliud. Si autem intelligentur ut unum, tunc est sensus : *Meus cibus est*,

¹ Al. : « licet. »

² Al. : « de Deo. »

idest, in hoc est firmitas et sustentatio mea *ut factam voluntatem ejus qui misit me*, secundum illud Psal. xxxix, 9 : *Fa-*
cere voluntatem tuam, Deus meus, volui,
et legem tuam in medio cordis mei. Infra vi, 38 : *Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Sed quia facere voluntatem alienus intelligitur dupliceiter : uno modo ut faciat eum velle¹; alio modo ut opere compleat illud quod scit eum velle : ideo Dominus exponens quid sit facere voluntatem ejus qui misit eum, dicit : *Hoc scilicet est ut perficiam opus ejus;* idest, ut compleam opera quae scio eum velle. Infra ix, 4 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me donec dies est.* Si autem intelligatur ut aliud et aliud ; sic sciendum est, quod Christus duo fecit in mundo isto. Primo docuit veritatem, invitando, et vocando ad fidem : et in hoc complevit voluntatem Patris. Infra vi, 40 : *Huc est voluntas Patris qui misit me, ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam eternam.* Secundo consummavit ipsum veritatem, aperiendo per passionem suam in nobis januam vitae, dando potestatem pervenienti ad consummatam veritatem. Infra xvii, 4 : *Opus consummavi quod dedisti ut faciam.* Sic ergo dicit : *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me*, vocando homines ad fidem, *ut perficiam opus ejus*, perducendo eos ad perfectum. Vel, secundum Origensem, omnis homo qui bene operatur, ad duo debet dirigere suam intentionem, scilicet ad honorem Dei, et ad utilitatem proximi : quia, sicut dicitur I Tim. 1, 5 : *finis praecepti est caritas :* quae continet amorem Dei et proximi. Et sic quando aliquid facimus propter Deum, finis praecepti est Deus; quando vero propter utilitatem proximi, finis praecepti est proximus. Secundum hoc ergo dicit Christus : *Meus cibus est ut faciam voluntatem Dei*, idest ut intentionem meam dirigam et regulem in his quae sunt ad honorem Dei, *ut perficiam opus ejus*; idest, ea faciam quae sunt ad utilitatem et perfectionem hominis.

¹ Al. deest : « ejus. »

² Parv. : « ejus velle. »

³ Al. « esse. »

Sed contra : Dei perfecta sunt opera ; non ergo conuenienter dicitur opera perfici Dei. Respondeo dicendum, quod inter ceteras creaturas inferiores homo est specialis opus Dei, quia ad imaginem et similitudinem suam fecit illum. Gen. 1. Et hoc opus in principio quidem perfectum fuit, quia *Deus fecit hominem rectum*, ut dicitur Eccli. vii. Postmodum vero per peccatum hanc perfectionem amisit, et a rectitudine recessit. Et ideo ut hoc opus Domini perfectum esset, reparari indigebat : quod quidem perfectum est per Christum : quia dicitur Rom. v, 19 : *Sicut enim per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam justi consti-tuentur multi.* Sic Christus dicit : *Ut perficiam opus ejus*; idest, ut hominem ad perfectum deducam.

2. Consequenter cum dicit, *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit ? etc.*, ponit similitudinem. Sed attende, quod Christus a muliere potum petivit, dicens : *Da mihi bibere* : et ideo occasione hujus petitionis introduxit similitudinem de aqua. Illic vero discipuli inducunt Dominum ad manducandum : unde et occasione hujus introducit Dominus similitudinem de cibo spirituali : quia idem intelligitur per cibum et potum. Sic ergo sunt quidam a quibus Deus petit potum sicut a muliere ; quidam vero Deo offerunt potum. Sed cibum nullus Deo offert nisi prius petierit ab eo Deus : tunc enim Deo cibum spirituale offerimus quando ab eo possumus salutem nostram, cum scilicet petimus Matth. vi, 10 : *Fiat voluntas tua sicut in celo, et in terra.* Salutem ex nobis ipsis consequi non possumus nisi preventi a gratia praveniente, secundum illud Thren. ult. 31, *Converte nos Domine ad te⁴, et convertemur.* Ipse ergo prius petit⁵ qui per pravenientem gratiam nos petere facit. In hac autem similitudine primo agit de messe : secundo de messoribus, ibi, *Et qui metit, mercedem accipit.* Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinem de messe corporali ; secundo de

⁴ Al. omittitur : « ad te. »

⁵ Al. deest : « petit. »

messe spirituali, ibi, *Ecce dico vobis : Levate oculos vestros etc.* Per hoc autem quod dicit, *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit?* datur intelligi quod Christus statim post captionem Joannis de Iudea recessit, sicut dicitur Matth. iv, et transivit per Samariam; et quod hoc fuit in hieme: et Joannes similiter captus. Unde quia ibi tempestivius¹ messes perficiuntur², quatuor menses erant ab illo tempore usque ad messem. Dicit ergo: *Nonne vos dicitis, loquendo de messe corporali, quod adhuc quatuor menses sunt qui extant futuri, et messis venit?* idest, tempus collectionis messium. Sed *ecce dico vobis*, de spirituali messe loquens: *Levate oculos vestros, et videte regiones, quae alba sunt jam ad messem.* Ubi sciendum est, quod tempus messium dicitur tempus collectionis fructuum: et ideo omnis collectio fructuum comparatur temporis messini. Tempus autem collectionis fructuum duplex est. Nihil enim prohibet in temporibus et in spiritualibus, quin illud quod est fructus respectu precedentium, sit etiam semen respectu sequentium: nam bona opera sunt fructus spiritualis doctrinae, sicut fides, et hujusmodi; quae tamen sunt semina vita aeterna, quia per ea ad vitam eternam pervenitur. Ecclesi. xxiv, 23: dicit Sapientia: *Flores mei respectu fructus sequentis sunt fructus honoris, et honestatis respectu precedentium.* Secundum hoc ergo una est *collectione* messis spiritualis respectu fructuum aeternorum, scilicet congregatio fidelium in vitam eternam: de qua dicitur Matth. xiii, 39: *Messis est consummatio saeculi.* Et de ista non agitur hic. Alia est in praesenti. Et hoc potes intelligi duplificiter. Uno modo collectio fructuum, scilicet fidelium in Ecclesia congregandorum conversio; alio modo ipsa cognitio veritatis, qua aliquis fructum veritatis in anima sua congregat: et de utraque secundum diversas expositiones hic agitur. De prima, secundum Augustinum et Chrysostomum, hoc modo. Vos dicitis, quoniam adhuc non est tempus corpora-

lis messis: sed non sic est de messe spirituali; immo *ecce dico vobis : Levate oculos vestros*, scilicet mentis per considerationem, vel oculos etiam corporis, et *videte regiones, quoniam alba sunt jam ad messem :* quia scilicet tota *regio* plena eras Samaritanis ad Christum exequiibus. Hoc autem quod dicit, *Alba sunt*, metaphoricum est: cum enim segetes dealbate sint, signum est quod sunt praparatae ad messem. Nihil aliud per hoc significare voluit, quam quod homines ad salutem et susceptionem verbi parati erant ei. Unde dicit: *Videte regiones*, quia non solum Judavi, sed etiam Gentiles parati sunt ad fidem. Matth. ix, 37: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.* Et sicut messes dealbantur propter präsentiam solis astivo tempore magis ferventis, ita et homines per adventum solis justitiae, scilicet Christi, et prædicationem atque virtutem suam, præparabantur ad salutem. Et de isto sole dicitur Malachi. iv, 2: *Vobis timentibus nomen meum orietur sol justitiae.* Et inde est quod tempus adventus ejus dicitur tempus plenitudinis. Gal. iv, 4: *Cum ergo venit plenitudo temporis, misericordia Deus Filium suum.* De secunda autem collectione messis, idest veritatis in anima, exponit Origenes, qui dicit, quod tot fructus veritatis colligit in messe, quot vis veritates cognoscit. Et vult, quod totum hoc quod dicitur: *Nonne vos dicitis, quoniam adhuc quatuor menses sunt et messis venit?* et *ecce dico vobis : Levate oculos vestros, et videte regiones, quia alba sunt jam ad messem :* intelligatur parabolice dictum. Et secundum hoc duo facit Dominus in verbis istis. Primo ponit falsam opinionem quorundam; secundo excludit eam, ibi, *Ego dico vobis.* Opinio namque quorundam erat quod nulla veritas alienus rei haberet possit ab homine: et ex hoc derivata est heres Acedemica dicentium, nihil pro certo sciari posse in vita ista: juxta quod dicitur Eccle. vii, 24: *Cuncta tentavi in sapientia³. Dixit : Sapiens efficiar. Illa autem recessit a me multo magis quam*

¹ In uno cod.: *tempestivius.*

² Ali.: « unde quia ibi mallescere messes pros-

piciuntur. »

³ Ali.: « cunctatus sum omnia in sapientia etc. »

fuerat. Hanc ergo opinionem tangit Dominus, dicens : *Nonne vos diritis, quatuor menses sunt, et messis venit?* idest, tota vita præsens, in qua homo quatuor elementis deserbit, finiri oportet, ut post eam collectio veritatis habeatur in alia vita. Sed hanc opinionem consequenter excludit cum dicit : Non est ita ; sed *ecce dico vobis* : *Levate oculos vestros.* Hoc enim in¹ sacra Scriptura dici consuevit, quandoeumque aliquod subtile et altum considerandum præcipitur. Isa. xii, 26 : *Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit haec.* Nam oculi quando non sunt elevati a terrenis, vel a concupiscentia carnali, non sunt idonei ad cognitionem spiritualis fructus : nam quandoque deprimitur ad terrena, retracti a consideratione divinorum, secundum illud Psal. xvi, 11 : *Oculos suos statuerunt declinare in terram* : quandoque excancantur per concupiscentiam. Dan. xii, 9 : *Et declinaverunt oculos suos, ut non viderent carnum, neque recordarentur iudiciorum Dei.* Dicit ergo : *Levate oculos vestros, et videte regiones, quoniam aliae sunt jam ad messem;* idest, ita dispositæ, quod ex eis veritas sciri potest : nam per regiones specialiter² intelliguntur omnia ex quibus veritas accipi potest. Et haec specialiter sunt Scripturae³. Infra 5, 39 : *Scrutamini Scripturas... quia ipsa testimoniom perhibent de me.* Et haec regiones erant quidem in veteri testamento ; sed non erant aliae ad messem, quia homines non poterant ex eis spirituali fructum accipere quousque Christus venit, qui eas dealbavit, aperiendo eorum intellectus. Lue. ult. 43 : *Apernit illis sensum, ut intelligent Scripturas.* Item creature sunt messes, ex quibus colligitur fructus veritatis. Rom. i, 20 : *Invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur.* Sed tamen gentiles qui earum cognitioni insistebant, erroris patiens quam veritatis fructus ex eis colligebant : quia, ut ibidem dicitur vers. 23, *Servirunt creaturæ potius quam creatori.* Et ideo nondum aliae erant ; sed Christo veniente, aliae factae sunt ad messem.

3. Consequenter cum dicit, *Et qui metit, mercedem accipit*, agit de messoribus : et circa hoc primo ponit messorum præminim : secundo inducit proverbiū, ibi, *In hoc enim est verbum verum* ; tertio exponit, idest adaptat ipsum, ibi, *Ego misi vos metere.* Quantum ad primum notandum est, quod Dominus exponens supra quod de aqua dixerat spirituali, proposuit conditionem, per quam aqua spiritualis differt a corporali : quia scilicet qui biberit ex aqua corporali, sitiet iterum : qui vero biberit ex aqua spirituali, non sient in aeternum. Eodem modo etiam hic exponens quod dicit de messe, proponit quod dissimile est inter messem corporalem et spiritualem : unde tria proponit. Unum quidem secundum quod attenditur similitudo utriusque messis : scilicet quod qui metit tam in corporali messe quam in spirituali, mercedem accipit. Ille autem metit spiritualiter, qui con regat fideles in Ecclesia, vel qui colligit fractus veritatis in anima sua. Et ute p[ro]p[ter]e mercedem accipit, secundum illud I Corinth. iii, 8 : *Unusquisque propria n mercedem accipiet secundum suum laborem.* Duo alia proponit secundum quam attenditur dissimilitudo. Primo quidem, quia fructus messoris qui metit messem corporalem, pertinet ad vitam corporalem : sed fructus ejus qui metit messem spiritualem, pertinet ad vitam aeternam. Et ideo dicit : *Et congregat, ille scilicet qui metit spiritualiter, fructum in vitam aeternam;* scilicet fideles qui d[omi]n[u]m aeternam pervenerint. Rom. vi, 22 : *Habetis fructum restrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.* Vel, sam cognitionem et expositionem veritatis, per quam homo acquirit vitam aeternam. Eccl. xxiv, 31 : *Qui elucidant m[yst]erium, vitam aeternam habebunt.* Secundo vero attenditur dissimilitudo : quia in messe corporali ad miseriam reputatur quod unus seminet et aliis metat : unde qui seminat tristatur de hoc quod aliis metit : sed in semine spirituali aliter est : quia qui seminat simul gaudet, et qui metit. Et quidem, secundum Chrysosto-

mm et Augustinum, seminantes semen spirituale sunt patres veteris testamenti, et Prophetæ: nam ut dicitur Luc. viii, 11, *semen est verbum Dei*: quod Moyses et Prophetæ seminaverunt in Iudea; sed Apostoli messuerunt; quia ipsi quod intendebant, scilicet homines adducere ad Christum, efficeri non potuerunt; quod tamen Apostoli fecerunt. Et ideo utriusque simul gaudent, scilicet Apostoli et Prophetæ, in sua mansione gloriae, de conversione fideliū. Isa. li, 3: *Gaudium et letitium inventetur¹ in ea, gratiarum actio, et vox laudis.* Et per hoc confutatur haeresis Manichæorum damnatum patres veteris testamenti; cum tamen, ut hic Dominus dicit, simul gaudebunt cum Apostolis. Secundum Origenem vero, seminantes in qualibet facultate dicuntur illi qui quilibet² illius facultatis principia tradunt; metentes vero qui ex illis procedunt niterius: et hoc multo magis in ista, quæ est omnium scientiarum scientia. Prophetæ seminantes sunt, quia multa de divinis tradiderunt; messores vero sunt Apostoli, qui ea quæ non manifestaverunt Prophetæ hominibus, prædicando et docendo revelaverunt. Ephes. iii, 5: *Quod alii generationibus non est agnitus sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus.*

4. Consequenter cum dicit, *In hoc enim est verbum verum etc.*, inducere proverbium; quasi dicat, quod *in hoc*, idest in isto facto, *verum est verbum*, idest impletur vulgare proverbium, quod erat apud Iudaos; scilicet, unus seminat, et alius metit. Quod proverbium derivari videtur ex eo quod dicitur Levit. xxvi, 16: *Seretis frustra segetem, quæ ab hostibus derorabitur.* Ex quo consueverunt Iudaëi, quando aliquis in re aliqua laborabat, et alius inde gaudebat, huiusmodi proverbium proferre. Hoc est ergo quod Dominus dicit: *In hoc quod Prophetæ seminaverunt et laboraverunt, et vos metitis et gaudetis, impletur proverbium.* Vel aliter. *In hoc verbum verum est*, scilicet quod ego dico, *quod alius est qui seminat, et alius qui metit*; quia vos metetis

fructus ex laboribus Prophetarum. Sed Prophetæ quidem et Apostoli alii sunt, non in fide³: quia et illi et isti fidem habuerunt, Rom. iii, 21: *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata a Lege et Prophetis.* Sunt tamen alii in conversatione: quia Prophetæ vivabant sub cæremoniis legalibus, a quibus Christiani et Apostoli liberi sunt. Gal. iv, 3: *Et cum essemus parvuli, sub clementiis hujus mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipemus.* Et licet disparis temporis labores habuerint Apostoli et Prophetæ, tamen gaudio pariter perfruentur, et mercedem accipient *in vitam aeternam: ut simul gaudeat qui seminat, et qui metit.* Et hoc præfiguratum fuit in transfiguratione Christi: ubi omnes gloriam suam habuerunt, et patres veteris testamenti, scilicet Moyses et Elias, et patres novi testamenti, scilicet Petrus, Joannes et Jacobus: dans per hoc intelligere, quod in illa futura gloria simul gaudent novi et veteris testamenti justi.

5. Consequenter cum dicit, *Ego misi vos metere quod non laborastis*, adaptat proverbium ad propositum: et primo dicit⁴ Apostolos esse messores; secundo ostendit esse laboratores, ibi, *Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis.* Quantum ad primum dicit: Dico quod alius est qui metit, quia vos estis messores; alius est qui seminat, quia, *Ego misi vos metere quod non laborastis.* Non autem dicit, Mittam, sed misi, quia bis misit eos. Semel ante passionem suam ad Iudaeos, cum dixit eis: *In viam generationis ne abiheritis... sed ite potius ad oves quæ perierunt domus Israel:* ut dicitur Matth. x, 5. Et quantum ad hanc missiōnem, missi fuerunt metere quod non laboraverunt, scilicet ipsos Iudaeos convertere, in quibus Prophetæ laboraverunt. Misit autem eos post resurrectionem ad gentes, dicens eis, Marc. ult. 15: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium.*

¹ Al. : « Gaudium et letitium obtinebant. »

² Al. dicit: « quilibet. »

³ Al. : « alii sunt in fide, et alii non. »

⁴ Al. : « posuit. »

celum omni creaturæ. In hac missione missi sunt de novo seminare : unde Apostolus, Rom. xv, 20, et 21 : *Sic autem prædicavi Evangelium, ubi non nominatus est Christus, ne super alium fundatum adificarem; sed, sicut scriptum est : Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent.* Et ideo dicit, *Misi, habens respectum ad primam missionem.* Sic ergo Apostoli sunt messores, sed alii, scilicet Prophetæ, sunt seminarores.

6. Unde dicit : *Alii laboraverunt, seminando primordia doctrinæ Christi, et*

vos in labores eorum introistis, ad colligendum fructus. Sap. iii, 13 : *Bonorum laborum glorirosus est fructus.* Laboraverunt, inquam, Prophetæ, ut adducerent homines ad Christum. Infra v, 46 : *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit.* Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis? Sed non ipsi fructum messuerunt. Unde secundum hoc dicebat Iса. xlix, 4 : *In vacuum laboravi, et sine causa : vane fortitudinem meam consumpsi.*

LECTIO V

1. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimoniūm perhibentis : *Quia dixit mihi omnia quaecumque.* Cum venissent ergo ad illum Samaritanum, rogarerunt eum ut ibi maneret. Et manuit ibi duos dies. 2. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus : et mulieri dicebant : *Quia non propter tuam loquaciam credimus : ipsi enim audiimus, et scimus quia hic est vere Salvator mundi.*

1. Supra Dominus prænuntiavit Apostolis fructum qui Samaritanis provenerat² ex predicatione mulieris ; hic autem Evangelista agit de isto fructu : et primo ponitur fructus proveniens ex predicatione mulieris ; secundo insinuatnr augmentatio ipsius fructus³ facta per Christum, ibi, *Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus.* Fructus autem ex predicatione mulieris proveniens ostenditur quantum ad tria. Primo quantum ad fidem, quia in Christum crediderunt : unde dicit : *Ex civitate autem illa, ad quam scilicet abiicerat mulier, multi homines crediderunt in eum Samaritanorum, et hoc propter verbum mulieris, a qua Christus aquam petierat, testimonium perhibentis, hoc scilicet : Quia dixit mihi omnia quaecumque feci :* quod quidem testimonium satis inducens erat ad credendum Christo. Cum enim⁴ que Christus dixerat pertinerent ad do-

fectum suorum manifestationem ; nisi ipsa commota fuisset ad credendum, talia non referret : et ideo statim ad auditum verborum suorum crediderunt. In quo significatur⁵ quod fides est ex auditu. Secundo ostenditur fructus quantum ad eorum accessum ad Christum : nam ex fide sequitur desiderium rei creditæ : et ideo postquam crediderunt, accedunt ad Christum, ut perficiantur per eum : unde dicit : *Cum venissent ad illum Samari-tani. Ps. xxxiii, 6 : Accedite ad eum, et ille ministrumini.* Matth. xi, 28 : *Venite ad me omnes qui laborastis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Tertio quantum ad desiderium : nam credenti non solum est necessarium venire ad Christum, sed quod habeat eum secum : unde dicit, quod *rogaverunt eum ut ibi maneret.* Et manuit ibi duos dies. Manet autem Dominus no secum per caritatem. Infra xiv, 23 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit ; et paulo post : Et mansionem apud eum faciemus.* Sed manet duos dies, quia duo sunt præcepta caritatis, scilicet dilectionis Dei et proximi : in quibus *Lex pendet et Prophetæ,* ut dicitur Matth. xxii, 40. Tertia autem dies, est dies gloriae : Osee vi, 3 : *Virificabit nos post c'us dies, in die tertia suscitabit nos.* Et in

hac die non mansit ibi, quia Samaritani non erant adhuc capaces gloriae.

2. Consequenter cum dicit, *Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius*, ponit Evangelista, quod fructus proveniens ex predicatione mulieris, augmentatus est ex presentia Christi: et hoc tripliciter. Primo ex multititudine credentium: secundo ex modo credendi; tertio ex veritate fidei. Ex multititudine credentium augmentatus est, quia propter mulierem multi crediderunt in eum; sed *multo plures crediderunt propter sermonem eius*, scilicet Christi: in quo signatur, quod licet multi crediderint per Prophetas, tamen multo plures conversi sunt ad fidem veniente Christo, secundum illud Psalm. vii, 8: *Ezurge Domine in praecepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te*. Secundo augmentatus est fructus ex modo credendi: unde dicunt mulieri: *Quia jam non propter tuam loquaciam creditus*.

Sed notandum, quod tria sunt necessaria ad perfectionem fidei, quæ hic per ordinem ponuntur. Primo ut sit recta; secundo ut sit prompta; tertio ut sit certa. Recta quidem est fides, cum veritati non propter aliquod aliud, sed ei propter seipsum obeditur; et quantum ad hoc dicit, quod *mulieri dicebant, quod jam creditus veritati, non propter tuam loquam, sed propter ipsam veritatem*. Inducunt autem nos ad fidem Christi tria. Primo quidem ratio naturalis, Rom. i, 20: *Invisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur*. Secundo testimonia Legis et Prophetarum. Rom. iii, 21: *Nunc autem justitia Dei sine lege manifestata est, testificata a lege et Prophetis*. Tertio predicatione Apostolorum, et aliorum. Rom. x, 14: *Quomodo credent sine predicante?* Sed quando per hunc homo manuductus credit, tunc potest dicere, quod propter nullum isternum credit: nec propter rationem naturaliem, nec propter testimonia legis, ne propter predicationem alium, sed propter ipsum veritatem tantum: Gen. xv,

6: *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam*. Prompta quidem est fides, si cito credit: et hoc erat in istis: quia ad solum auditum conversi erant ad Deum: unde dicunt: *Ipsi enim auditimus, et tamen creditimus ei*¹, et *scimus quia hic est vere salvator mundi*, absque hoc quod miracula videremus, sicut Iudei viderunt. Et licet credere cito hominibus pertinet ad levitatem, secundum illud Eccli. xix, 4: *Qui facile credit, levis est corde*: tamen credere cito Deo, magis laus est, secundum illud Psalm. xvii, 45: *In auditu auris obedivit mihi*. Debet fides esse certa, quia qui dubitat in fide infidelis est. Jac. 1, 6: *Postulet autem in fide nihil habens*. Et ideo istorum fides certa erat: unde dicunt, *Et scimus*. Aliquando enim ipsum credere dicunt scire, sicut hic patet: quia *scientia et fides conveniunt in certitudine*: nam sicut scientia est certa, ita et fides: immo multo magis: quia certitudo scientiae innititur rationi humanae, quæ falli potest; certitudo vero fidei innititur rationi divinae, cui contrariari² non potest. Differunt tamen in modo: quia fides habet certitudinem ex lumine infuso divinitus; scientia vero ex lumine naturali: nam sicut certitudo scientiae habetur per prima principia naturaliter cognita, ita et principia fidei cognoscuntur ex lumine infuso divinitus. Ephes. ii, 8: *Gratia salutis estis per fidem; et hoc non ex vobis, Dei enim donum est*. Tertio augmentatus est fructus ex veritate credendi: et ideo dicit: *Quia hic est vere salvator mundi*: ubi continentur Christum Salvatorem singularem, verum et universalem. Singularem quidem, cum discretum cum ab aliis dicunt: *Hic est, qui scilicet singulariter salvare venit*. Isai. xli, 45: *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator*. Actor. iv, 12: *Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri*. Verum autem, cum dicit: *Vere*: nam cum, secundum Dionysium, salus sit liberatio a malis et conservatio in bonis, est duplex salus: quaedam vera, quaedam non vera. Vera quidem salus,

cum liberamur a veris malis, et conservamur in veris bonis. In veteri autem testamento licet missi fuerint aliqui salvatores, non tamen vere salvabant : quia liberabant a malis temporalibus, que non sunt vera mala, nec vera bona, quia sunt transitoria. Sed Christus est vere Salvator, qui liberat a veris malis, scilicet peccatis. Matth. 1, 21 : *Ipse enim salvum*

faciet populum suum a peccatis eorum. Et praservat in veris bonis, idest spiritualibus. Universalem vero, quia non particularem, scilicet Iudaorum tantum, sed mundi. Supra in, 47 : *Non enim misit Dominus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*

LECTIO VI

1. Post duos autem dies exiit inde, et abiit in Galileam. 2. Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. 3. Cum ergo venisset in Galileam, execerunt eum Galilaei, cum omnia vidissent que fecerat Hierosolymis in die festo : et ipsi enim veuerant ad diem festum. 4. Venit ergo iterum in Cana Galilaeæ, ubi fecit aquam vinum.

1. Posita conversione gentium per viam doctrinæ, hic ponitur ipsorum conversio per viam miraculi : unde et quoddam miraculum a Christo perpetratum Evangelista inducit: circa quod primo ponitur locus ; secundo describitur miraculum, ibi. *Et erat quidam regulus etc.*; tertio ponitur miraculi effectus, ibi, *Coguonit ergo pater etc.* Circa primum duo facit. Primo designat generalem locum miraculi, scilicet patriam ; secundo specialem, ibi, *Venit ergo iterum in Cana Galilæa.* Circa primum duo facit. Primo designat generalem locum miraculi ; secundo insinuat quomodo Christus fuit ibi receptus, ibi, *Cum ergo venisset in Galileam.* Circa primum duo facit. Primo designat locum generalem ; secundo rationem assignat, ibi, *Ipse enim Jesus testimonium perhibuit etc.* Dicit ergo primo : Dico quod intransit Jesus apud Samaritanos per duos dies, et post duos dies exiit inde, idest de Samaria, et abiit in Galileam, ubi nutritus fuerat : per quod significatur quod in fine saeculi, confirmatis gentibus in fide et veritate, revertetur ad Judeos convertendos, secundum illud Rom. 11, 25 : *Donec omnis plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel sales fieret.*

2. Et rationem assignat, dicens : *Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quia*

Propheta in sua patria honorem non habet.

Hic oritur dubitatio : una quidem de sententia litterarum; alia vero de ejus continuatione. De sententia quidem litterarum dubitatnr, quia non videtur verum esse quod hic dicitur, scilicet quod Propheta in patria sua honorem non habet : nam aliqui Prophetæ honorati leguntur in terra sua. Sed, secundum Chrysostomum, respondetur ad hoc, quia Dominus hic loquitur prout in pluribus accidit. Unde licet in aliquo singulari habeat instantiam, non tamen propter hoc debet reputari falsum : nam in naturalibus et in moralibus, regula eorum quæ ut in pluribus verificatur, est vera ; et si in aliquo particulare aliter sit, non reputatur falsa. Istud autem quod Dominus dicit, in pluribus Prophetarum verum erat : quia in veteri testamento vix inventur aliquis Prophetarum, qui a suis contrabibilibus persecutionem passus non fuerit, secundum illud Aector. vn, 52 : *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri ?* Et Matth. xxv, 37 : *Hierusalem, Hierusalem quæ occidit Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Hoc etiam verbum Domini verillatur non solum in Prophetis apud Iudeos, sed etiam, ut Origenes dicit, in pluribus apud Gentiles, quia a suis civibus sunt habiti contemptui, et ad mortem deducti : nam consuetus conversatio cum hominibus, et nimia familiaritas, reverentiam minuit, et contemptum paruit. Et ideo quos familiares magis habemus, minus revereri consuevimus ; et

quos familiares habere non possumus, magis reputamus. Cujus contrarium contingit de Deo : nam quanto aliquis Deo per amorem et contemplationem familiarior efficitur, tanto cum excellentiorem reputatur, magis reveretur, et seipsum minorem reputat. Job xlii, 5 : *Auditu auris audi vi te, nunc autem oculus meus videt te : idcirco ipse ne reprehendo, et ago paenitentiam in fav illa et cinere.* Et huius ratio est, quia in hominie, cum sit infirma et fragilis natura, quando cum alio diu conversatur, cognoscit in eo aliqua infirma, et ex hoc diminuitur reverentia ejus ad eum. Sed cum Deus sit immense perfectus, quanto plus homo in cognitione ejus proficit, tanto magis perfectionis ejus excellentiad admiratur, et ex hoc cum magis reveretur.

Sed numquid Christus Propheta fuit ? Videtur quod non, quia prophetia importat enigmaticam cognitionem. Num. xii, 6 : *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei.* Christus autem non habuit enigmaticam cognitionem. Quod autem Propheta fuerit, patet per illud quod dicitur Deut. xviii, 15 : *Prophetam suscitabit Dominus de fratribus tuis et de gente tua sicut me : ipsum audies : quod exponitur de Christo.*

Respondeo dicendum, quod Propheta duplex habet officium : scilicet visionis : 1 Reg. ix, 9 : *Qui nunc vocatur Propheta, olim dicebatur Videns :* item annuntiationis ; et quantum ad hoc Christus Propheta fuit, quia veritatem de Deo annuntiavit. Infra xviii, 37 : *Ad hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Sed quantum ad primum, sciendum est, quod Christus fuit simul viator et comprehensor. Viator quidem, quantum ad humanae naturae possibilitatem, et ad omnia quae ad eam pertinent ; comprehensor vero quantum ad unionem divinitatis, secundum quam Deo perfectissime fruebatur. Sed in visione prophetice duo sunt. Scilicet lumen intellectuale mentis ; et quantum ad hoc non habuit rationem prophetiae : quia non habuit lumen defectivum, sed comprehensoris. Item est ibi visio imagi-

maria ; et quantum ad hoc habuit similitudinem eum Prophetis, secundum quod viator fuit, et poterat diversa formare imaginationem suam.

De continuatione dubitatur : non enim videtur Evangelista recte continuare hoc quod dicit, *Post duos autem dies abiit Jesus in Galileam, cum hoc quod dicitur : Ipse enim testimonium perhibuit etc.* Videtur enim quod potius debuisse dicere quod non abiit in Galileam, quia ipse Jesus testimonium perhibuit. Si cuius sine honore erat ibi, videtur ratio esse quod non iret illuc.

Ad hoc, uno modo respondet Augustinus dicens: hoc Evangelistam dixisse respondende questioni que posset fieri : Quare ibat illuc, cum in Galilea diu moratus fuisset, et non fuerunt ad eum conversi Galilaei ; et Samaritani in duabus diebus conversi sunt? quasi dicat : Licut conversi non fuerint, nihilominus tamen ipse illuc abiit : *Quia ipse testimonium perhibuit, quod Propheta in sua patria honorem non habet.* Alio modo respondet Chrysostomus sic : *Post duos dies exiit inde, et abiit, non in Capharnaum, qua erat patria sua propter continuationem commemorationem, Bethleem autem propter originem, Nazareth vero propter educationem.* Nou ergo abiit in Capharnaum : unde Matth. xi, 28, hoc exprobavit eis, dicens : *Et tu Capharnaum, nunquid usque in caelum exaltaberis? Usque in infernum descendes : sed in Caua Galilea.* Et rationem assignat hic, quia male se habebant ad eum. Et hoc est, quod dicit : *Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quod Propheta in sua patria honorem non habet.*

Sed numquid Christus quaerebat gloriam ab hominibus? Videtur quod noui : quia infra viii, 50, dicit : *Ego non quaero gloriam meam.* Respondeo dicendum, quod solus Deus est qui sine vitio gloriam suam querit. Homo autem ab hominibus querere non debet gloriam suam, sed gloriam Dei : Christus autem quaerebat inquantum Deus convenienter gloriam suam, et inquantum homo gloriam Dei in seipso.

3. Consequenter cum dicit, *Cum ergo venisset in Galileam etc.*, ostendit quod

honorifice fuerit Christus a Galileis re-
ceptus magis quam ante, cum dicit :
*Cum ergo venisset in Galileam Jesus, ex-
cepserunt eum Galilæi honorifice. Et hu-
jus ratio est, quia viderunt omnia quæ
fecerat Hierosolymis in die festo : et ipsi
enim venerunt ad diem festum, secun-
dum quod mandatur in lege.*

Sed contra hoc est : quia supra non legimus Christum aliquid miraculum Hierosolymis fecisse. Respondeo dicendum, secundum Origenem, quod Iudei maximum miraculum reputaverunt hoc quod Christus cum tanta auctoritate ex-
pulit ementes et vendentes de templo. Vel dicendum, quod forte fecit ibi plura miracula quæ non scripta sunt, secundum illud infra ult. 25 : *Multa quidem et alia
signa fecit Jesus... quæ non sunt scripta
in libro hoc.*

Mystice autem per hoc datur nobis exemplum, quod si volumus in nobis re-
cipere Christum Jesum, oportet nos as-
cendere in Hierusalem in die festo ; idest,
captare quietem mentis, et videre sin-
gula quæ peragit ibi Jesus. Isa. xxxvii,
20 : *Respic Sion civitatem solemnitatis
n-istræ. Psal. clii, 5 : Meditatus sum in
omnibus operibus tuis.*

Attende autem, quod secundum quod homines inferiores erant¹ in ordine dignitatis, meliores erant quo ad Deum. Ju-
daei autem digniores erant quam Galilei. Infra vii, 52 : *Scripture Scripturas,
et vide, quia² Prophetæ a Galilæa non
surrexit.* Galilæi vero digniores erant quam Samaritani. Supra hoc cap. : *Non
coutuntur Judæi Samaritanis.* Sed e con-
verso Samaritani meliores erant quam Galilei, quia plures ex eis crediderunt in Christum in duobus diebus, et siue mira-
culo, quam de Galileis in multis diebus, et etiam cum miraculo vini : non enim crediderunt in eum nisi ejus discipuli.

Judei vero peiores erant ipsis Galileis :
quia nullus ex eis crediderat, nisi forte Nicodemus.

4. Consequenter dicit³ : *Venit ergo
iterum in Cana Galilææ : quod, secun-
dum Chrysostomum, ponitur ut conclusio
premissorum ; quasi dicat : Quia noui
honorabatur in Capharnaum, ideo noluit
ire illuc, ubi dehonorabatur. Sed in Cana
Galilææ ire debebat : nam primo erat in-
vitatius ad nuptias ; modo autem venit
iterum non invitatus. Ideo autem de du-
plici adventu in Cana mentionem facit, ut
ostendat eorum duritiam : nam in primo
miraculo, scilicet de vino, soli discipuli
ejus crediderunt in eum ; in secundo
vero solus regulus, et dominus ejus tota :
sed Samaritani ad solum verbum credi-
derunt. Mysticæ autem per duplicum ad-
ventum in Cana, signatur duplex effec-
tus verbi Dei in meum. Primo enim
laetificat : quia, ut dicitur Matth. xiii,
20 : *Cum gaudio suscipiunt verbum.* Et
hoc signatur in miraculo vini, quod *La-
etificat cor hominis*, ut dicitur in Psal.
cur. Secundo sanat. Sap. xvi, 12 : *Ne-
que herba, neque malagma sanavit eos :*
sed sermo tuus, Domine, qui sanat omnia.
Et hoc significatur in cura infirmi. Item
per hoc significatur duplex aduentus Fi-
lli Dei. Scilicet primus, qui fuit mansueti-
tudinis ad laetificandum. Isa. xii, 6 :
*Erluta et lauda habitat Sion, quia
magnum in medio tui Sanctus Israel.* Un-
de et Angelus ad pastores ait, Lue. ii,
10 : *Anuntio vobis gaudium magnum,
quia natus est robis hodie Salvator.* Et
hoc signatur per vinum. Secundus ad-
ventus ejus in mundum erit majestatis,
quando veniet tollere infirmitates et pe-
nibilitates nostras, et configurare nos cor-
pori claritatis suæ ; et hoc signatur in
cura infirmi.*

¹ Al. : « sunt. »

² Al. : « Scrutamini Scripturas ; quia etc. »

³ Al. : « cum dicit. »

LECTIO VII

1. Et ecce quid regnum eius cuius est regnum Iudeorum. 2. Iudeus enim erat et erat de Centurione militum Galilaei, adiutor eius erat et natus erat in Cœlo, et erat etiam ipse regnus eius. 3. Duxit ergo deus a Iudeo: Sed et puerum regnum eius non erat. 4. Dicit ad eum regulus: Domine descendere, præquam invenientur Iudei mei. Dicit ei regulus: Asde: filius tuus vivit. 5. Credidit homo scutum qui dixit ei Jesus, et ibat. 6. Jam autem eo descendente, servi occurserunt ei, et munitaverunt dicens, quia filius ejus viveret. Inter alios ergo hominum ab eis in causa melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. 7. Conmovit ergo pater, quod era hora erat in qua dixit ei Jesus, filius tuus vivit; et credidit ipse et dominus ejus tota. 8. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judea in Galileam.

1. Posito loco miraenli, consequenter auctor de ipso miraenlo: et percutitur, scilicet persona infirmans, perso a interpellans, et persona sanans. Persona infirmans est filius reguli, perse, a interpellans est pater ejus, sed persona sanans est Christus. Citea personam infirmam primo ponitur ejus conditio, quia filius reguli; secundo locus infirmitatis, quia Capharnaum; tertio conditio morbi quia febris. Quantum ad primum dicit: *Erat quidam regulus, cuius filius, infirmabatur.* Dicitur autem regulus multipliciter. Uno modo qui præstet parvo regno: et hoc modo non accipitur hic: quia tunc temporis nullus erat in Iudea. *Infra xix, 15: Non habemus regem nisi Cæsarem.* Alio modo secundum Chrysostomum, aliquis de stirpe regia: nec hoc modo accipitur hic regulus. Unde, secundum quod Chrysostomus dicit, quidam enimdem ipsum astimant Centurionem, de quo habetur Matth. viii. S d' hoc non est verum: nam quantum ad prædictor differt. Primo quidem quantum ad genus infirmitatis: nam ille Centurionis erat paralyticus: unde dicitur ibid. 6: *Puer natus jacet paralyticus in domo.* Utroque autem reguli: et febricitans: unde dicit: *Hoc i hora septima reliquit eum fe-*

ris. Secundo quantum ad personam infinitum, quia ille erat servus: unde dicit: *Puer meus:* iste vero erat filius: tertiæ dicit, *Cujus filius.* Tertio quantum ad petitionem: nam Centurio Christum volentem ad demum suam ire, rogabat remanere, dicens: *Domine noui sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabis puer meus.* Regulus vero cum rogabat descendere in dominum suum, dicens: *Domine descendens quam moriatur.* Quarto quantum ad Iustum: quia illud fuit in Capharnaum. istud vero in Cana Galileæ. Ergo iste regulus non est idem quod Centurio: sed erat quidam de familia Herodis Tetrarchæ, sive multius, sive officialis Imperatoris.

Allegorie autem regulus iste, Abraham, vel aliquis ex patribus veteris testamenti dicitur, ex eo quod adhaeret magno regi per fidem, scilicet Christo: de quo dicitur in Psal. ii, 6: *Ego autem constitutus sum rex ab eo.* Illic autem Abraham adhaesit, secundum illud infra viii, 56: *Abraham pater vester exultavit ut videcerit diem meum.* Filius ejus est populus Iudeorum. *Infra viii, 33: Semen Abraham signus, et nemini servicimus unquam.* Qui infirmatur pravis voluptatibus et dogmatibus, sed in Capharnaum, idest in abundantia, quæ fuit Iudeis causa recessendi a Deo: secundum illud Deut. xxxii, 15: *Incrassatus est dilectus, et recalcitravit: et sequitur: dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo.*

Moraliter vero in regno animæ, rex expisa ratio, secundum illud Prov. xx, 8: *rex qui sedet in solio suo.* Quare dicitur rex? Quia totum corpus hominis per eam regitur, et affectus hominis ab ea diriguntur et informantur, nec non et aliae vires anime eam cognoscuntur. Sed quandoque dicitur regulus, quando scilicet diminuitur in cognitione, et obscuratur²,

¹ Ali. . . quare . .

² Parm. . . qua.

sequitur inordinatas passiones, et non resistit eis, secundum illud Ephes. iv, 17 : *Ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratam habentes intellectum.* Et ideo filius ejus, idest affectus, infirmatur, idest deviat a bono, et declinat ad malum. Si enim ratio fuisset rex, idest fortis, filius ejus non infirmaretur; sed quia regnus est, ideo filius ejus infirmatur. Et hoc Capharnaum; quia abundantia temporalium est causa spiritualis infirmitatis. Ezech. xvi, 49 : *Huc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, abundantia saturitas panis, et otium ipsius et filiarum ejus.*

2. Consequenter cum dicit, *Hic cum audisset etc.*, ponitur persona interpellans: et primo ponitur motivum ad interpellandum; secundo ipsa interpellatio; et tertio necessitas interpellandi. Motivum ad interpellandum fuit adventus Christi: unde dicit: *Hic, scilicet regulus, cum audisset quod Jesus adveniret a Iudea in Galileam, abiit ad eum.* Nam quamdiu adventus Christi differebatur, spes hominum invalidior erat de sanatione a peccatis; sed cum auditor adventus Christi appropinquare, spes sanitatis confortatur in nobis; et tunc imus ad eum: nam ad hoc ipse venit in mundum, ut peccatores salvos faceret. Luc. xix, 40 : *Venit Filius hominis querere et salvum facere quod perirat.* Sed, sicut dicit Eccli. xviii, ante orationem animam parare debemus, quod fit occurrendo Deo per desiderium: et hoc fecit iste: unde dicitur quod *abiit ad eum.* Amos iv, 12: *Præparare in occursum Dei tui Israel.* Petition autem fit de sanatione filii sui: unde dicit: *Rogabat eum ut descenderet, scilicet per misericordiam:* Isa. lxiv, 1: *Utinam dirumperes corda, et descenderes, Et sanaret filium ejus.* Sic et nos debemus rogare ut sanemur a peccatis, secundum illud Psal. xi, 5: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Nam nullus per se potest ad statum justitie redire, nisi a Deo sanetur¹, secundum illud Job. vi, 13: *Non est auxilium mihi ex me.* Sic et patres veteris testamenti rogabant pro

populo Isra. Unde de uno eorum dicitur Il Machab. ut l. 14: *Hic est frater amator, quia n' ultim orat pro sancta civitate et pro populo Israel. Hierenius Propheta Dei.* Sed r' cessitas interpellandi est urgens; *incipiebat enim mori.* Quando enim homo tentatur, incipit infirmari; sed quando tentatio prævalet ita ut inclinet ad consensum, est prope mortem; sed quando jam consentit, incipit mori. Cum ergo consummat peccatum, moritur: quia, ut dicitur Jac. i, 13: *Peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem.* De qua dicitur in Psal. xxxix, 22: *Mors peccatorum pessima*: quia hie incipit, et in futuro absque fine terminatur.

3. Consequenter cum dicit, *Dixit ergo Jesus ad eum;* agitur de petitione sanitatis, quæ fit per Christum. Et primo ponitur reprehensio Domini; secundo petitio reguli; tertio imprecatio petitionis. Reprehendit autem eum Dominus de infidelitate: unde dicit ad eum: *Nisi signa et prodigia videritis non creditis.*

Sed hoc habet quæstionem. Primo quidem videtur inconvenienter dictum de regulo; *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis:* nisi enim eum Salvatorem credidisset, moa petivisset ab eo sanitatem. Ad quod dicendum est, quod regulus iste adhuc non credebat perfecte: erat enim in eo duplex defectus fidei. Unus, quia fieri crederet Christum esse verum hominem, non tamē eredebat eum habere virtutem divinam; alias credidisset eum absentem posse sanare, cum Deus ubique sit præsens, secundum illud Hier. xxii, 24: *Culam et terram ego impleo.* Et sic non rogasset eum quod descederet in dominum suum, sed quod mandaret tantum. Secundus defectus fuit, quia secundum Chrysostomum, dubitabat utrum Christus sanare posset filium sumi: nam si pro certo hoc credidisset, non expectasset adventum Christi ad terram suam, sed ipse potius ivisset in Juðavam. Sed modo quasi desperatus de salute tñlii, nolens negligere quicquid circa hoc² facere posset, abiit ad eum

more parentum, qui desperant: et salute filiorum, etiam imperitos medicos consulunt.

Secundo vero, quia non videtur reprehendens de hoc quod signa quarebat: nam fides per signa probatur. Et ad hoc dicendum est, quod aliter trahuntur ad fidem Christi infideles, et aliter fideles. Infideles non possunt trahi nec adducere auctoritate sacrae Scripturae, quia ei non credunt: nec per rationem naturalem, quia fides est supra rationem: et ideo dicendi sunt per miracula. I Corinth. xiv, 22: *Signa data sunt infidelibus, non fidelibus.* Fideles autem dicendi sunt et dirigendi in fidem auctoritate Scripturae, cui acquiescere tenentur. In hoc ergo regulus redarguitur: quia cum esset iunctitus inter Iudeos, et de lege instrutus, non per Scripturam auctoritatem, sed per signa credere volebat: et ideo Dominus eum reprehendens dicit: *Nisi signa et prodigia, idest miracula quae sunt aliquando signa, inquantum sunt demonstrativa dominicae veritatis: prodigia vero, vel quia certissime indicent, ut sic dicatur prodigium, quasi porro dictum;* vel quia aliquid futurum portendit, ut sic dicatur prodigium quasi procul ostendens aliquem effectum futurum.

4. Consequenter ponitur instantia reguli: non enim ad reprehensionem Domini desistit, sed cum instantia dicit ad eum: *Domine descende priusquam moriatur filius meus.* Lucas xviii, 4: *Oportet semper orare, et non despiciere.* Ostenditur in hoc profectus fidei ejus quantum ad aliquid, quia scilicet vocat eum Dominum; licet non totaliter in fide proseeerit: adhuc enim corporalem presentiam Christi ad salutem filii sui necessariam credens, rogabat eum ut descendere. Sed quia oratio perseverans impetrat, ideo quod petit, conceditur ei a Domino: unde dicit ei Jesus: *Vade: filius tuus vivit.* Ubi primo ponitur annuntiatio sanitatis per Christum, qui eam fecit: secundo³ per servos qui eam factam viderunt, ibi, *Jam autem eo des-*

cidente etc. Circa primum duo ponuntur, mandatum Domini, et obedientia reguli, ibi, *Credit homo sermoni quem dixit ei Jesus.* Circa primum Dominus duo⁴ facit. Primo quidem praecipit: secundo vero annuntiat. Praecipit autem ut vadat: unde dicit, *Vade;* idest dispone te preparando ad gratiam per motum⁵ liberi arbitrii in Deum. Isa. xlvi, 22: *Convertimini ad me et salvi eritis.* Et per motum liberi arbitrii in peccatum. Nam in justificatione impii quatuor exiguntur specialiter in adultis: scilicet infusio gratiae et remissio culpe, motus liberi arbitrii in Deum, qui est fides, et in peccatum, qui est contritio. Annuntiat autem salutem filii, quam petierat, dicens: *Filius tuus vivit.*

Sed quaeritur cur Christus rogatus a regulo ut descendere in domum suam, corporaliter ire recusat, ad servum vero Centurionis corporaliter ire pollicetur? Ilujus autem duplex ratio assignatur. Una secundum Gregorium, ut in hoc superbiam retundat⁶, qui magis hominibus nos ad serviendum offerimus, parvis autem servire recusamus: cum ipse, qui est Dominus omnium, ad servum Centurionis se iturum obtulit, ire vero ad filium reguli reensavit. Ecol. iv, 7: *Congregationi pauperum affabilem te facio.* Alia ratio, secundum Chrysostomum, quia Centurio jam confirmatus erat in fide Christi, credens quod etiam abiens salvare posset; et ideo ad fidem et devotionem ejus ostendendam Dominus ire promisit. Iste vero adhuc imperfectus erat, nondum noverat manifeste quod absens curare poterat: et ideo non acedit, ut eum imperfectionem suam cognoscere faciat.

5. Obedientia reguli ponitur quantum ad duo. Primo quia annuntianti credit: unde dicit: *Credit homo sermoni quem dixit Jesus, scilicet Filius tuus vivit.* Secundo vero, quia mandato obedivit: unde dicit, *Et ibat, proficiendo in fide;* licet⁷ adhuc neque integre neque sane, ut Origenes dicit. In quo signatur, quod ex fide

¹ Al.: « proroditum. »

² Al.: « consistit. »

³ Al.: « per personam. Parvum: ponuntur personae quae. »

⁴ Al.: « Deus. »

⁵ Al.: « per modum. »

⁶ Al.: « reprobatur. »

⁷ Al.: « sed. »

justificari oportet. Rom. v, 1 : *Justificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* Oportet nos proficiendo ire : quia qui stat, exponit se periculo ut vitam gratiae conservare non possit : in via enim Dei non proficere, deficere est.

6. Annuntiatio autem sanitatis facta per servos ponitur consequenter, cum dicit : *Jam autem eo descendente, servi occurserunt ei etc.* Et primo ponitur denuntiatio salutis ; secundo fit inquisitio de tempore sanationis, ibi, *Interrogabat autem horam ab eis.* Dicit ergo : *Jam autem eo descendente, a Cana Galilaea in domum suam, servi occurserunt ei : ex quod patet quod regulus iste dives erat, habens multos servos : et annuntiaverunt, dicentes quia filius tuus vivit : et hoc ideo quia credebant Christum personaliter accedere, cuius praesentia jam curato filio superflua videbatur.*

Mystice autem servi reguli, scilicet rationis, sunt opera hominis, quia homo¹ est dominus suorum actuum, et affectus sensitivae partis, quia obediunt rationi imperanti et dirigenti². Isti autem sorvi annuntiant quidem quod filius reguli, scilicet rationis, vivit, quando reluent in homine bona opera, et vires inferiores magis obedient rationi, secundum illud Eccl. xix, 37 : *Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis annuntiant de illo.*

Sed quia regulus neque integre neque sae adhuc credebat, adhuc volebat scire utrum casu an praecepto Christi filius curatus esset : et ideo tempus curationis inquirit ; et hoc est quod dicitur : *Interrogabat ergo horam ab eis, scilicet servi, in qua melius habuerat, scilicet filius suis : et inventit quod illa hora curatus fuit statim quando Dominus dixit ei : Vade, filius tuus vivit. Nec mirum : quia ipse Christus est Verbum, quo factum est celum et terra, secundum Psal. cxlviii, 5 : Ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt. Eccl. x, 5³ : Facile est in conspectu Domini etc.* Et

ideo dixerunt ei, scilicet servi, quod hora septima reliquit eum febris.

Mystice autem per horam septimam in qua puer a febre dimittitur, significantur, septem dona Spiritus sancti, per quem sit remissio peccatorum, secundum illud Joan. xx, 22 : *Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Per quem etiam vita spiritualis causatur in anima. Infra vi, 64 : *Spiritus est qui vivificat.* Etiam per horam septimam signatur tempus quieti conueniens, nam Dominus septimo die requievit ab omni opere quod patraret : in quo significatur quod vita spiritualis hominis in quiete spirituali consistit, secundum illud Isa. xxx, 13 : *Si quievitis, salvi eritis.* De malis dicit Isa. lvi, 20 : *Cor impii quasi mare fervens⁴, quod quiescere non potest.*

7. Consequenter cum dicit, *Cognovit ergo pater etc.*, ponitur effectus miraculi : et primo ponitur miraculi fructus : secundo ipsum miraculum alteri miraculo continuatur, ibi. *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus.* Dixit ergo : *Cognovit ergo pater, comparans horam nuntiantium servorum, horas Christi pranuntiantis, quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus : Vade, filius tuus vivit.* Ex hoc conversus est ad Christum, cognoscens miraculum ejus virtute factum : *Credidit ipsis, et dominus ejus tota, scilicet servi et ministri : quia secundum conditionem dominiorum, sive bonam sive malam, servi disponuntur : secundum illud Eccl. x, 2 : Secundum judicem populi, sic et ministri ejus.* Gen. xviii, 19 : *Scio enim quid praecepturus sit⁵ filii suis.* Patet autem ex hoc quod fides istius semper profecit : nam a principio quando interpellavit pro filio infirmo, debilis erat ; postea plus firmitatis habere cepit, quando vocavit eum Dominum ; deinde quando credidit homo sermoni, et ibat, magis perfecta erat ; tamen non integra, quia adhuc dubitavit ; hic cogita manifeste Dei virtute in Christo, perficitur in ejus fide : quia, ut dicitur Prov. iv, 48 :

¹ Al. deest : « homo. »

² Al. omittitur : « et dirigenti. »

³ Eccl. x, 4 : « In manu Dei potestas terra. »

⁴ Al. : « flues. »

⁵ Al. : « sicut. »

Iustorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectum diem.

8. Continuatur autem miraculum istud precedenti miraculo, cum dicitur : *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus :* quod potest dupliciter intelligi. Uno modo, quod in isto eodem adventu de Iudea in Galileam fecerit Dominus duo miracula, quorum primo non scripto, istud ponitur secundum. Alio modo, quod Jesus duo signa fecit in Galilaea diversis temporibus. Unum scilicet de vino, et istud secundum quod fecit circa filium

reverbi, veniens iterum a Iudea in Galilaeam. Ostenditur autem per hoc quod Galilaei pejores erant Samaritanis, qui nullum signum a Domino expectantes, verbo tantum ejus crediderunt multi ex eis; sed ad istud miraculum non creditit Christo nisi regulus, et dominus ejus tota: nam Iudei propter eorum duritiam paulationem convertebantur ad fidem, secundum illud Mich. vii, 4 : *Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemias ; et non est botrus vel comedendum ; praecequas fucus desideravit anima mea.*

C A P U T Q U I N T U M

LECTIO I

1. Post hec erat dies festus Iudeorum ; et ascendit Jesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatio piscina, que cognominatur hebreice Bethsai la, quinque porticus habens. In his jacet multitudo magna languantium, eucorum, claudorum, aridorum, expectantium aquae motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua : et qui prior descendebat in piscinam post motionem aquae, sanus fierat a quacumque deftinebatur infirmitate. 2. Erat autem quidam homo ibi tringita et octo annos habens in infirmitate sua. 3. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, et cognovisset quia jam multum tempus haberet, dixit ei : *Vis sanus fieri?* 4. Respondit ei languidus : *Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam.* Domine, venio enim ego, alias ante me descendit. 5. Dixit ei Jesus : *Surge, tolle grabatum tuum, et ambula.* Et statim sanus factus est homo ille, et sustulit grabatum suum, et ambulabat.

1. Supra Dominus egit de regeneratione spirituali ; hic agit consequenter de beneficiis quae regeneratis spiritualiter conferuntur a Deo. Sed his qui carnaliter generantur tria conferuntur a parentibus carnalibus : scilicet vita, nutrimentum et doctrina sive disciplina ; et haec tria a Christo etiam regenerati spiritualiter percipiunt. Primo quidem spiritualiter vitam ; secundo vero spirituale nu-

trimentum ; tertio spiritualem doctrinam. Secundum hoc ergo de tribus hic agitur. Primo de collatione spiritualis vita ; secundo de collatione spiritualis cibi ; et hoc infra vi, ibi, *Post huc abiit Jesus etc.*; tertio de spirituali doctrina, infra vi cap. *Post huc ambulabat Jesus.* Circa primum tria facit. Primo proponit signum visibile, in quo manifestatur virtus Christi factiva et reparativa vita, secundum consuetudinem hujus Evangelii, in quo semper doctrinae Christi adjungitur aliiquid visibile factum, pertinens ad illud de quo est doctrina, ut sic ex visibilibus invisibilia innotescant. Secundo ponitur occasio doctrinæ proponendæ, ibi, *Erat autem sabbatum etc.* Tertio ponitur ipsa doctrina, ibi, *Respondit itaque Jesus : Amen amon dico vobis etc.* Circa primum tria facit. Primo describitur locus miraculi perpetrati ; secundo infirmitas, ibi, *Erat autem ibi homo etc.*; tertio restitutio sanitatis, ibi, *Dixit ei Jesus : Surge, tolle grabatum tuum, et ambula.* Locus autem miraculi describitur dupliciter, scilicet generalis et specialis. Gene-

ralis locus est Hierosolyma; et ideo dicit: *Post hæc, idest post miraculum in Galilæa factum, erat dies festus iudeorum;* scilicet Pentecostes, secundum Chrysostomum: nam supra sit mentio de festo paschæ, quando ierat in Hierusalem: nunc ergo in sequenti festo Pentecostes *ascendit Jesus Hierosolymam*, iterato: nam, sicut legitur Exod. xxiiii, 17, mandatum erat a Domino, ut omne masculinum generis Iudeorum tribus vicibus in anno, seilicet in die festo Paschæ, Pentecostes, scenopegiæ, in templo præsentaretur. Et in istis festis Dominus in Hierusalem ascendit propter duo: scilicet ne videretur legi fore contrarius, sicut ipse dixerat, Matth. v, 17: *Non veni legem solvere, sed adimplere:* et ut multitudinem populi illuc concurrentis in diebus festis ad Deum per signa et doctrinam trahat, secundum illud Psal. cxiij, 30: *In medio multorum laudabo eum:* et alibi Psal. xxxix, 10 *Annuntiabo justitiam tuam in ecclesia magna.* Unde et ipse dicit, infra xviii, 20: *Ego palam locutus sum mundo.* Locus autem specialis miraculi fuit probatica piscina; et ideo dicit: *Est Hierosolymis probatica piscina etc.:* quæ quidem describitur ex quatuor: scilicet ex nomine, ex dispositione, ex inhabitacione, et ex virtute. Ex nomine quidem cum dicit, *Probatica piscina:* probaton¹ enim græco ovis dicitur. Probatica ergo piscina, quasi oviaria, vel pecuaria² dicitur, ex eo quod sacerdotes cadavera bestiarum, et precipue ovium, quæ ut plurimum in sacrificiis offerebantur, ibi abluebant: et ideo hebraice cognominabatur *Bethsaida*, idest domus ovium. Erat enim prope templum ex aquis pluvialibus collecta.

Mystico autem, secundum Chrysostomum, hæc piscina baptismum præfigurabat: nam Dominus volens gratiam baptismalem in diversis præfigurare, primo quidem dedit aquam expurgantem corporis sordes, quæ erant ex tactu immundorum secundum legem, de qua habentur Nunn. 19. Secundo dedit virtutem huic piscinae quæ repræsentat expressius

quam aqua illa virtutem baptismi, non solum ab immunditiis carnis sanando, sed etiam ab infirmitatibus corporis salvando: nam quanto figuræ fuerunt propinquiores veritati, tanto expressiores erant. Signabat ergo virtutem baptismi: quia sicut aqua illa per hoc quod lavabat corpora, habebat virtutem ex Angelo, non natura propria³, infirmitatem sanandi: ita aqua baptismi habet virtutem sanandi, et ablueri animam a peccatis. Apocalyp. i, 5: *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris.* Et inde est quod passio Christi per sacrificia veteris legis præfigurata, in baptismo repræsentatur⁴. Rom. vi, 3: *Quicumque baptizati estis in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati estis etc.* Secundum Augustinum vero, aqua illius piscinæ significabat statum populi Iudeorum, secundum illud Apocal. xvii, 15: *Aqua multa, populi multi.* Nam populus gentium non erat inclusus sub limite divinæ legis, sed unusquisque ambulabat secundum vanitatem cordis sui, secundum illud Ephes. iv. Populus vero Iudeorum conclusus erat sub cultu unius Dei, secundum illud Galat. iii, 23: *Conclusi in eam fidem quæ revelanda erat.* Et ideo iste populus significabatur per aquam in piscina conclusam. Et dicitur *probatica*, quia ipsi erant speciales oves Dei; secundum illud Psal. xciv, 7: *Nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus.*

Ex dispositione autem describitur, quia erat *quinq[ue] porticus habens*, scilicet per circuitum, ut multi sacerdotes absque impedimento commode starent ad lavandum cadavera bestiarum.

Per hos quinque porticos mystice significantur, secundum Chrysostomum, quinque vulnera corporis Christi: de quibus dicitur infra xx, 27: *Mitte manum tuam in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis.* Secundum Augustinum vero, quinque libri Moysi.

Ex inhabitacione autem describitur, quia *in his*, scilicet porticibus, *iacerbat multitudo magna languentium, covorum, claudorum, aridorum etc.* Cujus litteralis

¹ Al. : « probatio. »

² Al. : « pecuaria. »

³ Al. : « ex Angelorum natura propria. »

⁴ Al. : « præfigurata fuit, quæ est causa baptismi, quæ est representatio mortis Christi. »

ratio est propter concursum omnium infirmorum ad virtutem aquae : quia quia continuo non sanabat, nec multos simul, oportebat quod multi illuc expectantes morarentur.

Per hoc autem mystice significatur, secundum Augustinum, quod lex non poterat peccata sanare, secundum illud Hebr. x, 4 : *Impossible est per sanguinem hincorum aut taurorum peccatum purgari.* Sed ostendebat ea tantum, secundum illud Rom. iii, 20 : *Per legem enim cognitio peccati.* Et ideo jacebant in ea infirmi diversis infirmitatibus, curari non valentes. Quia quidem describuntur quantum ad quatuor. Primo quidem quantum ad situm, quia jacebant prostrati, scilicet per peccata inherenter terrenis : qui enim jacet, ex toto inheret terra. Matth. ix, 36 : *Misertus est eorum, quia errant revocati et jacentes, quasi oves non habentes pastorem.* Justi autem non jacent, sed recti ad coelestia stant. Psalm. xix, 9 : *Ipsi scilicet peccatores obligati sunt et cediderunt : nos autem scilicet justi surreximus, et erecti sumus.* Secundo quantum ad numerum, quia multi : unde dicit, *Multitudo magna.* Ecl. i, 15 : *Perversi difficile corrigitur, et stultorum infinitus est numerus.* Et Matth. vn, 13 : *Lata est via que dicit ad perditionem, et multi incedunt per eam.* Tertio quantum ad dispositionem seu habitum infirmorum. Et ponit quatuor quae homo per peccatum incurrit. Primo enim homo ex hoc quod subjicitur passionibus peccatorum ei predominantibus, efficitur languidus : et quantum ad hoc dicit, *Languentum.* Unde et a Tullio passiones animae, puta irae et concupiscentiae, et humusmodi, quedam agravitudines anime dicuntur. Unde Psalm. vi, 3 : *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum : Secundo vero ex dominio passionum et Victoria in homine excavatur ratio per consensum : et quantum ad hoc dicit, Cœcorum, scilicet per peccata : secundum illud Sapient. ii, 21 : Eracavit eos malitia eorum.* Psal. lxx, 9 : *Superccccedit ignis scilicet iræ et concupiscentiae et non videbunt solem.* Tertio homo languens et caecus efficitur instabilis in suis operibus, et est quasi claudus : unde dicitur Prov.

xii, 18 : *Impius facit opus instabile* Et quantum ad hoc dicit, *Claudorum III Reg. xviii, 21 : Usquequo claudicatis in duas partes ?* Quarto homo sic languidus, caecus intellectu, claudus in effectu, efficitur aridus in affectu, in quantum exsiccatur in eo omnis pinguedo devotionis, quam petebat. Psal. lxii, 6 : dicens : *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Et quantum ad hoc dicit, *Aridorum.* Psal. xxi, 16 : *Ariuit tanquam testa virtus mea.* Sed sunt aliqui sic affecti languore peccati, qui non expectant aquæ motum, in peccatis suis requiescentes, secundum illud Sap. xiv, 22 : *In magno viventes inscientia bello, tot et tanta mala pacem appellant.* De quibus dicitur Prov. ii, 14 : *Lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* Cujus ratio est quia non abborrent peccata; nec peccant ex ignorantia, seu infirmitate, sed ex certa malitia. Iste autem, utpote non ex malitia peccantes, non quiescebant in peccatis; sed per desiderium expectabant aqua motum. Unde dicit, *Et expectantium.* Job xiv, 14 : *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Sic et illi qui erant in veteri testamento expectabant Christum, secundum illud Gen. penult. 18 : *Salutare tuum expectabo, Domine.*

Ex virtute vero describitur piscina, quia sanat ab omni infirmitate corporali, virtute Angelii descendantis; et ideo dicit : *Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam.* Et quidem virtus piscinæ in aliquo concordat quidem in duobus. Primo quidem in occultatione virtutis; nam virtus aquæ humiæ piscinæ non erat ex natura sua, alias semper sanasset : sed ex aliqua virtute occulta, scilicet ex Angelo; unde dicitur, quod *Angelus Domini secundum tempus descendebat in piscinam.* Et similiter aqua baptismi : ex eo quod aqua non habet virtutem purgativam animalium, sed ex occulta virtute Spiritus sancti, secundum illud supra m, 5 : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Secundo concordat in effectu, quia sicut aqua baptismi sanat, ita et ista piscina sanabat : et ideo dicit : *quod qui prior*

descendisset, sanus siebat. Ideo autem virtutem sanandi corpora aquae istius piscinae Deus contulit, ut homines ablucendo, per salutem corporalem assuecerent quærere spirituali. Differt autem quantum ad tria. Primo quantum ad id ejus virtute hoc siebat: quia aqua piscinae conferebat sanitatem virtute Angeli aqua vero baptismi virtute increata, non solum Spiritus sancti, sed etiam totius Trinitatis. Unde etiam, Matth. iii, super Dominum baptizatum tota Trinitas affuit; Pater in voce, Filius in persona, Spiritus sanctus in columba specie. Et inde¹ est quod in nostro baptismo fit invocatio Trinitatis. Secundo differt quantum ad efficaciam: quia aqua piscinae non habuit virtutem sanativam continue, sed secundum tempus, idest determinato tempore; aqua vero baptismi continuam ablucendi virtutem habet, secundum illud Zachar. xii, 4: *Erit fons patens domui Jacob et habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris et menstruata.* Tertio quantum ad multitudinem sanandorum: quia ad motum aquae illius piscinae, sanabatur tantum unus; sed ad motum aquae baptismi sanantur omnes. Nec mirum; quia virtus illius aquae, cum sit creata, finita est, et finitum habet effectum; in hac vero aqua virtus est infinita ad infinitas animas si essent, ablucendas. Ezech. xxxvi 25: *Effundam super vos aquam mundam, et mundabitini ab omnibus iniquitatem vestris.*

Secundum vero Augustinum, per Augulum istum intelligitur Christus, secundum illud Isa. ix, 6, secundum littoram; *Vocabitur magni consilii Angelus.* Sicut ille Angelus secundum tempus descendebat in piscinam, ita et Christus secundum determinatum tempus a Patre descendit in mundum. Isa. xiv, 4: *Prope est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur.* Gal. iv, 4: *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.* Item sicut ille Angelus non videbatur nisi motu aquae, ita etiam Christus secundum divinitatem non cognosceba-

tur: quia si cognovissent, nunguam Domum gloriaz crucifixissent: I Cor. ii, 8. Nam Isa. xlvi, 15, dicitur: *Vere tu es Deus absconditus.* Et ideo videbatur aqua turbata; sed a quo turbaretur, non videbatur: quia infirmitatem Christi videbates, divinitatem ejus non cognoscebatis. Et sicut ille qui descendebat in piscinam sanus siebat, ita et qui humiliter credit in Deum, ejus passione² sanatur. Rom. iii, 24: *Justificati per fidem per redemptionem quae est in Christo, quem propositus Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.* Sanabatur autem unus tantum, quia nullus sanari potest nisi in ecclesiastica unitate. Ephes. iv, 5: *Unus Deus, una fides, unum baptisma.* Vae ergo illis qui oderunt unitatem, et partes sibi faciunt in hominibus.

2. Consequenter cum dicit, *Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos in infirmitate habens,* ponit infirmitatem; et primo ponitur diurna infirmitas; secundo ostenditur causa diurnae infirmitatis, ibi, *Hunc cum vidisset ergo Jesus etc.* Infirmitas diurna erat, *quia homo erat habens triginta octo annos in infirmitate sua.* Quod satis pulchre introducitur: homo qui curari non poterat a piscina, curandus tamen a Christo; quia quos iex sanare non poterat, Christus perfecte sanat, secundum illud Rom. viii 3: *Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, mittens Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato dannavit peccatum in carne, ut justificatio legis impletetur in nobis.* Eecel xxxvi, 6: *Innova signa, et immutu mirabilia.*

Congruit autem iste numerus infirmitati, ad languorem pertinentis magis quam ad sanitatem: nam, secundum Augustinum, quadragevarius numerus conferebatur ad designandam perfectionem justitiae qua in observatione legis consistit. Lex autem in decem praeceptis data est, et praedicanda erat in quatuor partibus mundi, vel³ implenda per quatuor Evangelia, secundum illud Rom. x, 4; *Fini legis Christus.* Quia ergo denarius per

¹ Al. : *a et tamen.* ² Parm. omittit: *totius.*
³ Al. : *a passive.*

² Al. : *scilicet.*

quatnor multiplicatus pervenit ad quadragenarium, recte perfecta justitia designatur : subtractis ergo duobus a quadragenario numero efficiuntur triginta octo. Hac autem duo sunt duo praecipita caritatis, quibus impletur omnis perfecta justitia. Et ideo homo iste languebat quia de quadraginta, duo minus habebat, id est imperfectam iustitiam : quia, ut dicitur Matth. xxii, 40 : *In his duobus pendet Lex et Propheta.*

3. Consequenter cum dicit, *Hunc cum vidisset Jesus*, exquiritur causa diuturnae infirmitatis. Et primo ponitur interrogatio Domini ; secundo responsio languidi, ibi, *Respondit ei languidus*. Dicit ergo : *Hunc*, scilicet hominem, *Cum vidisset Jesus jacentem*, non solum oculo corporis, sed etiam miserationis, qualiter videri petebat David dicens Psal. lxxxv, 16 : *Respic in me, Domine, et miserere mei : et cognovissem quia multum tempus haberet*, in infirmitate ; quod est contra cor Christi, et infirmi, secundum illud Eccl. x, 11 : *Languor prolixior gravat' medcum : dixit ei : Vis sanus fieri ?* non quasi ignorans, nam satis constare poterat quod sanus fieri volebat ; sed ut excite desiderium infirmi, et ut ostendat patientiam, qui tot annis expectavit eripi ab aegritudine, non desistens : et ex hoc² cognoscatur dignior ad sanandum. Psal. xxx, 25 : *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Deo.* Excitat autem desiderium ; quia stabiliter tenetur quod cum desiderio percipitur ; et facilius acquiritur nobis. Matth. vii : *Pulsate per desiderium et aperietur vobis.*

Sed notandum, quod Dominus a ceteris fidem requirit. Matth. ix, 28 : *Creditis quid possum hoc facere vobis ?* Sed in isto nihil tale facit : quia illi quidem audierant aliqua de miraculis Jesu, autem iste nondum ; et ideo fidem ab eo non requirit, nisi post factum miraculum.

4. Responsio languidi ponitur cum dicit : *Domine, hominem non habeo.* Et duo insinuat, quae causa erant¹ diuturna-

rie infirmitatis : scilicet paupertatem et debilitatem. Quia enim pauper erat, non poterat habere hominem qui mittret eum in piscinam : unde dicit : *Domine, hominem non habeo etc.* Et forte, secundum Chrysostomum, opinabatur sibi Christum utilem fore ad mittendum eum in aquam. Quia vero debilis erat, et testimonanter ire non poterat, praeveniebatur ab alio : unde dicit : *Dum venio enim ego, aliis ante me descendit.* Et sic poterat dicere cum Job vi, 13 : *Ecce non est auxilium mhi in me.* Per hoc significatur quod non erat aliquis homo purus qui humanum genus salvare posset : quia omnes peccaverunt, et egerunt gratia Dei : quoque veniret Christus Deus et homo, per quem sanaretur.

5. Consequenter cum dicit. *Surge, tolle grabatum tuum*, ponitur restitutio sanitatis, seu perpetratio miraculi. Et primo ponitur mandatum Domini : secundo obedientia hominis, ibi, *Et statim sanus factus est homo etc.* Praecipit autem Dominus naturae, et voluntati hominis : haec enim duo sub potestate ejus sunt. Naturae præcipit, cum dicit, *Surge : non enim hoc voluntati præcipitur, quia hoc non erat in ejus potestate, sed naturae, quam Dominus præcipiendo immutavit, dando ei virtutem qua surgere posset.* Voluntati vero duo præcipit : scilicet, *Tolle grabatum tuum, et ambula.* Et quidem, quantum ad litteram, haec duo præcepit, ut ostendat perfectam sanitatem homini restituant. In omnibus enim miraculis, secundum optimum illius naturae, Dominus perfectum opus fecit Deut. xxxii, 4, dicitur : *Dei perfecta sunt opera.* Iste autem in duobus defecerat : scilicet in viribus propriis, se sustinere non valens, unde Dominus eum jacentem invenit ; et in subsidio aliorum : unde dicebat : *Hominem non habeo.* Ut ergo perfecta sanitas innatosceret, ei qui se sustinere non valebat, præcepit ut lectum sum tollat ; et ei qui ambulare non poterat, præcepit ut ambulet.

Nihilominus tamen haec tria in justificatione Dominus præcepit. Primo quod

¹ Al. : « servata »

² Al. : « et de hoc. »

² Al. : « quæ tamen erant. »

surgat recedendo a peccato. Ephes. v, 14 : *Surge qui dormis, et exurge a mortuis.* Secundo præcipitur : *Tolle grabatum,* satisfaciendo de commissis. Per grabatum enim, in quo homo requiescit, significatur peccatum. Tollit ergo homo grabatum suum, quando fert onus penitentiae sibi pro peccato impositum. Mich. vii, 9 : *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei.* Tertio ut ambulet proficiendo in bono, secundum illud Psal. LXXXIII, 8 : *Ibunt de virtute in virtutem.* Secundum Augustinum, duo desiciebant isti languido, scilicet præcepta geminae caritatis : et ideo voluntati, quæ caritate perficitur, duo mandat ; scilicet tollere grabatum, et ambulare. Primum pertinet ad dilectionem proximi, quæ prior est ordine faciendi ; secundum ad dilectionem Dei, quæ prior est ordine præcipiendi. Dicit ergo quantum ad primum : *Tolle grabatum tuum :* quasi dicat : Quando infirmus es, proximus tuus sustinet te, et patienter foveat ut grabatus infirmum. Rom. xv, 1 : *Debemus nos*

firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis ipsis placere. Quando ergo sanus factus es, *tolle grabatum tuum ;* idest, sustine et supporta proximum tuum, qui te infirmum portabat. Gal. vi, 2 : *Alter alterius mera portate.* Quantum vero ad secundum, dicit, *Ambula,* appropinquando ad Deum. Unde in Psal. LXXX, 8, dicitur : Ibunt de virtute in virtutem : et sequitur : *Videbitur Deus deorum in Sion.* Infra xii, 35 : *Ambulate dum lucem habetis.*

6. Consequenter cum dieit, *Et statim sanus factus est homo ille.* ponitur obedientia : et primo naturæ¹ : quia statim factus est homo sanus. Nec mirum, quia ipse est Verbum per quod cœlum et terra facta sunt. Psalm. cxlviii, 5 : *Dixit, et facta sunt.* Et alibi Psal. xxxii, 6 : *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Secundo voluntatis² : et primo, quia *sustulit grabatum suum ;* secundo, quia *ambulabat.* Exod. xxiv, 7 : *Omnia quæcumque præcepit Dominus faciemus, et erimus obedientes.*

LECTIO II

1. Erat autem sabbatum in die illo. 2. Dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat : *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* 3. Respondit eis : Qui me sanum fecit, ille mihi dixit : *Tolle grabatum tuum, et ambula.* 4. Interrogaverunt ergo eum : *Quis est ille homo qui dixit tibi : Tolle grabatum tuum, et ambula ?* Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset : Jesus enim declinavit a turba constituta in loco. 5. Postea inventit eum Jesus in templo, et dixit illi : *Ecce sanus factus es : iam noli peccare, ne deteries tibi aliquid contingat.* Abiit ille homo, et annuntiavit Iudeis, quia Jesus esset qui fecit eum sanum. 6. Propterea persecutabantur Iudei Jesum, quia haec faciebat in sabbato. 7. Jesus autem respondit eis : *Pater mens usque modo operatur, et ego operar.* 8. Propterea ergo magis querebant cum Iudei interfere : quia non solum solvelat sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, aqualem se faciens Deo.

4. Posito miraculo visibili, per quod ostenditur virtus Christi ad reparandam vitam spiritualem, hic ponitur occasio doctrinae Christi ; quæ quidem occasio sumitur ex persecutione Iudaorum contra Christum nota ; enjus quidem perse-

ptionis duplex causa fuit ex parte Iudaorum : invidentium Christo, Prima quidem operatio³ pietatis ; secunda vero, doctrina veritatis, ibi, *Jesus autem respondit eis : Pater meus usque modo operatur etc.* Circa primum tria facit. Primo præmititur occasio persecutionis ; secundo ponitur calumnia illata contra euratum, ibi, *Dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat etc.* ; tertio ponitur calumnia illata contra Christum, ibi, *Interrogaverunt eum : Quis est ille homo? etc.* Occasio autem persecutionis induxit contra Christum sumitur ex eo quod in sabbato euravit ; et ideo dicit Evangelista : *Erat autem sabbatum in die illa, quando miraculum fecit Jesus, quando grabatum tollere jussit.* Assignatur autem triplex ratio quare Dominus sabbato operari incepit. Una ab Ambrosio *super Lucam* ; Christus enim ad hoc venit, ut opus crea-

tionis, scilicet hominem, deformatum repararet. Inde autem incipere debebat, ubi auctor in creatione opus consummatum creverat : hoc autem fuit in die sabbati, ut dicitur Gen. i. 1 : et ideo, ut Christus ostenderet se reparatorem totius creaturae, incepit in sabbato¹. Alia ratio est, quia dies sabbati celebratur a Iudeis in memoriam primae creationis. Christus autem venit, ut quasi novam creaturam ficeret, secundum illud Gal. ult., 15 : *In Christo Iesu neque circumcisio neque præputium aliquid valet; sed nova creatio*². Per gratiam quæ sit per Spiritum sanctum, secundum illud Psal. cxii, 30 : *Emitte spiritum tuum, et crebuntur: et renorabis faciem terræ. Volens ergo Christus ostendere, per eum recreationem fieri, in sabbato operatur. Jac. i, 18: Ut simus initium aliquod creaturæ. Tertia ratio est, ut ostenderet se facturum quod lex facere non poterat. Rom. viii, 3: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati. Et infra ibid.: Ut justificatio legis impleretur in nobis. Iudei autem nihil operabantur in sabbato, in figura quod quadam quæ erant sabbati, consummanda erant, quæ per legem fieri non poterant. Et hoc patet in quatuor, quæ Deus erga diem sabbati ordinavit. Nam diem sabbati sanctificavit, diem sabbati benedixit, in eo opera³ sua consummavit, et in eo requievit. Quæ quidem lex facere non potuit, nam sanctificare non poterat. Unde Psal. xi, 1, dicebat: *Salvum me fac Dominus, quoniam defecit sanctus.* Neque etiam benedicere; quinimum qui sunt ex operibus legis, sub maledicto sunt, ut dicitur Galat. iii, 10. Nec consummare et perficere: quia nominem ad perfectum adduxit lex: Hebr. vii, 19. Nec etiam perfectam quietem prestare: quia, ut dicitur Hebr. iv, 8: *Nam si eis Jesus requiem præstisset, nunquam de alia loqueretur.* Hac ergo quæ lex facere non potuit, Christus fecit: ipsum enim populum sanctificavit per passionem. Heb. xiii, 12: *Jesus ut per**

*suum sanguinem sanctificaret populum, extra portam passus est. Ipse benedixit per gratia infusionem. Ephes. i, 3: Benedictus Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelis in Christo. Ipse consummavit per perfectæ justitiae instructionem⁴. Matth. v, 48: *Estote perfecti, sicut et pater coelestis perfectus est.* Ipse introduxit in veram requiem. Hebr. iv, 3: *Nos qui credimus, ingredimur in requiem, quemadmodum dixit: Sicut juravi in ira mea, si introibant in requiem meam.* Ipsi ergo competit in die sabbati operari, qui, quæ ad sabbatum pertinent, perficere potest, a quibus lex impotens quiescat.*

2. Consequenter ponit calumniam illatam contra curatum, cum dicit: *Dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat etc.* El primo ponitur calumniæ contra curatum illatio; secundo subditur curati excusatio, ibi, *Respondit eis: Qui me sanum fecit etc.* Calumniam autem inferunt contra istum de hoc quod in sabbato grabatum portat, sed non de curatione: unde dicunt: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Cujus ratio multiplex potest assignari. Una, quia Iudei frequenter Christo de curatione in die sabbati calumniam inferentes, confutati erant a Christo, per hoc quod ipsi etiam jumenta de putoe in die sabbati cruebant et salvabant, ut habetur Luc. xiv. Et ideo de curatione tamquam de re utili et necessaria tacent; de portatione vero lecti, quæ non necessaria videbatur, calumniantur; quasi dicant: *Si sanitas non erat differenda, quid erat necessarium lectum portare, seu portari præcipere?* Alia ratio est, quia Dominus dixerat, contra eos concludens, quod licet sabbato benefacere. Et ideo, quia curari non est benefacere, sed bene pati, curatum potius quam curantem calumniantur. Tertia ratio est, quia hoc in lege videtur prohibitum esse Iudeis, ne aliquid in die sabbati operentur; specialiter tamen portatio onerum in die sabbati prohibetur⁵. Hier. xvii, 21: *Ne portetis*

¹ Al. : « a sabbato »

² Al. : « sed nova creatura, et nova creatio. »

³ Al. : « omnia sua. »

⁴ Al. : « consummavit justitiae instructionem. »

⁵ Al. : « specialiter cum portatio onerum in die sabbati prohibetur. »

onera in die sabbati. Et ideo specialiter calumniali sunt portationem in die sabbati, utpote dicto Prophetae contrarium, Sed hoc mandatum Prophetae mysticum est : nam per onera non portanda intendebat eos inducere ut in die sabbati requiescerent ab oneribus peccatorum ; de quibus dicitur in Psal. xxxvii, 5 : *Iniquitates meæ sicut onus grave gravatae sunt super me.* Unde, quia jam erat tempus solvendi figuræ occultas, mandat Christus isti grabatum tollere, idest proximum in infirmitate sustentare, secundum illud Gal. vi, 2 : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.*

3. Consequenter ponitur excusatio curati, cum subditur : *Respondit eis : Qui me sanum fecit, ille mihi dixit.* Et quidem prudenter se excusat : nunquam enim adeo bene probatur doctrina esse divinitus, sicut per ostensionem miraculorum, quæ non nisi divinitus fieri possunt. Marc. ult. 20 : *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* Et ideo iste auctorem sanitatis sua calumniantibus objiebat, dicens : *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit :* quasi dicat : Vos dicitis prohibitum esse ne onus portetur in sabbato, et hoc auctoritate divina ; sed mihi eadem auctoritate est impositionis tollam grabatum : nam *ille qui me salvum fecit*, et per sanitatem restitutam se divinam virtutem habere ostendit, *mihi dixit : Tolle grabatum tuum, et ambula.* Et ideo mandatis ejus qui tanta est virtutis, et qui mihi tale beneficium contulit, merito teneor obediire, Ps. cxviii, 93 : *In aeternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis virificasti me.*

4. Consequenter dicit¹, *Interrogarerunt ergo eum.* Quia curatum hominem calumniari non poterant, Christi curationem calumniari oportuit : per hunc enim se excusaverat homo ille. Et quia cum determinate quis esset, non indicaverat, maligne interrogabant ab eo quis esset. Et ideo circa hoc primo agitur de Christi

inquisitione ; secundo de ejus inventione, ibi, *Postea invenit eum Jesus* ; tertio de ejus persecutione, ibi, *Propterea persecuebantur Iudei Jesum.* Cirea primum tria ponuntur : scilicet Iudeorum inquisitione, curati ignorantia, et ignorantiae causa. Quantum ad primum dicitur : *Interrogabant ergo eum Iudei* ; scilicet non bona intentione, ut proficiant, sed maligno animo, ut persequantur et perdant. Infra vni, 21 : *Quareritis me, et in peccatis vestris moriemini.* Et hanc eorum malitiam eorum verba manifestant. Cum enim Dominus et sanari languidum, et grabatum tolli jussiterit ; primum divinae virtutis ostensivum et irrefragabile signum subiicit² : aliud quod contra legem videatur, replicant, dicentes : *Quis est ille homo qui dixit tibi : Tolle grabatum tuum, et ambula ?* Eccli. xi, 33 : *Bona in mala pervertens insidiatur et in electis imponit* scilicet imponere oportet maculam. Quantum ad secundum dicit : *Qui auctoritate sanus factus fuerat, nesciebat quis esset.* Sanus iste significat fideles per gratiam Christi sanatos. Ephes. ii, 8 : *Gratia salvi estis.* Qui quidem nesciunt Christum quis est, sed effectum tantum ejus cognoscunt. II Corinth. v, 6 : *Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino : per fidem enim ambulamus, et non per speciem³.* Sed tunc cognoscemus Christum quis est, quando videbimus eum sicuti est. I Joan. iii, 2. Hujus autem ignorantiæ causam assignat quantum ad tria, cum dicit : *Jesus auctoritate declinavit a turba constituta in loco.* Quod quidem causam habet litteralem, et mysticam. Litteralem quidem quantum ad duo. Primo ut daret nobis exemplum occidenti opera nostra bona, et non querendi in eis hominum favorem, secundum illud Matth. vi, 1 : *Attendeite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus.* Secundo ut declinemus et fugiamus oculos invidorum ab omnibus operibus nostris, ne ex hoc eorum invidia erescat. Eccli. viii, 14 : *Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.* Mysticam vero quantum ad duo,

¹ AL. : « cum dicit. »

² AL. : « subiicitur. »

³ AL. : « spera. »

Primo, ut det intelligere quod Christus non de facili invenitur in hominum multitudine et in turbine curarum temporaliarum, sed in spirituali secreto. Osca, ii, 14 : *Ducam eam in solitudinem, et ibi loquar ad cor ejus. Nam verba supientium audiuntur in silentio :* ut dicitur Eccl. ix, 17. Secundo ut insinuet quod Christus debebat declinare a Judeis ad gentes. Isa. viii, 17 : *Abscondit faciem suum parumper a Jacob ;* idest, subtraxit veritatis sua notitiam a domo Jacob¹.

5. Consequenter agitur de inventione Christi, cum dicit : *Postea invenit eum Jesus in templo.* Et primo dicit quod invenitur; secundo insinuat quod inventus docet; tertio quod post doctrinam manifestatur. Quantum ad inventionem duo ponit, scilicet modum inveniendi, et locum. Modus quidem est mirabilis, quia non invenitur nisi inventari: unde dicit : *Postea, scilicet qua dicta sunt, invenit eum, Jesus :* nam homo sua virtute Christum invenire non potest, nisi ei se Christus presentet. Unde etiam Psal. cxviii, 176, dicebat : *Require servum tuum. Sap. vi, 14 : Pravoccupat eos qui se concupiscunt.* Locus autem in quo invenitur Christus, est venerabilis, quia *in templo*, secundum illud Psal. x, 3 : *Domini in templo sancto suo.* Nam et mater ejus in templo eum invenit, Lue. ii, 1 : et hoc quia in his quae Patris sui sunt, oportebat eum esse. In quo datur nobis intelligi quod curatus iste non ad vauitatem, sed ad religionis studium conuersus, templum frequentans, in ipso Christum cognoscit : quia si ad conditoris cognitionem venire volumus, et fugienda est turba pravorum affectum et declinanda sunt malorum conventicula, et fugendum est ad templum cordis nostri, quod Deus invisere et habitare dignatur. Consequenter inventus docet; unde *et dicit illi : Ecce sanus factus es : jam noli peccare.* Ubi primo commemorat impensum beneficium; secundo proponit simum consilium; tertio ostendit imminentem periculum. Sed beatificium est admirabile, quia subita restitutio sanitatis. Unde

dicitur : *Ecce jam sanus factus es.* Et ideo semper oportet in memoria teneri, secundum illud Isa. lxiii, 7 : *Miseratum Domini recordabor.* Consilium vero utile, quia *jam amplius noli peccare.* Eccl. xxi, 1 : *Fili peccasti, ne adjicias iterum.*

Quare Dominus isti paralytico et aliis quibusdam ab eo curatis mentionem facit de peccatis, et non aliis? Ideo scilicet ut ostendat per hoc, infirmitates aliquibus, ex peccatis prioribus provenire, secundum illud I Corinth. xi, 30 : *Ideo multi imbecilles et infirmi, et dormiunt multi.* Per quod etiam se esse Deum ostendit, peccata et oculata cordium manifestans. Proverb. xv, 11 : *Infernus et perditio coram illo : quanto magis corda filiorum hominum ?* Istis ergo solis mentionem de peccatis facit, et non aliis ab eo curatis: quia non omnes infirmitates propter peccata priora proveniunt; sed quedam ex naturali dispositione, quaedam propter probationem, sicut in Job. Vel de istis tantum mentionem fecit, quia magis preparati erant ad correctionem. Prover. v, 8 : *Noli arguere derisorum, ne oderit te : argue sapientem, et diliget te.* Vel in istis, omnibus aliis hoc mandavit.

Periculum autem imminentis erat terrible: unde dicit : *Ne deterius tibi aliquid contingat.* Quod quidem dupliceiter intelligi potest, secundum duo quae in isto praecesserunt. Primo enim punitus fuit per prolixum morbum; secundo consecutus fuit magnum beneficium. Et ideo ad utrumque referri potest quod dicitur. Ad primum quidem: quia cum aliquis pro peccato punitur, et ex ipsa pena a peccato non retrahitur, justum est ut gravius puniatur. Et ideo dicit, *Noli amplius peccare :* quia si peccaveris, deterius tibi continget. Hier. ii, 30 : *Frustra percussi filios vestros² : disciplinam non receperunt.* Ad secundum vero: quia qui post beneficia recepta ad peccata prolabitur, gravioris³ supplicii rens efficitur propter ingratitudinem: secundum illud II Petr. ii, 20 : *Melius erat eis vium veritatis non*

agnoscere, quam post agnitionem retrorsum converti. Similiter etiam quia postquam homo ad peccatum semel redierit, facilius peccat : secundum illud Matth. xi, 45 : *Fuerit novissima hominis illius pejora prioribus.* Hier. ii, 20 : *A seculo fregisti jugum, rupisti vinculum, dixisti, Non serviam.*

Consequenter ponitur inventi manifestatio, cum subditur : *Abit ille homo et annuntiavit etc.* Et secundum quosdam posset intelligi, ut Chrysostomus dicit, quod ex malitia manifestasset eum ; sed hoc non videtur probabile, scilicet quod post tantum beneficium ita ingratuus esset. *Nuntiavit ergo Iudeis, quia Jesus esset qui fecit eum sanum, ut manifestaret Christi virtutem ad sanandum.* Psal. lxxv, 16 : *Venite, et narrabo... quanta fecit Dominus animæ meæ.* Et hoc patet, quia illi interrogaverunt eum, quis jussit grabatum tollere. *Iste autem annuntiavit eis quod Jesus fecit eum sanum.*

6. Consequenter cum dicit, *Propterea persecabantur Iudei Jesum,* ponitur persecutio contra Christum, que est propter quoddam opus pietatis in sabbato exhibitum : unde dicit : *Propterea persecabantur Iudei Jesum, quia huc faciebat in sabbato.* Psal. cxviii, 161 : *Principes persecuti sunt me gratis.*

7. Consequenter cum dicit, *Jesus autem respondit eis etc.,* ponitur secunda causa persecutionis, que sumnitur ex doctrina. Et primo ponitur doctrina veritatis ; secundo persecutio Iudaicae pravitatis, ibi, *Propterea ergo magis querebantur Iudei interficere.* Doctrinam autem veritatis proponit dominus, excensando se de solutione sabbati.

Sed notandum est, quod dominus de hujus solutione aliquando quidem excusavit se, aliquando discipulos suos. Et discipulos quidem, quia homines puri erant, excusavit per similitudinem hominum, scilicet per exemplum sacerdotum, qui operabantur in templo in die sabbati, et sabbatum non solverebant. Et David, qui sub Achimelech sacerdote in die sabbati a facie Saulis fugiens, panes propo-

sitionis accepit de templo¹, ut habetur I Reg. 21. Se vero, quia homo erat et Deus, aliquando per similitudinem hominum excusavit a solutione sabbati. Luc. xiv, 5 : *Quis vestrum, si ceciderit bos aut asinus suus in puteum, non continuo extrahet eum in die sabbati?* Aliquando vero, et praecipue in hoc loco, excusat se² per similitudinem Dei, dicens : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor;* quasi dicat : Nolite putare quod in sabbato ita requieverit Pater mens, ut ex illo non operetur ; sed sicut ipse et nunc sine labore operatur, ita et ego operor. In quo excludit falsum intellectum Iudeorum, qui volentes conformari Deo, nihil in die sabbati operantur, ac si Deus ipso die omnino destiterit operari. Et quidem licet in sabbato requieverit a novis creaturis condendis, nihilominus tamen semper et continue usque modo operatur, creaturas in esse conservando. Unde et signanter verbo requietionis Moyses est usus post opera Dei, a quibus condendis requievit, ut signaret spiritualem requiem quam Deus exemplo quietis sua fidelibus postea qui bona fecerint opera, arcana significatio pollicebatur. Unde dici potest, illud mandatum in umbra futuri fuisse preceptum. Signanter autem dicit, *Usque nunc operatur;* non autem, Operatus est, ut designet continuationem divini operis : nam possent imaginari Deum esse causam mundi sicut artifex est causa domus, quantum ad fieri tantum : ut sicut domus manet, etiam cessante operatione artificis ; ita et mundus subsistere posset, influxu divino cessante. Sed, secundum Augustinum, Deus ita est causa omnium creaturarum quod sit etiam causa subsistendi : quia si ejus potentia ad momentum cessaret, simul et illarum cessarent species omnes, quas natura continet : sicut si dicerem, quod aer tamdiu illuminator tamdiu lumen solis manet in ipso. Cujus quidem ratio est, quia ea que causam habent quantum ad fieri solum cessante causa subsistere possunt : ea vero quae non solum fieri, sed etiam subsistentia causam ha-

bent, continua conservatione causa indigent.

Excludit etiam per hoc quod dicit, *Pater meus usque modo operatur*, opinionem quorundam dicentium, quod Deus medianibus secundis causis res producit : quod est contra illud Isa. xxvi, 12 : *Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine*. Sicut ergo *Pater meus*, in principio instituendo naturam, *usque modo operatur*, eadem operatione ipsum continendo et conservando, *et ego operor* : quia sum Patris Verbum, per quod omnia operatur. Gen. i, 3 : *Dixit Deus¹, Fiat lux*. Unde sicut primam institutionem rerum per Verbum operatus est, ita et ipsarum conservationem : et sic si ipse *usque modo operatur*, *et ego operor*, quia sum Verbum Patris, per quod omnia sunt et conservantur.

9. Consequenter cum dicit, *Propterea ergo magis querebant cum Judaei interficere*, ponitur persecutio ex doctrina proveniens : quia propter ipsam doctrinam, *Judei magis*, idest avidori animo, ferventiori zelo, *querebant cum interficere*. Duo enim crimina in lege morte punita fuerunt : scilicet crimen solutionis sabbati : nnde ille qui collegit ligna in sabbato, lapidatus est, Num. xv : et crimen blasphemiae : unde dicitur Levit. xxiv, 14 : *Educ blasphemum extra castra... et lapidet eum omnis multitudo filiorum Israel*. Blasphemiam autem isti reputabant quod homo diceret se esse Deum. Infra x, 33 : *De bono opere non lapidatus te, sed de blasphemia, quia homo cum sis, facis te ipsum Deum*. Et haec duo crimina imponebant Christo : unum scilicet quia solvebat sabbatum ; aliud quia dicebat se aequalem Deo. Unde dicit, quod ideo *querebant cum occidere*, *quia non solum solrebat sabbatum* ; sed etiam *Patrem suum dicebat Deum*. Sed quia etiam alii iusti Deum patrem suum dicunt : Ilierm. iii, 19 : *Patrem voca-*

bis me : ideo non solum dicunt quod *Patrem suum dicebat Deum*, sed addunt quod pertinet ad blasphemiam : *Aequaliter se furiens Deo* : quod ex hoc colligunt quod dixit : *Pater meus operatur, et ego operor*. Deum Patrem suum dicit, ut det intelligere quod Pater ejus est per naturam, aliorum autem per adoptionem : secundum quem modum loquitur infra xx, 17 : *Vado ad Patrem meum, scilicet per naturam, et Patrem vestrum, scilicet per gratiam*. Item ad similitudinem ejus se operari dicit, solvens per hoc calumniam Judeorum de solutione sabbati : quae non esset conveniens excusatio, nisi aequalis auctoratis esset in operando cum Deo. Et ideo dicunt, quod facit se aequalem Deo. Et quidem magna est Arianorum cecitas, qui in verbis Domini non possunt intelligere quod Judei intelligunt, dicentes Christum Deo Patro minorem esse. Sed Ariani dicunt, quod Christus non fecit se aequalem Deo, sed Judei, hoc suspicabantur. Sed per ea quae dicta sunt in ipso textu, aliter etiam manifestum est : nam Evangelista dicit quod Judei persequebantur Christum, quia solvebat sabbatum, et quia dicebat Patrem suum Deum, et quia faciebat se aequalem Deo. Aut ergo Christus est mendax, aut est aequalis Deo. Sed si est aequalis Deo, ergo Christus Deus est per naturam. Dicit autem Evangelista : *Se aequaliter faciens Deo* : non quod ipse aequaliter se Deo ficeret, quia per aeternam generationem aequalis erat Deo ; sed secundum intentionem Judaeorum loquens, qui non credentes Christum esse Filium Dei per naturam, intellexerunt ex verbis ejus quod se diceret Dei Filium quasi volens se aequalem Deo facere, cum tamen hoc eum esse non crederent. Infra x, 33 : *Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum* ; idest, dicas te esse Deum : quod interpretatur ac si tu ipse facias te ipsum Deum.

¹ Al. : « Jesus. »

INDEX VOLUMINIS DECIMI NONI

In Isaiam.

Caput quadragesimum primum	4	Caput quinquagesimum quartum	35
Caput quadragesimum secundum	4	Caput quinquagesimum quintum	37
Caput quadragesimum tertium	7	Caput quinquagesimum sextum	38
Caput quadragesimum quartum	40	Caput quinquagesimum septimum	40
Caput quadragesimum quintum	43	Caput quinquagesimum octavum	43
Caput quadragesimum sextum	46	Caput quinquagesimum nonum	45
Caput quadragesimum septimum	48	Caput sexagesimum	47
Caput quadragesimum octavum	49	Caput sexagesimum primum	51
Caput quadragesimum nonum	21	Caput sexagesimum secundum	53
Caput quinquagesimum	24	Caput sexagesimum tertium	53
Caput quinquagesimum primum	26	Caput sexagesimum quartum	58
Caput quinquagesimum secundum	29	Caput sexagesimum quintum	59
Caput quinquagesimum tertium	31	Caput sexagesimum sextum	62

In Jeremiam prophetam expositio

Prænum S. Thome.	66
--------------------------	----

Prologus B. Hieronymi presbyteri in Jeremiam.

In hunc prologum expositio Thome.	68
---	----

Jeremie Prophetæ.

Caput primum	69	Caput vigesimum secundum	152
Caput secundum	74	Caput vigesimum tertium	146
Caput tertium	79	Caput vigesimum quartum	151
Caput quartum	82	Caput vigesimum quintum	152
Caput quintum	86	Caput vigesimum sextum	156
Caput sextum	90	Caput vigesimum septimum	158
Caput septimum	91	Caput vigesimum octavum	161
Caput octavum	98	Caput vigesimum nonum	162
Caput nonum	101	Caput trigesimum	166
Caput decimum	104	Caput trigesimum primum	169
Caput undecimum	108	Caput trigesimum secundum	175
Caput duodecimum	112	Caput trigesimum tertium	179
Caput decimum tertium	115	Caput trigesimum quartum	181
Caput decimum quartum	119	Caput trigesimum quintum	183
Caput decimum quintum	122	Caput trigesimum sextum	185
Caput decimum sextum	126	Caput trigesimum septimum	188
Caput decimum septimum	128	Caput trigesimum octavum	189
Caput decimum octavum	133	Caput trigesimum nonum	192
Caput decimum nonum	136	Caput quadragesimum	193
Caput vigesimum	138	Caput quadragesimum primum	195
Caput vigesimum primum	141	Caput quadragesimum secundum	196

In Threnos Jeremie expositio.

Proemium sancti Thomae	199
----------------------------------	-----

Threnorum Jeremie prophetae.

Caput primum	201	Caput quartum	219
Caput secundum	208	Caput quintum	223
Caput tertium	201 214		

In Matthaeum evangelistam expositio.

Argumentum	226
----------------------	-----

Evangelium Matthaei.

Caput primum	228	Caput decimum quintum	456
Caput secundum	235	Caput decimum sextum	468
Caput tertium	269	Caput decimum septimum	479
Caput quartum	282	Caput decimum octavum	491
Caput quintum	299	Caput decimum nonum	503
Caput sextum	330	Caput vigesimum	518
Caput septimum	343	Caput vigesimum primum	528
Caput octavum	352	Caput vigesimum secundum	541
Caput nonum	362	Caput vigesimum tertium	554
Caput decimum	374	Caput vigesimum quartum	568
Caput undecimum	392	Caput vigesimum quintum	588
Caput duodecimum	404	Caput vigesimum sextum	608
Caput decimum tertium	423	Caput vigesimum septimum	641
Caput decimum quartum	446	Caput vigesimum octavum	659

In Joannem evangelistam expositio.

Prologus S. Thomae	639	Lectio II	761
Prologus S. Hieronymi	673	Lectio III	767
S. Thomae in hunc prologum expositio	673	Caput Tertium	773
Caput primum	673	Lectio I	779
Lectio I	688	Lectio II	779
Lectio II	695	Lectio III	781
Lectio III	698	Lectio IV	788
Lectio IV	703	Lectio V	791
Lectio V	708	Lectio VI	796
Lectio VI	711	Caput quartum	800
Lectio VII	716	Lectio I	800
Lectio VIII	719	Lectio II	806
Lectio IX	721	Lectio III	815
Lectio X	721	Lectio IV	818
Lectio XI	728	Lectio V	823
Lectio XII	732	Lectio VI	825
Lectio XIII	735	Lectio VII	828
Lectio XIV	732	Caput quintum	832
Lectio XV	748	Lectio I	832
Caput secundum	754	Lectio II	837
Lectio I	754		